BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XXII
G
1
NAPOLI

Digitized by Google

CLARIS. VIRI

DOMINICI ANTUNEZ

PORTUGAL

TRACTATUS

DE

DONATIONIBUS REGIIS,

IN DUOS TOMOS

DIVISUS.

Digitized by Google


D. DOMINICI ANTUNEZ
PORTUGAL
J.C. PENAMACORENSIS,

QUONDAM PORTUENSIS SENATUS, POSTEA SUPREMI Domûs Supplicationis Senatoris, & appellationum, gravaminumque Expeditoris; nunc in Conſilio Ultramarino Conſiliarii, & S. Militiæ D. N. JESU Chriſti Equitis.

TRACTATUS
DE DONATIONIBUS
JURIUM ET BONORUM
REGIÆ CORONÆ,
TOMUS PRIMUS,

CUM DUPLICI INDICE, UNO PRÆLUDIORUM, Capitum, & Quæſtionum; Altero rerum & verborum copioſiſſimo.

EDITIO QUARTA LUGDUNENSIS, Priori Luſitanâ longè Emendatior.



LUGDUNI,
Sumptibus ANISSON, & POSUEL.

M. DCC. XXVI.

CUM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

A D
LECTOREM.

HUNC de Donationibus Jurium, & Bonorum Regiæ Coronæ Tractatum (Benevole Lector) tuæ cenſuræ ſubjicio. Materias continet, quæ alta principia petunt, quia de Principibus, & eorum Regaliis tractatur. Quare non mihi fuit minor labor in componendo Tractatum, quam in ſubordinando materias, ut una alterius portio, & non extranea in lucem prodeat. Et cùm ordo modus ſit agendi, cuncta bene diſponens, quo omiſſo, nihil rectè agitur. In duos Tomos opus dividere conſtitui; Quorum Primus duas habet Partes. Quarum prima, Donationes, quæ privatæ fortunæ hominibus conveniunt, continet. Secunda Jura majora Majeſtatis comprehendit, & materias varias, quæ unicuique juri congruenter accommodantur. Neque tibi cordi ſit Donationes privatarum perſonarum à Tractatûs materia eſſe alienas; licèt enim Principum Donationes plurima habeant ſpecialia, de quibus in fine hujuſce primæ Partis, tamen in cæteris cum privatorum hominum Donationibus conveniunt: & ideò ab illis exordium ſumere viſum fuit. Secundus Tomus, quem typis mandare propero, Jura minora Majeſtatis amplectitur, ſecutus normam præſcriptam ab *Ordin. lib. 2. tit. 26*. Cujus §. §. ſigillatim commentari placuit. Et ſic varias materias, & quæſtiones complectitur, quas tibi citocitius exhibere ſpero. Unum te admonere volo, quod Jurium, & DD. allegationes veraces ſunt. Vellem autem (Amice Lector) ne me reprehendas cur opus quamvis lucubratum publicis edere ſcriptis, ac ſapientium intellectibus objicere voluerim. Æquo animo illud legendum ſuſcipias, & ſi quid vel bonum, vel utile emerſerit, Deo optimo Maximo laudes referendæ ſunt; ſin autem minus, nec me otio vacaſſe, nec publicæ utilitati pro tenuitate mei ingenii defuiſſe teſtimonium perhibebit.

VALE.

LICENÇAS.

COMMISSOS mihi tractatus, de Donationibus Jurium, & bonorum Regiæ Coronæ, Authore Dominico Antunez de Portugal, in utroque Senatu, Senatore litteratiſſimo, atque appellationum, gravaminumque judice integerrimo, quos in orbis lucem profert, perlegi; opus ſanè pulchrum, validum, ſublime, varium, elegans, & purum; nihil habens contra fidem aut bonos mores; in monaſterio ſancti Benedicti Ulyſſiponenſis 30. Januarii 1672.

Doctor Fr. Georgius de Carvarlho.

EX mandato ſupremi ſanctæ Inquiſitionis Conſilii libentiſſime perlegi Tractatum de Donationibus Jurium, & Bonorum Regiæ coronæ, compoſitum à Doctore Dominico Antunez Portugal, in Senatu tum Portuenſi, tum Ulyſſiponenſi Senature emerito, & Appellationum, ac Gravaminum Expeditore ſapientiſſimo. In quo nihil contra fidem, aut bonos mores cenſura dignum inveni, ſed omnia commendatione digniſſima. Hic enim unicus, & vere unicus Tractatus plurimorum tractatuum colligit materias, tam exuberanti conditione fœcundas, tanta claritate fulgentes, tanto ingenii acumine, & judicii maturitate diſcuſſas, ut in unius Portugallii ſtudio omnes Portugalliæ Doctores deſudaſſe viderentur. Quare cenſeo opus digniſſimum, quod in lucem prodeat, ut tanquam Regiæ Coronæ ſplendida gemma regalibus Donationibus donet ſplendorem. Ulyſſipone in ſeminario Hibernorum Societatis JESU die 23. Februarii anni 1672.

Doctor Joannes Gomez.

VIſtas as informaçoens incluſas, podeſe imprimir eſte livro, cujo titulo he Tractatus de Donationibus Jurium, & bonorum Regiæ Coronæ, Author o Doutor Domingos Antunez Portugal, & impreſſo tornar à pera ſe conferir, & ſe dar licença pera correr, & ſem ella naõ correra Liſboa 23. de Fevereiro de 1672.

Frei Pedro de Magalhaens. Manoel de Magalhaens de Menezes. Alexandre da Sylva.
Manoel Pimentel de Souſa. Fernaõ Correa de la Cerda.

POdeſe imprimir o livro cujo titulo he Tractatus de Donationibus Jurium, & Bonorum Regiæ Coronæ, Author o Doutor Domingos Antunez Portugal Liſboa 25. de Fevereiro 1672.

Arcibiſpo de Liſboa.

MAndato ſupremi Conſilii Sacri Palatii Tractatum de Donationibus Jurium, & Bonorum Regiæ Coronæ, in duas partes diviſum à Doctore Dominico Antunez Portugal Regio Conſiliario in publicum edendum, nimis attentè obſervavi: Sanè Opus eſt inſigne, Luſitaniæ perutile, cunctis mirabile, juri noſtro minimè diſſonum, imò ſatis conſonum ſui Authoris ingenio ſublimi, ac ſtudio indefeſſo. Sic cenſeo. Ulyſſipone, 7. Martii anno 1672.

Ignatius Pereyra de Souſa.

QUe ſe poſſa imprimir viſtas as licenças do Santo officio, & Ordinario, & naõ correrà ſem tornar a ella pera ſe conferir, & taixar Liſboa 10. de Março de 1627.

Monteyro. Miranda. Carneyro. Roxas.

POde correr eſte livro de Donationibus Regiis, do Doutor Domingos Antunez Portugal Liſboa 25. de Abril de 1673.

Frei Pedro de Magalhaens. Alexandre da Sylva. Franciſco Correa de la Cerda.
Pedro Mexia de Magalhaens.

Summa Privilegii Regis Chriſtianiſſimi.

AUctoritate Regia ſancitum eſt, ne quis *Dominici Antunez Portugal Luſitani Tractatum de Donationibus Regiis* intra decem annos à prima editione numerandos imprimat, aut alibi impreſſione in hoc regno divendat, præter Fratres ANISSONIOS, Bibliopolas Lugdunenſes, aut alios quibus id Juris conceſſerint, hocque omnibus perinde clarum, notum, indictum habeatur, ac ſi Regii Diplomatis ſententia operis initio præfigatur, ſinive poſtponatur. Qui ſecus faxit, Librorum confiſcatione aliiſque pœnis Regio Diplomate declaratis mulctabitur. Datum Chavillæi die prima Junii 1685.

De Mandato Regis, Signatum, JUNQUIERES.

Quod quidem Diploma in acta Typographorum Pariſienſium relatum eſt die 13. Junii 1685.

CAROL. ANGOT, *Syndic.*

Prima hæc editio abſoluta fuit die 7. Decembris 1687.

INDEX

INDEX

SEU

SUMMARIUM PRÆLUDIORUM, Paragraphorum, & Capitum, atque Quæſtionum, quæ in primo & ſecundo libro hujus Tractatus continentur.

PRÆLUDIUM I.

VNDE dicta ſit donatio, de ejus diffinitione: & an inter contractus nominatos connumeretur? Et de differentia inter donationem, quæ incepit à traditione, & eam, quæ à promiſſione initiam ſumpſit. Donatio an ſit modus acquirendi de jure gentium, vel Civili? Per clauſulam conſtituti, reſervationem uſusfructus, vel pretii, quando transferatur poſſeſſio, & dominium?

PRÆLUDIUM II.

Quot ſint donationis ſpecies. De donatione ſimplici. Et quando revocetur, vel donator poſſit pænitere, aut conditiones adjicere? De revocatione propter ingratitudinem, vel ſupervenientiam liberorum. De donatione ob cauſam, & remuneratoria. De donatione cauſa Matrimonii. De pacto de ſtando juramento partis. De legato, ſeu donatione facta à conjuge ſciente impedimentum, ignoranti, qui bonam fidem habebat. Interpretatur. Ordin. lib. 3. tit. 25. §. 5.

§. I.

De donatione, quæ ſub modo. De diviſione modi. Per quas dictiones inducatur. De differentia inter modum, & conditionem. De implemento, vel defectu conditionis, aut modi. Et quando diſpoſitio dicatur pura, vel deficiat? De modo aut conditione impoſſibili. De legato, vel conditione facta pro dote, vel ut nubat. Et de pluribus quæſtionibus circa legatum; vel donationem cauſa Matrimonii. Mora purgatio quando admittatur? De præcepto inſtitutoris majoratus de nubendo cum muliere certa familia, vel conſanguinea. De donatione facta ingredienti Religionem. Quando modo non ſervato revocetur donatio. De donatario, qui ex pacto tenetur alere donatorem. Et de donatione facta ea lege, quod poſt tempus certum, vel incertum, res tranſeat ad tertium.

§. II.

De donatione conditionali, quæ eſt vera, & propria donatio. Implementum conditionis in contractibus retrotrahitur ad tempus actus; non ſic in ultimis voluntatibus. Quando diſpoſitio dicatur conditionalis, ſpes ex contractu conditionali tranſit ad hæredes. Creditor quando poſſit agere ante diem. Prætendens ſucceſſionem majoratus quando poſſit agere in vita poſſeſſoris; ut declaretur ſucceſſor. Jus implendæ conditionis quando tranſeat ad hæredes. Quæ dicantur ſucceſſiones neceſſariæ, & quæ voluntariæ. De conditione impoſſibili. De conditione viduitatis, & de conditione ſi vidua manſerit. De conditione, quod maritus teneatur habitare in certo loco. De adſcriptitiis. De conditione ſi filios non habuerit. Et de conditione ſi ſine liberis deceſſerit. An monachus ſuccedat in majoratu, Ducatu, vel Regno? De conditione non nubendi cum perſona ex ſanguine maculato Conditio ſi ſine liberis, quando ſubintelligatur. Et de conditione, quæ tacitè ineſt.

§. III.

De donatione cauſa mortis. Ubi latè examinatur materia. Et de donatione facta in pœnam revocationis teſtamenti. Ac de perſonis, quæ poſſunt mortis cauſa donare.

§. IV.

De donatione inter virum, & uxorem. Ubi latè de materia. Et de his, quæ ad ejus validitatem requiruntur. Et quando revocata cenſeatur.

§. V.

De donatione inter patrem, & filiumfamilias. Quando ipſa confirmata cenſeatur. Et quæ requirantur, ut confirmatio locum habeat. Quando facta à patre filiofamilias in ſubſidium ſtudii valida ſit. Quando pater filio ſtudente neceſſaria teneatur miniſtrare. Et quando filius teneatur fratribus conferre expenſas, & libros. De donatione jurata, & pro alimentis. Et quando ob bene merita filiifamilias valeat donatio. De donatione facta filiis naſciturus: & de patrimonio à patre aſſignato filio qui Sacros Ordines ſuſcipere vult. Et quando filiusfamilias de conſenſu patris poſſit donare.

§. VI.

De donatione arrharum: & de differentia inter leges Caſtellæ, & Luſitaniæ. Quando valeat pactum de lucranda certa parte dotis præmoriente uxore. An donatio arrharum fieri poſſit conſtante Matrimonio? An mulier tranſiens ad ſecunda vota teneatur reſervare filiis prioris Matrimonii arrhas & medietatem bonorum lucratorum eo conſtante. Maritus quando teneatur arrhas ſolvere, dote in totum; vel pro parte non ſoluta. Unde mortuo marito arrhæ ſolvendæ ſint? Scilicet ex communi acervo, vel ex tertia. Legatum à marito uxori relictum an compenſetur cum debito arrharum? Quando minor arrhas promittere poſſit.

§. VII.

In quo continentur miſcellanea aliquarum donationum. Donatio facta concubinæ, vel legatum quando valeat. Ecquid ſi fiat à milite vel à Clerico? Et de donatione facta ab uxorato ſuæ concubinæ. De donatione omnium bonorum præſentium & futurorum? Et de pluribus quæſtionibus in materia? De eo, qui nulla bona habet, an teſtamentum facere poſſit? An donatio tertiæ facta à

patre;

patre, qui alios filios habebat, valida ſit, ſi pater nihil reſervavit ad teſtandam. Quæ reſervatio neceſſaria ſit? Et quid ſi donator de ipſis reſervatis diſpoſuit in ipſa donatione? De donatione omniam cum reſervatione uſusfructus? Ad quem pertineant reſervata à donatore, ſi de eis nihil diſpoſuit? Epiſcopi non poſſunt diſponere de bonis quæſitis intuitu Eccleſiæ per ultimam voluntatem. Poſſunt diſponere, & donare inter vivos. Et quid de donatione facta ab Epiſcopo ægrotante, & morti proximo? Veſtes datæ, vel miſſæ, ab ſponſo ſponſæ ante Matrimonium an cenſeantur donatæ? De donatione facta ab ſponſo uxori futuræ? De promiſſione facta ab ſponſo conſanguineo puellæ pro illa maritanda, compromittente nulla eſt. De donatione rei, in qua donator aliquod jus habet.

CAPUT I.

De liberalitate uti proprio Regum munere. De laudibus liberalitatis, & eorum, qui illam exercent? De variis exemplis Principum, qui exercuerunt liberalitatem. De avaritia, quæ damnatur in Principe. Et quod ſit vitium deteſtabile.

CAPUT II.

De modo exercenda liberalitatis per Principem. Quæ propriè dicatur liberalitas? Quæ Princeps obſervare debet in donando? Præmia benemeritis ſunt conferenda. Et quæ beneficia nobilibus, & Magnatibus deceat conferre? Non debet facere donationes immenſas. Non debet uni adimere, & alteri dare. Neque imponere tributa, quæ neceſſaria non ſunt.

CAPUT III.

De ſpecialibus, quæ dantur in donationibus Regiis. Ubi undecim recenſentur ſpecialia. De donatione Principis propria uxori. Et de facta filiofamilias, & ſuæ concubinæ. Dominium quando transferatur ex donatione Principis. Et quid in donationibus privatorum. De donationibus alicujus rei facta à Principe duobus? Quis præferatur? De jure accreſcendi in donationibus Principis. Regula in alternativis an habeat locum in donatione Principis? Inſinuatio quando deſideretur in donationibus privatorum? Et quid in donatione Principis. Evictio an habeat locum in donatione? Donatio Principis quando ſit remuneratoria? Filius non tenetur conferre fratribus donationes à Rege factas. Uſusfructus bonorum donatorum à Rege filiofamilias non pertinet ad Patrem.

CAPUT IV.

An, & quando donatio facta à Rege perfecta dicatur? Datæ tempus quando attendatur in reſcriptis? Donatio Principis facta intelligitur, ſi acceptetur. Et alia de materia.

ELENCHUS CAPITUM
SECUNDI LIBRI HUJUS TRACTATUS.

CAPUT I.

De ſignificatione verbi jurium. Unde jus dictum ſit. Et quare jura Coronæ dicantur Regalia. Unde denominentur. Fuerunt à populo aſſignata Regi ad ſtipendia militum, miniſtrorumque juſtitiæ, & in compenſationem laboris. Regem quare fuit introductum. Jura regalia alia ſunt majora, alia minora. Et quæ competant Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis.

CAPUT II.

De jure Regis in Regno. De Majeſtate, & quibus competat. De abſoluta Principis poteſtate. Et an Princeps ea uti debeat?

CAPUT III.

An Rex ex abſoluta poteſtate valeat Regnum alienare? Quo jure ſucceſſio Regni deferatur. Et an Regnum ſit hæreditarium, vel in eo ſuccedatur jure ſanguinis? Quomodò reguletur ſucceſſio Regni hæreditarii? Rex an poſſit primogenitum ſucceſſione Regni privare? Et an valeat cedere filio in vita Regni ſucceſſionem? Fœmina an poſſit ſuccedere in Regno?

CAPUT IV.

Utrum Rex poſſit alienare partem Regni, Civitatem, & alia bona? Item, & vaſſallos invitos.

CAPUT V.

De Regis inſignibus, & in quibus conſiſtant? Et an Rex illa privatis valeat communicare?

CAPUT VI.

De dignitatibus Regalibus. Et in quo ſint differentiæ? Unde traxerint originem dignitates Ducum, Marchionum, & Comitum, atque Baronum? De illarum prærogativis, & antiquitate in hoc Regno, & earum præcedentia. De Vice-Comitis dignitate.

CAPUT VII.

De donatione dignitatum. Et quomodo conceſſæ intelligantur? De confirmationibus, quæ in hoc Regno obtineri debent à Rege. Quarum alia appellatur per ſucceſſionem: altera de Rey à Rey, *quæ fit per Regem ſucceſſorem. Alia etiam eſt generalis, alia ſpecialis. Intra quod tempus peti debet confirmatio. Conceſſio dignitatum quando extinguatur? Verba Principis quando inducant diſpoſitionem? Prorogatio vitarum in bonis Regiæ Coronæ an etiam comprehendat titulum Ducis, Marchionis, vel Comitis? quem habebat is, cui fuit facta prorogatio?*

CAPUT VIII.

De ſuprema Principis juriſdictione. Et in quibus conſiſtat? An à populo poſſit revocari? De mero, & mixto imperio. Omnis juriſdictio pertinet ad Principem, qui reſpectu illius habet fundatam intentionem in toto Regno. Nemo poteſt in Regno exercere juriſdictionem etiam minimam abſque Regis conceſſione. Suprema juriſdictio nunquam à Rege cenſetur conceſſa quibuſcunque verbis donationum, etiam ſi fiant Reginæ, & Regis filiis. Archiepiſcopus Bracharenſis an poſſit concedere reviſionem à ſententiis latis in cauſis civilibus ejus Senatus? à quo non licet appellare, vel Rex eam concedere debeat. Rex nequit à ſe abdicare ſupremam poteſtatem. Ipſe ſolus creat Senatum, & Cancellariam. Et de juriſdictione Senatus.

CAPUT IX.

An detur præſcriptio contra Principis ſupremam poteſtatem, vel juriſdictionem?

CAPUT X.

De poteſtate ferendi leges. Et qui illas ferre valeant. Civitates, & oppida an poſſint facere ſtatutum? Princeps quando ſubjiciatur legibus. Et qui poſſint leges abrogare. Interpretari leges qui valeant? Et de interpretatione legum regni. Quomodo, & à quibus fieri debeat. Sententia lata in Senatu coram Rege an vim legis habeat? Lex an vires habeat ultra fines imperii legiſlatoris? Princeps quando præcipere poſſit ſubditis de gentibus extra

tra

tra Regnum, ut revertantur ad patriam ſub pœna confiſcationis? Leges Regni quando ligent forenſes? Leges ſæculares contra immunitatem Eccleſiæ ſunt nullæ. Et quando Clerici teneantur ſervare leges civiles, & taxam frumenti factam à Rege? Lex quando obliget, poſtquam fuit promulgata? An lex à populo non recepta obliget ſubditos? Et quid de conſtitutionibus Pontificiis. Quando Lex recepta abrogetur per non uſum. Ratio legis quando comprehendat caſus ſimiles. Quando lex nova comprehendat caſum antiquum, & cenſeatur abrogare legem antiquam? Et quando dicatur fraus legi fieri.

CAPUT XI.

Utrum Princeps contra jus divinum, naturale, ſeu gentium leges condere poſſit? Et an ei licitum ſit contractus à ſe geſtos reſcindere tam per legem generalem, quàm per reſcriptum. An poſſit contractus geſtos à ſubditis, & ultimas defunctorum voluntates tollere, vel mutare? Princeps quando, & quomodo obligetur ex contractu à ſe geſto cum ſubditis? An, & quando reſcindere valeat contractus ex cauſa publicæ utilitatis? Poſt ſubhaſtationem redituum Regalium an admittatur novus licitator? Et quid in venditione rerum minoris poſt ſubhaſtationem, an novus licitator admittatur ope reſtitutionis? Princeps an valeat concedere facultatem ad alienanda bona majoratus, vel ſupponenda cenſui? Interpretatur Ordin. lib. 4. tit. 100. §. 5. 6. & 7.

CAPUT XII.

De poteſtate creandorum Magiſtratuum. Hæc ſoli Principi competit. Qui Magiſtratum gerit propria authoritate, vel illum aſſumit ab alio qui Princeps non ſit, crimen læſæ Majeſtatis committit. Donatarius non poteſt conſtituere Judicem Foraneum. Electio Judicum Ordinariorum, & Decurionum non competit donatario, ſed populo. Diſtinguitur inter Magiſtratus majores, & minores. Et qui dicantur majores. Agitur de cura, quam Rex debet habere in deligendis Magiſtratibus, & Senatoribus. Et qui eligendi ſint tam ad Magiſtratus, quam ad Senatores. Et an ſenes, vel juvenes. Cujus ætatis debent eſſe Magiſtratus? De ambitu, & venditionibus Magiſtratuum. Judex debet eſſe incorruptus. Princeps ſalarium congruum Magiſtratibus debet aſſignare.

CAPUT XIII.

De poteſtate creandi tabelliones. Officia an Rex poſſit augere? Quibus conferenda ſint officia? Rex poteſt prorogare officium, & concedere facultatem nominandi. De variis quæſtionibus circa nominationem ad officia. Facultas nominandi ad officia an cedi poſſit? Quæ, & qualis juriſdictio tranſeat in Capitulum tanquam Prælatus, ut poſſit conveniri in judicio ſæculari, ubi Prælatus erat conveniendus? De expectativis ad officia, & Beneficia vacatura, & ad Commendas.

CAPUT XIV.

An Princeps publica officia vendere poſſit. Et an expediat officia vendere, quæ habent adminiſtrationem juſtitiæ.

CAPUT XV.

Naturalitatis jus ſolus Princeps poteſt exteris concedere. Qui naturales Regni dicantur. Filius quando patris originem ſequatur, & quando matris? De variis quæſtionibus circa naturalitatem, & civilitatem.

CAPUT XVI.

De jure, & poteſtate legitimandi illegitimè natos. Et ibi latè de legitimationibus.

CAPUT XVII.

De jure, & poteſtate conferendi Nobilitatem. Ubi plura de nobilitate tam naturali, quàm civili. Et quæ ſit præſtantior. Ex quibus cauſis acquiratur, vel amittatur. Nobilis in uno Regno, an, & quando nobilis ſit in altero.

CAPUT XVIII.

De jure indulgendi delicta, & remittendi eorum pœnas. Princeps an poſſit indulgentiam concedere ſine partis concordia. Pars quæ dicatur legitima ad remiſſionem. Uxor an præferatur filiis tam in accuſando, quàm in remittendo necem mariti? Et è contra, pater in remittenda nece uxoris? Ex collatoribus qui præferantur in remittendo. Et an hæres ſcriptus præferatur conſanguineis? An pater ſolus poſſit remittere injuriam factam filio familias, vel uxori? Et alia quamplurima in materia.

CAPUT XIX.

De venia ætatis minoribus concedenda, & de illius effectibus. A quo tempore vires habeat? In qua ætate concedatur. Et de pluribus aliis concernentibus ad hanc materiam.

CAPUT XX.

De jure, & poteſtate inſtaurandi cauſas. Inſtantia quid ſit & quando expiret, vel tranſeat ad hæredes, vel tertios poſſeſſores. Quando dicatur inſtaurata. Et quid de jure Regio. Et varia adducuntur quæſtiones circa inſtantiam, & illius materiam.

CAPUT XXI.

De poteſtate concedendi reviſionem. Et aliqua de materia.

CAPUT XXII.

De jure Majeſtatis circa Academias, & Univerſitates. Et quis eas erigere, vel mutare valeat?

CAPUT XXIII.

De jure nundinarum, ſeu mercatus publici. Et de privilegiis euntium ad nundinas.

CAPUT XXIV.

De Comitiis ſeu Curiis Generalibus. Et quis eas convocare poſſit? Curia quid ſit. Et quid Curia. Comitia an ſint ſupra Principem? Concilium generale an ſit ſupra Papam? Et an Papa ligetur conciliaribus conſtitutionibus. Regi pupillo an tutor dandus ſit in Comitiis? Et an ipſi puberi, ebrio, dementi, aut fatuo dandus ſit curator in Comitiis? De Tyranno in titulo. Et de Tyranno in exercitio. Et quando deponi poſſit in Comitiis, vel occidi? Princeps an poſſit indicere tributa abſque conſenſu populi præſtito in Comitiis generalibus? Et alia quamplurima.

CAPUT XXV.

De monetarum, ſeu numiſmatum jure. De origine, & neceſſitate monetæ. In quibus conſiſtat. Rex an poſſit mutare formam, materiam, aut pondus monetæ

abſque

abſque conſenſu populi? Et de poteſtate augendi, vel minuendi monetam. Quis poſſit eligere materiam monetæ, & æſtimationem præſtare? Quæ ſit moneta proba & legitima? Et quæ ad id requirantur. In quo conſiſtat eſſentia monetæ? De pœna fabricantium, condentium, vel radentium, expendentium, & tingentium, falſam monetam. De eo, qui capit fabricare, & non perfecit monetam. Et de pluribus quæſtionibus in materia.

CAPUT XXVI.

De jure indicendi bellum. Et quis illud poſſit indicere, vel movere. Bella ſunt permiſſa. Juſtum bellum diffinitur. Et de his quæ requiruntur ad juſtitiam belli. An ſit juſtum bellum geſtum à Chriſtianas contra infideles, ut cogantur Chriſtianam Fidem ſuſcipere? Diffidatio quando requiratur ad juſtitiam belli? Juſti belli liciti ſunt effectus. Et qui ſunt iſti. De captis in bello. Et quando efficiantur ſervi capientium. De rebus captis in bello. Et de captis à piratis, ſeu latronibus. An Turcæ ſint piratæ? De ſervo capto ab hoſtibus, & recuperato. Et de eo, qui aufugit. De rebus incorporalibus. An pertineant ad victorem capta civitate? De debitore exacto à victore an liberetur? Rex an teneatur reſtituere caſtrum donatario, quod de hoſtibus recuperavit? Inferior quando injuſſu Principis bellum gerere poſſit? Et alia quamplurima circa materiam belli.

CAPUT XXVII.

De repræſaliis. Et à quo concedi poſſint. Repræſalia unde dicta. Solus Princeps eas concedit, prout bellum indicit. Sunt permiſſa de jure divino, & gentium, ut eſt bellum. Qui immunes ſint à repræſaliis? Non debent concedi niſi propter magnam, & juſtam cauſam. Capta pro repræſaliis quando fiant capientium.

CAPUT XXVIII.

De jure faciendi pacem. De differentia inter pacem, & treugam. Jus faciendi pacem ad ſolum Principem pertinet. Et an Imperator exercitus jus habeat faciendi pacem. De laudibus pacis.

CAPUT XXIX.

De Capitulis, & Fœderibus Pacis. Fœderum Pacis diviſio per Menippum Antiochi Regis Legatum ad Romanos. Agitur de Capitulis Pacis inita inter Regem Catholicum, & Sereniſſimum Alphonſum Portugalliæ Regem. Et Expenduntur Capitula. Deciduntur plurimæ quæſtiones, quæ provenerunt ex reſtitutione conceſſa in dictis Capitulis vaſſalis utriuſque Regis, qui tempore belli deſciverunt. Quæſtiones latiſſime proponuntur, & reſolvuntur.

CAPUT XXX.

De obſidibus. Et quis eos dare poſſit? Fide fracta in quam pœnam incurrant. Princeps ſubditos invitos obſides dare poteſt. An mutent ſtatum? Et an habeant factionem teſtamenti? Domini inferiores à Principe obſides dare nequeunt. Pro cauſa, privata non dantur. Offendens obſidem committit crimen læſæ Majeſtatis. Interpretatur text. in c. ex reſcripto de jurejur.

CAPUT XXXI.

De Regia protectione. Non cenſetur conceſſa in donatione generali. Datur recurſus ad Regem quando appellatio eſt remota. Quando, & quibus caſibus detur recurſus ad Regium Tribunal pro violentia facta à Judice Eccleſiaſtico? Et ibi plura de materia. Et de confraternitatibus erectis, & adminiſtratis per laicos.

CAPUT XXXII.

De Tuitiva conſervatoria, & mandato de manutenendo? Et quomodo procedatur in juſtificatione Tuitivæ. Et de differentia inter mandatum de manutenendo, & Tuitivam. An detur appellatio à pronuntiatione Judicis ſuper Tuitiva, Detentori an concedatur? Patrono exiſtenti in quaſi poſſeſſione præſentandi an detur Tuitiva: Et an penſionario? Penſio an ſit Beneficium Eccleſiaſticum? Intruſus quis dicatur? Cum aliis quæſtionibus circa materiam.

CAPUT XXXIII.

De Tuitiva appellantium. Princeps ratione officii tenetur facere juſtitiam, & vi opreſſos liberare. De conſuetudine inveterata, quæ non eſt mutanda. De clauſula appellatione remota. Plura de appellatione, & obligatione Regis circa defenſionem vaſſallorum.

CAPUT XXXIV.

De jure cognoſcendi de cauſis Eccleſiaſticorum exemptorum. Epiſcopus vocatus à Rege, & à Metropolitano ſimul, quando Regi teneatur obedire? Et quid ſi à Papa vocatus fuerit, Princeps cognoſcit de propria cauſa ſuper Regalibus, etiam contra Eccleſiaſticos. Et aliqua de Tertiis decimarum.

CAPUT XXXV.

De jure mittendi, & recipiendi legatos. Et qui eos mittere, & recipere poſſint. Parata non poſſunt mittere legatos, neque ſubditus. Quis dicatur legatus, & quid ſignificet. Quæ illis concedantur de jure gentium. Quando legatus poſſit convenire in Curia. An legati poſſint puniri à Principe, ad quem mittuntur, pro delictis commiſſis in ejus territorio? De ſalario legatorum.

TRACTATUS
DE
DONATIONIBUS
REGIIS.

LIBER PRIMUS.

PRÆLUDIUM I.

Unde dicta ſit Donatio, de ejus definitione, & an inter contractus nominatos connumeretur?

SUMMARIUM.

1 *Proprietas vocis plerumque rei quidditatem oſtendit.*
2 *Donatio dicitur à doni datione.*
3 *Donum dicitur à donando: & à munere diſtinguitur, ſicut genus ab ſpecie.*
4 *Illa tantum dicitur propriè donatio, & vera, quæ rei interventu, & traditione perficitur; non illa, quæ à promiſſione incepit.*
5 *Quæ ſit donatio incipiens à traditione, & quæ à promiſſione incipere dicatur.*
6 *Donatio, quæ incepit à promiſſione, perfecta intelligitur. Sed declara. ut n. 9.*
7 *Promiſſio de donando habetur pro donatione facta de præſenti.*
8 *Datur magna differentia inter donationem, quæ incepit à traditione, & eam, quæ à promiſſione.*
9 *Dominium rei donatæ non tranſit in donatarium, niſi traditione ſecuta.*
10 *Donator ante traditionem manet dominus rei donatæ, & poteſt eam alienare, & obligare.* Ibid.
11 *Intellige, niſi aliquo modo, & per actus fictos poſſeſſionem tranſtuliſſet in donatarium.*
12 *Per clauſulam conſtituti transfertur poſſeſſio.*
13 *Et etiam transfertur dominium, ſi præceſſit titulus habilis ad ejus translationem.*
14 *Poſſeſſori ex clauſura conſtituti competunt omnia remedia poſſeſſoria.*
15 *Et exiſtente re penes conſtituentem, ſi in ea ſit executio, poteſt ſe opponere, tanquam tertius, & impedit executionem.*
16 *Tranſlata poſſeſſione in donatarium per clauſulam conſtituti non poteſt donator rem donatam alienare, neque obligare.*
17 *Intellige, ſi donans tempore conſtituti poſſidebat. Aliàs ſecus.*

18 *Secundò intellige, ſi donatarius fuit præſens donationi: vel eam acceptavit, antequam donator eam alienaſſet, vel obligaſſet.*
19 *Donatio facta abſenti nomine pro eo ſtipulante inutilis eſt, & ante acceptationem poteſt donator rem donatam alienare, & hypothecare.*
20 *Clauſula conſtituti non operatur in abſentis favorem.*
21 *Ex dicta clauſula non quæritur poſſeſſio abſenti per procuratorem.*
22 *Notario ſtipulante pro abſente valida eſt donatio ſecuta ratihabitione.*
23 *Ante ratihabitionem non quæritur abſenti dominium, neque poſſeſſio, etiam interveniente notarii ſtipulatione.*
24 *Ante ratihabitionem poteſt donator revocare donationem: quamvis in donatione appoſita ſit clauſula conſtituti.*
25 *Poteſt donator revocare donationem ante ratihabitionem abſentis non obſtante pacto de non revocando.*
26 *Per reſervationem uſusfructus ad tempus, vel pro vita donantis transfertur poſſeſſio in donatarium, & per clauſulam precarii.*
27 *Donans illud tantùm jus transfert in donatarium, quod ipſe habet in re donata.*
28 *Donator evicta re donata non tenetur de evictione, quando donatio incepit à traditione.*
29 *Donatio, & venditio rei alienæ mero jure valet.*
30 *Donatur non tenetur præcisè rem facere donatarii: Et ſufficit, quod transferatur uſucapiendi conditio titulo pro donato.*
31 *Venditor non tenetur rem facere emptoris: & ſufficit, quod transferat uſu capiendi conditionem.*
32 *Donatio, quæ à traditione incepit, eſt modus adquirendi de jure gentium.*
33 *Donatio incipiens à promiſſione, eſt modus acquirendi de jure civili.*
Stipulatio eſt juris civilis. Ib.
34 *Dominium juris gentium eſt.*
35 *Donatio eſt contractus juxta communem:*
Et, an ſit innominatus, vel anomalus?
36 *Verior eſt opinio quod donatio eſt, & ſemper fuit*

A con-

contractus nominatus.
37 Varia donationis deffinitiones recenſentur, & n. 38. & 39.
40 Traditur vero donationis definitio.
41 Donatio ob cauſam meritorum non eſt proprie donatio: ſed quædam permutatio, ſeu titulus oneroſus.
42 Immo dicitur contractus innominatus, do, ut des.
43 Obligatio antidoralis, quæ provenit ex meritis nullam producit actionem.

CUM omnis ſcientia, omniſque diſciplina
1 à verborum cognitione incipiat teſte Baldo in l. liberti, libertaque C. de oper. libert. Gallinus de verb. ſignific. l. 1. c. 1. n. 1. & vocis proprietas plerumque rei quidditatem oſtendat, lib. 1. ibi: Ex re ipſa nomen acceperunt ff. de tutel. §. eſt & aliud, Inſtit. de donat. l. athletas §. calumniator, ff. de his qui notantur infamia, §. ult. Inſtit. de fideicommiſſ. hered. Aym. Craveta conſ. 4. n. 31. Surd. conſ. 311. n. 28. Salgado in labyr. cred. 1. p. c. 13. n. 10. Operæ pretium me facturum puto, ſi acturus de donationibus jurium, rerum, ac bonorum Regiæ Coronæ unde donatio nomen traxerit, expoſuero; quia loquenti abſurdum eſt propriam vocem ignorare, & priùs determinare, quàm terminos intelligere. l. 1. in principio, ff. de origine juris, l. ut reſponſum C. de tranſaction.

Sciendum eſt igitur, quòd donatio dicitur à doni
2 datione l. Senatus. l. 1. ff. de donat. cauſa mortis, ibi: Donatio dicta eſt à dono quaſi dono datum. Tuſchus litt. D. concl. 621. n. 2. & concl. 622. n. 2. Julius Clarus in §. donatio q. 1. n. 1. Myſingerius ad rubr. Inſtit. de donat. n. 6. Hermoſilla ad Gregorium Lopez in l. 1. tit. 4. partit. 5. Gloſſ. 1. n. 2. Riminaldus ad rubr. Inſtit.
3 de donat. n. 99. Vueſembecchius in paratit. ad tit. de donat. n. 2. Donum autem dicitur à donando; & à munere diſtinguitur, ſicut onus ab ſpecie: c. inter donum 194. ff. de verb. ſignif. Alciatus diſpunct. l. 3. c. 13. Cardinalis Mantica de tacitis, & ambig. l. 13. tit. 1. n. 1. Quo fit, ut illa tantùm vera, & propria donatio intelligatur, quæ rei interventu, & traditione perfici-
4 tur. Mantica d. l. 13. tit. 1. n. 4. & 8. non verò illa, quæ à promiſſione incepit; cum aliud ſit donare, aliud promittere ex cauſa donationis. Bartolus in l. juris gentium 7. ad finem principii ff. de pact. & in l. ultima
5 n. 8. ff. de condict. cauſa data. Ruinus in rubr. ff. de ſoluto matr. n. 17. & ſeqq. Mantica l. 13. tit. 1. n. 3. Illa autem dicitur donatio incipere à traditione, quando in effectu res traditur tempore quo fit donatio Bartol. in l. ſi prædia ff. de acquirenda poſſeſſ. Rebuff. tom. 3. de mater. poſſeſſ. in præf. n. 50. Guzman. de evict. q. 25. & 36. illa dicitur incipere à promiſſione, quæ donata, & promiſſa eſt, non tamen tradita Hermoſil. in l. 32. tit. 5. partic. 5. n. 95.

6 Neque obſtat donationem, quæ à promiſſione incepit, perfectum intelligi juxta text. in l. ſi quis argentum. §. fin. C. de donat. §. alia verſ. perficiuntur. Inſtit. eodem tit. gloſſ. in l. cum pater §. Mævio ff. de legat. 2. Azor. in ſumma tit. de don. ſub. n. 6. Camillus Borell. in ſumma deciſ. tom. 3. tit. 10. n. 30. & 31. Angelus in §. in perſonam n. 15. & 57. Inſtit. de action. Parladorius l. 2. rerum quotidianarum c. 3. n. 8 Antonius Gomez l. 2. variarum c. 4. n. 8. & 16. Petr. Gregorius ſyntagm. l. 28. c. 7. n. 2. Julius Clarus §. donatio, quæſt. 24. n. 1. Pichardus in §. alia autem Inſtit. de donat. n. 3. & 10. 10. Mantica l. 13. tit. 4. n. 5 Hermoſilla qui plures lau-
7 dat, in l. 4. tit. 4. partit. 5. gloſſ. 1. n. 1. Quinimo ſola promiſſio de donando habetur pro donatione facta de præſenti. Pinel. in l. 2. p. 2. c. 3 n. 30. C. de reſcindenda vendit. Fachinæus l. 2. controverſiarum c. 7. & 8. Caſtillo controverſiarum l. 2. c. 3. per totum Rolandus à Valle conſ. 69. volumine 3. per totum Covarruvias 2. quamvis pactum 3. p. in initio n. 3. de pactis, l. 6. Fontanella de pactis nuptialibus, clauſula 4. gloſſ. 9. p. 4. n. 18. & ſeqq. Flores de Mena ad Gamam dec. 13. Cancerius l. 1. variarum c. 8. n. 168. Petrus Surdus conſ. 457. n. 12. verſ. Secundò facit Sanfelicius deciſ. 99. n. 3. 4. 5. & 6. Alphonſus de Olea de ceſſione jurium & actionum, tit. 1. 8
quæſt. 6. n. 4.

Reſpondetur enim inter donationem, quæ rei interventu, & traditione fit, & eam quæ à promiſſione incepit, magnum dari diſcrimen. Prima namque ſtatim perficitur quoad omnes juris effectus, & per eam in donatarium transfertur dominium: at verò donatio,
quæ à promiſſione incepit, perfecta tantùm dicitur 9
quoad obligationem, & ut amplius revocari non valeat: & is qui promiſit, dare compellatur, non verò, ut donatarius ex promiſſione rei donatæ dominus efficiatur. d. §. aliæ, Inſtit de donat. Hermoſilla in l. 4.
tit. 4. partit. 5 gloſſ. 1. n. 2. Namque dominium non trans- 10
fertur in donatarium niſi traditione ſecuta, poſt alios Ludovicus Peguera deciſ. 46. n. 6. Cancerius d. l. 1. c. 8. n. 30. Noguerol. alleg. 14. n. 46. & ſeqq. Idcoque donans ante traditionem dominus manet, & rem donatam poteſt alienare, & obligare, & hypothecare. l. final. §. Lucius ff. de donat. l. quod ſæpe §. ſi res ff. de contrahenda emptio l. quoties, ff. de rei vendicatione, ubi DD. Bartolus in l. 1. C. de jure fiſci l. 11. Hermoſilla in d. l. 4. gloſſ. 1. n. 2. Guttierez de juram. confirmat. 3 p. c. 15. à n. 23. Cancerius d. c. 8. n. 30. Noguerol. alleg. 14. n. 47. & pluribus de more citatis Antoninus de Armato reſolut. 26. n. 13. & 14. Quare inconcuſſa mane noſtra reſolutio, quæ habet veram, & propriam donationem eſſe, quæ rei interventu, & traditione perficitur, & non eſſe ita propriam, quæ à promiſſione incepit.

Id verò quod diximus, donatorem ante traditionem 11
poſſe, tanquam dominum alienare, & obligare rem donatam, intelliges, niſi aliquo modo in donatarium tranſtuliſſet poſſeſſionem, ſaltem per actus fictos: puta per clauſulam conſtituti, precarii, vel reſervationem uſusfructus: cum enim dominium transferatur per illam fictam traditionem, jam donator non poterit rem alienare, vel hypotecare, quamvis vera, & realis non interveniat traditio; eſt enim clauſula conſtituti ejus virtutis, ut per eam abſque alio actu naturali, non 12
tantùm transferatur poſſeſſio. l. quod meo. ff. de acquirenda poſſeſſione, Tiraquellus de conſtitut. 1. p. n. 1. Anton. Gomes in L. 45. Tauri n. 78. & ſeq. Valaſcus conſult. 106. n. 5. & ſeq. Larrea deciſ. 10. n. 7. & 8. Surdus conſil. 13. n. 13. Ludovicus Poſtius de manutenendo obſervat. 20. n. 5. & ſeq. & poſt tractatum deciſ. 104. n. 1. Salgado de Regia protectione 4. p. c. 8. n. 126. Fontanella de pactis nuptial. clauſula 4. gloſ. 3. n. 17. Canſer. d. l. 1. c. 8. n. 31. Solorzano de jure Indiarum tom. 2. l. 3. c. 10. n. 89. Sed etiam ſufficiens eſt ad tranſlationem dominii, ſi præceſſit titulus habilis ad illud trans-
ferendum, docet gloſ. in L. ab emptione ff. de pactis c. 13
cum veniſſent, de reſtitut. ſpoliatorum, Cancer dicto l. 1. c. 8. n. 13. Poſtius poſt tractatum deciſ. 58. n. 20. Capic. Latro conſult. 137. n. 21. Ubi dicit, quod dicta clauſula quo ad acquiſitionem dominii eoſdem operatur affectus, ac vera, & realis traditio; ide-
oque poſſeſſori ex hac clauſula competunt omnia re- 14
media poſſeſſoria, Molina de primogeniis l. 3. c. 13. à principio, & n. 4. & c. 12. per totum Peregrinus de fideicommiſſis art. 47. n. 21. & ſeq. Salgado de protectione 4. p. c. 8. n. 117. Poſtius d. obſerv. 20. n. 16. Tonduttus reſolutionum civilium c. 172. n. 4. Ita ut exiſtente re donata apud donatorem, ſi in ea fiat executio poſſit donatarius ex hac clauſula, ſe opponere ad impediendam executionem, tāquam tertius poſſeſſor non
convictus, neque condemnatus, Valaſcus conſult. 55. 15
Sequitur Hermoſil. in d. L. 4. tit. 4. partit. 5. n. 2. in fine Giurba deciſ. 112. n. 14. Carocius de excep-

ceptionibus, exceptione 69. n. 64. Latè, & optimè
Salgado de protectione 5.p.e.8.n.114. & ſeq. Amato
reſol. 94. n. 24. & 25. Unde tranſlatâ ſic poſſeſſione
per hanc clauſulam in donatarium, jam donator non
poterit alienare, vel obligare rem donatam Hermo-
16 ſill. in d.L.4.gloſ.1.n.2.Cap. Latro d. conſult. 137.à
n. 21.
Hæc autem ita accipienda ſunt, ſi donator tempo-
re conſtituti erat in poſſeſſione rei donatæ, aliàs non
17 poterit transferre poſſeſſionem, quam non habebat,
Decius conſil. 247. n. 3. Antonius Gomes in L. 45.
Tauri n.84. Valaſcus conſult.106.n. 11. Larrea deciſ.
10.n.31. Poſtius d. obſervatione 20.n. 24. Hermoſil.
in d.L.4.gl.1. n. 2.
18 Deinde intelliges, ut prædicta reſolutio procedat
eo caſu, quo donatarius fuit præſens donationi, vel
eam acceptavit, antequam donator rem donatam
alienaſſet: ſecùs alias Quod probatur tam ex eo, quod
donatio facta abſenti, nemine pro eo ſtipulante, inu-
tilis eſt, & ante acceptationem poteſt donator eam
revocare, & rem donatam obligare, & alienare, jux-
ta gloſſam, communiter receptam, in L. illud. C. de
ſacroſanctis Eccleſiis, L. abſenti, ff. de donationib.
19 Romanus conſil. 296. Covar. in rubrica de teſtamen-
tis p.3.n.16. Mantica de tacitis, & ambiguis l.13. tit.
6. à n. 1. Petrus Barboſa in L. quæ dotis n. 114. ff. ſo-
luto matrim. Julius Clarus in §. donatio quæſt.12.n.6.
Auguſtinus Barboſ. in collectaneo ad dictam L. illud
n. 18. C. de ſacroſanct. Eccleſiis Noguerol. alleg. 22.
n.6. Cancer dicto cap.8. n. 36. & ſeq. Valenz. Velaſ-
ques conſil. 119.n.7. Hermoſil. in d.L.4.gloſ. 1. n. 2.
circa finem. Quam etiam ex eo, quod licet in dona-
tione fuiſſet appoſita clauſula conſtituti, hæc non
operatur in abſentis favorē Gama deciſ. 381. Valaſcus
20 conſult. 55.n.2. Anton. Gomes in L.45. Tauri n. 82.
& ſeq. Larrea deciſ. 10. Granatenſi n. 28. Poſtius d. ob-
ſerv.20.n.21. Valenz. conſil. 119. n. 27. & ſequentib.
Ideo ut neque per procuratorem abſenti acquiratur
21 poſſeſſio ex dicta clauſula conſtituti, Anton. Gomes
ubi proxime n. 83. Tiraquellus de jure conſtituti, am-
pliatione 26.n.4. Cevallos communium contra commu-
nes quæſt. 156. ubi relatis duabus opinionibus contra-
riis hanc partem amplectitur, ſequitur Poſtius de ob-
ſervatione 20. n. 25.
22 Nota tamen quod, ſi notarius pro abſente dona-
tionem acceptavit, ſecutâ ratihabitione, valida
erit donatio. Decius conſil. 166. ad fin. Socinus con-
ſil. 118. col.pen. volumine 2. Calvacanus deciſ. 42. n.
16. part. 1. dicis communem Sanfelicius deciſ.192.n.
1. Cancerius lib. 1. c. 28. n. 28. Fontanella de pactis
nuptialibus clauſula 4. gloſ. 8. n. 23. & ſequentib.
Amato reſolut. 30. n. 4. & ſequentib. Quod tamen
intellige, ut non obſtante notarii acceptatione, non
quæratur donatario dominium, neque poſſeſſio ante
ratihabitionem, Paulus de Caſtro conſil. 195. n. 1. l.
23 2. & in L. Paulus in fin. principis ff. de rebus dubiis,
Ruinus conſil. 126. n. 10. verſ. nec eſt etiam verum lib.
1. Donellus in L. ſtipulatio iſta n. 63. ff. de verborum
obligationibus. Joſephus Ludovicus deciſ. Peruſina
29. n.7. part. 1. omnino videndus Alciatus reſponſ.14.
à n. 11. cum ſequentib. lib. 8. poſt plures. Valenſue-
la conſil. 119. n.22. & 23. Ideoque donator ante ra-
tihabitionem poterit rem donatam alienare, & obli-
gare. Valenſuela ubi proxime n. 24. Imò, & dona-
tionem revocare. Valenſuela dicto conſil. 119. n.22.
pulchre Vincentius de Franchis deciſ. 329. Amato
24 reſol. 30. n. 6. etiamſi in donatione, clauſula conſ-
tituti ſit appoſita: Antonius Gomes in d.L.45. Tau-
ri n. 83. Soares ad eundem Anton. Gomes lib. 2. va-
riarum cap. 2. in additione litt. F. Hermoſil. in L.
50. titul.5. partit. 5. gloſ.1.n.16. ut evitentur abſurda,
& ne ſpecialia multiplicentur, de quibus Valenzue-
la ubi proxime n.2. Quæ reſolutio procedit etiam ca-

ſu, quo in donatione pactum de non revocando in-
terveniat; quia adhuc donatio ante ratihabitionem 25
poteſt revocari Gama deciſ.381.n. 3. Sanfelicius de-
ciſ. 192. numero 2. Cancer. lib. 1. c. 8. num. 20.
Auguſtinus Barboſa in d. L. illud C. de Sacroſanctis
Eccleſiis numero 16. & 22. Valenzuela conſil. 119.
n. 7. & ſequentib. & n. 16. cum ſeq.
Quæ dicta ſunt de clauſula conſtituti, procedunt 26
in clauſula precarii vel quando donator reſervavit
uſum fructum rei donatæ pro ejus vita, vel ad tem-
pus, quia per reſervationem uſus fructus, tranſire
poſſeſſionem in donatarium probat expreſſe text. in
L. quiſquis C. de donat. ubi gloſ. Salicetus, & alii, &
in L. Si quis argentum §. ſed ſiquidem C. eodem ti-
tul. Guido Papa deciſ. 46. & 112. Cancerius dicto c.
8. n. 13. Peguera deciſ. 48. n. 6. Capic. Latro d.
conſult. 137. n. 22.
Redeundo igitur ad noſtrum inſtitutum videtur
dicendum: quod non omnis donatio, quæ rei 27
interventu, & traditione fit, vera, & propria, per-
fectaque donatio dici debet, quia donans, qui rem
tradit, id tantum jus donare videtur, quod habet in
re donata. L. tabernam. ff. de contrah. emptione L.
ſi domus. §. 1. ff. de legatis 1. c. paſtoralis de donat.
Surdus conſil. 13. n.4. Cancerius lib. 1. c. 8. n. 112.
Petrus Barboſa in manuſcriptis ad text. in l. ſervi elec-
tione §. final. n. 6. ff. de legatis 1. Et faciunt jura in
l. fin. C. de locatione prædiorum civilium lib. 11. l. ſi
ſervum 91. in principio verſ. item ſi bomo ff. de verbo-
rum obligationibus, Guſman. de evictionibus quæſt.
25. n. 24. in fin. Quod adeo verum eſt, ut ſi res à
vero domino evincatur, non tenebitur donator de 28
evictione, quando donatio à traditione incipit l. ſi
quis argentum C. de donat. l. Ariſto §. fin. ff. eodem
tit. gloſſ. & Doctores in §. 1. Inſtit. de donat. gloſ. in
l. ad res donatas ff. de adilitio edicto, & in l. Julia-
nus §. qui fundum ff. de verborum obligationibus,
Imola in c. fin. de emptione, & venditione Jaſon.
conſ. 34. col.2. & conſ. 23. col.1. l.1. Rollandus à Val-
le conſ.50.n.26. l.3. Boerius dec. 67. n. 1. Stephanus
Gratianus diſceptationum forenſium c.657. n. 50. Ca-
ballinus de evictionibus §. 4. n. 2. & 3. Guzman. eo-
dem tractatu q.25.n.24. Et hæc eſt communis opinio
ut per Caballinum d. §.4. ſub. n.2. Caldas Pereyra de
emptione, & venditione, cap. 32. n. 41. & 42. Surdus
dec.290.n. 3, Solorzanus de jure Indiarum tom. 2. l.
2. c. 10. n. 53. Sanſellicius dec. 324. n. 1. Antonius
Gomez l. 2. variarum c.4.n. 1. Mantica de tacitis l.
13. tit.4. n. 18. Hypolitus Riminaldus in principio Inſ-
tit. de donat. n. 453. Atqui ſi res aliena donata ſit,
& donatio rei interventu perficiatur, valida quidem
erit donatio, prout rei alienæ venditio mero jure
valida eſt, l. rem alienam ff. de contrabenda emptio-
ne. Antonius Gomez l. 2. variarum c.2. n. 8. ubi plu-
res citat Aylon ejus additionator. Hermoſilla in l. 19
tit. 5. partit. 5. gloſſ. 1. n. 1. Sed donatarius nullum
jus conſequitur ex donatione rei alienæ, quæ à vero 29
domino condici, & vendicari poteſt; ergo donatio
hujuſmodi interventu rei facta non poteſt dici pro-
pria, & perfecta donatio, ſiquidem effectum non pro-
ducit, neque per eam dominium transfertur; & ſic
non omnis donatio, quæ à traditione incepit, pro-
pria, & vera donatio dici debet, neque doni da-
tio.
Nihilominus tamen vera, & propria donatio eſt il- 30
la, quæ à traditione initium ſumpſit ut ſupra reſolvi-
mus, & non obſtant, quæ de donatione rei alienæ in
contrarium fuere adducta, quia reſpondetur, quod
donator non tenetur præcisè rem facere donatarii, &
dominium transferre, ut donatio vera, & propria in-
telligatur; ſed ſufficit, quod uſucapiendi conditio in
eum transferatur, & quòd uſucapio pro donato locum
habere poſſit, toto tit. C. pro donato. Paulus de Caſtro

in *L. ædibus* §. *ult. ff. de donat.* Mantica *de tacitis l.* 13.
tit. 1. *n.* 7. *verſ. neque eſt neceſſe*, prout venditor non
tenetur præciſè rem facere emptoris, quia tunc tra-
dendo rem, præſtat uſucapiendi conditionem. *L.*
exemplo 12. §. *in primis ff. de actionibus empti.* Larrea
dec. 12. *n.* 18.

31 His præhabitis videndum eſt, an donatio ſit mo-
dus acquirendi dominium de jure gentium, aut de ju-
re civili? & quidem quoad donationem, quæ à tra-
ditione incepit, duxiſſe originem à jure gentium
fatendum eſt, cum nihil magis congruum ſit natura-
li æquitati, quàm ratam haberi voluntatem ejus, qui
rem propriam in alium transferre vult, §. *per tradi-*
tionem Inſtit. de rerum diviſione, l. qua ratione §. *hac*
32 *quoque ff. de acquirendo rerum dominio.* Mantica *d. l.*
13. *tit.* 1. *n.* 8. Tota dubitatio eſt, an donatio, quæ
à promiſſione incepit, ſit juris civilis acquiſitionis
genus, vel juris gentium; & eſſe juris civilis,
ſive fiat per ſtipulationem, ſive per pactum, probari
videtur in *L. ſi quis argentum* §. *fin. C. de donat.* &
idem videtur inſinuare Juſtinianus *in* §. *alia in* §.
erat olim in principio, Inſtit. de donat ubi Ac-
curſius *verbo acquiſitionis*, quem ibi ſequuntur
Mynſingerius, Balduinus, & alii, dicentes dona-
tionem juris civilis eſſe, quia quamvis hodie ſolo nu-
do pacto perficiatur, *d. l. ſi quis argentum* §. *fin.* ta-
33 men olim ſtipulatione contrahebatur, quæ juris civi-
lis eſt, §. *de conſtituta. Inſtit. de actionibus, gloſſ. in l.*
ex hoc jure, ff. de juſtitia & jure, & in l. legitima de
pactis. Connanus *l.* 1. *commentarium c.* 6. *numero*
11. *&* 13. *ad finem.* Petrus Gregorius *ſyntagmatum*
l. 24. *c.* 1. *n.* 19. Cardinalis Mantica *de tacitis l.* 14.
tit. 4. *n.* 1. Benedictus Ægidius *in l. ex hoc jure* 1. *p.*
c. 11. *n.* Pichardus *in rubrica Inſtit. de verborum*
obligationibus numero 15. *& cum ſequentibus*, Atque
ita donationem, quæ à promiſſione incepit, eſſe
genus acquiſitionis juris civilis tenet Mantica *d.*
l. 13. *tit.* 1. *numero* 8. & eſt communis opi-
nio.

Cæterum, Pichardus *ad rubr. Inſtit. de donat. n.*
34 5. *cum ſeqq.* contra communem defendit dona-
tionem, quæ à promiſſione incepit eſſe genus acqui-
rendi de jure gentium, eo motus fundamento, quòd
etiam donatio prædicta perficitur rei interventu, &
traditione, & ideo acquiſitio, quæ ex traditione
provenit, juris gentium eſt, prout eſt etiam dominium,
Benedictus Ægidius in *d. l. ex hoc jure* 1. *p. c.* 4. *n.* 5. &
ad illam reſolutionem, quæ habet ſtipulationem eſſe
juris civilis, reſpondet: quòd ſtipulatio, quatenus
continet conventionem, & contractum, juris genti-
um eſt, & ſolùm quoad obligationem eſſe juris civi-
lis: ſed à recepta; & communi ſententia recedendum
non eſt.

35 An autem donatio fuerit, vel ſit hodie contractus
nominatus, vel innominatus, aut anomalus? magna
inter Doctores eſt controverſia. Alii enim dicunt do-
nationem non eſſe contractum, ut latè fundat Fortu-
nius, Garcia in *l. juris gentium* 7. *n.* 25. *ff. de pactis*,
& ante eum Fulgoſius in *l.* 2. *C. de condict. ob cauſam*
Cumanus in *l. ædibus*, §. 1. *ff. de donat.* ſed contra-
ria ſententia verior eſt, & tenenda, ſiquidem apud
omnes conſtat donationem eſſe contractum, teſte
Riminaldo in *rubr. Inſtit. de donat. numero* 84. ubi,
& *numero ſeqq. uſque ad numero* 136. hujus veræ
opinionis fundamenta jactat, & contrariis plenè ſatis-
facit: alii verò contractum innominatum eſſe docent,
ut per gloſſam in *l. ædibus*, §. 1. *verbo ex rebus*, ſimi-
lis gloſſa in *rubr. de rerum permutatione*, Baldus de
Ubaldis *de pact. numero* 40. latiſſimè Riminaldus in
d. rubr. de donat. numero 136. *& ſeqq. & numero*
150. *cum pluribus ſeqq.* Franciſcus à Souza in *com-*
mentariis ad tit. ff. de pactis art. 4. *q.* 2. *in princi-*
pio. Alii denique donationem eſſe contractum
anomalum defendunt: ex eo quia non poteſt reponi
ſub aliqua forma contractum nominatorum, vel in-
nominatorum. Petrus Gregorius *ſyntagmatum l.* 28. *c.*
7. *n.* 1.

Verum communis ſententia eſt donationem, tam 36
tempore Digeſtorum quàm hodie fuiſſe, & eſſe con-
tractum nominatum, ut ſcribunt Bartolus in *l.* 2. *n.* 8.
C. de condict. ob cauſam, & in l. juris gentium in prin-
cipio n. 2. *ff. de pactis*, ubi gloſſa *verbo facies, circa*
finem, communiter recepta, ut per Joannem Oroſium
ibi *n.* 9. Sarmiento *ſelectarum l.* 3. *c.* 3. *n.* 6. Clarus
in §. *donatio, q.* 1. *n.* 2. Surdus *conſil.* 369. *num.* 9.
Menochius *conſil.* 388. *numer.* 53. Antonius Faber
de erroribus pragmaticarum de cad. 44. *errore* 8. poſt
plures Hermoſilla *in l.* 1. *gl.* 1. *n.* 3. *tit.* 4. *partit.* 5.
eleganter Franciſcus à Souza *d. q.* 2. *n.* 3. *&* 4. Au-
guſtinus Barboſa *in collect. ad l. ſi donationis* 9. *n.*
3. *C. de his quævi, & in l. donationes quas, Dinus*
numer. 5. *C. de donat. inter virum & uxorem, & in*
collect. ad text. in C. præterea 23. *numer.* 8. *de jure pa-*
tronatus, Robles *de repræſent. lib.* 3. *cap.* 12. *num.*
2. Riminaldus *in d. rubr. Inſtit. de donat. numer.* 143
& ſeqq. quorum plures contrariæ partis fundamenta
diluunt. Noviſſimè Marius Cutellius poſt hæc ſcripta
viſus *de donat. diſc.* 1. *particula unica n.* 23.

Quibus ita prænotatis, accedamus jam ad donatio- 37
nis diffinitionem, ſi quidem ex ea perfectiùs cujuſque
rei natura comprehenditur. Et quidem variæ dona-
tionis diffinitiones traduntur à Doctoribus, nam Azo
in *ſumma de donat.* ubi Hoſtienſis, eam diffinit. Ut ſi
rei licitæ, nullo jure cogente, merà liberalitate facta
collatio. Et hanc ſequuntur Albericus, & alii anti-
quiores in *rubr. de donat.* Antonius Gomez *l.* 2. *vari-*
arum. 4. *n.* 1. Medices *de diffinit.* 2. *p. cap.* 54. Matienço
in *l.* 7. *gloſſ.* 2. *n.* 1. *tit.* 10. *l.* 5. *Recopilationis*, Mantica *de*
tacitis, l. 13. *tit.* 2. *n.* 4. Mendoç. *de pactis l.* 3. *c.* 3. *q.* 3.
n. 16. Caſtillo *l.* 5. *controverſiarum, c.* 89. *n.* 109. & plu-
res alii relati ab Hermoſilla in *d. l.* 1. *tit.* 4. *partit.* 5.
gloſſ. 1. *n.* 1. Aylon ad Antonium Gomez *l.* 2. *var. c.* 4.
n. 2 & videtur probari ex *text. in L. donari* 83. *ff. de*
regulis juris L. *donari ff. de donat.*

Pichardus autem *ad rubr. Inſtit de donat. n.* 13. præ-
dictam diffinitionem improbat, quia mutuo, commo- 38
dato, & precario convenit: & ſic altari quam diffinito,
contra rectam diffiniendi rationem à Dialecticis peti-
tam, *l.* 1. *ff. de dolo*, ſequitur non citato Pichardo Au-
guſtinus Barboſa *ad rubr. extra de donat. n.* 4. Aliam
tradit Petrus Gregorius *ſyntagm. l.* 28. *c.* 7. *n.* 5. quam
refert Hermoſilla in *d. l.* 1. *tit.* 4. *partit.* 5. *gloſſ.* 1. *n.* 1.
verſ. traditam ab Azone, quam ob nimiam longitu-
dinem rejicit Aylon ad Antonium Gomez *d. c.* 4. *n.* 2.
& poſt alias adductas à Mantica *d. l.* 13. *tit.* 2. Thuſcus
litt. D. concl. 621. *n.* 1. Pichardus in *rubr. de donat. n.* 16.
donationem diffinit, ut ſit liberalis, & irrevocabilis rei
propriæ dominii translatio, quam tibi explicat, &
exornat. Sed eam rejicit Aylon *d. c.* 4. *n.* 2. quia non
videtur naturam donationis plenè explicare. At verò
Hypolitus Riminaldus in *rubr. Inſtit. de donat. n.* 54.
contendit veram donationis diffinitionem eſſe poſitam
in *l.* 1. *ff. de donat.* in verbis ibi: *Dat aliquis ea mente,* 39
ut ſtatim velit accipientis fieri, nec ullo caſu ad ſe re-
verti, & propter nullam aliam cauſam facit, quàm
ut liberalitatem, & munificentiam exerceat, hæc
propria donatio appellatur: & in *l. munus* 214. §.
dona ff. de verborum ſignificat. ibi: *Dona autem pro-*
priè ſunt, quæ nullà neceſſitate juris, officii, ſed
ſponte præſtantur, quæ ſi non præſtentur, nulla
reprehenſio eſt. Et horum jurium verba pro diffi-
nitione accepit Hypolitus, eamque explicat nu-
meris ſequentibus, ſed videtur converti cum diffi-
nitione Azonis, & quia etiam nimium longa non pla-
cet.

Quare his, & aliis diffinitionibus omiſſis magis arri- 40
det

det tradita ab Aug. Barboſa *ad rubr. extra de donat. n.5.* qui diffinit donationem, ut ſit *conceſſio alicujus rei non prohibita, animo domininm irrevocabiliter transferendi, ex mera liberalitate facta.* In qua, ut ipſe explicat, verbum *conceſſio* ponitur loco generis, quia prædicatur de pluribus contractibus, qui donationes non ſunt, ut in mutuo, commodato, precario, locatione, depoſito, & ſimilibus; quod illud verbum *conceſſio* cōveniat donationi, probatur in *l. donari 29. ff. de donat. l. donari 83. ff. de regulis jnris.* Menochius *de arbitrariis l.2. c.88. n.31.* Loco differentiæ adjiciuntur aliæ particulæ & illa, *alicujus rei non prohibita*, quia donatio de rebus à lege prohibitis non valet, *l. nemo poteſt ff. de regul. juris l. non dubium, C. de legibus.* Prout non velet donatio rei illicitæ, vel inhoneſtæ *l. quod ſæpe §. venenum, ff. de contrahenda emptione*, neque ejus rei quæ non eſt in commercio *l. inter ſtipulautem, §. ſacram, ff. de verborum obligationibus.* Dicitur, *animo dominium transferendi*, ut excludantur reliqui contractus gratioſi, ut commodatum, & ſimiles, in quibus dominium non transfertur; item & donatio cauſa mortis; & denique dictum ſuit *ex mera liberalitate*, nt excludantur contractus oneroſi emptionis, & permutationis, & ſimiles correſpectivi, vel qui non ex mera liberalitate proveniunt.

Non obſtat aſſerere, quod donatio facta ob cauſa
41 meritorum donatio appellatur, cum tamen verè, & propriè non ſit donatio, ſed potiùs quædam permutatio, ſeu titulus oneroſus *l. Aquilius Regulns ff. de donat. l. ſed eiſi lege. §. conſuluit ff. de petitione hæreditatis.* Mantica *de tacitis l.13. tit.2. n7.* Gratianus *diſcept. for. c.202. n.2.* Covarruvias in *Cap. in officiis de teſtam. n.29.* immo dicitur contratus innuminatus verè, & propriè, do ut des, *l.1. l. hoc jnre in principio*, & *§. fin. ff. de donat.* Peregrinus *conſ.78. n.6. l.3.* Bartolus *in l.*
42 *2. C. de conditione ob cauſam.* Altogradus *conſ. 7. n. 17.* Reinoſo *obſervat. 31. n.1.* non enim habet cauſam merè lucrativam, quæ eſt de eſſentia donationis, ſed oneroſam. Peregrinus *d. conſ.78. n.6. verſ. quæ quidem*
43 Vveſembeq. *conſ.135. n.76. in fine, & 77.* Reſpondetur namque fatendo donationem remuneratoriam non eſſe propriè donationem, ſed impropriè talem dici. At verò non loquimur de donatione ſimplici, & ex mera liberalitate facta, in qua procedit noſtra diffinitio: Ultra quod obligatio antidoralis, quæ provenit ex meritis non omnino excludit donationem, & liberalitatem, ſiquidem ex cauſa meritorum nulla oritur actio. *l. juris gentium 7. §. ſed cum nulla verſ. igitur nuda ff. de pact.* Atque ideo ſufficit, ut remuneratoria donatio, quāvis impropriè, donatio dicatur.

PRÆLUDIUM II.

Quot ſint donationis ſpecies, & de donatione ob cauſam, atque remuneratoria, cauſa matrimonii.

SUMMARIUM.

1 *Species donationis ſecundum DD. ſunt, Donatio inter vivos, & alia mortis cauſa: & in his duobus membris cætera continentur.*

2 *Donatio inter vivos dividitur inter ſimplicem, & ob cauſam, vel ſub modo, & conditionalem.*

3 *Quæ ſit ſimplex donatio, quæ ob cauſam & ſub modo.*

4 *Quæ ſit donatio conditionalis.*

5 *Per donationem ſimpliciter, & ex mera liberalitate factam ſecuta traditione ſtatim transfertur dominium in donatarium.*

6 *Perfecta donatio cum rei traditione revocari non*

poteſt; neque donator illi modum, conditionem, vel gravamen adjicere valet.

7 *Poſt perfectam donationem non poteſt donator pœnitere; neque onus, vel conditiones adjicere, etiam in continenti.*

8 *In promiſſione de donando ſimpliciter facta, modus, conditio, vel gravamen adjici non poteſt.*

9 *Donator in teſtamento nova pacta, vel conditiones adjicere non poteſt perfectæ donationi.*

10 *Donatarius, ſi à donatore hæres inſtituatur, & hæreditatem adierit, tenetur parere conditionibus & oneribus in teſtamento appoſitis, etiam circa res antea perfectè donatas.*

11 *Ita ut donatio perfecta expreſſe revocari non poteſt; ita neque tacita per rerum conſumptionem, alienationem, vel aliam diſpoſitionem.*

12 *Limita primo: ut donator ex intervallo poſſit conditiones, & onera adjicere, ſi à principio tractatnm ſuit de illis; & poſtea donatio ſimplex apparnerit.*

13 *Limita ſecundo: ſi donator ſibi reſervavit facultatem revocandi donationem; vel apponendi conditiones, modum, vel gravamen.*

14 *Limita tertio: ſi poſt primam donationem donator eidem aliam fecerit majorem.*

15 *Limita quarto: ſi donatio fuerit inofficioſa.*

16 *Limita quinto: ut poſſit revocari propter ingratitudinem.*

17 *Donatio etiam juramento vallatâ poteſt revocari propter ingratitudinem.*

18 *Pactum de non revocando non impedit revocationem donationis ex cauſa ingratitudinis.*

19 *Dolus ſuturus non poteſt remitti per pactum, aut ultimam volnntatem.*

20 *An hoc pactum de non revocando propter futuram ingratitudinem valeat?* Remiſſivè.

21 *Ad revocationem donationis propter ingratitudinem non ſufficit cauſa, ſed requiritur actus revocationis ipſius donatoris expreſſus, nec ſufficit tacitus.*

22 *Alienata per donatarium ante ingratitudinem non revocantur.*

23 *Donatio ſimplex revocatnr per ſupervenientiam filiorum donatoris.*

24 *Filii naturales, qui per ſubſequens Matrimonium fuerunt legitimati, faciunt revocare donationem.*

25 *Quæ reſolutio procedit etiam caſu quo filii naturales jam erant nati tempore donationis; ſi per ſubſeqnens matrimoninm fuerunt legitimati, etiamſi Matrimonium tempore mortis ſit contractum.*

26 *Donatio ſimplex excedens valorem qningentorum ſolidornm inſinuanda eſt. Alias non valet in exceſſu.*

27 *Idem procedit in remiſſione debiti, vel renuntiatione, quæ excedit prædictam ſummam; ſi fiat ex cauſa donationis.*

28 *Donatio quoad exceſſum incipit valere à die inſinuationis.*

29 *Inſinuatio fieri non poteſt, poſtquam ſuit oppoſitum de hac nnllitate.*

30 *Non poteſt donatio inſinuari poſt mortem donatoris.*

31 *Donatio ob cauſam non eſt propriè donatio.*

32 *Remuneratoria donatio dicitur ab aliquibus; quæ ſit reſpectu meritorum, quæ actionem parere poſſunt.*

33 *Verior eſt opinio contra Pinellnm, quoad hoc, ut donatio remuneratoria ſit, ſufficit, qnod merita obligent lege gratitudinis ad antidora.*

34 *Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio.*

35 Dicitur accepti beneficii merces.
36 Non ſolum eſt remuneratoria, quæ fit ob merita præterita: ſed etiam quæ fit ob futura.
37 Dicitur donatio inter vivos, & ſit irrevocabilis, quæ fit ob merita futura.
38 Ut remuneratoria cenſeatur, ſufficit, quod merita præceſſerint, quamvis in donatione eorum non fiat expreſſa mentio.
39 Remuneratoria non revocatur nativitate filiorum, ſi merita non excedunt valorem rei donatæ.
40 Si merita non ſunt æquivalentia rei donatæ, erit donatio irrevocabilis intra valorem meritorum: in exceſſu verò revocatur nativitate filiorum.
41 Remedium l.2. C. de reſcind. vend. habet locum in donatione ob cauſam.
42 Donatio remuneratoria non revocatur propter ingratitudinem.
43 Sed in eo, quod excedit valorem meritorum poteſt propter ingratitudinem revocari.
44 Donatio remuneratoria non requirit inſinuationem intra valorem meritorum, ſed in exceſſu inſinuari debet: ut n.45.
46 Donatio remuneratoria in eo, quod excedit merita, eſt ſimplex.
47 Qualis debet eſſe exceſſus, ut donatio illius reſpectu non ſit remuneratoria.
Donatarius tenetur probare merita eſſe æquivalentia Ibidem.
48 Sola aſſertio meritorum inter perſonas prohibitas donare non ſufficit, ut materia probata dicatur.
49 Donatarius non tenetur probare merita, quando donator illa fatetur in donatione facta inter perſonas non prohibitas donare.
50 Merita in ſpecie ſunt exprimenda, ut donatio muneratoria cenſeatur; & ſi in genere exprimantur, & donatio ſimplex judicatur.
51 Quando ſtetur aſſertioni Principis circa merita: & n. 52.
53 Donatio remuneratoria eſt reciproca.
Donatio reciproca non requirit inſinuationem. Ibid.
54 Remuneratoria donatio, quando merita ſunt ejus qualitatis, quod donans in judicio poterat conveniri, in hoc Regno deducitur in partitionibus ex communi acervo hæreditatis. Si vero ſint talia: quæ ex obligatione antidorali impulerunt ad donandum, deducuntur ex tertia bonorum: & n. 55.
56 Minor non poteſt donare; etiam cum judicis, & curatoris authoritate.
Ex cauſa remunerationis bene poteſt minor donare. Ibid.
57 Intellige: ut de mobilibus, quæ ſervando ſervari non poſſunt valeat minor donare cauſa remunerandi: non de immobilibus, vel mobilibus, quæ ſervando ſervari poſſunt.
58 Contrarium immo, quod minor etiam de rebus ſtabilibus poſſit facere donationem cauſa remunerandi, tradit Petrus Barboſa: dummodo interveniant ſolemnitates requiſitæ in alienatione bonorum minoris. Quæ ſententia de rigore juris verior eſt, Contraria autem obſervatur in praxi.
59 Non omnis cauſa expreſſa in donatione facit, quod donatio ob cauſam dicatur, ſed talis eſſe debet, quæ liberalitatem excludat.
60 Donationis cauſa debet eſſe finalis, quia ſi fuerit impulſiva, non dicetur donatio ob cauſam: ſed ſimplex & pura.
61 Cauſa propriè dicitur finalis, impulſiva vero impropriè dicitur cauſa: & n.62.
63 Cauſa finalis eſt prima in conſideratione diſponentis, ultima in fieri diſpoſiti: & eſt diſpoſitionis ſubſtantia: & n.64.
65 Ut vera donatio ob cauſam dicatur, requiritur, quod cauſa reſpiciat commodum, & utilitatem donantis. Si cauſa eſt impulſiva, & extrinſeca, & non reſpicit commodum donantis, donatio eſt ſimplex, & pura. Ibid.
66 Donatio ob cauſam non operatur effectum cauſa non ſecuta.
67 Re integra, & cauſa non ſecuta poteſt donator pœnitere, & donatum repetere.
68 Donatio ob cauſam eſt contractus innominatus, & tamquam talis revocari poteſt.
69 Niſi in donatione intervenerit ſtipulatio.
70 Donatio ob cauſam dotis facta ab extraneo eſt ſimplex.
71 Donatio cauſa matrimonii facta continet conditionem, ſi matrimonium ſequatur.
72 Donationis facta cauſa certi matrimonii, & determinati, matrimonium dicitur cauſa finalis; ſi vero fiat in genere, eſt matrimonium cauſa impulſiva.
73 Donatio ob cauſam certi, & determinati matrimonii, eo non ſecuto, revocatur per conditionem ob cauſam.
74 Intellige de donatione facta ab extraneo habito reſpectu ad futurum. Secus ſi promiſit, ut debitor ex cauſa de præterito: vel ſi donans erat frater mulieris, & eam dotavit de bonis patris defuncti.
75 Explicatur Ordin. l.3. tit.25.§.5. Ubi inſtrumentum dotis ſine certificatione celebrati matrimonii non eſt liquidum: Et n. 77.
76 Argumentum à contrario ſenſu validum eſt in jure.
77 Contrarius ſenſus legis habetur pro lege.
78 Inſtrumentum contractus conditionalis fit purum & liquidum, ut per illud procedatur via executiva, ſi oſtendatur aliud inſtrumentum, ex quo conſtet de implemento conditionis.
79 Impleta conditione manet contractus purus, & conditio retrotrahitur in perpetuum, & ad id principium actus.
80 Valet pactum de ſtando juramento partis, vel tertii ſuper æſtimatione, vel liquidatione expenſarum, meliorationum, vel intereſſe, aut damnorum.
81 Valet pactum, quod ſtetur juramento partis ſuper ſubſtantia damni, vel intereſſe.
82 Donator poteſt repetere donatum ob cauſam certi matrimonii, ſi illud nullum fuit judicatum ob aliquod juris impedimentum; ſive contrahentes fuiſſent conſcii, ſive ignorantes impedimenti, ut n.83.
84 Si matrimonium fuit nullum declaratum ob aliquod juris impedimentum, cujus vir, & mulier erant conſcii, uterque privatur lucro dotis, vel donationis, & mulier ipſa dote: & neutri datur repetitio: ſed fiſcus aufert tanquam ab indigno.
85 Maritus non poteſt opponere de jure fiſci uxori dotem repetenti.
86 De jure fiſci nemo poteſt opponere agenti in judicio.
87 Allegatio juris tertii admittenda eſt, quando jus tertii eſt excluſivum juris agentis.
88 Quando jus tertii pendet ab ipſius voluntate, eo nolente non admittitur allegatio illius juris.
89 Si conjuges fuerunt ignari impedimenti, datæ hinc inde reſtituuntur. Sed neuter dotis lucrum, vel donationem lucratur.
90 Legatum relictum à conjuge, qui ſciebat impedimentum, alteri ignoranti, qui bonam fidem habet, valet, & quæritur legatario.
91 At vero donatio facta ignoranti ab alio ſciente impedimentum non quæritur donatario, ſed fiſco. Sed contrarium verius: ut n. 92.

93 De-

93 *Donatio, vel legatum factum à conjuge ignaro impedimenti alteri ſcienti non valet, & manet apud hæredem donantis vel teſtatoris.*

94 *Quando in terminis propoſitis dotis, vel donationis datur repetitio ob nullitatem matrimonii, intelligitur, ſive matrimonium nullum declaretur in vita, ſive poſt mortem conjugum ad inſtantiam hæredum.*

95 *Donatio dicitur ob cauſam, quando donatario aliquod onus imponitur, quod reſpiciat utilitatem donatoris, vel tertii.*

96 *Et tunc non revocatur nativitate filiorum; quatenus valor cauſæ concurrit cum æſtimatione donationis.*

97 *Donatio ob cauſam non revocatur propter ingratitudinem.*

98 *Donatio facta cauſa dotis, vel matrimonii non revocatur prætextu ingratitudinis; ſaltem conſtante matrimonio: illo vero ſoluto revocari poteſt:* ut n. 99.

100 *Dos reſpectu mariti dicitur titulus oneroſus.*

101 *Maritus aſſimilatur emptori quoad dotem: promiſſor vero venditori.*

102 *Si dos fuerit conſtituta ab extraneo, non revocatur nativitate filiorum ex beneficio* L. ſi unquam Cod. de revoc. donat. *Sed contrarium verius.*

103 *Donatio cauſa dotis facta ab extraneo eſt ſimplex, & non ob cauſam reſpectu donantis, & revocatur in totum etiam conſtante matrimonio: nec ſubſtinetur in tertia:* ut n. 104.

105 *Pater tenetur dotare filias, & donatio ab eo facta filiæ cauſa matrimonii non revocatur per nativitatem filiorum.*

106 *Donatio ampla: vel magna dotis conſtitutio facta à patre unica filia, vel filio, natis poſtea liberis ſuſtinetur in tertia bonorum in hoc Regno, & in quinto de jure Caſtellæ. Revocatur tamen quoad alias partes, quæ ſunt legitima filiorum.*

107 *In Regno Caſtellæ dubitatur: An prædicta donatio ſuſtineatur, etiam in tertio bonorum, in quo pater unum ex filiis poteſt meliorare: & revocationi eſſe locum tenent aliqui. Contraria vero ſententia communior eſt,* ut n. 108.

DOnationis ſpecies ſunt plures: & quamvis Doctores communiter dicant aliam eſſe inter vi-
1 vos, aliam mortis cauſa; & in his duobus membris cæteras comprehendi, ut notat Hermoſilla in *L. 1. titul. 4. partit. 6. gloſſ. 1. n. 4.* Tamen, ut dilucidius procedamus, de omnibus agere, impræſentiarum conſtituimus, & cum Vveſembecchio in *paratitl. ad tit. ff. de donat.* dicendum eſt: quòd donatio inter vivos dividitur inter ſimplicem, & ob cauſam, vel ſub modo, &
2 conditionalem. Simplex donatio propriè eſt illa, de qua *in præludio præcedenti n. 33. & ſeqq.* Donatio ob cauſam, vel ſub modo eſt, cum datur, vel ut aliquid fiat, vel non fiat, vel cum certò modo, certaque le-
3 ge donatur. *L. 1. §. 10. ff. de donat. tot. tit. C. de donat. quæ ſub modo,* cujus donationis finis ſubordinatus, & medius eſt remuneratio, extremus autem liberalitas. *L. hoc jure §. 1. & ult. ff. de donat.* Conditionalis donatio eſt, vel cum quis ita dat, ut tum demum accipientis rem fieri velit, cum aliquid ſecutum fuerit, vel ut
4 ſtatim quidem accipientis fiat, ſi tamen aliquid factum fuerit, vel non fuerit, velit eam ad ſe reverti.

Per donationem igitur ſimpliciter, & ex mera li-
5 beralitate factam, ſecuta rei traditione, ſtatim dominium in donatarium transfertur, non ante, Cancer. *Lib. 1. variarum c. 8. n. 30.* Noguer. *Allegat. 14. n. 46. & ſeqq.* Ludovicus Peguera *deciſ. 46. n. 6.* Et in his terminis, poſt perfectam donationem, revocationi locus non eſt, neque donator illi modum conditionem vel gravamen poteſt imponere. *L. perfecta donatio C. de donat. quæ ſub modo.* Anton. Go- 6
mes 2. *tom. variarum c. 4. n. 11. & in L. 17. Tauri n. 22.* Covarr. *l. 1. variarum c. 14. & l. 2. c. 23.* Sarmiento *de redditib. eccleſ. 1. part. c. 4. n. 10.* Molina *de primogenitis l. 1. c. 8. à n. 21.* Caſtill. qui plures laudat, *l. 3. controverſiarum* c. 10. *à n. 1. cum ſequentibus,* Gabriel Pereira, *deciſ. 120 n. 7.* Fontanell. *de pactis nuptial. clauſula 4. gloſ. 5. n. 4.* Antonius Amato *reſolutione 26. n. 1.* Olea *de ceſſ. jurium tit. 1. quæſt. 6.* n. 15. Quæ reſolu-
tio ampliatur, ut neque incontinenti poſſit donator poſt 7
donationem perfectam, pœnitere, neque onus, aut conditiones adjicere juxta communem opinionem, de qua Sarmiento *de redditib. eccleſ. 1. part. c. 4. n. 10.* Ripa *reſponſ. 63. n. 6. & 8.* Caſtill. *d. lib. 3. c. 10. à n. 50. cum ſeqq.* Quidquid aliter ſentiant D. Covarr. *d.*
lib. 1. variarum c. 14. n. 1. Fontanel. *d. clauſ. 4. gloſſ. 5.* 8
n. 5. cum ſeqq. Ampliatur ſecundo, ut procedat nedum in donatione perfecta, ſed etiam in promiſſione de donando ſimpliciter facta, quia poſteà in inſtrumento donationis non poteſt onus, aut conditio adjungi. Olea *de ceſſ. jurium tit. 1. quæſt. 6. n. 11. & ſeqq.* Ex eo quia promiſſio de donando ſimpliciter facta habetur pro donatione de præſenti, ut diximus ſupra *præludio* 1. *n. 7.*

Ampliatur tertio, ut nec in teſtamento poſſit do- 9
nator novas conditiones, aut onera adjicere ut contra Celſum, & Hugonem tenent plures relati à Caſtillo *d. c. 10. à n. 10. à n. 40. cum ſeqq.* Quæ ampliatio limi-
tanda eſt caſu, quo donator inſtituerit hæredem do- 10
natarium, quia ſi hæreditatem adierit, oneribus, & conditionibus appoſitis, etiam circa res donatas parere debet, Simon de Prætis *de interpretatione ultimarum voluntatum lib. 3. dub. 2. ſolut. 3. n. 3. in fine.* Baeça *de non meliorandis filiabus c. 9. n.* 10. Peregrinus de *fideicommiſſ. art. 6. n. 44.* Curt. Junior *conſil. 120. n. 9. l. 1.* Fontanell. *d. clauſ. 4. gl. 5. n. 28.* Qui *n.* 31. diſtinguit inter eum caſum, quo teſtator nominatim, & expreſſe donata oneri, ſeu conditioni aut fideicommiſſo ſubjici declaravit, & eum, quo donatarium, ſimulque hæredem gravavit aliquo onere, vel fideicommiſſo. Itaut primo caſu, hæres tam in re donata, quam in aliis bonis teneatur voluntatem defuncti obſervare, poſteriori verò caſu, minimè. Et eam amplectuntur diſtinctionem Peregrinus *d. art. 6. n. 48.*
Jul. Clar. *de teſtamentis quæſt. 71. n. fin.* Surdus *deciſ.* 11
93. per totam: Ampliatur quarto: ut perfecta donatio, ſicut non poteſt expreſsè revocari, ita neque tacite per rerum donatarum conſumptionem, alienationem, aut aliam diſpoſitionem factam in contrarium. Optimè Cravetta *conſil. 103. n. 16. lib. 1.* Velaſques de Avendaño *in l. 25. Tauri, n. 3. gloſ. unica,* Caſtillo qui plures laudat. *lib. 1. c. 39. n. 42.* Solorzano *de jure Indiarum lib. 3. c. 11. n. 65.*

Limitanda tamen eſt ſupraपोſita reſolutio, ut non 12
procedat, quando à principio tractatum fuit, quod donator ex intervallo poſſet conditiones, & onera adjicere donationi, quia ſi poſtea donatio apparuerit ſimplex, nihilominus poterit donator conditiones, & onera apponere, *L. item quia §. fin. ff. de pactis, L. Titia §. 1. ff. de verborum obligationibus,* tenet Alciatus *reſponſ. 7. lib. 8.* Fontanell. *d. clauſ. 4. gloſ. 5. num.*
10. Tondutus reſolutionum civilium *cap. 110. n. 11.* 13
Secundo limita præfatam reſolutionem caſu, quo donator *ſibi reſervavit* facultatem revocandi, vel apponendi onus, aut gravamen, quia tunc benè poterit revocare in totum; vel conditiones, aut onera adjicere, Mantica *de tacitis lib. 13. titul. 47. n. 3. & 4.* Fontanel. *d. clauſ. 4. gloſ. 26. ſub n. 5. cum ſeqq.* Noguer. *allegat. 14. n. 29.* Natta in *authentica hoc inter liberos num. 74. in quarta limitatione de teſtamentis vol. 8. repetentium fol. 231.* Cancer. *lib. 1. variarum c. 8. num. 179.* Tondutus *d. c. 110. num. 1. verſ. &*

primo: Quia hæc pacta, & onera ineſſe creduntur. Cu-
14 tell.2.tract.diſcurſ.1.ſpecial.7.n.26. Tertio limita, ſi
donator majorem ſummam donaverit eidem donatario
poſt primam donationem, quia tunc benè poteſt onua
imponere bonis donatis, Caſtillo lib.3.controverſiarum
c.10.n.46. Tondutus reſolutionum civilium c.50.num.
38. verſ.& donator, & c.147. num. 16. Quarto limita
quādo donatio eſt inofficioſa ut in terminis docuit Bart
15 Grat. & Pariſienſis, quos citat Caſtillo lib. 3. c. 10.
n.45. Ex ea ratione, quia cum ipſa donatio inofficio-
ſa facta filio poſſit revocari, multò magis poterit one-
tibus ſubjici, & conditionibus. Antonius Gomes 2.
16 variarum c.4. u.13.

Quintò perfecta donatio poterit revocari propter
ingratitudinem L. fin.C. de revocandis douationibus
§.ſciendum Inſtit.de donat.c. propter.10.extra de do-
nat. Jul.Clar.§.donatio q.21.n.1. Peregrin.de jure fiſ-
ci lib.2.tit.8.n.6. Anton. Gomez tom.2.variarum c.4.
n. 14. Caſtillo d. c. 10. n. 59. Hermoſill. qui plures
laudat in l. 10. tit. 4.partit. 5. gloſ.1. num.1. Et pro-
bat apud nos Ordinatio lib.4.tit.63.in principio, & §§
ſeqq. ubi ingratitudinis cauſæ enumerantur. Peguera
17 deciſ.136. ibi quod donatio etiam juramento vallata
propter ingratitudinem poteſt revocari. Tiraquellus
in præfatione legis ſi unquam n. 155. Mantica de taci-
tis lib.13.tit.41.n.13.& 17. Immo etiamſi in donatio-
18 ne interveniat pactum de non revocando propter in-
gratitudinem futuram, poterit donatio revocari, jux-
ta veriorem ſententiam, de qua Bart. in l. ult. n.3.&
ibi Bald.n.11 verſ.ſed ſi quis vellet.C. de pactis. Ale-
xander.in l.ſtipulatio hoc modo concepta n.23.ff.de ver
borum obligationibus, Ripa in l.fin.quæſt.54. u. 108.C.
de revocandi douat. Anton. Gomes 2. variarum c. 4.
n.14.verſ. item adde, & 1.tom.c.12.n.83.in fine Man-
tica de tacitis lib.13.tit.41.n.6. ubi plures laudat Her-
moſill. in d. l. 1. tit.4. partit.5. gloſ.7.n.1. Valeron de
19 tranſactionibus tit.3.quæſt. 5. u. 64. Quod ea ratione
innititur, quia dolus futurus non poteſt per pactum,
aut ultimam voluntatem remitti. Anton. Gomes in l.
9. Tauri numero 16. verſ. ex quo primo infero, Petrua
Caball, reſolutionum criminalium caſu 155. num. 14.
Menoch. conſil. 337. num. 14. Ciriacus controverſia
73. num. 14. Fachin. l. 5. controverſiarum c. 51. Va-
leron. d. quæſt. 5. u. 62.& 63. Creſp. de Valdaura ob-
ſervat.95.n.8. Videndus obſervat.98. ubi tradit, an, &
quando hæc concluſio procedat: Sed an valeat pactum
juramento firmatum de non revocando propter ingra-
20 titudinem futuram, videndi ſunt Mantica d. lib. 13.
tit. 41. à num. 13. Gutierrez de juramento confirma-
torio 1.part. c. 10. & conſ. 24. litt. C. Seraphin. de pri-
vilegiis juramēti, privilegio, 108. à n. 1. Tiraquel. in d.
præfatione n.155.& n.204. Peguera. d. deciſ.136. à n. 3.

Intellige tamen, ut ad revocationem donationis
ex cauſa ingratitudinis, non ſufficiat adeſſe ingratitu-
21 dinia cauſam, ſed requiratur actus expreſſus revoca-
tionis, factus ab ipſo donatore, nec ſufficit tacitus,
Sanches de matrim.lib.6.diſput. 15. n. 11. gloſ. verbo
(perfectam) in l. fin. §. Lucius Titius ff. de donat.
Fontanel. d. clauſ.4.gloſ.9.part.5.n. 194. Hermoſil.
in d.l.10.tit.4.partit.5. gloſſ.8.n. 22. Immo nec revo-
cationis actus expreſſus operatur, quoad res per do-
natarium alienatas, quia ſi alienatæ ſint ante com-
miſſam ingratitudinis cauſam, non poſſunt revocari à
22 donatore l. his ſolit.7. de revocandis donat. ibi (Cæ-
terum ea quæ adhuc matre pacifica, jure perfecta ſunt,
& ante inchoatum captumque jurgium vendita, do-
nata, permutata, in dotem data, cæteriſque cauſis le-
gitimis alienata minime revocamus? Optime Merlin.
de pignorib.l.5.tit. 1. q. 12.n.3.

Deinde donatio, quantumcumque perfecta, facta
23 ab eo, qui filios non habens alteri donavit bona ſua,
vel majorem partem eorum, revocatur in totum
ipſo jure, natis poſtea filiis. Probat. text. in l. ſi un-
quam C. de revocand donat. Ord.l.4.tit.65. Mozius de
donat.c.fin.n.7. Tiraq.in d.l.ſi unquam in præfat.n.3.
& 4. Cujac.obſerv.l.20.c.5. Franc. Vivius deciſ.404.
ex n.3.& deciſ.434.n.4.& ſeq. Anton.Gomes l. 2. va-
riar.c.4.n.11. Bernard.Diaz.regul.2. 3. Emman. Bar-
boſ.ad Ordin.d.tit.65. Caſtill.l.3. controv.c.10. n.58.
& l.2.c.13.n.39. Anton. Faber.in Cod.ad tit.de revo-
cand. donat.diffin.2.& ſeq. Gutier.de juram. confirm.
1.p.c.9.per totum. Quod ampliatur, etiam in donatio-
ne facta per viam dotis ab eo, qui donatarium dotare
non tenebatur. Alex.conſ.71.conſideratis his l.4. Do-
natio enim cauſa dotis facta ab extraneo dicitur ſim-
plex: ut tradit Valaſc.conſult.3.n.2.& 3. Et dicimus la-
tius infra n.102.& 103. Quæ concluſio ampliatur, ut
etiam habeat locum caſu, quo donator filios habebat,
quos tamen mortuos eſſe putabat ex aliquo timore
incerto. Si enim apparuerint, reſcinditur donatio: ut
poſt Angel. conſ.108.iſta quæſtio, n.2. Aretin. Ripam.
& alios Anton.Gabriel.l.3.tit.de donat. concluſ. 2. n.
25. Tiraq.in d.l.ſi unquam verbo filio non habuerit n.
15.& 16. Valenz.conſ.119.n.121. Et inſuper diſpoſitio
d.l. ſi unquam locum obtinet in nominatione emphy-
teuſis facta ab eo, qui filios non habebat, ſi poſtea ſu-
pervenerunt Pinel. in rub.C.de bon.matern.1.p.n.23.
Cald.Pereir.de poteſt. eligendi c.4.n. 5.& 6.

Ampliatur etiam concluſio ſupra poſita, ut dona-
tio revocetur per ſupervenientiam filiorum naturali- 24
um qui poſt donationem legitimati fuerunt per ſub-
ſequens matrimonium: ut ſcribunt Tiraq. in d.l.ſi un-
quam verb.ſuſceperit n.59.& à n.52.uſque ad 82. Cald.
Pereir.de nominat.emphyt.q.13. n. 56. Mierez de ma-
jor.2.p.q.1.n.12. Joann.Bapt. Lupus de illegit. & na-
tural. comment.4. §.2. à n. 38. Æmil. Gallus de ex-
ception.tit. 1.p. 1. Fajard. de legitim. per ſubſeq.ma-
trim.n.220. membr.4. Petr.Franc. Tondut.reſol.civil.
c.54. n. 21. Et quidem proxima reſolutio procedit
etiam caſu, quo donator ante donationem filios ha- 25
bebat naturales, qui poſtea per ſubſequens matrimo-
nium fuerunt legitimati. Optime Boer. deciſ. 259.
num. 12. verſ. tamen. Baldus Joann. Bapt. Lupus in
tract. de illegit. comment.4.§.2.n.38. Mainard.l.4. c.
13. ante Qui in ſenatu Pariſienſi judicatum teſtatur.
Tondut.fin. d. c. 54. num. 24. Quod tamen non pro-
cedit in legitimatis per reſcriptum Principis. Quia
regulariter non faciunt, ut donatio ex d. l. ſi unquam
revocetur Ripa. in d. l.ſi unquam q.30. Tiraq.in d.
verb.ſuſceperit liberos à n. 52. uſque ad 84. Bart.in l.
Gallus §. & quid ſi tantum n. 14. verſ.pro declaratio-
ne dicit communem Octavian. Cacheran. deciſ. 12.
incipit.quintus articulus Joann. Lupus de illegit com-
ment.4.§.2.n.39.40.& 41. Tondut.d.c.54.n.26. Quæ
cum ita ſe habeant de jure communi in filiis naturali-
bus legitimatis per ſubſequens matrimonium à fortio-
ri procedunt de jure Regio in donatione facta à ple-
beio, quia liberos non habebat, & poſt donationem
filium naturalem ſuſcepit. Cum enim iſte patri ſuc-
cedat etiam cum filiis legitimis. Ordin.l.4.tit.92. Ga-
ma deciſ.3.n.3. Phæb.deciſ.76.n.1. Valaſc. conſult.94.
Reynoſ. obſerv.33.à n.1. Pereir.deciſ.12. Pinel. in ru-
br.C.de bon.matern.c.2.n.8. Carvalho in c. Rainaldus
1.p.n.173.208.& 457. per illius ſupervenientiam do-
natio à patre facta revocabitur.

Præterea donatio ſimplex excedens valorem quin-
gentorum ſolidorum, & de jure Regio ſummam taxa- 26
tam ab Ordin. l.4.tit.62. inſinuari debet, alias in ex-
ceſſu ulla erit: ut apud nos probat Ordin. d. tit. 62.
Et de jure communi text. in l.data l. ſancimus l. pe-
nult.C.de donat. Mantic.de tacit.& ambig.l.13.tit.34.
num. 1. Jul. Clar.in §.donatio q.57.num.1. Cancer.l.
1. c. 8.n.1. Caſtill.de aliment.c.11.n.1.& 10. Cyriac.
controv. 10. n.72.& controv.128.n.15. Canar.de inſi-
nuat.p.2.q.17. Palac.Rubios in rubr. de donat inter
§.19. n. 6. Gomez l. 1. variar.c.4.n.6. Cevall. com-
mun.

mun.contra commun. q. 221. n. 1. Molin. de juſt. diſp. 279. verſ. utrum autem. Hermoſ. in l. 9. tit. 4. partit. 5. gloſſ. 1. n. 27.

Prout etiam remiſſio debiti, ſeu renuntiatio ex
cauſa donationis inſinuanda eſt, aliàs non valet in ex-
27 ceſſu. Idem enim judicatur de remiſſione, quod de
donatione; cum remittere, & donare paria ſint. l. in
ædibus ubi gloſſ. & commun. Doctores, ff. de donat. l.
ſimiliter ff. de condict. ob cauſam. Et ita hanc opinio-
nem tenuit gloſſ. in l. ſi quis obligatione ff. de regul.
juris, & in l. Modeſtinus ff. de ſolution. Bald. in l. il-
lud Cod. de ſacroſ. Eccleſ. & cum Alex. Paul. de
Caſtr. Angel. & aliis Cancer. l. 1. c. 8. n. 4. Menoch.
conſ. 80. n. 57. Roland. conſ. 70. n. 7. volum. 2. Cy-
riac. controv. 128. n. 16. Emman. Barboſ. ad Ordin.
d. tit. 62. n. 1. Clar. in §. donatio, q. 16. n. 2. & ſeqq.
Hermoſ. in d. 9. tit. 4. partit. 5. gloſſ. 15. à n. 5. An-
ton. Gomes l. 2. cap. 4. n. 9.

Et obſerva, quod donatio incipit valere à die in-
ſinuationis, non à tempore donationis: Ioſeph de Seſſe
28 deciſ. 25. n. 20. & 21. Cancer. d. l. 1. c. 8. n. 20. Ubi ait
hoc multum intereſſe, quoad fructuum acquiſitio-
nem. Et inſuper, quod inſinuatio non poteſt fieri; poſt
quam oppoſitum fuit à parte de nullitate ob defectum
29 inſinuationis: ut ſcribunt Alex. conſ. 337. ad fin. vol.
6. Beccius conſ. 66. n. 50. vol. 1. Marſil. ſingul. 480.
Cyriac. controv. 10. n. 76. & controv. 128. n. 16. Ne-
que etiam fieri poteſt inſinuatio poſt mortem dona-
tionis. Aretin. conſ. 123. n. 2. & 3. Anton. de Canar.
30 de inſinuat. p. 1. q. 29. Stephan. Gratian. forenſ. c. 531.
n. 3. & c. 183. n. 6. Cyriac. controv. 10. n. 75. Rebuff. de
donation. inſin. art. 1. gloſſ. ult. n. 3. tom. 2. fol. 308.

Cum autem inſinuatio tantum requiratur in dona-
tione ſimplici, de qua loquitur text. in L. ſancimus
31 C. de donat. Menoch. conſ. 261. n. 10. Natta conſ.
609. n. 20. Altograd. conſ. 7. n. 32. Recte ſequitur
inſinuationem non deſiderari in donatione ob cauſam
quæ propriè donatio non eſt, ut diximus ſupra præ-
lud. 1. n. 41. & 42. Et tenet Fontanell. de pact. nupt.
clauſul. 4. gloſſ. 28. n. 6.

Rurſus donationem tunc dici remuneratoriam te-
32 nent aliqui, quando ſervitia ſunt talia, quæ actionem
pariunt: ut latè fundat Pinel. in L. 1. C. de bon. matern.
3. p. n. 61. & 62. De Pont. conſ. 59. n. 17. vol. 1. &
de poteſt. Pro. Reg. tit. 5. n. 24. Valenz conſ. 99. Joann.
Bapt. Coſta de remed. ſubſid. remed. 114. n. 3. Unde
docent Joan. Andr. in c. per litteras de reſtit. ſpolia-
tor. & Palac. Rubios in c. per veſtras de donat. inter
§. 32. donationem factam per virum uxori non eſſe
remunerationem, quamvis in ea dictum ſit fieri ob
benemerita. Ex eo quod uxor ex debito officii tene-
tur ad obſequia, & operas viro præſtandas. Dicunt-
que Pinellus, & de Ponte locis citatis ea ſervitia,
quæ milites ſtipendiarii faciant ſuo Regi non produ-
cere actionem. Et ideo donationem factam in remu-
nerationem eorum ſervitiorum eſſe gratioſam, & non
remuneratoriam. Quod ita judicatum refert De Pon-
te in cauſa Ducis Seſſæ. Attamen verior eſt traditio
adverſus Pinellum donationem remuneratoriam dici,
33 quæ fit propter merita, etiam non inducentia civilem
actionem ut optimè tradit Cæſar. de Graſſis deciſ. 2.
de donat. n. 18. fol. 226. Gratian c. 386. n. 13. Mantic.
l. 13. tit. 15. n. 16. & l. 21. tit. 4. n. 7. Sanchez de Ma-
trim. l. 6. diſput. 6. n. 2. Joann. Garcia de donat. remu-
ner. n. 1. Menoch. l. 4. præſumpt. 167. n. 31. & ſeqq. Jul.
Clar. in §. donatio q. 3. Eſcob. de ratiocin. c. 24. n. 31.
Capyc. Latio conſult. 38. n. 22. & ſeqq. & deciſ. 199. n.
39. Solorz. de jure Indiar. l. 2. c. 10. n. 63. & 64. Ad
hoc enim, ut donatio remuneratoria ſit, ſufficit, quod
merita obligent lege gratitudinis ad antidora. Quia
donatarius obligatur quadam naturali æquitate ad
beneficii accepti remunerationem l. ſed etſi Lege §.
conſuluit. ff. d. petit. hæred. ibi: Quamvis ad remune-
randum ſibi aliquem naturaliter obligaverunt. l. metu
§. ſed licèt ff. quod metus cauſa Covarr. in c. cum in
officiis n. 8. de teſtam. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4.
gloſſ. 7. p. 1. n. 5. Et ideo dicitur, quod, donatio remu-
neratoria non eſt propriè donatio ſed potius quædam
permutatio, ſeu titulus oneroſus l. Aquilius Regulus
Regulus ff. de donat. d. l. ſed etſi lege §. conſuluit in
fin. Mantic. de tacit. l. 13. tit. 2. n. 7. Gratian. Forenſ. 34
c. 22. n. 2. Covarr. in d. c. cum in officiis n. 29. Fontan. d.
clauſ. 4. gloſſ. 7. p. 2. n. 15. Immo dicitur contractus in-
nominatus vere, & propriè, do, ut des l. 1. l. hoc jure §.
fin. ff. de donat. Peregrin. conſ. 76. n. 6. l. 3. Bart. in. l.
2. C. de condict. ob cauſam Altograd. conſ. 7. n. 17.
Reynoſ. obſerv. 31. n. 1. Qui quidem contractus non
habet cauſam merè lucrativam; ut requiritur de eſ-
ſentia donationis, Peregr. d. conſ. 78. n. 6. verſ. qua qui-
dem Vveſembeq. conſ. 135. n. 76. in fin, & 76. Alto-
grad. conſ. 7. n. 18. Propterea que remuneratoria dona-
tio dicitur accepti beneficii merces, & compenſatio ſe-
cundùm Bart. in l. frater à fratre n. 57. & in l. 1. ff. de 35
donat. n. 1. & in l. Aquilius n. 3. ff. eod. Fontan. de clauſ.
4. gloſſ. 7. p. 2. n. 3. Andr. Gail. l. 2. obſer. 38. n. 5. Et ſimi-
lis eſt donationi in ſolutum Gratian. c. 657. n. 53. Guſ-
man. de eviction. q. 25. n. 41. & q. 28. per totam Solorz.
d. c. 10. n. 60. Notabis, tamen, quod non ſolum eſt re-
muneratoria donatio, quæ fit ob benemerita præte- 36
rita, ſed etiam quæ ſit ob futura, juxta doctrinam Bart.
in d. l. Aquilius Regulus, & ibi Cuman Aretinus & Ja-
ſon, cum quibus Tiraq. in d. L. ſi unquam verbo do-
natione largitus n. 93. Solorz. d. l. 2. c. 7. n. 99. Roman
in d. l. Aquilius Ubi ponit exemplum in officiali, qui
remunerari poteſt, antequam habeat officium etſi in-
tuitu beneficii ab eo gerendi. Sequuntur Aretin. conſ.
17. col. 6. Anton. de Canar. in tr. de inſinuat. q. 45. op-
time Riminald. Junior. in princip. Inſt. de donat. n. 371.
& ſeq. & in §. 1. eod. tit. n. 1275. & ſeqq. Qui eam ad-
ducit rationem, nempe, quod cum merita de futuro
reſpiciant commodum donantis, jam ipſe non move-
tur ex mera liberalitate, ſed propter lucrum, quod
ſperat. Ac proinde non dicitur vera donatio. Adver-
tit tamen Riminald. in d. princip. Inſt. de donat. quod
cū hæc donatio fiat ſub ſpe futuri beneficii, ſi illud ſe-
cutum non fuerit, reſolvi debet dicta donatio velut
cauſa non ſecuta, ob quam facta fuit ex text. in l. fin.
C. de donat. ante nupt. l. fin. Cod. de jure dot. Mantica
de tacit. l. 13. tit. 42. n. 8. Ex quibus Bart. in d. l. Aqui-
lius tenet quod donatio remuneratoria fieri poteſt ob
ſervitia futura, exemplo donationis propter nuptias,
quæ propter futuras nuptias fit, & valet, ſi nuptiæ ſe-
quantur, aliàs ſecus §. eſt, & aliud, ubi gloſſ. 2. part. de
donat. Quod quidem procedit in donatione facta ab
ſponſo ſponſæ, quæ matrimonio non ſecuto reſolvi-
tur l. 1. in fine ff. eodem. Cum autem donatio fieri in-
ter vivos præſumatur, ut tradit poſt plures Riminald. 37
ad princip. Inſt. de donat n. 873. & 988. Petr. Barboſa in
l. qua dotis n. 85. ff. ſolut. matrim. fit donatio irrevo-
cabilis. & inter vivos, quæ ob merita futura efficitur:
Immo donatio facta, ſine meritorum mentione, remu-
neratoria cenſetur, quando merita præceſſerunt, quā-
vis eorum non fieret expreſſa mentio: Probat text. 38
in l. ſi verò remunerandi §. inde Papianus ff. mand.
Ubi notat Bart. & in l. ſi tibi §. ſi pacius ff. de pact. &
in l. 1. §. neque caſtrenſe. ff. de collat. col. fin. dicit com-
munem Decius cum Angelo, & Craſſo reſponſ. 94. n.
17. vol. 1. & omnibus relatis Riminald. ad princip. Inſt.
de donat. n. 260. Remuneratoria autē donatio irrevo-
cabilis eſt; ita ut neque per ſupervenientiam filiorum
revocetur, ſi merita non excedunt valorem rei dona-
tæ, Tiraq. in l. 1. ſi unquam verb. donatione largitus n.
70. 90. & plurib. ſeqq. C. de revocand. donat. Phæb. de- 39
ciſ. 86. n. 4. & 11. Emman. Barboſ. ad Ordin. l. 4. tit. 65.
numero 7. Sanch. de matrim. l. 6. diſp. 36. num. 16.
ad medium. Mantic. de tacit. & ambig. l. 13. tit. 15.

numero

n.32. Cardoſo in prax. verb. donatio n.42. Molin. de
primog. l.2.c.3.n.39. Gutierr. pract. l.3.q.43. num. 2.
40 & poſt alios Caſtill. l. 3. controv. 4. n. 43. Si verò ma-
teria non ſint æquivalentia rei donatæ erit quidem
donatio irrevocabilis intra valorem meritorum, in ex-
ceſſu autem nativitate filiorum revocabitur, ſit tan-
tus ſit exceſſus, ut non ſit veriſimile patrem, ſi de
filiis cogitaſſet, talem donationem feciſſe, Ruin conſ.
98. n. 20. vol. 1. & conſ. 140. n. 6. & ſeq. l. 4. Ripa
in d. l. ſi unquam n. 28. Tiraq. in d. verb. donatione
largitus n. 68. Mantic. d. l. 13. titul. 15. n. 32. Nam-
que donatio remuneratoria in eo, quod excedit me-
rita dicitur ſimplex, l. ſi ſponſus §. circa ff. de donat
inter vir. & uxor. Bald. in l. illud n. 8. Cod. de Sa-
croſ. Eccleſ. Ruin. conſ. 173. n. 12. ad med. vol. 1.
Matienço in l. 15. tit. 10. l. 5. Recop. gloſſ. 6. num. 1.
Gratian. diſcept. forenſ. c. 386. n. Mantic. l. 13. tit.
15. n. 28. Qui ita in Rota fuiſſe deciſum teſtatur.
Larrea deciſ. 66. numer. fin. Ideoque ſi merita non
ſint æquivalentia, in exceſſu donatio non ſuſtinetur,
tur. & per nativitatem filiorum revocatur Bart. in l.
frater à fratre n. 57. ff. de condict. indeb. & in l. ſi
quis pro eo §. item ſi filius ad fin. ff. de fidejuſſorib.
Alex. in l. ſi donatione n. 4. C. de collation. & conſ.
55. n. 4. & 6. l. 1. Tiraq. in d. l. ſi unquam n. 66.
Quapropter remedium l. 2. C. de reſcind. vend. ha-
41 bet locum in donatione remuneratoria facta in remu-
nerationem beneficii accepti, quatenus enim rei do-
natæ æſtimatio excedit valorem meritorum vel cau-
ſæ, ſi læſio interveniat reſciſſioni ſubjicitur Pinel.
in l. 2. Cod. de reſcind. vend. 1. p. cap. 4. n. 4. Menoch.
conſ. 8. n. 71. Curtius Junior. conſ. 121. n. 14. Thuſc.
litt. D. concluſ. 713. & ſeqq. Decius conſ. 280. n. 4.
& 5. Tiraq. in d. l. ſi unquam verb. donatione largi-
tus n. 81. Maſcard. concluſ. 186. n. 10. Larrea d. de-
ciſ. 66. n. fin. optime Aug. Barboſ. voto 25. n. 64.
Quamvis enim regulariter donator ex capite læſio-
nis non poſſit donationem præſcindere; quia ſemper
donando damnum patitur, etſi donatio ex capite læ-
ſionis reſcindi valeret, nulla donatio firma remane-
ret, & quæcumque nullitati ſubjicetur juxta ſenten-
tiam Bart. conſ. 90. n. 2. l. 1. Cagnol. in d. l. 2. C.
de reſcind. n. 195. Honded. conſ. 42. n. 23. & 25.
vol. 1. Qua de cauſa in ſimplici donatione non ha-
bere locum remedium d. l. 2. ſcribunt Ancarran.
conſ. 433. Beccius conſ. 18. à num. 6. Marc. Anton.
Eugen. conſ. 3. n. 1. cum ſeqq. l. 1. Honded. d. conſ.
42. n. 23. Surd. conſ. 122. n. 17. Aug. Barboſ. d.
voto 25. n. 62. & 63. Tamen quando donatio fue-
rit magna, & ſine cauſa, vere quidem ſonat in vitium
prodigalitatis, Cravet. conſ. 192. n. 1. ad fin. Un-
de ſi donans enormiſſime læſus fuerit; putà quia om-
nia bona donavit, poterit donatio reſcindi ex enor-
miſſima læſione remedio d. l. 2. Bonifac. Roger. conſ.
16. n. 134. Silveſt. Aldobrand. conſ. 75. n. 22. Maſ-
card. concluſ. 559. n. 30. Fundat late, & optime
Aug. Barboſ. d. voto 25. num. 65. & ſeqq.

Præterea donatio remuneratoria propter in grati-
42 tudinem non revocatur Tiraq. in d. l. ſi unquam verb.
donatione largitus n. 68. & 69. Boer. deciſ. 25. n. 1.
Mantic. d. tit. 15. n. 3. Jul. Clar. in §. donatio q. 21.
n. 4. Molin. de primog. l. 4. c. 11. n. 45. Garcia de donat.
remuner. n. 9. Palac. Rubios in rubr. de donat. inter §.
50. n. 5. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 28. n. 6. &
ſeqq. glol. 19. p. 1. n. 33. Mantic. d. l. 13. tit. 15. n. 33.
Barboſa in l. 2. p. t. n. 172. ff. ſolut. matrim. Hermoſil. in
43 l. 10. tit. 4. p. 5. gloſſ. 1. n. 8. Gama dec. 163. n. 33. Anton.
Gomes in l. 29. Tauri n. 23. Verum hæc concluſio in-
telligenda eſt, ut, ſcilicet propter ingratitudinem non
revocetur prædicta donatio intra valorem meritorum
at vero in exceſſu revocari poſſit, cum reſpectu illius
donatio ſit ſimplex, & pura, Ripa. in d. l. ſi unquam n.
149. Mantic. d. tit. 15. n. 33. Barboſ. in d. l. 8. p. 1. n.
171. Surd. de alimen. titul. 1. quæſt. 48. n. 24. Tiraq.
in d. l. ſi unquam verb. donatione largitus num. 79.
Fontan. à gloſſ. 28. numer. 9. Hermoſil. de l. 20.
gloſſ. 1. n. 16. Baeça de non melior. filiab. c. 32. n. 8.

Eadem ratione donatio remuneratoria non requirit 44
inſinuationem intra valorem meritorum, ſed in exceſ-
ſu inſinuari debet: ut ſcribunt Tiraq. in l. ſi unquam
verb. donatione largitus n. 80. & ſeqq. Gama deciſ.
213. & deciſ. 302. numer. 8. Emman Barboſ. ad Or-
din. l. 4. tit. 62. in princip. n. 12. Mantic. de tacit. l. 13.
tit. 15. n. 31. Jul. Clar. in §. donatio q. 16. n. 6. Rey-
nol. obſerv. 31. n. 14. & ſeqq. Altograd. conſ. 7. n. 31.
Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. 3. p. illat. 19. Decian.
reſponſ. 32. n. 56. vol. 3. ut late fundat Hyppolit. Ri-
minal. ad §. 1. Inſtit. de donation. n. 1265. & ſeqq.
Ubi: n. 1268. contra hanc communem opinionem
urgere dicit text. in l. data C. de donat. Quo loci 45
Imperator ait: quod ſtatutum ſuper donationibus in-
ſinuandi univerſos teneat, igitur etiam remunerantes,
cum generaliter loquatur. Et quidem lex generaliter
loquens, generaliter eſt intelligenda l. 1. §. & ge-
neraliter ff. de legat. præſt. l. 1. ff. de aleatoribus. Et
ubi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, niſi
authoritate alterius legis Jaſon. in l. triticum n. 6. ff.
de verbor. obligat. Oſaſch. dec. 30. n. 18. Giurb. ad
ſtatut. Meſſan. c. 1. gloſſ. 2. n. 8. & 9. Unde cum remu-
neratoria donatio non reperiatur excepta in alia le-
ge, ſub regula comprehendi debet l. 1. ubi DD. ff. de
regul. jur. Ex quibus Riminald. proxime n. 1270.
hanc partem ſuſtinet. Sed contra eum ſtat commu-
nis Doctorum ſententia, à qua recedendum non eſt.
Atque ita cum donatio remuneratoria in eo, quod
excedit merita, ſit ſimplex donatio, & titulus lucra-
tivus l. ſi ſponſus §. circa ff. de donat. inter vir. Ti-
raq. in d. l. ſi unquam verb. donatione largitus n. 69. 46
Ubi Ripa q. 13. & 14. Barbacia in c. fin. de donat. col.
fin. Alex. in l. ſi donatione ubi Paul. C. de collat. Baeça
de non meliorand. filiab. c. 32. n. 8. Petr. Barboſ. in l.
2. p. 1. n. 172. ff. ſolut. matrim. Molin. de primog. l. 1.
c. 8. n. 17. nil mirum, ſi talis donatio in exceſſu in-
ſinuari debeat, & tantum valeat abſque inſinuatione
intra cauſam meritorum, Jaſon. in Authent. unde ſi
parens n. 14. C. de inoffic. teſtam. Tiraq. in d. verb.
donatione largitus n. 79. Pinel. in l. 2. C. de reſcind.
vend. p. 1. c. 4. n. 3. & 4. Jul. Clar. in §. donatio q. 3.
& 8. And. Gail. l. 2. obſerv. 38. n. 6. Flores de Mena ad
Gamam deciſ. 106. Reynoſ. obſerv. 31. n. 7.

Advertendum tamen eſt donationem intelligi ex- 47
cedere valorem meritorum, quando dimidiam æſti-
mationis eorum excedit: ut voluit Bald. in Authent.
ex teſtamento C. de collat. n. 1. in fin. verſ. ſed contra
hoc facit. Qui movetur ex textu in l. 2. C. de reſcind.
vend. Quem ſequuntur Roman. Salicet. Corneus, &
Decian. relati à Mantic. de tacit. l. 13. tit. 15. n. 34.
Qui contrariam ſententiam magis receptam dicit ex
Socin. conſ. 191. n. 9. l. 1. Et eam tenet Jaſon. in l. pe-
tens n. 17. verſ. confirmo C. de pact. Quinimo, dicit
Mantica, quod ſi prima opinio eſſet vera, facile poſ-
ſet fieri fraus legi, quæ in aliquibus caſibus, & per-
ſonis prohibet donationes. Proindeque verior eſt ſen-
tentia Navarri de reddit. Eccleſ. q. 1. monitu 28. n. 6.
Qui tradit, ſi id, quod datur in remunerationem ex-
cedat tantum in quarta parte valorem meritorum, to-
ta donatio remuneratoria cenſebitur, exceſſiva vero
judicabitur ſi ultra quartam partem ſumma donata
meritorũ valorẽ exceſſerit. Sequuntur Petr. Barboſ. in
l. qua dotis n. 6. ff. ſolut. matrim. Reynoſ. obſerv. 31. n. 9. 48

An autem donatarius teneatur probare merita? vi-
dendum eſt. Et quidem facienda eſt diſtinctio inter
perſonas prohibitas donare, & eas quibus liberum,
& permiſſum eſt donationes facere. Ita ut primo ca-
ſu, non ſufficiat confeſſio donatoris, ſed probanda
ſint merita, & eorum æſtimatio ab ipſo donatore, l. 1.
§. mu-

§.mutuam ff.ſi quis in fraudem patroni, l.ſi forte ff.de
caſtr.pecul.Clar.in §.donatio q.3.n. 2. & 6.Garcia de
donatione remuneratoria n.42.Menoch. conſ. 112.n.
35.Gail.l.2.obſervat.38.n.5.& 6. Maſcard.de proba-
tion.concluſ.1236.n.116.Sanches de matrim.l.6.diſp.
6.Reynoſo obſervat.31. n.22.Caſtill.l. 5. controverſ.
c. 80.n. 38. Hermoſill. in l. 3. tit. 4. partit. 5. gloſſ.
1.n.17. Fontanell. de pactis nuptial.clauſ. 4. gloſſ.7.
49 part.2.n.16. Secundo verò caſu probatio meritorum
non eſt neceſſaria, ſed ſufficit confeſſio donatoris,
Clar.in d.§.donatio q.3.n.2.Gama deciſ.255. num. 2.
Caldas Pereira conſil.19.n.11.Cævallos commun con-
tra commun.q.273.n.11.Cardozo in praxi verbo do-
natio n.6.Palacios Rubios in rubr.de donat inter vi-
rum,& uxorem §.50.n.1.Reynoſo obſervat.31. n. 13.
Sixtin. de Regalibus lib.1.c.6.n.25.Et hæc eſt com-
munis Doctorum ſententia Sanſelicio deciſ.314.à n.4.
Eâ tamen declaratione, quòd neceſſarium eſt, ut in
ſpecie exprimantur merita. Quo caſu erit donatio ob
cauſam. Si verò in genere de meritis fiat mentio, do-
50 natio non remuneratoria, ſed ſimplex,& pura judica-
bitur Alex. conſil.40.ſuper 1. dub. vol. 7. Vincentius
Carolus Moccia deciſ.ſeu caſu 86.n. 19. Fontanell. d.
clauſ. 4.gloſ.1.n.24.& gloſſ.10.p. 2. n. 24. Menoch.
conſ.112.n.22.41.& 42.

51 Quid autem dicendum de aſſertione Principis in
reſcripto, aut in donatione, in qua meritorum, & ſer-
vitiorum fit relatio. An per eam merito probentur?
Diſtingue. Aut enim Princeps aſſerit talia ſervitia
præceſſiſſe ea quæ ſpeciatim enarrat: aut Princeps de
meritis nihil affirmat. ſed ſolum dicit factam fuiſſe re-
lationem illorum in ſupplicia: Principis aſſertioni ſtan-
dum eſt, ſine alia inquiſitione, præſertim, ſi de meri-
tis conſtat ex inſtrumentis viſis, & approbatis in con-
ſilio Principis, Grammatic.deciſ.65.n.62.& 63.Maſ-
card.concluſ.184.& 560.& 753.n.35.Eſcobar.de ra-
tiocin.c.24.n.32.Valenz.conſil.153.n.9.& conſil.163.
n.16.Fontanell.d.clauſul.4.gloſſ. 10.p.2.n.24.Caſſa-
nate conſil.10.à n.32.Ramonius conſil. 37. n. 254.&
conſil.24.n.34.56.& 84. poſt plures Solorz. 2.tom. l.
2.c.8.n. 44. Caſtill.l.3.c.8.à n.12. & l. 5.c.89.n.90.
Hermoſilla in l.53.tit.5.partit.5.gloſſ.1. n. 20. & 21.
Secundo vero caſu, non probat Principis aſſertio, &
52 neceſſaria eſt meritorum probatio, Mariençо in l. 6.
tit. 10.n.59.gloſſ. 1.l. 5.Recopilat.Garcia de nobilitate
gloſſ.12.n.18. Farinac. deciſ. 412.2.p. Solorz. d. c.8.
n. 44. verſ. ſecus verò. Et ita debent intelligi quæ
Marius Cutell. de donationib. diſcurſ. 2. partic. 13.
n. 38. dum ſimpliciter loquitur.

53 Deinde hæc donatio remuneratoria eſt reciproca,
dicitur enim antidoralis, hoc eſt contraria donatio, ab
anti, quod eſt contra, ut notat gloſ. penult. in l. ſed,
& ſi lege §. conſuluit ff. de petit. hæredit. Donatio au-
tem reciproca, quæ etiam viciſſitudinaria appellatur
quamvis excesſiva, non requirit inſinuationem, An-
gelus conſil.179. col.penult. Natta conſil. 609. n. 9.
Anton. Gabriel. commun. opinion. l. 3. tit. de donat.
concluſ. 1. n. 65. Oldrad. conſil 139. ad habendum,
Hipolitus Riminal.in §. 1. Inſtit. de donat. n.621.&
n. 1266. & 1267. Ex ea ratione quia læſionem non
continet, cum hinc inde detur,& recipiatur l.de fidei-
commiſſo cum ibi notatis C. de tranſact.

Et eſt notandum, quod donatio remuneratoria in
54 hoc Regno, quando merita ſunt ejus qualitatis, quod
donans pro eis in judicio poteſt conveniri, in partitio-
nibus deducuntur ex communi acervo, tanquam æs
alienum, Gutierrez de juram. confirm. 1. p. c. 5. n.
24. & ſeqq. & l. 3. pract. q. 43. n.16. & 22.Sanchez
de matrim. l.6.diſput. 36. n. 2. Phæbus 1. p. deciſ.
71. n. 14. Si verò merita non ſint talia, ſed quæ in-
ſtinctu naturæ, & ex antidorali obligatione impule-
runt donantem ad remunerandum, donatio de ter-
tia donantis (de qua poteſt diſponere juxta Ordina-
tionem l. 4. tit. 82.) ſolvenda eſt Covarr. in c. cum
in officiis n. 11. de teſtam. Gutierres d. q. 43. n. 16. 55
& 22. Sanchez d. diſput. 36. n. 4. Garcia de donat.
remuner. n. 41. & pluribus relatis Phœbus d. deciſ.
71. n. 14.

Denique, quamvis minor regulariter donare non 56
poſſit, L. fin. C. de reb.alien.non alienand. L.ſi quan-
do §. cum autem C. ſi major fact. alienat. ratam ha-
buer. L.1.§.fin.ff.de tutelis, & ration. diſtrah.L.tutor
23.ff.de adminiſtr. tutorum: etiam cum judicis,& cu-
ratoris auctoritate Lara de vita homin.c.22. num.29.
Mantic.de tacit. & ambig.l.4.tit.6.n.56. Gabriel Pa-
reira deciſ.28.n.1.Scacia de judic.l.2.c. 2. n. 180. &
ſeqq.Calda Pereira in L.ſi curatorem verbo (contrac-
tum feciſti) n.37.Guttierres de tutel.2.p.c. 5. n. 57.
58.& 60.& c.6.n.60.plures Hermoſill.in L. 1. tit. 4.
part.5.gloſſ.5.n.2.Tamen bene poteſt donationes fa-
cere ob cauſam remunerationis, Jaſon in L.ex hoc ju-
re n.93.ff.de juſt.& jure,Gama dec.306.n.4.ubi Flo-
res de Mena qui plures citat verſ. de ſecunda conclu-
ſione. Pinel in L.1.C.de bon.matern.3.p.n.85. Tyraq.
in L. ſi unquam verbo (donatione largitus) n. 25. &
ſeqq. Caldas Pereira d.verbo (contractum feciſti) n.9.
Gutierres de tutel.d.c.5. n. 58. Lara de vita hominis
c.22.n.39.plurib.relictis Hermoſil d.gloſ.5.n.17.Qui 57
tamen dicit quod hæc reſolutio procedit,& eſt intel-
ligenda de donatione bonorum mobilium, quæ ſer-
vando ſervari non poſſunt, non verò immobilium, vel
eorum, quæ illis æquiparantur, Gratian.forenſ.c.233.
n.16.Scacia de judic.l.2.c. 12.n. 288. 356. & 388.
Hermoſill. d.gloſſ.5.n.17. Et ita judic.ſenatus Portu-
enſis me referente anno 1661. die 27. Auguſti in lite
Helenæ Franciſci cum Antonio da Coſta, Conimbri-
cenſis civitatis: Scriba Carneyro.

Cæterum Petrus Barboſ. in L.ſi ante 6. n.21.ff.de
ſolut.matrim. contrariam adſtruit ſententiam, contra 58
Bartolum ibi, & Aretinum n.5.aſſerens, quod prohi-
bitio de non alienandis rebus minoris non includit do-
nationem factam remunerationis gratia ex text. in c.
per tuas de donat.L.vivus libertus ff. ſi quid in frau-
dem patroni. Ubi comprobat minorem etiam poſſe
facere donationem de rebus immobilibus, remunera-
tionis causâ: ut tenent Romanus in d. L.ſi ante n. 5.
Alex.conſ.125.col.penult.ad medium.l.1.Jaſon.in L.
ex hoc jure n.63.ff.de juſtit.& jure Tiraq.in d.L.ſi un-
quam verbo(donatione largitus) n. 29. dummodo in-
terveniant ſolemnitates,quæ deſiderantur in alienan-
dis rebus minorum, quando adeſt juſta cauſa alienan-
di Pinel. in L.1.C.de bon.matern.3.p.n.62. illat.21.
Ita ut, interveniente decreto, valeat donatio remu-
neratoria per minorem facta, etiam de rebus immobi-
libus. Sequitur Auguſtinus Barboſa in L.2.n. 4. C. ſi
adverſus donationem. Quæ ſententia in puncto juris
mihi verior videtur, quamvis contraria in praxi ob-
ſervetur, ex declaratione, quod tunc immobilia donari
valeant, quando minor non habuerit mobilia.

Redeundo igitur ad donationem ob cauſam, notan-
dum eſt, quod non omnis cauſa, tametſi in donatione 59
expreſſa, efficit, ut donatio ob cauſam intelligatur, ſed
talis eſſe debet, ut liberalitatem, & munificentiam
excludat: aliàs ſimplex erit donatio L.nli.in princ.C.
de jure dotium, Corneus conſil.45.col. 1. verſ pro quo
facit, vol.4.Mantica de tacit. & ambig. convent.l.13.
tit. 4. n.11.Et ſic, ut donatio ob cauſam dicatur pro- 60
prie donationis cauſa, debet eſſe finalis, ſi enim cauſa
fuerit impulſiva, donatio ſimplex appellabitur. Can-
cer l.1.variar.c.8.n.61.verſ. effectus. Beccius conſil.
20.n.9.l.1. Martinus Monter à Cueva deciſ.10.n.14.
circa medium. Fontanell. de pact.nupt.clauſ. 4. gloſ.
1.n.14. Unde cum cauſa propriè dicatur, quæ finalis
eſt, impulſiva autem cauſa appelletur impropriè, Ti-
raq.in tr.ceſſante cauſa limitat.1.cum ſeqq. ſi cauſa fi-
nalis, donationis defecerit, etiam deficiat donatio, &

diſ-

diſpoſitio, Doctores in L. fin. ff. de hared. inſtit. Mo-
lina de primogen. l.4.c.2. n.18. Mieres de major. p. 1.
quaſt. 19. numero 11. Barboſ. in L. ſi cum dotem in
princ, n. 50. & 51. ff. de ſolut. matr. Baeça de non me-
lior. filiab. c.21. n. 13. & ſeqq. Cald. Pereira conſil.
52.n.13. Molin. de ritu nupt l.3 q.6.n. 52. & 60. Fon-
tanell. de pact. nupt. clauſ.4. gloſſ. 1.n.50. & 53. Surdus
de aliment. tit. 5. q.5.n.0. Joſeph. de Seſſe deciſ. 430.
n.3. Caſtill de aliment. c.40.n.11. Valenz. conſil. 119.
61 n.81. & 82. Sanſelicio deciſ. 57. n. 3. Et enim cauſa
finalis prima in conſideratione diſponentis, & ultima
in fieri diſpoſiti, Bald. in L. generaliter C. de Epiſ-
cop. & Cleric. Molina de primog. l. 1. c.5.n.14. & 15.
Larrea alleg. 81.n.5. Altrograd. conſil. 1.n.6. Valenz.
conſil. 112. n. 70. diciturque diſpoſitionis ſubſtantia,
quæ regit diſpoſitionem, & eſt omnino attendenda,
Craveta conſil. 192.n.21. Aſſlict. deeiſ. 127. numero
2. Gratian. c. 69.n.4. Phæbus deciſ. 28.n. 4. Valaſc.
conſult. 60. numero 8. Larrea de allegat 81. num. 5.
62 Unde, ſi in bac donatione ob cauſam deficiat imple-
mentum ex parte donatarii, deficiet etiam ipſa dona-
tio: quia ad hoc, ut vere donatio ob cauſam dicatur,
neceſſario requiritur, quod cauſa reſpiciat commodum
& utilitatem donantis: ut contingit in donatione re-
muneratoria, quæ liberalitatem excludit, etiamſi di-
catur in donatione purè, & liberè donationem fieri:
tenent Oldrad. conſil. 5. Titius dedit. Sequitur Ale-
xand. conſil. 39. dub. 3. vol.4. Decius in L. ſi de collat.
63 Soccin. conſil. 295. col. penul. vol.2. Hypolitus Remi-
naldus in princ. Inſtit. de donat. n.195. & ſeq. Si enim
cauſa eſt extrinſeca, nec commodum donantis reſpi-
cit, tunc veram & ſimplicem donationem impedit,
Riminaldus in d. princ. Inſtit. de donat. n.197. Unde do-
natio ob cauſam non operatur effectum causâ non ſe-
cutâ, & res donata reſtitui debet donatori L.3. L. dic-
64 tam C. de condictione ob cauſam, Sarmiento ſelectar.
l.2.c.3.n.6. Donel. l.14. comment. c.23. ubi Uſualdus in
notis littera C. Et quia cauſa hujuſcemodi donationis
reſpicere debet utilitatem donantis, poteſt ipſe re in-
tegra pænitere, & donatum repetere L. dedi: 3. §. ſed
ſi tibi ff. de condict. cauſa data, ibi: (Si non facis, poſ-
ſum condicere, aut ſi me pæniteat, condicere poſſum)
& in §. quid ſi ita ejuſdem legis, ibi: (Ut intra certum
tempus manumittas), ſi nondum tempus præterierit,
inhibenda erit repetitio, niſi pæniteat.) L. ſi pecuniam
5. in princ. ff. eodem, ibi: (ſed cum per te non ſteterit,
poteſt dici repetitionem ceſſare, ſed cum liceat pænitere
ei, qui dedit, ſine dubio repetetur, quod datum eſt.) &
in §. ſi ſervum ejuſdem legis, ibi: ſi pænituerit eum qui
tradiderit, & ſuper hoc eum certioraverit, & fuerit ma-
numiſſus poſt pænitentiam, attamen actio propter pæ-
nitentiam competit ei qui dedit. Eſt enim donatio ob
cauſam contractus innominatus, Menoch conſ. 724.
n. 13. Bertrand. conſ. 77.n.7. vol.1. Ruinus conſ. 58.
n.20. Et ſic re integrâ datur locus pœnitentiæ, non ſo-
65 lum quando recipiens paratus eſt adimplere, ſed etiam,
ſi poſt pœnitentiam impleverit, dummodo de pœni-
tentia fuerit certioratus, d. L. ſi pecuniam § ſi ſervum.
Et rationem præſtat Donel. l.14. comment. c.22. Quia
69 licet recipiens obligatus ſit ad implementum, quia
dat non item, priuſquam viciſſim alter dedit vel fe-
cit, ſequitur Larrea deciſ. 66.n.41. Ubi n.44. id à for-
tiori procedere ait, ſi implementum reſpicit utilitatem
donatoris. Quod tamen intellige, ut per Valaſcum,
conſult. 153.n.16. niſi in donatione adjecta fuerit ſtipu-
latio quæ etiam in contractibus innominatis exclu-
dit pœnitentiam Baldus in L. quamvis C. de tranſact.
ubi Paulus de Caſtro, Jaſon. in L. cum mora n. 8. C.
eod.

Ex quibus ſequitur: quod ſi extraneus dederit pe-
cuniam, vel aliam rem mulieri, ut eam det marito in
70 dotem, vel det marito pro dote uxoris, hæc donatio
licet ob cauſam dotis, reputabitur ſimplex, & propria
donatio, quia cum extraneus mulierem dotare non te-
neretur, illa dotis cauſa liberalitatem non excludit;
Probat text. in L. unica §. accedit, C. de rei uxoriæ ac-
tione, Corneus conſil. 45. col. 3. verſ. pro quo facit vol.4.
Mantica de tacit. l.13. tit.4.n.11. Tiraq. in L. ſi unquam
verbo donatione largitus n.240. Surdus de aliment. tit.
6.q.1.n.21. Auguſt. Barboſ. in d. L. unica §. accedit. n.
60. Marius Cutell de donat. tractat. 1. diſcurſu 3. par-
tic. 6. à n.7. cum ſeqq.

Nota, autem quod donatio facta in cauſam dotis 71
continet conditionem, ſi matrimonium ſequatur, L.
ſtipulationem ff. de jure dotium, Caſtill. l.6. controverſ.
c.119.n.1. Maſtrill. deciſ. 211.n.15. Altograd. conſil. 7.
num. 19. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 1.n.54. Camun-
çula deciſ. 43.n.5. Quod intellige, ſi donatio facta
fuit intuitu certi, & determinati matrimonii, tunc enim
matrimonium eſt cauſa finalis donationis, ſi verò do-
natio fiat ob cauſam matrimonii in genere, matrimo-
nium eſt cauſa impulſiva donationis. Ita Doctores 72
communiter, & Bertrandus conſil. 77.n. 5. verſ. quod
etiam, & n.6. l.7. Roland. conſil. 44.n.9. Coſta de fact.
ſcient. & ignor. inſpect. 14.n. 5. Maſtril. deciſ. 211. n. 4.
& ſeqq. Novarius forenſ. p.1.q.83. n.2. Gratian. forenſ.
c.924. per totum & 948.n.22. & ſeqq. Caſtil. l.6.c.119.
n.1. & ſeqq. Larra deciſ. 33.n.13. Fontanell. d. clauſ. 4.
gloſ. 1.n.16. & ſeq. & gloſ. 9.p.1.n.31. Altograd. conſil.
7.n.12. & ſeqq. Ubi quod hæc reſolutio procedit tam
in patre, qui dotare tenebatur, quam in extraneo, Va-
lenz. conſil. 148.n.62. Cancer. l.1. variar. c. 8. n. 95.
Tondut. reſolut. civil. c.55.n.30. & c.110.n.5. & c.168.
n.5. Auguſtin Barboſ. voto 69.n.1. & 2. Unde, ſi dona-
tio fiat in cauſam certi, & determinati matrimonii, eo
non ſecuto, poteſt revocari per condictionem ob cau-
ſam L.2. §. fin C. de condict. ob cauſ. Cancer. d.c.8. n. 73
61. Fontanell. d. clauſ. 4. gloſ. 1.n. 16. 17. 18. & 54.
Caſtill. d.c.119.n.16. verſ. ſubdit. denique, Altograd.
conſil. 7.n. 20. Card. Pereira Reſponſ. 6. pro Roderico
da Sylva verſ. accedit etiam, quoniam, Auguſtin.
Barboſa voto 69. n.8. & 9. Petr. Barboſ. in l. ſi eum de-
cem in princ. n.51. Et probant jura in L. Publius Ma-
vius in princ. ff. de condit. & demonſtrat. L. ſi ego in
princ. ff. de jure dotium L. promittendo ff. eodem. Quam
reſolutionem velim intelligas reſpectu extranei, quan-
do ipſe donavit, vel promiſit in cauſam dotis, habito 74
reſpectu ad futurum, ſecus ſi promiſit, ut debitor ex
cauſa de præterito, veluti ſi promiſſor aliàs erat debi-
tor mulieris in quantitate promiſſa, vel majori: ut per
Palacios Rubios in rubr. de donat. in n. 12. Auguſtin.
Barboſ. in d. L. unica C. de rei uxoriæ actione n.55. Vel
ſi dotans erat frater mulieris, cui donavit, vel promi-
ſit ex bonis patris defuncti. Tunc enim, etiamſi nuptiæ
non ſequantur, donata remanent apud mulierem, quæ
de illis diſponere poteſt. Optime Camunçula deciſ.
43.n.9. & 11.

Ex dictis inſertur: interpretatio ad L. Regiam L.3. 75
tit. 25. § 5. quatenus agendo de modo, quo in Regno
proceditur ſummariè adverſus debitores ex publicis
inſtrumentis, diſponit conditionaliter, quod ex ſcrip-
tura publica dotis ſummariè procedatur, ſi maritus cum
ipſa ſcriptura ſimul præſentaverit certificationem Par-
rochi, ex qua conſtet matrimonium fuiſſe celebratum
in facie Eccleſiæ, vel in domo de licentia Ordinarii:
vel aliud publicum inſtrumentum, ex quo Matri-
monium probetur. Quod idem ſervari jubet in ſi-
milibus caſibus. Et per argumentum à contrario ſenſu
probat, abſque dicta certificatione, vel publico inſ-
trumento, ex quo matrimonium probetur, dotis inſ-
trumentum non eſſe liquidum, neque executioni man-
dandum. Argumentum autem à contrario ſenſu vali-
dum eſt in jure. Auth. ex teſtamento C. de collatio- 76
nib. L. 2. C. de conditionibus incertis, Antonius Go-
mez in L. 29. Tauri n. 3. Gama deciſ. 16. n. 4. Rey-
noſo obſerv. 42.n. 12. quia contrarius ſenſus legis pro
lege

lege habetur, *L. qui teſtamento §. mulier ff. de teſtam.*
Valaſc *de partit. c. 16. n. 26.* Quæ reſolutio ex eo pro-
cedit, quia dotis promiſſio habet in ſe tacitam condi-
tionem, ſi matrimonium ſolemniter, & legitime ſequa-
77 tur: ut diximus ſupra *n.* 71. Et præter ibi relatos te-
nent Freccia *de præſent. inſtrum. 7. p. q. 10. n.* 1. Et ita
reſolutionem Ordinationis amplectuntur Franciſcus
Vivius *deciſ. 39. Qui n. 3. ita pluries judicatum teſtatur
in Sacra Regia Audientia Barenſi* ex Bald. *in L. 1. col.
penult. verſ. quæro utrum C. de privilegio dotis, & in
L. ab executione col. fin. C. quor. appellat, non recipi-
ants in L. in fin. verſ. & pone C. de execut. rei judic.*
Ubi dicit hujuſmodi inſtrumentum dotis non eſſe li-
quidum, neque executionem mereri, Marinus Frec-
cia *d. 7. p. q.* 10. Sequitur Fontanell. *de pact. nupt.
clauſ. 4. gloſſ. 1. n.* 55.
78 Prædicta Ordinationis diſpoſitio locum obtinebit
etiam in inſtrumento publico contractus conditiona-
lis, quia ſi cum eo aliud inſtrumentum oblatum fuerit,
ex quo conſtet conditionem fuiſſe impletam primum
inſtrumentum liquidum, & purum manebit, habebit-
que paratam executionem, conditione enim impleta
contractus, obligatio, & diſpoſitio reputatur pura *L.
fin. §. Titius ff. de vulgari. L. ſi pupillus, in fin. ff. de
condition. & demonſtr.* Menoch. *conſil. 613. n.* 21.
Anton. Gomez *in L. 45. Tauri n.* 93. Phæbus *deciſ.
83. n.* 2. Surdus *conſil. 38. n.* 10. Et conditio impleta
retrahitur in præteritum, & ad principium actus *L.
79 neceſſario verſ. quod ſi tendente ff. de peric. & comm.
rei venditæ*, Tiraquel. *in 1. retractu §. fin. gloſſ. 2. n.*
27. Anton. Gomez *l. 2. variar. c. 11. num.* 30. Man-
tic. *de conject. ultim. l. 11. tit. 16. num.* 2. Andr.
Gail. *l. 2. obſerv. 132. n. 2.* Thuſc. *litt. C. concluſ.* 596.
per totam.
80 Idem erit dicendum, ſi in inſtrumento pactum in-
tervenerit, de ſtando alicujus juramento, vel circa
liquidationem expenſarum, meliorationum, vel inte-
reſſe. Eſt enim validum pactum, ut ſtetur partis jura-
mento circa prædicta, & circa damna, ut per Gama
deciſ. 110. n. 17. ubi Flores Mena, Fontanell. *de pact.
nup. clauſ. 5. gloſ. 9. à n.* 1. Giurba *ad ſtatut. Meſſan. 1.
p. c. 2. gloſ. 7. à n.* 1. Afflictis *deciſ. 91. n. 12.* Rota Ge-
nuæ *deciſ.* 78. Amato *reſolut. 27. n. 28. 29. &* 30. Va-
lenz. *conſil. 136. n. 5. &* 6. Maſcard. *concluſ. 935. n.* 35.
Hermoſil. *in L. 10. tit. 1. partit. 5. gloſſ. 4. n. 426. & ſeqq.*
Leotard. *de uſur. q. 76. à n.* 1. Mareſcot. *C. 2. var. in c.
16. à n.* 8. Carleval *de judic. tit. 3. diſput. 8. à n.* 115.
Quòd ampliatur, ut etiam valeat pactum, quod ſtetur
juramento alicujus ſuper ſubſtantia damni, vel inte-
81 reſſe, ita ut interveniente hoc pacto, non deſideretur
probatio extrinſeca, Afflictis *deciſ. 91. n.* 9. Rota Ge-
nuæ *deciſ. 78. n. 7. & 8. & deciſ. 134. n. 3. & 4.* Maſcard.
concluſ. 935. n. 35. Amato *reſolut. 27. à n. 27. 29. &* 30.
Et ſic bene poterit inſtrumentum exequi tanquam li-
quidum interveniente juramento partis, vel tertii: op-
timè Valenz. *d. conſil.* 136.
Superius tradita, circa revocationem donationis
ob cauſam dotis, quando matrimonium non fuit ſecu-
82 tũ procedunt etiam caſu, quod matrimonium nullum
fuit judicatum ob aliquod juris impedimentũ, quia do-
natum ob cauſam dotis repeti poteſt per text. *in L.
1. C. de condict. ob cauſam L. quod Servius ff. de con-
dit. cauſa data L. ſi mulier. §. ejus nomine ff. de jure
dot. L. hac condict. 10. in fin. ff. de cond. & demonſtr.*
ibi: *Sed non omnes conjunctiones implent conditione,
puta enim non nubilis ætatis in domum mariti deduc-
ta non paruit conditioni (L. à Divo Pio ff. de ritu nupt.*
ibi:) *Quia ex dote nullum lucrum habet, quæ nulla eſt,*
Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 1. n.* 64. Ameud.
ad Vincent de Franch. *deciſ. 205. n. 4.* Covarr. *de ſpon-
ſalib. 2. p. c. 7. §. 1 n.* 8. Roderic. Suares *tit. de las ga-
nancias l, 3. fori L. 1. n.* 4. Menoch: *conſil. 309. n.* 97.
Anton. Gomez *in L. 50. Tauri n. 65. verſ. tertius eſt,*

Mantic. *de tacit. & ambig. l. 22. tit. 3. num.* 50. San-
ches *de matrim. l. 6. diſput. 2. numero* 9. Petr. Barboſ.
in L. 2. in princ. n. 158. ff ſolut. matrim. Coſta *in c. ſi
pater p. 1. verbo uxorem n. 18. de teſtam. in* 6. Vincent.
de Franch. *deciſ. 52. n. 4.* Auguſt. Barboſ. *voto 69. n.* 10.
& ſeqq. Quæ reſolutio procedit, ſive contrahentes
matrimonium fuerint conſcii, vel ignari juris impedi-
menti, quod vetaret matrimonium contrahi. Fonta-
nell. *d. clauſ. 4. gloſſ. 1. n.* 64. Auguſtin. Barboſ. *voto 69.
n.* 19.
Sed quid dicendum, videamus de dote, donatio- 83
ne, & promiſſione arrharum factâ inter ipſos contra-
hentes, quando poſtea matrimonium nullum fuit de-
claratum. An ſcilicet alter ex conjugibus donatum
repetere poſſit, vel illud lucretur, aut fiſco ſit appli-
candum? Pro cujus articuli deciſione ſequentes caſus
conſtituo. Primus eſt; quando uterque conjux fuit 84
conſcius impedimenti, tunc namque certum eſt ma-
ritum privari lucro dotis, vel donationis. & uxorem
privari ipſa dote, neutrique dati repetitionem, ſed
fiſcum poſſe dotem, & donationem vindicare *L. cum
hic ſtatus §. fin. ff. de donat. inter* ibi: *Sed ſi Senator
libertinam diſponderit, vel tutor pupillam, vel quis
alius ex his, qui matrimonium copulare prohibentur,
& duxerit. An donatio quaſi in ſponſalibus facta vale-
at. Et putem etiam ſponſalia improbanda, & quaſi ab
indignis, ea quæ donata ſunt, ablata, fiſco vindicari
L. qui contra C. de inceſt. nupt.* Et ita tenent in ſpe-
cie Sanches *de matrim. l. 6. diſput. 2. n. 2. & diſput.
20. n.* 7, Covarr. *de ſponſal. 2. p. c. 6. §. 8. n. 22. & c.
7. §. 1. n.* 8. Molin. *de juſt. & jure t. 1. diſput.* 200. Pa-
ter Rebello *de obligat. juſt. l. 6. q. 4. n.* 10. Fontanell. *d.
clauſ. 4. gloſſ. 1. n.* 66. Et faciunt, quæ Valaſc. *conſult.*
15.
Sed pone: quòd mulier, quæ ſcienter contraxit ma- 85
trimonium in gradu prohibito, repetit dotem à mari-
to. An ille de jure fiſci poſſit opponere, cum ſit par-
ticeps criminis? In qua quæſtione Bartolus quamvis
dubius *in l. fin. ff. de condict. ſine cauſa*, tenet mari-
tum de jure fiſci opponere non poſſe. Et ita ſcribunt
Cardinalis *in c. & ſi neceſſe de donat. inter virum, &
uxorem*, Ripa *in rubr. ff. ſolut. matr. n.* 29. Covarr. *de
ſponſal. 2. p. c. 6. §. 8. n.* 23. Nemo enim adverſus agen- 86
tem in judicio poteſt opponere de jure fiſci, juxta
*gloſſ. verbo (non pertinere) communiter receptam in
L. his conſequenter §. 1. ff. familiæ erciſcundæ, quam
ſequuntur* Bart. *in L. 2. ff. de except. rei judic.* Jaſon
in L. ſi ſervus plurium §. ſi quis ff. de legat. 1. Alex. *in L.
ſi patroni §. qui fideicommiſſum ff. ad Trebellian.* Ti-
raquell. *in L. ſi unquam verbo revertatur n.* 354. *C. de
revocand. donat.* Marian. Socin. Junior. *conſil.* 30. n. 11.
vol. 3. Coſta *in c. ſi pater 1. p. verbo, (uxorem) n.* 12.
de teſtam. in 6. Et ita tenet Alex. Trentacinq. *l. 3. va-* 87
riar. tit. de matrim. reſolut. 4. n. 13. Neque obſtat quod
allegatio juris tertii admittenda eſt, quando jus tertii
eſt excluſivum juris agentis, juxta Bartoli doctrinam
in L. 2. col. 1. ff. de except. rei judic. Gama *deciſ. 16. n.*
1. Gabed. *1. p. deciſ.* 63. n. 2. Flores de Mena *l. 1. variar.
q. 4. n.* 55. Surd. *deciſ. 108. n. 15. &* 20. Larrea *alleg. 50.
n.* 98. Cancer. *l. 1. c. 18. n.* 17. Cyriac. *controv. 3. n. 62. &
controv. 168. n.* 33. Giurba *de ſucceſſ. feudor. §. 1. gloſſ.
16. n. 23. &* 29. D. Criſtoph. Creſpo *obſerv. 29. à n.* 1.
Quia reſpondetur, quod illa concluſio non procedit, 88
quando oppoſitio juris tertii non excludit intentionem
agentis abſque voluntate ipſius tertii, nam tunc tertio
non volente de ipſius jure opponi non poteſt *L. 2. ſi
ager vectig. vel emphyteut. petatur.* Notat. Bart. in *L. 2.
ff. de except. rei judic.* Trentacinq. *d. n.* 13. Gratian. *diſ-
cept. forenſ. c. 526. n.* 50. Theſaur. *deciſ. 4. n.* 1. Unde in
hac ſpecie non eſt admittenda dicta oppoſitio de jure
fiſci; ſiquidem, eo nolente dos remanere debet penes
mulierem *L. ſi ſervus plurium §. ſi quis ante ff. de legat.*
Ubi notat Jaſon. Ideoque quamvis uxori non compe-

tat actio de dote, tamen illam repetere poterit condictione ob cauſam, vel ſine cauſa: ut tenet poſt Bart Ripa *in rubr. ff. ſolut. matrim.* Trentaciq. *d. reſolut.* 4. *n.* 13. Videndus Coſta *in c. ſi pater* 1. *p. verbo uxorem, n.* 12. & 13.

Secundus caſus eſt: quando uterque conjux fuit
89 ignarus impedimenti, tunc enim neque vir, neque mulier lucratur donationem, vel dotem; ſed data hinc, inde, reſtituuntur, condictione ſi cauſà *L. quo Servius ff. de condict. cauſa data* Coſta *in c. ſi pater* 1 *p. verb. uxorem n.* 28. Sanches *de matr. l.* 6. *diſput.* 2. *n.* 8. & *diſp.* 20. *n.* 3. Covarr. *de ſponſal.* 2. *p. c.* 6. §. 8. *n.* 22. & *c.* 7. §. 1. *n.* 8. Calvacan. *deciſ.* 18. *n.* 23. *p.* 2. Mantic. *de tacit. & ambig. l.* 12. *tit.* 33. *n.* 50. Barboſ. *in L.* 2. *in princ. n.* 158. *ff. de ſolut. matrim.* Vincent. de Franch.
90 *deciſ.* 51. *n.* 10. & 11. Fontanell. *d. clauſ.* 4. *gloſſ.* 1. *n.* 69.

Tertius caſus eſt, quando alter ſciebat impedimentum, alter verò ignorabat, & bonam fidem habebat. Quo caſu diſtinguunt Doctores inter ultimas voluntates, & contractus. Ita ut, ſi ſciens impedimentum, & in mala fide exiſtens legatum ignoranti reliquerit, valeat, legatum, & acquiratur mulieri irrevocabiliter, ita ut fiſcus ab ea auferre non poſſit, argumento text. *in L. fin. de leg.* 1. *L. Præfect. ff. de ritu nupt. L.* 2. §. *per contrarium ff. de his, quibus ut indignis.* Docet *gloſſ. verbo fiſco vindicari L. qui contra C. de inceſt. nupt.* Et probat *L.* 50. *tit.* 14. *partit.* 5. Coſta *in d. c. ſi pater verbo uxorem* 1. *p. n.* 5. Molin. *de juſt. & jure tom.* 1. *diſput.* 200. Sanches *de matrim. l.* 6. *diſput.* 2. *n.* 3. At verò An idem procedat, in acquiſitis à conjuge bonæ fidei per contractum inter vivos? diſſidium eſt inter Doctores. Alii enim contrarium dicendum arbitrantur, aſſerentes donationem à conjuge ſciente impedimentum factam ignaro, non ei acquiri, ſed fiſco applicari, *per text. in d. l. cum hic ſtatus* §. *fin. ff. de donat. inter*, & ita gloſſ. *in d. l. qui contra, verb. fiſco vindicari verſ. vel dic.* Quam gloſſæ opinionem ſequuntur Jacobus de Ravena *in d. l. qui contra* ubi Raphaël Fulgoſius *n.* 1. Salicetus *n.* 2. Eamdem ſequitur Covarr.
92 *de ſponſalib.* 2. *p. c.* 7. §. 1. *n.* 8. Et alii, quos refert. Sanches *d. diſput.* 2. *n.* 4. Coſta *in d. c. ſi pater n.* 5. *verſ. his tamen non obſtantibus.* Contrariam tamen opinionē, quæ habet conjugem ignorantē, & bonæ fidei capere poſſe à conjuge ſciente, & malæ fidei, tam ex teſtamento, quam ex quocumque contractu, *tenet gloſſa verb. fiſco vindicari in d. l. qui contra C. de inceſt. nupt.* Quam ſequuntur Coſta *in d. c. ſi pater n.* 6. Ubi tradit nullam in hoc caſu poſſe aſſignari juſtam rationem differentiæ inter ultimas voluntates, & contractus. Et contrariæ partis fundamenta diluit. Sequitur Sanches *d. diſput.* 2. *n.* 4. Fontanell. *d. clauſ.* 4. *n.* 69. Molin. *d. diſ-*
93 *put.* 200. Rebello *de obligat. juſt. l.* 6. *q.* 1. *n.* 20.

Quartus caſus eſt, quando conjux ignarus impedimenti donavit, vel legavit altari ſcienti, & malæ fidei Et hoc caſu non valere legatum, vel donationem verius eſt *l. ſi ex voluntate* 7. *C. de donat. inter*, facit. text. *in l. cum hic ſtatus* §. *fin. verſ. ſi quis ſponſam ff. de donat. inter.* Prout illum inducit Sanchez *d. diſp.* 2. *n.* 9. Coſta *in d. c. ſi pater* 1. *p. verbo (uxorem) n.* 18. Quia cum legatum, vel donatio procedat ex errore, irritum manet, & debet penes, hæredem teſtatoris manere, Coſta *d. n.* 18. Sanchez *d. diſp.* 2. *n.* 9. Rebello *d. l.* 6. *q.*
94 12. *n.* 20. Fontanell. *d. clauſ.* 4. *gloſſ.* 1. *n.* 69. Petrus Barboſ. *in l. ſi cum dotem* §. *fin. n.* 17. Ubi, An mulier ignorans arrharum donationem conſequatur? Et nota, quod in caſibus ſupradictis, in quibus dotes, & donationes factæ inter conjuges putativos non confiſcantur poſſunt repeti, non tantùm, quando in eorum vita Matrimonium nullum fuit judicatum. Sed etiam quando poſt eorum mortem fuit nullum declaratum ad inſtantiam hæredum: ut judicatum refert Vincent. de Franch
95 *deciſ.* 52. ubi Riccius *in additione.*

Præterea donatio dicitur ob cauſam, quando donatario imponitur onus, juxta doctrinam Bartoli per text. ibi *in l. non uſque* 2. *ff. ſi à parente quis fuerit manumiſſus*, Cyriac. *controv.* 270. *n.* 1. & *per totam* Bellapertica *in l.* 1. *col.* 2. *verſ. ſi. cum quæritur patronus*, ubi cum Sinus *in* 7. *q. n.* 11. *C. ſi quid in fraudem patroni*, Noguerol. *allegat.* 14. *n.* 66. dummodo onus reſpiciat commodum donatoris, vel tertii. Quo dato, donatio ob cauſam non revocatur propter nativitatem filiorum, Tiraq. *qui plures, laudat in l. ſi unquam C. de revoc. donat. verbo donatione largitus n.* 141. Clar. *in* 96
§. *donatio q.* 23. *n.* 2. Phæbus *deciſ.* 86. *n.* 3. Anton. Gomes *in l.* 29. *Tauri n.* 28. Novarius *forenſ. p.* 1. *q.* 83. *n.* 3. & 4. Decius *conſil.* 675. *n.* 8. & 9. Altograd. *conſil.* 7. *n.* 23. Quod intellige, ut non revocetur, quatenus valor cauſæ concurrit cum æſtimatione donationis, Tiraq. *d. verbo donatione largitus n.* 141. Menoch. *conſil.* 169. *n.* 47. *verſ. quarto confert*, Molin. *de primog. l.* 2. *c.* 3. Mangil. *de imputat. q.* 111. *n.* 31. & 32. poſt alios Her- 97
moſill. *in l.* 8. *tit.* 4. *partit.* 5. *gloſſ.* 3. *n.* 10. Neque etiam revocatur propter ingratitudinem *gloſſ. verbo (inveniatur) in l. ultima C. de revoc. donat.* ubi communiter Doctores, Tiraq. *d. verbo donatione largitus n.* 98
142. Gama *deciſ.* 163. *n.* 3. Unde fit, quòd donatio facta causà dotis, vel Matrimonii, non revocatur prætextu ingratitudinis, ſaltem conſtante matrimonio, Gama *deciſ.* 163. Auguſtin. Barboſ. *de poteſt Epiſcopi allegat* 20. *n.* 69. Fontanell. *de pact. nuptialib. clauſ.* 4. *gloſſ.* 1. *n.* 35. & 36. Altograd. *conſil.* 7. *n.* 25. Menoch. *conſil.* 72. 99
n. 9. & *ſeqq.* illo verò ſoluto, prætextu ingratitudinis revocari poterit, Pinel. *in l.* 1. *p.* 3. *n.* 62. *illat.* 31. *C. de bon. matern.* Gratian. *c.* 53. *n.* 14. Menoch. ubi ſuprà, Peguera *deciſ.* 220. *n.* 2. Gama *deciſ.* 163. *n.* 2. Fontanell. *d. clauſ.* 4. *n.* 36.

Si verò donatio ob cauſam dotis, vel Matrimonii facta fuit ab extraneo, dubium eſt, An natis poſtea 100
liberis revocetur beneficio *l. ſi nunquā C. de revocand. donat.* Dubitationem movet, quod ſi revocationi eſſet locus, fraudaretur non ſolum donataria, ſed etiam maritus, cujus reſpectu dos eſt titulus oneroſus: ut contra Pinel. ſcribunt Gratian. *c.* 53. *n.* 11. Cævall. *commun. contra comm. q.* 73. Jaſon. *in* §. *item ſi quis n.* 32. 101
33. *Inſtit. de action.* Gregor. Lopez *in l.* 7. *tit.* 15. *partit.* 5. *gloſſ.* 8. Caſtill. *de alim. c.* 50. *n.* 3. Giurb. *ad ſtat. Meſſan. c.* 2. *gloſſ.* 5. *p.* 1. *n.* 12. Gabr. Pereir. *deciſ.* 28. *n.* 44. & 5. Antonin. Amato *reſol.* 41. *n.* 2. Maritus namque aſſimilatur emptori quoad dotem, promiſſor vero venditori, & pretium ſunt onera Matrimonii Cavalcan. *deciſ.* 22. *n.* 7. & 27. *p.* 4. Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 2. *p.* 2. *n.* 4. Caſtill. *de alim. c.* 50. *n.* 4. Unde ſecuto Matrimonio, quod amplius diſſolvi nequit, cui donatio cauſam dedit, donatio, donatio revocari non valet, ſiquidem alter ex conjugibus aliter contracturus non eſſet, ſi donatio non fieret, *l. penult.* §. *ſed, & ſi quis ff. quod falſo tutores l. ſi remunerandi* §. *plane ſi tibi ff. mand.* Et hanc opinionem tenet Anton. Faber. *l.* 7. *conject. c.* 15. *poſt med. verſ. illud. verò, quam abſurdum.* Et inquit Gutier. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 9. *n.* 7. quod in hac ſpecie donatio tantum revocari debet pro parte legitimorum filiorum, non pro ea, de qua pater diſponere poteſt, etiam facere extranei; quæ apud Nos eſt tertia bonorum *Ordin. l.* 4. *tit.* 82. Molin. *de juſt. & jure diſp.* 222. *in fin.*

Verum contraria ſententia, quæ habet revocationi
locum eſſe in totum, verior eſt, & tenenda, pro qua ju- 102
dicavit Senatus noſter: ut per Valaſc. *conſult.* 31. *n.* 2. 3. & 4. Et ita ſcribunt Alex. *conſ.* 71. *conſideratis his l.* 4. Sequitur Tiraq. *in d. l. ſi unquam verbo donationa largitus n.* 336. & 240. *cum ſeq.* & *in præfat. n.* 72. eleganter Barboſ. *in l.* 2. *ff. de ſolut. Matrim. p.* 1. *n.* 166. *verſ. his apte annectitur*, & *numero* 167. Baeça *de non melior filiab. c.* 9. *n.* 67. Et ita judicatum tradit Anton. Faber. *in ſuo Cod. l.* 8. *tit.* 38. *de revocand. donat. diffin.* 2. idem judicatum dicit Thoro in ſenatu

Nea-

Neapolitano *in compend. deciſ. litt. D. verſ. donatio contemplatione Matrimonii*, Fontan. *de pact. nupt. clauſul.5.gloſſ.8. p.3.n.75. & 78.* Oſuald. *in notis ad Donel. l.14.c. 32. litt. D.* & poſt alios Hermoſ. *in l. 8. tit. 4.partit. 5. gloſſ.3. num. 4.* Ubi *num. 7.* ab hac opinione non eſſe recedendum ait in judicando, & conſulendo. Ratio hujus reſolutionis in eo poſita eſt, quia donatio cauſa dotis facta ab extraneo eſt ſimplex, & non ob cauſam reſpectu donantis: ut diximus ſupra *num. 70.* Et ultra ibi citatos comprobant Anton.Faber. *de errorib. pragm. p.2.decad.48. error. 4. n.7.* Mierez *de majorat. p.1. q. 21. n.53. & 54.* Barboſ. *in d.p. 1. L. 2. n. 66. circa fin.* Quod adeo verum eſt, ut etiam conſtante Matrimonio donatio ſic revocata auferatur à manu mulieris, debuit enim maritus cogitare, quod donator poterat
104 filios ſuſcipere; & ſic poſſe revocare donationem *ex d. L. ſi unquam*, quia ſi non cogitavit, ſibi imputet *argum. l. ſi quis domum §. hic ſubjungi ff. locati* Ita Barb. *in d.L.2.p.1.n.167.ff. de ſol.Matr.* Anton.Faber. *in d.tit.38.C.de revocand.donat. diffin.2. n.8. & gloſſ.8.* Ex quibus diluuntur contrariæ partis fundamenta. Et verum eſt in hac ſpecie totam donationem revocari, nec ſubſiſtere intra tertiam bonorum donatoris: ut bene docuit Barboſ. *in d.L.2.p.1.n.168.circa fin.* Et revocari etiam conſtante Matrimonio ſcribunt Gomez Arias *in L.27. Tauri n.11.* Anton. Gomez *in L.29.Tauri n.34.* Petr.Barboſ.*d.n.167.* Guttier. *pract.l.3.q.41.n.14.*Covarr.*de ſponſ.p.2.c.8.§.6. n.12.* Fontan.& alii relati ab Hermoſ. *in d.L.8.tit.4. partit.5.gloſſ.3.n.8.* Et ſic prædictam tenet reſolutionem Marius Cutell. *de donat.tract.1.diſc.3.partic.6. n.30. & tract.2. ſpecial.3.diſcurſ.1.n.1.*

105 Quæ dicta ſunt de donatore extraneo ob cauſam Matrimonii, aliter procedunt reſpectu patris qui filiam nuptui tradidit, & ei cauſa Matrimonii donavit. Quia hæc donatio non revocatur ex *d.L.ſi unquam*, cum enim pater filiam dotare teneatur, *L. fin. C. de dot.promiſſ.*Bart.*in L.1.n.22.ff.de ſolut.Matr.*Maſcard. *concluſ.1150.n.6.*Barboſ.*in L.1.p.4. à n.2.ff. de ſolut. Matrim.*Giurba *ad ſtatut.Meſſar.p.1. c.3. gloſſ.2.n.2.* Font.*de pact.nupt.clauſ.5.gloſſ.1.p.1. à n.28.* Cyriac. *controv.41.n.1.*Nicol.Intrigliol.*de ſubſtit. centur.3.q. 73.n.15.*Fragoſ.*de regim.Reipub. p.3.l.2. diſp.5.§.1. an.4.gloſſ.verb.antiqui in L.cum multa 20. C. de don. ante nupt.* Donatio non poteſt dici ſimplex, ſed ob cauſam, ut pater ſe liberaret ab obligatione legali. Unde diſpoſitio *d. L.ſi unquam* locum habere nequit in prædicta donatione ob cauſam juxta ea, quæ tradidimus ſupra *n.94.* Et quæ ad intentum notat Barboſ. ſupra *n.168.*

106 Hæc tamen reſolutio temperanda eſt, ut ſi pater unicæ filiæ, quam habebat, amplam dotem dederit, & poſtea alios filios ſuſceperit, revocetur donatio, non in totum, ſed tantum pro legitima competenti filiis poſtea natis, *juxta text. in l.ſi totas C.de inoffic.donat. ſecundùm communem intellectum.* Ita ut in hoc Regno, in quo pater diſponere poteſt ad libitum de tertia bonorum *ex Ord.l.4. tit 82.* donatio tantum revocetur quoad duas bonorum partes, quæ ſunt legitima filiorum, tertia remanente penes filiam dotatam, vel filium cui ampla donatio facta fuit: ut in terminis docet Petr.Barboſ.*in d.L.2.p.1.ff.de ſolut. Matrim.n. 169.verſ.quæ utique controverſa.* Quia reſpectu tertiæ, filii nullum jus prætendere poſſunt: prout in Regno Caſteliæ nullum jus habent reſpectu quinti bonorum, de quo pater diſponere valet ad libitum ex *L.1.tit.8. l. 5.Ordinam.* Atque ita in hoc Regno reſpectu tertiæ, & in Caſtella reſpectu quinti non procedit diſpoſitio *L.ſi unquam*, ut tenent Baeça *de non melior. filiab.c.9.num.47.*Covarr.*l.1. var.c.19. n.4. verſ.cæterum* Guttier. *de juram. confirm.p.1. c.9.n.7.* Barboſ. ubi ſupra *l. 169. & 170.* Tota dubitatio eſt apud Caſtellanos, An revocetur donatio reſpectu tertii, 107
quo in pater poteſt meliorare unum ex filiis? In qua quæſtione duæ opiniones inter ſe pugnantes reperiantur: Prima fuit Bernardi Diaz. *regul. 213. in quarta fallent.* Ubi probat donationem revocari etiam reſpectu tertii *ex text. in d. L. ſi totas C. de inoffic. donat.* In qua habetur nativitate aliorum filiorum revocari donationem factam filio, vel filiæ pro legitima poſtea natorum. Et ait, quod tertium eſt legitima filiorum, quia ultra filios, & nepotes relinqui non poteſt; nec pater de illo diſponere in extraneos. Atque ita videtur pater melioraſſe unum, quia non cogitavit de liberis poſtea ſuſcipiendis. Ergo illis ſuſceptis revocabitur melioratio, ut pater inter omnes filios poſſit meliorare, quem elegerit. Cujus fundamentis addit Barboſa *in d.L.21.p.n.169.* quod ſi Princeps conceſſit patri, ut poſſet meliorare unum ex filiis, aliis poſtea natis, melioratio facta revocatur, Gregorius Lopes *in L.32.tit.9. partit.6.in gloſſ. magna col.fin.verſ.quid autem.* Ideoque hanc opinionem ſequuntur, Gregorius Lopez *in L. 8. tit.4. partit.5. verbo a otro in verſ.& quia ſi donatio facta jam nato,* Petrus Barboſa *d. n. 169.*

Cæterum contrariam opinionem tenuit Caſtill. *in* 108
*L.12.Tauri in gloſſ.ſequiente col.5.*Covarr.*l.1.variar. c.19.n.4.verſ. cæterum,* Antonius Gomez *1. tom. variar.c.4.n.11. verſ. & per conſequens hodiè,* Baeça *de non melior.filiab.c.9.n.45.46.47. uſque ad n. 62.* Spino *in ſpecul.teſtam.gloſſ.11.n.143.*Gutierrez *de juram. confirm.1.p.c.9.n.15. verſ. ſed opinio Caſtilli, & ſeqq.* Ubi veriorem dicit, Molina *de primog. l.4.c.2. n.81.* Mierez *de major. 1. p. q. 21. n. 10.* Caſtill. *l. 2. controverſ. c.13. n.41. & 42.* Hermoſill. *in L. 8. gloſſ. 8. n. 8. tit. 4. partit. 5.* Quam ſequi videtur; quia ponit hanc opinionem ultimo loco & cum ea tranſit. Cujus fundamenta videre poteris apud relatos, quibus addo Parlador *l.1. rerum quotidian. c. 7. n 21.* Quæ ut magis communis ſequenda eſt in judicando, & conſulendo.

PRÆLUDIUM II.

§. I.

De donatione, quæ ſub modo.

SUMMARIUM.

1 *Modum quid ſit.*
2 *Modus per quas dictiones inducatur.*
3 *Verba ſub conditione ſæpius imperiam modum & num. 4.*
5 *Modus tripliciter conſideratur. Primo prout portat cauſam finalem.*
6 *Secundo quatenus importat cauſam impulſivam.*
7 *Modo impulſivo non impleto non revocatur donatio, vel legatum: ſed recipiens cogitur modum adimplere.*
8 *Tertiò modus dicitur adjectus, non ratione oneris, ſed conſilii; quando poſt actum perfectum præcipitur aliquid fieri in utilitatem tantum accipientis. Quo caſu modo non adimpleto res manet apud donatarium, vel legatarium.*
9 *Ea, quæ ſunt de conſilio, non inducunt obligationem.*
10 *Modo finali deficiente corruit donatio vel relictum.*
11 *Modus dicitur finalis, quando reſpicit favorem donatoris, vel alterius tertii, non donatoris: vel ſi adjectus ſit favore piæ cauſæ, aut Reipublicæ: & n.12.*

13 *Præſtatur vera ratio decidendi ad* L. 1. C. de donat. quæ ſub modo.

14 *Reprobatur traditio gloſ.* verb. conditionem in c. verum de cond. appoſ.

15 *Datur verus intellectus ad text. in* L. Titio centum in ſecundo reſponſo ff. de cond. & demonſtr. *& n.* 16. 18. 19. *&* 21.

17 *Quando conſtat de voluntate teſtatoris, quod alias non eſſet legaturus, quamvis modus tantum contineat utilitatem legatarii, dicitur cauſam finalem continere.*

18 *Frater non tenetur filio fratris ſui alimenta præſtare.*

19 *Alienationis prohibitio facta ſine cauſa in ultima voluntate eſt nullius momenti: & n.* 20.

21 *Legatum relictum civitati ad celebranda ſpectacula in memoriam teſtatoris: ſi illa non poſſunt celebrari, non cedit lucro hæredis, ſed convertitur in alios ludos.*

22 *Voluntas teſtatoris tamquam Regina ſemper eſt attendenda.*

23 *In eo differt conditio à modo: quod conditio ponitur à parte ante; modus verò à parte poſt.*

24 *Conditio impleri debet ante emolumenti aſſecutionem.*

25 *Conditionis ea eſt natura, ut ſuſpendat actum donec impleatur.*

26 *Modus poteſt impleri poſt emolumentum aſſecutum.*

27 *Ex diſpoſitione modali tamquam pura ſtatim competit actio præſtita cautione de modo implendo.*

28 *Modus non ſuſpendit acquiſitionem legati fideicommiſſi, vel donationis.*

29 *Conditio impedit acquiſitionem: quia nihil ponit in eſſe, donec fuerit ſatisfactum.*

30 *Conditio appoſita ſubſtantiæ diſpoſitionis actum ſuſpendit: at vero appoſita reſolutioni facit actum purum: reſolvendum tamen ſub conditione.*

31 *Defectus conditionis facit, ut diſpoſitio habeatur, ac ſi nunquam fuiſſet facta; quia habet oculos retro. Contractus conditionalis deficiente conditione ipſo jure reſolvitur.* Ibid.

32 *Conditionem ſufficit ſemel eſſe defectam.*

33 *Contrarium in actibus ſucceſſivis, in quibus conditio poteſt quandocunque impleri.*

34 *Conditionem ſufficit ſemel eſſe impletam, actus efficiatur purus: quamvis non duret implementum.*

35 *In actibus ſucceſſivis non ſufficit conditionem ſemel impleri; ſed requiritur, quod duret implementum.*

36 *Si duæ conditiones concurrunt in aliqua diſpoſitione: vel in una conditione duæ qualitates non ſufficit unam adimpleri; ſed ambæ debent verificari.*

37 *Conditiones omnes, & qualitates requiſitæ habentur pro una.*

38 *Conditio tamquam individua ſcindi non poteſt.*

39 *Ad implementum conditionis non requiritur monitio, ſeu interpellatio. At vero ad implementum modi partis interpellatio neceſſaria eſt.*

40 *Conditionum tres ſunt ſpecies: ſcilicet caſualis, poteſtativa, & mixta: ipſa declarantur: & num.* 41.

41 *Modus alius eſt poteſtativus, alius mixtus.*

42 *Conditio mixta deficiens per caſum facit evaneſcere relictum.*

43 *Modus mixtus deficiens per caſum, qui non contigit facto ejus, qui implere debebat, habetur pro impleto: & non facit deficere diſpoſitionem.*

Quod etiam procedit in contractibus.

Retentio facilior eſt quam acquiſitio. Ibid.

44 *Intellige procedere in modo impulſivo, quia finalis quocunque modo deficiat, irritat diſpoſitionem.*

45 *Secundo intellige, quando deficit per caſum contingentem in perſona ejus, in qua implere debebat. Secus ſi contingat in perſona implere debentis: puta quia donatarius deceſſit ante implementum modi. Sed contrarium verius.*

46 *Si modus deficit, quia donatarius, vel legatarius implere nollet: poteſt repeti donatum, vel legatum.*

47 *Si verò donator vult agere ad implementum modi, non liberatur donatarius reſtituendo rem.*

Contractus ab initio ſunt voluntatis, poſtea vero neceſſitatis. Ibid.

48 *Conditio impoſſibilis in præteritum, vel præſens concepta rejicitur in ultimis voluntatibus, & valet actus.*

49 *Non ſic in contractibus, quia non rejicitur, ſed vitiatur actus.*

50 *Si conditio impoſſibilis in teſtamento adjecta teſtatori, juſta de cauſa poſſibilis viſa fuit, non rejicitur, & vitiatur diſpoſitio.*

51 *Modus impoſſibilis nunquam reddit nullam diſpoſitionem.*

52 *In dubio potius donatio ſeu alia diſpoſitio præſumatur modalis, quam conditionalis.*

53 *Multum refert an legatum relictum, ut nubat, vel donatio ſit modalis, vel conditionalis, quia ſi eſt conditionalis non poteſt peti ante nuptias: ſi vero modalis, ſtatim peti poteſt præſtita cautione de nubendo.*

54 *Diſtinguitur inter legatum factum pro dote, vel cauſa dotis alicujus puellæ: & inter legatum relictum Mæviæ, ut melius nubere poſſit. Primo caſu legatum eſt conditionale: ſecundo verò modale: ut n.* 55. *ſecundùm aliquos DD.*

56 *Alia adducitur diſtinctio inter legatum relictum à patre, quod dicitur purum: & inter legatum relictum ab extraneo, quod conditionale dicitur: & n.* 58.

57 *Pater in legitima filii nullum poteſt imponere gravamen, neque conditionem.*

59 *Si fiat donatio, vel legatum alicui cauſa dotis, vel ut nubat, ab extraneo: decedente puella ante nuptias, non tranſmittitur ad ejus hæredes.*

Stipulatio cauſa dotis habet in ſe tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequatur. Ibidem.

Dies nuptiarum eſt incertus. Ibid.

60 *Legatum relictum à patre pro dote, vel ut nubat, eſt purum uſque ad quantitatem legitimæ, in exceſſu conditionale.*

61 *Una, & eadem res non poteſt diverſo jure cenſeri.*

62 *Pater in eo quod filiæ reliquit ultra legitimam, poteſt unus, & conditionem adjicere.*

63 *Una, & eadem res bene poteſt diverſo jure cenſeri reſpectu diverſarum cauſarum.*

64 *Legatum pro dote conditionale non tranſmittitur ad hæredes, ſi puella ante nuptias deceſſerit.*

65 *Niſi aliud ex teſtatoris voluntate colligatur.*

66 *Si Legatum pro dote ſit purum, filia decedens ante nuptias, illud tranſmittitur ad hæredes.*

67 *Legatum modale tranſmittitur ad hæredes, ſi eos modus adimpleri poteſt: quamvis legatarius decedat ante modum impletum, vel cautionem præſtitam.*

68 *Si modus per hæredes impleri non poteſt, legatum modale ad eos non tranſmittitur. Quod intellige de modo continente cauſam finalem, non de impulſivo.*

69 *Lega-*

69 *Legatum relictum puellæ ad hoc, ut nubere poſſit, eſt purum; & tranſmittitur ad hæredes etiam matrimonio non ſecuto.*

70 *Legatum centum relictum puellæ, ut convertatur in emptionem prædiorum ad beneficium puellæ, ut ei aſſignentur tempore nuptiarum, eſt purum, & tranſmittitur ad hæredes ea decedente nuptias.*

71 *Legatum relictum filio, ut nubat Mævia, eſt conditionale; & ſi non nupſerit, non debetur.*

72 *Si per legatarium non ſteterit, quominus non nubat, conſequitur legatum.*

Conditio nuptiarum habetur pro impleta, quando non ſtat per eum, quominus impleatur. Ibid.

73 *Legatum relictum Sejæ ad nubendum dicitur purum, & mortua Seja in nubili ætate illud tranſmittit ad hæredes.*

74 *Legatum relictum puellæ ad nubendum, vel pro ea maritanda, eſt modale: & ea defuncta ante nuptias tranſmittitur ad hæredes, ſi legataria erat nubilis ætatis.*

75 *Donatio facta ad ſuſcipiendos Ordines eſt pura, ſi in ea adeſt clauſula, quod pure, & libere donatur, & ſit ab extraneo conſanguineo pauperi: Et mortuo donatario tranſmittitur ad hæredes.*

76 *Legatum relictum puellæ impuberi ad nubendum eſt conditionale, ſi tempus nuptiarum adjicitur ſubſtantiæ legati: & non tranſmittitur puella decedente in nubili ætate. Si verò adjiciatur præſtationi, legatum eſt purum, & tranſmittitur.*

77 *Quando tempus adjectum dicatur ſubſtantiæ, vel præſtationi legati.*

78 *Tempus adjectum ſubſtantiæ legati quando ſit filio, vel filiæ in tempus nubilis ætatis non facit conditionem tribus concurrentibus, de quibus ibi.*

79 *Legatum relictum ad nubendum puellæ non dum nubilis ætatis, ea decedente ante nubilem ætatem non tranſmittitur, ſive legatum ſit modale, ſive conditionale.*

80 *Legatum tunc incipit deberi, cum tempus, rei præſcriptæ accedit. Id eſt eo tempore, quo res poteſt ad effectum produci.*

81 *Legatum non quæritur legatario, ut illo frui poſſit, niſi modo ſecuto, in quo conſiſtit cauſa finalis legandi.*

82 *Legatum relictum certæ perſonæ, ut Matrimonium contrahat, debetur ei, quæ Religionem ingreſſa eſt. Idem judicatur de Matrimonio carnali, à ſpirituali: & de uno ad aliud validum eſt argumentum.* Ibid.

83 *Teſtator, qui reliquit legatum pro dote, vel ut nubat: intellexiſſe cenſetur etiam de nuptiis ſpiritualibus.*

84 *Si legata ſint Titiæ centum, ut nubat, vel quinquaginta ſi Religionem ingrediatur: An Titia Religionem ingrediens centum conſequatur? Diverſæ ſunt Doctorum ſententiæ ſed negativa verior eſt.*

85 *Legatum relictum Titiæ ſub conditione ingrediendi Religionem non debetur, ſi contrahat Matrimonium carnale.*

86 *Legatum relictum, ut nubat, non debetur Ingredienti Religionem: quando apparet de voluntate teſtatoris, qui de nuptiis carnalibus intellexit.*

87 *Idem dicendum: ſi legatum dotis fuerit relictum puellæ, ſi nupſerit Titio, quia non debetur ingredienti Religionem.*

88 *Si legatum ſit Titio ſub conditione, ſi Matrimonium contraxerit cum una ex filiabus Semproniæ: ſi una requiſita noluit nubere, tenetur legatarius aliam requirere.*

89 *Conditio ſeu præceptum inſtitutoris Majoratus de contrahendo Matrimonio cum muliere certæ familiæ, vel cum certa perſona ſub pœna privationis Majoratus valet, & eſt adimplenda.*

90 *Non procedit reſolutio, quando filio in legitima fuit onus injunctum, ut cum certa perſona, vel certo genere perſonarum Matrimonium contrahat: niſi filius conſenſerit.*

91 *Pater de conſenſu filii bene poteſt onus, vel gravamen in legitima imponere.*

92 *Non valet præceptum, ſi tale eſt: ut ſucceſſor Majoratus debeat Matrimonium contrahere cum perſona indigna.*

93 *Quæ ad intentum dicatur perſona indigna.*

94 *Valet præceptum teſtatoris jubentis legatarium; vel majoratus ſucceſſorem contrahere matrimonium cum conſanguinea in tertio, quarto: gradu: Et quid ſi conſanguinitas ſit in ſecundo gradu: Et quid, ſi non fuerit expreſſa conditio ſi Summus Pontifex diſpenſaverit: ut num. 95.*

96 *Legatarius, vel ſucceſſor majoratus non tenetur præciſè diſpenſationem obtinere, ſed debet eam petere, & ſollicitare, ac omnem curam adhibere. Aliàs non excuſabitur.*

97 *Donatio facta ab ingrediente Religionem ceſſat deficiente ingreſſu: vel ſi donator è monaſterio ſit egreſſus non facta profeſſione.*

98 *Donatio ſeu qualibet diſpoſitio ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

Donatio facta cauſa ingreſſus in Religionem reſtituitur à Monaſterio, ſi donator non fuit ingreſſus: vel poſt ingreſſum egrediatur. Ibid.

Minor ingrediens Religionem an poſſit donare bona ſua ſine ſolemnitatibus? Remiſſivè Ibid.

Et an donatio revocetur propter profeſſionem emiſſam? Ibid.

99 *Hæc donatio facta cauſa ingreſſus aſſimilatur donationi cauſa mortis: & ita ut hæc morte confirmatur, ita, & illa profeſſione.*

100 *Modus adjectus in donatione facta Eccleſiæ in dubio non præſumitur finalis, ſed impulſivus.*

101 *Clauſula adjecta quod modo non ſervato revertatur ad dominum: modo non ſervato donatio habetur, ac ſi non fuiſſet facta, & donatum repetitur, prout ſi donatio facta fuiſſet ad certum tempus.*

102 *Donatio facta Eccleſiæ non revocatur ſi Prælatus, vel ſolum Capitulum modum non ſervet: ſi vero Prælatus cum Capitulo non ſervat modum, vel committit ingratitudinem, revocationi locus eſt.*

103 *Interpellatus de modo implendo intra modicum tempus ante litem conteſtatam poteſt purgare moram.*

104 *Intellige ſi jus creditoris non eſt factum deterius.*

105 *Si in diſpoſitione, vel actu apponitur dies certa, & pœna non habet locum purgata mora.*

106 *Quod tibi non nocet, & mihi prodeſt, teneris facere.*

107 *Purgatio moræ non admittitur, quando executio ſit à lege.*

108 *Ad purgationem moræ requiritur, quod res ſit integra.*

109 *Moræ purgatio non datur poſt tranſactum tempus in pacto redimendi.*

110 *Non habet locum moræ purgatio, quando expreſſe conventum eſt, quod non poſſit purgari.*

111 *Non admittitur moræ purgatio quando ex converſione ſit reſolutio contractus propter inobedientiam.*

112 *Mora geminata purgari non poteſt.*

113 *Non admittitur purgatio moræ poſt litem conteſtatam.*

Non datur purgatio moræ, ut quis acquirat actionem quam non habet; ſed ut non ſit in damno. Ibid.

114 *Moræ purgatio fieri debet intra modicum tempus: & quod dicatur, relinquitur judicis arbitrio: ut n. 116.*

115 *De inſtrumento gravaminis ab interlocutoria cognoſcitur in ſenatu, ſi præſentetur intra triduum poſt elapſum terminum triginta dierum à lege Regia præfixum.*

116 *Mora modici temporis eſt parvi præjudicii, & parvum damnum infert.*

117 *Ad conſtituendum aliquem in mora tria requiruntur, quæ hic enumerantur.*

118 *Interpellatio ad conſtituendam moram debet fieri congruo loco, & tempore.*

119 *Interpellatio tunc eſt neceſſaria, quando obligationis dies eſt incerta.*

120 *In cauſis minorum non eſt neceſſaria interpellatio, ſi contractus ſit bonæ fidei; vel agatur de legato, aut fideicommiſſo.*

121 *Intellige, quando minor habet tutorem, cui ſolutio facienda ſit, ſecus ſi illo careat.*

122 *Vel quando debitor minoris etiam eſt minor; quia tunc debitor abſque interpellatione non conſtituitur in mora.*

123 *Privilegiatus contra pariter privilegiatum utitur privilegio ſuo.*

124 *Eccleſia, vel cauſa pia conſtituit debitorem in mora ſine interpellatione.*

125 *Adminiſtratores civitatis, & univerſitatis conſtituuntur in mora re ipſa abſque interpellatione.*

126 *Sola mora non ſufficit, ut quid ultra ſortem capere liceat.*

127 *Ex ſola mora non poteſt quis condemnari ad uſuras vel intereſſe; niſi probaverit damnum emergens, vel lucrum ceſſans.*

128 *Uſura eſt jure prohibita.*

129 *Donatarius, qui ex pacto, vel conventione tenetur alere donatarium, ſi conveniatur, non poteſt moram purgare.*

130 *In cauſa alimentorum non dimittitur appellatio quoad effectum ſuſpenſivum.*

131 *Donatarius debitor alimentorum poteſt moram purgare ante litem conteſtatam intra modicum tempus, ſi donatoris nihil interſit.*

132 *Donatori modo finali non impleto datur condictio ob cauſam adverſus donatarium, per quam repetuntur res donatæ; quaſi cauſa non ſecuta.*

133 *Rei vendicatio ſupponit dominium in agente, & ab eo tantum poteſt intentari, qui dominus eſt.*

134 *Dominium apud duos eodem tempore eſſe non poteſt.*

135 *In ſpecie* L. 1. C. de donat. quæ ſub modo *dominium modo non ſervato fuit ipſo jure retranſlatum in donatorem abſque ulla traditione favorem alimentorum.*

136 *Dominium ex ſolo contractu abſque traditione transfertur in Eccleſiam.*

137 *Legatum eſt donatio à defuncto relicta, ab hærede præſtanda.*

Pactum, ut liceat rem avocare, antiquo domino rei vendicationem parit. Ibid.

Ex pacto legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem retransfertur dominium in venditorem ipſo jure. Ibidem.

Si pactum adjiciatur in donatione, quod poſt certum tempus res revertatur ad donantem; eo finitò transfertur dominium ipſo jure in donato- jem. Ibid.

138 *Donator vera interpretatione textus* in L. 1. C. de donat. quæ ſub modo: *& n. 140.*

139 *In legatis dominium non revertitur ipſo jure ad dominum antiquum.*

140 *Utilis rei vendicatio bene poteſt concurrere cum condictione, & actione perſonali: ac n. 141.*

142 *Explicatur text.* in L. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ.

143 *Donatio, & legatum æquiparantur ad hoc, ut tam legatum, quam donatio fieri poſſit ad tempus quoad modum transferendi dominium.*

Interpretatur text. in L. fin. C. de legatis. Ibidem.

In legatis dominium transfertur recta via in legatarium ex teſtatoris voluntate, & ita finito tempore legati dominium ipſo jure transfertur in hæredem. Ibid.

144 *Interpretatur text.* in L. ſi cum venderes ff. de pignor. action.

145 *Donatur vera interpretatione text.* in L. ſi quis ibi ff. de contrah. empt.

146 *Ex text.* in L. ult. ff. de leg. commiſſ.

147 *Donatione facta ea lege; quod poſt tempus certum, vel incertum res tranſeat ad tertium, competit tertio jus avocandi rem donatam tempore finito.*

148 *Alteri per alterum nemo poteſt ſtipulari; ſive verba referantur ad tertium, ſive ad ſtipulatorem ſub declaratione, de qua hic: ubi quando ſtipulatori detur actio.*

149 *Ex alterius ſtipulatione tertio non acquiritur actio; etiamſi pactum apponatur in traditione rei propriæ.*

150 *Limita, ut non procedat in ſpecie text.* in L. quoties C. de donat. quæ ſub modo.

151 *Interpretatur text.* in l. cum res C. de donat.

152 *Quæ actio competat donatario in ſpecie* d. l. quoties: *an realis, vel perſonalis?* Variant DD.

Sed verius eſt illi competere actionem perſonalem. Ibid.

153 *An jus tertio quæſitum ex donatione poſſit eo non conſentiente revocari? Dubium eſt. Sed negativa opinio verior: & 154.*

155 *In contractibus nominatis non eſt locus pœnitentiæ.*

156 *Interpretatur text.* in L. ſi pecuniam.

157 *Explicatur text.* in L. 3. de ſerv. export.

158 *Jus à tertio quæſitum etiam in ſpe non poteſt revocari ſine ejus conſenſu.*

159 *Actio competens ſecundo donatario transfertur ad hæredes, etiam eo defuncto in vita primi donatarii.*

160 *Spes, quæ oritur ex diſpoſitione conditionali in ultimis voluntatibus non tranſmittitur.*

161 *Spes competens ex contractu conditionali tranſmittitur ad hæredes.*

162 *De ratione differentiæ inter ultimas voluntates, & contractus* remiſſivè.

163 *Actionis perſonalis ea eſt natura; ut is tantum obnoxius ſit, qui ex contractu, vel delicto obligatus eſt.*

164 *Actio perſonalis non datur contra tertium poſſeſſorem.*

165 *Etiam ſi obligatio fuerit contracta intuitu rei, vel habito reſpectu ad rem.*

166 *Actiones perſonales vel ſunt merè perſonales, vel in rem ſcriptæ; merè perſonales non tranſeunt contra ſingularem rei ſucceſſorem; in rem ſcriptæ tranſeunt.*

Et quæ dicantur. Ibidem.

Pro

1 PRo faciliori hujus materiæ intelligentia, prænotare oportet, quòd modus eſt moderatio quædam
diſpoſitioni adjecta aggravans eum, qui honoratur in
tempus diſpoſitionis perfectæ. Quam diffinitionem
tradit Bart. *in L.quibus diebus §.Termilius ff.de condition.& demonſtr.*Anton.Gomez *l.1.variar. c.12.n.*
70.Parlador. *in ſeſquicenturia differ.*147. *n.* 8. & inducitur per dictiones, ut, ita, uti, ad, & per dictionem, pro, quando aliquid futurum adjicitur, ut
ſigillatim de omnibus agens notat Nicol. Intrigliol.
2 *de ſubſtitut.centur.*3.*q.*88.*n.* 34.*& ſeqq. uſq.ad n.* 49.
prout etiam inducitur per verba ſub conditione, quæ
ſæpius important modum, non condictionem: veluti
quando actus in ſe perfectus eſt,& ei adjicitur,aliquid
3 quod reſpicit tempus venturum poſt conſummationem actus *l.* 1.*C.de his quæ ſub modo,l.ea conditione
C. de reſcind. vend. l. quoniam C. de rerum permut.
l.cum vos C.de donat.l.Mævia ff.de manumiſſ.teſtam.*
Joann.Andr.Georg. *allegat.*31. *num.* 12. *&* 23. Tiraquell. *de retract. convent.* §. 2. *gloſſ.* 5. *num.* 76.
4 Intrigliol. *d.q.*88. *num.* 35. Tondut. *reſolut. civil.c.*
141. *n.* 3. *&* 4. Quod idem eſt, & ſi adjiciatur conditio in modo, puta ſi teſtator dicat, Lego Titio centum ſub conditione, ut hæc det, vel faciat,quia ſimiliter erit modus, & non conditio, *d. l. Mævia l.* 2. *in
fine ff. de donat.*& tenet Bart. *in d.* §. *Termilius col.*
3. *n.* 5.Antonius Gomez *d.c.*12.*n.*70.*Verſ.& in tantum.*Mantic.*de conject.l.*10.*tit.*5. *n.* 16. *&* 17. Surdus
decis. 58. *n.* 14. Peregrin. *de fideicom. art.* 11.*num.*
113.

Secundo præmittendum eſt modum in diſpoſitione
5 appoſitum tripliciter poſſe conſiderari. Primo prout
importat cauſam finalem, quod plerumque fit, quoties modus appoſitus in diſpoſitione continet utilitatem teſtatoris, vel donatoris, de quo agitur *in l.* 1. *&*
2.*C.de his quæ ſub modo l.eas cauſas l. ſi cui* 62.*ff. de
condition.& demonſtr. l.libertus* 21.§.*Mucius ff.de an-*
6 *nuis legat.*Donel.*l.*8.*commentar.c.*14.Bart.*in l.quibus
diebus* §.*Termilius numero* 1.Menoch.*conſil.* 134. *nu.*
32. Secundo prout modus importat cauſam impulſivam, quæ conſideratur, quotieſcunque præter utilitatem teſtatoris, vel tertii, aliqua alia cauſa exprimatur in donatione, vel legato principaliter, *l. cum his*
32.§.*ſi in ea ff.de condict. indeb. l.libertas* 17. §. *hæc
ſcriptura l.Mævia* 44.*l.Imperatores* 52.*ff. de manum.
teſtam.c.verum extra de condit.appoſit.* In quibus juribus modo impulſivo, non adimpleto legatum, vel
donatio non revocatur, ſed cogitur legatarius, donatarius præciſe facere, quod juſſum eſt, Bald.*in c. dudum c.*2.*d.elect.in* 6.Surd.*de alim.tit.L.q.*48.*n.*69. Et
notant communiter ſcrib. *in l.*2. §. *fin. ff. de donat.*
7 Bald. *Novel.de dote.p.*6.*privileg.*50. *col.* 2.Covarr.*l.*
1.*variar.c.*14.*n.*6.Galgan.*de condit.*2.*p.c.*30.*q.*10.
*n.*10.Mantic.*de tacit.& ambig.l.*13.*c.*42.*n.*6.Gratian.
*c.*44.*n.*11.& ſolum tenetur donatarius cautionē præſtare de modo implendo *d.L.*2.§.*fin.verſ.ſi verò ff. de
donat.cum ſimilib.* Tertiò tandem modus dicitur adjectus non ratione oneris, ſed conſilii: veluti quando
8 actus geritur, & aliquid præcipitur fieri in utilitatem
tantum donatarii gerentis: quia tunc ſolum inducitur
conſilium. Et hoc caſu etiamſi modus deficiat, & non
impleatur, donatum remanet penes donatarium, qui
nec cogitur modum adimplere, neque cautionem
præſtare, niſi teſtator, vel donator aliud voluerit, vel
de ejus mente conſtiterit *l.Titio centum in princ.ff.de
condit.& demonſtrat.l.cum pater* §.*mando ff.de legatis* 2.Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa limit.*1.*n.*1.*&*
5. Peregrin.*de fideicommiſ.art.*11. *num.* 125. Cujac.
17. *q. Papiniani c.* 17.ea enim, quæ ſunt de conſilio
non inducunt obligationem, ut conſilium ſequi de-
9 beat, *l.cum tale* §. *ſi arbitratu.* *&* §. *Mævia. ff. de
condit. & demonſtr. l.* 1.§. *item ſi plures ff.de exercit.
actione, l.* 2.§. *fin.ff.mandati d.l.cum pater* §.*mando*,
poſt antiquiores Molina *de primog. lib.* 2. *c.*13. *num.*
36. Auguſtinus Barboſa *in collect. ad text. in c. ex
tenore* 52. *n.* 4. *de elect.* Larrea *alleg.fiſc.*67. *n.* 6. *&*
7.*p.*2. Oliva *de foro Eccleſ.* 1.*p.q.*43. *n.* 4. Tondut.
reſolut. civil. c. 38. *n.* 17. Anton. Hering. *de fidejuſſor c.* 18. *n.* 21.Auguſtin.Barboſ. *voto* 50.*num.* 22.
Caldas *recept. q.*23 *n.* 27. *& de donat. q.*1. *num.* 58.
Gomez *in l.* 40. *Tauri n.* 53.

Modo autem finali deficiente deficit etiam dona- 10
tum, vel relictum; quia in hoc conveniunt conditio,
& modus: atque ita, ut deficiente cauſa finali deficit
donatio, ut diximus ſupra hoc *eodem præludio n.* 62.
ita etiam deficiente modo finali, & non adimpleto
corruit donatio, & repetitur donatum Menoch.*l.* 4.
præſumpt. 24. Gregor. Lopez *in l.* 6. *tit.* 4. *partit.* 5.
gloſſ. 1. 2. *&* 3. Bart. *in l. quibus diebus* §.*Termilius
ff. de condit. & demonſtr.* Menoch. *conſil.*134. *n.*32.
Peregrin. *de fideicomm. art.* 11. *n.* 125. Mantic. *de
tacit. & ambig.l.* 13. *tit.* 42.*n.* 8.*&* 9. Arias de Meſſa
l. 2. *variar. c.* 4. *n.* 13.

Dicitur autem modus finalis,quando reſpicit favo- 11
rem donatoris, vel alterius tertii, quam donatarii: ut
præter adductos tenet Mantica *d.tit.* 42. *n.* 9. vel ſi
reſpiciat cauſam piam Bart. *in d.* §. *Termilius col.*1.
Bald. *conſil.* 229. *n.* 1. *vol.* 42. Peregrin. *d. art.* 11.
*n.*125. Mantic. *d.tit.* 4. *n.*10. Ubi quod non eſt dubium, ſi modus reſpiciat favorem Reipublicæ continere cauſam finalem, qua non ſervata, revocatur donatio *l cum te fundum, ff. de pact. inter empter. &* 12
vendit. Barboſ. *in L. ſi cum dotem* 23. §. *ſi pater n.*
25.*in fine ff. ſolut. matrim.*

Unde infertur vera decidendi ratio *ad L.*1.*de do-* 13
nat.quæ ſub modo,ubi facta donatione ſub modo præſtandi alimenta donatario,modo non impleto, revocatur donatio. Quod ex eo procedit, quia modus erat
finalis,& cauſam finalē reſpiciebat:faciunt quæ Surd.
*de alim.tit.*8.*privileg.* 47. *n.* 2. eleganter Caſtill. *de
alim.c.*14.*à n.* 3. Unde reprehendenda venit gloſſa
verbo conditionem in d.c.verum de cōditionib.appoſit.
quatenus ait *in d.L.*1.*C.de donat.quæ ſubmodo*,expreſſe fuiſſe in pactum deductū,quod ceſſante præſtatio- 14
ne alimentorum, poſſet revocari donatio,in quo manifeſtè divinat: & præterea non eſt neceſſarium ſupponere dictum pactū,juxta ſuperius tradita de cauſa,
& modo finali,optime Calda *recept.ſentent.q.*23.*n.*27.
Donel.*in L.*2.*in fin.C.de condict. ob cauſam* Mantic.
*d.tit.*42.*n.*8.Et eodem modo intelliguntur alia jura,&
teat.*in L. Titio centum in* 2. *reſponſ. ff. de condit. &* 15
demonſtr. ubi ſecundum intellectum gloſſæ *verbo
fratris*, quam ſequuntur Alberic. & Bald. ibidem:
*Titius,de quo ibi,cogendus eſt cavere de emendo fundo
filio fratris teſtatoris & ſic de modo implendo, quia in
illa ſpecie, induxit cauſam finalem, reſpicientem tertii utilitatem.* Quo ſenſu ille teatus fuit allegatus à
Bart.*in d. L. quibus diebus* §.*fin. ff. de condit. & demonſtr.*quem nove ita intellexiſſe dixit Ripa *in L. filiusfamilias* §.*Divi* 2.*ff.de legat.*1.42.*&* 43.Qui intel- 16
lectus ad intentum mirabiliter conducit. Sed quoad
diſputandi rationem,verior,& communior eſt intellectus,Titium legatarium,de quo fit mentio in principio
illius teatus,in ſecunda parte non eſſe legatarium,neq;
gravatum fundum emere,& non alienare ſolum ad utilitatem alumni, ſed ipſum alumnum filium fratris teſtatoris fuiſſe legatarium ut ſcribunt Bartolus, Cumanus, & Imola Coſta *ſelectar. l.* 2. *c.* 10. Caldas *d.
num.* 27.

Neque contra hunc intellectum obſtat: quod eo re- 17
cepto tunc modus reſpicit tantum utilitatem ipſius
alumni legatarii: ac proinde non inducit cauſam finalem, ut ſupra oſtendimus. Reſpondendum namque
eſt, quòd quando conſtat de voluntate diſponentis,
aliàs non donaturi, modus inducit cauſam finalem,licet tantùm contineat utilitatem accipientis,juxta juxt.

*in L.2.§.fin.ff.de donat.*Caldas *d.n.*27.Et ideo Papi-
nianus *in d. L. Titio centum in 2. reſponſ.* propoſuit
filium fratris eſſe minus induſtrium,quaſi tunc ex vo-
luntatis conjectura modus continens utilitatem tantum
ipſius alumni,cauſam finalem importet.Cum enim teſ-
tator voluerit proſpicere filio fratris ſui, quem minus
induſtrium ſciebat,videtur voluiſſe,quòd filius fratris
præciſe fundum emeret, qui poſtea non alienaretur,
cum pecuniam ſtatim perdere,& male conſumere poſ-
ſet, quia minus induſtrius erat: & hinc defuncti vo-
luntate omnino implenda, verſatur hæredis favor, de
quo ibi. Ita Socinus *in d.L.quibus diebus §.fin. n.* 9.
Coſta *ſelect.l.2.c.*20.*n.*2.Caldas *d.n.* 27.Galganet *de
conditionib. 2.p.c.3.q.7.n.* 20. Unde venit reproban-
da opinio Croti,& Ripæ quos citat Caldas *ubi ſuprà*;
exiſtimantium intereſſe heredis,de quo *in d.L.*Titio,
in eo conſiſtere quòd alumnus aliunde haberet ali-
menta, ne alioquin hæres eundem egentem alere
teneretur: quia falſum ſupponunt, non enim teſta-
tor ſi viveret, filium fratis egentem alere tenebatur:
18 ut de veriori opinione teſtantur Spino *de teſtam.gloſſ.*
19.*in princip.tit.de majorat,& ejus fundat.n.*27.Lara
*in L.ſi quis à liberis §.idem reſcribi n.*88.*ff. de liber.
agnoſc.*Molin.*de primog.l.1.c.15.n.* 67.Garcia *de ex-
penſ.c.3. n.* 35.Giurb.*deciſ.5.n.* 1.poſt plures Larrea
deciſ. 47.*n.* 20. Ubi *n.* 21. pro hac parte judicatum
teſtatur: *& à n. 15. cum ſeqq.* fundamenta hujus opi-
nionis recenſet Hieronym. Leo *deciſ. Valentina* 27.
*n.*2. Vincent de Franch.*deciſ.*178.*n.*2.*&* 3.ubi addi-
tio *Amendolæ, & Riccii.* Unde cum teſtator filium
fratris alere non tenetur,neque hæres hoc onus ſubi-
re debebat.

Sed hic communis intellectus adhuc difficultatem
non tollit, quamvis enim illa cauſa juſta ſit ad probi-
bendam alienationem; tamen cum reſpiceret ſavo-
rem prohibiti,non debuit neceſſitatem inducere, ut
legatarius illi renunciare non poſſet, non obſtante
teſtatoris voluntate, Alexand.*in L.poteſt.ff.ad L.Fal-
cid.* Immo ſupponendo, quod alumnus minus induſ-
trius erat, & aliter ei non poſſet conſultum eſſe, ne
egeret, niſi fundus emeretur ex pecunia legata, ex
cujus fructibus alimenta perciperet, & ne is fundus
19 alienaretur ſine juſta cauſa: & ſic juſtificaretur alie-
nandi prohibitio quæ aliàs valere non poterat L.
filius familias §. Divi 2.ff.de legatis 1.Capyc.Latro
deciſ. 127.*n.*62. Carol. Anton. Moccia *in Silva ca-
ſuum forenſ. c.* 35.*n.* 1. Coſta ſelectar. *l. 2.c.20.n.1.*
Menchaca *de ſucceſſ.§.1.n.*36.Tamen non potuit vo-
luntas teſtatoris neceſſitatem inducere,cum cauſa reſ-
piciat ſavorem prohibiti. Quo caſu prohibitio tan-
quam ſine cauſa, nulla reputatur *in d.§.Divi L.pater*
20 *filium §.Julius Agripa, L.Lucius 93.in princ.ff.de le-
gat.*3.Molin.*de primog.l.1.c.6.n.*30.Caldas *d.q.23.n.*
27.Craſſus §.*fideicommiſſum q.* 5. Peregrin. *de fidei-
comm.art.*14.*n.*1.Cujacius *l.5.obſerv.16.& l.9.obſerv.*
24.at adhuc legatarius prohibitionis alienationis be-
ne poterat renuntiare tanquam factæ in ipſius ſavo-
rem.*L.2.§. ult. ff. mandati L.penult. C. de pactis*
Caldas *d. q. 23.num.*27. Unde prædictus intellectus
ſuſtineri non poteſt.

21 Quare dicendũ eſt, quòd licet verũ ſit, quemlibet
poſſe renuntiare his quæ in ejus ſavorem fuerunt in-
troducta,& in præſenti modus,& cauſa videantur ſo-
lùm importare favorẽ,& utilitatẽ legatarii, teſtatoris
alumni,prohibiti alienare,is tamen minus induſtrius ſa-
vori renuntiare non poteſt,& ſic juſte fuit à teſtatore
alienare prohibitus:præſertim cũ legatũ ſit pro alimẽ-
tis,quæ ipſe tanquam minus induſtrius quærere non
poterat, cùm eſſet perſona quæ ab alimentis pen-
debat, ut *in L. cum hi §. ſed & perſonarum ff. de
tranſact.*& ſic modo à teſtatore injuncto renunciare
non potuit, *d. §. & perſonarum*, Menoch. *de arbi-
trariis caſu* 170. Cald. Pereir. *d. num.* 27. Cujacius
*l.1.obſerv.*3.Atque ita tollitur difficultas, nam cum
favor legatarii reſpiciat alimenta neceſſaria quæ ipſe
quærere non poterat, quia minus induſtrius erat, non
potuit talem favorem renuntiare: & ideo impeditur
alienatio, licet cauſa, & modus, videatur tantum
continere utilitatem legatarii; & propter intereſſe
hæredis, quod conſiſtit in implenda teſtatoris volun-
tate, tenetur alumnus legatarius cautionem præſtare
de modo implendo,hoc eſt,de emendo ſundo, & non
alienando contra voluntatem teſtatoris. Ideoque Pa-
pinianus diſerte dixit intereſſe hæredis credendũ,non
ut hæredis intereſſe ſimpliciter ſignificaret,ſed hære-
dis intereſſe verſari in adimplenda teſtatoris volunta-
te,& in emendo ſundo, ut ex illius fructibus alumnus
legatarius aleretur,& ne illum poſſet alienare,ne mẽ-
dicare cogeretur in opprobriũ teſtatoris, & ne hæres
pudore ductus eum aleret in ipſius honorẽ,ut conſide-
rat Cujacius *l.17.q.Papinian. c.17.in d.L. Titio centũ*
§.1. Ita tamen, ut illa ſpecie hæres aliquid lucri con-
ſequi valeat,etiamſi modus non impleatur,quia modo
non adimpleto, adhuc diſpoſitio reſolvenda non eſt:
neque legatum lucro hæredis cedit,ſed legatarius co-
gitur ad modi obſervantiam,cum iniquum eſſet quan-
titatem à teſtatore relictam ex qua ſundi comparari
voluit filio fratris alumno minus induſtrio, lucro hæ-
redi, dedere: ut aliàs dixit Modeſtinus *in L.legatum
16.ff.de uſufr.leg.*ibi: *Iniquum eſſe hanc quantitatem,
quam in ſpectaculum defunctus deſtinaverit,lucra hæ-
redum cedere.*Ubi legatum civitati relictũ ut ex illius
redditibus in memoriam teſtatoris ſpectaculum cele-
braretur,quod fieri non potuit, non cedit lucro hære-
dis, ſed in alios ludos convertitur,& commutatur vo-
luntas teſtatoris quamvis in ſe contineret cauſam fina-
lem, Bald. *Nov. de dote.6.privil.77. n.* 2.facit text.
in L.Mævia ff. manumiſſ. teſtam. Ubi Mævia ſervis
ſuis libertatem reliquit ſub conditione, ac modo, ut
alternis menſibus, monumento ſuo lucernam accede-
rent, & ſolemnia mortis paragerent. Quæſitum ſuit
de libertate cum ſervi aſſiduò monumento non adeſ-
ſent: reſpondit Modeſtinus ſecundum mentem teſta-
tricis ſervos libertatem aſſecutos, cogendos tamen
judicis officiis teſtatricis juſſioni parere. Unde etiam
legatum ad alimenta alumno relictum non debet re-
ſolvi, & hæredis lucro cedere contra teſtatoris volun-
tatem, ſed ipſe cogendus eſt fundum emere, ut ex eo
alumnus alatur, & pietas,providentiaque teſtatoris
effectum ſortiatur:nec mirum, quia voluntas teſtato-
ris tanquam regina ſemper eſt attendenda, & primum
in diſpoſitionibus obtinet locum L. *in conditione pri-* 22
mum ff. de condition. & demonſtrat. L.ubi pure §. 1.
*L.hæredes mei §.cum ita ff.ad Trebell.L.ex facto cum
ſimilib.ff.de hæredib.inſtituend.*

Inter modum, conditionem plures dantur differen- 23
tiæ: & prima eſt, quod conditio apponitur à parte an-
te, modus verò à parte poſt, juxta doctrinam Bart.*in
d.L.quibus diebus §.Terminus n.5.& 6.*& poſt Bald.
& alios Sanſelicio *deciſ.175.num.*7.Intrigliol.*de ſub-
ſtitut.3.p. q.88.n.*1. Caſſanate *conſil.9.num.13. & 15.*
Creſpo *obſerva.* 37. *num.* 53. ideoque conditio
impleri debet ante emolumenti aſſecutionem *L.
Thais ancilla §. Stichus ff. de fideicommiſſ. liber.
L. quæſitum, L.in conditionibus §.1.ff. de conditionib.
& demonſtrat.* Bart. *in d. §. Terminus n.* 9. Mantica 24
*de conject. ultim. l.10. tit.9 num.*15. Riminald.Jun.
conſil.42.n.128.vol.1. Menoch.*conſil.644.n.6.& con-
ſil.746.n.*40.Surdus *conſil.298.n.*2.Cyriacus *controv.*
424. *num.* 8.*& controv.*205. *n.* 83. *& controv.* 546.
*num.*62.*& controv.* 167. *num.* 1. Intrigliol.*centuria
3.q.88. n.*2.Capyc.Latro *conſuet.* 139. *num.*17. ejus
enim eſt naturæ, ut ſuſpendat actum donec conditio
impleatur *L.cedere diem 213.ff.de verbor.ſignific. L.* 25
*ſi quis ſub conditione8.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamen-
ti*, Surdus *deciſ.*209. *n.* 1. *& deciſ.* 231. *numer.* 2. *&*

con-

conſil.91.n.11.Cyriac.controv.424. num. 4.
Modus autem poteſt poſteà impleri Peregrin. de
26 fideicomm.art.11.ſub.n.113.& probatur ex text.in L.
quibus diebus 40.§.Termilius ubi Bart.n.7.ff.de condi-
tionib.& demonſtrat.L.demonſtratio §.fin. eodem Pau-
lus de Caſtro conſil.5.in princ.vol.1.& conſil.292.col.
1.vol.2.Menoch.conſil.746.n.41. & conſil. 131. n. 2.
Surdus de alim. tit. 5. q. 3. num. 19. Intrigliol. qui
plures refert d. q. 88. n. 3. Ideoque ex diſpoſitione
modali tanquam pura: ſtatim competit actio præſti-
ta cautione de modo implendo, ſi modus reſpicit fa-
27 vorem hæredis vel alterius tertii, ſecùs ſi reſpicit fa-
vorem legatarii, fideicommiſſarii, vel donatarii L.ſi is
cui, L.cum teſtamento ff.de fideicommiſſ.libertatib. L.
Titio princ.ff.de conditionib.& demonſtrat. Bart. in d.
§. Termilius n. 14. Jaſon.in L.ſi quis eum debitore n.
4.ff.de jure jur.Intrigliol.d.q. 88. n. 4. Cyriacus con-
trov. 153. n. 54. modus enim non ſuſpendit legati,
fideicommiſſi, vel donationis acquiſitionem, neque
dominii tranſlationem, & quoad hoc diſpoſitio dici-
28 tur pura L.cas cauſas ff.de conditionib.& demonſtrat.
ubi Bartolus, Beroius conſil.28.n.8.l.2.Menoch. l. 4.
præſumpt.201.n.36.Peregrin.de fideicomm.art.11. n.
155.In quo etiam modus à conditione differt, quia
conditio impedit acquiſitionem fieri,ex quo nihil po-
29 nit in eſſe, donec fuerit ſatisfactum,L. ſi quis ſub con-
ditione ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti: ut præter
laudatos ſupra, n. 25. tenent Menoch. l. 4. præſump.
275.n.11.Intrigliol.d.q.88. n. 49. Antonius Gomez
l.1.variar.c.3.n. 15. Larrea allegat.29. n. 8. & ſeqq.
Cald. Pereir. receptar. q. 6. n. 37.Capyc. Latro con-
ſult. 139. num. 17. Quod intellige quando conditio
adjicitur ſubſtantiæ diſpoſitionis; quia tunc actum
ſuſpendit, ſi vero appoſita ſit reſolutioni, facit actum
purum, reſolvendum tamen ſub conditione gloſſ.
in L. 2. ff. de in diem additione, Tiraquel. de re-
tract.convent. §. 2. gloſſ. unica n. 74. Surdus conſil.
38. num. 24. Ergo defectus conditionis facit, ut diſ-
30 poſitio habeatur, ac ſi nunquam fuiſſet facta; quia ha-
bet oculos retrò, Tiraq. in L. ſi unquam verbo rever-
tatur n. 277. C. d.revocand. donat. Valaſc. conſult.
31 82.n.11. & conſult. 122. n.15.Larrea allegat.98.n.5.
& 6. Cancer.l.1.variar.c.8.n.213.Surdus de alim.tit.
5.q. 4. n.1. Caſtill. eodem tract. c. 41. n. 2. Anton.
Hering.de fidejuſſor. c. 10. n. 462. ita ut contractus
conditionalis deficiente conditione ipſo jure reſolva-
tur L.neceſſario 8.§.1. ff.de peric.& commod. rei vend.
L. ſi pecuniam quam 36. ubi Alexander. n. 4. ff. ſi
certum petatur. Cyriac. controv. 546. n. 77. ad quod
ſufficit conditionem ſemel eſſe defectam L. quidam
teſtamento ff. de fideicommiſſ.libertat. non enim revi-
viſcit L. ex facto 17.§.ſi quis autem L.hæredibus 77.in
princ.ff.ad Trebell. Valaſc. conſult. 120. n. 18. & 19.
Molina de primog.l.5.c.6. n.16. & ſeqq. Reynoſo ob-
ſerv.64.n.12. Cyriac. controv. 205. n. 36. Caſſanate
conſil.4.n.90.& ſeqq. Quæ reſolutio limitanda eſt, ut
non habeat locum in diſpoſitionibus ſucceſſivis, quia
etiam, ſi conditio ſemel deficiat, dum durat poſſibi-
litas implendi in actu ſucceſſivo, non dicitur defecta
33 conditio ſed ſufficit quandocunque impleri etiam ul-
timo momento, L.ita ſtipulatus 115. §. ſed. & ita ſti-
pulatus fuero ff. de verbor. obligation. ibi: Sed cum
certum eſſe cœperit te Capitolium aſcendere, vel
Alexandriam ire non poſſe: text.in L.pecuniam 36.
in fin. ff. ſi certum petatur, L.hæc conditio in princip.
ff. de conditionib. & demonſtrat.L. ſi quis hæredem 7.
C.de inſtitut.& ſubſtitut. Surdus conſil.125.n.20. Cy-
riac. controv. 205.n.94.& ſeqq. Ubi n. 101. ait, quod
in actibus ſucceſſivis numquam datur perfecta con-
ſummatio, ſed res ſemper eſt integra, cum quoti-
die, & ſingulis horis actus de novo contingere & fieri
dicatur, per text. in L. 1.§.interdum ff. de uſufr. ac-
creſ.

Et è converſo, ut actus conditionalis efficiatur pu- 34
rus, ſufficit conditionem ſemel eſſe impletam, quam-
vis non duraverit d. L. ſi quis hæredem C.de inſtitut.
& ſubſtitut. Tiraq. in d.L.ſi unquam verbo ſuſceperit
liberos n.187.ad medium verſ.& ideo omnes, Gratian.
c.58.n.1.Larrea deciſ.45.n.14. Caſſanate conſil. 4. n.
90. & 91. Cyriac. controv. 205. n. 108. Caſtill. de
alim. c. 41. n. 3. Sanfelicio deciſ. 279. n. 2. Capyc.
Latro conſult.134.n.65.& deciſ.146.n.4. Quod etiam
limitatur in actibus ſucceſſivis, quia eorum reſpectu 35
non ſufficit conditionem ſemel eſſe impletam, ſed re-
quiritur, quod continuet, & duret implementum,
Caſſanate conſil.4.n.96. gloſſ.in l.hoc genus 106.verbo
nubendo ff. de condition.& demonſtrat. Barbat.conſil.
13.ſub.n.12.vol.3.Rolandus conſil.9.n.55. vol. 4. Cy-
riac. controv. 205. n. 107. Capyc. Latro deciſ.146.
n.7. Ita, ut ſi duæ concurrunt conditiones, quæ in ali-
qua diſpoſitione requiruntur, vel duæ qualitates in
una, & eadem conditione, non ſufficit unam adim-
plere, ſed ambæ debent verificari, L. ſi hæredi plu- 36
res ff. de conditionib. & demonſtrat. §. ſi plures Inſtit.
de hæred. inſtit. L. ſi quis ita 129.ff.de verbor. obligat.
Succinus conſil. 108. n. 35. l. 4. Gratian. c. 70. n.
42. Gregor Lopez in L. 24.tit. 11. partit. 5. gloſſ. 3.
Larrea deciſ. 61. n. 10. Cyriac. controv.50. n. 47. & 37
controv.546.n.67.Caſſanate conſil. 1. n. 2. Caſtill. de
alim.c.41.n. 5.omnes enim conditiones, ſeu qualita-
tes habentur pro una L. ſi is qui ducenta §. utrum ff.
de reb. dub.d.L.ſi hæredi plures, Romanus conſil.179.
n.11.in fin. Bruno de ſtat.excluſ.fæmin. art.5. n. 30.
& art. 6. num.227.Surdus conſil. 45.num.15.& con-
ſil. 187.num. 28. & conſil.207. num. 7.Larrea deciſ.
61. num. 10. Bald. in L.fin.notab.4.C.de ſentent. &
interlocut. Qua ratione conditiones ita conjunctæ in
totum impleri debent, cum pro una reputentur, &
ita individuæ ſint, ut ſcindi non poſſint, L. cum
fundus 56.ff. de conditionib. & demonſtrat. ubi Bart. 38
& cæteri antiquiores Cyriac. contr.546.n. 68. Caſſa-
nate conſil.1.n.7.Caſtill. de alim.c.41.n.2.Sarmiento
l.8.ſelect.ad text.in L.neminem ff. de legat.2.n. 3. &
4. fol.mihi 433.

Differunt etiam modus, & conditio in eo, quod 39
ad implementum conditionis non requiritur monitio,
ſeu interpellatio, ut conditio impleatur, Menoch.
conſil.151.n.4. verſ. & hinc. Intrigliol. d. q.88.n.52.
at verò ad implendum modum neceſſaria eſt partis
interpellatio, Menoch. l. 4. præſum.175. n.13. Rui-
nus conſil.110. n.4.verſ. cum ergo l.5. Craveta conſil.
59.n.7. Alex. conſ.59. n.7.Corneus conſil.208. circa
præſentem n.1.in fin.col.2.in fin.l.1.Gratian.c.44.n.16.
Intrigliol.d.q.88.n.51.Caſſanate conſil.9.n.25.& 26.
Cyriac.controv.53.n.56.& ſeqq.Hermoſill.in l.6.tit.4.
partit.5.gloſſ.1. n.6.

Diximus, quod deficiente modo finali evaneſcit 40
relictum, vel donatio, ut n.10. Nunc videndùm an
modus mixtus faciat deficere donationem, vel lega-
tum? Et eſt ſciendum, quod ita, ut conditionum tres
ſunt ſpecies; ſcilicet caſualis, poteſtativa, & mixta
L. ultim.C.de neceſſ.ſervis hæred.inſtit.L.unica §.ſin.
autem.C.de caduc.tollend. Anton.Gomez l.1.variar.
c.12.n.60.Mantic.de tacit. & ambig.conven.l.14. tit.
41.n.11.Cujacius l.13.qq.Papiniani in L.ult.ff.de con-
ditionib.inſtitut.& l.14.obſerv.2.Duaren. ad tit.ff.eo-
dem.c.5.Caſtil. l.4.controv.c.25. n.68.& de alim.41.
n.41.n.1.Arias de Meſa l.2.4. n.1. Ita ut caſualis di-
catur, quæ à caſu, & fortuna pendet: poteſtativa, quæ
pendet à voluntate, & poteſtate ejus, cui, adſcribitur:
mixta denique, quæ partim pendet à voluntate, &
poteſtate honorati, & partim à caſu, vel poteſtate, &
voluntate tertii, Galganetus de conditionib. 1. p.c.2.
n.5.Peregrin.de fideicomm.art.16.à n.116.Mantic.de 41
conject.ultim.l.10.tit.5.Noalis de tranſmiſſ.c.1.n.90.
Euſarius de ſubſtitut. q. 454. num. 11. Anton. Gomez
d. cap.

*d.cap.*12.*n.* 60.Arias de Meſa *d.cap.*4.*n.*3.Caſtill.*de alim.cap.*41.*n.*1.Surdus *eodem tract.tit.*5.*q.* 4. *n.* 10. ita & modus dividitur inter poteſtativum, & mixtum & relicto poteſtativo videndum eſt, an ſicut defectus modi finalis reſolvit diſpoſitionem, ita, & modus mixtus.

Dubitationem movet, quod conditio mixta ſi caſu
42 deficiat, vel etiam morte ejus,in cujus perſona adimpleri debebat, facit evaneſcere relictum *L. in teſtamento ff. de condition.& demonſtrat. L.legatum C.de condit.inſertis L.*1.*Cod.de inſtitut.& ſubſtitut.*ubi Cynus, & Bart. *oppoſit.*3.Baid.& Alexand.*n.* 10. Socin. Junior.*conſil.*58. *n.* 10. *l.* 2.*& conſil.*74.*n.*4.*l.*4.Mantic. *de conject.l.*11.*tit.* 18. *n.* 37. *& de tacit. & ambig. l.*14.*tit.*45.*n.* 21. Molin. *de primog. l.* 2.*cap.*13.*num.* 23.Peregrin.*de fideicomm.art.*16. *num.* 139. Surdus *de alim. tit.* 8.*privileg.* 24. *num.* 1. poſt alios Arias de Meſa *l.*2.*c.*4. *num.*7.Cyriac. *controv.* 50. *num.* 8. *& ſeqq.* Unde videbatur dicendum, quod etiam modus mixtus deficiens per caſum facit evaneſcere relictum.

43 Verum contraria ſententia uerior eſt nempe, quòd modus mixtus deficiens per caſum contingentem non facto adimplere debentis, habetur pro impleto & non facit deficere diſpoſitionem. *L. ſi Titio* 95.*ff. de legat.* 1.*L.Lucius* 90.§.*quiſquis ff.de legat.*2.*L.pater* §. *Tuſculanus.ff.de legatis* 3. *gloſſ. verbo manifeſtam in L.* 1.*C.de inſtit.& ſubſtitut.*ubi Bart.*n.*1.Bald. *num.* 7. Alexand. *num.* 5.Corneus *conſil.* 85. *num.*4. *l.* 1.Cæphalus *conſil.*429. *num.*101. *& conſil.* 633.*n.* 20.*l.*5. poſt plures, Arias de Meſa *d.cap.*4.*n.* 11.quibus addo Menoch. *conſ.* 262. *num.* 14. *& l.* 4. *præſumpt.* 184. *num.* 1. Parlador. *different.* 1479. Hermoſil. *in L.* 6.*tit.* 4. *partit.* 5.*gloſſ.*1.*n.*3.*&* 4.Coſta.*l.* 2. *ſelectar.c.*21.*n.*7. Quæ reſolutio procedit, & ampliatur, etiam ſi modus adjiciatur in contractu, vel alio actu inter vivos: quia ſi modus deficiat per caſum non vitiatur actus, Menchaca *l.*3. *illuſtrium c.* 93. *n.* 23. Menoch. *l.* 4.*præſumpt.*184. *à n.* 1.*& conſil.* 146. Surdus *de alim. tit.* 8. *privil.* 24.*n.*9.Sanches *de matrim.l.*1.*diſput.*33.*n.*5. Arias de Meſa *d. c.*4.*n.*11. *in fin.* Ubi : *n.* 12. rationem differentiæ tradit: nempe quia conditio ſuſpendit, ortum obligationis; modus verò non impedit obligationem oriri, ut ſupra diximus, & facilior eſt retentio, quam acquiſitio *L. patre furioſo* 8. *ff. de his qui ſunt ſui*, Alex.*in L.*1.*n.*5.*C.de inſtitut.& ſubſtitut.*Peregrin.*de fideicom.art.*16.*n.*160.

Quæ reſolutio intelligenda eſt, ut procedat in mo-
44 do impulſivo deficiente per caſum;non verò in modo continente cauſam finalem, qui quocunque modo deficiat, facit deficere diſpoſitionem: ut ſupra diximus *n.* 10. Et declarat Arias de Meſa *d.c.*4. *n.*13. *& ſeqq. & n.* 16. reſpondet ad text. *in L. ſi Titio* 93. *ff. de legatis* 1.

45 Secundo intellige de modo caſu deficiente, ſi deficiat per caſum contingentem in perſona ejus,in qua adimpleri debebat, ſecus ſi in perſona ejus, qui debet adimplere, puta ſi moriatur donatarius ante modum adimpletum; ut tenet Hermoſil. *in L.* 6. *tit.* 4.*partit.* 5. *gloſſ.*1.*n.*4.*verſ.intellige*,Ubi alios adducit: & Seſſe *deciſ.* 131.*n.*13.Contrarium tamen, ut ſcilicet deficiente modo per caſum contingentem in perſona legatarii implere debentis, non vitietur relictum, tradunt Petr.Barboſ.*in rubr. ff.ſol.u.matrim.*1.*p.n.*36.*&* 37.Coſta *l.*2.*ſelect.c.*42.Gabr.Pereir. *deciſ.* 98. *n.* 3. Menoch. *l.*4.*præſumpt.*184.*n.*1.Covarr.*in c.* 3.*n.* 15. *de teſt.im.* Galganet.*de conditionib.l.*2.*c.*3.*q.* 15. *à n.* 1.& veriorem dicit Coſta *d.c.*42.

Si verò modus non fuerit impletus, quia donata-
46 rius, legatarius, aut hæres, cui fuit injunctus, nollet, poteſt repeti res donata, vel legata *L. liberto* §.*Lucius ff. de annuis legatis*, *L.* 2. *C. de his, quæ ſub modo. L. ſi hæres ff. de condict. ob cauſ.* Bald. *conſil.* 219.*col.*2.*verſ.amplius conſiderandum*,Menoc.*conſil.* 78.*n.*17.& poſt alios Surdus *de alim.tit.*9.*q.*23. *n.* 7. Intrigliol. *de ſubſtitut.centur.*3.*q.* 88. *n.* 5. vel poteſt donator agere ex ſtipulatione, ut modus impleatur, *L. ſi tibi ff.de legatis* 3. Bart. *in d.*§.*Termilius ſub. n.* 17. Menoch. *conſil.*381.*ſub.n.*44.Intrigliol. *ubi ſupra n.* 6. Non enim donatarius liberatur à modi implemento, reſtituendo rem donatam invito donatore; quia cum donatio ſit contractus nominatus, & perfectus, ut diximus *præludio* 1.*n.*36.& tradit Surdus *d.q.* 23.*n.*8.& in contractibus nominatis non ſit locus pœ-
nitentiæ, ſiquidem à principio ſunt voluntatis, & 47
poſtea neceſſitatis: ita ut non licet donatori pœnitere, & à donatione diſcedere; ita donatio licere non debet: ut eleganter proſequitur Surdus *d. q.* 23. *n.* 8. *& ſeqq.*

Notandum etiam eſt, quòd conditio impoſſibilis in præteritum, vel præſens concepta, quæ nec contingit, nec poteſt contingere, rejicitur in ultimis voluntatibus, & actus valet *L. ſi Mæviæ, ff.de hæredib. inſtituend. L. ab omnibus* §. *in teſtamento ff. de legatis* 1.*L. eum in ſecundo* §.1.*ff.de in juſto rupto:* at verò in contractibus non rejicitur impoſſibilis conditio, ſed vitiatur actus, Spino *de teſtam. gloſſ.*14.*n.*134.Pichard.*in* §.*impoſſibilis Inſtit. de hæredib. inſtituend.* Doctores *in L.impoſſibilis ff.de verbor.obliga* Donel *l.* 12. *comment.juris civil.c.*7.ubi Oſoaldi Lerea *deciſ* 7. *n.*25. Caſtill.*de alim.c.*41.*n.*5.Creſpo *obſer.*91.*n.*34.35.37. *&* 38.Covar.*de ſponſal.*2.*p.c.*3.§.2.*n.*4.*&* 5. Si verò conditio impoſſibilis, aut reprobata appoſita ſit in teſtamento & teſtatori juſtâ de causâ poſſibilis, vel probata viſa fuerit, non rejicitur conditio, ſed vitiatur diſ- 50
poſitio *L.ſervo manumiſſo* 58.*de condict.indeb.*Caſtill. *l.* 6. *controv. c.* 102. *numer.* 11. Creſpo *obſerv.* 31. *n.* 39. Mantic.*de conject.lib.*5. *tit.*10. *num.* 7.

Tamen modus impoſſibilis nunquam reddit inuti- 51
lem diſpoſitionem *L. ſi Titio pecuniam* 93.*ff.de legat.* 1. Bart. *in L.codicillis in princ.col.*2.*L.ſi fundum per fideicommiſſum* §. *ſi Titia ff.de legat.*1.Sarmiento *l.*2. *ſelect.c.*3.*n.*5. *in fin.& n.*6. *&* 7.

Deinde in dubio donatio, vel quælibet alia diſpoſitio potius modalis, quam conditionalis præſumitur, Mant.*de conject.*10.*tit.*5. *n.* 12. ubi communem dicit
Ruinus *in L. Stichus qui meus erit n.*11.*in fin. ff. de* 52
*legat.*1.*& in L.avia n.*3.*ff. de conditionib.& demonſtrat.* Peregrin. *de fideicom.art.*111.*n.*124.Menoch.*l.* 4.*præſumpt.*175.*n.*15.*conſil.*494. *n.*18. Maſcard. *concluſ.* 343.*n.*1.Intrigliol.*de ſubſtitut.centum* 3.*q.* 88.*n.* 55.Gratian.*c.*44.*n.*17.Tib.Decian.*reſpon.*8.*n.*88.*vol.* 1. Sanfelicio *deciſ.*175. *n.*8.Caſſanate *conſil.*9.*n.* 14.

Unde ſuccedit quæſtio, An legatum, ſeu donatio dotis nomine, ſeu ut nubat, mulieri relictum, conditionale ſit, an modale? Quod multum refert, quia ſi conditionale eſt, non poteſt mulier illud petere, an-
tequam nubat, juxta ſuperius tradita, & quæ Men- 53
doça *de pactis l.*2.*c.*7.*n.*13.Bened.Ægid. *in repetit. legis Titiæ ſi non nupſerit n.*6.*ff.de conditionib.demonſtrat.* Si verò ſit modale, ſtatim mulier illud petere poteſt, præſtita de nubendo cautione, juxta text. *in L. diebus* §. *Termilius ff. eodem.* Et agnoſcunt ſupra relati: Noſque latè diximus ſupra.

In qua quæſtione, Doctores differentiam conſtitu-
unt inter legatum pro dote, vel causâ dotis alicujus 54
puellæ, & inter legatum relictum, puta Mæviæ, ut facilius nubere poſſit: & aiunt legatum pro dote, vel causâ dotis conditionale eſſe, & non purum; ideoque non deberi, niſi matrimonium, vel præcedat, vel ſequatur, *L.Publius Mævius in princ.ff.de condit.& demonſt. L.ſi ego in princ.ff.de jure dotium.L.tali,L.promittendo C.eodem*,& ita tenet Bart.*per text.in L.Titio centum* §. *Titio genero col.*2.*ff.de condit. & demonſt.* dixit communem Corneus *conſil.*229.*n.*44.Bald.Novell.*de dote 6.p.priv.* 50.Coſta *l.*4.*ſelect.c.*22.*n.*1. *&* 5. Covarr. *in c.* 3. *de*

teſt

teſtam. n. 11. & 14. Cevall. comm. contra commun. q.
138. n. Mantic. de conject. l. 11. tit. 22. n. 7. & ſeq. Peregr.
de fideicom. art. 37. n. 19. poſt plures Sanfelicio dec. 87.
n. 1. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 3. p. 2. n. 2. Cu-
jus reſolutionis ea eſt ratio fundamentalis quia dos
ſine matrimonio eſſe non poteſt, L. 3. ff. de jure dotium,
L. cum multa verſ. ſicut enim C. de donat. ante nuptias.
Unde qui nomine dotis legavit, perneceſſe matrimo-
nii cauſam reſpexit, & ideo legaſſe intelligitur, ſi ma-
trimonium ſequatur: quã rationem tradit Bart. in d. §.
Titio genero verſ. concluditur ergo, Novell. de dote 6.
priv. 75. col. penult. verſ. unde mihi videtur. Coſta l. 2.
ſel. c. 22. n. 3. poſt medium, Mendoça de pactis l. 2. c. 7. in
princ. verſ. ſed ſi quæratur, Spino de teſtam. gloſſ. 14. n.
40. Cevallos com. contra com. q. 138. n. 1. Bened. Ægid.
in d. L. Titiæ ſi non nupſerit 2. p. n. 7.

Secundo verò caſu, quando legatum relictum fuit
mulieri, ut nubat, cum nulla fuerit facta mentio do-
tis, modale legatum eſſe cenſendum ſcripſit Novel.
d. 6. priv. 76. col. 2. verſ. primus eſt, & col. ult. in princip.
Bald. in L. generaliter n. 9. C. de Epiſc. & Cler. Covar. in
d. c. 3. de teſtam. n. 11. verſ. ex priori Bened. Ægid. in d.
L. Titiæ 2. p. n. 8. Ceval. d. q. 138. n. 2. Spino de teſtam.
gloſſ. 10. n. 18. Noalis de traſm. caſu 17. n. 39. Mantic. de
conject. l. 11. tit. 21. n. 6.

Alia autem Doctores diſtinguunt inter legatum re-
relictum à patre, & relictum ab extraneo: ita ut ſi relin-
quatur à patre, cenſeatur legatum purum; ſi verò ab
extraneo, conditionale intelligatur, adhoc, ut non de-
beatur ante contractum matrimoniũ, d. L. Titio centum
§. Titio genero, l. Publius in princ. ff. de condition. & de-
monſtr. quia cum legatum à patre relictum filiæ, ut nu-
bat, ſuccedat loco legitimæ, in qua nullum poteſt im-
poni gravamẽ L. quoniam in prioribus C. de inoffic. teſt.
Valaſc. conſ. 130. n. 3. & conſ. 153. n. 25. & ſeq. Gratian.
c. 404. n. 21. And. Gaill. 2. obſer. 119. Larrea dec. 36. n.
8. Caſt. l. 5. contr. c. 107. n. 36. Ciriac. contr. 438. n. 11. cũ
ſeq. Cervalho in c. Rainald. de teſtam. 2. p. n. 86. & ſeq.
Cancer. l. 1. c. 3. n. 34. Scaccia de judiciis l. 2. c. 9. n. 1130.
Mareſc. l. 1. var. c. 23. n. 3. Fuſarius de ſubſtit. q. 296. à n.
1. legatum purum eſt cenſendũ Craſſus in §. legatũ q.
48. n. 6. Gaſpar Ant. Theſ. l. 1. for. q. 43. n. 2. Si verò reli-
ctum fuerit ab extraneo, conditionale intelligatur re-
lictum, ita ut tempus matrimonii ſit expectandum, per
text. in d. §. Titio genero, & in l. Publius in princ. ff. de
condit. & demonſtr. Covarr. d. c. 3. n. 11. Coſta d. l. 2. ſel. c.
22. n. 6. quam diſtinctionem receptam dicit Franciſcus
Vivius dec. 484. n. 1. & 2. l. 3. Theſaur. l. 1. forenſ. q. 43.
n. 3. Tiraq. de retr. conv. §. 2. gloſ. 1. n. 54. Marta in rubr.
de ſolut. matr. n. 12. veram & communem dicit Me-
noch. conſil. 60. n. 37. exornat Noalis de tranſmiſſ. caſu
17. n. 4. verſ. ſed è converſo. Qui tradit, quod ſi mulier
decedat ante contractum matrimonium, non tranſmit-
tit legatum, per text. in L. Titio centum §. Titio genero
verſ. ante nuptias ff. de condit. & demonſt. ibi: Ante nup-
tias vero Titio, vel muliere defunctis legatum apud hæ-
redem manet. Quod confirmat ex eo; quia ſtipulatio
ex causâ dotis eſt conditionalis, & habet in ſe condi-
tionem, ſi matrimonium ſequatur L. in rebus §. ff. re. L.
ſtipulationem. L. non enim. L. promittendo. L. tali facta
ſtipulatione ff. de jure dotium L. item quia §. hujus rei
ff. de pactis: & diximus ſupra. Sed valet argumen-
tum de contractibus ad ultimas voluntates, L. jure ci-
vili cum ſimilib. ff. de condit. & demonſtr. ergo ita ut
ſtipulatio dotis eſt conditionalis, ita & legatum: præ-
ſertim cum in utroque caſu eadem militet ratio. Et
etiam confirmatur, quia dies matrimonii incertus eſt,
ſiquidem incertum eſt, an puella ad nubiles annos
perventura ſit L. 1. ff. de condit. & demonſtr. & magis
incertum eſt. An matrimonium ſit contractura? L.
hæc conditio filia mea in princ. ff. de condit. & demonſtr.
dies autem incertus conditionem inducit. L. dies in-
certus ff. de condit. & demonſtr. Atque ita prædictum
legatum conditionale eſſe verior videtur opinio: ut
ex causâ hujus incertitudinis docet Theſaur. l. 1. fo-
renſ. q. 68. n. 9. & latè funda Noalis d. caſu 17. n. 4. Ubi
à n. 5. uſque ad n. 15. ampliat, & limitat prædictam
reſolutionem multis modis, ad quem lectorem re-
mitto, quia benè loquitur.

Quæ autem diximus de legato relicto à patre pro
dote quod ſi purum, intelligendum eſt, ut ſit purum
uſque ad quantitatem legitimæ, in ea verò parte, quæ
excedit legitimam, dicatur conditionale juxta doctri-
nam Bartoli communiter receptam in d. §. Titio gene-
ro n. 4. tenent etiam Abbas conſil. 92. n. 1. l. 2. Socin. Ju-
nior. conſil. 134. n. 17. l. 1. idem Bar. conſil. 200. verſ. cir-
ca ſecundam Menoch. conſil. 251. n. 31. & ſeqq. & lib. 4.
præſumpt. 146. n. 3. & 32. Hieronym. Gabriel. conſil. 113.
d. 13. Noalis d. caſu 17. n. 16. & 17. Theſaur. lib. 1. forenſ.
q. 43. n. 4. Et quamvis Bartolus in d. §. Titio genero n. 4.
quem ſequuntur Socinus Junior conſil. 138. n. 17. & ſeq.
lib. 1. Mantic. lib. 11. tit. 23. n. 13. hanc diſtinctionem non
admittat volens legatum eſſe purum, tam in quanti-
tate legitimæ, quam in eo quo eſt ſupra legitimam:
quem etiam ſequitur Menoch de præſumpt. 146. n. 33.
Ex ea ratione, quia una, & eadem res non poteſt diver-
ſo jure cenſeri L. cum qui ædes ff. de uſu cap. L. 1. verſ.
nec ratio patitur ff. de rerum permut L. pater. §. ſi ſer-
vus ff. de caſt. pecul. L. jam hoc jure ff. de vulgari, L. Ti-
tiæ. ff. de conditionib. & demonſtrat. Salgado de Reg. 61
protect. 2. p. c. 9. n. 13. Cyriac. contr. 100. n. 15. Ole de ceſſ.
jurium tit. 2. q. 2. n. 12. in fine Giurba d. ſucceſſ. feudor.
prælud. 3. n. 33.

Tamen verior eſt ſententia ſupra relata, quod lega-
tum ultra legitimam eſt conditionale, quia licet le-
gatum uſque ad quantitatẽ legitimæ ſit purum, tamen
hoc provenit ex ſpeciali legis proviſione, quæ quoad
legitimam omne onus, & conditionem rejicit L. quo-
niam in prioribus C. de inoffic. teſtam. non ſic quoad
partem, quæ excedit legitimam, cujus reſpectu onus,
& gravamen, necnon conditio poſſunt conſiſtere Va-
laſc. conſult. 153. n. 22. Covarr. in c. Rainaldus §. 2. n. 7.
Molin. de primog. lib. 2. c. 1. n. 29. Cancer. lib. 1. c. 3. n.
37. Et eſt communis opinio teſte Ciriaco cont. 148. n. 62
7. Tondutus reſolut. civil. c. 166. n. 5. & 8. Unde in parte
excedente legitimam remanet legatum conditionale.

Neque obſtat fundamentum Bartoli, quia in præ-
dicto legato duo conſiderantur reſpectus, ſeu cauſa: al-
tera reſpiciens legitimam jure naturæ debitam, & alia
quæ reſpicit liberalitatem in exceſſu legitimæ. At
vero reſpectu diverſarum cauſarum bene poteſt una,
& eadem res diverſo jure cenſeri L. miles §. pro parte
ff. de legat. 2. Abbas in c. cum tua n. 7. de decimis Me-
noch. de recuperanda remed. 1. n. 36. Surdus deciſ. 266. 63
& conſil. 179. n. 27. Giurba d. prælud. 3. n. 41. Et ita ex
aliis fundamentis hanc ſententiam probat Nicolaus
Noalis d. caſu 17. n. 7. verſ. tamen contraria ſententia &
prædictam reſolutionem declarat per multos caſus
à n. 29. uſque ad 38. & apud eum videri poſſunt.

Unde, ſi legatum in terminis ſupra reſolutis eſt con-
ditionale, & mulier, cui relictum eſt legatum, ante nup-
tias deceſſerit, non tranſmittitur ad hæredes. L. unica §.
eſt autem aliqui ſub conditione C. de caduc. tollend. d. L.
Titio centum §. Titio genero verſ. ſed cum ante nuptias
Novell. de dote p. 6. privil. 76. n. 2. Noalis d. caſu
17. n. 9. niſi aliud ex teſtatoris voluntate colligatur 64
namq; voluntas teſtatoris etiam conjecturata tranſmiſ-
ſibile facit non tranſmiſſibile, Bald. in L. ſi pater q. 4.
C. de inſtitut. & ſubſtitut. Gama dec. 158. n. 3. Mendes
à Caſtro in prax. Luſitana lib. 1. c. 3. n. 7. poſt alios Cy-
riac. contr. 45. n. 2. Si verò legatum ſit purum filia de- 65
cedens antequam nubat ad hæredes illud tranſmittit
L. unica §. in noviſſimo C. de caduc. tollend. L. ſi poſt
diem 5. ff. quando dies legati cedat, Mantic. de con-
ject. lib. 11. tit 23. n. 41. Cyriac. controv. 72. n. 1. 66

At ſi legatum fuit modale, puta quando teſtator
le-

legavit centum Titio, ut legatarius, vel fideicommiſſarius aliquid faciat, ſi legatarius ante modum impletum, vel cautionem præſtitam de modo implendo, moriatur, cum legatum ſub modo peti non poſſit ante modum impletum, vel præſtitā cautionem de eo implendo, *L. quibus diebus §. Termilius ff. de conditionib. & demonſtrat.* mortuo legatario, cautione non præſtita, videbatur dicendum, tranſmiſſioni non eſſe locum.
67 Nihilominus tamen, verius eſt quod ſi modus impleri poteſt per hæredes, legatum, & fideicommiſſum modale ad eos tranſmittitur, quamvis legatarius, & fideicommiſſarius ante modum impletum, vel cautionem præſtitam decedat, *L. à teſtatore ff. de conditionib. & demonſtrat. ubi gloſſa ultima I. ſi poſt diem §. eidem. & ibi gloſſa verbo, hæredi, ff. quando dies legati cedat:* quoniam legatum ſub modo, quod tranſmiſſionem, dicitur purum; modus enim non diſpoſitioni, ſed executioni adjicitur Bald. *in L. ſi plures n. 25. C. de conditio-*
68 *nib. inſertis.* Si verò modus ab hæredibus impleri non poteſt, tūc legatum ad hæredes non tranſmittitur: ut docent Bart. *in d. L. quibus diebus §. Termilius n.* 13. & Bald. *in d. L. ſi plures n.* 25. Alexand. *in L. hujuſmodi n. 1. in fin. ff. de legat. & in L. ſi decem in ff. de verbor. obligat.* Gabriel. *conſil. 5. n. 22. lib.* 1. Noalis *de tranſmiſſ. caſu* 4. per totum: quod intelligerem de modo habente cauſam finalem, non de modo impulſivo, qui neque impedit acquiſitionem, neque tranſmiſſionem.

Unde fit, quòd legatum relictum alicui puellæ ad
69 hoc, ut nubere poſſit, eſt purum, & trāſmittitur ad hæredes, etiam matrimonio non ſecuto *L. ſi mulier dotem C. de jure dotium.* Vbi habetur quod hæc diſpoſitio non eſt conditionalis, ſed continet cauſam impulſivam, quâ non ſecuta, nihilominus legatum debetur, Bald. *conſil. 249. circa medium l. 4.* Gratic. *conſil. civili* 146. *n.* 3. Covarr. *in c. 3. de teſtam. n. 11. verſ. ſecundo* Noalis *de tranſmiſſ. caſu* 17. *n.* 45. & diximus ſupra *n.* 69.

Sic legatum puellæ relictum, puta centum, ut ſtatim converti debuiſſent in emptionem prædiorum ad beneficium dictæ puellæ, ut tempore nuptiarum eidem aſſignarentur; eâ mortua ante nuptias contractas dicitur purum, & tranſmittitur ad hæredes, L. *Seius Sa-*
70 *turninus ff. ad Trebellian. L. ſi cui §. hoc autem legatū ff. de legatis* 1. Decianus *conſil. 5. vol.* 1. Cravetta *conſil.* 101. dixit judicatum Michael Angelus Gizzij ad Capycium Latronem *obſerv.* 107. *n.* 2. *& ſeq.* Narbona *de ætate anno* 12. *q.* 3. *n.* 3.

Contrarium dicendum eſt, ſi legata ſint centum filiæ, vel filio, ut nubat Mæviæ quia ſi non nupſerit, legatum non debetur nam conditionale eſt, ut poſt Bart.
71 *in d. L. Titio centum §. Titio genero n. 4. verſ. ſi vero legat.* dixit Menoch. *conſil. 60. n.* 46. Covar. *ſponſal. 2. p. c. 3. §. 3. n. 6. &* 7. ubi de relicto ſub modo, Gama *deciſ.* 314. *n.* 2. Sanches *de matrim. lib. 1. diſput. 53. n.* 7. Mareſcot. *l. 1. variar. c. 73. n. 10. &* 11. poſt plures Sanſelicio *deciſ.* 289. *à n.* 6.

Si verò legatarius non nupſerit cum Mævia, ſed per eum non ſtetit, quominus nuberet, conſequitur legatum *L. 1. & 2. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Gama *dec.* 314. *n.* 2. Mareſcot. *d. c.* 73. *n.* 13. Quia conditio nuptiarum habetur pro impleta, quando non ſtat per eum, qui implere debet, quominus impleatur *L. 1. ff. de inſtitut. & ſubſtitut. L. ſi ideo §. præſente ff. de evictionib. L. uxor & fratribus cum L. ſeq. de conditionib. inſtitut. L. Mævia nepotem ff. de annuis legatis,* Mantic. *de conject. ultim. l. 11. tit. 18. n.* 34. Menoch. *lib. 4. præſumpt.* 183 *n.* 25. Molin. *de prim. l. 2.* 13. *n.* 14. Peregrin. *de fideicomm. art.* 16. *n.* 154. Fontanell. *de pact. nuptialib. clauſ. 4. gloſſ.* 1. *n.* 60.

Inſuper legatum relictum Sejæ ad nubendum dici-
73 tur purum *L. 2. §. fin ff. de donat. L. Titio centum §. Titio genero verſ ſed cum ante ff. de conditionib. & demonſtrat.* Ayora *de partitionib. 2. p. q. 7. n.* 26. Alberic *in L. 1. C. de his, quæ ſub modo,* & mortua Seja in nubili ætate tranſmittitur legatum ad hæredes *L. Sejus Saturninus ff. ad Trebellian.* Michael Angelus Gizzius ad Capyc. Latr. *obſerv.* 107. *n.* 7.

Legatum verò relictum puellæ ad maritandum, vel pro ea maritanda modale eſt propter illam dictionem ad quæ modum inducit, quando adjicitur per eam aliquid explicandum per honoratum Bart. *in d. L. qui-* 74
bus diebus §. Termilius n. 9. Intrigliol. *de ſubſtitut. centur. 3. q. 88. n.* 43. & ſic mortua puella ante nuptias tranſmittit legatum ad hæredes ſecundùm Bard. *in L generaliter n. 10. C. de Epiſcop. & Cleric.* maximè ſi legataria erat teſtatoris filia. Quam ſententiam in ea quæ legitimam habet ætatem ad nubendum, amplexus eſt Bart. *in d. §. Titio genero n. 7. verſ. ſed ſi relinquitur,* Franciſc. Marcus *deciſ.* 858. *n.* 8. *&* 12. *& q.* 862. *n. 7. p.* 1. Covarr. *in c. nos quidem n.* 11. *verſ. ſeptimo illud de teſtam.* Menoch. *l. 4. præſumpt.* 146. *n.* 26. Noalis *d. caſu* 17. *n.* 42. Quidquid aliud dicat Paulus de Caſtro *in d. §. Titio genero numer.* 8.

Unde infertur, quod donatio facta ad ſuſcipiendos ordines pura ſit judicanda, ſi ab extraneo facta ſit conſanguineo pauperi, quando in donatione dictum fuit, quod pure, & libere donabat ut in caſu, de quo Gabriel Pereira *deciſ.* 98. ubi judicatum teſtatur, quod mortuo donatario tranſmittitur donatio ad hæredes: faciunt quæ Garcia de Beneſ. *p. 2. c. 5. n.* 144. Nunc videndū, An legatum dotis relictū puellæ impuberi debeatur ante nubilē ætatē; Et in hac quæſtione diſtinguere oportet inter caſum, quo legatum fuit in tempus nubilis ætatis, vel fuit legatū, ad nubendū, vel ut nubat. Primo caſu ſi tempus nubilis ætatis adjectum fuit ſubſtantiæ legati, tunc ᶠacit legatum conditionale, & impedit tranſmiſſionem *L. ſi cui legetur §. 1. juncto principio ejuſdem legis ff. de legatis.* 1. Quòd procedit, etiamſi tale legatum factum ſit filio, vel filiæ Bart. *in d. L. ſi cui legetur, in princ. verſ. item opponitur,* & ibi Bald. *propè finem, verſ. aut eſt dubium,* Mantica *de conject. l. 11. tit. 23. n. 27. & 29.* Nicolaus Noalis *de tranſmiſſ. caſu* 17. *n.* 50. *&* 51. Si verò tempus nubilis ætatis adjectum fuit præſtationi ipſius legati, tunc, quia illud tempus nubilis ætatis omnino futurum eſt, ſi legataria vixerit, non facit conditionem, neque impedit tranſmiſſionem, etiamſi legataria decedat ante tempus nubile, *L. Sejus Satnruinns ff. ad* Trebel. *L. ex bit. C. quando dies legati cedat gloſſ.* & Bart. Bald. & Alexander *in d. L. ſi cui legetur §. hoc autem.* tenent Mantica *d. tit. 23. n.* 27. Noalis *d. caſu* 17. *n.* 53. Et tunc dicitur tempus adjectum ſubſtantiæ legati, quando opponitur in eadem oratione, ut lego Titio centum, cum erit quatuordecim annorum, & ita loquitur text. *in d. L. ſi cui legetur §. 1. juncto principio ejuſdem legis:* ſi verò apponitur in alia oratione poſt perfectum legatum, ut puta, lego Titio centum, quæ habebit, cum ad legitimam ætatem pervenerit, tunc dicitur tempus adjectum præſtationi legati, & petitioni, non ſubſtantiæ *L. ex bit C. quando dies legati cedat* tenēt Bald. *in L. ſi cui legetur in fin. princ. verſ. aut eſt dubium.* Mantic. *d. tit.* 23. *num.* 28. Noalis *d. caſu* 17. *num.* 54. Ubi ſubdit *n.* 55. quod ſi ſumus in dubio, An tempus appoſitum ſit in eadem oratione, vel poſt? diſtinguendum eſt: aut dies reſpicit ſubſtantialia, & tunc videtur appoſita diſpoſitioni, & ſubſtantiæ, aut reſpicit accidentialia, & tunc cenſetur appoſita executioni, Bald. *in c. fin. n. 2. de præſumpt.* Jaſon. *in L. item quia* 78
n. 22. ff. de pact. Decius *in L. in omnibus obligationibus n. 8.* ubi Cagnolus *n. 4. ff. de regul. jur.* Crottus *in L. nemo poteſt. n. 85. ff. de legatis* 1. Dicta tamen de legato facto filio vel filiæ, in tempus nubilis ætatis, declaranda ſunt, ut tempus etiam adjectum ſubſtantiæ legati, non faciat conditionem, ſi modo tria concurrant: nempe, quod ſit filius, quod minor, & quod paterna hæreditas ei debita ſit; enim aliquod ex his deficiat, non ſufficeret ad conjecturam voluntatis Bart. *in d. L. ſi cui*

lege-

legeretur §. 1. *poſt princ.* Alex. per illum text. *in* L.
*Sejus Saturninus poſt princ.verſ. nota caſu ff. ad Tre-
bel.* Mantic. *d. tit.* 23. *n.* 30. Noalis *d. caſu* 17.*n.* 52.
Secundo caſu, quando legatum factum fuit ad nu-
bendum, vel ut nubat : ſi relictum fuit puellæ, non-
dum nobilis ætatis, ipſa decedente ante nubilem æta-
79 tem, legatum non tranſmittitur, ſive legatum ſit con-
ditionale , ſive modale , *L. Titio centum* §. *Titio ge-
nero verſ. ante nuptias ff. de conditionib. & demonſtr.*
nil enim refert, an legatum relictum ut nubat , vel
quando nupſerit, vel pro dote, ſit conditionale , vel
modale quoad tranſmiſſionem : quia modo non imple-
to, non tranſmittitur ad hæredes Corneus *conſil.* 229.
*n.*4.*vol.*4. Peregr. *de fideicom. art.*16.*n.* 159. & 160.
in terminis Coſta *l.*2.*ſelectar.*22. *n.*11. ubi ita in noſ-
tro Senatu judicatum dicit ; eleganter Cevallos *com-
mun. contra commun.q.*100.*nu.*156.*& ſeqq.lib.*4.*pag.
mihi* 134. & 135. ubi etiam in caſu contingenti. Quæ
reſolutio nullam patitur difficultatem in ea, quæ non
erat nubilis ætatis: ut optimè tradit Cevallos *d.q.*900.
*n.*165. qui refert dictum Baldi *conſil.*286.*n.* 4. *vol.*3.
dicentis ibi: *Super tertio puncto, quæritur. Verùm le-
gatum, quando nupſerit , debeatur , ipſa mortua ante
nuptias? videtur, quod ſic, ſi erat nubilis, & ſic ad pæ-
nitentiam nubendi:* facit text. *in* L. *penult. ff. quando
dies legati cedat.* ibi : *Quia non videtur nupta , quæ
virum pati non poteſt :* Et ita quod legatum neq; de-
betur, neq; peti poteſt ante ætatē nuptiis aptam, Man-
tic. *de conject.lib.*11. *tit.* 21.*n.* 5. Sanches *de Matrim.
lib.*7.*diſput.*91.*n.*61. & 62. tunc enim incipit deberi ,
cum tempus rei præſcriptæ accedit, id eſt eo tempo-
re, quos res poteſt ad effectum perduci , L. *nec ſemel*
80 12.§. *in habitatione ff. quando dies legati cedat.* Unde
cum in noſtra ſpecie fuerit legatum relictum ad ef-
fectum nuptiarum, non antea debetur, aut peti poteſt,
quàm legataria in ea ætate exiſtat, qua poſſit nubere,
Genuenſ. *in pract. Eccleſ.q.* 807. & *manuali Paſtorum
c.*73.*n.*14. ſentit Coſta *lib.*2.*ſelectar.c.*22.*n.* 2. & Co-
varr. *in d.c.*3. *de teſtam. n.* 11. *verſ. poſtremò* Pariſius
*conſil.*25.*n.*52.*vol.*2. Diana *reſol.moral. p.* 2.*tract.*26.
miſcellan. reſol. 52. latè & optimè Narbona *de ætate
anno* 12.*q.*3.*n.*2.*& ſeqq.* Ubi *n.*8. expendit text. *in l.
ſancimus* 24. *C. de nupt.* Quo cavetur, quod ubicunq;
ſit mentio nuptiarum nubilis ætas non ſufficit, ſed o-
portet quòd matrimonium re ipſa contrahatur. Unde
poſt hanc Juſtiniani deciſionem, indubitanter tenen-
dum dicit, legatum relictum, vel generaliter pro nu-
bendis puellis, vel ſpecialiter pro nubenda certa puel-
la, nondum viri potenti non deberi, neq; peti poſſe ,
antequam ipſa matrimonium contraxerit , licet ſit in
ætate, qua poſſit contrahere: & ita ſentit Covarr. *d. n.*
11. *verſ. poſtremo.* Auguſt. Barboſ. *in d. L. ſancimus
n.* 2. 3. & 4.
81 Unde eleganter dixit Bened. Ægidius *in repetit. L.
Titia* 2.*p.n.*28.*& ſeqq.* quòd legatum non quæritur le-
gatario, ut illo frui poſſit , niſi modo ſecuto , in quo
conſiſtit cauſa finalis legandi. Quam ſententiam fun-
dat numeris ſequentibus , & *n.* 32. in hoc modum, &
conditionem convenire ait, & *n.* 36. cum Dino *in d.*
§. *Termilius* illam quæſtionem reſolvit de teſtatore,
qui certam ſummam reliquit Titio pro paſſagio Ter-
ræ Sanctæ. An Titius ſtatim legatum petere poſſit
præſtita cautione de modo implendo? In qua Dynus
decidit non poſſe, ſed eſſe expectandū tempus gene-
ralis paſſagii: ſequitur Ægidius, & inde infert ad quæſ-
tionē legati pro dote alicujus mulieris , ut non poſſit
peti niſi tēpore nuptiarū: *ut n.*37.*& ſeq.* & limitat *n.*40.
An verò ſi teſtator legavit centum Titiæ, ut nubat,
conſequatur legatū Titia ſi religionem fuerit ingreſ-
ſa? Dubitationis eſt. In qua quæſtione dicendū ex op-
timis legatū relictū certæ perſonæ , ut matrimonium
ineat, deberi ei, quæ religionē ingreſſa eſt: cum enim
de matrimonio carnali , ac de ſpirituali idem ſit judi-
candum, §. *ſed, & hoc præſenti in Authent. de Sanctiſſ.* 82
Epiſcop. Authent. niſi rogati C. ad Trebel. ita ut valeat
argumentum de uno ad aliud *c. inter corporalia de
tranſlat. Epiſc.* Giurba *ad conſuetud. Senat. Meſſan. c.*
3.*gloſſ.*4.*p.*1.*nu.*12. Sanchez *de Matrim. lib.* 4. *diſput.*
26.*n.*7. Intrigliol. *de ſubſtitut. centur.* 3. *q.* 62. *nu.* 22.
Vincent. de Franch. *deciſ.*42.*nu.*2. Caſtill. *de alim. c.*
36.§.8.*nu.*2. Merito intelligendum eſt teſtatorem re-
linquendo legatum pro dote, vel, ut nubat, intellexiſſe
etiam de nuptiis ſpiritualibus, Paul. *d.*§. *ſed & hoc præ-
ſenti* Auth. *de Sanctiſſ. Epiſcop.* Menoch. *conſil.* 555. *n.*
10. & *l.*4. *præſumpt.* 148. *nu.*8. Natta *conſil.*260. *per to-* 83
tum Surdus *conſil.*69. *nu.*5. & *conſil.* 192. *nu.*19. Lara
*de anniverſar. lib.*2.*c.*24. innumeros citat Caſtill. *lib.*
5. *controv. c.*90.*nu.*55. & *de alim. lib.* 8. *c.* 26. *à nu.*
8. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.*8.*p.*1. *à nu.* 64.
Giurba *ad ſtatut. Meſſan. c.*3.*p.*1. *gloſſ.* 4. *nu.* 23. Bard.
*ad Ordin. l.*1. *tit.* 62. §. 16. *nu.*1. Mend. *in prax. p.* 2. *l.* 1.
*c.*2. *nu.*89. Paul. Durand. *de condit. & mod. impoſſib. c.*
3. *p.*2. *nu.*36. Ciarlin. *forenſ. c.*218. *nu.* 47. Mantic. *de
conjectur. lib.*11. *tit.*18. *nu.*31. Capyc. *deciſ.* 204. San-
ches *de Matrim. l.*1. *diſput.* 33. Capyc. Latro *conſult.*
119. *nu.*10.12. & 13. Atque ita legatum relictum Ti-
tiæ, ut nubat vel ſi nupſerit, conſequitur Titia, ſi re-
ligionem ingreſſa ſit , & conditio , ſeu modus imple-
tus cenſetur.
Quid autem, ſi legata ſint Titiæ centum, ut nubat,
vel quinquaginta , ſi religionem ingrediatur An Ti- 84
tia ingrediens centum conſequi debeat? In qua quæſ-
tione duæ reperiuntur Doctorum opiniones contra-
riæ, ſcilicet una affirmativa, altera negativa, & utra-
que dicitur communis, ut per relatos à Giurb. *d.c.*3.
*p.*1. *gloſſ.*4. *à n.*18. *cum ſeqq.* Caſtill. *d. lib.*5. *c.*90. *n.*64.
verſ. ultim. denique Thuſc. *litt. M. concluſ.* 120. *num.*
29. *& ſeqq.* Sed negativa pars verior eſt, ex his , quæ
Giurb. *d. gloſſ.*4. *n.*19. *uſque ad n.*33. Caſtill. 99. *n.* 65.
Cevallos *commun. contra commun.* 241. Menoch. *lib.*
4. *q.*8. *n.*23. Mantic. *de conjectur. l.*11. *tit.*18. *num.*29.
Ciarlin. *ſup. d. cap.*218. *n.*45. *& ſane,* ubi hoc intelli-
git ſi dicta quinquaginta pro ingreſſu religionis ſuffi-
ciant.
E converſo autem , ſi legatum fuerit relictum Ti- 85
tiæ ſub conditione ingrediendi religionem, illud non
conſequitur contrahendo matrimonium carnale , Co-
varr. *l. variar. c.* 19. *nu.* 10. *verſ. non tamen.* Ex ea
ratione , quia in hoc caſu adverſatur teſtatoria vo-
luntas , & quod dicitur in caſu contrario fundatur
eo fundamento , quia legatum pro dote relictum de-
betur legatariæ ingredienti religionem, ea enim præ-
ſumitur fuiſſe voluntas teſtatoris , qui nihil aliud ex-
preſſit ; quippe videtur de matrimonio ſpirituali co-
gitaſſe , quod favore religionis , & ex ipſius ſpeciali
privilegio admiſſum fuit , Covarr. *d. c.* 19. *num.* 11.
Baſilius Pontius *de matrim. l.* 3. *c.* 7. *n.* 7. Menoch.
lib. 4. *præſumpt.* 148. *n.* 8. & 9. Mantica *de conjectur.
lib.* 11. *tit.* 18. *n.* 29. Et ita noſtram probat opinio-
nem, Durand. *d. c.* 3. *p.* 2. *num.* 40. Capycius Latro
conſult. 149. *nu.* 12. 13. & 14.
Quod autem dictum eſt de matrimonio ſpirituali , 86
intellige, niſi contrarium appareat de voluntate teſ-
tatoris , quod de nuptiis carnalibus intellexit , quia
tunc legatum non debetur ingredienti religionem ,
ut tenent Jacobus de Belviſo , quem ſequitur Ange-
lus *in d. cap. ſed hoc præſenti,* Joan. Andr. & Cardin.
in d. cap. Reinaldus de teſtam. dixit veriorem Pere-
grin. *deciſ.* 28. & alii relati à Sanches *lib.* 1. *de Ma-
trim. diſput.* 33. *nu.* 10. Licet non deſint contrarium
tenentes ; Et in ſuper non habet locum ſupradicta re-
ſolutio , ſi legatum dotis fuerit relictum puellæ , ſi
nupſerit certæ perſonæ , puta Titio ; quia hoc caſu
præſumitur teſtatorem de nuptiis temporalibus ſen- 87
ſiſſe , & cum demonſtraſſet perſonam Titii , cui vo-
luit puellam nubere , cenſetur excluſiſſe religionem ,

& ideo non poſſe conſequi legatum, quia ingrediens religionem non diceretur nupſiſſe Titio, conditio; namque impleri debet in ſpecifica forma *L. Mævius L. qui hæredi ff. de conditionib. & demonſtr.* Surdus *deciſ.* 209. *num.* 2. 3. Phæbus *deciſ.* 9. *numer.* 1. Valaſc. *conſult.* 82. *num.* 11. Larrea *allegat.* 40. *num.* 26. Cyriac. *controv.* 424. *un.* 10. & 11. & *controv.* 546. n. 27. Caſſanate *conſil.* 4. *n.* 4. & *ſeq.* Menoch. *d. præſumpt.* 148. *n.* 4. Ubi prædictam ſententiam tenet, & n. 5. reſpondet ad text. *in d. §. ſed hoc præſenti in Authen. de Sanctiſſ. Epiſcop.* ut procedat in legato facto ſimpliciter mulieri, ſi nupſerit, non in eo, quod factum eſt mulieri, ſi certæ perſonæ nupſerit. Quidquid aliàs, ſentiant Veiga, Farinac. & Baſilius, quos citat Capyc. Latro *d. conſult.* 149. *n.* 7. quia contra eos eſt communis opinio, ut per eundem *n.* 21. Atque ita puella, cui legatum relictum fuit ſub conditione ingrediendi religionem, illud amittit contrahendo matrimonium carnale.

88 Quando autem conditio de nubendo cum certo genere perſonarum valida ſit, vel rejiciatur, videndus eſt Capycius Latro quia exactè materiam examinat. Si autem legatum fuerit relictum Titio ſub conditione, ſi matrimonium contraxerit cum una ex filiabus Sempronii, An ſi una requiſita nubere noluit, tenetur legatarius aliam requirere? Hanc quæſtionem diſputat ad partes Mareſc. *l.* 1. *variar. c.* 44. & reſolvit legatarium non teneri aliam requirere, Tu illum vide.

89 Conditio autem, ſeu præceptum inſtitutoris majoratus, ſeu teſtatoris: qui legatum reliquit de contrahendo matrimonium cum muliere certæ familiæ, vel cum certa perſona ſub pœna privationis majoratus, vel legati, valet, & eſt implenda *L. Titio centum §. Titio centum primo ff. de condition. & demonſtr.* Covarr. *de ſponſalib. p.* 2. *n.* 6. *cum ſeqq.* §. 3. Emmanuel à Coſta *in L. cum tale §. ſi arbitratu limit.* 6. *n.* 1. Molin. *de primogen. l.* 2. *cap.* 13. *n.* 3. & 4. Capyc. Latro *conſul.* 72. *n.* 1. Gutierr. *conſil.* 2. & 18. Sanches *de matrim. lib.* 1. *diſput.* 33. Pelaes *de majorat.* 2. *p. q.* 5. *n.* 7. & *q.* 50. Caſtill. *lib.* 3. *controverſ. c.* 7. *n.* 31. Joſeph Ramon. *conſil.* 94. & 95. Molinus *de ritu nuptiar. lib.* 2. *different.* 7. n. 11. Pater Molin. *de juſt. & jure tract.* 1. *diſput.* 213. Fontanell. *de pactis nupt. clauſ.* 6. *gloſſ.* 3. *p.* 4. *nu.* 5. Galcan. *de condit. & demonſtr.* 1. *p. cap.* 18. quia dicta conditio, ſeu præceptum non imponitur in pœnam, ſed ut ſpe lucri, ſucceſſor majoratus, vel legatarius ad matrimonium invitetur, ſeu alliciatur. Qua ratione; illa conditio potius eſt allectio ad contrahendum, quam impeditiva matrimonii, ex *d. L. Titio centum §. Titio genero L. cum ita §. videamus ff. de condit. & demonſtrat.* ibi: *Videamus ſi ita legatum ſit, ſi Titio nupſerit, & quidem ſi honeſte Titio poſſet nubere, dubium non erit quod niſi paruerit conditioni, excludatur à legato.* Atque ita eandem reſolutionem tenent ultra ſupra citatos Lopez in *inſtruct. de matrim. c.* 41. Paul Durand. *in tract. de condition. & modis impoſſib. p.* 2. *c.* 3. *n.* 52. *verſ. ſexto* Sanſelicio *deciſ.* 289. *n.* 6. Qui hanc reſolutionem procedere ait, ſive gravamen impoſitum ſit ſub conditione, ſive ſub modo. Et hæc eſt vera opinio. Quidquid in contrarium dicant relati à Capyc. Latro *d. conſult.* 72. *num.* 10. Addentes ad Molin. *lib.* 2. *c.* 13. *num.* 4.

Limitatur tamen prædicta reſolutio, ut non proce-
90 dat, quando à patre injunctum fuit filio onus nubendi in legitima filii ut cum certa perſona, vel certo genere perſonarum matrimonium contrahat: quia cum in legitima non poſſit poni gravamen, vel conditio, ut diximus ſupra *n.* 57. & ad intentum docet Capyc. Latro *conſult.* 72. n. 24. non tenebitur filius conditioni parere Sanches *de Matrim. lib.* 2. *diſput.* 33. *n.* 10. Joann. Gutierrez *eodem tract. c.* 10. *n.* 9. Addentes ad Molin. *d. cap.* 13. *n.* 4. *verſ. primo ſi hæc conditio.* Capyc. Latro *ubi proxime, num.* 23. Ubi quod illa conditio tantum operabitur reſpectu quantitatis relictæ ultra legitimam. Quæ limitatio etiam eſt intelligenda niſi filius conſenſerit conditioni, vel modo nubendi cum certa perſona tunc enim parere debet conditioni, Addens ad Molin *ubi ſupra* namque de conſenſu filii rectè po-
teſt pater gravamen in legitima imponere *L. ſi quando* 91
§. generaliter C. de inoffic. teſtam. L. non putavit §. ſiquis ſua manu ff. de bonor. poſſeſ. contra tabul. Valaſc. *conſult.* 130. n. 3. & 4. Molin. *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 9. Gama *deciſ.* 218. *n.* 4. & 8. ubi Flores de mena, Palacius Rubios *in repetit. rubr. de donat. inter §.* 16. *in fin.* Covarr. *in c. Raynaldus de teſtam. §.* 2. *n.* 3. & 4. Anton. Gomez *tom.* 1. *variar. c.* 11. *num.* 51. Noguerol. *allegat.* 19. *num.* 41. Cyriac. *controv.* 148. *num.* 8. Cancer. *variar. l.* 1. *c.* 3. *num.* 36.

Secundo intellige, ut non procedat reſolutio, ſi præ- 92
ceptum tale eſt, ut legatarius, vel ſucceſſor majoratus debeat contrahere matrimonium cum perſona indigna, quia tunc conditio habetur pro non ſcripta *d. L. cum ita legatum de conditionib. & demonſtrat.* Sanchez *de matrim. lib.* 1. *diſput.* 33. *n.* 11. Fontanell. *de pact. nuptialib. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *p.* 1. *n.* 83. Addens ad Molin. *d. c.* 13. *n.* 1. *verſ. limitatur ſecundo* Capyc. Latro *conſult.* 93
72. *n.* 25. Indigna autem perſona ad intentum judicatur illa, quæ malis eſt imbuta moribus *L. ſed ea ff. de ſponſalib.* ibi: *Indignum moribus, & turpem ſponſum. L.* 3. *§. ſi emancipatis ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *n.* 85. ubi alias indignitatis cauſas refert. Et dicitur etiam indigna ex bonis fortunæ, quando non habet tantam quantitatem divitiarum, ut indigne nubere poſſit, Menoch. *d.* n. 85. *verſ. indigna etiam judicatur.* Capyc. Latro *conſult.* 72. *n.* 27.

Deinde valet præceptum teſtatoris, vel inſtitutoris 94
jubentis legatarium, vel ſucceſſorem contrahere matrimonium cum ſanguinea, licet enim in hac quæſtione Doctores variè ſe habeant: aliis dicentibus conditionem eſſe rejiciendam, aliis admittendam profitentibus. Tamen verior eſt ſententia, quod ſi conſanguinea ſit in tertio, & quarto gradu, non ſit rejicienda conditio, ut per Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 11. Qui dubitat, quando conſanguinitas eſt in ſecundo gradu; tunc enim rejiciendam eſſe conditionem tradit, quamvis poſtea in annotationibus n. 12. contrariam teneat opinionem, quæ veriſſima eſt ex his quæ Molin. *de juſt. & jure tom.* 3. *diſput.* 615. *n.* 3. *verſ. dua autem.* Sanches *de Matrim. lib.* 5. *diſput.* 5. *q.* 1. *n.* 20. Coſta *lib.* 1. *ſelect. c.* 8. *n.* 14. Caſtill. *lib.* 3. *controv. c.* 7. *n.* 47. & 48. ubi *plenè* Auguſtin. Barboſ. *voto* 7. *n.* 4. & 5. Molinus *de ritu nupt. l.* 2. *diffent.* 2. Marius Curell. *de donat. contemplat. Matrim. tract.* 2. *diſcurſ.* 1. *effectu* 6. *n.* 34. optimè Pater Baliſius de Leon *de matrim. l.* 3. *c.* 15. Lara *de vita hominis c.* 4. *n.* 33. Gutierrez *l. canonicar. q.* 22. Quæ reſolutio locum obtinet, quamvis teſtator ſimpliciter præceptum imponat de contrahendo cum ſanguinea intra ſecundum gradum, non expreſſa conditione, ſi Summus Pontifex diſpenſaverit: ut optimè
proſequitur Caſtill. *d. c.* 7. *n.* 49. Illa enim conditio, ſine 95
qua matrimonium valide contrahi non poteſt: ſemper ſubintelligitur, & ineſt à jure, provenitque ex natura actus, & etiamſi omittatur, pro expreſſa habenda eſt, *L.* 1. *L. conditiones extrinſec. ff. de conditionib. & demonſtrat.* Et cum hodie diſpenſationes paſſim conceduntur in ſecundo gradu, omnino ſervanda eſt dicta conditio, quæ non cenſetur impoſſibilis, cum Pontifex ſolitus ſit diſpenſare. Quod ſufficit, ut conditio valida ſit & ſervari debeat. Et ideo hanc partem ultra citatos tenent Mierez *de major.* 1. *p. q.* 50. *n.* 3. Addentes ad Molin. *d. lib.* 2. *c.* 13. *ad n.* 6. *verſ. ſi verò in ſecundo conſanguinitatis gradu,* Capyc. Latro *conſult.* 72. *n.* 9. Non tamen majoratus ſucceſſor, vel legatarius tenetur præciſe diſpenſationem obtinere, ſed tenetur illã petere & ſolicitare, & omni cura plenã diligentiam

tiam adhibere, aliàs enim non excuſabitur Mieres *d.*
50.n. 3. *& p.*4. *q.*40. *n.*20. Caſtill. *d.c.*7.*n.*47.*in fin.*
Sanches *d.l.*5.*diſput.*5.*quæſt.*1.*n.*12. Gutierrez *conſil.*
18. *n.* 9.
96 Item Gutierr. *Canonic. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 23. Ille
enim, cui imponitur gravamen impetrandi diſpoſi-
tionem, tenetur illam petere, & ſolicitare omni
cura, & plenam diligentiam adhibere quamvis diffi-
cile ſit illam obtinere, aliàs enim non excuſaretur:
ut ſcribunt Bald. *conſ.* 393. *n.*3. *l.*1. Paul. de Caſtr.
*conſ.*433.*n.*2. *lib.*1. *verſ. ſed his non obſtantibus* Cæ-
phal. *conſ.*304 *n.*113. *lib.*3. Aymon. *conſ.*121.*n.*10.
*l.*1.Mierez *de majorat.*4.*p.* *q.*40. *n.*20. Caſtill. *lib.*3.
*controv. c.*7.*n.*21. & 22. Sanch. *d.l.*5.*diſp.*5.*num.*12.
Auguſtin.Barboſ. *voto* 7. *n.*6. Ex ea ratione, quia in
dicto præcepto contrahendi, cum conſanguinea duo
involvuntur, alterum obligatio petendi diſpenſatio-
nem, alterum contrahendi matrimonium diſpenſa-
tione obtenta: & utrumque eſt licitum, & poſſibi-
le. Ac proinde non tantum obligat reſpectu contra-
hendi matrimonii, ſed etiam reſpectu obligationis
petendi diſpenſationem: ut argumentatur Sanch. *d.*
diſp. 5. *n.* 12. Quando namque Princeps concedere
ſolet, quod ab ejus voluntate pendet, conditio ſub
qua actus geritur, rejicienda non eſt *L. apud Julia-
num* §.*conſtat ff.de legat.L.continuus* §.*cum quis ff.de
verb.oblig.*Covarr.*de ſponſal.*2.*p.c.*3.*n.*7.*&* 8. Molin.
*de primog.lib.*2.*c.*13.*n.*8.Anton.Gomez *in* L.9. *Tau-
ri n.*18.Sanch.*d.diſp.*5.*q.*1.*n.*12.Auguſtin. Barboſ. *in*
L.1.*n.*2.*& C.de Relig. & ſumpt.funer.* Immo non re-
putatur impoſſibile, quod pendet à voluntate Princi-
pis, ſive ſoleat concedere, ſive non; tunc enim non
dicitur impoſſibile, ſed difficile ſecundùm veriorem
opinionem, de qua Covarr. *d.c.*3.*n.*9. Coſta *ſelectar.
lib.*1.*c.*8.*n.*14. Molina *d.c.*13.*n.*12. Caſtill. *d. cap.*7.
*n.*14. 15. *&* 16. Et ea propter diſpenſatio magna cu-
ra, & diligentia petenda eſt, ut præcepto teſtatoris
obtemperetur.
97 Quid autem dicendum de donatione facta ab in-
grediente religionem, An dicatur ob cauſam, ita ut
ſi deficiat ingreſſus, vel ingrediens profeſſionem non
emittat, poſſit revocari donatio? Reſolutive tenen-
dum eſt ceſſare donationem, quando quis poſt in-
greſſum egreditur è monaſterio, vel quando ingreſ-
ſus non fuit ſecutus. Ex ea ratione quia prædicta
donatio cenſetur facta intuitu ingreſſus, qui fuit cau-
ſa finalis donationis L. *penult.*§.*fin.ff. de alim. & cib.
legat.*Bald. *in* L. 1. *C.per quas perſonas col.pen.verſ.
venio ad ſecundam formam.*Gratian.*c.*69. Quare ceſ-
ſante causâ diſpoſitionis ceſſat etiam diſpoſitio, Doc-
tores *in* L.*fin.ff.de hæredib.inſtit.*Molin.*de primog.lib.*
98 4.*c.*2.*n.*18.& poſt plures laudatos ſupra Gratian.*c.*96.
*n.*27.Quod etiam comprobatur, quia donatio facta in-
telligitur rebus ſic ſtantibus, L.*quod ſervus ff.de con-
ditione ob cauſam.*Tiraquel. *in* L.*ſi unquam C. de re-
vocand.donat.in præfat.n.*166.*& ſeq.*Cabed.1.*p.deciſ.*
110.*n.*2.Surdus *deciſ.*236.*n.*13.*& deciſ.*289.*n.*12.Lar-
rea *alleg.*50.*n.*23.Valenz.*conſil.*16.*n.*39.Cyriac.*contr.*
481.*n.*39.Mantic.*de tacit.lib.*2.*tit.*4.*n.*68.Giurba *ad
ſtat.Meſſan.c.*2.*gloſ.*5.*n.*15.Fachin.*l.*12.*controv.c.*24.
Gratian.*c.*69.*n.*23. Unde cum per egreſſum à Mona-
ſterio, mutatio contingat, donatio facta causâ ingreſ-
ſus effectum operari non debet: & ideo datum mona-
ſterio pro dote reſtituitur, ſi donans non ingreditur,
vel inde exeat: Concil.Trid.*ſeſſione* 25. *de regularib.
cap.*26.Abbas *in c.quod à te n.*5.*&* 6.*de cleric. conjug.*
Natta *conſil.*180.*n.*3.Gratian.*d.c.*96.*n.*24. Qui ex his,
& aliis fundamentis hanc partem ſuſtinet. Et An mi-
nor ingrediens religionem ſine ſolemnitatibus bona ſua
donare poſſit? Videndus idem Gratianus *c.*975. Et an
donatio revocetur propter profeſſionem non emiſſam
Idem Gratian. *c.*971. Et nota quod hæc donatio facta
intuitu ingreſſus aſſimilatur donationi cauſa mortis, &
ſicut hæc morte confirmatur, ita illa profeſſione, Mo-
lina *diſp.*289.*n.*6.Surd.*conſil.*171. *n.*7.*& deciſ.*166.*n.*9.
Barboſa, & alii relati à Mario Cutell. 116. à *n.*17.*cum
ſeq.*Valaſc.*de jure emphyt.*Cutell.*de donat. diſcurſ.*2.
particula 3.*n.*2. *&* 4.
Præterea, quamvis regulariter modus appoſitus in 99
donatione reſpiciens cauſam donantis, vel alterius
quam donatarii, dicatur continere cauſam finalem, Ita
ut modo deficiente, donatio revocetur: ut diximus ſu-
pra *n.*10. Tamen ſi adjiciatur modus in donatione fa-
cta Eccleſiæ, in dubio non præſumitur cauſa finalis,
ſed impulſiva Covarr. *lib.*1.*variar.c.*14. *n.*6. Joſeph. 100
Ludovicus *deciſ.Peruſ.*29.*n.*22.*&* 23. Mierez *de ma-
joratib.*1.*p.q.*24.*n.*143. Seſſe *deciſ.*31.*n.*2.Ripa *in L.
fin.q.*52.*n.*173.*C.de revoc.donat.*Mantic.*de tacitis lib.*
13.*tit.*44.*n.*10.Clarus *in* §.*donatio q.*21.*n.*5.Surdus *de
aliment.tit.*1.*q.*48.*n.*70. Hermoſill. *in l.*6.*tit.*4.*partit.*
5.*gloſſ.*1.*n.*36. Quæ reſolutio intelligenda eſt, niſi in
donatione adjecta ſit clauſula, quod modo non ſerva-
to res revertatur ad dominum: tunc enim res incidit
in commiſſum modo non ſervato, & habetur donatio
perinde, ac ſi res fuiſſet donata, & tradita ad certum 101
tempus: quo finito, ſicut liceret illam apprehendere,
ita etiam licebit hoc facere ceſſante modo Felinus *in
c.verum de foro competente col.penult.ad med.verſ.li-
mita hanc concluſionem*, & cum Bart.Bald.Salicet. &
Cardin.Gratian.*c.*517.*n.*17.Seſſe *deciſ.*31.*n.*2.& poſt
alios Menoch.*de recuper.poſſeſſ.remed.*9. *n.*101. Sur-
dus *de aliment.d.q.*48.*n.*70.*verſ.ſecundum membrum.*
Hermoſill. *in d.L.*6.*gloſſ.*1.*n.*27. Si verò ſolus Præla- 102
tus, vel ſolum Capitulum modum non ſervet, non
erit licita revocatio: quia ſolus Prælatus, vel ſolum
Capitulum non poteſt præjudicare Eccleſiæ, Menoch.
*d.n.*101. Surdus *d.q.*48.*n.*71.*&* 72. Hermoſill. proxi-
mè *n.*28. Gratian.*c.*517.*n.*16. ſi autem Prælatus cum
capitulo committunt ingratitudinem, vel modum non
ſervant, locus erit revocationi, Bart. *in L. jubemus
nullam C.de Sacroſ.Eccleſ.gl.in cap.*2. *per illum text.
ad Ordin.cognit.* Et poſt Covarr. Tiraq.& alios com-
munem dicit Surd.*c.q.*48.*n.*73 & hanc opinionem ve-
riorem dicit *n.*75. Sequitur Hermoſ. *d. gl.*1.*n.*29.
Suppoſito igitur quod is, qui modum implere de- 103
bet interpellandus eſt, ut diximus. Nunc videndum,
An poſſit purgare moram; in qua quæſtione dicen-
dum eſt, quod is, qui modum implere debet, bene
poteſt poſt lapſum termini purgare moram ante litem
conteſtatam intra modicum tempus: quia in quocun-
que actu, aut diſpoſitione admittitur moræ purgatio
per text. *in L.ſi inſulam* 80.*ff.de verbor. obligat.* Go-
mez *in L.*33.*Tauri n.*3. Quod procedit de æquitate
canonica, *c.potuit de locato*, quæ etiam ſervatur inter
laicos, Sarmiento *l.*3.*ſelectar. cap.*5.Cyriac. *controv.*
158.*n.*5.Clarus *in* §.*emphiteuſ.q.*8.*in fin.*Decius *conſ.*
138.*n.*7. & in ſpecie noſtræ concluſionis Covarr.*va-
riar.l.*1.*c.*14.*n.*6.Mieres *de majoratu* 1.*p.q.*4. *illat.*8.
*n.*189.190.*&* 199.Cæſar.Barz.*deciſ.*50.*n.*60.*& deciſ.*
11.*& n.*11.12.*&* 13. Hermoſil. *in L.*6.*tit.*4. *partit.*5.
*gloſ.*1.*n.*23.Leotard.*de uſuris q.*84.*n.*39.Surd.*de alim.* 104
*tit.*8.*privileg.*47.*n.*1. Et eſt communis Doctorum tra-
ditio, dummodo ſequentia concurrant, nempe, ſi jus
creditoris non ſit factum deterius *L.ſi ita quis* 135.§.
1.*ff.de verbor.obligat.L.etſi poſt tres* 8.*ubi* Bart.*ff.ſi quis
caution.* quia cum purgatio moræ ex æquitate oria-
tur, perſpicuum eſt cum alterius jactura æquitatem
locum habere non poſſe, argumento text. *in L. nam
hoc natura* 14.*ff. de condict. indeb.* nam cum alterius
jactura jam non æquum, ſed iniquum potius contine-
ret moræ purgatio Bald.*in cap.*1. *quo tempore miles,
& conſ.*250.*incipit ſi tibi dedi vol.*3.Pichard.*in diſput.
de mora n.*148.Gabriel. Pereira *deciſ.*119.*n.*25. Cy-
riacus *controv.*158. *n.* 42. Capyc. Latro *deciſ.* 50. *n.*
4. Deinde non admittitur moræ purgatio, quando
in actu, vel diſpoſitione apponitur certa dies, & 105
pœna,

pœna, *L. trajectitia §. de illo ff. de actionib. & obligat. L. 1. verſ. niſi fortè ff. de penu legata.* Anton. Gomez *in L. 33. Tauri nu.* 3. Gabriel Pereira *deciſ.* 119. *à nu. 9. cum ſeqq.* Valaſcus *de jure emphyt. q. 5. n.* 13. Noguerol. *allegat.* 11. *nu.* 116. Cyriacus *controv.* 158. *nu.* 10. 11. *&* 47. Capyc. Latro *deciſ.* 129. *n.*
1063 t. Quod intellige, ut etiam in hoc caſu mora poſſit purgari, ſi adverſarius nondum ſit damnum paſſus propter moram, vel quatenus illud ſit paſſus, alter paratus ſit ſolvere intereſſe Gutierrez *de juram. confirm. p. 3. c.* 17. *nu.* 10. Ubi ita judicatum teſtatur in ſenatu Valliſoletano Auguſtin. Barboſa *voto* 45. *nu.* 15. In quo verè æquitas conſiſtit, quod enim mihi prodeſt, & tibi non nocet, teneris facere *L. in ſumma L. 2. §. item Varus ff. de aqua pluvia arcenda.* Fontanell. *de pact. nupt. cl. 4. gloſſ. 9. p. 2. num.* 13. Solorz. *de jure Indiar. t. 2. lib. 2. c. 23. num.* 99. conducunt, quæ Pichard. *in diſput. de mora nu.* 98. *& ſeq.* Ubi contra communem ſupra relatam, cujus fundamenta proponit *à nu.* 70. uſque *ad nu.* 97. æquitatis intuitu contrariam tuetur ſententiam, ut ſcilicet etiam appoſita die certâ, & pœnâ, mora purgari poſſit.

107 Tertio limitanda eſt principalis concluſio, ut non admittatur moræ purgatio, quando executio fit à lege, quæ unum privat aliquo jure, & illud transfert in alium *L. fin. §. ſed ſiquis C. commun. de legat. L. 1. §. qui ſemel, & §. quibus ff. de ſucceſſ. edict.* Bart. *in d. L. ſi inſulam nu.* 19. Quam ibi ſequuntur Alexandr. *nu.* 33. Jaſon. *nu.* 31. Ripa *nu.* 82. Hypolit. *in rubr. de fidejuſſor. n.* 344. Anton. Gomez *in d. L. 33. nu.* 3. poſt Plures Pichard. *in diſput. de mora nu.* 89. Noguerol. *allegat.* 11. *num.* 117. Cyriac. *controv.* 158. *n.* 42. Carpyc. Latro *deciſ.* 30. *nu.* 8.

108 Quarto, ut moræ purgatio admittatur neceſſario requiritur, quòd res ſit integra Cyriacus *controv.* 103. *nu.* 48. Unde quoties impoſſibile eſt reponere rem in priſtinum ſtatum, non datur moræ purgatio Bald. *in c. 1. quo tempore minor.* Aretinus *L. qui Roma §. Callimachus notab. 4. ff. de verbor. obligat.*

109 Quinto non datur moræ purgatio in pacto redimendi poſt tranſactum tempus, Cagnol. *in* L. 2. *C. de pact. inter empt. nu.* 11. Rota *apud Ludoviſ. deciſ.* 492. *nu. 6. & deciſ.* 556. *num.* 1. Tiraquel. *de retr. convent. §. 1. gloſſ. 2. n.* 43. Noguerol. *allegat.* 11. *nu.* 115. Capyc. Latro *deciſ.* 30. *nu.* 4.

110 Sexto, non dabitur purgatio moræ, quando expreſſe conventum eſt, quod non poſſit purgari Bald. *in L. ſancimus* 26. *nu.* 4. *per illum text. C. de fidei juſſ.* Afflict. *dec.* 174. *n.* 4. & poſt antiquiores Mancin. *de juram. p. 4. effectu* 13. 35. Addentes *ad Seraphin. de privileg. juram. privil.* 88. *n.* 33. *l.* 3. Et judicatum dicit in Rota Cenſius *poſt tract. de cenſib. deciſ.* 535. *nu.* 10. Prout etiam, quando ex conventione, fit reſolutio contractus propter inobſervantiam: trahit enim conventio ſecum executionem *L. commiſſaria 4. C. de pact. inter emptorem* Polid. Ripa *obſervat.* 171. *nu.* 7. Rota *deciſ.* 572. *nu. 2. p. 1. noviſſimar. incerti Authoris* Cyriacus *controv.* 158. *nu.* 43. *&* 44. Capyc. Latro *deciſ.* 160. *nu.* 16. Mareſcot. *lib. 1. variar. c.* 90. *in princ. num.* 2. Septimo, quando mora eſt geminata nullo modo purgari poteſt, etiam ex æquitate canonica juxta doctrinam Bart. *in d. l. ſi inſulam num.* 16. ubi Jaſon. *nu.* 29. Ripa *n.* 76. Capyc. *deciſ.* 19. *nu.* 4. poſt plures Pichard. *diſput. de mora nu.* 81. Cagonius *dec. Florent.* 61. *n.* 12. *&* 13. Cyriac. *d. contr.* 158. *n.* 37.

113 Neque habet locum moræ purgatio poſt litem conteſtatam, *d. l. ſi inſulam* 80. *ff. de verbor. obligat. L. ſed etſi ff. de conſtit. pecun.* Pichard. *in diſput. de moran.* 215.

114 Et denique non datur moræ purgatio, ut quis adquirat actionem, vel jus, quod non habet, ſed tantum ut, non ſit in damno *gloſſ. in l. ſi mora ff. de ſolut. matr.* Alexand. *conſil. 9. nu. 6. vol.* 7. Noguerol. *allegat.* 11. *n.* 118. Capyc. Latro *deciſ.* 160. *nu.* 32. *&* 33. Et nota, quod quando moræ purgatio admittitur, debet fieri intra modicum tempus, Surdus *deciſ.* 221. *num.* 24. Amendol. ad Vincent. de Franchis *deciſ.* 227. *nu.* 13. Capyc. Latro *deciſ.* 29. *nu.* 33. *& deciſ.* 160. *num.* 19. Quod intelligendum eſt, ut ſic paucorum dierum, Gratianus *cap.* 307. *nu.* 30. quia modicum tempus debet intelligi infrà paucos dies, ex text. *in l. etſi poſt tres ff. ſi quis cautionibus*: id eſt inter tres, vel quatuor dies *l. ſi fundum ff. de fundo dotali* Cæſar Barz. *deciſ.* 50. *nu.* 17. Menoch. *de arbitr. caſu* 7. *nu.* 13. Quo pertinet, quod inſtrumentum gravaminis ab interlocutoria debet præſentari intra triginta dies coram. Præſide provinciæ, vel in Senatu, ad quem interpo- 115
nitur juxta *Ordinat. lib. 3. tit. 74. §.* 5. Et tamen intra triduum poſt lapſum termini, admittitur gravaminis præſentatio, & de eo cognoſcitur in ſuperiori judicio; quaſi pars moram purgare poſſit intra triduum, & ſic inconcuſſe obſervatur: ut tenet Gama *deciſ.* 132. *& deciſ.* 211. *nu.* 2. & ideo dicerem intra triduum poſſe eum, qui obligatus eſt ad modi implementum, poſt terminum moram purgare, vel intrà tempus octo dierum ſecundum opinionem Theſauri *deciſ.* 77. *nu.*
3. Et ad ſummum infra dies quindecim per ea, quæ 116
Cacheramus *deciſ.* 48. Et quidem judicis religioni relinquerem, qui juxta caſus, circumſtantias arbitrabitur, quod modicum dici debeat tempus Menoch. *de arbitr. caſu* 7. *&* 20. Gratian. *c.* 378. *n.* 18. *&* 21. Creſpo *obſerv.* 83. *nu.* 47. *in fin* Ex eo quia mora modici temporis parum damnum affert, & eſt parvi præjudicii *l. debitoribus ff. de re judicata. L. ſi debitori ff. de judiciis.* Gratian. *c.* 26. *n.* 18. *&* 19. Cyriac. *controv.* 158. *n.* 4. Oſaſchus *deciſ.* 71. *nu.* 51. Fontanell. *de pact. nuptialib. clauſ. 4. gloſſ. 18. p. 4. nu.* 105. idem Gratian. *c.* 378. *n.* 18. *&* 21. Michael Angel. ad Capyc. Latron *obſervat.* 29. *nu.* 23. Creſpo *obſervat.* 83. *num.* 47. Et probat text. *in l. ſi in lege* 24. *§. colonus ff. locati*, ibi: *Nihil ex obligatione paucorum dierum mora minuet.*

Obſervandum tamen eſt, quod regulariter ad con- 117
ſtituendum quem in mora, tria requiruntur: videlicet, quòd ſciat ſe debitorem eſſe, quod poſſit ſolvere, & quod interpelletur, ſi dies certa appoſita non fuit in contractu, Surdus *conſ.* 175. *n.* 1. *& deciſ.* 3. *nu.* 12. Cyriacus *controv.* 374. *nu.* 25. Mareſcot. *l. 2. variar. cap.* 83. *nu.* 8. Giurba *de feud. præl. 2. n. 31. in fin.* poſt alios Carolus de Tapia *deciſ.* 41. *nu.* 1. ſola enim debiti ſcientia non ſufficit ad conſtituendum aliquem in mora, ſed requiritur interpellatio, ut diximus ſupra: & ultra ibi relatos tenent Surdus *deciſ.* 179. *nu.* 23. Gratian. *c.* 42. *n.* 37. *&* 38. Cyriac. *controv.* 103. *nu.* 16. Gama *deciſ.* 32. *nu.* 3. Auguſtin. Barboſa *voto* 45. *nu.* 14. Hæc autem interpellatio, ut operetur effectum, & moram conſtituat, debet fieri congruo loco, & tempore, alias ſufficiens non erit ad conſtituen- 118
dum debitorem in mora *l. mora* 31. *ubi gloſſ. verbo, difficilis ff. de uſuris l. ſi ſoluturus* 39. *verſ. quis enim ff. de ſolutionib.* Anton. Faber. *in C. lib. 4. tit. 2. diffinit. 7. n. 4. & tit. 24 diffinit. 15. n.* 5. Cyriacus *controv.* 103. *nu.* 24. *gloſſ. in l. ſi penum verbo, interpellatus, ff. quando dies legati cedat.* Pariſius *conſil.* 34. *num.* 26. *vol.* 1. Caroc. *de depoſito tit. de culpa depoſitarii num.* 47. Hermoſill. *in l. 8. tit. 1. partit. 5. gloſſ. 4. n.* 22.

Deinde tunc interpellatio erit neceſſaria, quando 119
dies obligationis fuerit incerta, Tuſcus *verbo, interpellatio, concluſ.* 325. *nu.* 16. *tom.* 4. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 34. nu.* 5. Anton. Gabriel. *lib. 3. commun. tit. de ſolut. concluſ. 9. n.* 32. Cyriac. *controv.* 103. *n.* 20. *&* 22. Antonius Amato *reſolut.* 49. *n.* 19.

Quam reſolutionem limitabis, ut non habeat lo- 120
cum favore minoris, in cujus cauſis non eſt neceſſaria interpellatio *l. Titia Seia §. uſuras ff. de legatis 2. L. in minorum C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.* non

eſt

eſt neceſſ. Vincent. de Franch. *deciſ.* 16. *n.* 1. ubi adden-
tes Surdus *deciſ.* 176. *n.* 6. Quod intellige in contracti-
bus bonæ fidei, fideicommiſſis, & legatis, *ex l.* 4. *tit.*
19. *partit.* 2. ubi Gregor. Lopez *gloſſ.* 3. plures laudat
Auguſtin. Barboſa *in d. l. in minorum numer.* 2. Petr.
Barboſa *in l. d. diviſione* 5. *numer.* 55. *ad fin. ff. de ſo-
lut. matrim.* Creſpo *obſervat.* 83. *n.* 42. Tamen non
procedit eo caſu, quo minor non habet tutorem, cui
ſolutio facienda ſit quia tunc mora non committitur
l. pecunia l. cum quidem 17. §. *ſi pupillo ff. de uſuris*
121 Eſcobar *de ratioc. c.* 13. *n.* 36. *& ſeqq.* Cancer. *lib.*
2. *c.* 6. *num.* 155. Noguerol. *allegat.* 27. *n.* 64. Bart.
in l. item illa n. 11. *ff. de conſtit. pecun.* Farinac. *de-
ciſ.* 577. *p.* 2. *in recentioribus.* Gratian. *c.* 400. *n.* 78.
Poſtius *poſt. tractatum de manuten. deciſ.* 275. *num.* 7.
Barboſa *in d. l. in minorum. n.* 3. Vincent. de Franchis
deciſ. 16. *n.* 1. Et inſuper non habet locum prædicta re-
ſolutio, quando debitor minoris etiam eſt minor: tunc
enim debitor abſque interpellatione non conſtituitur
122 in mora, ut tradit Cynus *in d. l. in minorum. q.* 14. Al-
beric. ibid *n.* 1. *verſ. quaret Ubertus utrum hac lex
habeat locum in duobus minoribus.* Et cum Petro de
123 Bellapertica idem docet Noguerol *alegat.* 27. *n.* 68.
Et ea ratione, quia privilegiatus contra pariter pri-
vilegiatum non utitur privilegio ſuo *L. verum* §. *fin.
ff. de minoribus l. aſſiduis* §. *duabus C. qui potiores in
pignore habeantur, Ordinatio Regia. l.* 1. *tit.* 52. §.
10. *circa fin.* Menoch. *conſil.* 647. *numer.* 37. Phæ-
bus 1. *p. areſto* 16. Gratianus. *cap.* 196. *n.* 18. Man-
tic. *de tacit. & ambig. lib.* 1. *tit.* 26. *n.* 7. *& de conject.
l.* 6. *tit.* 2. *n.* 19. poſt plures Hermoſill. *in L.* 5. *tit.* 1. *par-
tit.* 5. *gloſſ.* 4. *n.* 4. Ubi *n.* 5. *&* 6. declarat quæ deſide-
retur paritas Fontanell. *de pact. nuptialib. clauſ.* 4.
gloſſ. 12. *d. n.* 104. Caldas Pereira *in l. ſi curatorem
verbo læſis n.* 169. *C. de in integr. reſtit.* Salgado *in La-
byrintho* 1. *p. c.* 7. *n.* 46. Giurba *deciſ.* 82. *n.* 8. Sanfeli-
cio *deciſ.* 7. *n.* 12. Franch. *deciſ.* 28. ubi Addentes Fer-
moſinus *in c.* 1. *de reſtit. ſpoliator q.* 2. *n.* 35.
124 Similiter Eccleſia, vel cauſa pia conſtituit debito-
rem in mora abſque interpellatione Covarr. *lib.* 3.
variar. cap. 17. *n.* 4. Tiraquell. *de privil. piæ cauſa
privil.* 141. Theſaur. *deciſ.* 80. *ad finem* Surdus *deciſ.*
179. *n.* 6. Auguſtin Barboſa *in d. l. minorum n.* 3. Cal-
das Pereira *de empt. & vendit. c.* 21. *n.* 49. Vincent de
Franch. *deciſ.* 16. *n.* 14. Creſpo *obſervat.* 83. *num.* 43.
Idem procedit reſpectu Univerſitatis, & adminiſ-
tratorum civitatis, qui re ipſa, & ſine interpellatione
conſtituuntur in mora, Auguſt. Barboſ. *in l.* 3. *num.*
3. *C. in quibus cauſ. integr. reſtit. non eſt neceſ.* Eſ-
cobar. *de ratioc. c.* 15. *n.* 33. *&* 34. Fontanell. *de pact.
nuptialib. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *p.* 16. *n.* 32. Gratian. *c.* 241.
125 *n.* 55. Leotardus *de uſur. q.* 82. *n.* 6. Creſpo *obſervat.*
83. *n.* 44. Et probant jura *in l. Cajus Seius* 11. §. 1.
L. cum quidam 17. §. 7. *ff. de uſur.* Quæ velim intelli-
gas, niſi adeſſet aliqua juſta cauſa dilationis, vel ſit
tempus modicum *l. fin.* §. *fin. ff. de adminiſtrat. rerum
ad vit. pertin.* Creſpo *d. obſervat.* 83. *n.* 46. *&* 47.
Advertendum tamen eſt, quòd licet debitor in mo-
ra conſtituatur, ſola mora non ſufficit, ut quid ultra
126 ſortem capere liceat: docent Bald. *in l.* 2. *n.* 105. *ff. de
jur.* Soto *de juſt. & jure in l.* 6. *q.* 6. *in fin.* Navarr. *de
uſur. n.* 46. Sarmiento *ſelectar. l.* 7. *c.* 2. *n.* 5. Vveſembeq.
in paratit. ad tit. ff. de uſur. n. 9. Leotard. *de uſur. q.* 1.
num. 32. Quod procedit tam in contractibus bonæ
fidei, quam ſtricti juris, Creſpo *obſerv.* 83. *n.* 55. *&* 56.
Et ideo ex ſolâ morâ non poteſt quis condemnari ad
uſuras, vel intereſſe, niſi creditor probaverit dam-
num emergens, vel lucrum ceſſans: ut tradit optimè
127 Leotardus *d. q.* 1. *n.* 32. *q.* 4. *n.* 36. *q.* 20. *n.* 7. *q.* 79. *n.* 4. *&*
5. Creſpo *d. n.* 55. *&* 56. Cum enim creditoris nihil in-
terſit, quod ultra ſortem recipitur, uſura eſt: at
uſura eſt omni jure divino, & humano prohibita:
ut probatur Levitic. *c.* 26. *& Lucæ c.* 2. & de jure
Canonico *c.* 1. *conſuluit. de uſur. c. ſi fœneraverit* 9. *q.*
3. *c. quam multi* 42. *diſt.* & de jure civili probatur *in
Auth. tit. de Eccleſ.* §. 1. Covarr. *lib.* 3. *variar. c.* 1. *n.* 5.
Gama *deciſ.* 110. *n.* 1. Navarr. *in Manual. c.* 17. *à n.* 7. 128
cum ſeqq. Spinio *in rubr. de teſtam. p.* 13. *à n.* 6. Caſtill.
lib. 3. *controv. c.* 23. *num.* 66. *& de alim. c.* 48. *à num.* 1.
uſque ad n. 9. Charleu *de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 3. *n.*
11. *&* 12. Leotard. *de uſur. q.* 2. *n.* 31. *&* 32. *& ſeqq.*
Redeundo autem ad quæſtionem purgationis mo-
ræ, unde digreſſi ſumus dicendum eſt: quod ſi dona-
tarius ex pacto, vel conventione adjecta in donatione
tenetur alere donatorem, ſi id facere recuſaverit, vel
in præſtatione alimentorum ceſſaverit, conventus à
donante pro rebus donantis non poterit moram pur-
gare. Primò, quia mora non poteſt purgari, quando
res deſinit eſſe integra, & jus partis factum ſit deterius, 129
ut diximus *n.* 104. Et probat text. *in. l. ſed, & alia ff.
de conſtit. pecun.* Secundo, quia negare alimenta con-
tinet damnum irreparabile, cum is, qui denegat, neca-
re videatur *L. necare ff. de liber. agnoſc.* Unde alimen-
ta præterita compenſationem non recipiunt, ex eo,
quod donator paſſus eſt propter famen Surdus *de ali-
ment. tit.* 1. *q.* 48. *à n.* 65. *cum ſeqq.* Tertiò tandem, quia
venter non patitur moram, ſed ſubſidium deſiderat, &
ſi quis fame laboravit non poteſt in priſtinum ſtatum
reſtitui per oblationem alimentorum jam præterito-
rum: & ideo in causâ alimentorum non admittitur ap-
pellatio in effectu ſuſpenſivo, Bald. *in l.* 1. *ff. ſolut. ma-
trimon. ubi* Petr. Barboſ. 1. *p. à n.* 56. Palac. Rubios *in
repetit. c. per noſtras* §. 39. *n.* 3. Salgad. *de protect.* 2. *p. c.* 130
5. *n.* 83. *&* 3. *p. c.* 1. *à n.* 1. *cum ſeqq.* Cancer. *lib.* 1. *cap.*
16. *n.* 22. Hieronym. Leo *deciſ. Valent.* 28. *num.* 6. *&*
7. Joſeph de Seſſe *deciſ.* 279. *n.* 2. Fachin. *l.* 1. *controv.
c.* 77. Caſtill. *de aliment. c.* 8. *num.* 6. *cum ſeqq. & num.*
14. Phæbus 1. *p. deciſ.* 98. Surd. *de aliment. tit.* 8. *pri-
vil.* 60. *n.* 5. Charleu *de judiciis l.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 6. *n.* 5. *&* 131
6. Quæ tamen reſolutio temperatur, ut donatarius
intra modicum tempus ante litem conteſtatam purga-
re poſſit moram, ſi donatoris nihil interſit Bald. *conſil.*
250. *n.* 1. *l.* 3. Mantica *de tacitis lib.* 13. *tit.* 44. *n.* 6. Sur-
dus *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 47. *n.* 4. *& conſil.* 473. *n.*
3. ubi dicit hoc eſſe ſpeciale favore alimentorum ex
text. 1. *C. de donat. quæ ſub modo* Quo loco donatori
datur rei vindicatio adverſus donatarium, qui cum eſ-
ſet debitor alimentorum ex pacto, in præſtatione il-
lorum ceſſavit.
Quæ autem actio competat donatori adverſus do-
natarium, qui modum finalem non adimplevit, vide-
re opportet. Et quidem donatori datur condictio ob
cauſam *l.* 1. *C. de donat. quæ ſub modo l.* 1. 2. 3. 4. *&* 5. *ff.* 132
de condictione cauſa data, per quam repetuntur res
donatæ ob cauſam, causâ non ſecutâ Vveſembeq. *in
paratitla ad tit. ff. de condict. cauſa data n.* 2.
Sed fortiter obſtat text. *in d. l.* 1. *C. de donat. quæ ſub
modo n.* 2. *p.* ubi adverſùs donatarium, qui modum non
implevit, datur vindicatio; atqui vindicatio eſt actio
realis, quæ dominium præſupponit in agente itaut non
poſſit intentari niſi ab eo, qui dominus eſt, *l. in rem*
24. ff. de rei vindicatione, §. *omnium Inſtit. de actionib.* 133
Jaſon. *in l. certi condictio n.* 13. *ff. ſi certum petatur.*
Douel. *l.* 20. *comment. c.* 2. Anton. Faber. *conject. lib.*
50. *c.* 9. *&* 11. Pax *in praxit tom.* 3. *c.* 1. §. 3. *numer.* 4.
Mendes à Caſtro *in pract. Luſitana l.* 4. *c.* 2. *numer.* 1.
Ergo non condictio, ſeu rei vindicatio competit ad-
verſus donatarium, quia condictio eſt actio perſona-
lis, & non poteſt concurrere, cum rei vindicatione.
Ex quo difficilis redditur deciſio text. *in d. l.* 1. ſiqui-
dem, ut jam dictum manet, modus adjectus non im-
pedit translationem dominii, & cum illud in donata-
rium fuerit translatum, dici non poteſt remanſiſſe
apud donatorem, ut rei vindicatione agere poſſit, cum
dominium apud duos, & eodem tempore eſſe non
poſſit *L. ſi ut certo* §. *ſi duobus vehiculum ff. commodati*, 134

C 3 Man-

134 Mantica de tacitis, & ambiguis l. 22. tit. 34. num. 7.
Reinoſo obſervat. 6. n. 7. Latrea deciſ. 40. n. 3. Solo-
zarno de jure Indiar. t. 2. l. 2. c. 9. n. 3.

Quia difficultate oppreſſi Doctores exiſtimant in
ſpecie text. in d. l. 1. dominium ipſo jure retransferri
in donatorem abſque ulla traditione, modo non ſer-
vato, quod ſpeciali alimentorum favore admiſſum
135 fuiſſe docent gloſſ. verbo moriis in l. 1. ff. de donat.
gloſſ. magna in L. pacta conventa ff. de contrahenda
emptione. Anton. Gomez L. 45. Tauri n. 27. Conanus
lib. 5. commentar. c. 10. n. 15. Clarus in §. donatio q. 25.
n. 1. Anton. Faber. de erroribus pragmat. decade 41. er-
rore 8. num. 6. Mantica de tacitis lib. 13. tit. 44. n.
5. Surdus de aliment. privileg. 61. num. 8. & tit. 1. q.
48. num. 65. Qui intelligendi modus confirmatur ex
136 text. in l. fin. ubi communiter Doctores C. de Sacroſ.
Eccleſ. ubi probatur quod in Eccleſiam, vel cauſam
piam transfertur dominium ex contractu ſine traditio-
ne gloſſ. in d. l. Cod. de donat. quæ ſub modo. Jaſon.
in l. traditionibus Cod. de pact. n. 17. Surdus d. privi.
61. numer. 9. Anton. Faber. de erroribus pragmat.
decade 47. errore 6. num. 5. Et poſt plures Giurba de
ſucceſſione feudorum §. 1. gloſſ. 15. num. 45. Secundo
facit text. in l. ult. C. de legat. ubi legato alicui relic-
to, ea conditione, ut poſt certum tempus res redeat
137 ad hæredes teſtatoris, finito tempore revertitur ipſo
jure ad hæredes. Quod idem dicendum eſt in dona-
tione juxta æquiparationem, quam facit ibi textus do-
nationis, & legati, quod nil aliud eſt, quam dona-
tio à teſtatore relicta, & ab hærede præſtanda §. lega-
tum Inſtit. de legat. ubi Pichard. & communiter ſcri-
bentes. Deinde facit text. in l. ſi quis ff. d. contrahenda
emptione l. ſi cum venderet ff. de pignoratitia actione.
Quibus juribus probatur pactum, ut liceat rem ite-
rum avocare, antiquo domino rei vendicationem pa-
rere, ac per conſequens dominium retransferri ipſo
jure abſque aliqua traditione. Denique facit, quod
in pacto legis commiſſoriæ, vel adjectionis in diem, &
ſimilium transfertur dominium ipſo jure in vendito-
rem L. ult. ff. de lege commiſſoria. Et etiam probatur in
l. 2. C. de donat. quæ ſub modo, quod ſi pactum adjicia-
tur donationi, ut poſt certum tempus res donata re-
deat ad donatorem, tunc finito tempore revertitur
ipſo jure ad donantem, Donel. in l. 1. n. 5. C. de pact.
inter emptorem, Odofredus in d. l. 2. Aretin. in l. qui
abſentem §. 1. n. 2. ff. de adquirenda poſſeſſione, & pro-
bat text. in l. quoties C. de donat. quæ ſub modo, De-
cius conſil. 259. n. 7. verſ. & quod obligatio, Ripa in
l. ult. n. 136. C. de revocand. donat. Peregrin. de fidei-
commiſſ. art. 5. n. 16. cum ſeqq.

At verò his non obſtantibus, verior eſt ſententia
in ſpecie text. in d. l. 1. C. de donat. quæ ſub modo, non
retransferri dominium in donantem ipſo jure propter
pactum non ſervatum, niſi præcedat realis traditio, vel
138 ficta, L. traditionibus C. de pact. §. per traditionem Inſ-
tit. de rerum diviſione, qui textus loquuntur de tra-
ditione vera, & de traditione ficta loquitur text. in l.
clavibus ff. de contrahenda emptione. Et ſuadetur hæc
ſententia ex d. l. 1. C. de donat. quæ ſub modo, in il-
lis verbis ibi: qua dominium priſtinum tibi reſtitua-
tur, ex quibus conſtat dominium antea non fuiſſe
translatum legis authoritate, cum ad id transferen-
dum utilis in rem actio concedatur. Deinde ſi domi-
nium aviæ, de qua in illo textu quæſitum fuiſſet,
impoſſibile erat ei condictionem competere juxta re-
gulam text. in §. ſic itaque diſcretis Inſtit. de actionib.
l. ult. ff. uſufructuarius quemadmodum caveat. Et in-
ſuper in terminis d. l. 1. etiam competit condictio ſine
cauſa; ut ſupra diximus n. 132. Et confirmatur ex
text. in l. nihil tam naturale ff. de regulis juris ubi ha-
betur eodem modo recuperari dominium, quo amitti-
tur ergo dominium in ſpecie text. in d. l. 1. non poteſt
retransferri abſque traditione, cum per traditionem
fuiſſet translatum. Et iterum facit text. in l. 3. de pact.
inter emptorem, ubi non obſtantibus quibuſcunque
pactis, dominium non poteſt retransferri abſque tra-
ditione. Et tandem facit quia donatio, & legatum
æquiparantur, ut diximus ſupra n. 137. Et tamen do-
minium in legatis non revertitur ad dominium anti-
quum ipſo jure L. libertus 21. §. Lucius ibi: utili repe-
titione ff. de annuis legatis. Et ita is, cujus intereſt, po- 139
teſt agere adversùs legatarium actione ex teſtamento
propter modum non ſervatum, Bellamera conſil. 2. n.
29. Mantica de tacitis lib. 13. tit. 48. n. 2. Covar. lib.
1. variar. cap. 14. n. 2. verſ. verum donatione, & n. 3.
Surdus de alimentis tit. 9. q. 16. n. 42. Boerius deciſ.
156. n. 7. & eſt text. expreſſus in l. 2. C. de donat. quæ
ſub modo.

Qua opinione retenta, non obſtant jura in con-
trarium adducta: quia ad text. in d. l. 1. C. de donat. 140
quæ ſub modo, reſpondetur vindicationem, de qua
ibi, non importare dominii translationem, neque il-
lud eſſe ſupponendum in perſona agentis, immo da-
ri actionem perſonalem, ad hoc, ut quis per eam do-
minium conſequatur ad ſimilitudinem veræ rei ven-
dicationis, ut colligitur ex verbis ejuſdem text. ibi:
Qua priſtinum dominium ſibi reſtituatur. Unde non
probatur ex eo illud, ad quod Doctores textum ad-
ducunt, nempe dominium ipſo jure fuiſſe in donato-
rem translatum. Nec eſt mirum, quod rei vindicatio
utilis concurrat cum condictione, quamvis enim re-
gulariter non poſſit concurrere juxta text. in d. §. ſic 141
itaque diſcretis, quia vindicatio ſupponit dominium in
agente, per condictionem verò dominium petitur, quod
quidem eſt contrarium, tamen repugnantia ceſſat in
utili in rem actione; cum nullum in agente ſupponat
dominium ante ſententiam: ut colligitur ex text. in l.
idem Pomponius 5. §. de arbore ff. de rei vindicatione:
Ubi utilis in rem actio datur antiquo domino arboris,
quæ in alieno ſolo coaluit, & radices egit, cum tamen
in ea arbore dominium non haberet. Probatur ex text.
in l. hoc amplius §. Alphonſis verſ. ita demum ibi: Nec
arbor poteſt vindicari à te, quæ tranſlata in agrum
meum, cum mea terra coaluit §. ſi quis in aliena Inſtit.
de rerum diviſione. Quæ jura inter ſe pugnare cre-
diderunt multi, non advertentes alterum de directa
vindicatione loqui, alterum de utili: ut benè animad-
vertit Pichard. in §. præterea n. 4. Inſtit. de rerum divi-
ſione. Similiter in l. ſi mulier 30. §. fin. cum. L. ſeq. ff. de
donat. inter virum, & uxorem, utilis in rem actio datur
marito pro lana, cujus jam non habebat dominium.
Quod ipſum in alia ſpecie habetur in §. ſi quis ex alie-
na Inſtit. de rerum diviſione, l. 1. §. qui in perpetuum ff.
ſi ager vectigalis, vel emphyteut. petatur. ibi: Quamvis
non efficiantur domini, tamen, placuit competere eis in
rem actionem,. Valaſc. de jure emphyt. q. 29. n. 28.
Anton. Faber. de errorib. pragmat. decade 65. errore
3. Conanus lib. 7. comment. c. 2. n. 2. Et ita intelligen-
dus eſt text. in l. ſi culpa 63. cum ſimilib. ff. de rei vin-
dicat. ubi datur utilis actio ſi quis rem, quam poſſide-
bat, dolo deſit poſſidere Cujac. l. 13. q. Papiniani in
d. l. 63. Donel. in l. depoſiti 12. ff. de re judicata. Ex
quibus, aliis manifeſte convincitur ad utilem in rem
actionem non eſſe præcisè neceſſarium ſupponere do-
minium ex parte agentis, cum ex æquitate ſoleret
Prætor his, qui dominium non habebant, concedere
utilem rei vendicationem ad ſimilitudinem veræ. Et
ſic favore alimentorum utilis rei vindicatio conceſſa
fuit in ſpecie text. in d. l. 8. de donat. quæ ſub modo.

Ad text. in l. ult. C. de Sacroſ. Eccleſ. reſpondetur
ſpeciale eſſe favore cauſæ piæ, & Eccleſiæ, quod do- 142
minium in eam transferatur abſque traditione: ex-
plicat Faber. de errorib. pragmat. decade 47. errore 8.
n. 2. Surdus de alimentis tit. 8. privil. 65. à n. 6. Ti-
raq. in l. ſi unquam verbo, donatione largitus, n. 153.
& 176. & in tract. de mort. p. 2. c. 10. num. 6. & 22.

Au-

Ag., ... Barboſ. in d. l. ult. C. de Sacroſ. Eccleſiis num. ... Quare diſpoſitio illius textus continens privilegium ad alios caſus trahi non debet, l. jus ſingulare l. quod verò ff. de legibus.

143 Non etiam obſtat text. in l. fin. C. de legatis: quia reſpondetur donationem, & legatum æquiparari ad hoc, ut tam donatio, quam legatum poſſit fieri ad tempus, non verò quoad modum transferendi dominium. Ex ea ratione, quia ita ut in legatis ex ſola teſtatoris voluntate dominium recta via tranſit in legatarium: l. cum pater 77. §. ſurdo, & muto ff. de legatis 2. L. à Titio ff. de furtis Surdus conſil. 300. n. 1. Valaſc. conſult. 194. n. 2. Cevall. commun. contra communes q. 79. Menc. c. l. 2. de ſucceſſionum creatione §. 17. n. 131. & 132. Caldas de nominatione q. 16. nu. 23. & 24. Ita enim ex ſola voluntate, finito tempore, tranſit legatum ipſo jure in hæredem, ut in d. L. fin. C. de legatis, juncta regula text. in L. nihil tam naturale ff. de regulis juris, & ita tenent Peregrin. conſil. 52. nu. 4. lib. 2. Molina de primog. lib. 1. c. 19. nu. 14. circa medium. Peralta in L. Titia cum teſtamento 34. §. Titia nu. 11. ff. de legatis. 2. Anton. Gomez in l. 40. Tauri n. 27. Valaſc. conſult. 194. qui veriorem opinionem dicit n. 5. Gutierrez in l. nemo poteſt. nu. 465. ff. de legatis 1. At verò in donatione non transfertur dominium ipſo jure in donatarium, ſed mediante traditione, ut diximus ſupra: ac proinde ſine traditione reverti non poteſt ad donatorem juxta doctrinam gloſ. verbo ex duabus in L. 1. C. de inofficioſ. donat. Anton. Gomez d. num. 27.

Neque obſtat text. in L. ſi cum venderet 13. ff. de pignorat. actione, quatenus in eo probatur debito-
144 rem poſſe vindicare rem venditam à creditore eo pacto, ut ſi ſolveret debitor pecuniam pretii emptori, liceret ei rem ſuam vindicare, cum tamen illi perſonalis actio competeret. Reſpondetur enim cum Alciato in L. traditionibus numer. 60. C. de pactis Covarr. lib. 3. variar. c. 8. numer. 7. in fin. principii. Caldas Pereira in L. ſi curatorem verbo. (ſua facilitate) à numer. 65. textum procedere, quando creditor vendit rem alienam ſibi pignoratam, abſque domini licentia, & ſine ſolemnitatibus, de quibus in L. 4. ff. de pignorat. actione, ut colligitur ex litera text. ibi (liceat recipere rem ſuam) Quo caſu creditor jus tantum, quod in re habebat, vendere cenſetur, Gama deciſ. 247. nu. 4. Caldas Pereira de empt. & vendit. c. 10. nu. 2. Surdus omninò videndus conſil. 13. à nu. 9. cum ſeqq. Cancer. lib. 1. c. 8. nu. 113. Cum ergo dominium fuerit penes debitorem, nil mirum ſi debitor reddendo pecuniam poſſit vindicare rem ſuam pignoratam: quod ſecus eſſet, ſi dominium fuiſſet translatum in emptorem. Et ſic ille textus nihil probat contra noſtram ſententiam, cum ibi dominium non fuiſſet tranſlatum, ut advertit Caldas verbo (ſua facilitate) nu. 66.

145 Neque obſtat text. in L. ſi quis 56. ff. de contrahenda empt. quia reſpondetur, ſpeciale eſſe favore caſtitatis in pacto, ne ancilla proſtituator, quod ſi contra factum ſit, ipſo jure ancilla revertatur ad dominum antiquum, ut in L. 1. C. ſi mancipium ita fuerit: ut benè docet Alexander. in L. traditionibus C. de pact. nu. 1. ubi Alciatus nu. 37. Caldas d. verbo (ſua facilitate) n. 57. & de emptione c. 25. n. 44. Menoch. de adipiſcenda poſſeſſ. remedio 5. num. 54. Ex quibus mirum non eſt, quòd dominium ancillæ iterum ipſo jure revertetur ad dominum. Ad text. verò in L. ult. ff. de lege commiſſoria, reſpondetur, ſpe-
146 ciale eſſe in pacto legis commiſſoriæ, & adjectionis in diem, ut dominum ipſo jure revertatur ad dominum antiquum, ſi pactum verbis directis concipiatur, & quòd competat rei vindicatio ex conventione contrahentium juncta legis diſpoſitione: ut eleganter tradit Gomez l. 2. variar. c. 2. num. 30. Mantic. de tacitis convent. l. 4. tit. 29. per totum gloſſ. in L. ſi quis hæc 42. ff. de rei vindic. Tiraq. de retract. convent. §. 1. gloſſ. 7. à nu. 17. Caldas d. verbo (ſua facilitate) à nu. 52. Anton. Faber. de errorib. pragmat. decade 22. errore. 1. Unde cum ſit ſpeciale in dicto pacto legis commiſſoriæ, ut dominium ipſo jure revertatur ad dominum antiquum, non obſtat illius legis diſpoſitio. Et verum eſt in d. L. 1. C. de donat. quæ ſub modo, dominium non fuiſſe reverſum ipſo jure ad donantem, & ei competere utilem rei vindicationem ex cauſis, & rationibus, de quibus ſuprà.

Denique notandum eſt, quod ex donatione facta 147
ſub modo, & ea lege, ut poſt tempus certum, vel incertum, res donata tranſeat ad tertium, ipſo tertio jus competit ad avocandam rem donatam: finito tempore in donatione præfixo, ut expreſſe decidit imperator in L. quoties. C. de donat. quæ ſub modo. Quia quamvis tertius ſit abſens, acceptatio primi donatarii ſufficit quoad omnes, & facit donationem irrevocabilem, Paulus de Caſtro in L. in inſulam §. fin. nu. 3. ff. ſolut. matrim. Roderic. Suares in L. quoniam in prioribus, in declarat. legis Regni q. 7. n. 2. Molina de primog. lib. 4. c. 2. n. 73. & ſeq. Valenzuela conſil. 23. nu. 15. Amato reſolut. 30. nu. 17. ubi plures refert, qui extendit nu. 16. ut dicta acceptatio proſit etiam naſcituris, Arias de Meſa lib. 3. variar. 50. nu. 16. Caldas Pereira de poteſtate eligendi c. 6. à nu. 20. Valaſc. de partitionib. c. 31. à nu. 11. Giurba deciſ. 108. nu. 12. 13. & 19. Pereira deciſ. 25. nu. 11. Covarr. lib. 1. variar. c. 14. à nu. 2. Anton. Gomez in L. 40. Tauri à n. 26. idem Caldas Pereira lib. 1. forenſium q. 1. à num. 2. Anton. Faber. de errorib. pragm. decade 47. & errore 7. & 8.

Sed contra prædictam reſolutionem obſtat, quòd alteri per alterum nemo poteſt ſtipulari, text. in L. 148
ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verbor. obligationib. §. alteri Inſtit. de inutil. ſtipulat. L. quo tutela 74. §. fin. ff. de reg. juris. Caldas Pereira de empt. c. 34. nu. 1. 2. & ſeqq. & receptarum q. 1. nu. 1. Anton. Gomez l. 2. variar. c. 11. n. 20. Covarr. in c. quamvis pactum 2. p. §. 4. Gratian. c. 49. n. 1. Salgado in labyrint. credit. 2. p. c. 26. à n. 14. & n. 54. Latè Anton. Gabriel. lib. 3. tit. de verb. obligationib. concluſ. 1. Arias de Meſa lib. 3. c. 50. nu. 1. Alphonſus de Olea de ceſſion. jurium tit. 4. q. 9. num. 2. & 3. Quæ regula procedit, ſive verba promiſſionis referantur ad ipſum tertium: v. g. promitto Titio centum, ſive referantur ad ipſum ſtipulantem v. g. promittis mihi dare Titio centum: neutro enim caſu Titio adquiritur actio. Eſt tamen differentia, quòd in primo caſu adeo eſt nulla ſtipulatio, ut nec tertio, nec ipſi ſtipulanti pro ſuo intereſſe competat actio: in ſecundo verò caſu tertio non adquiritur actio juxta regulam ſupra poſitam: at verò ſtipulanti competit actio pro ſuo intereſſe, gloſſ. verbo fieri, in L. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler ff. de verb. oblig. gloſ. fin. in §. ſed, ſi quis Inſtit. de inutil. ſtipulat. Et eſt communis opinio ſecundum omnes ibi, & Doctores in d. L. quo tutela §. fin. Jaſon. in d. §. ſi ſtipuler. num. 10.

Et hæc regula etiam procedit caſu, quo pactum 149
apponator in traditione rei propriæ, nam etiam tunc tertio non adquiritur actio, Jaſon ubi proximè n. 10. & habetur in L. certi condictio §. ſi nummos. ff. ſi certum petatur.

Hæc tamen regula limitatur, ut non procedat in 150
caſu d. L. quoties. Ubi ex benignitate Imperatorum conſtitutum ad actionem utilem quæri ſecundo donatario ex pacto inito inter donatorem, & primum donatarium: & ſic procedit conſtitutio d. l. quoties de jure novo Imperatorum: ut notat Arias de Meſa d. c. 50. nu. 17. in fin. Ubi num. 18. tradit, quod hæc actio utilis competit tertio jure ſingulari favore donationis, & liberalitatis factæ uni ad tempus, &

poſt tempus alii, Salicet. *in d.L.quoties* Covarr.*lib.*1. *variar. c.* 14. *n.* 2. Gomez *in d. L.* 40. *Tauri n.* 25. Caldas *d. q.*1.*n.*2. Forcatul. *dialogo* 63. *n.*2.

151 Sed obſtare videtur text. *in L. cum res* 22. *C. de donat.* ubi ex pacto à donatore adjecto, ut donatarius creditoribus ipſius donatoris ſatisfaciat, nulla actio eis competit, ſed ſolum donatori, *L. legem* 9. *C. eodem hareditatem* 28. *ff. de donat.* Boetius *deciſ.*204. *n.*42. Stracca *de decoctorib.* 5. *p. n.*9. Amato *reſolut.* 58.*n.*9. Vincent. de Franch. *deciſ.*273. Cujus contrarium videtur decidere *d. L. quoties*, quæ ab eiſdem Imperatoribus eſt confecta, ut notat Fulgoſius ibi. Qui reſpondet, quod tertius ille cui res donata erat reſtituenda *in d. L. quoties*, nullum remedium habebat, neque actionem ad conſequendam rem donatam, & ideo de æquitate illi conceditur utilis actio favore liberalitatis contra juris regulas. At vero *in d. L. cum res*, creditores habebant ſuas actiones ad perſequenda debita. Ac proinde ceſſat æquitas, de qua *in d. L. quoties.* Sed hæc Fulgoſii intelligentia plenè non ſatisfacit, quia etiam *in d.L. quoties.* tertius ille potuit habere aliud remedium, id eſt cogere donatorem, ut ſibi cedat actionem, quam habet adversùs primum donatarium juxta text. *in L. ſi cum venderet in princ. ff. de pignorat. actione L. ſi creditor. ff. de diſtr. pignoris.* Unde communis intellectus eſt, quod *d. L. quoties* tantum procedit, quando res, quæ primo donatur, eadem eſt tertio reſtituenda; ita ut utrobique liberalitas exerceatur. At verò *in d. L. cum res*, una res primo donatur, alia verò creditoribus exſolvitur. Item in primo caſu eſt donatio, in ſecundo verò eſt debiti ſolutio: ita Jaſon, & communis Doctorum *in L. ſtipulatio iſte* §. *ſi ſtipuler*, *n.*27. *ff. de verb. obligat.* poſt alios Covarr. *lib.*1. *variar. c.*14. *n.*2. *ante fin.* Et hanc interpretationem amplexus eſt Arias de Meſa *d.c.*50 *n.*20. Qui *n.* 21. eam probaſſe dicit Regium collaterale conſilium Neapolitanum in cauſa, de qua ibi. Sed facilior mihi videtur ſolutio aſſerere, quòd *d. L. quoties* ſolum procedit favore donationis, & liberalitatis factæ uni ad tempus, & poſt tempus alii: at vero *in d. L. cum res*, nulla eſt donatio juxta diffinitionem donationis, de qua ſupra *praludio* 1.*n.*40. Cum enim *in d. L. cum res*, ea lege res data ſit, ut creditoribus ſatisfiat, nulla eſt donatio, ſed potius contractus, do ut des, vel do, ut facias.

152 Sed quæ actio competat tertio donatario, & An ſit realis, vel perſonalis? quæſtionis eſt. In qua Decius *in L. traditionibus n.*14. *C. de pact.* & alii relati à Covarr. *lib.* 1. *reſolut. c.* 14. *n.* 3. dicunt actionem eſſe realem, & conſequenter dominium ipſo jure tertio adquiri finito tempore prioris donationis. Et pro hac parte videntur facere text. *in L.* 1. *C. de donat. quæ ſub modo L. Uranius verſ. quemadmodum ff. de fidejuſſ.*

Sed in contrarium ſtat verior opinio ſecundùm quam actio in prædictâ ſpecie eſt perſonalis, non realis: ut tenent Covarr. *in d.c.*14.*n.*3. Gomez *in L.*40. *Tauri n.*31. Tiraquell. *de jure conſtituti* 2. *p. ampliat.* 2.*n.*28. Molina *lib.*3.*c.*12.*n.*2. Caldas *d.q.*1.*n.*11. Hieronym. Magon. *deciſ. Florent.*71. *n.*8. Cujac. *in recitatione ſolenni ad tit. C. de donat. quæ ſub modo, verſ. de donationibus* Fachin. *lib.*8.*controv.c.*88. Manric. *de tacit. lib.*13. *tit.* 48. *n.*6. Gratian. *c.*332. *n.*8. & 9. Hermoſill. *in L.*7.*tit.*4.*partit.* 5.*gloſſ.*3.*n.*3. Vincent. de Franch. *deciſ.* 72. *n.*2. Arias de Meſa *d. c.* 50. *n.*24. & 25. Et hæc opinio vera eſt, quia ſine traditione non potuit tertio dominium adquiri contra regulam text. *in L. traditionibus C. de pact. cum ſimilib.* Quidquid in contrarium teneant Speculat. Ripa, Marta, Anton. Faber. *de erroribus pragmat. decade* 47. *errore* 8. Quorum fundamentis ſatisfaciunt ſupra relati. Et dicit Arias de Meſa *d. c.* 50. *n.*27. quòd contra communem traditionem vix, aut nunquam in foro obtinebit contraria opinio.

153 Sed An hoc jus tertio ex donatione adquiſitum revocari poſſit à donatore ipſo tertio invito? Valdè difficile eſt. In qua quæſtione pro parte affirmativa eſt Bartoli doctrina *in L. qui Romæ* §. *Flavius n.*1. *ff. de verb. obligat.* quem ſequuntur Coſta *de ſucceſſ. Regni pag.*62. Et fuit antiquorum communis ſententia Covarr. *lib.*1. *variar. c.*14.*n.*7. Dueñas *regulas* 216. *in princ.* Gomez *in L.*40. *Tauri num.*29. Gama *deciſ.* 222.*num.*2. & *deciſ.*338.*n.*2. Giurba *ad ſtatuta Meſſana c.* 1. *gloſ.* 7. *n.* 50. Cancer. *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 52. & alii laudati per Armend. ad Franch. *deciſ.*74. *num.*1. Valenz. *conſil.*119. à *n.*91. *cum ſeqq.* Pro eadem ſententia facit regula, quæ habet, quod in contractibus innominatis licitum eſt pœnitere re integrâ, *L.*3.§.1.*L. ſi pecuniam L. fin. ff. de condict. ob cauſam* Pinel. *in L.* 2. *C. de reſcind. vendit.* 2 *p.c.*2. At verò hic contractus innominatus videtur eſſe, ſcilicet do, ut des, vel do, ut facias: Conſtat autem rem dari primo donatario, ut poſt tempus tertio reſtituat. Secundo facit, text. *in L. Ariſto* 18. *ff. de donat.* ubi probatur ſecundum communem intellectum, de quo omnes ibi, & *in d. L. ſi pecuniam* Covarr. *d. c.* 14 *num.* 7. quòd quando donatio fit cum aliquo pacto, finito tempore donationis licitum eſt pænitere. Ergo ſimiliter in noſtro caſu idem licebit, ſaltem finito tempore prioris donationis? Tertio facit textus, qui videtur expreſſus *in L.*3. *ff. de ſerv. exportand.* & *in L.*3. *ff. qui ſine manumiſſ. ad libertat. pervener. L.*1. *C. ſi mancip. ita ſuer. alienat. ut manumit.* Quam partem latè comprobat Hermoſill. *in L.*7. *tit.* 4. *partit.* 5. *gloſſ.* 4. *num.* 1. *Qui n.* 3. ait ab ea non eſſe recedendum.

154 In contrarium tamen eſt communis opinio recentiorum, qui tenent revocationi locum non eſſe in præjudicium tertii eo non conſentiente: ut per Paulum *in d.*§.*Flavius n.*3. plures refert, & ſequitur Covarr. *d.c.*14.*n.*7. Anton. Gomez *in d.L.*40.*n.*29. Coſta *in q. patrui, & nepotis pag.* 62. Et opinionem Bartoli communiter reprobari docent Suarez *in L. quoniam in prioribus q.*8. & *allegat.*29. Gam. *deciſ.*8. *n.*2. ubi Flores de Mena, *deciſ.*253.*n.*16. & *deciſ.*338.*n.*2. ubi pulchre Flores de Mena. Gratian. *forenſ. c.* 45. *n.* 2. Larrea *deciſ.* 65. *numer.* 7. Giurba *d. gloſſ.*7.*n.*51. 52. & *ſeqq.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *p.*1.*n.*5. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 51. à *n.*43. Molina *de primog. lib.*4.*c.*2.*n.*73. Cancer. *lib.*3.*c.*7.*n.*258. Tondut. *reſolut. civil. c.*55.*n.*5. & 9. Fachin. *lib.* 8. *c.* 88. Amato *reſolut.* 30. *n.* 11. 13. & 14. Caldas Pereira
*l.*1.*recept. q.*1.*n.*12. idem Larrea *deciſ.*91. à *n.*4. Gut- 155
tierr. *pract. lib.*2.*q.*52.*n.*5. Caſtill. *lib.*4.*c.*5.*n.*21. Pro quibus facit regula text. *L. id quod noſtrum ff. de regul. juris cum ſimilibus.* Secundo facit regula, quæ habet, quod in contractibus nominatis non datur pœnitentia *L. incivile ff. de rei vindicat. L.*1. *C. de actionib. empti gloſſ. in L. neceſſario* §. *quod ſi pendente verſ. ſi ita ff. de peric. & comm. rei vend.* poſt plures Surdus *conſil.*28.*n.*12. Menoch. *conſil.* 866. *n.*1. Magon. *deciſ. Florent.* 31. *n.*11. Altograd *conſil.* 1. *n.*1. Cyriac. *controv.* 55.*n.*68. Anton. Hering. *de fidejuſſ. c.* 6.*n.* 13. At donatio eſt contractus nominatus, prout probavimus *praludio* 1.*n.*36. ergo non poteſt donatio revocari in præjudicium tertii. Cum igitur in ſpecie propoſita text. *in d.L. quoties* verè donatio facta fuerit, ut fatentur Bartolus, & ejus ſequaces, dum dicunt illum textum eſſe intelligendum ſpeciali favore donationis, verùm eſt dicere pœnitentiæ locum non eſſe: Tertio facit textus, qui videtur expreſſus *in L. quæſitum ff. de ſerv. export.* & *in L.* 1. *ff. qui ſine manumiſſ.* Propter quæ iſta opinio verior eſt, & tenenda.

Et eâ retentâ non obſtant in contrarium adducta.
Non primum ex *d. L. ſi pecuniam cum ſimilib.* Reſ- 156
pondetur enim, quòd in noſtra ſpecie contractus non

eſt innominatus, do ut des, vel do, ut facias, ſed ve-
ra, & propria donatio, & liberalitas facta uni ad tem-
pus, & poſt tempus alii: & jam manet oſtenſum dona-
tionem eſſe contractum nominatum. Quinimo etſi
donatio contractus innominatus eſſet adhuc in ea non
eſſet licita pœnitentia, cum non ſit contractus corref-
pectivus, ſed gratuitus.

Item non obſtat textus *in d. L. Ariſto*, ibi: *Non poſ-
ſe ante quinquennium agi*. Ex quo textu deducitur,
quod poſt quinquennium agi poteſt: id eſt, poteſt
donator pœnitere, & revocare jus manumiſſionis ſer-
vo adquiſitum ſecundum communem intellectum, de
quo Covarr. *lib. 1. variar. c. 14. n. 7.* Vnde hic textus
opinionem Bartoli comprobare videtur. Sed veritas
eſt in contrarium ex his, quæ ſupra *n. 154.* Neque in-
quam, obſtat *d. L. Ariſto*: quia omiſſis aliis ſolutio-
nibus, de quibus citati à Covarr. *d. n. 7.* reſponden-
dum eſt *in d. L. Ariſto* non tractari, an liceat donatori
revocare jus ſervo adquiſitum, vel non, Sed ſolum
tractari, an ſi aliquid donatur ſub aliquo pacto exe-
quendo poſt tempus, an, ſcilicet: liceat donatori
agere, & quando ad implementum pacti? In qua quæſ-
tione reſpondet Juriſconſultus: quod in quantum du-
rat donatio, non licet ad implementum agere: cum
enim donatio fiat ad meram liberalitatem, non verò
ratione alicujus oneris: Utique in quantum durat do-
natio, nullam donatarius habet obligationem; & con-
ſequenter donator interim agere non poteſt; finito
verò tempore donationis tenetur donatarius pactum
adimplere, & ideo ex tunc donator agere poteſt. Qui
intellectus benè conjicitur ex litera textus, & videtur
præſentire. *gloſſ. in d. L. Ariſto verb. obligatio, verſ.
etſic.* Atque ita nihil facit pro Bartoli opinione.

157 Deinde non obſtat text: *in L. 3. ff. de ſervis export.*
ibi: *Si in eadem voluntate perſeveret*, ex quibus ver-
bis probari videtur, quod venditor mutatâ voluntate
poteſt revocare jus manumiſſionis ſervo adquiſitum.
Prout etiam probari videtur *in L. 3. ff. qui ſine manu-
miſſ. & in L. 1. C. ſi mancip. ita fuer. alienat.* Contra-
rium tamen in eiſdem terminis probat Conſultus *in
L. quæſitum 8. ff. de ſerv. export, & in L. 1. ff. qui ſine
manumiſſ.* Unde ad text. *in d. L. 3. de ſerv. export.*
Varii dantur intellectus à gloſſa *in d. L. 1. ff. qui ſine
manumiſſ.* Quam reprobat Covarr. *in rubr. de teſtam.
3. p. n. 33.* ubi ipſe magis ſubtiliter, quam verè aliter
reſpondet. At verò Anton. Gomez *in L. 40. n. 32.*
eam aſſignat rationem textui *in d. L. 3. de ſerv. export.*
nempe quòd ſervo non potuit jus adquiri, cum ſer-
vus ſit juxta regulam text. *in L. quod attinet ff. de
regul. juris.* Alii verò dicunt ex eo textum procede-
re, quia ſervo per alterum adquiri non potuit juxta
regulam textus *in L. quo tutela ff. de regul. juris* Sed
utraque opinio reprobanda eſt, quia in his, quæ atti-
nent ad libertatem, ſervus pro libero habetur, & ei
per alterum adquiri poteſt: ut notat *gloſſ. fin. in d. L.
qui Romæ §. Flavius per text.* ibi: dicit communem
Jaſon. ibi *n. 10.*

Quare omiſſis his, & aliis interpretationibus, de
quibus Suarez *in d. L. quoniam in prioribus q. 8. n. 6.*
Tiraquell. *de retract. convent. §. 1. gloſſ. 7. n. 28.* & de
jure *primog. q. 7.* dicendum eſt, quod ſervus in ſpe-
cie *d. L. 3. de ſerv. export.* ſemper poteſt petere liber-
tatem per judicis officium ratione juris ſibi quæſiti;
quamvis venditor mutet voluntatem; non enim jus
illi quæſitum potuit ab eo invito auferi juxta jura *in d.
L. quæſitum illo tit. & in* L. 1. *ff. qui ſine manumiſſ.* Ne-
que obſtat text. *in d.* L. 3. quia ſolum loquitur de li-
bertate conſequenda ipſo jure ex conſtitutione Divi
Marci, quâ introductum eſt, quòd ſi ſervus venditus
ſit, ut intra certum tempus manumittetur, pacto non
impleto ſervus ipſo jure liber fiat, *d.* L. 1. *ff. qui ſine
manumiſſ.* L. *ſi rogatus 20. ff. de manumiſſ. vindicta.*
Cum enim hæc conſtitutio fuerit inducta tam favore
libertatis, quam, ut obſervetur voluntas ejus, qui
pactum appoſuit, utique ſi is voluntatem mutet, ceſ-
ſat libertas ex dicta conſtitutione. Et hoc eſt, quod
voluit text. *in d.* L. 3. *cum ſimilib.* non tamen perinde
tollitur, quin ſervus ratione juris ſibi quæſiti ex vi
pacti per officium judicis ad libertatem adſpirare poſ-
ſit. Quem intellectum ante omnes præſentire videtur
*gloſſ. 1. verbo (ſi tamen) in d. L. 1. C. ſi mancip. ita
fuer. alienat.* Bart. *in d.* L. *Ariſto n. 2. ad fin. ff. de do-
nat.* Romanus *in d.* L. *ſi pecuniam col. 1. ad fin. ff. de
condict. ob cauſam.* Atque ita veriſſima eſt contra
Bartolum ſententia, quam ſequitur: pro qua ſtat apud
nos Ordinatio *lib. 2. tit. 35.* ibi: *E ſe o que a quiſeſſe
fazer namo tiveſſe mais huma terra, ratio apudeſſe dar
ſem expreſſa authoridade do dito Rey, & conſentimen-
to do filho primogenito, a quem a terra era devida pro-
benda dita ley.*

Quæ reſolutio amplianda eſt, ut à fortiori proce- 158
dat ſi occaſione contractus per legis diſpoſitionem jus
fuerit tertio quæſitum in re, vel in ſpe; quia revocari
non poteſt ſine tertii conſenſu L. *ſi conſtante §. excep-
tis* ubi Bald. *C. de donat. ante nupt.* Peregrin. *de fidei-
commiſſ. art. 6. n. 47. & art. 44. n. 32. & art. 51. n. 48.*
Giurba *ad ſtat. Meſſan. c. 1. gloſſ. 7. n. 53.* Cæteras am-
pliationes videbis apud Hermoſill. *in L. 7. tit. 4. par-
tit. 5. gloſſ. 4. n. 4. & ſeqq.* quas ipſe adducit ad limita-
tionem opinionis Bartoli, quam ſequitur.

An autem actio, quæ competit ſecundo donatario, 159
tranſmittatur ad illius hæredes? videndum eſt. Et reſo-
lutive dicendum, quod actio competens ſecundo do-
natario, mortuo eo in vita primi, tranſmittitur ad hæ-
redes ipſius: ut probat text. *in d. L. quoties C. de donat.
quæ ſub modo.* Ubi notandum eſt, quod quidquid ibi
ad poſitionem caſus, ſoror de qua ibi, fingatur dona-
trix: tamen Baldus ibi in fin. ait verius eſſe hanc fuiſ-
ſe tertiam illam, cui res donata poſt tempus erat reſ-
tituenda, cui defunctæ ante mortem primi donatarii
ſuccedit Marcella, cum quâ textus ibi loquitur di-
cens: quod actio, quæ ſorori competeret, ſi adhuc vi-
veret, eadem in ipſam tanquam hæredem fuit tranſ-
miſſa. Ita *gloſſ. fin. in d. L. quoties* ubi Baldus *in fin.* &
plures alii relati à Coſta *in q. patrui, & nepotis pag.* 160
8. qui hanc ſequitur opinionem Souſa *in L. fæmina p.
1. n. 258. & ſeqq. ff. de regul. juris.* Et ita videtur tex-
tus expreſſus pro ea, quod ipſum probatur ex eo, qui
licet ſpes, quæ oritur ex ultima voluntate conditio-
nali, non tranſmittatur ad hæredes. *L. unica §. ſin au-
tem aliquid C. de caduc. tollend. L. hæres meus ff. de
conditionibus & demonſtrat.* Tamen ſpes orta ex
contractu conditionali ad hæredes tranſmittitur,
§. ex conditionali Inſtit. de verb obligat. Et facit 161
text. *in L. ſi pactum ff. de probat.* Valaſc. *de jure em-
phyteut. q. 50. n. 44.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 1.
tit. 7.* Anton. Gomez *lib. 2. variar. c. 11. n. 36.* Alexand.
Trentacinq. *lib. 1. variar. tit. de empt. & vend. reſolut.
10. n. 2.* Capyc. Latro *deciſ. 2. n. 10.* Valaſc. *conſult.
122. n. 22.* Noalis *de tranſmiſſ. caſu 5. num. 1. & ſeqq.*
Fontan. *de pact. nupti. clauſ. 4. gloſſ. 24. n. 38.* Cancer.
lib. 1. c. 2. n. 38. & lib. 3. c. 2. n. 65. Thuſc. *litera L. con-
cluſ. 369. n. 6. & concluſ. 372. n. 29.* Et de ratione di- 162
verſitatis inter ultimas voluntates conditionales, &
contractus, videndi ſunt Pichard. *in repetit. ad tit. ff.
de legatis 1. c. 9. à n. 47. cum ſeqq.* Caſtill. *lib. 4. con-
trov. c. 55. à n. 57.* Donel. *in* L. *ſi filius ff. de verbor. obli-
gat. ex n. 7.* Anton. Faber. *lib. 15. conject. c. 6.*

Imponamus igitur ſupremam manum huic tracta-
tioni cum illa quæſtione, An ſcilicet, actio perſona-
lis, quæ competit ſecundo donatario ex *d. L. quoties
C. de donat. quæ ſub modo* detur contra ſingularem rei
poſſeſſorem? In qua videbatur dicendum actionem 163
non dari, quia natura actionis perſonalis eſt, ut is tan-
tum obnoxius ſit creditori, qui ex contractu, vel de-
licto obligatus eſt *§. 1. Inſtit. de actionib.* D. Martinus
de

de Larreatigui *lib.1.ſelect.c.11.n.2.* Unde cum inter
ſecundum donatarium, & ſingularem rei donatæ
poſſeſſorem nullus interveniret contractus, ex quo
perſonalis actio deſcenderet, meritò adverſus eum
actione perſonali agi non poteſt; maximè cum juris
164 ſit notiſſima regula, actionem perſonalem non dari
contra tertium rei poſſeſſorem *L. fin. §. Lucius ff. de
contrah.empt.L.1.§.ſi hæres ff.ad Trebel.L.incendium
C.ſi certum pètatur.* Valaſc. *de jure emphyt.q.32.n.18.
& conſul.* 172.*n.*11.Cyriac.*controv.*120.*n.*1.*uſque ad
n.*15.Andr.Gail.*lib.2.obſerv.*16.*n.*4. Hieronym. Leo
*deciſ.*47.*n.*16.Hermoſill.*in L.7.tit.4.partit.5.gloſſ.* 3.
*n.*4.Caſtill.*lib.5.controv.c.*80.*n.*37. Surdus *deciſ.* 36.
165 *n.*8.Anton. Gomez *in L.40.Taur.n.13.circa fin.* Va-
lenz. *conſil.*149.*n.*43.D.Joſeph.Vela *diſſert.*12.*n.*34.
Et etiamſi obligatio ſuerit contracta intuitu rei, vel
habito reſpectu ad rem, *L. quædam §.nihil intereſt*,
ubi Jaſon. *ff. de edendo.* Tiraquel. *in 1. retract.* §. 8.
*gloſſ.5.n.5.*Surdus *deciſ.*236.*n.*8.Guttierrez *in repetit.
L. nemo poteſt n.32.ff.de legatis* 1. Hermoſill. *in d. L.*
7.*gloſſ.*3.*n.* 4. Et ita in noſtris terminis docuerunt Al-
ciatus *conſil.*13.*n.*14.*&*15.*& conſil.*75.*n.*2.*l.*8. Magon
*deciſ.Florent.*102.*n.*16.Gratian.*c.*532.*n.*9.Caſtill.*d.c.*
80.*n.*37.

166 Cæterum, pro contrariâ ſententia diſtinguendum
eſt inter actiones merè perſonales, & eas, quæ ſunt
in rem ſcriptæ: ſunt enim merè perſonales illæ, quæ
competunt cuilibet ex ſuo contractu, vel quaſi con-
tractu etſi occaſione rei competant, Parlad. *rerum
quotid.in ſeſquicenturia different.* 36. *n.* 1. Et hæ ac-
tiones merè perſonales ſunt, quæ non tranſeunt ad
ſingularem rei poſſeſſorem, juxta regulam ſupraposi-
tam: actiones verò perſonales in rem ſcriptæ dicun-
tur, quæ licèt mero jure perſonales ſint, tamen pro-
veniunt ex diſpoſitione legis, facto, vel delicto alte-
rius, occaſione rei, in quam verba legis diriguntur:
ut docet Paulus *in L.ſi tertius §.ſi quis prius n.2.ff. de
aqua pluvia arcenda* Parlad. *in d.different.*36.*n.* 14.
Hermoſill.. *in d.L.7.gloſſ.*3.*n.*7.Et quidam hæ actio-
nes in rem ſcriptæ tranſeunt adverſus quemcumque
poſſeſſorem, & ea de causâ dicuntur in rem ſcriptæ
*L.metum 9.§.animadvertendum ff. de eo quod metus
cauſa* Corraſius *Miſcellan.lib.1.c.*12. Bart. *in d.* L. *ſi
tertius* §. *ſi prius n.*2.Tiraquel.*in 3.retract.§.8.gloſſ.5.
n.*7.Surdus *deciſ.*335.*n.* 24. Carolus Tapia *deciſ.* 46.
ſacri Neapolitani conſilii n. 3. Unde cum actio com-
petens ſecundo donatario in ſpecie, de quâ agimus,
proveniat ex diſpoſitione *d. L. quoties*, & contractu
alterius circa rem donatam, jure optimo prædicta actio
in rem ſcripta dicenda eſt: ut advertit Hermoſill. *in
d.L.7.gloſſ.3.n.6.* Et ſic bene tranſit adverſus ſingu-
larem rei donatæ ſucceſſorem.

§. II.

De donatione conditionali.

SUMMARIUM.

1 *Donatio ſub conditione valide fieri poteſt.*
2 *Donator poteſt in donatione quaſcunqꝫ conditiones, & pacta adjicere, quæ à jure non ſint reprobata.*
3 *Impleta conditione tam donatio, quam qualibet alia diſpoſitio reputatur pura, & liquidas ac producit omnes juris effectus.*
4 *In contractibus implementum conditionis retrotrabitur ad tempus factæ donationis.*
5 *Intellige, ſi in utroque extremo reperiatur habilitas; hoc eſt tempore celebrationis actus, & tempore exiſtentiæ conditionis.*
6 *In ultimis voluntatibus non retrotrabitur implementum conditionis, ſed inſpicitur tempus exiſtentiæ illius.*
7 *Idem in donatione cauſa mortis.*
8 *Donatarius ſub conditione illa, impleta præfertur creditori; cui pendente conditione res donata fuit hypothecata, & obligata.*
9 *Non retrotrabitur conditio poteſtativa, ſed tantum caſualis, vel mixta.*
10 *Retractatio an operetur in præjudicium tertii, cui medio tempore plenum jus fuit quæſitum? Remiſſive.*
11 *Deficiente conditione donatio perinde habetur, ac ſi nunquam fuiſſet facta.*
Patria ſunt nihil fieri, vel fieri ſub conditione, quæ non purificatur. Ibid.
12 *Donatio conditionalis eſt vera, & propria donatio juxta veriorem ſententiam.*
13 *Donator pendente conditione pœnitere non poteſt.*
14 *Pendente conditione nulla ex donatione, vel contractu oritur actio, vel obligatio: ſed ſubſtantia, & virtus contractus eſt in ſuſpenſo, donec impleatur conditio.*
15 *Amplia: ut idem ſit dicendum, ſi conditio fuerit tacita, ſi illa ineſt obligationi ſubſtantiæ, non ſi executioni: tunc non impedit nativitatem actionis.*
16 *Diſpoſitio tunc dicitur conditionalis, quando conditio importat cauſam finalem: non quando impulſivam.*
17 *Dies incertus, quando habeatur pro conditione tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus,* & n. 18. 19. & 20.
21 *In contractibus dies certus, an, & incertus quando non facit actum conditionalem?*
22 *Spes futuræ obligationis ex contractu conditionali tranſit ad hæredes.*
23 *Spes diſpoſitioni conditionalis in ultimis voluntatibus non tranſit ad hæredes.*
24 *Creditor conditionalis, vel in diem ex contractu largo modo creditor dicitur pendente conditione.*
25 *Sed ante diem agere non poteſt; quod ſi agat, punitur juxta.* Ordinat.lib 3. tit. 35.
26 *Plus dicitur petere, qui ante diem petit.*
27 *Agens ante diem poteſt repelli à judice; etiam parte non opponente.*
28 *Creditor in diem, vel ſub conditionem agere poteſt, ut ſibi caveatur, quando debitor efficitur ſuſpectus de fuga: vel alii creditores certant de prælatione.*
29 *Dominus cenſus, vel alterius annuæ præſtationis poteſt ante diem agere: ut ſibi ſolvatur ſtatutis temporibus.*
30 *Succeſſor Majoratus non poteſt agere vivente poſſeſſore, ut declaretur ſucceſſor poſt illius mortem.*
31 *Limita primo: ſi poſſeſſor majoratus bona dilapidaverit quia tunc poteſt agere adverſùs poſſeſſorem, & ab eo bona avoccare.*
32 *Declara ſi dilapidatio ſit notabilis, non ſi modica.*
33 *Quando ob dilapidationem avocantur bona à poſſeſſore majoratus, debentur ex illis alimenta poſſeſſori.*
34 *Prætendens ſucceſſionem majoratus poteſt agere in vita poſſeſſoris, quando ille elegit, & declaravit alium ſucceſſorem.*
35 *Item agit: quando poſſeſſor contendit poſt ejus mortem bona eſſe libera.*
36 *Succeſſionem majoratus prætendens, ſi adhuc non eſt uxoratus, poteſt agere, ut declaretur ſucceſſor: quia ſic poterit uxorem ditiorem invenire.*
37 *Si poſſeſſor majoratus ſit mente captus, poteſt ſucceſſor agere, ut talis declaretur: & adminiſtratio illi decernatur.*

58 *An ſuceeſſor poſſit petere eautionem à poſſeſſore de reſtituendis bonir? Remiſſive.*

39 *Jus implenda conditionis poteſtativa, etiam in contractibus non tranſit ad hæredes.*

40 *Conditio poteſtativa cenſetur injuncta perſonæ.*

41 *Qua cohærent perſonæ, non poſſunt per aliam expediri.*

42 *Uſusfructus finitur morte uſufructuarii.*

43 *Pactum de retrovendendo tranſit ad hæredes, licet conditio cum tali pacto in poteſtate vendentir conſiſtat.*

Conditio poteſtativa circa reſolutionem contractus tranſit ad hæredem. Ibidem. Et n. 46.

44 *Contractur, & diſtractus ſunt ejuſdem naturæ.*

45 *Solemnitar requiſita in contractu, eadem deſiderantur in diſtractu.*

47 *Si contractus incipit à diſpoſitione, & ſi illi non ſtetur, promittatur pœna, facultar implendi tranſit ad hæredes.*

48 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis.*

49 *Jus implenda conditionis caſualis, vel mixta in contractibus tranſit ad hæredes active, & paſſive.*

50 *Jus implenda conditionis in ultimis voluntatibus non tranſmittitur ad hæreder.*

51 *Quando is, in cujus perſona erat implenda conditio, fuit in moras & implere debens paratus erat: Vel quando non fuit impleta facto ejus, cui erat adimplendum; conditio vel habetur pro impleta, vel tranſit ad hæredes, etiam in ultimis voluntatibur.*

52 *Conditio defecta facto tertii non habetur pro impleta, ſed datur actio legatario ad intereſſe.*

53 *Conditio nuptiarum appoſita in contractu non habetur pro impleta, quando deficit facto illius in cujus perſona erat adimplenda.*

54 *Conditiones alia ſunt neceſſariæ, aliæ voluntaria & qua dicantur neceſſariæ vel voluntariæ.*

55 *Conditio in ſpecifica forma eſt adimplenda non per æquipollens;* & n. 58.

56 *Conditio inducit formam.*

57 *Defectur forma etiam minimus vitiat actum.*

59 *Conditio neceſſaria poteſt impleri per æquipollens.*

60 *In conditione neceſſaria teſtator magis conſideravit effectum, quam modum.*

61 *Si conditio reſpicit certum finem, & effectum, ſufficit, quod ille ſequatur.*

62 *Conditio neceſſaria appoſita in contractu poteſt impleri per æquipollens.*

63 *Regulariter ſi habemur finem, non curamur de modo.*

64 *Conditio voluntaria non poteſt impleri per æquipollens.*

65 *Quocunque tempore impleatur conditio caſualis; ſive in vita, ſive poſt mortem teſtatoris redditur legatum validum; & quocunque tempore deficiat conditio, vitiat actum.*

66 *In contractibus quocumque tempore impleatur conditio caſualis, non manet actus purur; quia tranſit ad hæredem.*

67 *Conditio poteſtativa deficiens per caſum, quo honoratus fuit impeditur implere, habetur pro impleta ad commodum ipſius gravati; ſi ipſe non fuit in mora implendi.*

68 *Conditio, ſi non nupſerit impeditiva nuptiarum in perpetuum impoſita virgini, vel homini, qui nunquam nupſit, pro non ſcripta habetur.*

69 *Qua lege prædicta conditio rejecta fuit.*

70 *Prædicta conditio non ſolum rejicitur, quando apponitur virgini ſed etiam corruptæ, quæ nunquam nupſit.*

71 *Conditio non nubendi, tamquam reprobata, dicitur impoſſibilis, & in ultimis voluntatibus rejicitur; ac valet actus.*

72 *Conditio impoſſibilis in ultimis voluntatibus rejicitur; & valet diſpoſitio.*

73 *Prædicta conditio oppoſita in donatione, vel contractu non rejicitur, ſed vitiatur actus.*

74 *Conditio, ſi non nupſerit uſque ad certum tempus, valet, & ſervari debet.*

75 *Conditio, ſi filia mea intra vigeſimum quintum annum non nupſerit, impleri debet. Alias legatum, vel donationem non lucrabitur.*

76 *Si vero ita longum ſit tempur conditioni præſcriptum, ut eo tranſacto mulier commodè nubere non poſſit, non valet conditio, tanquam adjecta in fraudem legis. Longum tempus dicitur, quod excedit vigeſimum quintum annum.* Ibidem.

77 *Conditio viduitatis injuncta vidua valida eſt.*

78 *Ex ſecundir nuptiis anima prioris mariti contriſtatur.*

79 *Viduitatir conditio non leve onus habet.*

Viduæ dicuntur perſonæ miſerabiler. Ibidem.

80 *Conditio viduitatis injuncta viduæ tam à marito, quam ab alio quocunque impleri debet. Aliar mulier amittit legatum vel rem donatam.*

81 *Injuncta à marito extenditur ad ſtuprum à vidua commiſſum; quamvis ſecundo non nupſerit. Quod idem dicendum, ſi legatum ſub ea conditione relictum ſit à patre filio, vel conſanguineo.*

82 *Legatum relictum à marito amittit uxor, qua habens filios ad ſecunda vota convolavit: & n. 84.*

83 *Eodem modo privatur legato, ſi luxurioſe vixit; & quando tunc applicetur perſonis enumeratis* in L. 1. C. de ſecund. nupt. *Et quando fiſco.*

84 *Legatum relictum à viro non amittit uxor, quæ non habenr filios ſecundo nupſit.*

85 *Mulier ſecundo nubenr non amittit uſumfructum ſibi à marito relictum.*

86 *Conditio viduitatis appoſita in prima donatione cenſetur repoſita in ſecunda; in qua conditio fuit omiſſa; & idem dicendum in legato ſecundo, quando primum ſub illa conditione factum fuit.*

87 *Conditio, ſi vidua remanſerit injuncta à marito, vel filio, intelligitur de viduitate perpetua.*

88 *Conditio, ſi liberor non habuerit, rejicitur, tamquam turpis.*

89 *Conditio, ſi Religionem non ingrediatur, valet & eſt adimplenda.*

90 *Praeceptum inſtitutorir, quod in majoratu non ſuccedat monachus, monialir, vel ſacerdor, validum eſt, & ſervandum.*

91 *Dummodo præceptum, ſeu conditio ſit expreſſa; non enim ſufficit tacita.*

92 *Conditio viduitatis habet vires ſuas, tam ſi apponatur mulieri viduæ, quam homini viduo.*

93 *Conditio non nubendi adjecta favore pia cauſæ valida eſt, & ſervanda.*

94 *Legatum relictum ſub conditione commorandi in aliquo loco validum eſt rejecta conditione.*

95 *Interpretatur text.* in L. qui concubinam 29. aliàs L. qui quatuor 30. §. uxori ff. de legat. 3.

96 *An donatio facta in capitulis matrimonii ſuper conditione quod maritus teneatur habitare in certo oppido cum uxore ſub pœna, valida ſit? Quæſtionir eſt in qua pugnantes reperiuntur opinioner. Sed affirmativa verior: ut n. 97.*

98 *Donator vera interpretatione text.* in L. Titio centum ff. de condition. & demonſtr. *& n.* 100. 101. 102. *&* 103.

99 *Per pactum poteſt quis ſe facere adſcriptitium.*

101 *Exploditur interpretatio* D. Franch. de Amaya, *& ſuſtinetur communis opinio.*

102 *Nulla datur differentia inter expreſſum, & tacitum; quod includitur de natura expreſſi.*

103 *Voluntar non tantum verbis, ſed facto declaratur.*

104 *Si maritus è loco recedat ſine cauſa, pœna pacti vel conditionis committitur.*

105 Si

105 Si nova cauſa ſuperveniat, maritus non incidit in pœnam.

106 Qualibet obligatio intelligitur rebus ſic ſtantibus.

107 Mutato rerum ſtatu, & ipſa diſpoſitio, ac obligatio mutatur.

108 Deficiente juſta cauſa ſi maritus mutaverit domicilium, non tenetur mulier illum comitari. Secus alias.

109 Colonus pretio, vel gratis poteſt ſe adſcriptitium facere domino ſolii & promittere ſe à ſolo non diſceſſurum.

110 Adſcriptitii appellantur membra terrarum, & habentur pro rebus immobilibus.

111 Superius dicta procedunt de jure communi: At vero de jure Regni hoc genus obligationis conſtitui non poteſt.

112 Valet legatum, vel donatio ſub conditione commorandi cum hærede, vel alia perſona: & ut legatarius conſequatur relictum, debet conditioni parere.

113 Qui lucrum acceptare vult debet onus ſubire; præſertim quando lucrum, & onus ex eodem fonte procedunt.

114 Legatum relictum ſub conditione commorandi cum certa perſona, tunc extinguitur ea defuncta, quando conditio fuit appoſita favore illius, cum quo legatarius habitare debeat.

Si vero conditio fuit adjecta favore legatarii mortuo eo, cui adimplenda erat conditio, non extinguitur legatum, vel donatio. Ibid.

115 Si legatum factum fuit, vel donatio ſub conditione commorandi cum certa perſona: & caſu, quo legatarius nollet, vel non poſſet, aliquid ei ſit relictum, decedente eo, cum quo legatarius habitare debebat, extinguitur primum legatum, & debetur ſecundum.

116 Quando autem conditio habitandi cenſeatur adjecta favore ejus cum quo erat commorandum vel legatarii. Remiſſivè.

117 Legatarius, vel donatarius non ammittit relictum, ſi non habitaverit propter ſævitias ejus, cum quo commorari debebat, & propter lites, aut rixas.

118 Conditio habitandi cum meretrice teſtatoris, vel focaria injuncta juveni non eſt ſervanda; & legatarius, vel donatarius conſequitur donatum, vel relictum, Secus ſi ſeni injuncto ſit conditio.

119 Similiter conditio injuncta uxori, ut habitet cum privignis juvenibus ſervanda non eſt: & legatum debetur, ſi uxor ſit juvenis. Secus ſi ſexagenaria.

120 Si legetur fundus Sempronio, ſi cum liberis habitaverit, & liberi ſint extincti, debetur legatum, ſi legatarius cum liberis habitavit, dum viverent.

121 Si verò legatum conſiſtit in pluribus præſtationibus annuis, conditio ſucceſſiva tantum dicitur impleta pro præteritis, non pro futuris.

122 Subſtitutio fideicommiſſaria poteſt fieri in contractibus, & donationibus.

123 Conditio, ſi filios habuerit, dicitur impleta, ſi honoratus filios habeat: licet non exiſtant tempore mortis. Et non habet locum ſubſtitutio.

124 Conditio, ſi filios non habuerit, convertitur cum conditione, ſi ſine liberis deceſſerit; & refertur ad tempus mortis.

125 Inter conditionem, ſi liberos non habuerit, & conditionem ſi ſine liberis deceſſerit, illud datur diſcrimen, quod ſi in prima non ſit relatio ad tempus mortis, vel aliud certum, quandocunque defecerint liberi, etiam poſt mortem hæredis inſtituti admittatur ſubſtitutus.

126 Conditio verò, ſi ſine liberis deceſſerit: requirit exiſtentiam filiorum tempore mortis: & deficit uno tantum filio relicto.

Et regulariter evaneſcit conditio decedente gravato cum filiis. Ibid.

127 Et licet poſtea filii decedant ſine filiis ſubſtituto locus non eſt.

128 Sufficit filios ſupereſſe, quamvis non ſint hæredes patris.

129 Qui filii faciant deficere conditionem, & an naturales ſufficiant? Remiſſive.

130 Conditio, ſi ſine liberis adjecta in fideicommiſſo perpetuo, vel majoratu tractum ſucceſſivum habente, cenſetur repetita in filiis, & cæteris deſcendentibus.

131 Appoſita conditione ſi ſine liberis: non admittitur ſubſtitutus, dum ſpes eſt inſtitutum filios habere poſſe: & ſic durat uſque ad mortem.

132 Reprobantur opiniones Guillelmi, & Ripæ de quibus hic.

133 Mortuo fideicommiſſario ante gravatum remanet legatum apud eum, à quo fuit relictum: & redditur inutile fideicommiſſum.

134 Conditio, ſi ſine liberis injuncta ei, qui ingreſſus eſt monaſterium incapax bonorum emiſſa profeſſione ſtatim admittitur ſubſtitutus.

135 Si vero filius ſubſtitutus fuit ingreſſo, & pauperes noviſſimo loco, & filius deceſſit in vita Monachi cum filiis, pauperes veniunt admittendi ex ſententia Coſtæ, quam probat Author in hoc caſu.

136 Si majoratus ſucceſſio delata fuit ingreſſo Religionem bonorum incapacem emiſſa profeſſione ſtatim admittitur ſequens in gradu non expectata morte profeſſi.

137 Majoratus ſucceſſio non poteſt eſſe in pendenti, ſed actu veloci tranſit in ſequentem legitimum ſucceſſorem.

138 Monachus profeſſus in Religione omnino incapace bonorum non poteſt ſuccedere in majoratu.

139 Gravatus ſub conditione, ſi ſine liberis, ſi ingrediatur monaſterium capax bonorum omne emolumentum pertinet ad monaſterium ejus vita durante.

140 Monaſterium capax bonorum excludit ſubſtitutum monachi, qui fuit gravatus ſub conditione, ſi ſine liberis, & mortuus eſt.

Monaſterium habetur loco filii. Ibid. Sed reprobatur.

Teſtator, vel donator, qui hæredi, vel donatario dedit ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine liberis, præſumitur non minus monaſterium, quam liberos hæredis, vel donatarii dilexiſſe. Ibidem.

141 Idem dicendum, ſi conditio concipiatur ita ſi deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore natis.

Sed contraria eſt uſu recepta. Ibid.

142 Monaſterium capax bonorum ſuccedit in majoratu durante vita monachi.

143 Limitat ut monaſterium non ſuccedat in majoratu agnationis.

144 Intellige, ſi aperte conſtet inſtitutorem majoratus agnationi proſpexiſſe: quia ad excluſionem monaſterii non ſufficit, quod familia relinquatur.

145 Item non ſuccedit in Regno, Ducatu, Comitatu, vel majoratu: cui annexa ſit juriſdictio.

146 Conditio non nubendi cum perſona ex ſanguine maculato ſub pœna privationis majoratus valida eſt: & juſtiſſima, valdeque neceſſaria in his temporibus.

147 Hæc conditio non eſt impeditiva matrimonii, nec contra ejus liberalitatem.

148 Con-

148 *conditio in inſtitutione majoratus, quod ſucceſſor ducat uxorem nobilem, valida eſt, & ſervanda, & verificari debet in nobili genere, non ex privilegio.*
149 *Conditio ſi ſine liberis tacita injuncta cenſetur in diſpoſitione aſcendentium facta favore deſcendentium.*
150 *In dicta diſpoſitione aſcendentis humanitatis intuitu intelligitur plus dictum, & minus ſcriptum.*
151 *Intellige ut procedat concluſio non tantum quando filius gravatur reſtituendo extraneo ſed etiam ſi alteri filio.*
152 *Idem procedit non tum in ultimis voluntatibur, ſed etiam in donatione inter vivos facta ſub onere reſtituendi aſcendenti.*
153 *Item etiamſi pia cauſa ſit ſubſtituta.*
154 *Conditio ſi ſine liberis non ſubintelligitur in diſpoſitione aſcendentis reſpectu aſcendentium.*
155 *Prædicta conditio non ſubintelligitnr in diſpoſitione fratris reſpectu alterius fratris vel collateralium.*
156 *Et an dicta conditio ſubintelligatnr in majoratu inſtituto à fratre in favorem alterius fratris, vel conſanguineis ſine mentione filiorum? Remiſſive.*
157 *Conditio, ſi ſine liberis ſubintellecta diſpoſitione aſcendentis nil differt ab ea, quæ exprimitur à teſtatore.*
158 *Filii concepti poſt deportationem non faciunt deficere conditionem, ſi ſine liberis: niſi pater fuerit reſtitutus.*
159 *Prædicta conditio, ſi ſine liberis, injuncta poſthumo non verificatur eo non nato.*
160 *Conditio omnino extitura non ſuſpendit actum, qui ſtatim valet.*
161 *Conditio, quæ refertur ad præſens, vel ad præteritum non ſuſpendit actum nec illum reddit conditionalem.*
162 *Conditio, quæ tacitè ineſt, quamvis exprimatur eo modo, quo ineſt à jure, vel à natura, non facit actum conditionalem: neque impedit tranſmiſſionem.*
163 *Non ita ſi alio modo ſit expreſſa: quia tunc facit actum conditionalem, & impedit tranſmiſſionem. Declara in n. 164.*
165 *Conditio, quæ tacitè ineſt, ſi exprimatur, & conſiſtit in poteſtate donatarii, vel legatarii quamvis iu ſit ex natura rei, & juris diſpoſuione, impedit tranſmiſſionem.*
166 *Conditio, quæ ineſt à natura rei vel juris diſpoſitione non facit legatum conditionale: niſi conſtat de voluntate teſtatoris, qui poteſt tranſmiſſionem impedire.*
167 *Conditio quando dicatur ineſſe ex natura rei, vel legis diſpoſitione? Remiſſive.*
168 *Conditio ſi tertius ſupervivat, facit legatum conditionale.*
169 *Conditio negativa non habet veram exiſtentiam, niſi per reductionem ad impoſſibile. Negativa non admittit implementum momentaneum, ſed quod duret uſque ad mortem ejus, in cujus perſona verificanda eſt.* Ibid.
170 *Negatio eſt malignantis naturæ, & omnia negat, operaturque privationem, & limitationem.*
171 *In conditionibus attenditur eventus, qui de facto ſuccedit, & merum factum inſpicitur.*

PLura quæ ſpectant ad diſpoſitiones conditionales diximus ſuprà hoc eodem *præludio* §. 1. *nu.* 23. cum pluribus ſequentibus, quæ nunc repetere fas non eſt; Et ideo circa donationem conditiona-
1 lem dicendum eſt, quòd ita ut donatio, quæ ſub modo, de qua in §. præcedenti, valida eſt, ita etiam donatio ſub conditione valide fieri poteſt, ut probatur ex text. *in L.* 2. §. *ſi pecuniam ff. de donat.* ubi donari pecunia poteſt, ut demum fiat accipientis, cum Titius erit Conſul: notant Gregorius Lopez *in* L. 5. *tit.* 4. *partit.* 5. ubi Hermoſill. *num.* 1. poteſt enim quis in donatione quaſcunque conditiones, & pacta adjicere, quæ non ſint a jure reprobata, *L. donatio ſive directa* 25. *C. de donat.* ibi: *donatio ſive directa ſit, ſive mortis cauſa inſti-* 2
tuta, ſive conditione faciendi, aut non faciendi ſuſpenſa, ſive ex aliquo notato tempore promiſſa, ſive animo donantium, accipientiumve ſententiis (quantum jus fingit) cognominata ſub hac fieri obſervatione, ut (quas leges indulgent) actiones, conditiones, paſſioneſque contineat. Quod idem probatur *in L. traditionibus, L. legem C. de pactis, c. verum de conditionib. appoſitis,* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 5. *n.* 3. Caſtill. *l.* 3. *c.* 10. Seſſe. *deciſ.* 29. *n.* 183. Gratian. *c.* 804. *n.* 39. Marius Cutellius *de donat. tract.* 2. *diſcurſu* 1. *ſpeciali* 7. *n.* 2. dum tamen conditiones, & pacta apponantur in ipſo donationis actu, ut diximus ſupra *hoc eodem præludio nu.* 6. & 3
ſeqq. cum enim quis rei ſuæ ſit moderator, & arbiter, L. *in re mandata C. mandati cum ſimilib.* nil mirum quod in traditione rei ſuæ quaslibet conditiones, & pacta adjicere poſſit unde donatio conditionali impletâ conditione, valida erit, quia per implementum conditionis tam donatio, quam quælibet alia diſpoſitio reputatur pura, & liquida, *L. fin.* §. *Titius ff. de vulgari, L. ſi pupillus in fin. ff. de conditionib. & demonſtrat.* Menoch. *conſil.* 613. *n.* 21. Phæbus 1. *p. deciſ.* 83. *n.* 2. Anton. Gomez *in L.* 45. *Tauri nu.* 93. *& in l.* 2. *variar. c.* 11. *n.* 30. Surdus *conſil.* 38. *n.* 10. *& conſil.* 91. *n.* 11. *& deciſ.* 210. *n.* 5. *& de alimentis tit.* 5. *q.* 4. *nu.* 1. 3. *& ſeqq.* Andræas Gail. *lib.* 2. *obſervat.* 132. *n.* 2. Mantic. *de conject. ultimar. l.* 11. *tit.* 16. *nu.* 1. Thuſcus Litera C. *concluſione* 196. *nu.* 2. Solorzano 2. *tomo lib.* 2. *c.* 11. *n.* 44. Qui omnes docent, quòd impleta conditione, donatio tanquam actus purus producit omnes juris effectus, quos haberet, ſi à principio pure facta fuiſſet: ex ea ratione quia in contractibus implementum conditionis retrotrahitur in præteritum ad tempus, quo donatio facta fuit, *L.* 4
potior. 11. *in principio ff. qui potiores in pignore* L. *ſi filius familias* 78. *in principio ff. de verborum obligationib.* L. *neceſſario* 8. *verſ. quod ſi pendente. ff. de periculo, & commodo rei vendita* Tiraquell. *in* 1. *retract.* § *fin. gloſſ.* 2. *n.* 27. Salgado *de protect.* 2. *p. c.* 2. *nu.* 23. Arias de Meſa *l.* 3. *variar. c.* 42. *nu.* 4. Mantica *de tacitis lib.* 14. *tit.* 46. *n.* 1. *& ſeqq.* ubi latè materiam examinat. Peregrin. *de fideicommiſ. art.* 16. *à nu.* 120. Molina *de primog. l.* 2. *c.* 13. Solorzano *dicto c.* 11. *n.* 45. Quæ reſolutio intelligenda eſt, ſi in utroque extremo reperiatur habilitas, hoc eſt, tempore celebrationis actus, & tempore exiſtentiæ conditionis, L. *bonorum ff. rem ratam haberi.* Anton. Gomez *in d.* L. 45. *n.* 93. Salgado *d.* 2. *p. c.* 2. *nu.* 31. Carl. *de judiciis tit.* 3. *diſput.* 23. *nu.* 12. Capyc. Caleato 5
tom. 1. *controv.* 26. *à nu.* 14.

Et rurſus intelligenda prædicta concluſio, ut in ultimis voluntatibus, & legatis implementum conditionis non retrotrahitur, ſed tempus exiſtentiæ conditionis inſpici debeat *L. mater* §. *eandem ff. de exceptione rei judicata* L. *ſi uxorem ff. de conditionib. in-* 6
ſtitutionum L. 1. §. *ſervi ff. ad Sydanianum* L. 4. *ff. quando dies legati* L. *quæ legata* 18. *ff. de regulis juris,* Bart. in L. *ſi is, qui pro emptore n.* 47. *ff. de uſucapionibus,* Mantica *de tacitis l.* 14. *tit.* 46. *n.* 11. Arias de Meſa *d. c.* 42. *nu.* 2. Salgado *in Labyrintho p.* 2. *c.* 21. *nu.* 9. Quod non tantum habet locum in legatis, ſed etiam in donatione cauſa mortis L. *ult. ff. de donatione cauſa mortis* Mantica *d. tit.* 46. *nu.* 12. quem vide circa 7

rationem diffetentiæ inter ultimas voluntates,& con-
tractus.

Ex qnâ reſolutione infertur, quòd ſi donatio, vel
alius contractus fiat cum bonorum hypothecâ ſub
8 conditione caſnali, vel mixta, & pendente conditio-
ne donator alii creditori rem donatam hypothecave-
rit, poſtea impletâ conditione donatarius, ſeu cre-
ditor primus præſertur ſecundo ex vi tetrotractionis,
*à L. potior ff. qui potiores in pignore L. qui balneum
poſt princip. verſ. amplius, eodem. tit.* Mantica *d. tit.*
46.*n.*5. Ant.Gomez *lib.*2. *variar. c.* 11.*n.*30.Paz *in
praxi* 4.*p.*1.*c.*4.*n.*5.*&* 6.Cujac.*ad Africanum tract.* 8.
in d. L. qui balneum. Pichard.*ad tit.ff.de legatis* 1. *c.*
9. *n.* 56.Salgado *in Labyrintho* 2.*p.c.*21.*n.* 4.*& ſeqq.*
ubi plenè Sed inſuper, intellige, nt retrotractio lo-
cum habeat in conditionibus caſualibus, vel mixtis;ſi
enim donatio fiat ſub conditione poteſtativa, non re-
trotrahitur ad diem contractus *L. penult. ff. quæ res
pignori obligari non poſſunt d. L. qui balneum in* 1.
9 *reſponſ.* Quia tunc tempus exiſtentis conditionis inſ-
picitur, Bald. *in L. ea demum C. de collationib.*Bar-
boſa *in L.*1.*p.*3.*ex n.* 32.*ff.de ſolut. matrim.* & hanc
diſtinctionem inter conditionem poteſtativam, & ca-
ſualem, ultra Bartolum, & alios, tenent Pariſius
*conſil.*11.*n.*69.Neguzantius *de pignorib.*5.*p.principa-
li membro* 1. *n.* 14. *& membro* 2. *n.* 10. *& n.* 40.An-
tonius Amato *reſolut.* 5. *à n.* 3. plures laudat Salga-
10 do *d.c.*21.*n.*8. & innumeros D. Joſeph. Vella *diſſer-
tatione* 21. *n.*63. Et an retrotractio operetut præju-
dicium tertii, cui medio tempore, & ante conditionis
eventum, plenum jus ſuit quæſiuum? videndi ſunt
Barboſa *in L.*1.*p.*3.*n.*32.*in fin.verſ. tertio. & nu.* 33.
verſ.non obſtat tertia difficultas ff. ſolut. matrim. The-
ſaurus *deciſ.*38.*n.*4.omnino legendus Carleva *d. diſ-
put.*23. *per totam.*

11 Si verò conditionis implementum deficiat, inutilis
erit donatio, & perindè habenda eſt, acſi nunquam
fuiſſet facta, ut diximus ſupra hoc *præludio* §.1.*n.*31.
Et ultra ibi laudatos, tenet Souſa *ad tit.ff. de pact.
art.*1.*q.* 5. *n.* 2. paria namque ſunt, nil fieri, vel ſub
conditione, quæ aliter non purificetur, Cravet.*conſil.*
15.*n.* 3. Cæphal.*conſil.*320.*num.* 15. *& conſil.* 369.
num. 45. *vol.* 3. Riminald. Junior. *conſil.* 276. *numer.*
47. Franciſcns Vivius *deciſ.* 34. *num.* 6. Marius Cu-
tellius *de donat. tractatione* 2. *diſcurſu* 1. *ſpecial.* 7.
12 *num.* 6.

Sed maximum eſt dubium, An donatio conditiona-
lis ſit propriè donatio, vel non? Et pro negativa fa-
cit, quòd donatio ſub conditione, verè irrevocabilis
non eſt, cum ſubjiciatur conditionis implemento, vel
deſectui, & tamen natura donationis eſt, ut ſit irrevo-
cabilis. §. 1. *Inſtit. de donat.*

Secundo facit text. *in L.* 1. *poſt. prin. ff. de donat.*
ubi dicitur, quòd donatio conditionalis non eſt pro-
prie donatio; audi Juriſconſultum ibi: *Dat aliquis, ut
tunc demum accipientis fiat cum aliquid ſecutum fue-
rit, hæc non proprie donatio appellatur, ſed tota hæc
donatio ſub conditione eſt:* & ita tenet Conanus *lib.*5.
comment. c. 10. Sed contrarium ſtat text. *in d.l.*2.§.
ſi pecuniam ff.de donat. ubi donatio ſub conditione,
vera appellatur donatio, & propria, & ita ibi tenent
Bartolus, Paulus de Caſtro, & Cumanus. Neque obſtat
text. *in d.l.*2.§.*Titio de donat.* ibi: *Titio decem donavi
eâ conditione, ut inde Stichum ſibi emeret; quæro cum
homo, antequam emeretur, mortuus ſit, an aliquâ ac-
tione decem recipiam? Reſpondi facti magis, quam ju-
ris eſt quæſtio, nam ſi Titio decem in hoc dedi, ut Sti-
chum emeret, aliter non donaturus, mortuo Sticho: con-
dictione repetam. Si verò alias quoque donaturus Titio
decem, quia interim Stichum emere propoſuerit, dixe-
rim in hoc ei dare, ut, Stichum emeret, cauſa magis
donationis, quam conditio dandæ pecuniæ æſtimari de-
bebit, & mortuo Sticho, pecunia apud Titium remane-
bit, & generaliter hoc in his donationibus definiendum
eſt: multum intereſſe cauſa donandi fuerit, an condi-
tio: Si cauſa fuit, ceſſare repetitionem, ſi conditio, re-
petitioni locum fore.* Et ex hoc textu arguit Conouns
donationem factam ſub conditione propriam non eſſe.
Verùm Riminaldus *in princip. Inſtit. de donat. n.*174.
hanc difficultatem reſolvit diſtinguendo inter condi-
tionem, quæ dependet ex facto donatarii, & reſpicit
commodum donantis, ut ſi facta ſit eâ conditione, ſi do-
natarius quid donanti dederit, vel fecerit, & inter
conditionem, quæ non reſpicit commodum donantis,
ſed futurum eventum; ita ut primo caſu, non ſit vera
donatio, quia donans cenſetur moveri non ex libera-
litate, ſed ſpe lucri futuri: & ita procedit text. *in d.L.*
1. *verſ. dat aliquis, & in L. hoc jure* §. 1. *ff. de donat.*
Secundo verò caſu, conditio non impedit, quominus
dicatur vera donatio, quia non cenſetur donans mo-
veri ad donandum, contemplatione illius caſus; ſed
ex ſua liberalitate, non tamen vult donare, niſi caſus
eveniat, & ita procedit text. *in d.L.* 2.§.*ſi pecuniam:*
nam conditio Conſulatus Seij, de qua textus loqui-
tur, non reſpicit commodum donantis; & eodem mo-
do procedit text. *in d.*§.*Titio*. Nam ea conditio, ut ex
decem donatis Titio, ipſe Stichum ſibi emeret, non
reſpicit commodum donantis, ſed potius donatarii, &
ex eo, quod mortuo Sticho, donator reperat, non in-
fertur donationem impropriam fuiſſe, cum tamen do-
natio ſub modo, vel conditione fieri poſſit, & tamen
vera ſit, donatio *L. quòties C. de donat. quæ ſub modo*,
ibi: *Liberalitatis compendium.* Propter quæ hanc diſ-
tintionem tradunt Paulus de Caſtro *in d.l.*1. Bart. *in
d.* §. *ſi pecuniam*, Decius *in L. Divus ff. de regulis
juris* Cravet. *conſil.* 85. *col.* 1. Vivius *in ſuis commu-
nib. opinionib. in verbo, donatio ſub conditione*,
quos refert, & ſequitur Riminaldus, *ubi ſupra, &
num. ſeqq.* hanc doctrinam confirmat. Nec obſtat do-
nationem conditionalem ſubjici implemento, vel de- 13
fectui conditionis, & ſic non eſſe irrevocabilem: quia
reſpondetur, quod revocatio pendet ex cõditionis im-
plemento, vel defectu, non verò ex voluntate, aut
pœnitentia donatoris, qui etiam pendente condi-
tione pœnitere non poteſt, neque donationem revo-
care, quamvis conditione pendente non naſcatur 14
actio. Molina *lib.* 2. *c.* 12. *n.*4. *&* 5. Gratian. *c.*514.
num. 18.

Pendente, inquam, conditione, nulla ex dona-
tione vel contractu oritur actio, neque obligatio, ſed
ſubſtantia contractus, virtus, & effectus ejus eſt in
pendenti, donec impleatur conditio: ut poſt relatos 15
d. §.1. *n.*25. tradunt Mantica *de tacit. & ambig. lib.*
14. *tit.* 41. Thuſcus *littera* C. *concluſ.* 593. Anton.
Gomez *lib.*2. *variar. c.*11. *n.*28. Quod nedum proce-
dit in conditione expreſsâ, ſed etiam in conditione
tacitâ: veluti ſiquis promittat fructus ex aliquo fun-
do, vel partum ex ancilla, aut animali quia intelligi-
tur, ſi naſcantur, & ante non eſt nata actio, nec obli-
gatio, *L. inter ſtipulantem* §.*ſacram.ff.de verb.obligat.
L. nec emptio in princip.ff.de contrah.empt.* Anton.Go-
mez *d.c.*11.*n.*28.Mantica *de tacit.l.*14.*tit.*41.*n.*15.Cy-
riac.*controv.*546.*n.*56.*&* 57.*&* 58. Dummodo tamen
hæc reſolutio intelligatur, cum conditio tacita ineſt
obligationi, hoc eſt, quando reſpicit ſubſtantiam obli-
gationis: ſi verò conditio ineſt executioni, puta quan-
do reſpicit accidentalia, non impedit nativitatem obli-
gationis, *L. ita demum ff. de arbitris* Bart.& Alberic.
in L. item quia §.1.*ff.de pactis* Bald.*in l.*3.*C.de arbitr.*
Mantic.*de tacit.lib.*14.*tit.*41.*n.*16 Franciſc. Souſa *ad
tit.ff.de pact.q.*5.*art.*1.*n.*3. *&* 4. Ubi communem ſen- 16
tentiam probat.

Diſpoſitio autem non dicitur conditionalis, niſi
cum conditio importat cauſam finalem, non verò
quando importat cauſam impulſivam, juxta doctrinam
Bartoli *in l. demonſtratio* §.*quod autem n.*13.*ff.de con-* 17
dit.

dit. & demonſtr. Tiraquell. *intract.ceſſante cauſa li-*
*mitat.*1.*n.*60.Surdus *deciſ.*232.*n.*7.Fontanell.*de pact*
*nupt.clauſ.*4.*gloſſ.*1.*n.*13.& 15 Quare videndum. An
dies incertus pro conditione habetur? In quâ quæſtio-
ne diſtinguere oportet. Aut enim dies incertus eſt,an
& quando veniet, aut certus eſt, quod veniet,ſed in-
certus eſt,quando venturus ſit: ut putà quando pro-
mitto in diem, quo aliquid faciendum fuerit, & eſt
omnino incertum, an faciendum ſit. Quo caſu actus
conditionalis eſt tam in ultimis voluntatibus,quam in
contractibus, *l.quodcumque* §.*penult.l.ſtipulatio iſta* §.
inter incertam ubi Paulus de Caſtro *n.*2.Zaſius *n.*11.
ff.de verbor. obligat. Unde impedit tranſmiſſionem *l.*
dies incertus ff. de condit.& demonſtr. Si legatarius,
vel ſubſtitutus, aut donatarius decedat ante donato-
rem, legatarium,vel fideicommiſſarium *l. hæres meus*
§. *hæres meus ff.de condit.& demonſtr.l.ſi eum hæres l.*
hujuſmodi Mantica *d.tit.*41.*n.*17. Noalis *de tranſmiſſ.*
caſu 1.*n.*44.& *caſu* 3.*n.*2.& 3. Aut vero dies eſt in-
18 certus, & incertus quando, & tunc in ultimis volunta-
tibus non tranſmittitur ad hæredes, niſi certum ſit,
vivo legatario diem eſſe venturum: ut puta, ſi teſta-
tor dicat: hæres, meus, cum Titius morietur,ei-
dem Titio dato: tunc enim cum certum ſit Titium
moriturum, & iſtam diem in vitâ legatarii eſſe puri-
ficandam, legatum tranſmittitur ad hæredes,quando-
cunque legatarius deceſſerit, *l.* 4. §. *ſi verò ff.quando*
dies legati cedat d.l.hæres meus in princip.ubi gloſſ.ff.
de condit.& demonſtr. gloſſ.in l. unic.verbo diem cer-
tam §. *cum igitur C. de caduc. tollend.*Cævallos *com-*
19 *mun. contra commun.q.*790 Capyc. Latro *deciſ.*107.
*n.*16. Noalis *de tranſmiſſ.caſu* 3. *n.* 5. Aut eſt incer-
tum illam diem venturam in vitâ legatarii: veluti ſi
teſtator dixerit: hæres meus cum morieris, dato cen-
tum Titio: tunc enim legatum dicitur conditionale,
quia incertum eſt, an hæres moriturus ſit in vitâ le-
gatarii. Unde decendente legatario ante hæredem
non tranſmitter legatum *l.hæres meus* §.*hoc autem ff.*
*de condit. & demonſtr.*Noalis *de caſu* 3.*n.*5. & 6. Ca-
pyc. Latro *deciſ.*107.*n.*25.Non obſtante diſtinctione
aliquorum Doctorum, qui etiam in hoc caſu diſtingu-
unt, an tempus mortis appoſitum fuerit præſtationi,
aut ſubſtantiæ legati. Ita ut primo caſu dies incertus
20 non faciat conditionem;ſecundo verò ſic. Verius enim
eſt, quod ſemper tempus mortis hæredis facit lega-
tum conditionale, ſive adjiciatur ſubſtantiæ ſive exe-
cutioni, & ſive fiat verbis conditionem importanti-
bus ſi non: ut optime tradit Capyc. Latro *deciſ.*107.
*n.*31.& *ſeqq.gloſſ.in l. Sejus Saturninus ff.ad Trebell.*
21 Galganet. *de condit.& demon.*2.*p.c.*6.*quæſt.* 8.*ſub. n.*
19. Itaque in contractibus dies certus an, incertus
verò quando, non facit actum conditionalem *lib.*
quod ſi ea ff. de condict. indeb. l. ſi pupillus §. 1. *ff. de*
novation. ibi. *Qui ſub conditione ſtipulatur, quæ om-*
nino extitura eſt, pure videtur ſtipulari. Fontanell. *de*
pact. nupt. clauſ. 4.*gloſſ.*3.*n.*15.Mantic. *de tacitis, &*
*ambig.l.*14.*tit.*4. *num.* 18. Capyc. Latro *deciſ.* 107.
num. 15.

22 Confirmatur, quia ſpes futuræ obligationis ex con-
tractu conditionali tranſit ad hæredes §. *ex conditio-*
nali. Inſtit. de verbor.obligat.§.*cum quis Inſtit.de inu-*
tilib.ſtipulat.l.neceſſario 8.§.*quod ſi pendente ff.de pe-*
ric. & commod.rei vend.l.ſi quis 57.*l.ſi filius* 78.*ff. de*
verbor.obligat.l.is cui 41.*ff.de obligat.& actionib.*An-
ton. Gomez *lib.*2.*variar.c.*11. *n.* 36. Conanus *lib.* 6.
*comment.c.*3.*n.*11.Pichard.*in d.*§.*ex conditionali n.*1.
Valaſc. *de jure emphyteut. q.* 50. *n.* 44. Mantic. *de*
tacit. lib. 1. *tit.*7. Alex. Trentacinq. *lib.* 1. *variar.*
tit. de empt.& vendit. reſolut. 10.*n.* 2. Valaſc. *con-*
*ſult.*122.*n.*22.Noalis *de tranſmiſſ.caſu* 5.*n.* 1. & *ſeqq.*
Capyc. Latro *deciſ.*2.*n.*10.Cancer.*lib.*1.*c.*2.*num.* 38.
& *lib.* 3.*c.*2. *num.* 65. Fontanell. *de pact.nupt. clauſ.*
4.*gloſſ.* 24.*num.*38.Solorzan.2.*tom.lib.*2.*c.*11.*nu.* 41.

Licèt enim pendente conditione non oriatur actio, ut
diximus ſupra *n.*25.& 29. datur tamen quædam ſpes
à jure approbata, quæ effectus varior producit.
Anton.Gomez *d.c.*11.*n.*29. Quidquid aliud ſit in ul-
timis voluntatibus, in quibus ſpes diſpoſitionis con-
ditionalis non tranſit ad hæredes active,ſive conditio
ſit caſualis,ſive mixta, aut poteſtativa, *l.*4. & 5.*l. hu-*
juſmodi ff.quando dies legati, cedat l.ſi ita expreſſum
ff.de condit.& demonſtrat.l.unica §. *ſin autem aliquid* 23
C. de caduc. tollend.l.ſi ita legatum §.*illi ſi volet ff.de*
legatis 1.*cum ſimilib.*Anton. Gomez *d. num.* 16. Ca-
pyc. Latro *deciſ.* 2. *numer.* 1. Ratione differentiæ
præſtat Pichardus *in d.* §. *ex conditionali numer.*
7. & 9.

Unde fit,quod creditor conditionalis, vel in diem, 24
creditor intelligatur etiam pendente conditione; quia
ſtipulatio ex præſenti vires accipit:& ſic largo modo
creditor eſt, licet propriè non dicatur creditor, ſta-
tim enim à debitore pecuniam extorquere non poteſt
Bart. *in l.* 1. *ff.ſi certum petatur*, quem omnes ibi
ſequuntur Tiraq. *in* 1.*retract.* §. 1. *gloſſ.*2. *num.* 23.
in fin. & poſt Menoch. & alios Surdus *deciſ.* 151. *n.*
1. & *fin.* Salgado *in Labyrinth. creditor.* 1.*p. c.* 8.
num. 36. Olea de ceſſione jurium *tit.* 4. *q.* 2. *num.*31.
Sanfelic. *deciſ.* 307.*n.*6.& 7.Et ideo tranſmittit con-
ditionalem contractum ad hæredes, licèt verè ante
diem agere non poſſit, *l.*1.§.*fin.ff.quando dies legati*
cedat Bart. *in l.lecta ff.ſi certum petatur n.*22.Surdus 25
*deciſ.*151.*n.*2.Salgad. *d.c.*8.*n.* 25. Capyc. Latro *de-*
*ciſ.*114. *n.* 6. & 8. & *deciſ.*151.*nu.*1. Cagnol.*in l. in*
omnibus n. 16. *ff. de regul.juris* Et probat *Ordinatio*
*Regia.*3.*tit.*35. Ubi ante diem agens ponitur in du-
plicatis expenſis, & in dilatione duplicata temporis.
Quod reſtabat, ut adverſus debitorem creditor agere
valeret, plus enim dicitur petere,qui ante diem petit
§.*plus autem Inſtit.de actionib.* §. *temporales Inſtit de*
*except. c.*1.*de plus petitionibus.* Surdus *deciſ.* 120. *n.* 26
3.& *deciſ.* 151.*n.*1. Avendan. *in tit. de except. num.*
22. Cancer. *lib.*2. *c.* 6. *à num.* 23. Cardoſo *in praxi*
*verbo, plus petere,n.*2.& 5.Qua ratione talis creditor
agens repelli poteſt per judicem,etiam parte non op- 27
ponente, ſi ex actis conſtet debitum eſſe conditionale
vel in diem, *gloſſ. in l. ubi pactum C. de tranſact. in*
gloſſ. magna in medio ſimilis gloſſ.in l.ſi unus §.*pactus*
ne peteret. ff. de pact. Suarez *in l. poſt rem judicatum*
n. 38. *verſ. ſed pro evidentia* Salgado *de protect.* 2.*p.*
c 7.*à n.*99. Quam ſententiam probat Ordinatio *d.tit.*
35.ibi: *Quer o Reo pareça em juizo por ſi ou por ſeu*
procurador, quer naom, tal peſſoa naom ſerà recebi-
da em juizo fazer tal demanda, Capyc. Latro *deciſ.*
151. *numer.* 2. Pinel. *in l.* 1 *p.* 3. *numer.* 78. *C.*
de bonis matern. Anton. Gomez *l.* 2. *c.* 11. *numer.*
24.

Limitatur prædicta reſolutio, ut non habeat locum 28
quando debitor efficitur ſuſpectus de fuga, vel ino-
piâ cœpit laborare, aut ceſſit bonis: vel alii creditores
certant de prælatione, tunc namque creditor ante
diem, vel conditionis implementum, agere poteſt, ut
ſibi cavetur de ſolvendo adveniente die, vel puri-
ficatâ conditione ad textum *In l.omnibus ff.de judic. l.*
inter omnes ff.qui ſatis dare cogantur Pichard. *ad tit.*
Inſtit.de interd.§.1.*cap.*4. *n.* 167. Salgado in Laby-
rinth.creditor *p.*1.*c.*8.*n.*29 30.& *ſeqq.*Barboſa *in lib.*
2.*in princ.*2.*p.n.*2.*ff.de ſolut. matrimon.*Paz *in praxi*
*tom.*3.*c.*9.§.3.*n.*1.Fermoſinus *in c.fin.* §. *in aliis q.* 7.
n. 3.*Ut lite non conteſtata* Sanfel.*deciſ.*309.*n.*3.Fon-
tanel. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *p.* 5. *numer.*
5. Auguſtin. Barb. *in l. unica C. de plus petitio nu.*
10. 29

Secundo limitatur, ut dominus cenſus, vel alte-
rius annuæ præſtationis poſſit agere, ad ſibi ſolven-
dum ſtatutis temporibus ante diem, ut ex Aretino:
Ripa, & aliis ſcribunt Surd. *deciſ.* 151.*num.* 12.Gra-

tian.c.151.à n. 35. Emman. Barboſa ad Ordin. lib.3.
tit.35. n.4.Ant.Gomez lib.2.var.c.11.n.47.poſt plu-
res Creſp.obſerv.88.n.8.Aug.Barb.in d.l.unica num.
12.& in c.1.de plus petitionib. num.9.Pichard.in §.&
ſi ita ſtipuleris à nu.6.Inſtit.de verbor.obligat.Capyc.
Latro deciſ.151.n.7.Gaſpar.Roderic. de annuis red-
ditib. lib. 1. q. 16. n. 104.

Huc pertinet illa quæſtio, An majoratus poſſeſſo-
re vivente, poſſit alius, qui illum poſt mortem poſſe-
ſſoris prætendit habere, agere, ut declaretur ſucceſ-
ſor, poſt illius mortem? Quam negative reſolvunt
Anton. Gomez in L.40.Tauri n.7.Gama deciſ. 6. nu.
30 fin. ubi Blaſius Flores de Mena omnino videndus, &
deciſ.102. num. 3. Gabriel Pereira deciſ. 103. num.
1. & deciſ. 129. numer. 1. Caſtill. Soto mayor. lib.
5. controverſ.c.93.§.14.Larrea deciſ. 38. à numer. 1.
Molina de primogen.lib.3.c. 14. Fuſarius de ſubſtitu-
tionib. q. 607. Sanfelicio deciſ. 165. numer. 1. Ton-
dut. reſolut. civilium c. 139. num. 13. & ſeqq. Hie-
ronym. Leo deciſ. Valentina. 35. à num. 1. Capyc.
Latro deciſ. 151. numer. 2. & ſeqq. Hanc tamen re-
ſolutionem, velim limites primo, ſi poſſeſſor majo-
ratus bona dilapidaverit, quia tunc ſucceſſor adver-
ſum eum agere poterit, & ab eo bona avocare Moli-
31 na l. 1. c. 16. & l. 3. c. 14. numer. 32. Peregrin. de
fideicommiſſ. art. 41. numer. 7. Sanfelicio deciſ.165.
numer. 3. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 9. p.
5. numer. 26. & 28. Valaſc. conſult. 184. Giurba ad
ſtatut. Meſſan. c. 7. gloſſ. 9. numer. 15. Caſtill. de
alim. c. 43. num. 29. & 30. Declara limitationem,
ut procedat ſi dilapidatio eſt magna, atque conſide-
rabilis, ſecus ſi modica: Molina d.l.1. c. 16. num. 18.
Giurba d. c. 7. gloſſ. 9. num. 20. 21. Caſt. d. c. 43.
32 num. 34. Ubi quod judicis arbitrio relinquatur an
dilapidatio ſit magna, vel modica. Declara etiam ut
caſu; quo bona à poſſeſſore auſerantur ob dilapidatio-
nem, ex illis præſtanda ſint alimenta poſſeſſori ma-
joratus, ſi aliunde non habuerit Molina d. c. 16. num.
33 17. Giurba d. gloſſ. 9. num. 25. Caſt. d. c. 43. num.
38. Fuſarius q. 519. num. 4. Surd. conſ.116. numer.
24. & de alim. tit. 1. q. 30. n. 4. & q. 58. n. 6. tit. 8.
priv. 26. n. 6.

Secundo limitanda eſt principalis concluſio, ut non
procedat, ſi poſſeſſor majoratus ſucceſſorem elegerit,
& declaravit; tunc enim alius recte agere poterit, ut
ſucceſſor declaretur Valaſc. conſult.184. Pereira de-
34 ciſ. 129. n. 2. & ſeqq.

Tertio limita, ſi poſſeſſor majoratus bona poſt ejus
mortem libera eſſe contendat, is enim, qui ſe eſſe
ſucceſſorem jactaverit, recte in vita agere poterit,
35 ut declaretur bona majoratus vinculo eſſe ſuffecta.
Latiſſime Larrea, qui judicatum dicit deciſ. Grana-
tenſi 38. à n.6. cum ſeqq. & numer.11. Vinc. de Franc.
deciſ.695.num.5.verſ.item dicebatur, Fabius de Ana
conſ.11.n.5. verſ. & præterea conſidero, Paz in praxi
tom. 3. d. §. 3. n. 2. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 4.
gloſſ. 9.p.5.n.27.& ſeqq. Sanſel. dec. 165. n. 2. Intri-
gliolus de ſubſtit. centur. 3. q. 73. numer. 73. Pere-
grin. de fideicomm. art. 41.n. 7. Hieron. Leo deciſ.
36 35. à num. 6. cum ſeqq. Caſt. l. 5. controv. c. 93. §.
14. nu. 24. Quarto limita, ut ſucceſſor adhuc non
uxoratus poſſit agere in vita poſſeſſoris ad hoc, ut
declaretur majoratum ad ſe pertinere, quia ex decla-
ratione ſucceſſionis, poterit uxorem ditionem inveni-
re; quam eſſe juſtam cauſam agendi dicit Garcia de
nobilitate gloſſ.49. 2.16. ſequitur Sanſel. deciſ. 165.
n. 4. Denique limita, ut ſi majoratus poſſeſſor ſi men-
37 te captus, qui bona majoratus adminiſtrare nequit,
poſſit ſucceſſor agere, ut talis declaretur, & admi-
niſtratio bonorum illi decernatur: ut judicatum tradit
Sanſel. deciſ. 165. Ubi n. 6. adminiſtrationem com-
petere vocato ab inſtitutore, argumento text. in L.
ſi filio ff. de confirm. tut. & in L. 2. C. eodem Gut-
tierrez de tutel.p.1.c. 19.n.5. An autem ſucceſſor ma-
joratus petere poſſit cautionem à poſſeſſore de reſti- 38
tuendis bonis majoratus poſt mortem? Videndi ſunt
Valaſc. conſult.184. à n.14. Molin. de primog. l. 1. c.
15. Caſt. l.5.c.93.§.14.n.32. Capyc. Latro deciſ.151.
n. 10. Paz d. §.3.n.2.

Suppoſito igitur, quod contractus conditionalis
tranſit ad hæredes, reſtat videndum, An jus implen-
dæ conditionis tranſeat etiam ad hæredes; In qua
quæſtione loquendo de contractibus diſtinguendum
eſt inter conditionem poteſtativam, & caſualem, vel
mixtam. Ita ut primo caſu conditio non poſſit impleri
ab hærede: & ſic ad eum non tranſit contractus juxta 39
doctrinam Bartoli in L. ſi decem cum petiero n. 5. &
6. ff. de verbor. obligat. Pichard, in §. ex conditionali
n.6. & 14. Inſtitut. de verbor. obligat. Cevallos q.727.
ex n. 50. Barboſa in rubr. ff. ſoluto matrim. 1. p. num.
34. Larrea alleg. 98.n.7. Fuſar. q. 454. n. 42. Caſtill.
lib. 3. controv. c.14. n. 5. & ſeqq. dicit Communem
Covarr. pract.c.39.n.1. in princip. & in fin. Franciſc.
Marcus deciſ. 406. p. 1. Peregrin. de fideicommiſſ.
art. 16. num. 125. Præſumitur enim contrahentem
ſpreviſſe implementum conditioni parere, argum.
text. in L. quiroma §. Augerius ff. de verbor. obligat.
Myſing. in d. §. ex conditionali Solorz. d. jure In-
diarum lib.2.c.11.n.39. Tiraquell. de retract. convent.
§. 1. gloſſ.5.n.15.& 16. Boer. deciſ. 182.n.23. Galga-
net. de conditionib. & demonſtrat. 2.p.c.1.q.10.nu.5.
Noalis de tranmiſſ.c.6.n.4. Ratio eſt, quia conditio
poteſtativa videtur injuncta perſonæ, L. ſi ita expreſ- 40
ſum ff. de conditionib. & demonſtrat. gloſſ. in L. 4. ff. lo-
cati, Bart. in L. ſi decem cum petiero in fin. ff. de ver-
bor. obligat. Et quæ perſonæ cohærent, non poſſunt
per alium expediri. L. inter artifices de ſolut. L. à judi-
ce 5. C. de judic. L. mandatum 17. ff. mandati L.
unica §. ne autem verſ. ſi vero C. de caduc. tollend. 41
§. fin. de officio delegati. Cyriac. controv. 115. n. 3.
Plures cumulat Alphonſ. de Olea de ceſſione jurium
tit.3.q.1.n.42. Et prædicta reſolutio non tantum pro-
cedit, quando conditio poteſtativa fuit appoſita in
contractu, ſed etiam cum provenit ex diſpoſitione
legis, L. 3. in princip. ubi Bart. ff. de collat. bonor. Ale-
xand. in L. ſi decem cum petiero n.5. ubi Jaſon. n. 12. in
fin. Noalis d. caſu 6. n.6. Deinde ampliatur præpoſita
reſolutio, ſi res quæ in contractum, vel ſtipulationem
deducitur, ſuâ naturâ ad hæredes non eſt tranſmiſſi-
bilis: ut putà ſi ſtipulatio interpoſita ſit ſuper jure per-
ſonali, veluti in ſtipulatione uſus fructus, qui morte
uſufructuarii finitur §. finitur Inſtit. de uſufruct. L. 3. §. 42
morte ff. quemadm. uſufr. amitt. L. habitatio ff. de uſu,
& habitat. Et ita in ſpecie tradit Andr. Gail. l. 2. ob-
ſerv. 2. n. 18.

Declara tamen: primo, ut non procedat prædicta
concluſio in conditione poteſtativa, cujus implemen-
tum verſatur circa reſolutionem contractus: veluti in
pacto de retrovendendo, quod tranſit ad hæredes, li 43
cèt conditio in poteſtate vendentis cum tali pacto
conſiſtat, L. 2. C. de pact. inter. empt. Quod ex ea ra-
tione fit; quia contractus, & diſtractus judicantur
ejuſdem naturæ Bart. in L. & ideo in princip. ff. de
condict. furt. Notatur in L. de tutelâ C. de in
integrum reſtit. text. in L. ab emptione digeſt. de 44
pact. L. 1. C. quando licet ab empt. diſced. Vincent de
Franch. deciſ. 136. n. 7. Gail. de obſervat. 2. numer.
5. Salgad. de protect. 2. p. c. 1. numer. 207. &
208. Quâ de cauſa ſolemnitas requiſita in contra-
ctu eadem deſideratur in diſtractu L. nihil tam
naturale ff. de regul. juris L. ſi ut proponit. ff. de 45
nupt. L. prout quiſque ff. de ſolutionib. L. tria præ-
dia ubi Bart. ff. de ſervitut. ruſtic. L. quemadmo-
dum ff. de adquir. poſſeſſ. Joſeph de Seſſe deciſ. 355.
num. 13. plures Salgado d. cap. 1. numer. 209. &
ſeqq. Valenz. conſ. 119. numer. 52. & 53. Unde
con-

conditio reſolutiva etiam proteſtativa hæredes tranſi-
46 re debet Gail. *d. obſervat.2.n.4.* Noalis *d.caſu 6.n.*
8. poſt Bart. *in L. à teſtatore n.3. verſ. item oppono,*
& in L. cui fundus in fin. ff. de condit. & demonſtr &
in d. L. ſi cum petiero n.5. verſ. quid dicemus, ubi Ja-
ſon. *n.14. de verbor. obligat.*

Declaratur etiam prædicta reſolutio, ut non pro-
cedat caſu quo contractus incipit à diſpoſitione: ut
putà, promitto ſtare ſententiæ arbitri, & ſi non ſte-
tero, promitto decem nomine pœnæ: quia hoc ca-
ſu facultas implendi conditionem tranſit ad hæredem,
ne in pœnam incidat, per text. *in L. diem proferre*
47 *§. 1. ff. de arbitris,* Bart. *in d. L. cui fundus n.5. verſ.*
ſed quantum Bald. *in d.L. ſi decem cum petiero in fin.*
Gail. *obſervat.2.n.6.* Barboſ. *in rubr. ff. ſoluto matrim.1.*
p.n.35. Noalis *de tranſmiſſ. caſu 6.n.7.* Et eſt ratio, quia
cum principalis diſpoſitio, quæ pura eſt, ad hæredes
tranſeat. *L. ſi pactum 9. ff. de probationib.* Etiam condi-
tio, quæ acceſſoria eſt, pariter ad hæredes tranſit, *L.*
48 *cum principalis ff. de regul. juris c. acceſſorium eodem*
tit. in 6. L. ſi eum §. qui injuriarum ff. ſi quis cautionib.
L. etſi non ſint §. perveniamus, & §. fin. ff. de auro, &
arg. leg. §. cum ex aliena Inſtit. de rer. diviſ. Gratian. *c.*
937.n.22. Reynoſ. *obſervat.61.n.6.* Valenz. *conſil.53.*
n.36. Sanfelicio *deciſ.320.n.1.* Oliva *de foro Eccleſia*
1.p.q.7.n.7. Mierez *de majorat.p.1.q.30.n.21.*

49 Si verò in donatione, vel contractu apponatur
conditio caſualis, tunc illius implementum active, &
paſſive tranſit in hæredes, Bart. *in d. L. cui fundus*
n.5. §. ex conditionali Inſtit. de verbor. obligat. text.
in L. ſi quis, ſi Titius Conſul. ff. eodem, Caſtill. *lib.3.*
c.14.n.5. Gail. *obſerv.2. n.1.* Pichard. *in d. §. ex con-*
ditionali Noalis *d.caſu 6. n.3.* Et ratio eſt juxta ſu-
pradictos: quia talis conditio caſualis non impletur
ab hærede, ſed à fortuna, & caſu; nec poteſt impu-
tari contrahenti, quare eam non impleverit, cum ab
eo non penderet, ſed à fortuna L. *qui balneum 9. §.*
amplius L. potior. ff. qui potior. in pign.

In ultimis vero voluntatibus, ita ut diſpoſitiones
conditionales ad hæredes non tranſmittantur *L. uni-*
50 *ca §. ſi autem aliquid C. de caduc. tollend.* Ita jus
implendi conditionem non tranſit ad hæredes per
text. *in L. à teſtatore ff. de conditionib. & demonſtr.*
L. fin. ff. de conditionib. inſtitut. Bart. *in d. L. cui*
fundus n. 5. ff. de conditionib. & demonſtr. Paul. de
Caſtro *in L. ſi decem cum petiero* ubi Jaſon. *n.12.* Gail.
d. obſervat.2.n.8. & 9. Noalis *de tranſmiſſ. caſu 6. n.1.*

51 Declaranda tamen eſt proxima reſolutio, ut non
procedat, quando ille, in cujus perſonam implenda
erat conditio, fuit in mora, & implere debens, pa-
ratus fuit implere: vel quando conditio deficit fac-
to ejus, cui impleri debuit, fortè quia noluit: tunc
namque conditio, vel tranſit ad hæredes illius qui
paratus erat implere Bart. *in d. L. cui fundus n. 5.*
Noalis *d. caſu 6. n.2.* vel habetur pro impleta, L. *in*
teſtamento n. 2. ff. de conditionib. & demonſtrat. L.
cum pupillus ff. eodem L. *3. ff. de conditionib. inſtitut.*
L. *qui concubinam §. uxori ff. de legat.3.* L. *Mævia in*
princip. ff. de ann. leg. Caſtill. *lib.4. controv. c.25.n.81.*
& de alim. c.41.n.12. Auguſtin. Barboſ. *voto 7. n.7. &*
8. Seſſe *deciſ.329.n.2.* Capyc. Latro *conſult.139.n.31.*
& 33. Noalis *d. caſu 6.n.2. verſ. ſub declaratur tamen.*

Si verò conditio defecit facto alicujus tertii, non
ejus, cui impleri debuit, habetur conditio pro de-
fecta: & hoc caſu datur actio legatario ad intereſſe
adverſus tertium impedientem, ſi eſt ſolvendo, ſi ve-
52 ro ſolvendo non eſt, conditio habetur pro impleta, *L.*
Titio centum §. fin. ff. de conditionib. & demonſtrat. L.
fin. in princ. ff. de eo per quem factum erit. Quod idem
dicendum, ſi impedimentum à tertio illatum fuit in-
juſtè L. *inde Neratius §. idem Julianus ff. ad leg. Aquil.*
Quæ ſic debet intelligi: & ita docent in terminis Mo-
lina *de primog. lib.2.c.13.n.20.21. & 22,* alter Molina

de juſt. & jure diſput.613. col. fin. Sanchez *de matrim.*
lib.1. diſput.33.n.27. Mantic. *de conject. ultim. volunt.*
lib.11. tit.16.n.17. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.16.n.*
152. & 153. Caſtill. *lib.4. controv. c.25.n.82.83. & 84.*
& de alim. c.41.n.13. & 14.

Et nota, quod conditio nuptiarum appoſita in con- 53
tractu non habetur pro impleta, quando defecit facto
illius, in cujus perſona erat implenda, ſed habetur pro
defecta, Sanches *de matrim. lib.1. diſp.33.n.21.* Molin.
2.c.13.n.19 Petrus Barb. *in L. ſi mora n.78. de ſolut.*
matrim. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.4. gloſſ.1.n.61.*
Caldas Pereira *conſil.52. n.4. & 5.* Auguſtin. Barboſ.
voto 69.n.21. Gabriel Pereira *deciſ.98. n.4.* à quibus
pete rationem differentiæ inter contractus, & ultimas
voluntates, quoad hunc caſum.

Scire autem oportet conditiones alias eſſe volun-
tarias, alias eſſe neceſſarias juxta doctrinam Bart. *in*
L. Gallus §. & quid ſi tantum n.2. ff. de liber. & poſth.
ubi Socinus *n.6.* Ruin. *n.25. & 60.* Illæ autem dicun- 54
tur conditiones neceſſariæ, quæ ad ipſam diſpoſitio-
nem ex prævia natura rei requiruntur, non ex ſola
teſtatoris diſpoſitione; quia ſi ab ejus voluntate pen-
dent, non neceſſariæ, ſed voluntariæ dicunt Bald. *in*
L. uxori uſufructum n.2. ff. de uſufr. leg. ubi Bart. *n.2.*
verſ. contra hoc oppono. Natta *conſil.662.n.1.* Sarmien-
to *lib.5. ſelect. in §. & quid ſi tantum n.9. & ſeqq. & l.2.*
c.1.n.12. Menoch. *lib.4. præſumpt.183.n.4.* Veluti hæc
conditio in ſubſtitutione vulgari, ſi Cajus hæres non
erit, vel in pupillari: ſi in pupillari ætate deceſſerit, &
regulariter omnes conditiones, ſine quibus actus ſuſti-
neri non poteſt, neceſſariæ tantum dicuntur: alioquin
diceremus omnem conditionem neceſſariam eſſe ad
actum; quia omnis diſpoſitio conditionalis ſuſpenſa eſt
in conditionis eventum, nec aliter habere locum po-
teſt, quam ſi conditio exiſtat. Unde conditio neceſſa-
ria ad actum eſt illa, ſine qua actus fieri non poteſt: ut
ſubtiliter tradit Coſta *in §. & quid ſi tantum 5. p. n.*
102. ſequitur Caſſanat. *conſil.4.n.52.* & eo non relato
Menoch. *d. præſumpt.185.n.4.* Voluntariæ autem con-
ditiones dicuntur illæ, quas teſtator ſua voluntate ad-
jicit, & apponit: veluti, relinquo fundum Caio, ſi de-
cem dederit hæredi meo, vel ſi ex Caia filius naſce-
tur, vel Titius efficiatur clericus Menoch. *d. præſumpt.*
185. n. 5. Caſſanate *d. n.52.*

Quibus ita præmiſſis videndum eſt, An conditio
poſſit adimpleri per æquipollens? Et regulariter di- 55
cendum eſt conditionem, in ſpecificâ forma eſſe adim-
plendam, & non aliter, neque alio modo, L. *Mævius*
L. *qui hæredi ff. de conditionib. & demonſtrat. l. ſi fun-*
dus l. Lucius l. fideicommiſſum ff. eodem L. *ex facto §. ſi*
quis rogatus ff. ad Trebell. L. *Gallus §. & quia ſi tan-*
tum ff. de liber. & poſth. Surdus *dec.209.n.2. & 3.* Phæ-
bus *dec.9. n.1.* Valaſc. *conſult.82.n.11.* Larrea *alleg.* 56
9.n.13. & allegat.40.n.26. Cyriac. *controv.424. n.10.*
& 11. & controv.546. n.72. Caſſanat. *conſ.4. n.43.*
Ex eo, quod conditio formam inducit Menoch. *conſ.*
133.n.9. Anton. Hering. *de fidejuſſ. c.10.n.458.* For-
ma autem omnino ſervanda eſt, quia illius defectus
etiam minimus vitiat actum, Gama *deciſ.45. n.3. &* 57
deciſ.126. ubi bene Flores de Mena Valaſc. *conſult.*
104.n.2. & 3. conſult.149.n.6. Tiraquell. *in 2. retract.*
§.1. gloſſ.6.n.31. & 32. Gratian. *c.41.n.5. & 6.* Carolus
Tapia *deciſ.47.n.7.* Salgado *de protect.3. p.c.9.n.86.*
Cyriac. *controv.62.c.48.* Marta *de juriſdict.4.p. caſu*
94.n.17. Valenz. *conſ.120.n.32. & 33. & conſ.187. n.*
66.74. & 75. Aug. Barboſ. *voto 35.n.84.* Unde in ſpe- 58
cifica forma debet conditio adimpleri, non per æqui-
pollens, prout agitur in his, quæ ſunt de forma *gl.*
verbo tranſponentes in c. cum dilecta de reſcript. Ti-
raq. *in 1. retract. §.1. gloſſ.21. n.1. & §.36. gl.1. n.58.*
Aug. Barboſa *in collect. ad d.c. cum dilecta n.5.* Larrea
alleg.29. n.32. Cyriac. *controv. 62.n.47.* Mierez *de*
majorat. 4. p. q.1. limitat.1. n. 121. Mantica *de ta-*

ſcitis convent. lib. 14. tit. 43. num. 6. & 8.
Nihilominus tamen diſtinguendum eſt inter con-
ditiones neceſſarias, & voluntarias, ut per Bart. in
59 L. Gallus §. & quid ſi tantum ubi Coſta in 5.p.n.2.ff.
liber. & poſth. Alex. Trentacinq. de ſubſtit. præfat. n. 18.
Ita ut, ſi conditio fuerit neceſſaria, poſſit adimpleri
per æquipollens: ut probatur ex text. in l. mulier in
princ. ff. ad Trebell. Ubi fideicommiſſum relictum à ma-
tre poſt mortem patris, debetur filio, ſi fuerit emanci-
patus è patre, L. ſi mater C. de inſtitut. & ſubſtitut. In
qua filio à matre hærede inſtituto ſub conditione (ſi
à patre fuerit emancipatus) quia vivente patre aliter
hæres eſſe non poterat, conditio dicitur impleta, ſi fi-
lius ſui juris efficitur, ſublatu de medio patre, vel mor-
te naturali, vel civili: Et facit tex. in l. ult. C. de donat.
quæ ſub modo: ubi donatio facta à matre filiæ ſub con-
ditione, ſi intra biennium fuerit emancipata extendi-
tur ad caſum ſi morte patris efficiatur ſui juris Coſta
in d. §. & quid ſi tantum n. 37. 98. & 99. Menoc. l. 4. præ-
60 ſump. 185. n. 6. Sarmien. ſelectar. l. 2. c. 1. n. 12. Caſſana-
te conſ. 4. n. 45. Mantica de tacitis lib. 14. tit. 43. n. 7. &
9. Sarmiento l. 5. ſelect. in §. & quid ſi tantum n. 11. &
clarius l. 2. c. 1. n. 13. Ex ea ratione, quia in conditione
neceſſaria teſtator magis cenſetur conſideraſſe effec-
tum, quam modum, Alberic. in l. fideicommiſſa §. filio
ff. de legatis 3. Bald. in d. §. & quid ſi tantum: etſi dici-
tur conditio neceſſaria ad actum, non quoad verba,
Decius in L. 3. n. 4. C. de inſtitut. & ſubſtit. Peregr. de fi-
deicommiſſ. art. 32. n. 22. Caſſanate conſil. 4. n. 47. Cum
autem conditio reſpicit certum finem, & effectum, ſuf-
ficit quod ille ſequatur, l. Legatum ff. de uſufructu le-
gato ubi Bart. & in l. 1. col. ult. ff. de condition. inſtitutio-
num Socinus Junior. conſ. 42. n. 35. vol. 1. Scaccia de
61 comerc. §. 2. gl. 5. n. 22. & §. 1. q. 1. n. 152. Rota Genuæ
deciſ. 210. n. 2. Menoch. conſil. 243. n. 4. & 5. Larrea al-
legat. 40. n. 26. Cancer. lib. 1. c. 1. n. 64. & 65. Mantica de
62 tacitis lib. 14. tit. 43. n. 9. Et intellige prædictam reſo-
lutionem procedere, etiam ſi conditio neceſſaria ap-
ponatur in contractu, quia per æquipollens poteſt ad-
63 impleri l. fin. C. de donat. quæ ſub modo. Sarmiento lib.
2. ſelectar. c. 1. n. 20. Et regulariter, ſi habemus effec-
tum, non curramus de modo L. 3. C. de inſtit. & ſubſtit.
ubi Bald. Thuſc. Litt. E. concluſ. 41. Aug. Barboſ. axio-
mate 80. n. 5. Larrea alleg. 33. n. fin. Cyriac. controv.
411. n. 21. Salgad. de protect. 1. p. c. 2. n. 196.
Conditio autem voluntaria impleri debet in ſpe-
64 cifica forma, ad quam reſtringitur regula ſupra poſita
n. 55. ut tradit Mantica lib. 14. tit. 43. n. 6. Menoch. d.
præſumpt. 185. n. 12. Anton. Gabriel. in tit. de reg. juris
concl. 10. n. 12. poſt plures Caſſanate conſil. 4. n. 46. Sar-
miento lib. 2. ſelectar. c. 1. n. 12. Cujus concluſionis plu-
res declarationes vide apud Mech. d. præſumpt. 185. n.
13. cum ſeqq. Mantica d. tit. 43. n. 11. cum ſeqq. Hermo-
ſill. ad l. 5. tit. 4. p. 5. gloſſ. 1. à n. 8.
65 Et etiam advertendum, quòd ſicut caſualis con-
ditio quocumque tempore impleta, tam in vita, quam
poſt mortem teſtatoris, reddit legatum validum, L. 2.
C. hac conditio §. fin. cum L. ſeqq. ff. de condit. & de-
monſtr. Spino in ſpeculo teſtament. gloſ. 14. n. 12. Ita
ſimiliter quocumque tempore, & modo deficiat etiam
ſine culpa honorati, diſpoſitionem vitiat L. 4. §. pen. ff.
de ſtatu liber L. ex facto §. ſi quis autem ff. ad Trebell.
L. ſi patre C. de inſtit. & ſubſtit. Mantica de tacitis, &
ambig. lib. 14. tit. 45. n. 16. And. Gail. lib. 2. obſervat.
144. n. 11. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 16. n. 116. No-
alis de tranſmiſſ. caſu 1. à n. 174. Arias de Meſa lib. 2.
var. c. 4. n. 6. Socinus Junior. conſ. 83. n. 6. vol. 1. niſi
in caſibus, de quibus ſupra n. 51.
In contractibus vero conditio caſualis ad hæredem
66 tranſit, ita ut, quocumque tempore impleatur, actus
purus efficiatur text. in d. §. ex conditionali Inſtit. de
verbor. obligat. quem de caſualibus conditionibus lo-
qui omnes intelligunt juxta communem opinionem
de qua Galganet. de condit. 2. p. c. 1. q. 10. num. 3.
& 4. Solorz. de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 11.
num. 40.
Si vero conditio ſit poteſtativa, & deficiat per ca-
ſum, quo honoratus fuit impeditus implere, conditio
habetur pro impleta ad commodum ipſius gravati L.
1. ff. de inſtitutionib. & ſubſtit. l. turpia §. 1. & §. pen. ff. de
legat. 1. Veluti, ſi legatarius, aut donatarius gravatus 67
ſit dare centum Caio, qui deceſſit vel vivo teſtatore
aut donatore mortuus eſt L. Stichum §. penult. ff. de con-
ditionib. & demonſtrat. quia ſi donatarius, vel legata-
rius non fuit in mora dandi, conditio, pro impleta ha-
betur L. quæ ſub conditione 8. §. quoties ff. de condit. in-
ſtitut. Bart. in L. 1. oppoſit. 2. & 3. C. de inſtit. & ſubſtit.
Ruinus conſil. 42. lib. 2. Anamus conſil. 8. n. 3. Peregrin.
de fideicommiſſ. art. 16. à n. 130. Caſtill. de alim. c. 41.
n. 6. Arias de Meſa lib. 2. variar. c. 4. n. 4. Sarmiento ſe-
lectar. lib. 2. c. 2. n. 16. Noalis de tranſmiſſ. caſu 1. n. 182.
Quando autem impedimentum provenit ex facto ter-
tii injuſto, dic ut ſupra n. 52. & adde in terminis Noa-
lis d. caſu 1. n. 183. & ſecundùm eum declara noſtram
reſolutionem à n. 185. cum ſeqq.
Si facta ſit donatio, vel legatum relictum Titio, 68
vel Seiæ, ſi non nupſerit, An donatarius teneatur
conditioni parere! Non levis eſt dubitatio. Pro cu-
jus reſolutione ſequentes concluſiones ſubjicere libet.
Prima ſit: quod conditio impeditiva nuptiarum in per-
petuum impoſita virgini, vel homini, qui nunquam
nupſit, pro non ſcripta habetur L. quoties 22. l. ſed ſi
hoc L. cum tale 72. §. Mævia L. cum legatum 63. L. hoc
modo 64. ff. de conditionib. & demonſtrat. L. ſervo 65. §.
ſi teſtator. ff. ad Trebell. Et notatur in Auth. cui relic-
tum C. de indict. vid. tollend. Molina de primogen. lib.
3. c. 13. n. 31. alter Molina de juſt. & jure diſp. 207.
tract. 2. Sanches de matrim. lib. 1. diſput. 34. Covarr. lib.
1. variar. c. 19. Spino de teſtam. gloſſ. 14. à n. 49. Baſi-
lius Ponce de matrim. c. 11. n. 558. Anton. Gomez in
L. 4. Tauri n. 8. Gabriel. Pereira deciſ. 115. n. 1. Capyc.
Latro conſult. 149. n. 3. Narbona de ætate anno 25. q.
72. n. 1. Gutierr. de matrim. lib. 1. c. 21. Quæ condi-
tio tanquam publicæ utilitati contraria à lege Julia
de maritandis ordinibus rejecta fuit: ut obſervarunt
Cujacius in notis ad Paulum lib. 3. ſententiarum tit. 69
4. §. conditiones, Antonius Auguſtin. lib. ſing. de legib.
c. de lege Julia de marit. ordinib. quos refert, & ſe-
quitur Arias de Meſa lib. 3. variar. c. 30. n. 6. Et am-
pliatur concluſio, ut procedat non ſolùm in virgine,
ſed etiam in corrupta, quæ numquam nupſit Sanches
d. diſput. 34. num. 30. Baſilius Ponce d. lib. 1. nu.
559. Anton. Gomez lib. 1. var. c. 12. num. 78. Ca-
pyc. Latro d. conſult. 149. num. 4. Gutierr. d. c. 21.
num. 33.
Quæ concluſio declaranda eſt, ut ſi conditio non 70
nubendi apponatur in ultimis voluntatibus, rejicia-
tur, & valet relictum L. quoties, L. cum tal. §. Mævia 71
L. Titiæ ſi non nupſerit ff. de condition. & demonſtrat.
quia conditiones, quæ à jure improbantur, dicuntur
impoſſibiles L. conditiones quæ contra bonos mores ff.
de condition. inſtit. Et conditiones impoſſibiles reji-
ciuntur in ultimis voluntatibus, & valet actus L. ſi 72
Mæviæ ff. de hæredib. inſtituend. L. ab omnibus §. in te-
ſtamento ff. de leg. 1. L. cum in ſecundo §. 1. ff. de injuſto
rupto. Covarr. de ſponſalib. 2. p. c. 3. §. 2. n. 4. & 5. Ideo-
que prædictam ſententiam probant Sanches d. diſ-
put. 34. n. 30. Gutierr. de matrim. lib. 1. q. 21. n. 5.
& 6. Si vero prædicta conditio appoſita ſit in con-
tractu, vel donatione, non rejicitur conditio, ſed vi-
tiatur actus, ut in ſpecie ſcribunt Molina de juſt. & ju- 73
re 2. tom. diſputat. 285. in fin. Henriques lib. 21. de
matrim. c. 12. n. 6. Gutierr. d. c. 21. n. 1. Coſta, qui
loquitur de donatione in L. cum tale §. ſi arbitratu
ff. de condit. & demonſtr. limit. 2. Quidquid aliud
velit Benedictus Ægidius in l. Titia, ſi non nupſerit 1.
p. n.

p. n. 11. Quod ex eo ſit, quia conditio impoſſibilis in
contractibus non rejicitur, ſed vitiat actum, L. non ſo-
lum ff. de actionib. & obligat. §. impoſſibilis Inſtit. de
inutilib. ſtipulat. L. impoſſibilium ff. de regul. jur. L. ſi ſu-
per impoſſibili ff. de fidejuſſorib. Spino de teſtament.
gloſſ. 14. n. 134. Pichardus in §. impoſſibilis Inſtit. de hæ-
red. inſtit. Donel. lib. 12. commeut. c. 7. ubi Oſual Lar-
rea deciſ. 7. n. 25. Caſtill. de alim. c. 41. n. 5. Creſpo ob-
ſervat. 91. n. 34. 35. 37. & 38. & in ſpecie Molina d.
diſput. 285. in fin. Sanches d. diſput. 34. n. 2. Gutierr. d.
c. 21. u. 4.

Secunda conclοſio ſit, qood conditio, ſi non nup-
74 ſerit, uſque ad certum tempus valet, L. ſed ſi hoc 62.
§. fin. L. cum tale §. Mævia ff. de condit. & demouſtrat.
L. Theopompus ff. de dote prælegata, ut ſcribunt Coſta
in d. §. ſi arbitratu ampliat. ultima n. 16. Mantica de
conject. ultimar. lib. 11. tit. 19. u. 6. Sanches de diſput.
34. n. 36. Gutierr d. lib. 1. c. 21. n. 26. Benedict. Ægidius
in d. L. Titia ſi non nupſerit 3. p. num. 25. Narbona de
ætate anno 25. q. 72. n. 2. & 3. Arias de Meſa lib. 2.
var. c. 7. n. 7. ubi plures laudat, hæc enim dilatio in-
ducta eſt ad petendum conſilium ad hoc, ut matrimo-
nium melius contrahatur, quod nedum eſt matrimonio
contrarium, ſed eidem conveniens L. viduu L. in com-
putando C. de nuptiis, & magis cura quærendi mari-
tum, quam viduitas videtur injuncta: atque ita, ſi pu-
ella intra illud tempus nubat, privabitur legato, vel re
donata d. L. ſeq. ſi hoc §. fin. Coſta in d. §. ſi arbitratu
ampliat. ultima n. 16. Ægidius d. 3. p. u. 25. Narbona
d. q. 72. n. 2.

75 Hinc deducitur, quod valet conditio, ſi filia mea
intra vigeſimum quintum annum non nupſerit; nou
enim rejicienda eſt in oltimis voluntatibus, neque
donationem vitiat; ſed oportet impleri, quia non in-
ducit perpetuam viduitaten, immo tantum tempora-
lem, & modici præjudicii: atque ita filia conditioni
parere tenetur, alias privabitur legato, vel hæredi-
tate, Aretinus conſil. 67. circa principium. verſ. veuio
ad primum; Jaſon. in Auth. cui relictum n. 3. verſ.
quarto notabiliter C. de indicta viduitate tollenda,
Mantica d. lib. 11. tit. 19. n. 7. Sanch. d. diſp. 34. n. 36.
Gutierr. d. c. 21. n. 27. At verò, ſi ita longum ſit tempus
76 conditioni præſcriptum, ut eo tranſacto, non poſſit
mulier commode nubere, tunc abſque dubio, non va-
lebat conditio, quaſi in fraudem legis, & nuptiarum,
argumenta textus in L. hoc modo 64. ff. de coudit &
demonſtrat. illic. Quod ſi ita ſcriptum eſſet ſi Aritiæ non
nupſerit, intereſſe un fraus legi facta eſſet. Nam ſi ea
eſſet, quæ alicubi nuptias non facile poſſit invenire, in-
terpretandum ipſo jure reſcindi quod fraudandæ legis
gratia eſſet adſcriptum: legem etenim utilem Reipubli-
cæ, ſobolis ſcilicet procreandæ causâ latam, ad juvan-
dam interpretatione: docent præter antiquiores Man-
tica d. tit. 19. n. 8. Sanches d. diſput. 34. n. 36. Gutierr. d.
c. 21. n. 27. Bened. Ægidius d. 3. p. n. 25. Galganetus de
conditionib. 1. p. c. 10. n. 4. Narbona d. q. 72. n. 3. Longũ
aotem tempus ad quod ſi matrimonium protrahatur
virgo vix poterit maritum paris conditionis invenire,
dicitur illud, quod excedit ætatem viginti quinque
annorom, ut bene arbitratur Sanches ubi ſupra n. 36.
vel judicis arbirio erit relinquendum, ut ex Jaſone
tradit Ægidius d. n. 25. & ex Guilielmo Benedicto,
Aretino, & Gratiano, Sanchez d. n. 36. Narbona d. q.
72. n. 45.

77 Tertia eſt concluſio qood illa conditio, ſi non nup-
ſerit, quæ; ot ſupra diximus, rejicitur, ſi eſt injunc-
ta virgini, vel corruptæ, quæ nunquam nupſit, vali-
da eſt, & admittitur: ſi injungatur viduæ, ex Juſti-
niani conſtitutione in Auth. cui relictum C. de indicta
viduitate tollenda, Auth. de nuptiis §. quæ verò colla-
tione 4. per quam corrigitur jus antiquum Digeſto-
rum, quod viduitatis conditionem etiam in vidua re-
jiciebat, nam ita à Juſtiniano deciſum, quia honeſtum
eſt ſecundis, à nuptiis abſtinere. l. hæc conditio ff. de
condition. & demonſtr. c. fin. 30. q. 1. Ex ſecundis nam-
que nuptiis anima prioris mariti contriſtatur Auth. de
nuptiis §. que vero 2. Authent. de non eligendo ſecundo
nubentes §. perſpeximus. Covarr. de ſponſul. 2. p. c. 3. §.
9. n. 11. Propter quæ, prædictam concluſionem pro- 78
bant Ant. Gomez in l. 16. Tauri n. 8. & lib. 1. variar. c.
12. n. 78. Coſta in d. l. cum tale §. ſi arbitruiu limitat.
ult. n. 1. Mantica d. tit. 19. n. 2. Peregr. de fideicomiſſ.
art. 11. n. 118. Molina de juſtit. l. 1. diſputat. 207. San-
ches d. diſput. 34. n. 29. Gutierres lib. 2. canonic. c. 25.
n. 2. & de matrimonio lib. 1. c. 21. n. 32. Galganet. de
condit. 1. p. c. 10. n. 21. Craſus in §. legatum q. 50. Me-
noch. lib. 4. præſumpt. 148. n. 15. Pichard. in §. ſed uxori
n. 44. Inſtit. de legatis Ægidius in repetit. L. Titiu ſi
non nupſerit 1. p. n. 13. Arias de Meſa lib. 2. var. c. 3. n.
10. Phæbus 1. deciſ. 87. n. 15.

Verè tamen hæc viduitatis conditio non leve onus 79
habet admixtum, quia viduitatis laborioſa & ipſa vir-
ginitate defficilior eſt; ut ſcripſit Tertullianus l. 1.
ad uxorem Anneus Robertus l. 2. rer. judicatar. c. 7.
Arias de Meſa l. 2. variar. c. 2. n. 6. Qua ratione viduæ
perſonæ miſerabiles dicuntur in L. 1. C. qnundo Impe-
rator inter pupillos, & viduus Ordin. lib. 3. tit. 5. §. 3. 80
Nihilominus tamen conditio viduitatis ab ipſis ſer-
vanda eſt, ut relictum poſſint obtinere uon tam à
marito ſub ea conditione legatum, ſed & ab alio quo-
cumque: ut notat Ægidius in L. Titia 1. p. n. 3. & 14.
ff. de condition. & demonſtr. Eà tameu declaratione, 81
quod ſi legatum relinquatur à marito ſub prædicta
conditione, amittet uxor, quæ quãmvis non nupſerit,
ſtuprum tamen commiſit, quia conditio, ſi non nupſe-
rit, ad ſtuprum etiam pertinet, nec plus habet luxuria
quam caſtitas juxta regulam textus in L. his ſolis C. de
revocand. donat. & in Auth. de reſtitution. & ea quæ
peperit in undecimo menſe §. fin. coll. 4. Et ita hanc
ſententiam retulit ex Petro Coſta in d. §. ſi arbitratu
limit. fin. n. 25. & 26. Ægidius in d. L. Titia 1. p. n. 14.
Quia eam ſententiã ampliat ut locum habeat etiã caſu,
quo non maritus, ſed quilibet alius, præſertim pater,
filius, aut conſanguineus mulieri viduæ, ſub conditio-
ne viduitatis reliquiſſet; quoniam talis conditio ex
mente defuncti ad ſtuprum quoque pertinere credi-
tur. In quo illi eſſentior. Videmus enim, quod mu- 82
lier habens filios ex priori matrimonio, ſi ad ſecunda
vota convolavit, ita privatur legato à marito relicto,
Ant. Gomez in L. 14. Tauri n. 9. Maſcard. de probation
3. p. concluſ. 1281. n. 136. Gratian. c. 5. n. 29. Cancer. reſ-
ponſo 2. verſ. ad cautelam in fin. lib. 1. dicit judicatum
Præb. 1. p. deciſ. 87. n. 1. 2. 3. & 4. Cyriacus controverſ.
134. n. 1. 2. uti etiam legato privatur, ſi luxurioſe vixit
Cancer. lib. 1. variar. c. 9. n. 138. & ſeqq. præcipue nu. 83
141. gloſ. in L. fideicommiſſum C. de fideicomiſ. ubi
Salicet Rolandus concluſ. 86. per totum vol. 2. Quam
reſolutionem intelliges velim, ut ſi ſtuprum commiſ-
ſum fuerit intra annum luctus, ea quæ habuit à mari-
to titulo legati applicentur perſonis numeratis in L. 1.
C. de ſecundis nupt. Si verò poſt annum, non audian-
tur hæredes mariti. Sed quia indignum viſum fuit,
quod mulier, quæ per ſtuprum contumeliam marito
teſtatori intulit, re ab eodem ſibi relicta frueretur, me-
rito illius iniquitati occurſum eſt, ot ab indigna fiſcus
auferat, quod illa retinere uon meretur juxta notata
in L. ſororem C. de his quibus, ut indignis L. fideicom-
miſſum C. de fideicommiſſis Coſta in d. §. ſi arbitrata
limitat. ult. n. 27. & 28. Joann. de Garou. in L. 4. n. 72.
C. de ſecundis nuptiis. Bart. in L. 1. in principio, & in
L. fin. circa finem verſ. ultimum tempus ff. de his quibus
ut indignis Cacheranus deciſ. 77. n. 4. Rolandus conſil.
86. n. 27. volum. 2. Cyriac. controv. 134. n. 2. & 4. Ton-
dut. reſolut. civil. 168. n. 9. Natta conſil. 462. n. 26.
27. & 28.

Diximus n. 82. viduam, qoæ ad ſecunda vota con- 84

84volavit, amittere legatum à primo viro relictum
etiam nulla adjecta viduitatis conditione ut præter
ibi citatos docent Palacios Rubios in rubr. de dona-
tionib. inter virum, & uxor. §. 67. n. 5. Cæphal. conſ.
500. n. 39. Surd. de alimentis tit. 7. q. 24. per totam,
Cyriac. controverſ. 234. nu. 1. Sed illa reſolutio pro-
85cedit caſu quo mulier habebat filios ex priori matri-
monio. In quibus terminis ita judicavit Senatus noſ-
ter apud Phæbum deciſ. 87. At verò, ſi non extant
filii, mulier tranſiet ad ſecundas nuptias legatum à
marito relictum non amittit juxta doctrinam gloſſæ in
L. fœminæ C. de ſecundis nupt. ubi Ripa nu. 3. dicit
communem Hieron Gabriel. conſil. 156. ſub. n. 2. vo-
lum. Riminald. Junior. conſil. 279. n. 111. Anton. Gabr.
tit. de ſecundis nupt. concluſ. 3. limitat. 5. n. 29. qui re-
fert, & ſequitur Cyriac. controv. 135. n. 12. & 13.
Ubi quod non eſt dubium mulierem non amittet le-
gatum uſusfructus, quando non fuit appoſita conditio
non nubendi, per textum Auth. hoc locum C. ſi ſecun-
do nupſerit dicit communem Celſus Hugo conſil. 19.
n. 2. Et fuit ſententia Aretin. conſil. 40. ver. circa ſe-
cundum, quem refert, & ſequitur Boer. deciſ. 198.
nu. 2. cujus non memini Cyriacus d. n. 12.
86 Deinde declaranda eſt tertia concluſio, ut ſi quis
primum fecit donationem cum viduitatis conditione,
& poſteà aliam fecit donationem, in qua illa condi-
tio appoſita non fuit, cenſeatur in ſecunda donatio-
ne repetita conditio viduitatis: ut diſputato articu-
lo ad partes ſolvit Decius conſil. 189. incipit circa pri-
mum num. 3. verſ. ſed prædictis non obſtantibus. At
quo fundamento pete: & idem concludit n. 5. in ca-
ſu, quo primum legatum fuit relictum à marito ſub
conditione viduitatis, & ſecundum purè.
Declaratur etiam, quòd ſi legatum relictum fue-
87rit matri, vel uxori, vel donatio facta ſub illa con-
ditione, ſi vidua remaneret, tunc non ſufficere eam
viduam fuiſſe, ſi poſtea nupſerit, quia veriſimile eſt
tam maritum, quam filium ſenſiſſe de viduitate per-
petua, cum per ſecundas nuptias filio, & marito, eo-
rumque memoriæ fiat injuria §. ſoluto in Auth. de
nupt. §. proſpeximus in Auth. de non eligendo ſecun-
do nubentes. Quod idem erit, ſi maritus donavit, vel
legaverit uxori ſub conditione, ſi vidua erit vel cum
viduo erit, quia intelligitur ſi vidua permanſerit,
cum ejus voluntati congruat, quod non tranſeat ad
ſecundas nuptias: prout eleganter reſolvit Mantic.
de conject. ult. lib. 11. tit. 19. num. 18.
Iterum declara tertiam concluſionem, ut tantùm
88procedat in conditione viduitatis, quæ ſervanda eſt
juxta ſuperius tradita; ſi verò adjiciatur conditio, ſi
liberos non habuerit, non valet conditio, ſed reji-
cienda eſt tanquam turpis, tam reſpectu mulieris,
quæ nunquam nupſit, quam reſpectu viduæ text. in
L. non dubitamus, & in L. reprehendenda C. de inſ-
titution. & ſubſtitut. ſub condit. fact. Et ſic prædicta
conditio neque per ſecundas nuptias defecta cenſeri
debet: ut optimè docet Benedict. Ægid. in repetit.
L. Titiæ 1. p. n. 13. & 15.
Quarta ſit concluſio, quod conditio adjecta legato,
vel donationi, ſi religionem non ingrediatur, reji-
cienda non eſt, ſed ſervanda; quamvis enim de ma-
89trimonio carnali, & ſpirituali validum ſit argumen-
tum, & idem de uno, quam de alio judicandum ſit;
ut alibi diximus. Et ea ratione ita ut rejicitur condi-
tio impeditiva nuptiarum, ita, & religionis rejicien-
da videatur: ut voluerunt Bald. Decius, & Coſta
in d. §. ſi arbitratu ampliat. 11. n. 1. Everard. in topicis
loco de matrim. carnal. & ſpirit. n. 5. cum aliis quos
refert Gutierr. de matrim. l. 1. c. 21. n. 14. Tamen ve-
rior eſt contraria ſententia, quam amplectuntur Co-
var. l. 1. var. c. 19. n. 10. verſ. & tamen hic adde Gu-
tier. l. 2 canon. c. 25. n. 5. & de matr. d. c. 21. n. 14. verſ.
nihilominus tamen, Th. Sanches de matr. l. 1. diſp. 34.
n. 11. Menoc. de præſump. l. 4. præſump. 83. n. 18. 19. &
23. Molin. de juſt. t. 1. tr. 2. diſp. 207. ad finem. Qui reſ-
pondet contrariæ partis fundamentis. Et vere non eſt
par ratio inter conditionem non nubendi, & religio-
nem non ingrediendi, cum non ſint ejuſdem naturæ:
ut ſentit Narbona de ætate anno vigeſimo quinto q.
72. num. fin.
Hinc deſcendit quod poteſt inſtitutor majoratus
prohibere, ne monachus, monialiſve, aut Sacerdos
ſuccedat in majoratus & valida eſt prædicta conditio 90
Cabed. 1. p. dec. 133. n. 6. Cald. Pereir. de nomin. q. 6. n.
12. Cov. l. 1. var. c. 19. n. 11. Craſſus in §. fideicommiſ-
ſum q. 40. n. 2. Mol. de prim. l. 1. c. 13. n. 99. & l. 2. c. 10.
ex n. 81. uſque ad n. 86. & c. 12. n. 16. & 54. Mant. de
conject. l. 18. tit. 12. n. 29. & l. 11. tit. 7. n. 4. Spino de teſt.
gloſ. 12. n. 33. Mol. de juſt. d. diſp. 297. Caſt. l. 3. cont. c.
12. n. 36. & ſeq. Sanſel. dec. 193. n. 2. Font. de pact. nup-
tial. clauſ. 4. gloſſ. 2. n. 34. Intrigliol. de ſubſtitut. centur.
3. q. 62. n. 5. & ſeq. Peregr. de fideicomm. art. 28. n. 82.
Quæ reſolutio intelligenda eſt, dummodo conditio ſit
expreſſa, per ea, quæ tradit Sanſel. dec. 193. n. 2. &
melius dec. 194. n. 1. Ex eo, quia conditio, ut quis non 91
ſuccedat, ſi ingrediatur religionem, non excludit mo-
naſterium, ut ibi per eum. An autem conditio ingre-
diendi religionem obſervanda ſit? Vide ſuprà §. 1. n.
85. hoc eodem præludio. Et an legatum relictum ſub
conditione nubendi cum certa perſona validum ſit?
Vide eodem §. 1. n. 71.
Advertendum etiam eſt, quòd quemadmodum
conditio non nubendi admittitur in vidua, ita etiam 92
admittenda ſit in homine viduo, qui eam ſervare te-
netur text. in Auth. de nupt. §. quæ vero verſ. unde ſan-
cimus quia vir, & uxor non debent ad impura judica-
ri: & ita in ſpecie tenent Phil. Carer. in L. fin. n. 1. C.
de indict. viduit. toll. Sanch. d. diſput. 34. n. 31. & 32.
Jaſon. in d. Auth. cui relictum Gutierrez de matrim.
l. 1. c. 21. n. 34.
Denique ſcire oportet, quòd conditio non nuben-
di appoſita favore piæ cauſæ valida eſt: veluti ſi le-
getur virgini, vel donetur ſub conditione, ſi non nup- 93
ſerit, quod ſi contrà fecerit ſit ſuſtituta pia cauſa, ad
quam legatum, vel donatio transferatur. Quæ ſen-
tentia fuit Guilliel. de Cun. per text. in L. Titio uſuſ-
fructus §. ſervi uſufruct. ff. de condition. & demonſtr.
Ubi libertatis favor præfertur favori nuptiarum Unde
etiam favor religionis, & pietati L. ſunt perſonæ in fin.
ff. de religioſ. & ſumpt. funer. c. fin. de re judic. Roman.
in Auth. ſimiliter n. 52. C. ad L. Falcid. & Jaſon. in
Auth. cui relictum n. 3. verſ. tertio limita C. de indict.
viduit. tollend. Coſta quamvis dubius in d. §. ſi arbi-
tratu lim. 10. in fin. Mantic. de conject. lib. 11. tit, 18.
n. 9. & tit. 19. n. 11. Sanches de matrim. l. 1. diſp. 34.
n. 34. Benedict. Ægidius in L. Titia ſi non nupſerit 1.
p. n. 48. circa fin. Tiraq. de privileg. piæ cauſa privi-
leg. 18. Gutierrez de matrim. lib. 1. c. 1. num. 36
Item obſerva, quod legatum alicui relictum ſub 94
conditione commorandi in aliquo loco validum eſt,
& quæritur legatario, etiamſi conditioni non pareat,
rejicitur enim conditio, per eam jus libertatis infrin-
gitur L. Titio. centum 70. §. Titio centum c. 2. ff. de
conditionib. & demonſtr. L. nihil ff. de liber. hom. ex-
hib. Covar. de ſponſal. 2. p. c. 7. in initio n. 5. Azevedo in
L. 11. n. 21. & 22. tit. 6. l. 5. Recopil. Anton. Gomez l. 2.
var. 10. n. 24. Sanches de matr. l. 1. diſp. 40. n. 1. Can-
cer. l. 3. var. c. 7. n. 2. & 4. Gutier. de matr. l. 1. c.
23. nu. 21. Amaya l. 1. obſerv. c. 6. n. 22. Quezada
div. q. juris c. 8. num. 2.
Neque obſtat text. in L. qui concubinam. 29. alias 95
L. qui quatuor 30. §. uxori ff. de legatis 3. Ubi ſi le-
gata ſint uxori ducenta, dum Capuæ erit cum filio,
cenſet Conſultus deberi legatum, & validam eſſe
conditionem. Reſpondetur enim in conditione illa
dum Capuæ erit non invitari mulierem ad ſpeciem
ſervi-

ſervitutis perpetuæ, prout invitaretur, ſi dixiſſet,
ſi Capoæ domicilium habeat, vel ſi à Capua non re-
ceſſerit, tunc enim reſtringeretur libertas: ut *in d.*
§. *Titio centum*: in alia verò conditione ſolum relin-
quitur legatum annuum, dum erit Capuæ cum filio,
eſt, quod ſi toto tempore erit Capuæ, totum lega-
tum accipiet. L. *Caio* 13. §. *Imperator ff. de alimen-
tis legatis L. filiæ* 22. *ff. de annuis legatis* L. *fin.* C.
de indict. viduit. tollend. L. *ſiquis Titio* 41. *ff. ex qui-
bus cauſis majores*, Coſta *lib.* 2. *ſelectar. c.* 19. *num.*
5. & 6. quem ſequitur Amaya *d. c.* 6. *num.* 32. San-
ches *d. diſput.* 70. Guttierez *d. c.* 23. *n.* 21.

Major dubitatio eſt, An donatio facta in capitulis
matrimonii ſub conditione quod vir teneatur habita-
re cum uxore in certa civitate, vel oppido, vel pa-
96 ctum adjectum ſub pœna validum ſit? In qua quæſ-
tione duæ reperinntur contrariæ opiniones: nam A-
lexander de Nevo *in c.* 1. *nu.* 9. *de conjugio leproſo-
rum*, Anton. Gomez *lib.* 2. *variar. c.* 10. *n.* 24. Cov. *de
ſponſalib.* 2. *p. c.* 7. *in princip. n.* 5. Azevedo, & alii re-
lati à Gutierrez *d. c.* 23. *nu.* 15. tradunt, quòd ſicut
non valet conditio adjecta legato, ut à monumento
teſtatoris legatarius non recedat, vel quòd in tali ci-
vitate domicilium babeat. Ita etiam non valet ſimi-
lis conditio in contractu matrimonii. Et ſic quod ma-
ritus non obligabitur ad pœnam ſtante nullitate pacti.

Contraria verò ſententia verior eſt, & tenenda in
97 judicando, & conſulendo, quia tempore traditionis
rei ſuæ poteſt quis apponere pacta, & conditiones,
quas voluerit L. *traditionibus C. de pact. c. verum de
condit. appoſit.* cum ſimilib. & diximus ſupra. Et quia
in matrimonio ſolùm prohibetur appoſitio pœnæ,
quæ obſtet matrimonii libertati, & in ſpecie, quod in
conceſſione rei ſuæ poſſit dominus obligationem in-
jungere accipienti, nè à certo loco recedere valeat
Petra *de poteſt. Princip. c.* 6. *n.* 34. ita & in traditione
mulieris Abbas *in c.* 1. *qui matrimonium accuſare poſ-
ſunt.* Cancer. *d. l.* 3. *c.* 73. *n.* 7. & 8. Et quidem, ut conſi-
derat Sanches *d. diſp.* 40. *n.* 2. conditio, ſeu pœna pacti,
de qua agimus, eſt potius in ſavorem matrimonii, ut
conſervetur individua vita, & cohabitatio inter con-
98 juges in illa civitate magis, quam in alia: ſequitur Gu-
tierr. *d. c.* 23. *n.* 15. *verſ. prætetea:* Neque obſtat tex. *in
d.* §. *Titio centum.* Quia reſpondetur juxta ſententiam
Odofredi, aliud eſſe imponi onus per viam legati, ut
in illa civitate moretur, aliud per modum contractus;
nam per legatum non valet conditio, neque pactum,
ut in d. §. *Titio centum*: per contractum verò valet,
quia contractus obligat, ultrò citroque L. *Labeo* 19.
ff. de verb. ſignific. Et ſic ratione diverſitatis non po-
teſt argumentum ſumi de ultimis voluntatibus ad
contractus. Et dubium non eſt quem poſſe per con-
tractum ſe facere adſcriptitium *L. cum ſcimus: C. de
agricol.* 11. *l.* cum tamen adſcriptitius, ſe obliget per-
99 petuo ſtare in fundo *L.* 2. *L. originarios C. eodem.* Quæ
interpretatio diſciplet Franc. de Amaya *d. c.* 6. *n.* 23.
Ubi, & nu. ſeq. Odofredi ſententiam impugnat, ea
præſertim ratione, quod Odofredus nullam congruam
reddit rationem differentiæ inter contractus, & ulti-
mas voluntates.

Vel reſponderi poteſt, quod ideo *in* §. *Titio cen-
tum* reprobatur conditio habitandi in certo loco, quia
100 in illius ſpecie erat vana conditio, & in nullius ſavo-
rem cedebat, ut notarunt Bart. ibi *n.* 4. Cuman. Caſ-
tren. & Imola, Palacios Rubios *in rubric. de donat. in-
ter* §. 2. *n.* 3. Anton. Gomez *l.* 2. *variar. c.* 10. *n.* 24. Mie-
rez *de majoratu* 1. *p. q.* 57. *n.* 2. & 3. Sanc. *d. diſp.* 40. *n.*
2. & *fin.* Gutier. *d. c.* 23. *n.* 15. *verſ. probatur etiam*: Ve-
rùm nec iſta interpretatio placeat Franc. de Amaya,
quatenus ex ea deprehenditur cautionem, de qua *in d.*
§. *Titio centum*, variam eſſe, quia in nullius utilitatem
cedit; ea enim cautio nulla judicatur, quoties nulla
cauſa eam interponendi præceſſit. *L. cum indebito* §.
*fin. ff. de probat. L. generaliter C. de non numerata pe-
cunia.* Don. *l.* 14. *commen. c.* 37. *ubi Oſualdus litera C.*
Ait enim, quod hæc interpretatio ſuſtineri non po-
teſt, quia non conſtat *ex d.* §. *Titio centum* caotionem
imponi ſine cauſa, cum potuerit defunctus eâ ratione
id facere, ut ſuis conſuleret, ut princip. text. *in d. L.
Titio centum.* Neque ratio propter qoam remittitur
cautio à Papiriano, illa eſt quia nulla veritur cauſa,
ſed quia jus libertatis infringitur: atque in conditioni-
bus voluntas defuncti ſemper inſpicitur, non alia ra-
tio: ut *in L. quidam* 27. *ff. de cond. inſtit.* Quare exiſti-
mat *d. c.* 6. *n.* 31. quemlibet poſſe ſe adſtringere ad
morandum in certo loco juxta noſtram communem
ſententiam: reſpondetque *d.* §. *Titio centum*, quod pro-
cedit, quando quis non ex propria voluntate, ſed al-
lectus ſpe lucri ad illud ſe obligat, qood libertatem
ejus minuit, ad quod aliàs non ſe obligaret. Quo ca-
ſu lex voluit hoc excludere. Unde ex teſtatoris vo-
luntate obligatio non recedendi à certo loco provenit
non abſoluta, & propria legatarii voluntate: qua pro-
ter nil mirum ſi eo caſu, quo expreſſa, & propria vo-
luntas accipiens intervenit, obligatio non recedendi
à loco vires ſuas habeat, non ſic quando ex alterius
voluntate obligatio procedit.

Sed hæc colendiſſimi præceptoris interpretatio mi-
hi non placet: quippe qui viderim nullam congruam 101
rationem differentiæ dari poſſe inter obligationem
alicujus expreſſam de commorando in certo loco, &
eam, quæ procedit ex præcepto, & voluntate alterius
injuncto alicui, ut parere debeat cũ in uno, & altero
caſu totum pendeat à voluntate implere debentis.
Nulla autem datur differentia inter expreſſum, & ta-
citum quod includitur de natura expreſſi *L. cum quid
ff. ſi certum petatur L. non rectè C. de fidejuſſ.* Grat. *c.*
415. *n.* 27. Giur. *dec.* 43. *n.* 34. poſt plores Hermoſill. *in
L.* 2. *tit.* 2. *par.* 5. *gloſſ.* 5. *n.* 19. & *ſeq.* Quinimò voluntas 102
non tantùm verbis, ſed etiam factis declaratur, Va-
laſc. *conſult.* 169. *n.* 11. & *de partition. c.* 15. *n.* 10. Tir.
in 2. *retr. ad fin. tit. n.* 76. Caſt. *de uſufr. c.* 2. *n.* 117. im-
mo voluntas melius facti declaratur L. *non tantum* L. 103
*Paulus ff. rem ratam haberi L. pro hærede ff. de adqui-
renda hæreditate* Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 181. *n.* 9.
Larrea *alleg.* 63. *n.* 40. Caſt. *d. c.* 1. *n.* 118. Auguſtin.
Barboſ. *voto* 19. *n.* 2. Valenz. *conſil.* 105. *n.* 97. Atque
ita cum in voluntate legatarii eſſet obtemperare con-
ditioni, de qua *in d.* 1. *Titio centum* ut legatum con-
ſequeretur, quia non niſi ex ipſius voluntate facto de-
clarata, reſpectu obſervantiæ procedere valebat: rectè
ſequitur, quòd ſi is propria voluntate poterat ſibi adi-
mere libertatẽ, ita etiã id ſibi facere liceret ex tacita
voluntate facto declarata, obtemperando conditioni a
teſtatore injunctæ. Proindeque idem dicendum vide-
tur in eo, qui ſibi libertatem propria volũtate ademit,
ac in eo qui obtẽperando teſtatoris diſpoſitioni à certo
loco diſcedere noluit. Unde mihi magis probatur cõ-
munis interpretatio, de qua ſupra *n.* 100. ut text. *in d.*
§. *Titio* intelligatur de conditione habitandi in certo
loco, dum vana eſt, & in nullius utilitatẽ cedit: noſtra
autem reſulutio in donatione, vel pacto inito in con-
tractu Matrimonii de mariti habitatione in certo lo-
co, cum uxore, cujus quidem valde intereſt à propriis
laribus non amoveri. Atque ita prædictam ſententiã,
quod maritus ſtare tenetur pacto, ſeu conditioni de
habitando in certo loco cũ uxore tenent ultra ab eo re-
latos Palac. Rub. *in rubr. de donat. inter* §. 2. *nu.* 3.
Bern. Dias *reg.* 800. Greg. Lopez *in l.* 2. *tit.* 5. *partit.* 4.
verb. porque, plures citat Sanches *d. diſput.* 40. *n.* 2.
Nav. in *manuali c.* 14. *n.* 20. Fr. Emm. Rodrig. *in ſum-
ma t.* 1. *c.* 54. *n.* 2. Lara *de anniverſ. l.* 2. *c.* 8. n. 70. alios
citat Gutierrez *de matr. l.* 1. *c.* 23. *n.* 15. quibus addo
Cancer. *l.* 3. *var. c.* 7. *à n.* 1. *uſque ad n.* 10. Gratian.
c. 181. *n.* 10. Cyriac. *controv.* 448. *n.* 48.

Unde ſi maritus recedat ab illo loco abſque juſta 104
cauſa pœna huic pacto, vel conditioni adjecta com-
mittitur, Anton de Butrio *in c.* 1. *qui matrimonium*
accu-

accu'ſare poſſint n 9. ubi Abbas n. 5. & Alex. de Novo
n. 6. Sanch. d. diſput. 40. n. 5. Gutierrez d. c. 23. n. 16.
105 Quod intellige, niſi nova recedendi cauſa ſuperve-
neri, quia tunc neque pactum, neque conditio obli-
gat, neque pœna committitur Tiraquell. in L. 1. con-
nub. gloſſ. 1. p. 3. n. 39. Lara d. c. 8. n. 71. in quo conveni-
tur omnes ſupra relati Mier. de majoratu 1. p. q. 57.
106 n. 7. Sanch. d. n. 5. Gutierr. d. c. 23. n. 17. Pro quâ ſen-
tentia facit quod quælibet obligatio, & diſpoſitio in-
telligitur rebus ſic ſtantibus L. quod ſervus de con-
dict. ob cauſam Tiraq. in L. ſi unquam in præfatione
n. 166. & ſeqq. Grat. c. 96. n. 23. Cabedo 1. p. dec.
110. n. 2. Surdus deciſ. 136. n. 13. & dec. 289. n. 12.
Larrea alleg. 50. n. 23. Valenz. conſ. 16. n. 39. Cyriac.
controv. 378. n. 44. & controv. 481. n. 39. Mantic. de
107 tacitis lib. 2. tit. 4. n. 68. Giurba ad ſtatut. Meſſanæ c.
2. gloſſ. 5. n. 15. Fach. lib. 12. contr. c. 24. Mutato enim
rerum ſtatu ipſa quoque diſpoſitio mutatur L. ff. fin.
ad municip. d. L. quod Servius ff. de condict. ob cauſam
Caſſanate conſ. 43. à n. 24. Ramon. conſ. 2. n. 9. Et quæ-
libet juſta cauſa excuſat à dolo, & à culpa L. igitur ff.
de liberali cauſa Caldas de empt. & vendit. c. 29. n.
19. Larrea alleg. 31. nu. 20. Sanfelicio dec. 46. nu.
11. Joſephus de Seſſe deciſ. 396. n. 29.

Ex eadem ratione; ſi deficiat cauſa nova ſuperve-
niens, & maritus domicilium mutet, non tenebitur
108 uxor ipſum comitari, quia Lex Divina in hoc eventu
eam ad comitandum virum non obligat: ut contra
Calderinum in c. L. de conjug. leproſ. tenent Bernard.
Dias Angel. Sylveſter. Armil. & alii cum quibus
Sanches d. diſp. 40. n. 6. Gutierrez d. c. 23. n. 18. Cu-
jus contrarium dicendum eſt, quando marito ſuper-
venit juſta cauſa, ob quam licitè contra pactum rece-
dit, quia tunc uxor eum ſequi tenetur, Sanches d.
n. 6. Gutierr. d. c. 23. nu. 19.

Ex dictis infertur, quod poteſt colonus gratis, vel
pro pretio ſe ipſum adſcriptum facere domino ſoli,
& promittere nunquam à ſolo diſceſſorum, & præ-
diorum redditus omnes præter ſimplum, & victum
109 reddere L. cum ſatis L. colonos C. de agricol. & cen-
ſit. lib. 11. L. quicumque C. de re milit. lib. 12. L. ſiquis
C. de Epiſcop. & cleric. & hujus coloni conditio di-
citur adſcriptitia L. fin. C. de tranſact. L. poſſeſſionum.
C. com. utriuſque judic. notat eleganter Valaſc. de jure
emphyt. q. 37. n. 3. Ubi quod adſcriptitii appellatum
110 membra terrarum, cenſenturque res immobiles, ſicut
ipſa terra L. longe ff. de diverſis, & tempor. præſcript.
gloſſ. in L. 1. C. de ſervis fugitivis ut pro rebus im-
mobilibus habeantur, Auth. de non alienandis §. ve-
lut. ſequunturque terram cum ſua ſobole, & parùm
111 diſtant à ſervis: ut tradit Valaſc. d. q. 27. n. 4. Sed quia
inter Chriſtianos moribus introductum eſt, nequis ſe
vendat ad pretium participandum, ut teſtatur Valaſc.
d. q. 37. n. 6. licèt de Jure Civili id eſſet permiſſum
§. ſervi inſtit. de jure perſonar. cum traditis à Pichar-
do in §. ſervitus n. 6. eodem tit. Anton. Faber in ju-
riſp. tit. 4. princ. 4. illat. 3. Ameſcua de poteſt in ſe ip-
ſum lib. 2. c. 17. à n. 1. Oſvald. ad Donel. l. 2 c. 9. litera
N. quod in odium ejus, qui ſe venundedit ad pretium
participandum, admiſſum fuiſſet tradit Amaya l. 1.
obſerv. c. 6. nu. 26. Legiſlator noſter piiſſimus con-
tractum illum ſpeciem ſervitutis continere judicans,
naturalique rationi contrarium eſſe ſtatuit in Ord. l.
4. t. 42. hoc genus obligationis non poſſe in Regno
conſtitui, non obſtantibus quibuſcumque legibus in
contrarium: & ſic apud nos jam prædicta obligatio
vires obtinere non poteſt.

Benè autem poteſt donatio, vel legatum fieri ſub
112 conditione commorandi cum hærede, vel alia per-
ſona. Et hoc caſu, donatarius, vel legatarius tenetur
conditioni parere, ut legatum conſequatur, vel rem
donatam quia teſtatoris, & donantis voluntas eſt lex
§. diſpon. in Auth. de nuptiis: & qui vult acceptare
donatum, vel relictum, debet onus injunctum ſubire,
L. ſecundum naturam ff. de reg. juris Valaſc. conſ. 113
179. n. 20. Gama deciſ. 262. n. 2. Larrea alleg. 113.
n. 11. Solorzan. de jure Ind. t. 2. l. 2. c. 10. n. 48. ma-
ximè quando lucrum, & onus ex eodem fonte proce-
dunt, Surd. conſil. 150. n. 85. Gratian. c. 919. n. 35.
& 36. Solorzan. d. c. 10. n. 48. Quod ita in legato ali-
mentorum voluit Bart. in L. Cato §. Imperat. ff. de
aliment. & cibar. legatis Al. conſ. 110. in principio
vol. 1. & conſ. 178. col. 2. vol. 6. & poſt alios Surd.
de alim. tit. 4. q. 15. n. 1.

An autem donatio, vel legatum deficiat mortuo 114
eo, cum quo conditio erat adimplenda? Diſtinguen-
dum eſt inter eum caſum, quo conditio fuit appoſita
favore hæredis, vel alterius, cum quo donatarius,
ſeu legatarius habitare debebat, & cum quo conditio
fuit inducta in favorem donatarii, ita ut primo caſu,
extinguatur donatio, vel legatum ſecundo verò, non
L. illis libertis 84. in fin. ff. de condit. & demonſtr.
gloſ. in L. 1. verbo poſt mortem C. de legatis Menoch.
conſ. 970. nu. 27. & 28. Ciriacus contrprincipalov. 50. n. 19.
Tondut. reſolut. civilium c. 149. n. 1. Arias de Meſa
lib. 2. variar. c. 4. n. 13. & 25. Sanfelicio deciſ. 201.
n. 4. Capycius Latro dec. 52. & ibi Michael. Ang. 115
Gizzi obſerv. n. 52. Caſtill. Soto mayor. de al. c. 41.
n. 16. Quæ reſolutio procedit quando d[illegible]atio, vel
legatum factum fuit ſimpliciter cum cond[illegible]one habi-
tandi: ſi autem caſu, quo legatarius no[illegible] vel non
poſſet, aliquid ei relictum fuiſſet, tunc d[illegible]dente eo,
cum quo commorari debebat legatarius [illegible]xtinguitur
primum legatum, & conſequitur ſecundum, ut opti-
mè tradit Cyr. controverſ. 50. n. 21. & ſeqq. Arias de
Meſa d. l. 2. c. 5. n. 7. Vincent. de Franchis dec. 58.
ubi Addentes. Cujus autem cauſa, contemplatione, 116
ſeu ſavore conditio habitandi appoſita cenſeatur,
donatarii, ſcilicet, vel legatarii, an ejus cum quo
erat commorandum, ut ſic intelligatur quando lega-
tarius etiam non habitando, poſſit conſequi legatum,
vel illud amittat? Conſule Menochium de præſumpt.
lib. 4. præſumpt. 123. & conſ. 146. nu. 9. Ubi præ-
ſumptiones adducit, quas tranſcripſit Caſtill. de alim.
c. 41. n. 16. & vide omnino Arias de Meſa lib. 2. c.
5. Sanfelicio deciſ. 201. & 203. Capyc. Latro deciſ.
52. nu. 4. & 6. & ibi obſervat Gizzius à n. 3.

Declara tamen ſupra poſitam reſolutionem, ut le- 117
gatarius, ſeu donatarius non amittat legatum, vel
rem donatam, ſi non habitaverit propter ſævitias ejus,
cum quo habitare debebat, vel propter lites, aut ri-
xas, Surd. de alim. tit. 4. q. 15. n. 23. & ſeq. ubi plures
limitationes invenies. Tondut. reſolut. civilium c. 118
149. n. 10. & facit textus in L. ſi diſceptetur ff. ubi
pupil. educari debet. Et præterea Surdo adductos,
limita etiam, ut conditio injuncta juveni, ſi cum me-
retrice, vel ſocaria teſtatoris habitaverit non ſit ſer-
vanda, legatariuſque relictum habebit, etiam ſi cum
meretrice non habitaverit: ut docuit Stephanus For-
catulus in cupidine juriſper. c. 12. n. 1. refert, & ſe-
quitur Narbona de ætate ad humanos actus requiſita
anno 40. q. 4. nu. 5. Ubi ex eodem Forcatulo con- 119
trarium in legatario ſene dicendum cenſet qui con-
ditioni parere tenetur, & faciunt quæ Surd. d. tit. 4.
q. 15. n. 31. Limita etiam, ut ſi legatum relictum ſit
uxori, ſi cum privignis juvenibus habitaverit, non
teneatur conditioni parere: & ſic conſequitur lega-
tum, ſeu alimenta relicta extra domum ob timorem,
& periculum violandæ pudicitiæ, quod probabiliter
timeri poteſt argum. textus in L. Dinus 5. ff. ad L.
Pompei de parric. Quare prædicta conditio veluti tur-
pitudinem continens à legato rejicitur, ſecundum
Bald. in L. 1. num. 19. C. de legat. & in ſpecie hanc
ſententiam tenent. Bart. in L. Caio §. Imperator. n.
2. ff. de aliment. & cibar. leg. Boerius deciſ. 194. n.
6. Borgnino Calvalcanus de tutore num. 305. & de
uſufruct.

*uſufruct.mulieri relicto c.9.n.*138.Benedictus *Æg. de privil.honeſtatis art.*14.*n.*3.*&* 4. ubi ampliat, etiamſi hæres, vel privignus ſit perſona honeſta, & probatæ opinionis, Narbona *de atate an.*60.*q.*7.*n.*1.*&* 2. Quæ reſolutio bene procedit ſi noverca eſt juvenis, ſecus autem ſi conditio adjecta fuerit mulieri ſexagenariæ; quia tunc conditioni parere teuebitur, ut bene tradit Narbo. *d. q.*7. *n.*3.

120 Rurſus uotabilis, quod ſi Sempronio legatus ſit fundus ſub conditione, ſi cum liberis habitaverit nam etiam ſi liberi extincti ſint, legatum ad Sempronium pertinebit, ſi dum vixerunt liberi, cum eis commoratus eſt *L. libertis* 18. §.*ab haredibus ff. de alim. & cibar.legat.*L.*cum tale*72.*ff.de condit. & demonſtrat.* Ananias *conſil.* 8. *n.* 4. ſufficit namque conditionem eſſe impletam, quamvis implementum nou duret, *L. ſi quis haredem C.de inſtit. & ſubſtit.* L. *cum uxori C. quando dies legati cedat*, Tiraq. *in L.ſi unquam, verbo, ſuſceperit liberos, n.*187. Et diximus ſupra §.1. *n.* 34. Immo in hac ſpecie conditio habitaudi, non dicitur deficere, ſed impleri juxta doctrinam Baldi *in* L. 1. *n.*2.*C.de leg.* ubi Fulgos. *n.*2. Peregr.*de fideicommiſſ.art.*16.*n.*143.*& conſ.*38.*n.*4. *lib.*2. optime Arias de Meſa *l.*2.*var.c.*7.*n.*11.

121 Si autem donatio, vel legatum conſiſtit iu pluribus præſtatiooibus, conditio ſucceſſiva tantùm, dicitur impleta, pro annis præteritis, in quibus donatarius vel legatarius conditioni paruit, non pro futuris: & ſic legatum vel donatio ceſſabit extinctis liberis: ita Ananias de *conſil.* 8. *n.* 4. ſequitur Arias de Meſa *d. c.* 7. *n.*13.

122 Nota deinde, quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria etiam in contractibus, & donationibus fieri poteſt, ut probatur *in L. quoties, & in L. ſi rerum C.de don.qua ſub modo, & in* L. *qui Roma* §. *Flav. ff. de verb. obl.* Paul.de Caſt.*conſ.*384.*col.*1.*& conſ.*347.*lib.*1.Decius *conſ.*239.*n.*8. Decianus *conſ.*31. *n.*72.*lib.*1. Cacheranus *deciſ. Pedemont.* 85. *n.* 6. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.*1.*n.*16.*& art.*51.*n.*2. plures laudat Nicolaus Intrigliol. *de ſubſtit.cent.*3.*q.*89.*n.*1. ubi communem dicit. Unde donatio facta ſub conditione, ſi filios ha-
123 buerit, intelligitur, quòd ſufficiat illos habere, licet tempore mortis non exiſtant, Gama *dec.*224. *n.*1. *in fin.* Caſſanat. *conſil.*2.*n.*42. *&* 43. Sauſel.*deciſ.*279.*n.* 1.*&* 3. Et probat text.*in L. ſi quis haredem C. de Inſtit. & ſubſtit.* L.*cum uxori uſusfructus C. quando dies legati cedat.* Purificatur enim conditio, licet filii ſuſcepti in vita legatarii mortui ſint Bald. *conſil.* 223. *vol.*2.Sanſel.*ibi proximè n.*3.Ideoque ſi legatum conceptum fuerit ſub conditione, ſi filios habuerit, illis ſuſceptis legatum manet apud legatarium, ut ad hæredes illud poſſit tranſmittere, nec locus erat ſubſtituto quaſi impleta conditione, Peregrin. de *fideicommiſ.art.*29.*n.*16.*&* 22. Caſſanat.*conſil.*1. *n.*49. *&* 50. Mantic. *de conject. lib.*11. *tit.*6. *n.*4.

124 Secus erit, ſi conditio ita ſit concepta, ſi liberos uon habuerit, quoniam hæc conditio non videtur differre à conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, quæ ex voluntate defuncti referenda eſt ad tempus mortis, nou ſecus ac ſi teſtator dixiſſet, ſi Titius filios non habuerit tempore mortis: ut docet Bart. *in L. liberorum* 18.*ff. de verb.ſignific.* haſque couditiones æquiparari latè fuudat Coſta *in c. ſi pater* 1. *p. verbo ſi abſque liberis n.*19. *de teſtam. in* 6. Quamvis inter has duas coudi-
125 tiones, maximum dari diſcrimen doceat Mantica ex Bart. *in L. ſubſtitut. ff. de vulg.& pupill. ſubſtit.* Mantica *d.l.*11.*tit.*6.*n.*7.Peregrin.*de fideicommiſſ.art.*29. *n.*9.Reynoſ. *obſerv.*64. *n.*3. quia quando in conditione ſi liberos non habuerit, non fuit facta relatio ad tempus mortis, vel aliud certum, quandocuuque filii defecerint, etiam poſt mortem heredis inſtituti, ſubſtitutus admittetur poſt Bart. ſcribunt Alex.*conſil* 43. *n.*10.*&* 11.*vol.*3.*& conſil.*101.*n.*12.*vol.*7.Decius *con-*
*ſil.*480.*n.*8.Pariſ.*conſil.*18.*n.*43.*vol.*2.Gail.*l.*2.*obſerv.* 126
136.*n.*3.Peregr.*d.n.*9 Reynoſ.*obſerv.*64.*n.*3. Cum tamen conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, requirat exiſtentiam filiorum tempore mortis, ita ut deficere dicatur uno tantum ex liberis relicto *L.non eſt ſine liberis ff.de verb.ſignificat.*facit text.*in* L.1.*C.de conditionib. inſertis* Coſta *in d.verbo ſi abſque liberis n.* 22. Mantica *lib.*11.*conject.tit.*6.*n.*8.Peregrin.*conſil.*39.*n.* 1.*vol.*3. Reynoſ. *obſerv.*64.*n.*19. Et regulariter evaneſcit prædicta conditio decedente gravato cum filiis, Oldrad.*conſil.*21.Gratian.*c.*828.*n.*2.Caſſanat.*conſil.*2.*n.*41.*& conſil.*4.*n.*1.*& ſeqq.* Toudut.*reſolut.civilium poſt cap.*55.*deciſ.*1.Mantica *d.tit.*6.*n.*8.Menoch. *conſil.*85.*n.*46.*& lib.præſumpt.*69.*n.*1. idem Tondut. *cap.*125.*n.*1. Peregrin. *art.*15.*n.*28. *& art.*29. *n.*29.
Sanſelic.*deciſ.*279.*n.*12.Coſta *in c.ſi pater* 1.*p.verbo ſi* 127
*abſque liberis n.*18.*verſ.tertio principaliter.* Ita ut decedente cum filiis hærede, vel legatario, ſi poſtea ejus filii ſiue liberis decedant, ſubſtituto locus non fiat, ut late & optimè proſequitur Caſſanat. *conſil.* 4.*per tot.* Cyr. *controv.*142.*n.*17.*&* 18. Mantica *d.lib.*11.*tit.*6. *n.*6.Tondut.*d.cap.*125.*n.*1.*& ſeq.*Fuſar.*q.*480.*n.*3.5. *&* 90. Vincent.de Franch.*deciſ.*92.*n.*1.*&* 2. ubi Riccius, Capyc. Latro *deciſ.*108. *n.*11. *& dec.* 146. *n.*1. etiamſi filii poſtea moriantur *d.L.cum uxori C.quando dies leg.cedat* L. *ſubſtitutione ff.de vulgari* L. *haredibus in principio ff.ad Treb.L.fin. C. de indicta viduit.Tollenda* Peregrin. *d.art.*29.Capyc.Latro *deciſ.* 146.*n.*2. *verſ. Dicebatur tamen.* Et tradunt relati ſupra dictis.
Plane, ut conditio prædicta defeciſſe intelligatur, 128
ſufficit filios tempore mortis ſupereſſe, quamvis non ſint hæredes patris, ut probatur text.*in L.filius familias* §.*cum quis ff.de leg.*1.*ubi gloſ.*Bart. *& alii* Paulus de Caſtro *conſil.*14.*n.*1.*in fin.vol.*1.Corn.*conſ.*91.*col.* 2.*& conſil.*102.*col.*4. *vol.*3. Craveta *conſil.*62. *n.*2. & alii laudati à Mantica *de conjectur.ultim.volunt. l.*11. *tit.*6.*n.*14. Intrigl. *de ſubſtitut. ceut.* 3. *q.* 59.
Qui autem filii excludant ſubſtitutum ſub condi- 129
tione, ſi ſine liberis, & an filii naturales faciant deficere conditionem? videndi ſunt Coſta *in c ſi pater verbo abſque liberis* 1. ubi plane, & Gabriel.Per. *dec.* 14.*à n.*1.Valaſc.*conſult.*94.*n.*2. Flores de Mena *lib.*1. *variar.q.*16.*n.*13.*cum ſeqq.* Spino *de teſtam. gloſſ.*14. *n.*130.Reynoſ. *obſerv.*64.*n.*23.30. *&* 31. Larrea *dec.* 32.Noguerol.*alleg.*37.*à n.*45.Cyriac.*contr.*109. *à n.* 26.Intrigliol.*de ſubſtit.centur.*3.64. Emman. Barboſ. *ad Ordin.l.*4.*tit.*92. *in princip.* 21.
Limita prædictam reſolutionem, quatenus diximus 130
conditionem (ſi ſine liberis) evaneſcere extantibus liberis tempore mortis, ut non procedat, quando appoſita fuit in fideicommiſſo perpetuo, vel majoratu tractum ſucceſſivum habente, quia tunc repetita cenſetur in perpetuum, non tantum in filiis, ſed etiam in quibuſcumque deſcendentibus, cum enim majoratus de ſui natura ſit perpetuus, ſi conditio repetita non cenſeretur, illico exiſtentibus filiis expiraret ſubſtitutio, & majoratus bona libera remanerent contra inſtitutoris voluntatem quæ aliter durare non poſſet, nec effici perpetua, niſi conditionis repetitio fieret: atque ita tenuerunt Gama *deciſ.*124.*n.*12.*&* 13. ubi bene Flores de Mena Molina *lib.*1.*de primog. c.*6. *n.* 18.Reynoſ. *obſerv.*64.*n.*31.*&* 35. Caſſanate *conſil.*4. *n.*10. *&* 198. Theſaur. *dec.*270.*n.*29. Decian. *conſil.* 102.*n.*25.*l.*2. Joſeph de Seſſe *deciſ.*246. *n.*13. *&* 14. Caſtill.*lib.*5.*contr.c.*89.*n.*30.Menoch.*conſil.*1006.*l.*11. Peregr. *qui late fundat de fideicom. art.* 29. *à n.* 31. quamvis *n.*38. contrariam ſequantur: ſed à ſupra tradita reſolutione recedendum non eſt in judicando, & conſuleudo: maximè in his Hiſpaniæ Regnis ex fundamentis, de quibus Molina *d. n.*18.
Et eſt advertendum, quòd appoſitâ prædictâ conditione, ſi ſine liberis, ſubſtitutus non poteſt admitti, 131

dum ſpes eſt inſtitutum liberos habere poſſe, quæ du-
rat uſque ad mortem, per text. in L.Lucius ff. de hæ-
red.in tit. L.ex facto §. ſi quis autem ff. ad Trebell. &
ita docuit Bart.in L.liberorum n.18.ff.de verb. ſignif.
& faciunt jura in L.inter agnatos §. fin. ff. unde legi-
tim.L.1.§. ſi quis proximior ff. unde cognati. ſequitur
Molina l.3.c.10.n.20.Vincent.de Franch. deciſ.169.
à n.13.

132 Unde venit reprobanda opinio Guilielmi Benedi-
cti in c.Raynutius, verbo, & ſobolem quam geſtabat in
utero n.64. quem refert Gama dec.160.n.4. quatenus
tradit, quòd conditio, ſi ſine liberis, remanet impleta,
& purificata, quando veriſimile eſt, gravatum ſine
liberis moriturum, ad hoc, ut dies fideicommiſſi ceſ-
ſiſſe dicatur, non verò quoad petitionem, quia expe-
ctandum eſt tempus mortis. Quo pertinet dictum Ri-
pæ in L.ex facto §.ſi quis rogatus c.1.n.18.verſ.ſi verè
ff.ad Trebell. Ubi dicit conditionem ſi ſine liberis eo
ipſo purificati, quòd gravatus aſſumit ſacros Ordines.
Sed una, & altera opinio vera non eſt: quia licet quis
ſenio confectus, in eo ſtatu eſſe videatur, quòd gene-
rare non poſſit vel presbiter filios ſucceſſibiles habe-
re nequeat, tamen illa conditio, ſi ſine liberis, dece-
dat, duas continet conditiones, unam de liberis, alte-
ram de tempore mortis, cujus dies incertus eſt, & pro
conditione habetur: ac proinde licèt prima ſit imple-
133 ta, ex naturali impotentia, non tamen altera, quia
poteſt ſubſtitutus mori ante gravatum. Quo caſu fi-
deicommiſſum redditur inutile, & remanet apud eum,
à quo fuit relictum, L.unic.§.& cum triplici, & §. pro
ſecundo C.de caduc.toll.Menoch.conſil.95.n.2.& con-
ſil.105.n.57.& lib.4.præſumpt.201.n.48. & 49. Pere-
grin. de fideicomm.art.22.n.24.poſt alios Lar.dec.67.
n.9.Grat.diſcep.forenſ.c.815.n.19.Coſta lib.1.ſelect.c.
18.n.5.Caſſanate conſil.32.n.20. Galganet. de condi-
tion.2.p.c.6.q 8.n.19. D.Chriſtophorus Creſp. obſerv.
41.n.125.Franch.deciſ.525. n.1.& 13. Michael An-
gel.Gizzi ad Capye.Latro obſerv.31.n.31.& 32. Qua-
re merito Guilielmus reprobatur à Flores de Mena in
additione ad Gam. deciſ. 160. & Ripa à Mantica de
conjectur. ultimar. volunt. lib.11. tit.7. n. fin.

134 Si vero cooditio (ſi ſine liberis) injuncta ſit ei, qui
ingreſſus eſt religionem bonorum incapacem & pro-
feſſionem emiſerit, tunc quia taliter profeſſus pro mor-
tuo babetur, & nulla filiorum ſpes poteſt conſiderari,
ſtatim conditio (ſi ſine liberis) dicitur purificata, &
ſubſtitutus venit admittendus, juxta doctrinam Bart.
communiter receptam in L.cum pater §.hereditatem
ff.de legat.2.& in Auth.ſi qua mulier n 9.C.de Sacroſ.
Eccleſ.& in l.Statius Florus §.Cornelio felici ff.de ju-
re fiſci, & in tract.Menoricar.3.p.verſ.iſti etiam hære-
des, ſequuntur Ripa in L.ex facto §. ex facto ff. ad
Trebell. Covar. in c.2.de teſtam.2. & plures alii relati
à Coſta in c.ſi pater 1. p. verbo [ſi abſque liberis] n.
61. Unde infert, quòd ſi eveniret, ut filius ſubſtitu-
135 tus ingreſſus prædictam religionem, decederet cum
filiis ante profeſſum liberis relictis, ſubſtitutio paupe-
rum noviſſima, & facta ſub conditione, ſi profeſſus de-
cederet ſine liberis, omnino excluderetur. Quo caſu
Coſta contrariam tuetur ſententiam, & defuncto filio
ante eum, qui ingreſſus eſt religionem, pauperes ad-
136 mittendos dicit d.n.6.verſ.his tamen non obſtantibus.
Quam ſententiam in caſu ab eo propoſito etiam am-
plector. At verò ſi majoratus delatus ſit ei, qui reli-
gionem bonorum incapacem fuit ingreſſus, non ex-
pectatâ ipſius morte naturali, ſtatim profeſſione ſecu-
ta, majoratus ſucceſſio defertur ſequenti in gradu, ac
ſi vere ſucceſſor mortuus eſſet Molina de primogenit.
l.1.c.13.n.70. alter Molina de juſt.tom.3.diſp.623. n.
1.& 2. Caſtill. lib.3. contr.c.12.n.93. qui n.95. idem
præcedere ait fideicommiſſis Auguſt.Barboſ. in Auth.
ingreſſi. C.de Sacroſ. Eccleſ. n.19.& Mantica de con-
jectur.ultim.l.11. tit.7.n.8.Peregrin.de fideicom.art.28.
n.63.Giurb. de ſucceſſ.feudor.§.1.gloſ.7.à 23.Alphon-
ſus de Olea de ceſſione jurium tit.3.q.4. n.27. Paz de
tenut.1. c.34. n. 16. noviſſimè Roxas de incompatib.
majorat.7. p. c.5. n.61. non enim majoratus ſucceſſio
etiam per momentum poteſt eſſe in pendenti, ſed
actu veloci tranſit in ſequentem legitimum ſucceſſo-
rem Molina de juſt.tract. 2. diſput.634. Solorzano de 137
jure Indiar.t.2.lib.2.c.2.n.35. Olea de ceſſione jurium
tit.3.q.4.n.14. præceptor Valentia illuſtr. lib.3. tract.
4. c.2.n.9. & cum Monachus profeſſus in monaſterio 138
bonorum omnino incapace non poſſit ſuccedere in
majoratu Molina lib.1.c.13.n.69.Mierez de Majorat.
2.p.q.3.ex n.6.Spino in ſpeculo teſtam.gloſſ.12.n.34.&
37.& gloſſ.27.n.24. Pater Molina diſp.623. n.1.& 2.
Caſtill.d.lib.3.c.12.n.83.Cancer.l.1.c.24.n.30.Giur-
ba de feud.§.1.gloſſ.7.n.29.Avend.in L.40.Tauri gloſ. 139
4.n.10.Paz de ten. d.c.34. n.16. Roxas d. p.7. c.5.n.
61. Nil mirum ſi non ſpectata morte monachi ſucceſ-
ſio ſtatim tranſeat in ſequentē in gradu, vel vocatum.

Cæterum, ſi gravatus ſub conditione ſi ſine libe-
ris ingrediatur monaſterium capax bonorum, ſaltem
in communi, ejus vita durante nulla de viribus ſub-
ſtitutionis dubitatio poterit moveri cum interim om-
ne emolumentum ad monaſterium pertineat Auth.in-
greſſi Auth.ſi qua mulier C.de Sacroſ.Eccleſ.& per ea,
quæ ibi notantur. & in Auth.niſi rogati C.ad Trebel.&
in c.in præſentia de probat.Spino de teſtament.in rubr.
gloſſ.6.n.2.& 3. Fr.Emmanuel Rodrigues de regular.
2.tom.5.art.12. Gabriel.Pereira deciſ.95.n.32.Cabed.
1.p.dec.163.n.1. Cyriac. controv.476. n.10.& contr.
144.n.20.Molina de juſtitia tractat.2.diſput.140.Au-
guſtin.Barboſa in d.Auth. ingreſſi n.11. Vincent. de
Franchis deciſ.40. n.2. Qui omnes docent ad mona-
ſterium pertinere quidquid ad monachum pertinet,
& ipſe adquirere poteſt.

Tota dubitatio conſiſtit, An mortuo monacho, cui 140
fuit datus ſubſtitutus ſub conditione ſi ſine liberis de-
ceſſerit, monaſterium excludat ſubſtitutum? In qua
quæſtione dicendum eſt monaſterium excludere ſub-
ſtitutum, ſive quia habetur loco filii, & facit dificere
conditionem juxta Bart. ſententiam in L.ſi quis ita §.
is cui in tempus ff.de legat.2.& in Auth.niſi rogati,C.
ad Treb.Dec.conſil.259.Alexand.conſil.35.n.8.vol.3.
conſil.12.n.12.vol. Ubi hanc dicit eſſe magis commu-
nem opinionem, pro qua plures citat Ant. à Gama
dec.316.n.1. & 2. Mantica de conject.ultim.lib.1.tit.
7. n.7. Cald. Pereira de nominat. emphyt. q.6. n.10.
Cancer l. lib. t. var. c.24.n.22. Intrigliol. de ſubſtit.
centur.3.q.63.à n.1.Giurb.de feudis §.1.gloſ.7. n.36.
Sive quia teſtator vel donator præſumitur monaſte-
rium non minus, quam liberos hæredis inſtituti, vel
donatarii dilexiſſe: quæ ratio deduci videtur ex text.
in §. ſed, & hoc præſenti, in Auth.de ſanctiſſ.Epiſc.&
frequentius probatur à Doctoribus, ut per Mantic.d.
tit.7.n.7. Intrigliol. d.q.63. n.2. & plures alii qui do-
cent monaſterium nullo caſu haberi pro filio, ut dixit
Bart. in d.Auth.ſi qua mulier.n.4.& in Auth.niſi rogati
C.ad Treb. Felin. in c.in præſentia de prob. n.42. Ubi
ponit ſex abſurda, quæ ſequerentur, ſi diceretur mo-
naſterium haberi pro filio Rom.in L.ſtipulatio hoc mo-
do concepta ff.de verb.oblig.Bald.in L.filium col.1.ff.
de his qui ſunt ſui, vel alieni juris, & conſil.127. col.
ult.verſ.& ex eo lib.5. Covar.lib.1. variar. c.19 n.6.
Mantic.d.tit.7.n.6. Sed quidquid ſit de ratione, om-
nes conveniunt in eo, quòd monaſterium excludat
ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine liberis ut præter ſu-
pra relatos, ſcribunt Menoch. l.4. præſumpt.83.n.58.
Tiraquell.de priv.piæ cauſæ priv.l.95.in princ.Caval-
can.deciſ.77.n.1.p.3. Pereg. de fideic. art.28. n. 58.
Fuſar. q.429. à n.5.

Quam reſolutionem intelliges, ut habeat locum 141
etiam caſu, quo conditio concipiatur, ita ſi deceſſe-
rit ſine liberis ex ſuo corpore natis.

Quam,

Digitized by Google

Quamvis enim in hac quæſtione duæ reperiantur opiniones, prima pro monaſterio, alia pro ſubſtituto: & quidem prima verior ſit in puncto juris, tamen quæ ſubſtituto ſavet uſu recepta eſt, ut per Menoc. *l.4.præſump.*83.*n.* 27. *&* 53. Maſtr.*dec.* 65. Gutierr. *canon.l.*1.*c.*32.Mantic. *de conject. lib.* 11. *tit.*7. *n.*13. *&* 20.Surd. *conſil.*238.*n.* 1. Cancer. *lib.* 1. *var. c.*24. *n.* 28. *& ſeq.* Fuſar. *q.*429.*n.*32.Intrigliol. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 63. *n.* 19. ubi veriorem dicit opinionem, Oſaſch. *deciſ. Pedemont.* 126. *nu.* 11.*&* 24.Vincent. de Franch. *deciſ.*29. Peregr. *de fideicom. art.* 28. *n.* 78. *&* 79. *verſ.concluſive* Cavalc. *deciſ.*77.*n.*6. Riccius & Amendola Vincent. de Franc. *deciſ.* 27. Et circa adalias limitationes videndus Intrigliol. *d.* 63. *à n.* 31. *cum ſeq.* & Fuſar. *d. q.* 429.

Quod autem diximus de monaſterio bonorum capace, ut ſcilicet excludat ſubſtitutum ſub conditione (ſi ſine liberis) ampliatur, ut etiam poſſit ſuccedere in majoratu delato monacho, ita ut eo frui poſſit, durante vita monachi, Gama *deciſ. cap. ubi late* Flores de Mena Cabedo 1.*p.deciſ.* 133. *à n.* 7. Idem Flores de Mena *lib.*1.*variar.q.*26. *art.* 2.*n.*2. Caldas Pereira *de nominat.emphyt.q.* 6.*n.*1.*in fin.*Molina *de primog. lib.*1.*c.*13. *ex nu.* 81. *uſque ad n.* 96. Mierez *de majorat.* 2. *p.q.*3.*nu.* 17.*&* 32. Spino *de teſtament. gloſſ.*12.*nu.*33. Valaſc.*conſult.*101.*nu.*6.Cævall. *commun.contra commun. q.*193. *nu.*8.9. *&* 10.Caſtill *lib.* 3. *controverſ. c.* 12. *nu.* 56. Molina *de juſtit. tract.* 2. *diſput.* 623. *num.* 3. Maſtrill. *deciſ.*65. *nu.*3. Cyriac. *controv.* 475. *n.* 24. Auguſt. Barboſ. *in Authent. ingreſſi n.*13.*&* 18. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Solorzan. *de Jure Indiar. t.* 2. *lib.* 2. *c.*17.*n.* 64. *& ſeq.* Giurba *de ſucceſſion. feudorum* §. 1. *gloſ. nu.* 23. *&* 27. Valenz. *conſil.* 135. *n.* 43. quidquid in contrarium enixè tueri conetur in majoratibus Hiſpaniæ Caſtil. *d. c.* 12. *à nu.* 57. *cum pluribus ſeqq.* Quia contra eum eſt communior, & verior opinio.

143 Quæ reſolutio limitanda, eſt ut non procedat in majoratu, in quo prætenditur conſervatio nominis, aut agnationis, quia in eo non ſuccedit monaſterium, ſecundùm Decium *conſil* 258. *n.* 2. Menoch. *lib.*4.*præſumpt.* 83. *nu.* 45. Flores de Mena ad Gama *deciſ.*6.*nu. verſ. quarta concluſio* Caldas *de nominat. q.*6.*n.*12.Caſtill.*d.lib.*3.*c.*12. *à nu.* 54. Molina *lib.*1. *c.*13.*n.*91.*uſque ad nu.*95. Mantica *de conject. lib.* 8. *tit.*12. *à n.*25. *uſque ad nu.* 29. Cevall. *q.* 193.*n.*11.*&* 13.Molina *de inſtit.d.diſput.*623.*n.*4.Auguſt.Barboſ. *in d.Authent.ingreſſi n.*14.Caſtill.*d.c.*12 *à n.*54.Fontan.*de pact.nup.clauſ.*6.*gloſſ.*3.*p.* 3.*nu.*21. Anton.Faber. *in C.lib.*6.*tit.*2.*deffinit.*25.Cancer.*l.* 2.*variar. c.* 20.*n.*330.Vincent.de Franch.*deciſ.*29.*n.* 7. Hieron. Leo *deciſ.*31.*per totam*, idem Aug. Barboſa *voto* 30. *n.*67. Alphonſ. de Olea *deciſione jurium. tit.* 3. *q.* 4. *nu.* 28. Intrigliol. *d. q.* 63. *nu.* 41. ubi plures laudat Cabedo 1. *p. deciſ.* 133.

144 Sed hæc limitatio ſublimitanda eſt, ut eo tantùm caſu procedat, quando aperte apparet majoratus inſtitutorem agnationi proſpexiſſe; non enim ſufficit, quod majoratus familiæ relinquatur, ut monaſterium excluſum dicatur: optime Fuſarius *de ſubſtit. q.*345. *n.*2.*& q.*430.*n.*2. Cancer. *lib.* 2. *c.* 20. *n.* 33. Cabed. *deciſ.*1330. *prope fin.* Aug. Barboſ. *in d.Authent.ingreſſi n.*14.Mantic.*de conject.lib.*8. *tit.* 12. *n.* 33. *verſ. ſed ego puto.* Optime addentes ad Molinam *lib.*1.*c.*13.*n.*95. *verſ. meo quidem ſenſu.*

145 Non autem ſuccedat monaſterium in Regno Ducatu, aut Comitatu, vel alio majoratu, cui ſit annexa juriſdictio, vel onus, quod per illud expediri non poteſt Anton. Gomez *in l.* 40. *Tauri n.* 66. Molina *lib.*1.*c.*13.*n.*81.82.*&* 83.Sanches *in præcepta Decalogi lib.*7.*c.*15.*num.*12 Gama *deciſ.* 6. *n.* 3. Caldas Pereira *de nominat.q.*6.*n.* 14.Mierez *de majoratu* 2.*p.q.*3.*n.*17.Valaſc.*conſult.* 101. *nu.* 6. Spino *de teſtament. gloſſ.* 12. *nu.* 33. Cabedo 1. *p. deciſ.* 133. *n.* 7. Caſtillo *lib.* 3. *c.* 12. *n.* 51. Auguſtin.Barboſ. *in d. Authent.ingreſſi n.* 12. Molina *de juſtit.d.diſput.* 623. *n.* 3. *&* 4. Roxas *de incompat. majorat. p.* 6. *c.* 4. *n.* 98. *&* 99. Et facit *Ord. l.* 2. *tit.* 35. §. 10.

Ulterius conditio non nubendi cum perſona ex 146
ſanguine maculato Judæorum, vel Maurorum, quæ ſolet apponi ab inſtitutionibus majoratuum, ſub pœna privationis ſucceſſionis majoratus valida eſt, & ſervanda: ita ut, contraveniens, ac ejus deſcendentes majoratus ſucceſſione priventur Molina *de primog.lib.*2.*c.*13.*nu.* 28.Gratian. *regal.* 83. *n.* 12. *verſ. unde etiam ſubſtinetur* Molina *de juſtit. & jure tom.* 3. *diſput.*614.*nu.*1. Mierez *de majorat. p.*1.*q.* 51. *nu.* 1. Sanches *de matrim. lib.*1. *diſput.* 34. *nu.* 40. Caſtill. *lib.*5.*controv.c.* 1.8. *nu.* 1.*&* 178. *nu.* 2. *verſ. diſtinguendum in fin.*Gutierrez *de matrim.c.*1.*num.*41. Baſil. de Leon. *eod. tract. lib.*3.*c.*6. *& c.*18.Eſcobar. *de purit. ſanguin. p.* 1. *q.* 4. §. 7. *nu.* 2. *&* 3. Roxas *de incompatib. majorat. p.* 3. *c.* 3. *num.* 6. *& ſeqq.* Et quidem illa conditio juſtiſſima, & valde neceſſaria eſt, præſertim his calamitoſis temporibus, in quibus Nobiles ſui ſplendoris generis obliti divitias inhiant, & de ſanguinis puritate non ſine aliorum dolore minus agere curant; cum vere cautius agendum eſſent, ne familiæ alias nobiliſſimæ indies deformentur.

Et igitur prædicta conditio omnino ſervanda, nec 147
dici poteſt, eſſe impeditivam matrimonii, & ejus libertatis: quia liberum manet ſucceſſori nuptias contrahere cum alia qualibet perſona, quæ non ſint ex prohibitis Gutierr. *de matrim. c.* 21. *in fin.* Ut benè conſiderat Roxas. *d. c.* 3. *nu.* 10. qui *nu. ſeqq.* optimè declarat prædictam concluſionem, quem vide omnino, & quæ etiam Eſcobar *de puritat. ſanguin. p.* 1. *q.* 4. §. 7.

Similiter conditio appoſita in inſtitutione majo- 148
ratus, nempè, quod ſucceſſor uxorem ducat Nobilem, valida eſt, & ſervanda, quia non impedit nuptias contrahere, & verificari debet in perſona nobili genere non privilegio, Mierez *de majorat.* 2. *p. q.* 51. *nu.* 304. *cum ſeq.* Eſcobar *de puritat. ſanguin.* 1. *p. q.* 4. §. 7. *à num.* 16. *cum ſeqq.* Azevedo *in* L. 22. *n.*4. *tit.* 7. *lib.* 1. *Recopilat. & in* L. 1. *num.* 59. *tit.* 1. *lib.* 6. *Recopilat.* Aug. Barboſa *appellat.* 164. *n.* 4. Roxas *de incompatib. p.* 3. *c.* 3. *nu.* 32.

Præterea conditio [ſi ſine liberis deceſſerit] ta- 149
citè inducta cenſetur in diſpoſitione aſcendentis, facta favore alicujus deſcendentis; ita ut ſi avus, vel parens nepoti, vel filio legatum, vel hæreditatem reliquerit cum onere reſtituendi poſt mortem ſubſtituto, ſubintelligatur conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, ut probat Papinianus *in L. cum avus ff. de conditionib. & demonſtrat. L. cum acutiſſimi C. de fideicom.* L. *generaliter* §. *cum autem C. de inſtit. & ſubſtit. & præter Ordinarios* docuit Primarius Conimbricenſis Anton. da Cunha *in manuſcript. ad text. in* L. *cum ita* §. *in fideicommiſſo verſ. ſecundo adverte ff. de legatis* 2. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *numero* 112. *& ſeqq.* Cancer. *lib.* 1. *variar. cap.* 2. *num.* 81. Trentacinq. *de ſubſtitutionib.* 1. *p. c.* 5. *nu.* 14. Sanches *ad præcepta Decalogi l.* 7. *cap.* 16. Cravet. *conſ.* 692. *num.* 5. Craſſus *in* §. *fideicommiſſum q.* 21. Ant Gabriel. *de fideicommiſſ. concluſ.* 2. Magon. *deciſ. Florentina* 52. Anton. Gomez *lib.* 1. *variar. cap.* 5. *nu.* 32. Coſta *in c. ſi pater verbo* (*abſque liberis*) *num.* 1. *de teſtament. in* 6. Mantica *de* 150
conject. ultimar. lib. 10. *tit.* 7. *à. num.* 1. D. Joſeph Vela *diſſertat.* 11. *num.* 101. Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 393. *num.* 1. Quippe humanitatis intuitu intelligitur plus dictum, & minus ſcriptum, & quia ex conjecturata mente defuncti præſumitur, quod ſi teſtator de filiis cogitaſſet, non gravaret deſcendentem alteri reſtituere: et ſic cum hæc præſumptio ſit fun-

data in præſumpta mente teſtatoris, non in fictio-
ne juris ſecundum Bart. in L. ex facto §. ſiquis ro-
gatus c. 1. num. 4. ff. ad Trebell. Paulus de Caſtro
in d. l. cum avus Padill. in d. L. cum acutiſſimi nu-
6. Coſta d. verbo (ſi abſque liberis) num. 1. poſt
alios Fuſar. d. q. 393. num. 2. Merito prædicta con-
ditio ſubintelligitur, non tantùm quando gravatus
reſtituere debet extraneo, ſed etiam quando gra-
vatur reſtituere alteri filio teſtatoris, ut expreſſe
decidit Papinianus in d. L. cum avus Paulus de Ca-
ſtro in L. acutiſſimi num. 5. ubi Salicet. num. 2. verſ.
& intellige prædicta, Tiraquell. in L. ſi unquam ver-
151 bo donatione largitus num. 140. & de primog. q. 40.
num. 21. Menoch. lib. 4. præſumpt. 89. nu. 149. An-
ton. Gabriel. de fideicommiſſ. concluſ. 2. nu. 11. Ma-
tienç. in L. 11. tit. 6. l. 4. Recopilat. gloſ. 4. num. 8.
Mantica d. tit. 7. n. 2. Tuſc. littera S. concl. 483.
n. 6. Cancer. d. c. 2. n. 81. verſ. prædicta concluſio,
& num. 82. Gomez d. c. 5. n. 32. Fuſar. qui plures
laudat d. q. 393. num. 72. & ſeqq. Joſeph de Ruſtic.
in d. L. cum avus lib. 2. c. 1. Molina de juſtit. tom. 1.
diſput. 109. n. 6. Coſta in c. ſi pater 1. p. verbo (ſi
abſque liberis) n. 1.

152 Quæ reſolutio ampliatur, ut non tantùm habeat
locum in ultimis voluntatibus, ſed etiam in dona-
tione inter vivos, factâ deſcendenti cum onere re-
ſtituendi rem donatam poſt mortem; quia adhuc
ſubaudienda eſt conditio, ſi donatarius abſque libe-
ris deceſſerit per text. in L. generaliter §. cum autem,
ibi, reliquerit, vel dederit C. de inſtit. & ſubſtit. fa-
cit text. in L. tale pactum §. fin. ff. de pact. Covarr.
practic. c. 38. n. 12. Coſta d. verbo (ſi abſque liberis)
n. 15. Menoch. lib. 4. præſumpt. 89. n. 152. Fuſar.
153 q. 393. n. 50. Intrigliol. centur. 3. q. 50. num. 26.
Et inſuper ampliatur, etiamſi pia cauſa ſit ſubſtitu-
ta, cum favorabilior ſit cauſa filiorum, quam piæ
cauſæ, ut præter Bald. & Paulum de Caſtro in d. L.
cum acutiſſimi ſcribunt Tiraquell. in d. l. ſi unquam
verbo (liberis) nu. 80. & 94. Socin. Junior. conſil.
25. num. 28. lib. 1. & conſil. 96. num. 4. lib. 3. Pi-
nel. in L. ſi viva matre num. 26. Cod. de bonis
maternis, Mantica lib. 10. de conject. titul. 7. n.
3. 5. & 9. Coſta d. verbo (ſi abſque liberis) num.
17. Cancer. lib. 2. c. 1. num. 82. Fuſar. d. q. 394.
num. 55.

154 Limitatur tamen, ut non procedat in diſpoſitio-
nibus deſcendentium, reſpectu aſcendentium, quia
in eis non ſubintelligitur dicta tacita conditio (ſi
ſine liberis) non enim tam clara, & perſpicua eſt
conjectura pietatis in deſcendente, circa aſcenden-
tes, quemadmodum eſt in parente circa deſcen-
dentes: argumento text. in L. ſcriptum §. fin. ff. un-
de liberi, L. nam & ſi parentibus 15. ff. de inoffic.
teſtam. & ita in expreſſo tenuit gloſſ. in l. ex facto, §.
ſi quis rogatus, verbo ex voluntate ff. ad Trebel. Bart.
in d. L. cum avus num. 2. dicit communem Socin.
Junior. conſil. 10. n. 45. l. 3. Cephal. conſil. 576. n.
13. Coſta d. verbo (ſi abſque liberis) n. 6. Cacer. d.
c. 2. num. 87.

155 Neque etiam ſubintelligitur prædicta conditio (ſi
ſine liberis) in diſpoſitione fratris circa fratrem, vel
alios collaterales Coſta in d. c. ſi pater 1. p. verbo
abſque liberis num. 7. Primarius Anton. à Cunha in
manuſcriptis ad text. in d. l. cum ita §. in fideicom-
miſſo verſ. ſecundo adverte Gavatlho in c. Raynaldus
4. p. c. 3. num. 115. de teſtam. Cancer. d. c. 2. n.
87. Caſtill. Soto major lib. 6. controverſ. c. 166. nu.
24. Menoch. l. 4. præſumpt. 89. n. 55. Anton. Ga-
briel. tit. de fideicomm. concluſ. 2. limitat. 5. n. 46.
Anton. Gomez lib. 1. var. c. 5. num. 35. Covarr.
practicar. c. 38. num. 1. Oſaſck. deciſ. 110. num. 12.
Joſeph. de Ruſticis in d. l. cum avus lib. 1. c. 6. à
n. 1. cum ſeqq. cum quibus tranſit Primarius Conim-
bricenſis Antonius Laurentius in manuſcriptis ad d. 156
l. cum avus circa finem. Et An prædicta limitatio
procedat in Majoratibus Hiſpaniæ inſtitutis à fratre,
vel conſanguineo in favorem collateralium cum va-
riis vocationibus abſque mentione filiorum? Viden-
dus, eſt Caſtill. l. 6. c. 166. à n. 25. cum ſeqq. Ubi
quæſtionem ad partes diſputat, ſuper cujus reſolu-
tione cogitandum cenſeo. Alias limitationes circa
materiam text. in d. l. cum avus vide apud Intrigliol.
d. q. 50. & Fuſarium d. q. 393.

Unum tamen adverte, quòd conditio tacitè ſub- 157
intellecta in d. l. cum avus quoad excluſionem ſub-
ſtituti nihil differt ab ea, quæ exprimitur à teſtato-
re: Coſta in l. Gallus §. & quid ſi tantum p. 4. n. 77.
ff. de liber. & poſth. Corneus in l. generaliter §. cum
autem n. 4. C. de inſtitut. & ſubſtit. Alexand. in l. ex
facto §. ſi quis rogatus c. 1. n. 11. ff. ad Trebell. Me-
noch. d. præſumpt. 89. n. 18. Intrigliol. d. q. 50. n.
7. Et ideo hæc tacita conditio impedit tranſmiſſio-
nem. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 31. n. 8. Menoch.
l. 4. præſumpt. 201. Valaſc. de jure emphyteut. q. 50.
n. 43. col. 2. & conſult. 139. n. 14. & conſult. 171.
num. 9.

Denique filii concepti poſt deportationem non 158
faciunt deficere conditionem, neque excludunt ſub-
ſtitutum, niſi pater reſtituatur l. ex facto §. ſi quis
rogatus c. 2. ff. ad Trebell. cum pater §. hæreditatem
ff. de legatis 2. Bart. in l. filiusfamilias §. cum quis
n. 2. ff. de legatis 1. Mantica de conject. ultimar. lib.
11. tit. 8. n. 17. ſequitur Ruſticiſ. in d. l. cum avus
lib. 5. c. 8. n. 18. & ſeqq. Caldas de nominat. q. 5. n. 159
9. & 10. Fuſar. de ſubſtit. q. 425. n. 1. Etſi conditio
ſi ſine liberis impoſita ſit poſthumo, non verificatur,
eo non nato, Fuſar. d. q. 64. n. 59. Tondut. reſolut.
civilium c. 129. n. 2. Et hæc de conditione ſi ſine
liberis: qui autem plura alia ſcire velit, videat Fu-
ſar. q. 393. cum pluribus ſeqq.

Conditio autem omnino extitura non ſuſpendit 160
actum, qui ſtatim valet l. hæres meus ff. de condi-
tionib. & demonſtrat. l. ſi pupillus §. 1. ff. de nova-
tionib. Covarr. de ſponſalib. 2. p. c. 3. §. 2. n. 14. Fon-
tanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 3. n. 15. in fin. Et
ſimiliter conditio, quæ refertur ad præſens, vel
ad præteritum non ſuſpendit actum, nec illum red-
dit conditionalem; ſed purum L. cum ad præſens ff. 161
ſi certum petatur L. ſi ita ſtipulatus fuero in fin. ff.
de verborum obligat. L. inſtitutio talis §. fin. ff. de
conditionib. inſtitut. Spino in rubr. de teſtam. gloſſ.
p. 14. num. 7. Cancer. reſponſ. 1. num. 56. quod eſt
ad fin. l. 1. Prout etiam conditio quæ tamen ineſt
quamvis exprimatur, non facit actum, conditiona-
lem L. hæc verba ff. de legatis 1. l. in conditionib. 19.
§. 1. ff. de conditionib. & demonſtrat. l. ſi Titio. §. 162
quædam ff. quando dies legati cedat. Bart. in d. l.
hæc verba, & Alexand. in l. 1. num. 8. ff. ad l. Fal-
cidiam Molina de primog. lib. 2. cap. 15. n. 31. Seſſe
deciſ. 50. num. 1. Caſſanat. conſil. 1. n. 5. Creſpo de
Valdaura obſervat. 22. n. 126. Noalis de tranſmiſſ.
caſu 1. n. 15. dummodo exprimatur eodem modo,
quo ineſt à jure, vel à natura; ſi enim alio mo-
do exprimatur, efficiet actum conditionalem: ut in
ſpecie text. in L. ſi ita legatum 65. §. illi ſi volet ff.
de legatis 10. ubi legatum relictum Titio, ſi vo-
let, conditionale eſt, & non tranſmittitur, niſi le-
gatarius illud agnoverit, quia conditio perſonæ in-
juncta videtur L. ſi ita expreſſum 69. ff. de conditio-
nib. & demonſtrat. Cum tamen legatum non ad-
quiratur niſi volenti, & ſic tacite conditio ineſſe vi-
detur, ſi legatarius volet: quando verò non eſt ex-
preſſa illa conditio legatario ignorante, ad hæredem
tranſmittit L. cum pater 77. §. ſurdo ff. de legatis 2. 163
Quod non ita erit, ſi alio modo ſit expreſſa prædicta
conditio, quia tunc arguitur animus faciendi legatum,
vel

Digitized by Google

vel fideicommiſſum conditionale, & non tranſmiſſi-
bile: niſi legatarius declaraverit ſe velle *d.* §. *illi*
ſi volet ubi magiſtraliter Bart. & ibi Jaſon. *n.* 8. &
ſeqq. Creſpo *d. obſervat.*22. *n.*127. Nicolaus Noalis
de tranſmiſſ. caſu 1. *n.* 18. Ubi *n.* 19. tradit, quod
conditio (ſi volet) appoſita expreſsè in inſtitutione
164 non facit inſtitutionem ipſam conditionalem, niſi hæ-
res inſtitutus ſit neceſſarius, ut filius, vel ſervus *L.*
verba hæc ff. de conditionib. inſtit. tunc namque illa
conditio faceret hæredem voluntarium.

Si verò conditio, quæ tacite ineſt, exprimatur,
& ſit poteſtativa, id eſt, conſiſtat in poteſtate lega-
165 tarii, vel donatarii, tunc quamvis inſit ex natura
rei, vel juris diſpoſitione, impedit tranſmiſſionem,
juxta Bart. doctrinam *in L. conditiones extrinſecus*
n. 3. *ff. de conditionib. & demonſtrat. & in L. fin. ff.*
quando dies legati cedat, Paulus de Caſtro *in L. qui-*
bus diebus §. *quidam Titio n.* 5. *ff. de conditionib. &*
demonſtrat. per text. *in L. miles* §. *pro parte ff. de le-*
gatis. 2. Mantica *de conject. ultim. volunt. lib.*10. *tit.*
5. *n.* 6. Decius *conſil.* 554. *n.* 5. Noalis *d. caſu* 1. *n.*
166 19. & 21. Nota tamen, quod licet conditio, quæ in-
eſt à natura rei, vel ejus diſpoſitione, non faciat le-
gatum conditionale quoad tranſmiſſionem ita ut de-
cedente legatario quandocunque, poſt mortem te-
ſtatoris illud tranſmittat ad ejus hæredes L. *condi-*
tiones extrinſecus ubi gloſſ. ult. ff. de conditionib. &
demonſtrat. L. quod pure ff. quando dies legati ce-
dat. Fulgoſ *conſil.* 14. *incipit in quæſtione propoſita*
circa fin. Menchac. *de ſucceſſion. progreſſu* §. 10. *n.*
21. Noalis *d. caſu* 1. *n.* 9. & *ſeqq.* Creſpo *obſervat.*
22. *num.*127. quia talis conditio non impedit ortum
obligationis *L. item quia* 4. *ff. de pact.* Anton. Go-
mez *lib.* 2. *variar. c.*11. *n.*28. Tamen teſtator, ſi de
ejus voluntate apparuerit, poteſt facere, quòd
quamvis conditio tacite inſit ex natura rei, vel diſ-
poſitione legis tranſmiſſionem impediat Bart. *in d.*
L. conditiones extrinſecus n. 2. Paulus de Caſtro *in*
L. 3. *n.* 4. ubi Ripa *n.* 13. *ff. de legatis* 1. Mantic. *de*
conject. lib. 10. *tit.* 5. *n.*6. Anton. Gomez *lib.* 1. *va-*
167 *riar. cap.*5. *n.*24. Noalis *de tranſmiſſ. caſu* 1. *n.* 23.
Et quando conditio ineſſe dicatur tam ex natura rei,
quam ex legis diſpoſitione videndus eſt Noalis *d. ca-*
ſu 1. *n.* 11. 12. & 13.

Inſuper conditio, ſi tertius ſupervivat facit lega-
tum conditionale, quia poteſt legatarius ante ter-
tium decedere L. *hujuſmodi* 13. *ff. quando dies lega-*
ti cedat L. cum pater. 77. §. *à filia ff. de legatis* 2.
Cancer. *lib.* 3. *cap.* 15. *à n.* 169. Creſpo *obſervat.* 22.
num. 132.

168 Præterea obſerva, quod conditio negativa non
habet veram exiſtentiam, niſi per reductionem ad
impoſſibile, Baldus *in L. Mutianæ in fin ff. de condi-*
169 *tionib. & demonſtrat.* Molina *de primogen. lib.*3. *cap.*
10. *n.* 17. Vincent. de Franch. *deciſ.* 169. *num.* 14.
Cyriac. *controv.* 205. *num.* 99. Ita ut talis conditio
negativa non admittat implementum momentaneum;
ſed requiritur, quòd implementum duret uſque ad
mortem ejus, in cujus perſona conditio purificanda
eſt, *Authent. cui relictum, ubi communiter Doctores*
Cod. de indict. viduit. tollent. Jaſon. *in L. divortio* §.
quod in anno num. 24. *ff. de ſolut. matrimon.* Molina
dict. cap. 10. *n.* 18. Cyriac. *controv.* 51. *n.* 32. quia
negatio eſt malignantis naturæ, & omnia negat, ope-
170 raturque privationem, & limitationem ad text. *in*
cap. ſtatutum de præbend. in 6. Capyc. *deciſ.* 9. *n.*
15. Cyriac. *controv.*81. *n.*16. Et ideo in conditioni-
bus negativis habet locum cautio Mutiana *L. Titio*
fundus ff. de condit. & demonſtrat. Pereira *deciſ.*112.
n. 1. Cyriac. *controv.* 51. *n.* 33. Tondut. *civilium. c.*
157. *num.* 1.

Et ut manum imponamus huic conditionum ma-
teriæ, ſciendum eſt, quod in conditionibus atten-
ditur eventus, qui de facto ſuccedit, & merum fac-
tum inſpicitur, Gratian. *forenſ. cap.* 58. *num.*2. Fon-
tanell. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 10. *p.*2. *num.* 54.
Cyriac. *controv.* 50. *n.*9. Caſſanat. *conſil.*4. *num.*42.
Et probat text. *in L. Mævius, L. qui hæredi ff. de con-*
ditionib. & demonſtrat. Et cum his hæc de condi-
tionibus dixiſſe ſufficiat, quæ ita conveniunt le-
gatis, ut donationibus, niſi in caſibus in quibus dif-
ferentia conſtituitur inter contractus, & ultimas vo-
luntates.

§. III.

De Donatione cauſa mortis.

SUMMARIUM.

1 *Donatio cauſa mortis non eſt propriè donatio.*

2 *Tune fieri cenſetur donatio cauſa mortis, quando refertur ad tempus mortis: vel quando ipſa donatio mortem donantis deſiderat; & de illa ſit mentio; & quando mors eſt cauſa, & occaſio donandi.*

3 *Intellige, ſi mortis mentio facta eſt per modum cauſæ finalis.*

4 *Donatio cauſa mortis quoad initium, & ordinationem proprius accedit natura contractus.*

5 *Quoad effectum potius accedit ultimæ voluntati, & habet ſe ad inſtar legati, immo nihil fere à teſtamento diſtat.*

6 *Donatio, in qua fit mentio mortis, in vim dilationis, non eſt donatio cauſa mortis ſed inter vivos.*

7 *Quando mentio mortis facta cenſetur in vim dilationis? Remiſſive.*

8 *Donatio, in qua donator reſervavit aliquid ad teſtandum, dicitur inter vivos quamvis mortis mentio in ea facta ſit.*

9 *Similiter dicitur inter vivos donatio, in qua donator reſervavit ſibi uſumfructum.*

10 *Sed in contrarium* Barboſ. *cujus ſententia probatur ab Authore.*

11 *Donatio, in qua fit mentio mortis, & fuit adjectum pactum de non revocando, tranſit in donationem inter vivos.*

12 *Declara ſi pactum de non revocando appoſitum fuit in verbis diſpoſitivis; ubi ſubſtantia donationis conſiſtit. Secus ſi in executivis.*

13 *Clauſulæ in executivis non ampliant, neque alterant diſpoſitionem, neque illius naturam mutant, & regulantur ſecundum naturam principalis diſpoſitionis.*

14 *Actus denominatur ab origine, unde trahit neceſſariam conſequentiam.*

15 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*

16 *Clauſulæ, quæ à Tabellionibus apponi ſolent, parum, aut nihil operantur, & contractus naturam non immutant.*

17 *Pactum de non revocando in quacunque parte donationis ſi adjiciatur: facit, quod donatio in qua ſit mentio mortis, tranſeat in donationem inter vivos ſecundùm* Molinam, *quem ſequitur* Barboſa.

Intellige: ut ibi per Gutierrez, *cujus Author. ſententiam probat.*

18 *Pactum de non revocando cum juramento facit quod donatio, in qua ſit mentio mortis, tranſeat in donationem inter vivos.*

19 *Donatio cauſa mortis omnium bonorum cum pacto de non revocando non valet tanquam inter vivos.*

20 *Non valet donatio omnium bonorum præſen-* *tium,*

tinm, & futurorum facta inter vivos: quia per eam aufertur libera teſtandi facultas.

21 Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum cauſa mortis valida eſt.

22 Donatio, in qua ſit mentio mortis, & dictum fuit, quod donator donat titulo puræ, & perfectæ donationis inter vivos, eſt donatio inter vivos, non cauſa mortis. Tamen executio differtur in tempus mortis.

23 Donatio cauſa matrimonii, vel aliæ expreſſa etiam cum mentione mortis dicitur inter vivos.

24 Donatio cum mentione mortis facta Titio pro ſe & hæredibus tranſit in donationem inter vivos.

25 Donatio cum mentione mortis, in qua declaratur, quod ſit inter vivos, non eſt donatio cauſa mortis.

26 Donatio cum mentione mortis cum minore numero teſtium, quam quinque, non eſt cauſa mortis.

27 In donatione cauſa mortis quinque teſtes requiruntur ſecundum communem.

28 Donatio cauſa mortis, licet quoad initium magis accedat contractui, tamen non eſt contractus: ſi traditio non fuit ſecuta.

Citra traditionem, vel ſtipulationem fieri non poteſt nudo pacto: Ibid.

29 Donatio, in qua ſit mentio mortis, judicatur eſſe inter vivos, vel cauſa mortis ex conjecturis, vel indiciis.

30 Donatio cauſa mortis cenſeri debet, quando conſtat donantem voluiſſe expreſſe mortis cauſa donare. Et non eſt locus conjecturis.

31 Juramentum appoſitum in donatione cauſa mortis non alterat ejus naturam niſi donator promiſerit eam non revocare.

32 Donatio cauſa mortis vel fit per traditionem, vel per ſtipulationem.

33 In hac donatione, quando traditione fit in vita donatoris, transfertur dominium in donatarium revocabiliter in caſum pœnitentiæ.

34 Si donatio mortis cauſa ſit per ſtipulationem vivo donatore non transfertur dominium in donatarium: eo vero mortuo transfertur ipſo jure.

35 Dominium rei legatæ mortuo teſtatore tranſit recta via in legatarium.

36 Donatarius cauſa mortis non habet neceſſitatem capiendi rem donatam de manu hæredis.

37 Etiam non adita hæreditate conſiſtit donatio cauſa mortis.

38 Legatum ad ſui confirmationem indiget aditione hæreditatis.

Sive legatum in teſtamento ſive in codicillis ſit relictum. Ibid.

Item: Si relictum ſit in codicillis ab inteſtato, requiritur aditio venientium ab inteſtato. Ibid.

39 Interdictum quorum legatorum non pertinet ad donationes cauſa mortis.

40 Legatarius non poteſt propria authoritate occupare rem legatam, quam de manu hæredis accipere debet. Alias privatur jure ſuo.

41 Privationis pœna contra legatarium, qui propria authoritate occupavit rem legatam conſuetudine generali receſſit ab Aula. Si vero imminet ratio Falcidiæ, compellitur rem hæredi reſtituere interdicto quorum legatorum.

42 Ceſſat interdictum, ſi legatarius de licentia teſtatoris rem legatam occupavit, ſi poſſeſſio erat vacua.

43 Licentia teſtatoris ſufficit tacita.

44 Licentia teſtatoris non operatur, ſi hæres jam apprehendiſſet rei legatæ poſſeſſionem.

45 Neque etiam operatur, ſi conſtat, vel dubitetur hæredi aliquam defenſionem competere.

46 Quando prædicta licentia à teſtatore conceſſa intelligatur? Remiſſive.

47 Legata, quæ dilationem non admittunt, debentur ante aditam hæreditatem.

48 Falcidia deducitur ex donatione cauſa mortis, & quando illius ratio imminet, agit hæres per vendicationem, vel actionem in factum.

49 Donatio cauſa mortis dicitur, quæ fit timore mortis, vel inſtantis periculi.

50 Tunc dicitur revocata donatio facta timore mortis, vel inſtantis periculi, per convaleſcentiam, evaſionem periculi, quando donans infirmus expreſſit ſe donare; quia timebat mori ex illa infirmitate: vel conſtituens in periculo declaravit donare propter inſtans periculum.

51 Donatio facta ſimpliciter ab ægroto, vel conſtituto in periculo non dicitur cauſa mortis, ſed inter vivos.

52 Non dicitur revocata donatio cauſa mortis facta à ſano quamvis poſtea incidat in infirmitatem, vel periculum, & convaleſcat, aut à periculo liberetur.

53 Cauſa mortis donatio confirmatur morte donatoris, & revocatur per pœnitentiam, niſi donator deceſſerit ſine hærede.

54 Pœnitentia debet eſſe verbis declarata.

55 Tacitè revocatur donatio cauſa mortis per alienationem rei donatæ factam à donatore.

56 Legatum revocatur per alienationem rei legatæ titulo lucrativo.

57 Idem ſi alienatio fiat titulo oneroſo ſine neceſſitate.

58 Amplia etiamſi prædicta alienatio ſit inutilis.

59 Legatum alimentorum, vel piæ cauſæ revocatur per dictam alienationem: ſi vero teſtator rem recuperaverit, debetur.

60 Donatio cauſa mortis revocatur, ſi res donata pignori datâ ſit pro tam magna ſumma, ut non ſit ſpes ſolutionis: non ſi pro minori ſumma.

61 Legatum non cenſetur revocatum per obligationem, vel hypothecam rei legatæ.

62 Hæres tenetur luere, & ſolvere debitum rei donatæ cauſa mortis, vel legatæ.

63 Donatio cauſa mortis cenſetur revocata per legatum rei donatæ alteri factum: non tamen revocatur per inſtitutionem hæredis.

64 Donatio cauſa mortis evaneſcit præmoriente donatario ante donatorem.

65 Si donatarius, & donator ſimul deceſſerint firma manet donatio cauſa mortis.

66 Donatio cauſa mortis evaneſcit per ſententiam capitalem contra donatorem: licet donatio facta fuerit ante delictum.

67 Ultima voluntas per delictum capitale revocatur.

68 Mors civilis æquiparatur morti naturali, non ſolum in caſibus expreſſis; ſed etiam in aliis, in quibus datur eadem ratio ſecundum Caſtill. Verius tamen eſt, quod diſpoſitio loquens de morte intelligitur de morte naturali.

69 Mors civilis nunquam æquiparatur naturali, niſi in caſibus à jure expreſſis.

70 Mors civilis æquiparatur naturali in caſibus, in quibus operatur eundem effectum, quam naturalis: vel quando datur eadem ratio, & mens diſponentis.

71 Donatio cauſa mortis facta inter conjuges ſecuta condemnatio capitalis donantis confirmatur.

72 Revocata donatione cauſa mortis dominium rei donatæ ipſo jure revertitur ad donantem, qui rem recuperat cum fructibus.

73 Si res donata fuit alienata, agit donator adverſus donatarium ad pretium, & intereſſe: Et An valeat agere contra tertium?

74 Re-

74 *Reſoluto jure donantis reſolvitur jus accipientis.*
75 *Id, quod procedit à radice infecta, non poteſt pullulare.*
76 *Sublato antecedenti tollitur ſequens, & conceſſo antecedenti etiam conſequens, dicitur conceſſum.*
77 *Sublato fundamento totum corruit ædificium.*
78 *Cauſa ubi non eſt efficax, neque cauſatum poteſt eſſe efficax.*
79 *Cauſans ſemper ſpectandus eſt, non actus cauſatus; & in plus influit cauſa in ſe ipſa, quam in cauſato.*
80 *Interpretantur* L. ſi filio familias 19. & L. illud 37. §. Julianus ff. de donat.
81 *Dictio ipſe eſt perſonaliſſima.*
Et alterius rei excluſiva Ibid.
Et implorat dominium. Ibid.
82 *Donatio cauſa mortis, & legatum non valet, ſi hæres non eſt ſolvendo, neque debentur, niſi deducto ære alieno.*
83 *Donatio cauſa mortis, ſi fiat in teſtamento aſſumit in omnibus naturam ultimæ voluntatis; & revocato teſtamento cenſetur revocata; licet pactum ſit adjectum de non revocando, vel juramentum.*
84 *Intellige, ut procedat in donatione facta abſenti in teſtamento; quia eſt ultima voluntas. Secus ſi præſenti.*
85 *Donatio cauſa mortis in teſtamento facta præſenti nullo pacto adjecto de non revocando, revocato teſtamento cenſetur revocata; ſi vero pactum de non revocando adjiciatur, promiſſio intelligitur, niſi teſtator ipſum revocaverit teſtamentum.*
86 *Facta in teſtamento præſenti, ſi donator illam nunquam revocare promiſerit, non revocabitur etiam revocato teſtamento; quia tranſit in donationem inter vivos: ut numer.* 87. *Secus, ſi apparuerit donatorem mortis cauſa donare voluiſſe.*
88 *Donatio ſimplex, vel cauſa matrimonii facta in teſtamento irrevocabilis redditur, quamvis ſcriptura principalis ſit teſtamentum.*
89 *Donatio facta in pœnam revocationis teſtamenti non valet, tanquam facta ſub conditione turpi.*
90 *Intellige, quando donatio fit in pœnam revocationis, ſeu mutationis alicujus diſpoſitionis univerſalis; ut eſt inſtitutio hæredis. Secus ſi reſpicit legata, vel relicta particularia; quia tunc ſubſtinetur diſpoſitio.*
91 *Donare cauſa mortis poſſunt, qui non reperiuntur, prohibiti; qui vero non poteſt contrahere, nec donare inter vivos, cauſa mortis donare nequit.*
92 *Minor adultus curatorem habens non poteſt cauſa mortis donare. Contrarium* n. 95. *Et vide diſtinctionem.* Anton. Fabri n. 96. *Quæ reprobatur ab Authore* n. 97.
93 *Uſurarius manifeſtus non habet teſtamenti factionem; niſi præſtet cautionem de reſtituendis uſuris.*
94 *Poteſt tamen mortis cauſa donare; quia contrahere non prohibetur.*
98 *Uxor ſine licentia viri non poteſt cauſa mortis donare.*
99 *Mulier conjugata non poteſt contrahere ſine licentia viri, neque habet bonorum adminiſtrationem de jure hujus Regni, & Caſtellæ.*
100 *Sublata una cauſa diſpoſitionis, remanet alia, per quam ſuſtinetur diſpoſitio, ſi duæ concurrunt.*
101 *Si plura concurrunt, uno ſublato remanet alterum.*
102 *Mulier conjugata ſine licentia viri non poteſt propriam filiam dotare.*
103 *Mulier conjugata in hoc Regno donare non poteſt.*
104 *Donare cauſa mortis non poteſt, qui teſtari prohibetur.*

105 *Filius familias de conſenſu patris poteſt cauſa mortis donare; quamvis teſtare non valeat. Poteſt tamen filius ſolus donationem revocare. ut num.* 106.
107 *An ſi filius familias facit teſtamentum de conſenſu patris adjecta clauſula codicillari, ſi non valet, teſtamentum valeat jure codicillorum, & cujuſque ultimæ voluntatis valere poſſit diſpoſitio in vim donationis cauſa mortis?*
Dubium eſt Quod reſolvitur affirmative.
108 *Donationes cauſa mortis, & legata in pluribus conveniunt.*
109 *Inſinuatio non requiritur.*

PRimò verum eſt dicere, quod donatio cauſa mor- 1
tis non eſt proprie donatio L. 1. *L. Senatus* 35.
§. *donari. ff. de donat. cauſa mortis.* Tiraq. *de re-*
tract. convent. § 2. *num.* 9. *& poſt leges connub. gloſ.*
5. *n.* 65. qui tradit, quando verbum donatio ponitur
permiſſive non comprehendit donationem causâ mor-
tis; & tunc fieri cenſetur, cum donatio refertur ad
tempus mortis, vel quæ mortem donantis deſiderat
L. *Seia* 12. *ff. de dote præleg. L. Seia* 42. §. *fin. ff.*
de donat. cauſa mortis. Et regulariter tunc cenſetur
facta donatio causâ mortis quando de ea fit mentio,
ſi mors fuerit cauſa, & occaſio faciendi talem do- 2
nationem optimè Vincent. de Franch. *deciſ.* 436. *n.*
2. Franch. Marcus *deciſ.* 486. *nu.* 6. Boer. 353. Ma-
rius Cutell. *de donat. tract.* 2. *diſcurſ.* 1. *ſpecial.* 12. *n.*
1. Gama *deciſ.* 163. *n.* 2. Anton. Gomez *l.* 2. *var. c.* 4. *n.*
15. Pichard. *in princip. Inſtit. de donat. n.* 2. *& per to-*
tum Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 36. *n.* 3. Petrus Bar-
boſ. *in L. quæ dotis nu.* 85. *& ſeqq. ff. ſolut. matrim.*
Quod intellige, ſi mentio mortis facta ſit per modum 3
cauſæ finalis, quaſi quod mors ipſa inducat ad donan-
dum Bald. *conſil.* 239. *n.* 1. Roman. *conſil.* 513. *nu.*
1. *& in L. quæ dotis num.* 8. *ff. ſolut. matrim.* Mantic.
de conjectur. l. 1. *tit.* 13. *n.* 4. Rimin. *in princ. Inſtit.*
de donat. n. 2. Marius Cutell. *d. ſpecial.* 12. *n.* 23. Gra-
tian. *c.* 78. *n.* 43.

Hæc autem donatio causâ mortis, quoad initium, 4
& ordinationem, propriùs accedit naturæ contractus,
L. inter mortis ff. de donat. cauſa mortis gloſ. recepta
in L. 2. *ff. de donat. cauſa mortis* Cancer. *l.* 1. *variar.*
c. 1. *num.* 65. Covarr. *in rubr. de teſtam.* 3. *p. à num.*
2. Petrus Barboſ. *in L. qua dotis num.* 105. *ff. ſolut.*
matrim. Molina *de juſtit. diſput.* 288. Menoch. *uſu-*
frequent. lib. 1. *c.* 12. *n.* 4. Oſuald. ad Donel. *lib.*
8. *c.* 31. *littera P. & lib.* 14. *c.* 33. *littera* E. Moli-
na *de primog. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 6. Anton. Gomez *lib.*
2. *c.* 4. *n.* 16. Clarus *in* §. *donatio q.* 5. Riminald. *in*
princip. Inſtit. de donat. n. 1716. Amendol. ad Vin-
cent. de Franch. *deciſ.* 436. *n.* 15. Arias de Meſa *lib.*
2. *variar. c.* 39. *num.* 4. quoad effectum verò potius
accedit ultimæ voluntati, & habet ſe ad inſtar legati
L. *Marcellus* §. 1. *ff. de donat. cauſa mortis* Rimi-
nald. *in d. princ. Inſt. de donat.* 1058. Palacios Ru- 5
bios *in rubr. de donat. inter virum* §. 77. *n.* 2. *verſ.*
quia hæc donatio Gratian. *c.* 172. *n.* 2. Narbona *de*
ætate anno 14. *q.* 50. *n.* 8. Caldas *de nomin. q.* 5. *n.* 38.
Arias de Meſa *lib.* 2. *c.* 39. *n.* 8. *&* 15. adeo ut veniat
appellatione legati, L. *& fideicommiſſum* 87. *ff. de le-*
gatis 3. Arias de Meſa *d. c.* 39. *n.* 2. Riminald. *in d.*
princip. de donat. n. 1811. Covarr. *d.* 3. *p. rubr. num.*
23. *& ſeqq.* Immo talis donatio nihil fere à teſtamen-
to diſtat *L. fin. C. de donat. cauſa mortis* Mantica
de conjectur. lib. 1. *tit.* 12. Solorzano *tom.* 2. *l.* 3. *c.*
10. *n.* 10.

Non autem ſemper donatio, in qua fit mentio mor- 6
tis, dici poteſt cauſa mortis donatio; quoniam illa in
qua fit mentio mortis in vim dilationis, non eſt do-
natio cauſa mortis. ſed inter vivos, *L. quidam teſta-*
mento digeſt. de legatis 1. Gama *deciſ.* 103. *num.* 4.

& deciſ.163. nnm. 2. deciſ. 302. num. 9.& 10.Gra-
tian. e. 89. num. 23.& 24.& ſeqq. Maſcard. concluſ.
561. num. 32. Mantica de conjectur. lib. 1. tit. 13.n.
12. Herm. in L. 11. tit. 4. partit. 5. gloſſ. 1. nu. 18.
Thuſc. lit. D. concluſ. 661. unm. 18. Menoch. lib. 3.
præſumpt. 35. n. 11. Covarr. in rubr. de teſtam. p. 3.
n. 36. Boer. deciſ. 353. Valaſc. conſult. 102. n. 10.
Barboſ. in d. L. quæ dotis n. 108. Fontanell. de pact.
nupt. elauſ. 4. gloſſ. 3. n. 4. Cancer. lib. 1. c. 8. num.
115. & 116. & 218. Amato variar. reſolut. 62. num.
11. Vincent. de Franch. deciſ. 213. num. 8. Et ideo
clauſula conſtituti adjecta in hac donatione ex tunc
transfert dominium, & poſſeſſionem in donatari-
um, Vincent. de Franch. deciſ. 213. nu. 1. Amato
reſolut. 62. n. 10. & 11.

7 Quando autem dicatur facta mentio mortis in vim
dilationis? Vide Maſcard. concluſ. 561. num. 33.&
34. Barboſ. in d. L. quæ dotis n. 109. Cancer. d. c. 8.
n. 116.

8 Inſuper ſi donator in donatione reſervavit aliquid
ad teſtandum, donatio inter vivos, quamvis in ea
mentio mortis facta ſit juxta text. in L. hac ſtipula-
tio §. Divus ff. ut legatorum nomine caveatur Cravet.
conſil. 214. num. 11. Fontanell. d. clauſ. 4. gloſſ. 3. n.
7. L. fundum ſub conditione §. ſi libertus ubi Jaſon.
notab. 1. ff. de legat. 1.

Similiter in dubio inter vivos dicitur donatio, in
9 qua licet fiat mentio mortis, fuit reſervatus uſusfruc-
tus, quoniam in donatione cauſa mortis ſupervacua
eſt dicta reſervatio: ut dixit Bald. conſil. 107. col. 1.
verſ. præterea retentio vol. 2. Ruin. conſil. 182. à nu.
1. uſque ad 9. vol. 1. quos refert, & ſequitur Manti-
ca de conjectur. ultim. volunt. lib. 1. tit. 13. nu. 21.
Amendola in L. ubi ita donatur ff. de donat. & ad
10 Vincent. de Franch. deciſ. 213. n. 38. Sed hanc li-
mitationem eleganter improbat noſter inſignis Bar-
boſa in L. quæ dotis num. 110. & 111. ubi perbelle
tradit, quòd reſervatio uſusfructus non repugnat
donationi cauſa mortis: cum enim illa duobus modis
fieri poſſit, ſcilicet, ut ſtatim transferatur domini-
um, vel tunc demum, quando mors fuerit ſecuta
juxta text. in L. 2. ff. de donat. cauſ. mort. Qui re-
ſervato uſufructu, donat mortis cauſa, oſtendit ſe
velle ſtatim dominium transferre in donatarium per
L. quiſquis C. de donat. non autem ex hoc donatio
cauſa mortis amittit ſuam naturam, ut libere poſſit
revocari: ut probat textus in L. Seja ff. de donat. cauſ.
mort. Atque ita intelligit dictum Bald. in donatione
facta ſimpliciter reſervato uſufructu in vita donantis,
quæ quidem donatio eſt inter vivos: quando autem
donatio fit hoc modo. Dono tibi poſt mortem reſer-
vato uſufructu in vita, non eſt dubium, quod do-
natio dicitur cauſa mortis. Cui ſententiæ libenter
adhæreo.

Deinde donatio cauſa mortis, quam donator pro-
11 miſit non revocare, ſed eam ratam habere, tranſit
in donationem inter vivos, L. ubi ita donatur ff. de
donat. cauſa mort. ubi Bart. & alii Bald. conſ. 113.
quædam Domina per totum l. 1. Clar. in §. 41. & 74.
Thuſc. litt. D. concluſ. 661. n. 25. & concluſ. donatio q.
4. in fin. Alexand. conſ. 7. l. 6. Aretin. conſ. 41. & 74.
Thuſc. litt. D. concluſ. 661. n. 25. & concl. 671. n. 15.
Covarr. in rubr. de teſtament. p. 2. n. 11. & 13. Anton.
Gomez lib. 2. variar. c. 4. n. 22. Roderic. Suares alle-
gat. 20. n. 3. 5. & 6. Gutierrez de juramento confirm.
1. p. c. 12. per totum. Maſcard. de probat. concluſ.
561. num. 6. Molina de primog. lib. 4. c. 2. à n. 40.
cum ſeqq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 9. p.
4. num. 101. & gloſſ. 22. p. 2. num. 57. Mantica de
conject. ultim. vol. lib. 1. tit. 13. n. 5. & 7. Menoch.
lib. 3. præſumpt. 35. n. 16. Hermoſill. in L. 11. tit. 4.
p. 5. gloſſ. 1. n. 13. Molina de juſtit. tom. 2. diſput.
287. n. 17. & ſeqq. Petr. Barboſa in d. L. quæ dotis
num. 113. Cald. de poteſtate eligendi c. 2. à. un. 24.
Capyc. Latro deciſ. 151. num. 28. & Michael Angel
Gizzi ad Capyc. Latro obſervat. 118. n. 10. Qui in-
numeros alios adducunt, & Caſtill. lib. 5. contro-
verſ. c. 80. n. 6. verſ. atque ita, & in additione ejuſ-
dem verſ. ego ſane Franclus deciſ. 213. n. 6.

Declaranda tamen eſt prædicta reſolutio, ut pro- 12
cedat caſu, quo pactum de non revocando fuit ap-
poſitum in verbis diſpoſitivis ipſius donationis, in
quibus ſubſtantia donationis conſiſtit, qui tunc erit
donatio inter vivos, & non poterit revocari, pro-
ceditque diſpoſitio text. in d. L. ubi ita donatur:
Secus dicendum, ſi pactum de non revocando appo-
natur in verbis executivis ad finem inſtrumenti, quip-
pe tunc ex dicto pacto non alteratur natura donatio-
nis cauſa mortis, ita non obſtante pacto revoca-
ri poſſit juxta ſententiam, gloſſ. in L. ſi alienam §.
1. verbo qui acceperit ff. de donat. cauſa mort.
Quæ habet donatorem non obſtante pacto poſſe re-
vocare donationem per regulam text. in L. ſi quis
in principio teſtament. de legat. 3. nam cum natura
donationis cauſa mortis ſit, ut quocumque tempore
poſſit revocari, ut dicemus infra, pactum de non revo-
cando adjectum contra naturam contractus pro non
adjecto haberi debet, L. cum precario ff. de preca-
rio cum ſimilibus Et ita contrarias opiniones conciliat
Decius in L. non omnis ff. ſi cert. petatur. quem ſe-
quuntur Anton. Gomez lib. 2. var. c. 4. numer. 22.
verſ. ſed pro concordia Covarr. in rubr. de teſtament.
2. p. nu. 13. in 2. concl. ad fin. & in 3. concluſ. Rol-
landus à Valle conſ. 8. n. 14. Thuſc. lit. D. concluſ.
661. num. 32. & concluſ. 671. n. 15. Gutier. de ju-
ram. confirm. 1. p. c. 12. num. 5. verſ. ideo Decius
Petr. Barboſa in d. L. quæ dotis n. 118. & 119. An-
ton. Gabriel. lib. 2. commun. opinion. tit. de jurejur.
concluſ. 1. nu. 3. & 4. Mantica de conjectur. ult. vol.
lib. 1. tit. 13. n. 5. & 7. Molina de juſtit. tom. 2. diſ-
put. 287. n. 17. Surdus conſ. 243. n. 40. & 41. Syl-
veſter Aldobrandin conſ. 93. n. 9. & 10. Matienço in
L. 7. tit. 10. gloſſ. 1. n. 14. lib. 5. Recopilat. Caſtill. lib. 4.
c. 48. n. 5. 6. & 7. Hermoſill. in L. 11. tit. 4. p. 5. gloſſ. 1.
num. 14.

Fundamentum prædictæ conciliationis in eo poſi- 13
tum eſt, quod clauſulæ appoſitæ in executivis non
ampliant, neque alterant diſpoſitionem, neque illius
naturam mutant ſed regulantur ſecundum naturam
principalis diſpoſitionis Clement. 1. ad fin. de præb. L.
prædiis in principio ff. de legat. 3. L. quidam in teſta-
mento in princip. ff. de legat. 1. & ſcribunt Abb. in c.
cum noſtris in fin. de conceſſ. præbenda Alexand. in d.
L. quæ dotis col. 4. & in L. more majorem num. 17.
ff. de juriſdict. omnium judic. ubi Decius num. 32. &
in L. non omnis num 21. ff. ſi certum petatur. Ant.
Gabriel. lib. 6. tit. de clauſulis concluſ. 10. Menoch.
conſ. 2. num. 58. & lib. 3. præſumpt. 15. n. 43. Ca-
valcan. deciſ. 43. ſub. num. 35. verſ. nec obſtat. p. 1.
Vincent. de Franch. deciſ. 6. num. 6. & ſeqq. Alex.
Trentacinq. lib. 2. variar. tit. de reſcriptis reſolut. 8.
num. 2. innumeros citat Caſtill. lib. 4. c. 48. num. 4.
quibus addo Gutierr. de juram. confirmat. 1. p. cap.
12. num. 3. & 5. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4.
gloſſ. 21. p. 6. à num. 69. Alphonſ. de Olea de ceſſio-
ne jurium tit. 1. q. 3. n. 11. & 12. actus enim deno-
minatur ab origine, unde trahit neceſſariam conſe-
quentiam L. damni §. Sabini ff. de damno infecto: 14
unde clauſula acceſſoria poſita in executivis donatio-
nis cauſa mortis, revocabilis eſt, prout ipſa donatio
L. ſub conditione ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. L.
in ſervitutem §. & ff. & ſi quis ff. de bonis liber. gloſ. in
L. ſi patronus verbo Fabiana ff. ſi quid in fraudem pa-
troni Jaſon. in L. ex teſtamento num. 1. & 2. C. de fi-
deicommiſſ. Valenz. Velaſques conſ. 63. n. 17. cum
acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis; regula
acceſ-

acceſſorium de regul. jur. in 6. L. etſi non ſint §. per-
veniamus, & §. fin. de auro, & argento legato §. cum
ex aliena Inſtitut. de rerum diviſ. L. ſi cum §. qui inju-
15 riarum ff. ſi quis caution. Reynoſo obſervat. 68. nu.
6. Gratian. diſcept. forenſ. c. 937. num. 22. Valenz.
conſ. 53. n. 16. Sanſelicio deciſ. 320. n. 1. Mierez de
majoratu p. 1. q. 30. n. 21. Oliva de foro Eccleſ. 1. p. q.
7. n. Quare nil mirum, ſi pactum de non revocando
16 adjectum poſt donationem cauſa mortia in executiva
illius naturam non immutet juxta prædictam Decii
opinionem: præſertim quia pactum de non revo-
cando, & ſimiles clauſulæ quæ à Tabellionibus
ſolent apponi de conſuetudine: & ideo parnm, aut
nihil operantur, & contractus naturam non immu-
tant, Pelaez de Mierez de majorat. 1. p. q. 5. num. 3.
Cabed. 1. p. deciſ. 5. n. 4. Valaſc. de jure emphyt. q.
25. n. 19. Covar. in rubr. de teſtamento 2. p. nu. 39.
Sorlorzano de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 8. n. 36.
Valenz. conſ. 119. n. 112.

17 Cæterum Molina d. l. 4. c. 2. num. 46. verſ. ex quibus,
hanc communem concordiam impugnat aſſerens, quod
in qnacunque parte inſtrumenti adjiciatur pactum de
non revocando, reducimnr ad terminos legis, ubi ita
donatur; & tranſit donatio cauſa mortia in donationem
inter vivos; ſequitur Barboſ. in d. L. quæ dotis num.
118. & 119. Ubi dicit, quod quando in executivia
adjicitur principaliter aliqua qualitas, quæ non fue-
rat expreſſa in diſpoſitione principali, utique illa
qualificavit diſpoſitionem principalem: & cum clau-
ſula de non revocando ſit principaliter in executivis
poſita qnalificavit diſpoſitionem: at vero Gutier. de
juram. confirm. p. 1. cap. 12. numer. 5. prædictam
concordiam veram eſſe dicit, quando clauſula in
executivis continet verba generalia, & ponitur in-
ter verba generalia ſcripturæ; tunc enim non mutat
natnram donationis cauſa mortis. Si vero enim in
executivis clauſula ſoecialis de non revocando ſit
appoſita, ſemper donatio cauſa mortis tranſit in do-
nationem inter vivos ex mente, & voluntate ex-
preſſa donatoris. Et addit, quod illa clauſula ſpecia-
lis non præſumitur appoſita ex ſolo uſu notariorum,
ſed ex voluntate donatoris. Quod idem ſentire vi-
detur Mantic. de conjectur. tit. 13. numer. 7. & in
expreſſo idem tradit Fontan. de pact. nupt. clauſu-
la 4. gloſſ. 21. p. 2. num. 72. & 73. Et ſane opinio-
nem Gutierr. veriſſimam credo. Et ad text. in Cle-
ment. 1. de præbend. reſpondet Molina d. lib. 4. c.
2. nu. 46..

18 Quæ qnidem reſolutio à fortiori procedit; quan-
do cum clauſula de non revocando, interponitur
juramentum Guttierrez de juram. confirm. 2. p. cap.
12. à num. 7. Paulua Caſtrenſ. conſil. 101. vel. conſil.
75. vol. 2. Boerius deciſ. 353. numer. 11. Ferrarius
cautela 30. n. 1. ad fin. & num. 2. 3. & 4. Roland.
conſil. 77. num. 11. Maſcard. concluſ. 561. num. 35.
Oui n. 36. ait obſervandum eſſe, donationem non ef-
fici irrevocabilem, propter juramentum ſed propter
pactum de non revocando: quia Doctores non tribuunt
hunc effectum juramento ſed pacto Menoch. conſil.
84. n. 65. ſequitur Hermoſill. in L. 11. tit. 4. partit
5. gloſſ. 1. n. 15. Tello Fernandea in L. 17. Tauri n.
99. Et hæc opinio tenenda eſt: qnamvis Marta de ſuc-
ceſſione legali 4. p. q. 26. art. 2. n. 17. teneat con-
trarium cum aliis, quos laudat, & etiam refert Gut-
tierrez d. c. 12. n. 8.

19 Hæc autem donatio: ſi fiat omnium bonorum
præſentium, & futurorum appoſito pacto de non
revocando, nullo modo poteſt valere irrevocabiliter,
cum enim tranſeat in donationem inter vivoa juxta
regulam text. in L. ubi donatur ff. de donat. cauſa
mortis. Verum eſt dicere, quod prædicta donatio
tanquam inter vivos valere non poteſt, quia auſertur
libera teſtandi facultas L. ſi libertus §. penult. ff. de
jure patronat. Bart. & Doctores in L. ſtipulatio hoc
modo concepta ff. de verborum obligat. Gama deciſ.
166. numer. 1. & deciſ. 206. num. 4. & latiùs de-
ciſ. 386. per totam Valaſc. de partit. cap. 20. num.
4. Covarr. in rubr. de teſtam. 2. p. num. 6. Reynoſ. 20
obſerv. 41. à num. 1. Larrea deciſ. 10. à numer. 1. &
deciſ. 66. à numes. 10. Fontan. de pact. nupt. clauſ.
3. gloſſ. 9. p. 4. num. 94. Cancer. lib. 1. cap. 8. num.
7. Valenz. conſ. 117. num. 1. & ſeqq. Auguſt. Barboſ.
voto 25. num. 1. Peg. dec. 138. & 170. n. 2. Quid-
quid contrarium defendere conetur Anton. Faber.
de error pragmat. decad. 48. errore 6. Schiſordege-
rus lib. 1. tract. 13. q. 2. Atqui pactum de non revo-
cando in prædicta donatione inutile eſt ex eadem rá-
tione, quæ donationem inutilem reddit. Ergo dona- 21
tio irrevocabilis fieri nequit. Et ideo ſublato pacto,
remanebit donatio cauſa mortis, quæ licite omnium
bonorum præſentium & futurorum fieri poteſt: ut ſcri-
bunt Bald. in L. fin. num. 9. C. de pact. Jul. Clar. in
§. donatio q. 19. verſ. ſed quid ſiquis Caſtill. in L. 69.
Tauri verb. donation. Et ita prædictam ſententiam
tuentur Gutier. de juram. confirm. p. 1. c. 12. nu. 4.
Font. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 21. nu. 36. & ſeq.
Thnſc. lit. D. concl. 671. n. 6. Surd. conſ. 450. nu.
11. quamvis contrarium velit. Ant. Gomez in d. L.
69. Tauri n. 5. & Boer. dec. 353. n. 11.

Dicitur etiam donatio inter vivos illa, in qua dic- 22
tum fuit, quòd donatur titulo puræ, & perfectæ do-
nationis inter vivos, licet de morte fiat mentio. Quo
caſu executio differetur in tempus mortis argum. L.
unica C. ut actio ab hæredibus Rum. conſ. 182. n. 16.
Barboſ. in L. quæ dotis n. 113. n. Cravet. conſ. 214.
n. 11. in princ. Vincent Carolus deciſ. ſeu caſu 84 n. 14.
Font. d. pact. nupt. clauſ. 43. gloſſ. 3. n. 6. Thuſc. lit. D.
concluſ. 66. n. 32. Maſcard. concl. 563. nu. 43. Nil enim
prohibet executionem contractua inter vivos differri
ad tempus mortis Marius Cutell. tr. 2. diſcurſ. 1. ſpe-
cialu. 12. n. 1.

Illa inſuper erit donatio inter vivos, quæ fit ex alia 23
cauſa expreſſa, puta matrimonii, quamvis; in ea mor-
tia mentio facta ſit: nt bene ſcribunt Vinc. de Franch.
dec. 436. Boer. deciſ. 313. n. 10. Fontanel. d. gloſſ. 3. n.
8. latiſſimè Marius Cntell. de donation. tract. 2. ſpe-
ciali 12. diſcurſ. 1. n. 3. & ſeqq. Ubi à n. 8. cum ſeqq.
hujus partis fundamento ponit.

Item donatio cauſa mortis tranſit in donationem 24
inter vivos, quando facta fuit, donatario pro ſe & hæ-
redibus Decius conſ. 450. Duo dubia n. 4. verſ. venio
ad ſecundum. Ex ea ratione, quia regulariter donatio
cauſa mortis non tranſit ad hæredes Bald. in L. 2.
verſ. quid enim ſi iſte filius ſtipuletur Cod. de jure do-
tium Alex. conſ. 14. lib. 1. Thuſc. lit. concl. 671. n. 9. ubi
n. 10. contrarinm tenentes adducit Boer. dec. 353. n.
12. verſ. item etiam quando Maſc. concl. 561. num. 41.
Craſſus in §. donatio cauſa mortis q. 1. n. pen. Simon
de Prætis in interpret. ult. volunt. l. 2. interpretat. 1. du-
bitat. 1. ſolut. fin. n. 5. ſequitur Bened. Ægidius in repe-
tit. L. 1. C. de ſacroſ. Eccl. 1. p. 7. n. 26. verſ. erit, & alius
caſus Barb. in L. quæ dotis n. 112. ff. de ſoluto ma-
trim. Surd. 244. n. 21.

Præterea erit donatio inter vivos, quando in dona- 25
tione dictum eſt, qnod ſit inter vivos, quia tunc etiam
facta mentione mortis, erit donatio inter vivos ut in
expreſſo docet Alex. conſil. 14. circa 1. dub. in princip.
lib. 1. Jaſon. conſ. 269. n. 10. vol. 4. Dec. in L. fin. n. 20.
verſ. ſecunda concluſ. C. de pact. Craſſ. in §. donatio
cauſ. mort. q. 1. n. fin. Decius conſ. 305. n. 1. Petr. Barb.
in d. L. quæ dotis n. 95. Ubi quòd tunc mentio mortis
cenſebitur facta per modum dilationis Maſc. concl.
561. n. 23. qui allegat text. in L. ubi ita donatur, &
in L. Senatus §. mortis cauſa ff. de don. cauſ. mort.
Cum enim fuiſſet expreſſum quod valeret donatio,
tanquam inter vivos, conjecturis in contrarium locus

non eſt: ſequitur Bened. Ægid. in d. L.1. de Sacroſ.
Eccleſ. §.7. nu. 28. Thuſc. littera D. concluſ. 661.
num. 33. Surd. conſil. 450. num. 4.

26 Denique donatio cauſa mortis erit cenſenda inter
vivos, quandn facta fuit coram minori numero teſ-
tium, quam quinque; tunc enim donatio non erit cau-
ſa mortis ex defectu ſolemnitatis, teſtium, & magis
erit inter vivos Coſt. l. 1. ſelect. c. 18. n. 1. Valaſc. conſ.
102. n. 5. Ubi dicit magnum ſignum eſſe cognoſcendi
donationem cauſa mortis, quod minor numerus teſ-
tinm quam quinque ſit adhibitus in donatione Thuſ.
littera D. conc. 661. n. 31. Bened. Ægid. d. §.7. n. 27.
Barboſ. in d. L. quæ dotis n. 104. plures laudat Mant.
de conject. ult. lib. 1. t. 13. n. 15. Gam. deciſ. 166. nu. 4.
Rimin. in princip. Inſtit. de donat. n. 352. Sed ab hac
opinione recedit Barboſ. in L. quæ dotis nu. 105. &
ſeq. eo nixus fundamento, quòd non eſt ſimpliciter
verum ad validitatem donationis cauſa mortis requiri
quinque teſtes Cald. forenſ. conſ. 19. n. 45. Fragoſ.
de Repub. p. 3. l. 6. diſp. 9. §. 22. n. 18. quia attento
initio æquiparatur contractibus L. inter mortis ff. de
27 don. cauſa mortis: Et diximua ſupra nu. 4. Et tamen
contractus duobus teſtibus conſiſtunt L. ubi numerus
ff. de teſtibus. Verùm communis opinio tenenda eſt,
juxta quam ad validitatem donationis cauſa mortia
quinque requiruntur teſtes L. fin. C. de don. cauſa
mortis Rimin. in princ. Inſtit. de don. n. 124. Ant. Fa-
ber. in C. lib. 3. tit. 20. de inofficioſis donat. diffin. 6. n.
18. Mant. d. tit. 13. n. 15. Thuſc. littera D. conſ. 669. n.
1. & 3. Barb. in d. L. quæ dotis n. 104. Menoch. l. 3.
præſumpt. 35. n. 5. Vinc. de Franc. deciſ. 693. Gom. 2.
var. c. 4. n. 16. Julius Clar. §. donatio q. 5. Surd. dec. 149.
n. 17. & plures alii relati ab Hermoſill. in L. 11. tit. 4.
part. 5. gloſſ. 7. n. 3. Surd. conſ. 450. n. 5. Sanch. conſ.
moral. l. 4. c. 1. dub. 1. nu. 5. Almeid. de nu. quinario
c. 25. n. 1. & 18. Suar. allegat. 20. n. 29. Matienç. in
L. 7. tit. 10. l. 5. Ordin. gl. 2. n. 8. Et ad fundamenta
Barboſ. quem ſuppreſſo nomine ſecutus eſt Ant. Fab.
ſibi contrarius de errorib. pragmat. decad. 44. error.
reſpondet Oſual. in notis ad Donel. l. 14. c. 33. lit. I.
28 Et addo, quod donatio cauſa mortis, quamvis quoad
initium magis accedat contractui, tamen non eſt con-
tractus, præſertim ſi rei traditio ſecuta non fuit: ut
proſequitur Marius Cutell. de don. diſc. 1. n. 27. & ſeq.
Ubi n. 30. docet donationem cauſa mortis non effici
nudo pacto citra traditionem vel ſtipulationem: & n.
31. & 32. reſpondet ad text. in L. ſi quis argentum §. ſed
ſiquidem C. de don. Tu illum vide Cæteras limitatio-
nes illius regulæ, quod quando in donatione ſit men-
29 tio mortis, cenſetur donatio cauſa mortis, vide apud
Maſc. concl. 561. & Thuſc. litt. D. concl. 661. & 671.
Menoch. l. 3. præſumpt. 35.

Cum autem conjecturæ, & indicia admittantur ad
dignoſcendum, an donatio ſit cauſa mortis, vel inter
vivos, ut tenent Corneus conſ. 222. in hac conſulta-
tione col. 2. & conſ. 290. col. 2. in fin. l. 4. Gram. dec.
73. n. 12. Simon. de Prætis de interpr. ult. l. 2. interp.
1. dubit. 1. ſolut. fin. à n. 3. cum ſeqq. Ita, ut ſupra di-
ximns, quod quando expreſſe conſtat donatorem fa-
cere voluiſſe donationem inter vivos mortis mentio-
nem non mutare illius naturam: ita etiam ſi conſtiterit
expreſſe voluiſſe facere donationem cauſa mortis, talis
ſemper erit cenſenda; quia à verbis claris receden-
dum non eſt, nec datur locus conjecturis Dec.
30 conſ. 305. n. 2. Bened. Ægid. d. §. 7. n. 28. Barb. in l.
quæ dotis n. 117. in fin. Unde ſit quod etiamſi in dona-
tione cauſa mortis interpoſitum ſit juramentum ſi do-
nator non promiſit eam non revocare, juramentum
ſimpliciter præteritum non alterat donationis naturã,
quia regulariter aſſumit naturam, actus cui adjicitur,
& eaſdem donationis recipit conditiones, & qualita-
31 tes gloſ. verb. ex omni cauſa in L. certi condictio ff. ſi
certum petatur l. fin. C. de non numerata pecunia Cov.
l. 3. var. c. 17. n. 5. & in rubr. de teſtam. 2. p. n. 29. Be-
ned. Ægid. in L. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. in init. 2. p.
n. 25. in fin. Ideoque prædictam ſententiam tenet Co-
varr. in rubr. de teſtam. 2. p. n. 14. verſ. quarta concluſio
Gutierr. de juram. confirm. 1. p. c. 12. n. 9. Anton. Fa-
ber. in C. lib. 8. tit. 39. de mortis cauſa donat. n. 1. & 2.
Mantica de conject. lib. 1. tit. 13. n. 16.

Hæc autem donatio duobus modis ſit, ſcilicet, per
traditionem, aut per ſtipulationem L. inter mortis ff.
de donat cauſa mortis L. cum pater §. Mævio ff. de 32
legatis 2. Jaſon. n. §. perſonam n. 61. Inſtit. de actio-
nib. Tiraq. in L. ſi unquan verbo donatione n. 2. C. de
revocand. donat. Riminald. in princ. Inſt. de donat.
n. 1592. Ita tamen, ut ſi invita res donata tradita fue-
rit, in donatarium transferatur dominium, revoca- 33
biliter tamen, in caſum pœnitentiæ donatoris L. mor-
tis cauſa 18. §. Titiia ff. de donat. cauſa mortis Bene-
dict. Pinell. ſelect. juris interpr. l. 2. c. 6. n. 35. Marius
Cutell. de donat. tract. 1. diſcur. 1. particula unica n.
34. Barb. in d. L. quæ dotis n. 111. Arias de Meſa l.
2. var. 39. n. 14. Ubi qnod traditio non mutat natu-
ram donationis per text. in L. Seia 42. ff. de donat.
cauſa mortis Siverò ſtipulatione interveniente facta
ſit donatin cauſa mortis, dominium non transfertur in
donatarium vivo donatore: eo tamen mortuo ſtatim
dominium tranſit in donatarium ipſo jure juxta doc- 34
trinam gloſ. in L. 2. ff. de Public. in rem actione. Quam
celebrem, & ab omnibus receptam dicit Riminald.
Junior. in princip. Inſt. de donation. n. 98. poſt Caſtr.
Decium, & Riminald. Sen. in L. traditionib. C. de
pactis Cutell. de donation. diſcurſ. 1. particula unica
n. 18. Surd. conſ. 171. n. 1. ad inſtar legati, cujus domi-
nium ex L. 12. tabularum tranſit rectâ viâ in legata-
rium etiam ignorantem L. à Titio ff. de furtis, L. ſi ti-
bi homo §. cum Servus ff. de legat. 1. L. cum pater §. 35
Surdo ff. de leg. 2. Bald. in Auth. contra cum rogati C.
ad Treb. Doctores in L. 1. ff. de leg. 1. Tiraquel. in L. ſi
unquam verbo, revertatur. n. 33. C. de revoc. donat.
Afflict. dec. 229. n. 3. Alciat. conſ. 116. n. 7. Surd. conſ.
300. n. 2. Pichard in §. ita demum Inſt. de hæred. quæ ab
inteſt. deferuntur n. 28. & in § quos autem Inſtit. de bo-
nor. poſſ. n. 60 Gratian. c. 132. n. 4. & c. 271. n. 10. & 22.
Caſtill. de uſufructu c. 9. n. 26. Cancer lib. 3. c. 20. n. 17.
Salgado in labyrinth. 2. p. c. 14. n. 21. Et tamen differẽ-
tia, quod donatarins non habet neceſſitatem capiendi 36
rem causâ mortis donatam de manu hæredis L. cum
pater 79. §. mater, & §. Mævio ff. de legat. 2. Cutell. d.
particula unica n. 29. quia etiam non adita hæreditate
conſiſtit mortis cauſa donatio L. poſt legatum 5. §. qui
mortis ff. de his quæ ab indignis Valentia illuſtr. l. 3.
tract. 5. c. 3. n. 9. legatum verò ad ſui confirmationem 37
indiget aditione hæreditatis L. ſi nemo ff de teſtam. tu-
tel. L. ſi hæreditas ff. eod L. 1. §. 1. ff. de leg. 3. L. 2. §. adeo
ff. de vulg. L. 3. §. ſi patronus ff. de bonis liberi. L. 1. §.
ante aditam ff. ſi quis teſtam. liber eſſe juſſus fuerit
L. proxime ff. de his, quæ in teſtam. delentur. L. eam
quam C. de fideicommiſſ. L. ſi nemo ff. de regul. juris.
Quod procedit ſive legatum relinquatur in ipſo 38
teſtamento, ſive in codicillis factis ante, vel poſt
teſtamentum. L. 3. §. fin. ff. de jure codicillorum: ita
ut, etiamſi ab inteſtato facti ſint codicilli, requirun-
tur aditio venientium ab inteſtato gloſſ. in L. qui fi-
lio §. 1. ff. de hæredibus ubi Bart. & comm. DD. Bald.
in L. eam quam C. de fideicommiſſ. col. 2. rationem
ponit Anton. Gomez l. 1. variar. c. 12. n. 11. Valen-
tia illuſtrium dict. c. 3. n. 9.

Unde cum donatio cauſa mortis etiam hæreditate
nõ adita ſubſiſtat, donatariuſque de manu hæredis non
capiat: & ſic rem donatam propriâ authoritate occu- 39
pare poſſit, non pertinet ad mortis cauſa donationes
interdictum quorum legatorum L. 2. in princ. & §. 1.
junct. §. ſi quis ex mortis ff. quorum legat. Cujac. lib.
10. obſerv. c. 28. Ant. Faber. lib. 6. conject c. 2. Cu-
tell.

tell. *de donat.diſcurſ.* 1. *particnl. unica n.*29. Cujus
contrarium dicendum eſt in legatario, qui propria
authoritate non poteſt occupare rem legatam, ſed è
40 manu hæredis, aliàs cadit à jure ſuo *L.non eſt dubium*
*C. de legatis L.*1.*ff.quorum legatorum* Anton.Gomez
lib. 1. *variar. c.* 12.*n.* 10. *& in* L.45. *Tauri n.* 130.
Spino *de teſtam.gloſſ.* 8. *n.*9.10. Gratian. *c.* 571.*n.*1.
Caſtill. *de uſufructu c.* 6. *n.* 18. Mareſc.*lib.* 1.*variar.*
cap. 1. *à.numer.* 1.*cum ſeq.* Covarr. *lib.* 3. *variar.*
c. 16. *verſ. bis præterea* Cevall. *q.* 103. *numer.* 39.
Quezada *diverſ. q. juris c.* 14. *num.* 5. Sarmient. *ſe-*
lect. lib. 8. ad text. *in L. omnia fundus, & in L.*
Titia §.*Lucius ex num.*3. Menoch.*ad adipiſcenda re-*
*med.*2.*à.n.*9.*& de recuperanda remed.* 5. *à n.* 30. *&*
*remed.*9.*c.*212.Canc. 3.*p.c.*20.*n.*240.Pinel *in L.*1.*C.*
de bonis matern. 2.*p.n.*59. Quæ amiſſionis, & priva-
tionis legati pœna communi conſuetudine ab Aula
receſſit, ut advertit Covar. *d.c.* 16. *verſ.bis præterea.*
Unde ſi poſſeſſio eſt vacua, impune legatarius rem
41 legatam poteſt occupare, Quezada *d. c.* 14. *num.* 5.
Si verò ratio Falcidiæ immineat interdicto poſſeſſo-
rio quorum legatorum compellitur legatarius ad reſ-
tituendam rem hæredi, ut per retentionem rerum le-
gatarum Falcidiam conſequi valeat *L. pater* 14. §.
fin. L. *quod bonis* 15. §. 1. *L.æceptis* 9. *ff. ad L.Fal-*
cidiam, & in ſpecie probat text. *in* L. 1.*C.ſuorum le-*
gatorum.

42 Quod quidem interdictum ceſſat, eo caſu, quo le-
gatarius rem legatam occupavit de licentia teſtatoris
qui illam poteſt concedere Jaſon. *in L. quoties n.* 8.
C. de hæredibus inſtituend. Anton. Gomez *in L.* 45.
Tauri n. 133. Gratian. *c.* 47. *n.*12. Mareſc.*lib.*1.*c.*1.
*n.*24. Caſtill.*de uſufructu c.*6. *n.*18. Capyc.Latr.*deciſ.*
108.*n.* 30. Seraphin. *deciſ.*271. *n.*4. plures Amat. *re-*
*ſol.*39.*n.* 171. Quæ licentia, & facultas non tam expreſ-
ſa deſideratur, ſed etiam ſufficit tacita l. *Titia* §.1.*ff.*
de legat. 1. Peregrin. *de fideicommiſ.art.*47. *n.*41. Fa-
rin. *in praxi criminali* 3.*p.tit.de furtis q.*175.*p.* 9.*nu.*
296. Craſſ. *in* §.*fideicommiſſ. q.*43.*n.* 6. *&* 7. Anton.
43 Gomez *in d.L.*45.*n.*133. Mereſc.*dict.c.*1.*n.*24.*& ſeq.*
Capyc. Latro *deciſ.*108.*n.*32. Et tunc procedit hæc
reſolutio, quando poſſeſſio rei erat vacans; non verò
quando hæres jam poſſeſſionem apprehendiſſet: quia
tunc competit hæredi, tam interdictum quorum lega-
44 torum, quam aliud recuperandæ Menoch. *de adi-*
piſcenda remed. 2.*n.*44. *& remed.ult. n.* 24. Peregr.
*de fideicommiſſ. art.*47.*n.*55.*& ſeqq.* Mareſcot.*d. c.*1.
n. 28.*&* 29. Prout etiam non operatur licentia, quan-
do conſtat hæredi aliquam defenſionem competere,
vel dubitetur an competere poſſit: quia tunc facultas
à teſtatore conceſſa non poteſt exerceri, niſi præce-
45 dente liquidatione, ad quam hæres citandus eſt: ut
ſcribunt Bart. *in L. creditores n.* 14. *C. de pignorib.*
Gozadin. *conſ.*95.*n.*3. Alexand. *conſ.* 188. *n.* 2. *verſ.*
bene facit lib. 2. *& conſ.* 96.*n.*4.*l.*4. Aretin.*conſ.* 32.
n. 1. quos refert, & ſequitur Mareſcot. *d.c.*1.*n.*35. *&*
36. Quando autem facultas à teſtatore conceſſa in-
telligatur, videndi ſunt Menoch. *de adipiſcend. re-*
med. 2. *n.* 47.*cum ſeqq.* Thuſcus *littera L.concl.*268.
46 *n.* 40. Gratian. *c.* 47. Farinac. *d. q.* 175. *n.* 299.*cum*
ſeqq. Peregrin. *dict. art.* 47.*n.*54. Mart. *de ſucceſſ.le-*
gali 4.*p.q.*19.*art.*1. *n.* 7. Maſtrill. *deciſ.*72.*n.*4. Boer.
*dec.*156.*n.*17. Vincent. de Franch. *dec.* 204. *ante. n.*
17. Mareſc. *d.c.*1. *nu.* 15. *& ſeq.* Capyc. Latro *deciſ.*
108.*n.* 33. *& ſeq.*

Limitatur etiam prædicta regula, quæ habet legata
non deberi ante aditam hæreditatem, ut non proce-
dat in legatis, quæ dilationem non admittunt: ut per
Menoch. *de adipiſcenda remed.* 2. *n.* 62. *poſt.* Bald.
Angel. & Ripam, Salgado *de Regia protect.*3.*p.c.* 1.*n.*
61. Ubi *n.* 62. idem tradit quando in mora imminet
periculum ex Menoch. *ubi ſupra à n.* 59.

In materia autem donationis cauſa mortis, in qua,
ut ſupra diximus, dominium, rerum donatarum abſ-
que ulla traditione tranſit in donatarium à die mortis
donatoris, ut præter ſuprà relatos tradunt Coſta *in c.*
ſi pater verb. legavit n. 3. & poſt plures Hermoſill. 48
in L. 11. *tit.* 4. *part.* 5.*gloſ.*3. *n.* 19. Si immineat ra-
tio Falcidiæ, quæ etiam deducitur ex donationibus
cauſa mortis Mantica *de conjectur. l.* 1. *tit.* 13. *n.* 2.
hæres per vendicationem, vel actionem in factum, ſeu
utilem vindicationem agere debet, ut Falcidiam con-
ſequatur *L. cum pater* 77.§.*mater ff.de legat.*2. *L.pe-* 49
nult.Cod.ad L.*Falcidiam.* Valentia *illuſtr.l.*3.*tract.*5.
*c.*3. *n.*9. *circa fin.* Tuſc. *littera D. concluſ.* 666. *n.* 1.

Dicitur etiam donatio cauſa mortis ea, quæ fit ti-
more mortis vel inſtantis alicujus periculi L. 2.*ff. de*
donat. cauſa mortis L. 1. *C. eodem tit.*1.*Inſtit. de do-*
nat. dum tamen mortis, vel periculi fiat mentio, quia
tunc conſtat metum mortis vel periculum inſtans fuiſ-
ſe cauſam finalem hujus donationis argum. text. *in L.*
fin. ff. de hæredib. inſtit. Atſiue ita tenent Roman.
*conſ.*513.*n.*1. & Paul. de Caſtr. *conſ.* 384. *n.* 2.*lib.*1.
Covar. *in rubr. de teſtam.* 3.*p.n.*25. Ripa *de peſte* 1. *p.*
2. *princip. n.* 175. Matienç *in L.* 7. *tit.* 10.*lib.*5. *Or-*
*dinam gloſ.*1.*n.*2 Barboſ.*in L. quæ dotis n.* 87.*ff.ſolut.*
matrim. Surd.*conſ.*450.*n.*2. Quare, ſi donator pericu-
lum evaſit, donatio revocata cenſetur, quaſi ceſſet
cauſa finalis, propter quam facta fuit donatio, ut in
ſpecie declarat Paul de Caſtr. *conſ.* 384.*n.*2.*l.*1.

Et in hunc modum intelligenda venit doctrina 50
gloſſ. in L. 3. *de donat.cauſa mortis*, quam ibi ſequi-
tur Bart. *in fin.* & Anton. Gomez *lib.* 2. *variar. c.* 4.
n. 19.*verſ.tamen in hoc eſt differentia*, quatenus do-
cent, quòd ſi donatio facta ſit ab infirmo, vel exiſten-
te in aliquo notabili periculo, revocata cenſeatur per
convaleſcentiam infirmi, vel evaſionem, ſeu libera-
tionem periculi: quia hæc reſolutio intelligenda eſt,
ut procedat, quando infirmus expreſſit ſe donare, quia
timebat mori ex illa infirmitate: vel conſtitutus in
periculo declaravit, ſe donare propter inſtans pericu-
lum: ut optime declarat Decius *in L. non omnis in*
*princip. n.*6.*ff.ſi certum petatur*, pulchrè Barboſ.*in d.*
L. quæ dotis nu. 86. *&* 87. *circa fin. & n.* 88. quia ſi
nec mortis, nec inſtantis periculi fiat mentio, ſed
ægrotans, vel conſtitutus in periculo ſimpliciter do-
nat, non erit dicenda donatio cauſa mortis, ſed po-
tius inter vivos *L. Seja* §. *fin.ff. de donat. cauſa mor-*
tis Barboſ.*d.n.*87.*&* 88. Pro quo facit, quod donatio in
dubio præſumitur inter vivos *gloſſ. in princip. Inſtit.*
de donat. ſimilis gloſſ. in L. apud Celſum §. *Iulius* 51
verb. ſpopondiſſet ff. de doli mali except. dicit com-
munem Jaſon. *in d. L. quæ dotis n.* 26. Roland. *conſ.*
61. *n.*29.*vol.*2. Clarus *in* §.*donat.q.*4.*n.* 2. Surd.*conſ.*
450.*n.*28. *&* 29. Unde qui neq; mortis, neque peri-
culi mentionem fecit, inter vivos donaſſe cenſebitur;
etiamſi donatio fiat à conſtituto in extremo vitæ ſpi-
ritu: ut præter Barboſ. *ſupra n.* 85.86.*&* 87. docent
Surd. *d.conſ.*450.*n.*2. Covarr.*in rubr.de teſtam.*3.*p. n.*
25. Riminald. *in princip.Inſtit.de donat.n.*317. Bald.
in c. quoniam frequenter n. 11.*ut lite non conteſt.* Ju-
lius Clar. *in d.* §. *donatio q.* 4. *n.* 3.

Si verò donatio cauſa mortis facta ſit à ſano, qui 52
bonâ fruitur valetudine, & is poſtea incidat in infir-
mitatem, vel periculum, & ab eâ, vel ab eo conva-
luerit, donatio firma remanet, & non dicitur
revocata propter convaleſcentiam, vel evaſionem
periculi *L. ſi is ſervus ff. de donat. inter virum, &*
uxorem in illis verbis ibi: (*Aut ſuſpicione mortis,*
propter quam donavit, liberetur) Et hæc eſt com-
munis opinio *in L. non omnis ff.ſi certum petatur*, ubi
Jaſon. *n.* 1. qui allegat text. *in L. apud Celſum* §. 1.
ff. de doli exceptione Anton. Gomez *lib.* 2. *variar.*
cap. 4. *numer.* 19. *verſ. tamen in hoc eſt differentia*
Mantic. *de conject. ultim. l.* 12. *tit.* 7. *verſ. ſecunda*
debet reſtringi Fachin. *l.* 5. *contr. c.* 22. Barboſ.*in d.*

L.

L. quæ dotis n. 88. Jul. Clar. in §. donatio.q.25.n. 4.
Hæc autem donatio morte tantum donatoris con-
firmatur, & quia inter ultimas voluntates connu-
53 meratur: & ideo per pœnitentiam revocatur, niſi do-
nator receſſerit ſine hærede, quia tunc nemo eſſet,
qui ex pœnitentia in judicio poſſet experiri, ut ſcri-
bunt Angel. & Alex. in L. qui Romæ §. Flavius ff. de
verborum obligat. & in L. 2. ff. de legat. 2. idem An-
gel. in repetit. L. eam quam col. 10. C. de fideicom.
Socin. Junior. in L. 2. n. 85. ff. de legat. 1. Mantic.
de conject. l. 12. tit. 7. n. 4. Tuſch. litera D. concl. 672.
n. 13. Fachin. lib. 5. cap. 63. Dummodo pœnitentia
54 verbis ſit declarata L. Marcellus §. Paulus L. mortis
cauſa donatio L. qui mortis ff. de donat. cauſa mort.
Covar. in rubr. de teſtam. p. 3. p. 23. Anton. Gomez
in d. c. 4. n. 19. in princ. Mantic. d. l. 12. tit. 7. n. 2.
Mozius de donat. n. 18. Hermoſill. in L. 11. tit. 4.
partit. 5. gloſſ. 4. n. 5. Quod idem dicendum eſt in ta-
cita revocatione, puta ſi donator voluntarie rem do-
natam alienaverit Covar. in rubr. de teſtam. 3. p. n.
55 27. & 28. Gratian. c. 172. n. 3. Surd. conſ. 171. n. 1.
Bald. in L. Stichum in fin ff. de legat. 1. ubi Alexand.
n. 10. & Jaſon. n. 28. Mantic. d. lib. 12. tit. 7. n. 8.
Riminald. Junior in princ. Inſtit. de donat. n. 1055.
& 1056. Menoch. l. 3. præſumpt. 37. n. 13. Hermo-
ſill. in L. 11. tit. 4. part. 5. gloſ. 4. n. 6. ad exemplum
56 legati, quod dicitur revocatum per alienationem vo-
luntariam titulo lucrativo L. rem legatam ff. de adi-
mendis legatis Ant. Gomez l. 1. variar. c. 12. n. 56.
verſ. ſecundus caſus eſt. Spino de teſtam. gloſſ. 8. n. 6.
Covar. in rubr. de teſt. 3. p. n. 27. Mierez de major. 1.
p. q. 43. n. 78. Gratian. c. 171. n. 3. Cyriac. contr. 118.
n. 1. & per totam. Quod non tantum procedit in alie-
57 natione facta titulo lucrativo, tunc enim mutatio
voluntatis præſumitur, ſed etiam, quando fit titulo
oneroſo ſine neceſſitate: quia tunc nulla datur diffe-
rentia inter alienationem factam titulo lucrativo, vel
oneroſo L. fideicom. §. ſi rem ſuam ff. de leg. 3. Man-
tic. de conject. l. 12. tit. 6. n. 12. & 13. Menoch. l. 4.
præſumpt. 167. n. 7. & 8. Gomez d. c. 12. n. 56. Angel
in L. 1. gloſ. 4. n. 7. & 8. Caſtill. de alim. c. 38. nn. 7. &
ſeqq. Quæ reſolutio locum obtinet, etiamſi alienato
titulo lucrativo, vel oneroſo ſine neceſſitate inutilis
58 fit L. legatum §. pater ff. de alimendis leg. Covar. in
d. rubr. de teſtam. 3. n. 27. Mierez 1. p. q. 43. nn. 62. Si-
mon. de Pratis de interpr. ultimar. l. 4. dubit. 2. verſ. ad
quartum n. 3. Et iterùm procedit in legato alimento-
rum, vel piæ cauſæ, quod revocatur per alienatio-
nem voluntariam; ita tamen, quod ſi res alienata fue-
rit à teſtatore recuperata, convaleſcit legatum Surd.
59 de alim. tit. 8. privil. 21. Gratian. c. 151. n. 8. Caſ-
till. de alim. c. 38. n. 1. & 15. Mierez d. 1. p. q. 43. n. 8.
Et inſuper etiam in materia donationis cauſa mortis
ſi res donata pignorata ſit pro tanta ſumma, ut non ſit
60 ſpes luitionis, donatio revocata cenſetur Menoch. l.
3. præſumpt. 24. n. 7. & 8. Grat. c. 172. n. 3. ſecùs verò,
ſi alias res donata obligata fuerit, vel hypothecata
pro minori ſumma; quia tunc non cenſetur revocata
donatio Joannes Faber. in §. idem reſcripſerunt in
fin. Inſt. de legat. Tiraquell. in L. ſi unquam verb. li-
bertis n. 103. in fin. C. de revoc. donat. Mantic. d. lib.
12. tit. 7. n. 8. in fin. & tradunt proxime relati: prout
etiam & hypothecam rei legatæ, ſed hæres tenetur
eam luere, & tradere legatario L. 3. C. de legat. Ubi
gloſſ. & DD. §. ſi rem ſuam Inſtit. de legat. Ant. Go-
mez d. c. 12. n. 56.
61 Unde fit, quod ſi res pignori data legata fuerit, vel
cauſa mortis donata, conſiſtit utique legatum vel do-
natio, cùm non ſit vinculo pignoris contrarium, & res
cum ſua cauſa poſſit in legatarium, vel donatarium
tranſire, argum. text. in L. 1. §. cum prædium pigno-
ri, ff. de pignor. L. juſto 44. §. non mutat. ff. de uſu-
62 capion. L. uſu capio C. eod. Quo caſu, hæres pignus
luere tenetur cum ad debitum ſolvendum ſit adſtric-
tus, nullumque legatum, nulla donatio eſſet, ſi hæ-
redi in ſolutione debiti ceſſante, res pignorata à lega-
tario, vel donatario avocaretur, vel ipſius pretium
perſolvere tenetur, L. ſi res obligata 60. ff. de legat. 1.
quam reſolutionem ſcribit Valent illuſtrium lib. 3.
tract. 5. cap. 2. n. 46. Ubi de intellectu text. in L. ſer-
vum filii 44. §. idem ſervus ff. de legat. 1. circa liber-
tatem ſervo pignor. dato relictum, quæ nulla eſt.
Notabis item, quod per legatum rei cauſa mortis 63
donatæ, cenſetur revocata donatio, prout legatum
revocatum cenſetur, ſi eadem res legata alteri, ex in-
tervallo, legetur L. & ſi transferam ff. de alimend.
legat. non ad ea 88. ff. de condit. & demonſtr. L. cum
quæſtio C. de legat. Petr. Barboſ. in d. L. quæ dotis n.
103. Non tamen revocatur prædicta donatio per ge-
neralem diſpoſitionem bonorum poſtea factam, vide-
licet inſtituendo hæredem univerſalem, ut ſcribunt
Aretin. conſ. 74. n. 11. Cravet. conſ. 144. n. 10. &
conſ. 134. n. 1. verſ. fortius Covarr. in rubr. de teſ-
tam. 3. p. n. 19. verſ. nec tamen, Caſtill. de uſufructu c.
39. n. 34. Mantic. de conjecturis ultim. lib. 12. tit. 7. n. 6.
Et eſt advertendum, quod pœnitentiâ donatoris ad
hoc, ut donatio cauſa mortis revocata dicatur, pro-
batur duabus tantum teſtibus, juxta Decii ſententiam
in L. non omnis ff. ſi cert. pet. n. 9. & conſ. 305. n. 7.
Mant. dict. tit. 7. n. 3.
Evaneſcit etiam donatio cauſa mortis, præmori- 64
ente donatario, ante donatorem, L. non omnis in princ.
ff. ſi certum pet. §. 1. Inſt. de don. L. 1. L. ſi mortis
cauſa res donata de donat. cauſa mortis Ant. Gomez
l. 2. var. c. 4. n. 19. Menoch. lib. 3. præſumpt. 37. n. 43.
& 44. Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 7.
n. 10. Hermoſill. in L. 11. tit. 4. par. tit. 5. gloſſ. 4. n. 1.
Marius Cutell. de donat. tract. 1. diſcurſ. 1. particula
unica n. 31. Qui omnes docent donatarium nihil tranſ-
mittere ad hæredes. Si verò donatarius, & donator 65
ſimul deceſſerint, donatio firma remanet, quia neceſ-
ſarium eſt donatorem ſupervixiſſe, ut mortis cauſa
donatio revocata dicatur, L. ſi ii qui invicem 26. ff.
de donat. cauſa mortis. Et ita in ſpecie tradunt Co-
var. lib. 2. variar. c. 7. n. 8. verſ. quinto Mantic. de con-
ject. lib. 12. tit. 7. n. 10. Cutell. d. diſcurſu 1. particula
unica num. 33.
Denique evaneſcit donatio cauſa mortis, ſecuta 66
condemnatione capitali donatoris, tanquam imper-
fecta, licèt ante commiſſum delictum facta fuerit:
quo caſu ſi bona conſiſcantur, tranſeunt in fiſcum L.
ſi aliquis ff. de donat. cauſa mortis L. ejus qui ff. de teſ-
tam. L. res uxoris C. de donat. inter virum, tradunt
Coſta in c. ſi pater 1. p. verb. legavit. n. 6. circa fin.
Joſeph. de Seſſe deciſ. 78. nu. 5. Menoch. l. 3. præ-
ſumpt. 124. n. 170. Surrd. conſ. 171. n. 4. Gratian. c.
172. n. 8. & 9. Farinac. in praxi crim. q. 25. nu. 130.
& tit. de falſitate q. 164. nu. 18. Ex ea ratione, quia
talia donatio ſimilis eſt ultimæ voluntati; quæ per
delictum capitale revocatur, & effectum non ſorti-
tur Palac. Rubios in rubr. de donat. inter §. 77. num. 2.
verſ. quia hæc donatio Surdus conſ. 171. n. 4. Gratian. 67
c. 172. n. 2. Immò ad ejus revocationem ſufficit, quòd
crimen ſit capitale, dum tamen tale ſit, quod inferat
pœnam conſiſcationis, quamvis bona non fuerint con-
fiſcata, ut docuit Paul. de Caſtr. in d. L. ſi aliquis,
& tenent Peregrin. de jure fiſci lib. 5. tit. 1. n. 147.
Caſtro Palao tract. 4. diſput. 5. punct. 3. nu. 2. Cum
enim cauſa mortis donatio æquiparetur legato, diſ-
poſitum in uno dicitur diſpoſitum in alio, L. illud 27.
ff. de donat. cauſa mortis Cald. Pereyr. de nominat.
emphyteut. q. 5. n. 38. Surdus conſ. 71. nu. 4. Arias
de Meſa lib. 2. variar. c. 39. n. 8. & 15.
Et poteſt eſſe ratio, quia licet regulariter donatio 68
cauſa mortis morte donantis confirmetur, & mora
civilis naturali æquiparetur non ſolum in caſibus ex-
preſſis,

preſſis,ſed etiam in aliis,in quibus datur eadem ratio,
& ſimilitudo : ut contendit probare Caſtill.*lib.3.con-
trov.cap.*12. *à n.* 24.*cum ſeqq.* Attamen, verior eſt,&
communis opinio,quòd quando in lege aliave diſpo-
ſitione, fit mentio mortis, ſemper intelligitur de mor-
te naturali,non de civili : ut ſcribunt DD. *in L.Gal-
lus* §. *& quid ſi tantum ff. de liberis, & poſthumis*,ubi
Socin. Junior *n.* 15.Bologner. *n.* 57. *&* 58. Honded.
*conſ.*62.*n.l.*1.*de alim.tit.*7.*q.*39.*& tit.* 8.*priv.*7.*& tit.*
5.*q.*1.*n.*1.*&* 11.plures de more laudat Caſtill. *d.c.*12.
à n. 1.*&* 17. Giurba *de feud.*§.*gloſſ.*7.*n.*8.*&* 9. Mors
enim civilis nunquam æquiparatur morti naturali,vel
è contra, niſi in caſibus à jure expreſſis , ut eſt con-
69 munis opinio *ex gloſſ. in c.ſuſceptum de reſcrip. in* 6.
& in c. placuit 17. *q.* 1. Trentacinq. *d. c. n.* 4. Boer.
*deciſ.*323.*n.*6.Craſſ.*in* §.*fideicom.q.*41. *verſ. pro quo
militat alia communis* Mierez *de major. p.* 2. *q.* 33.
*n.*15.Cevall.*commun.contra communes q.*63.*in princ.*
Caſtil.*d.c.*12.*n.*23.Giurba *d.*§.1.*gloſſ.* 7.*n.* 16. Neq;
70 mors civilis unquam æquiparatur naturali, niſi in ca-
ſibus , in quibus eundem operatur effectum , quam
mors naturalis: vel quando caſu, de quo agitur , da-
tur eadem ratio, & mens diſponentis, ſuadet L. 1. §.
fin. ff. de bonorum poſſeſſione contra tab. Bart. Aretin.
& alii quos laudat Trentacinq. *d. c.* 6. *n.* 4.Honded.
*conſ.*62.*n.* 12. 36. *&* 39. *lib.*1. Craſſ. *d. q* 41 .*in fin.*
Molina *de primog. l.*1.*c.*13.*n.*94.Barb.*in L.*2.*ff.ſolut.
matr.p.*1.*n.*154.*ad fin.& n.* 155. Cevall.*d.q.* 63.*n.*1.
Caſtil.*d.c.*12. *n.*25.*& ſeq.*Tondut. *reſol. civ.c.*194.*n.*
12.*&* 13. Giurb.*gl.*7.*n.*19. *&* 20. Unde cum *in d. L. ſi
aliquis* 7.*ff. de donat. cauſa mortis* expreſsè decisum
ſit, quod donatio cauſa mortis morte civili non con-
firmatur, verum eſt donationem per ſententiam capi-
talem, vel delictum commiſſum; ex quo pœna confiſ-
cationis irrogatur, in totum evaneſcere.

Sed hæc reſolutio limitatur in donatione cauſa
mortis facta inter conjuges , quæ ſecuta condemna-
tione capitali confirmatur, ut tenet Surd.*conſ.*171.*n.*
8.*& ſeq.*Farin.*d.q.*25.*num.* 131.Menoc.*l.*3.*præſumpt.*
71 124.*n.*71.Bald.*in L.executorem col.*9.*verſ.quæ quidem
C.de execut. rei judicatæ* Covart.*in rubr. de teſtam.*3.
*p.*1.*&* 15.Jaſon.*in L.ſi ſtipulatus fuerim* §. *cum ſtipu-
lamur col.penult.in princ.ff. de verb. oblig.* Sanch. *de
matr. lib.* 6. *diſput.* 17. *n.*13. *& ad præcepta Decalo-
gi lib.*2.*c.*17.*n.*16. & latiùs dicemus infra.

Revocatâ igitur donatione cauſa mortis,ſive expreſ-
ſe; ſive tacitè,dominium ipſo jure revertitur in dona-
torem, cui competit rei vendicatio condictio ob cau-
ſam, vel ſine cauſa ad repetendam rem cum fructibus
*L.ſi mortis cauſa res donata cum L.ſeq.ff.donat.cauſa
mortis* Ant.Gomez *l.*2.*variar. c.*4.*n.* 20. Boer. *deciſ.*
98. *nu.* 6. Card. Pereyr. *in* L.*ſi curatorem verb. hunc
contractum. ſervari non oportet num.*2. 23. *verſ. ve-
rum enim* Mantica *de conject. l.* 12. *tit.* 7. *nu.* 1.*verſ.
plane cum donatio*, Riminald. *in princip. Inſt. de do-
nat.n.*672.Covarr.*in rubric.de teſtam.*3.*p.n.*16.Thuſc
littera D. concluſ. 663. *n.* 16. Hermoſill. *in L.* 11.*tit.*
4. *part.* 5. n. 8.

Si verò res donatæ à donatario alienatæ ſint in ter-
73 tium , donator , qui donationem revocavit , poteſt
agere adversùs donatarium alienantem , ut rei alie-
natæ pretium reſtituat , vel intereſſe ſolvat ; juxta
text. *in L.ſi filio familias* 19. *L. illud* 37. §. *Ju-
lianus ff. de donat. cauſa mortis.*Ubi ſignificatur do-
natorem adverſus tertios poſſeſſores in quos res alie-
natæ ſunt,agere non poſſe: ut adverſus Bartolum ob-
ſervant Cumanus & Imola ibi , quos ſequitur Bar-
boſ. *in L.*1.*ff.ſolut. matrim.* 5.*p. num.* 82. addendo
quod ſi donatarius non fuerit ſolvendo , tunc in ſub-
ſidium concedetur donatori cauſa mortis utilis actio
adverſus tertios poſſeſſores argum. text. *in* L. *in re-
bus* 30. *juncta gloſſ. verb. æſtimare C. de jure dotium*,
ſequitur Hermoſil. *in d.* L.11. *tit.* 4. *partit.* 5. *gloſſ.*
4. *num.* 8. *verſ. nota quinto* Verùm mihi hæc reſolu-
tio non arridet , ſi ita accipiatur , ut donator præ-
ciſe pretium, & intereſſe accipere teneatur , verius
enim credo in electione ipſius poſitum eſſe , vel pre-
tium , aut intereſſe accipere , vel ipſam rem dona-
tam , & alienatam , ut expreſſe probatur ex text.
in d. L. illud 37. §. 1.cujus hæc ſunt verba : *Julia-
nus ait.Siquis ſervum mortis cauſa ſibi donatum ven-
diderit, & hoc vivo donatore , fecerit , pretii condic-
tionem donator habebit , ſi convaluiſſet , & hoc do-
nator elegerit : alioquin , & ipſum ſervum reſtituere
compellitur* ; Quam ſententiam expreſſe tenet. Bart.
in L. ſi filio familias 19. *& in L. illud* 37. §. *Julia-
nus*. Et confirmari videtur ex eo , quòd cùm in do-
natarium dominium revocabiliter fuiſſet tranſla-
tum ex mortis cauſa donatione , cujus natura eſt ,
ut ad libitum poſſit , revocari , donatarius alienan-
do rem donatam non potuit in tertium transfer-
re plus juris , quam ipſe habebat. Unde revoca-
ta donatione , & cauſa redacta ad non cauſam , re- 74
ſoluto jure donatarii , reſolvitur jus accipientis
abſque facto hominis , & ſolo juris miniſterio L.
*Lex vectigalia ff. de pignorib. cap. nuper de donat in-
ter* Bart. *in L.*3.*n.*3.*ff. quibus modis pignus* Surd. *de-
ci.* 102. *à num.* 12. Phæb. *deciſ.* 28. *num.* 4. Pinel.*in
L.* 1. *p.* 3. *n.* 72. *C.de bonis matern.* Larrea *alleg.*22.
n. 20. *& ſeqq.* Valaſc. *conſult.* 186. Cyriac. *controv.*
425. *num.* 73. Cald. Pereyr. *de extinct. emphyteut.
cap.* 5. *num.* 74. Cancer. 1. *p. cap.* 1.*num.*17.Amat.
reſolut. 4. *num.* 17. Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *tit.*1.
q. 8. Salgado *de protect.* 4. *p. cap.* 14. *n.* 27. Et fa-
cit , quod jus tertii poſſeſſoris procedit , & depen-
det à jure donatarii venditoris , quod ſuâ natura
erat revocabile , & reſolutivum : atque ideo id ,
quod procedit à radice infecta pullulare non po- 75
teſt Ancarranus. *conſ.* 339. *incipit pro majori
numer.* 6.

Quando enim ex una radice multiplex vitium
naſcitur , conſequens eſt , ut eodem modo tolla-
tur , & reſolvatur *L. ſi liberam in fin. C. de nupt.
gloſſ. verbo novis in c. fraternitatis de teſtib.* & facit 76
text. *in cap. inter vos de re judicata* ibi : *Quæ de
ipſo cauſam , & originem acceperunt.* Et ſublato an-
tecedenti tollitur conſequens *L. ſi cum re ff. de
pact. cap. ad petitionem de accuſationibus.* Phi-
lip. Franch. *in cap.fin. n.*18. *de conſuetud.* Caſſiador.
dec. 17. *n.* 2. *de præbend.* Immò conſequens dicitur
conceſſum *L.*1.§. 1.*ff. ſi uſusfructus petatur.* Font. *de
pact.nupt.clauſ.*4.*gloſſ.*11.*n.*69. Proindeque deſtructa 77
donatione, ex qua jus donatarii vires habebat , etiam
jus tertii revocatum cenſetur ſiquidem ſublato fun-
damento, totum corruit ædificium *L. egi tecum ff.
de exceptione rei judicatæ* L. *fin. ff. de conſtit. pecun.*
L. *vectigal. ff. de pignorib.* Præſertim quia ſemper
cauſa prima repræſentatur in ſecunda in quam influit
L. licet §. *ea obligatio ff. de procuratorib.* Cravet
*conſ.*131. *num.*15. *& conſ.* 144. *nu.* 1. *vol.* 1. Quare
ubi cauſa non eſt efficax , nec cauſatum efficax eſſe
poteſt L.*cum quis decedens* ubi Bart. *ff. de legat.* 3.
Andreas Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 1. *n.*8. Anton. Hering. 78
de fidejuſſorib.c. 10. *n.* 109. Semper enim ſpectandus
eſt cauſans, non actus cauſatus Cravet. *reſponſ.*1.*pro
genero num.*33. *&* 60. Hering. *c.*20. §.9 *n.*105. Plus
enim cauſa influit in ſe ipſa, quam in cauſato, & plus
operatur L. *etſi non ſint.* 21. §. *perveniamus ff. de au-
ro, & argento legato* L. *navis onuſta in* 1. *reſponſ. ff.* 79
ad L. *Rhodiam de jact.* L. *tempus* 29. *ff. de re judi-
cata* Paul. de Caſtr. *conſ.* 129. *vol.*1. Lara *de capel-
lan. lib.* 1. *cap.* 24. *à num.* 2. *cum ſeqq.* Salgado *de
protect.*1.*p.cap.*6.*n.* 59. Anton. Hering. *dict. cap.* 10.
nu. 108. Quapropter evaneſcente donatione cauſa
mortis, & ſic dominio ex ea cauſato revocabiliter,be-
ne poterit donator non tam in ſubſidium quam rei
ven-

vendicationis actione aduersùs tertium experiri, ſi hoc
ita elegerit juxta text. *in d. §. Julianus.*
80 Neque obſtat gloſſa intellectus *in dict. §. Julianus*
verb. ipſum ſervum, quatenus ibi interpretatur ver-
ba (ipſum ſervum) id eſt, juſtam æſtimationem,
quia vero divinat: & quamvis *in L. ſi filio familias*
19. probari videatur donatorem poſſe agere adverſus
donatarium pro pretio rei alienatæ; tamen id intelli-
gendun, ſi donator ita agere elegerit juxta text. *in d.*
L. illud §. Julianus: Neque inter juſtam æſtimatio-
nem, & pretium aliqua poteſt conſiderari differentias
cum tamen magna detur inter ipſam rem & æſtima-
tionem; cumque *in dict. §. Iulianus* donatori detur
electio ad pretium petendum, vel ipſam rem negari
non poteſt, quod ipſa res vindicari valet, maximè
cum *in d. §. Iulianus dictio*, *ipſum ſervum*, appoſita
ſit, qoæ perſonaliſſima eſt, ut per Bald. *conſ.* 304.
n. 1. *in fin. vol.* 5. Menoch. *conſ.* 106. *n.* 196. *& conſ.*
150. *n.* 5. *conſ.* 379. *n.* 10. Cald. Pereyr. *de extinct.*
81 *emphyteut. cap.* 13. *n.* 34. Stephan. Gratian. *diſcept.*
forenſ. c. 104. *n.* 13. *& c.* 145. n. 5: Phæbus 1. *p. deciſ.*
4. n. 7. poſt plures Aug. Barboſ. *dict.* 177. n. 5. per-
ſonalitatem oſtendit, atq; demonſtrat. Menoch. 390.
n. 12. *& l.* 6. *præſumpt.* 38. *n.* 130. plures Aug. Barb.
ubi proxime nu. 6. quibus addo Surd. *conſ.* 31. à n.
31. Ideoque alterius rei eſt excluſiva Seraphin. *deciſ.*
552. n. 1. *& dec.* 1049. n. 3. *&* 18. Aug. Barb. *ubi pro-*
xime n. 7. Immo prædicta dictio dominium importat
Gratia. *c.* 98. n. 7. *&* 8. Barb. *ſupra* n. 7. Ex quibus
excluditur gloſſæ interpretatio, quæ verba, ipſum ſer-
vum, intelligit, id eſt, juſtam æſtimationem.
Præterea non valet donatio cauſa mortis, ſi hære-
ditas non ſit ſolvendo, proutneq; legatum valet *L* 1.
82 *ff. de his quæ in fraudem patroni*, notat Bald. *in L.*
univerſa C. de legat. & notat Riminald. *in princip.*
Inſtit. de donat. n. 1603. *&* 1617. quia neque dona-
tiones cauſa mortis, neque legata debentur, niſi prius
ære alieno deducto L. *circa* 66. §. 1. *ff. ad L. Falci-*
diam Valent. *illuſtr. l.* 3. *tr.* 5. *c.* 3. *n.* 10.
83 Rurſus donatio cauſa mortis, facta in teſtamento,
aſſumit in omnibus naturam ultimæ voluntatis, etſi
revocato teſtamento, revocata cenſetur donatio, li-
cèt in ea adjectum fuiſſet pactum de non revocando;
quia ita ut, non obſtante quocunque pacto, teiſtator
poteſt teſtamentum revocare, *L. ſiquis in princip. ff.*
de legat. 3. immò etiam, interveniente juramento,
de non revocando Gama *deciſ.* 258. *n.* 2. ubi Florea
de Mena Julius Clar. *in §. teſtamentum* 49. Ant. Go-
mez *in L.* 3. *Tauri n.* 95. Covarr. *in rubric. de teſtam.*
p. 2. *n.* 24. *ſeqq. & n.* 44. *uſque ad n.* 57. Ita non obſ-
tante, dicto pacto, donatio revocata intelligitur, teſ-
tamento revocato: & ita tenet Abbas *conſ.* 40. *col.* 2.
n. 3. *vol.* 2. ſubſcriptum Aretin. *in* L. *hæredes pa-*
lam. §. fin. col. penult. verſ. ex hoc ſequitur ff. de teſ-
tam. Socin. Junior. *conſ.* 110. *n.* 13. *lib.* 3. Boer. *de-*
ciſ. 353. *n.* 1. Anton. Gabriel. *lib.* 2. *tit. de jurejur.*
concluſ. 9. *n.* 10. ubi allegat Gullielmum Benedict. *in*
c. Raynutius verb. teſtamentum 4. *n.* 27. *verſ. ſecun-*
do limitatur Petrua Barboſ. in *L. quæ dotis num.* 123.
ff. ſolut. matrim. Riminald. *in princip. Inſtit. de do-*
nat. n. 141. *&* 142. Ruin. *conſ.* 129. *n.* 6. *&* 7. *vol.* 1.
Surd. *conſ.* 264. *n.* 37. Thuſc. *littera D. concl.* 662.
num. 17.
84 Quam reſolutionemdeclarat Bart. *in L.* 1. *circa fin.*
ff. de donat. cauſa mortis ubi Joannes de Immola *n.*
1. quem ſequitur Decius *conſ.* 196. *n.* 2. *in fin.* & cum
Pariſio, Bertrando, & Socin. Juniore Jul. Clar. in §.
donatio q. 5. *n.* 3. ut procedat in donatione facta in
teſtamento, abſenti, quia tunc eſt ultima voluntas,
& habet vim legati: ſi verò facta ſit præſenti erit
donatio cauſa mortis, quæ præſentiam donatarii re-
quirit juxta text. *in L. inter mortis* 38. *ff. de donat.*
cauſa mortis Covarr. *in rubric. de teſtam.* 3. *p. n.* 13.
Barboſ. *in dict. L. quæ dotis* n. 123. Et quamvis Rui-
nus *lib.* 1. *conſ.* 129. *col. penult.* impugnet hanc de- 85
clarationem; eam tamen probat, & veram dicit
Barb. *d. num.* 123. *in fin.* ſequitur Thuſc. *d. concluſ.*
662. *n.* 18. Itaque ſi in teſtamento, præſenti facta ſit
donatio cauſa mortis, nullo pacto adjecto de non re-
vocando, licèt donatarius præſens ſtipulatus ſit dona-
tionem cauſa mortis ſibi præſtari, revocato teſtamen-
to, & ipſa donatio cenſebitur revocata L. *ſi jure ff. de*
legat. 3. plures laudat Barboſ. *in d. L. quæ dotis n.*
124. Prout aliis modis poteſt revocari: At verò, ſi
teſtator in teſtamento, promiſerit non revocare do-
nationem cauſa mortis, talis promiſſio intelligitur,
niſi teſtatorem pœniteat totius voluntatis: & ſic teſ-
tamentum ipſum revocaverit, *gloſſ. in L. ſi alienam*
§. *Marcellus* ubi Jacob. de Arena, & Bart. *ff. de do-*
nat. cauſa mortis Jaſon. *conſ.* 6. *col.* 6. *in fin. verſ.*
tertio reſpondetur vol. 3. Surd. *conſ.* 64. *n.* 37. Man-
tic. *de conject. lib.* 1. *tit.* 13. *nu.* 10. eâ enim mente,
videtur donatio facta in teſtamento, ut aliorum diſ-
poſitorum in teſtamento naturam ſequeretur *L.* 3. *in*
princip. ff. de legat. præſtand. L. ſub conditione 18. §.
1. *ff. de bonorum poſſeſſionib. contra tabul.* Barboſ. *d.*
num. 124.
Cæterùm ſi donatio fiat in teſtamento præſenti, ip- 86
ſeque donator illam ratam habere, & nunquam re-
vocare promiſerit, etiam revocato teſtamento, non
revocabitur donatio, quia per pactum de non revo-
cando, tranſiit in donationem inter vivos, per text.
in d. L. ubi ita donatur ff. de donat. cauſa mortis Ro-
man. *conſ.* 171. *n.* 7. *& ſeqq.* Tiraq. *ad ll. connubia-*
les gloſſ. 3. n. 95. Mantic. *d. tit.* 13. n. 10. *verſ. ſed ego*
conſidero Boer. *deciſ.* 353. *n.* 5. Barboſ. *in d. L. quæ* 87
dotis n. 124. *in princ.* Cum enim conſtet de volunta-
te donatoris volentis inter vivos donare manet dona-
tio irrevocabilis *gloſ.* in *L. hæredes palam* §. *fin. ff. de*
teſtam. Gama *deciſ.* 173. *n.* 3. *& deciſ.* 339. *num.* 1.
Maſcard. *concluſ.* 642. *n.* 6. Flores de Mena *lib.* 3. *va-*
riar. q. 22. *n.* 34. Mierez *de majorat.* 1. *p. q.* 23. *nu.*
31. Surdus *conſ.* 169. Mareſcot. *lib.* 1. *variar. c.* 48.
n. 11. *&* 12. Benedict. Ægidius in *L.* 1. *C. de Sacroſ.*
Eccleſ. initio 2. *p. n.* 23. Qui omnes docent contrac-
tus, & donationes inter vivos, in teſtamento fieri poſ-
ſe irrevocabiliter. Unde ſi conſtiterit teſtatorem,
pacto de non revocando, transferre voluiſſe donatio-
nem cauſa mortis in donationem inter vivos, etiam
revocato teſtamento, ſuſtinebitur donatio. Secùs
erit, ſi apparuerit teſtatorem, mortis cauſa donare
voluiſſe, ut optime docet Barboſ. *in d. L. quæ dotis*
num. 126.
Poſt hæc ſcripta ad manua noſtras pervenit liber
de donationibus contemplatione matrimonii, quem 88
edidit Doctiſſimus Marins Cutell. *qui in tract.* 2. *diſ-*
curſ. 1. *ſpecial.* 17. *à n.* 7. *cum ſeqq.* validiſſimis ſun-
damentis tuetur donationem ſimplicem, vel cauſa
matrimonii factam in teſtamento, irrevocabilem reddi
Primò: quia regulariter plures contractus, qui ſepara-
tam habent cauſam, atque naturam, poſſunt fieri in
unica ſcriptura, ita ut unus ab alio minime impedia-
tur, quamvis ſcriptura principalis ſit teſtamentum *L.*
aſſignare 7. *ff. de aſſignat. libertorum L. ſi Titio, aut*
Sejo 16. §. *fin. ff. de legat.* Et quod unus, idemque
actus poſſit eſſe contractus, & teſtamentum, probat
text. *in L. Pomponius* 13. §. *fin. ff. de adquir. hæred.*
L. *ſi avia C. de jure deliberandi.* Ex pluribus ſunda-
mentis hanc donationem revocari, revocato teſta-
mento perbelle docet. Tu illum vide: non enim alie-
nos labores tranſcribere fas eſt.
Donatio verò facta in pœnam revocationis teſta-
menti, nullo modo valet, quia dicitur ſubconditio- 89
ne turpi facta, & conſequenter impoſſibili de jure,
quæ vitiat actum *L. impoſſibilis L. generaliter ff. de*
verb. obligat. Bart. *in L. ſiquis in principio teſtamenti*
ff. de

ff. de legat. 3. & in L. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obligat. Alexand. & Crotus ibi n.15. Cravet. conſ. 934. n. 9. Riminald. conſ 234. n. 21. ſeqq. Pichard. in §. impoſſibilis Inſtit. de hæredib. inſtituend. Larrea deciſ. 7. n. 25. Caſtill. de aliment. c. 41. n. 5. Creſp. obſervat. 91. n. 34. 35. 37. & 38. Surd. conſ. 348. n. 2. Quæ tamen reſolutio limitanda eſt, ut procedat, quando
90 donatio fit in pœnam revocationis, vel mutationis alicujus diſpoſitionis univerſalis, qualis eſt inſtitutio hæredis: non verò ſi diſpoſitio facta in pœnam reſpicit legata, vel relicta particularia, quia tunc ſuſtinetur diſpoſitio; etiam ſi expreſſe facta eſſet in pœnam: ut ſcribunt Divus in c. quod ſemel de regulis juris n. 6. Oldrad. conſ. 114. Alberic. in d. L. ſiquis in principio ff. de legat. 3. quos refert, & ſequitur Surd. conſ. 448. ſequitur Marius Cutell. de donat. tract. 2. diſcurſ. 1. ſpecial. 17. n. 19. & 20.

91 Nunc autem videndum quæ perſonæ cauſa mortis donare libere poſſint? Et eſt dicendum omnes donare poſſe cauſa mortis, qui non reperiuntur prohibiti. Ille verò, qui contrahere non poteſt, neque inter vivos donare, mortis cauſa donationem facere nequit, ut docet Covarr. in rubr. de teſtam. 3. p. n. 11. Riminald. in princip. Inſtit. de donat. n. 615. Menchac. qq. forenſ. c. 60. n. 1. & 2. Caldas Pereyr. in L. ſi curatorem habens verb. hunc contractum n. 22. C. de in integrum reſtitut. per text. in L. filius familias 7. ff. de donat. ibi: Et tam mortis cauſa donare prohibetur.

92 Ex quibus infertur, quod minor adultus habens curatorem donationem cauſa mortis facere non poteſt quia ſine curatore inter vivos contrahere nequit: ut tenent Bald. in cap. 1. §. item Sacramenta col. penult. de pace juramento firmanda, ſequuntur Alexand. in L. 2. in fin. ff. de legat. 1. ubi Ripa n. 10. Riminald. in princip. Inſtit. de donat. n. 1655. Roderic. Suarez allegat. 20. n. 8. Menchac. quæſt. forenſ. cap. 12. num. 3. Capyc. deciſ. 73. n. 7. & 8. Cald. Pereyr. qui veriorem dicit in d. L. ſi curatorem verb. hunc contractum n. Gutierr. de tutel. 2. p. c. 14. n. 18. & de juram. confirm. 1. p. cap. 13. num. 16. Mol. de Juſtitia tract. 2. diſp. 288. nu. 27. Parlad. l. 2. rerum quotidianar. c. 4. num. 40.

93 Quæ reſolutio confirmatur ex eo, quod uſurarius manifeſtus, cui teſtamenti factio inhibetur c. quanquam §. fin. de uſuris lib. 6. niſi cautionem præſtet de reſtituendis uſuris Gratian. cap. 79. n. 13. Benedict. Ægydius in L. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. 1. p. §. 4. n. 4. Spino de teſtam. in rubr. gloſſ. p. 13. n. 23. & ſeqq. Covarr. lib. 3. variar. c. 3. n. 9. Clar. §. teſtamentum q. 26. n. 1. Cevall. commun. contra commun. q. 11. n. 1. & q. 277. n. 1. poſt plures Angel. Boſſius tom. 2. moralium tit. 12. n. 181. Aug. Barboſ. in d. c. quanquam nu. 6. iden poteſt mortis cauſa donare, quia
94 contrahere illi de jure non eſt prohibitum Covarr. in rubr. de teſtam. 3. p. n. 11. Caldas d. verb. hunc contractum n. 22. verſ. prædictam etiam Narbon. de ætate anno 14. q. 50. n. 5. Propter quæ, & alia fundamenta hanc partem veriorem, & communiorem dicit Cald. Pereyr. d. nu. 22.

95 In contrariam tamen ſententiam inclinant Corrazzius in L. qui liberos 2. p. nu. 33. de ritu nupt. Tiraq. in L. ſi unquam verb. donatione largitus n. 204. C. de revocand. donat. Fachin. controv. lib. 13. c. 86. & lib. 5. cap. 61. Bald. in L. 1. ff. de tutel. & rationib. diſtrahendis Ex ea ratione, quia adultus teſtamentum facere poteſt: ergo etiam poteſt mortis cauſa donare argum. text. in L. cum hic ſtatus §. ſimiles ff. de donat. inter virum & uxorem ibi: nam, & mortis cauſa donare poterit, cui teſtari permiſſum eſt, L. Marcellus ff. eodem, L. filius familias ad fin. de donat. Confirmatur, quia donatio cauſa mortis ad inſtar legati, & ultimæ voluntatis habetur, ut diximus ſupra n. 5. Unde ratione æquiparationis donare poterit mortis cauſa is, cui teſtamenti factio permiſſa eſt: Præſertim quia curatoris authoritas non ſpectat ad donationes L. curator. 17. ff. de curatore furioſo, & prodigo dando: ideoque quoad donationes, paria ſunt habere, vel non habere curatorem Paul. de Caſtr. in L. 1. n. 2. ff. de verbor. obligation. Aretin. in d. L. ſi curatorem col. 2. Corneus conſ. 96. ad fin. lib. 2. ergo quoad donationem cauſa mortis ſola puberis perſona eſt ſpectanda. Ultra quod minor læſin minoris conſideratur in donatione cauſa mortis quæ etiam tacite revocatur per pœnitentiam, quam in teſtamento, quod revocari nequit, niſi per aliud æque ſolemne: unde faciliùs debet amitti adultum donare cauſa mortis quam teſtari poſſe. Propter „quæ hanc partem tuentur ſuperius relati, & contrariæ fundamentis ſatisfacit Fachineus d. cap. 61. & 86.

Has inter ſe pugnantes Doctorum opiniones diſtin- 96
ctionis fœdere concordare conatur Anton. Faber. de erroribus pragmat. tom. 2. decad. 46. errore 9. diſtinguens inter donationem cauſa mortis, quæ traditione fit, & eam, quæ per ſtipulationem conficitur: ita, ut facta ab adulto per traditionem ſine curatore, nulla ſit? quia traditio bonorum pertinet ad adminiſtrationem curatoris, cum dominii tranſlatio propriè ſit alienatio L. 1. C. de fundo dotali Et ita procedit prima opinio: Si verò fiat donatio per ſtipulationem, & habet locum ſecunda ſententia eorum, qui tenent valere mortis cauſa donationem factam ſine curatoris authoritate, quia certum eſt in jure, puberes curatores habentes, ſine curatoris obligari L. puberes 101. ff. de verb. obligat. cum perſonæ obligatio ſit diſtincta ab adminiſtratione facultatum, quæ curatori tantùm eſt demandata, non adulti perſona. Quam diſtinctionem probat Narbona de ætate ad humanos actus requiſita anno 14. q. 50. n. 12. & 13. Et ab ea non eſſe re- 97
cedendum dicit in judicando, & conſulendo. Sed quamvis Antonii Fabri diſtinctio ingenioſa, & ſubtilis appareat, mihi placere non poteſt: quia cum donatio cauſa mortis quoad formam, ſolemnitatem, & ordinationem æquiparetur contractui, ut diximus ſupra n. 4. Adultus habens curatorem ſine ejus anthoritate donationem cauſa mortis valide facere non poteſt, prout abſque illa, contrahere nequit, ut dicemus infra l. 2. c. 19. à n. 15. Atque ideo priori ſententiæ adhæreo.

Ex prædicta regula, quæ habet eum, qui donare non poteſt inter vivos, neque contrahere, nec poſſe 98
donare cauſa mortis infertur, uxorem, quæ contrahere nequit abſque viri licentia, cauſa mortis donare non poſſe ſine licentia mariti: ut in ſpecie ſcribunt Ant. Gomez lib. 2. variar. cap. 4. n. 16. verſ. quarto infero. Covarr. in rubr. de teſtam. 3. p. n. 12. Suarez alleg. 20. verſ. præterea Gutierrez de juram. confirm. 1. p. c. 13. n. 4. ſeqq. & lib. 2. practicar. q. 21. n. 5. Ubi communem, & veriorem dicit Sanches ad præcepta Decalogi lib. 7. cap. 8. n. 11. Ubi receptiſſimam, & probabiliſſimam eſſe affirmat Molin de primogen. lib. 2. cap. 11. n. 4. Et ante eos docuit Bald. in c. imperialem in princ. n. 18. de probib. alien. feudi per Federicum ſequitur Ancarran. conſ. 384. per totum Abbas conſ. 40. n. 2. & 3. lib. 2. Ripa in L. 2. ff. de legat. 2. num. 10. Menchac. lib. uſufrequent. cap. 60. n. 3. & 4. Jul. Clar. in §. donatio q. 5. n. 1. Molin. de juſtitia diſp. 88. verſ. ut verò. Et pro hac parte plures allegat Ceval. q. 695. n. 4. Hermoſill. in L. 11. tit. 4. part. 5. gloſſ. 1. n. 4. Quod ex prædicta ratione procedit, nempe, quia mulier conjugata non poteſt ſine viri licentia contrahere, ſaltem in hoc Regno, & in Regno Caſtellæ: ibi enim ita diſponitur in L. 13. lib. 3. foro legum tit. 20. & lib. 1. tit. 11. L. fin. ubi gloſſ. verb. & otorgare L. 55. Tauri. Et apud nos idem probare videtur Ordi- 99
nat. lib. 4. tit. 46. ubi inducta fuit tam conſuetudine, quam lege Regni communicatio bonorum

inter conjuges. Et ea ratione adminiſtratio omnium bonorum marito defertur. Et etiam probatur ex Ordinat.lib.4.tit.66. ubi permittitur uxori revocare donata coucubinæ ab ipſo viro,& ea ſibi habere,de illiſque libere diſponere, tanquam ſi non eſſet uxorata. Unde bene deprehenditur uxorem in hoc Regno nullam bonorum adminiſtrationem habere, ut eleganter tradit Gabriel Pereyr. deciſ.77.n.3.& ſeqq. ubi n.6.& ſeqq.interpretaturtext. in L.velles C.de rei vendicat. Phæbus 1.p. deciſ.62.à n.5.& deciſ.98.n.3.& 4. Cabed.1.p.deciſ.106.n.fin.Benedict.Ægid. in L. ex hoc jure 2.p.cap.7.à n.25.ff.de juſtitia,& jure. Qui omnes loquuntur de jure Regni, & de jure Caſtellæ Palac. Rubios in rubr.de donat.inter §.68.n.1.& ſeqq.Spino de teſtam. in rubr. 5.p.gloſſ. num. 4. plures de more Caſtill. c. 58.n.30.Anton.Gomez in d.L.55.Tauri num. 1.& lib.2. variar. cap. 4. num. 16. verſ. quarto inſero Gutierr. d.q. 21. nu. 5. Cumque donatio cauſa mortis quoad formam, & ordinationem, ſolemnitatemque potius accedat contractibus, quam ultimis voluntatibus, mulier, quæ contrahere non poteſt, neque donare cauſa mortis valebit, ſine licentia viri: præſertim in hoc Regno, in quo communicationis bonorum juxta conſuetudinem duplex aſſignatur ratio; una ne præjudicium fiat marito in mala mulieris adminiſtratione, ſi illi permiſſa fuiſſet: altera quæ concernit reverentiam, & obedientiam marito debitam ab uxore, de qua Tiraq. ad L. connubinal. gloſs. 8. num. 1. cum ſeqq. Gomez in L. 54. Tauri n. 1. Barboſ. in L. 1. ff. ſolut. matrim. p. 1. numer. 32. Covar. de ſponſal. 2.p. cap.7. §. 1. num. 1. Bened. Ægidius in d. L. ex hoc jure 2.p.cap.7. nu.26. Unde etiamſi ex donatione ſimplici cauſa mortis, nullum videatur præjudicium generari marito, cum ipſa revocabilis ſit, & in tempus mortis, conſeratur. Quâ ratione contrariæ partus DD. mulieri factionem donationis cauſa mortis ſine viri licentia concedunt: tamen quamvis illa præjudicii ratio ceſſet, remanet altera reverentiæ, & obedientiæ debitæ marito, & ſic una cauſa ſublata, remanet alia, per quam ſubſtinetur prædicta remanet alia, per quam ſubſtinetur prædicta reſolutio §. affinitatis Inſtit. de nupt. L. ſi non lex Ælia cenſia ff.de hæredib.inſtituend. Tiraq. tract. ceſſante cauſa limitat. 22. n. 1. Gratian. cap. 96. n. 7. & 8. Valaſc. conſult. 60. num. 6. & conſult.144.in fin. Phæb. deciſ. 86. num. 5. Surd. de aliment. tit. 5.q. 5. num. 12. Caſtill. eodem tract. c. 40. num. 12. Et quando plura obſtant, nno ſublato remanet alterum, L. ſi quando de inofficioſ.teſtam. Surd. conſ.50. n.27.Gratian.c.96.n.8.Valaſc.conſult.144. n.fin. Atque in hoc Regno ſequendam puta ſupra poſitam reſolutionem. Quidquid in contrarium dicant Menchac. controv.uſufrequent.lib.1.c.12.n.5. ſibi contrarius Matienç.in L.7.tit.10.gloſſ.2.n.30.& 32.lib.5. Recopilat. Spino in rubr.de teſtam.5.p.gloſſ.n.8.Cevall.q.695. à nu.9.cum ſeqq. & alii relati ab Hermoſill. in d. l. 11. tit. 4.partit.5.gloſſ.1.n.4. quibus addo Phæbum deciſ. 98. n.9. Benedict.Ægid.in d.L.ex hoc jure 2. p. c. 7. n. 50. Arias de Meſa l.2.variar.c.39. n. 15.

100 Pro qua noſtra ſententia facit, quod mulier conjugata in hoc Regno non poteſt ſine viri licentia dotare propriam filiam Barboſ. in Addit. ad Ord. l. 4. tit. 64. n. 218. Carvalho de una, & altera quart.p.4.c. 1. n. 56. quidquid contrariom teneant Lucarin.practicar. lib. 1. academia 7. obſervat.2.n.4. pag. 86. ut judicatum teſtatur Phæb. d. deciſ. 98. & deciſ. 181. à n. 11. Barboſ. in L. 1.p.4. n. 93. ff. ſoluto matrim. quamvis tertiam bonorum donaverit poſt mortem: Sic ſimiliter uxor ſine licentia viri, non poteſt nominationem facere emphyteuſis, quæ ad eam ſpectat, licet marito præjudicium non inferri videatur: ut latè ſundat Ægidius d. cap. 7. num. 48. & ſeqq. Pereyra deciſ. 123. qui loquitur in caſu ſimili, quando maritus ſine conſenſu uxoris emphyteuſim donare vult, quia adhuc non poteſt, niſi pro tempore vitæ ſuæ uſumſructum reſervaverit, ut ibi per eum, & Pinheyro de emphyteuſi 2. p. diſp. 6. num. 24.

Neque obſtat, quod uxor ſine licentia viri poteſt 101
teſtamentum facere, ac proinde etiam videtur donationem cauſa mortis facere poſſe, cum æquiparetur legatis, & ultimis voluntatibus: quia reſpondet Gutierr. d. lib.2.practicar.q.21.n.7.verſ.non etiam obeſt, quod donatio cauſa mortis in ſui forma æquiparatur contractibus, quos uxor ſine viri licentia facere non poteſt in his, & Caſtellæ Regnis juxta illorum jura municipalia. Et ſic non procedit in hac parte æquiparatio alias adduci ſolita, nempe, quod valet argumentum de ultimis voluntatibus, ad contractus.

Confirmatur prædicta reſolutio ex text. in L. filius 102
familias 7.§.fin.ibi. Sed enim meminiſſe oportebit ſi cui donare quoque permiſſum eſt, niſi ſpecialiter etiam mortis cauſa donare fuerit permiſſum, non poſſe mortis cauſa donare. Plane uxor in hoc Regno ſine licentia viri non poteſt donare, cum id tantum marito permittatur de mobilibus Ordinat.lib.4.tit.64. Cabed. 1.p. 103
deciſ.105.n.4. Molina de Juſtitia tract. 2.diſput.275. Ergo juxta prædictum text. in d. L. filius familias non poteſt mortis cauſa donare.

Denique prohibitus teſtari, intelligitur quoque 104
prohibitus donare cauſa mortis L.1.§.1.ff.de tutelis,& rationib. L.diſcretiſ.C.qui teſtamenta facere poſſunt d. L. filius familias 7. §. fin.ff. de donat. ut eleganter tradit Arias de Meſa d. lib. 2.variar.c.39.n. 1. & 2. & n. 10. cum ſeqq. Ab iſta tamen regula excipitur filius familias, qui de voluntate patris poteſt mortis cauſa donare, quamvis volente patre teſtamentum facere non valeat, d. L. ſi filius familias ff. de donat. Theſaur. dec.150.Jul.Clar.in §. donatio q. 6. n.3.& 4.Marta de ſucceſſione legali tom. 2. p. 4.q.26. art.1.n.1.& 3. & 29. verſ.addo Hermoſill.in d.L.11. 105
titul.4. partit. 5.gloſſ.8. num. 1. dummodo conſenſus patris ſit expreſſus Caldas Pereyr. in L. ſi curatorem verb. hunc contractum ſervari non oportet, n. 23. C. de integrum reſtitutione Cevall. q. 764. Covarr. in rubr. de teſtam. 3. p. num. 9. Craſſ. §. donatio cauſa mortis q.3.n.1. Ita tamen, ut filius, qui de conſenſu patris donavit, poſſit ſolus donationem revocare, ut cum Tiraq. & Molin. tradit Hermoſill. d.gloſs. 8. n. fin. Et ſupradicta de filioſamilias, qui non poteſt donare cauſa mortis ſine patris licentia, procedunt, 106
non tam de bonis patris, ſed etiam de propriis adventitiis, ut io ſpecie loquuntur DD. quos refert. Cevall. d.q.794. n. 5. & 6. A qua opinione in judicando, & conſulendo recedendo non eſt.

An autem, ſi filius familias faciat teſtamentum cum 107
patris conſenſu, adjecta clauſula codicillari. Si non valet, ut teſtamentum, valeat jure codicillorum, & cujuſque ultimæ voluntatis, in vim donationis cauſa mortis valere poſſit? Quæſtionis eſt. In qua ſuppoſito quod filiusfamilias non poteſt facere teſtamentum etiam de conſenſu patris, L. qui in poteſtate ff. de teſtam. L. iam is §. 1. ff. de donat. cauſa mortis Ordin. Regia lib.4.tit.81.§.3.Anton.Gomez in L. 5. Tauri n.1. Valaſc.conſ.108.n.19.& 20.Gratian. c.79. n.1.Spino in rubr.de teſtam.p.4.gloſſa Benedict.Ægidius in repetit.L.1.C.de Sacroſ.Eccleſ.p.1. §. 7. à nu. 16. Covar.in rubr. de teſtam.3. p. n. 45. idem Gratian. c.820.n.9.Cancer.lib.1.var.c.4.num. 124.Vincent.de Franch.deciſ.4.n.5.& ibi Amendola nu. 2.& 3. & ad deciſ. 71. Angel. Boſſius 2. tom. moralium tit. 12. num. 148. Cevall. q. 794. num. 1. Tenent Speculator in tit. de fide inſtrum. §.compendioſe verſ. quid ſi filius, & alii, quos ſequitur Socin. Senior conſ.112. num. 7. verſ. ſed contrariam lib.2. non valere prædictam diſpoſitionem in vim donationis

cauſa

mortis, ex eo fundamento, quia ut filius ſamilias donare poſſit valide cauſa mortis, requiritur patris conſenſus expreſſus, qui in hac ſpecie non repetitur. Sed contraria ſententia longe verior eſt, quia illa verba, & cujuſque alterius ultimæ voluntatis non poſſint verificari in alia ſpecie ultimæ voluntatis præterquam in donatione cauſa mortis: cum enim teſtator dixiſſet, ſi non valet jure teſtamenti, valeat jure eodicillorum, & cujuſcumque ultimæ voluntatis: præter teſtamentum, & codicillum nulla alia eſt ultima voluntas, quam mortis cauſa donatio: & ſic de ea teſtator intellexiſſe cenſetur arg. text. *in L. 2. ff. de liber. & poſtb. L. fundus, qui locatus ff. de fuudo inſtruct.* Propter quæ hanc partem tuentur. Paul. de Caſtro *in* L. *qui in poteſtate n. 6. ff. de teſtam.* Julius Clar. *in* §. *douatio q. 6. n. 8. verſ. & hac.* Ubi communem dicit Theſaur. *deciſ.* 150. *n.* 12. Alexand. *iu* L. *Senium n. 8. C. qui teſtameuta facere poſſunt* Viglius *qui in alieno n. 10. Iuſtu. quibus uon eſt permiſſum facere teſtamentum*, ſequitur Fachin. *lib. 5. controv. cap. 64.* Qui non obſtare dicit textum *in* L. *filius familias* §. *pari ratione ff. de donat.* quatenus probat generalem conſenſum patris non ſufficere, ſed requiri expreſſum, ut filium familias mortis cauſa donari poſſit: ait enim eſſe ſupponendum filium patre præſente, & conſentiente clauſulam codicillarem adjeciſſe, & reſpondet *ad d.* §. *pari ratione.*

108 Pro coronide adverte, qnod donationes cauſa mortis, & legata in pluribus conveniunt, de quibus Giphanius *in lectura Altrociua in L. illud 37. ff. de donat. eauſa mortis* Donel. *lib. 14. commentar. c. 33.* Anton. Faber *de errorib. pragmaticor. decade 44. error. 5. & ſeqq.* Petrus Faber *iu L. quæ legata 18. ff. de regulis juris* Valent. *illuſtrium dict. e. 3. n. 10.* Et in pluribus differunt, de quibus proximè relati, & Valent. *d. c. 3. n. 9.* Et nota, quod in donatione cauſa mortis non requiritur inſinuatio per text. *in L. fin. C. de donat. eau-*
109 *ſa mortis*, ubi gloſſ. Bart. & Odofred. Qui per illum textum dicit eſſe correctam legem *donatio C. de don.* Quod idem tenent. Bald. *in d. L. fiu.* & Salicet Manua *conſ.* 132. *col.* 2. Anton. de Canar. *in tract. de inſiuuat. 2. p. q. 7. n. 7.* quos, & alios citat, & ſequitur Anton. Gabriel *lib. 3. tit. de donat. eoncluſ. 1. u. 77.* Gratian. *eap. 975. n. 37. & 38.* Marius Cutell. *de donat. tract. 1. diſcurſ. 2. partic. 3. n. 4.* Et hæc ſatis de donatione cauſa mortis dixiſſe ſufficiat: ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, Virginiſque Matris.

PRÆLUDIUM II.

§. IV.

De Donatione inter virum, & uxorem.

SUMMARIUM.

1 *Donatio inter virum, & uxorem affinis eſt donationi cauſa mortis.*
2 *Donatio inter virum, & uxorem conſtante matrimonio à jure Civili improbatur, ne conjuges mutuo ſe ſpoliarent amore, & ne venalis eſſet inter conjuges concordia.*
3 *Hæc donatio non omnino eſt nulla, ſed revocabilis, & morte donantis confirmatur, ſi ipſe in eadem voluutate perſeveravit.*
4 *Ad hoc, ut douatio inter virum, & nxorem mortem confirmetur, primo requiritur, quod donans in eadem voluntate perſiſtat uſque ad mortem; ſi enim iu vita expreſſe, vel tacite revocavit, non confirmatur morte.*
5 *Eſt de ſua natura revocabilis quo uſque morte confirmetur.*
6 *Cenſetur revocata, ſi donator poſt eam factam; alteri eandem rem donaverit, vel alio titulo alienaverit.*
7 *Dicitur tacite revoeata, ſi donator eandem rem dederit in ſolutum pro dote filia. Item: ſi divortium factum ſit inter donantem, & donatarium non ſponte, neque mutuo conſenſu?* Ibid.
Item: Revocare dicitur eis modis quibus donatio cauſa mortis, vel legatum revocatum intelligitur Ibid.
8 *Item Requiritur, ut donatio eonfirmetur morte; quod à donante fiat traditio rei donatæ: & non ſufficit, quod donatarius ante fuiſſet in poſſeſſione.*
9 *Non ſufficit ficta traditio ſecundùm aliquos; ſed verius eſt ſufficere: Vel quod aliquid loco traditionis interveniat.*
10 *Ex traditione facta à marito transfertur poſſeſſio in uxorem.*
11 *Donare mortuo ante donatarium evaneſcit donatio.*
12 *Si donator, & donatarius ſimul perierunt, & non conſtat donatarium prius deceſſiſſe, confirmatur donatio.*
13 *Donatio inter virum mortuo donatore confirmatur iu illa ſumma, in qua valeret, ſi non inſinuata, non vero in exceſſu.*
14 *Douatio inter virum quando valida ſit, & conſiſtat, quin mortis confirmatio deſideretur? Remiſſive.*
15 *Donatio inter virum comfirmatur ſecuta condemnatione capitali donantis: velut ſi donans effectus fueri ſervus pœna.*
16 *Donatio facta à coujuge in extraneum mediante perſona alterius conjugis valida eſt.*
17 *Donatio inter virum, & uxorem, quando valet à principio, non ſubjacet revocationi ob cauſam ſupervenientem, neque eſt neceſſarium, quod morte confirmetur.*
18 *Donatio inter virum juramento firmatur, ſi donans juraverit eam non revocare, ſecundùm communem opinionem.*
19 *De jure Regni non poteſt ſuſtineri prædicta opinio.*
De jure Regni aunullantur contractus facti cum juramento promiſſorio adjecta pœna. Ibid.
20 *Explicatur* Ordinat. lib. 4. tit. 73. *ut procedat tam in contractibus, qui ſine juramento ſunt efficaces, quam in illis, qui ſine juramento ſunt invalidi contra opinionem* Arias de Meſa.
21 *Contractu celebrato eum juramento poſſunt contrahentes coram judiee Eccleſiaſtico conveniri: & n. 22.*
23 *Obligatio facta ab nxore in utilitatem viri conſtante matrimonio nulla eſt.*
24 *Cæteri contractus præter donationem bene poſſunt celebrari inter virum, & uxorum Et quando ſimulati intelligantur: & quando donatio ob benemerita valeat. Remiſſive* Ibid.

HÆc donatio inter virum, & uxorem affinis eſt donationi cauſa mortis, ut notat Bened. Pinel. *ſelectar. lib. 2. c. 2. n. 8.* Et ea, quæ ſimpliciter facta eſt inter virum, & uxorem conſtante matrimonio, jure civili improbatur L. *illud. 5.* §. *hac ne illa L. ſi liberis 27. ff. de pact. dotalib.* L. *profectitia* §. *ſiquis certam ff. de jure dotium* L. *ſponſus 5.* §. *fin ff. de douat. inter* L. *4. tit. 11. partit. 4. Ordiuatio Regia lib. 4. tit.* 65. Quod ex ea ratione, moribus, & jure introductum fuit, ne conjuges mutuo ſe ſpoliarent amore, 1 2

amore, *L. 1.ff.de donat.inter*, vel ne venalis eſſet in-
ter conjuges concordia, & pretio conciliari videre-
tur, explicant Hotoman. *lib.3.obſerv.c.4.* Anton.Go-
mez *in L.50.Tauri, & tribus ſeqq.* Connan.*l.8. com-
ment cap.*11.Donel.*lib.9.c.*10.Ant.Faber.2. *tom. ra-
tionaliam in* L. *nec ullam* 13.§.1.*ff. de petit hæredita-
tis* Vincent de Franch. *deciſ.* 89. ubi additio Riccii,
Surd. *conſ.*78.*n.*14. Anton. Theſaur. *deciſ.* 32. Ale-
xand. Trentacinq.*lib.3.tit.de donat. n.* 1. Mantic. *de
tacit.lib.*21.*tit.*1.*n.*4.Quæ cum ita ſe haberent de ju-
re antiquo, poſtea introductum fuit donationes inter
virum, & uxorem non omnino eſſe nullas, ſed revo-
cabiles, & morte donantis confirmari; ſi ipſe antea
non revocavit, & in eadem voluntate perſeveravit,
3 *L.cum his ſtatus in princ. &* §. 1. *L. Papianus ff. de
donat. inter L. ſi maritus n.*1.*L. donationes, quas pa-
rentes C. eodem tit.* Anton.Gomez *in L.* 51. *Tauri n.*
65. Cald.Pereyr.*de nominat.q.5.n.39.*Mantic.*de ta-
cit. & ambig.lib.21.tit.7. n.* 1. Surd.*deciſ.* 166.*n.*10.
Larrea *deciſ.* 60. *n.* 13. Anton.Gomez *lib.2.var.c.4.
n. 23. verſ. advertendam tamen* Hermoſill. *in* L. 2.
tit. 4. parti. §.*gloſſ.2.n.5.*Cancer *lib. 1.var.c. 8. n.9.*
Menchac. *de ſucceſſ. progreſſu l.* 1. §. 1.*n.*136. 138.&
139.Jul.Clar.*in* §.*donatio q.9.*Molin.*de primog.lib.1.
cap.12.n.12.*alter Molina *de juſt.tom.2.diſp.289.verſ.
illud obſervat.* Aug.Barboſ. *in collectan.ad c. ult. de
donat. inter n.*21.Præceptor meus Amaya *obſervat.
juris lib.2. cap.10.n.50.* Et in ſpecie probat. *Ordinat.
d.lib.4.tit.*65.§.*in fin.*ibi: *E por morte foy confirmada.*

Ad hoc autem, ut donatio inter virum, & uxorem
morte confirmetur, ſequentia requiruntur Et primo:
4 Quod donans in eadem voluntate perſiſtat uſque ad
mortem, quia ſi in vita expreſſe, vel tacite dona-
tionem revocaverit, non confirmabitur morte per
text.*in* L.*ſi maritus L.cum hic ſtatus in principio verſ.
ait oratio, &* §.*ſi divortium ff. de donat. inter c. fin.
eodem tit.* Molina *de juſtitia diſput.* 289.*n.* 11. *verſ.
ſecundus eventus* Surdus *deciſ.* 166. *n.* 37. Sunt enim
revocabiles ſua natura donationes inter conjuges
5 quouſque firmentur donatoris morte Palac. Rubios
in rubr. de donat. inter. §. 69. *n.*1.Mantic. *de tacitis
& ambig. lib.* 21. *tit.* 7. *per totum* Surdus *conſ.* 171.
n. 7. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *diſput.* 1. *n.* 3. *& diſ-
put.* 4. *per totam* Rebello *de obligat. inſtit.* 2. *p. lib.*
6.*q.*13. *n.*15. Larrea *deciſ.* 60. *n.* 13. Molin. *de ritu
nupt. lib.* 3. *q.* 1. *n.*27. Fragoſo *de regimine Reip.
p.* 3. *lib.* 2. *diſput.* 4.*n.* 7.*verſ. quarta, & ultima con-
ditio.* Ubi, quibus modis donatio inter virum &
uxorem tacite revocare cenſeatur, bene explicat:
6 inter quos ille revocationi tacitæ modus prima obti-
net, ſi donator poſt donationem factam uxori alteri
eandem rem donaverit, vel alio titulo alienaverit
L.*cum hic ſtatus* §. *qui quaſdam &* §. *ſi maritus ff. de
donat. inter L. ſi ex toto ff. de legat.* 1. Anton.Faber.
in ſuo Codice lib. 8.*tit.de revocand. donat. diffinit.*
11. Fontan. *de pactis nupt.clauſ.4.gloſſ.9.p.5.n.*190.
& ſeqq. Sanches *de matrimon. lib.6. diſput.*18.*n.*5.&
6. Fragoſo *de Regimine Reip.* 3. *p.lib.* 2.*diſput.*4.*n.*8.
verſ. eodem modo cenſebitur: Idem tacite revocata
7 dicetur, ſi donator rem donatam dederit in ſolutum
pro dote filiæ *L. ſi maritus Cod. de donat. inter* Ol-
drad.*conſ.* 243. *n.* 2. Fragoſo *d. diſput.* 4. *n.* 8. *verſ.
item tacite.* Et rurſus ſi inter donatorem, & donata-
rium divortium factum ſit non ſponte, neque mutuo
conſenſu, Molin. *de juſtitia, & jure diſput.* 289. *nu.*
11. Rebello *de obligat. juſtitiæ 2.p.lib.6. q.15.nu.24.*
Fragoſo *d. diſpat.* 4.*n.* 7. Et denique eis modis tacite
revocatur prædicta donatio, quibus donatio cauſa
mortis, vel legatum revocatum intelligitur, de qui-
bus *in* §. *præcedenti.*
8 Secundò requiritur, quòd rei donatæ fiat traditio
à donante, ut ipſius morte donatio inter conjuges
confirmetur, adeo, ut non ſufficiat, quod donata-
rius antea fuiſſet in poſſeſſione L.*Papianus* 24.*ff. de
donat. inter virum, & uxorem* L.*rei uxoris C. eodem,
tenent gloſſa verbo mariti in d.*L.*Papianus* Covarr. *in
rubr. de teſtam.* 3. *p. n.* 3. Anton. Gomez *lib.* 2. *va-
riar. cap.* 4. *n.*23.*verſ. advertendum tamen* Sanches
de matrim. lib. 6. *diſput.* 14. *n.*6.Fontanell. *de pact.
nupt. clauſula* 4. *gloſſ.* 7. *n.* 20. *& ſeqq.* Surdus *conſ.*
171.*n.* 6. Cancer. *lib.1.variar.c.8.n.92.*Hermoſill.*in*
L. 2. *tit.* 4. *partit.5.gloſſ.2.n.6.* Mantica *de tacitis,&
ambiguis convent. lib.* 21. *tit.* 7. *n.* 32. *&* 33. Aug.
Barboſ. *in collectaneo ad text. in d. c. ultim.num.*21.
de donat. inter Fragoſo *d. diſput.* 4.*n.*7.Valaſc. *con-
ſult.* 5.*n.*16.Molina *primogen.l.1.cap.12.n.* 2. Thuſc.
littera D. concluſ.692.per totam, Et quamvis prima 9
facie videatur traditionem veram requiri,& non ſuffi-
cere fictam; quia cum ſit civilis, à lege improbatur,&
nullum poteſt producere effectum ut ſentiunt Paul
de Caſtr. *conſ.* 65. *ſuper iſto puncto alias conſ.* 193.
*verſ. & quod per mortem l.2.*Ripa *l.* 3. *reſp.* 17. *num.*
4. & 5. quos ſequitur Cæphalus *conſ.* 163. *num.* 24.
& conſ. 59. *num.* 46. Tamen verius eſt, quod ſuffi-
cit ficta traditio, vel quod aliquid loco traditionis in-
terveniat, ut notat *gl. in L.* 2. *ff. de dote cauta non
numerata* ubi Bart. *conſ.* 8. *num.* 8.&. 9.*lib* 1. Bart.
in L. 2. *num.* 1. *ff. ſi quis alteri, vel ſibi, & in d. L.
Papianus*, & eſſe communem docent Mant. *d.l.*21.
tit. 7. *num.* 33. poſt Paul. de Caſtr. & Crotium. Et in
ſpecie Cancer. *l.* 1. *c.*8. *n.* 92. Jul. Clar. *in* §. *dona-
tio q.* 9. *n.* 6. & cum pluribus Surdus Sanches *lib.* 6.
diſput. 14. *n.* 12. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4.
gloſ.7.p.2.n.37. Molin. *de primog. lib.1.c.12.num.12.*
Matienç. *in L.* 7.*gloſſ.2.n.5.tit.* 10. *lib.* 5. *recopilat.*
Barboſa *in L. quæ dotis n.67.ff. ſolut.matrim.* Valaſc.
conſult. 5. *n.* 16. Aug.Barboſa *in collectan. ad text.
in d.c.ult.n.21.de donat.inter* Hermoſill. *in L.* 2. *tit.*
4. *partit.* 5. *gloſſ.2. num.6.* Thuſc. *littera D. concluſ.*
692. *num.* 4. & 5.

Ex qua quidem traditione facta uxori à marito do- 10
nante, poſſeſſio in uxorem tranſit *L.* 1. §. *ſi vir. uxori
L. quod uxor.* 16.*ff. de adquir. poſſeſſ. L.1.in fin.ff.pro
donato L. ſi donatæ* 36. *de donat. inter L. ſi id quod*
5. *ff. pro derelicto L.* 1. §. *dejicere ff. de vi, & vi ar-
mata* Donell. *lib.5. comment.* 4. eleganter Valentia
illuſtr. lib. 1. *tract.* 2. *c.* 7.*n.*2. *&* 3. Ubi numeris ſe-
quentibus, juribus, quæ in contrarium adduci poſſunt
ingenioſe ſatisfacit. Et ita in caſu contingenti judicavit
Senatus Portugalenſis me referente anno 1660. 19.
die Novembris in cauſa Balthaſaris Ferdinandi da
Morta cum Gaſpare Cardoſo de Gouvea ſcriba Car-
neyro de Vaſconcellos, circa quandam emphyteu-
ſim, quam uxor marito donaverat transferendo in il-
lum poſſeſſionem per clauſulam conſtituti.

Tertio requiritur, quod conjux donator præmo- 11
riatur ante donatarium, quia ſi donatarius prius de-
cedat, evaneſcit donatio L. *cum hic ſtatus* §. *ſi ambo.
&* §. *ſi divortio in fin. ff.de donat.inter.* L. *etiam* L. *à
marito C.eodem tit.c.fin.de donat.inter* Rebell.*de obli-
gat. juſtitiæ p.2.l.6.q.13.n.* 18. Sanches *lib.6. de ma-
trim.diſput.14.n.*10. *cum ſeqq.* Aug. Barboſ. *in d. c.
donatio* 8.*n.*24.Fragoſ.*d.diſput.*4. *n.* 7.*verſ.ſecunda
requiritur.* Si verò donatarius & donator ſimul perie-
runt, & non conſtat donatarium prius deceſſiſſe, con-
firmatur donatio; præſumitur enim donatorem perſe-
veraſſe in eadem voluntate, ut colligitur ex text.*in
d.* 7.*L.cum hic ſtatus* §. *ſi ambo* Menoch. *lib.* 6. *præ-
ſumpt.* 50. *n.* 6. Covarr. *lib.* 2. *variar. c.*7. *n.* 5.Fra- 12
goſ.*d.diſput.4.n.7.verſ. hoc autem non obſtante* Et ad
text. *in L. ſi inter virum ff. de rebus dubiis* Reſpondet
Covar. *d. c.* 7. *num.* 5.

Denique intellige, ut donatio inter virum, & uxo- 13
rem morte donantis confirmetur in ſumma, in qua do-
natio poteſt valere, ſi non inſinuetur, non verò in ex-
ceſſu ut reſolvunt Rebell. *lib.6.q.* 12. *n.* 20. Fragoſ.
d. diſp.

*d.diſp.4.§.1.n.7.verſ.ſed oppoſitum.*Et probat exp eſ-
ſe *Ordinat. lib. 4. tit. 65.* §. 1. ibi : *Em quanto não
paſſar à quanti.s, em que he neceſſaria noſſa confirma-
ção : & Ibidem* Emmanuel Barboſ. *nu.* 5. Et de jure
hanc eſſe veriorem ſententiam ſcribunt Joannes An-
dreas ad Speculatorem *tit. de donat.* §. *in additione,
quæ incipit, hoc ſatis* Paul. de Caſtr. *conſ.* 383. *in
fin. lib.* 2. ſequitur Ruin. *conſ.* 44. *n.* 21. *verſ. nec
obſtat.* Mantic. *de tacit. lib.* 21. *tit.* 7. *n.* 28. Ubi ad-
ducit text. *in Novella* Juſtiniani 162. §. *ſed illud*, ex
quo omnis removetur ſcrupulus Cancer. *lib.* 1. *c.* 8.
num. 23.

14 In quibus autem caſibus donatio inter virum, &
uxorem valida ſit, & conſiſtat quin mortis confirma-
tio deſideretur ? Vide apud Manticam *de tacit. &
ambig. lib.* 21. *tit.* 4. *& ſeqq.* Riccium *in additione*
ad Vincent. de Franch. *deciſ.* 89. Cyriac. *controv.*
181. *à n.* 47. *cum ſeqq.* Gratian. *c.* 27. *n.* 35. Cancer. *lib.*
1. *c.* 8. *n.* 94. Mareſcot. *lib.* 1. *var. cap.* 8. *n.* 3. *&
ſeqq.* Aug. Barboſ. *in d. cap. donatio ult. de donat.
inter* plenè per Fragoſ. *d. diſput.* 4. §. 1. *n.* 9. ubi 17.
caſu cumulat.

15 Et notat, quod hæc donatio inter virum, & uxo-
rem non evaneſcit ſecutâ condemnatione capitali
donantis immò confirmatur, ſi donans fiat ſervus
pœnæ, & inteſtabilis *L. res uxoris C. de donat. inter*
Caldas Pereyra *de nominat. q.* 5. *n.* 39. Boſſius *in tit.
de bonorum publicat. n.* 36. *verſ. non ita eſt in dontio-
ne, & n.* 52. *verſ. nam donatio.* Farin. in praxi criminall.
25. *n.* 127. *& n.* 228. idem *de falſitat. q.* 164. *n.* 16. Sur-
dus *conſ.* 171. *n.* 12. Hermoſill. *in L.* 2. *tit.* 4. *partit.* 5.
gloſſ. 2. *n.* 4. Altograd. *conſ.* 8. *n.* 80.

16 Deinde donatio facta à conjuge in extraneum me-
diante perſona alterius conjugis valida eſt, quamvis
mediantis conſenſus interveniat L. *profectitia* 5. §. *ſi
quis certam verſ. ſi forte de jure dotium* L. *ſi uxor* 35.
L. Sulpitius ff. de donat. inter L. ſi liqueat 8. *verſ.
nam quod uxor Cod. de inofficioſis donat.* Paulus de
Caſtr. *conſ.* 319. *n.* 3. *vol.* 2. & faciunt quæ Barboſ. *in
d.* L. *quæ dotis nu.* 18. optimè Larrea *deciſ.* 60. *n.* 15.

17 Item obſerva, quòd, in illis caſibus, in quibus
donatio inter virum, & uxorem valet à principio,
non ſubjacet revocationi ob cauſam ſupervenientem,
neque eſt neceſſarium, quod morte confirmetur, ut
tradunt Anton. Faber. *in C. lib.* 8. *tit. de revocand.
donat. diffinit.* 11. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4.
gloſſ. 9. *p.* 5. *n.* 194. *& ſeqq.* Si verò legitimæ filiorum
lædantur, ſupplementum illarum ex tertia donantis,
& ipſa donatione fieri debet, *Ordin l.* 4. *tit.* 65. §. 3.

18 Inſuper donatio inter virum, & uxorem juramen-
to firmatur, ſi donans juravit eam non revocare, ut
eſt communis ſententia juxta doctrinam Bart. *in l.
ſiquis pro eo in fin. n.* 17. *ff. de fidejuſſ. & in* L. *Seius,
& Augerius n.* 7. *ff. ad L. Falcidiam.* Bald. *in lect.
antiqua in L.* 1. *ff. de don. inter.* Et hanc eſſe magis
communem opinionem ſcribunt Cravet. *conſ.* 81. Paul.
Paul. Pariſius *conſ.* 86. *n.* 14. *vol.* 3. Socin. Jun. *conſ.*
44. *n.* 6. *vol.* 2. Grammat. *deciſ.* 103. *n.* 73. innumeros
citat Ant. Gabriel. *lib.* 3. *tit. de donat. concl.* 3. *nu.* 1.
Ubi relatis contrariæ ſententiæ fautoribus, hanc ſen-
tentiam magis communem dicit in fin. Eandem opi-
nionem tenet Gutierr. *de juram. confirmat.* 1. *p. c.*
3. *n.* 2. *& ſeq. & n.* 7. dicit ab ea non eſſe receden-
dum in judicando, & conſulendo, quia verior eſt,
& magis communis; quam etiam ſequitur Thuſcus
littera D. concluſ. 694. *n.* 5. *& ſeq. ubi n.* 7. magis com-
munem dicit, *& n.* 8. *&* 9. communem opinionem pro-
cedere in donatione vera, & expreſſa, non in tacita
Mareſcot. *lib.* 1. *variar. c.* 8. *n.* 5. *&* 6. Sanches *de ma-
trim. lib* 6. *diſput.* 11. *à n.* 1. Clarus *verb donatio q.* 9.
verſ. ſed quid Cevall. *comm. contra comm. q.* 12. *n.* 5.
Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 21. *tit.* 8. Valaſc. *con-
ſult.* 5. *n.* 10. Surdus *conſ.* 194. *n.* 23. Molin. *de ritu*
Portugal. de Donat. *Tom. I.*

nupt. lib. 3. *q.* 1. *n.* 25. Fragoſ. *d. diſp.* 4. §. 1. *n.* 6.
verſ. multo tamen Aug. Barb *in d. c. donatio n.* 3.
de donat. inter Trentacinq *l.* 3. *tit. de donat. à n.* 7.
ubi n. 8. *& ſeq.* optime declarat.

Verùm da jure Regni prædicta ſententia ſuſtineri 19
non poteſt, quia *per Ordinat. lib.* 4. *tit.* 73. annul-
lantur contractus facti cum juramento promiſſorio, &
amiſſionis rerum, vel pecuniæ pœna contrahentes
mulctantur, prout apud Hiſpanos extat ſimile ſtatu-
tum *in L.* 11. *tit.* 1. *l.* 4. *nova Recopilationis.* De qua-
rum legum validitate ultra plures, quos laudat Em-
manuel Barb. *ad ordinat. d. tit.* 73. *in princ. n.* 1. vi-
dendi ſunt Cancer. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 8. *& ſeq.* & Arias de
Mesa *lib.* 3. *c.* 34. ubi eleganter leges Hiſpaniæ à ca-
lumniis vendicat. Dum tamen ipſe Arias de Meſa
prohibitionem legis Regiæ reſtringit ad contractus,
qui ſine juramento ſunt firmi, & efficaces, & non
eſſe trahendam ad contractus, qui ſine juramento
ſunt invalidi, & infirmi, ſubjiciunturque reſolutioni,
& revocationi ex Segura, & aliis, quos citat, & an-
tea cumulaverat Valaſc. *conſult.* 99. *nu.* 8. *& conſ.*
16. *n.* 14. Cui non aſſentior tam ex rationibus conge-
ſtis à Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* 3. *p. c.* 1. *n.* 12.
& à Valaſc. *conſult.* 99. *n.* 10. quàm ex eo, quod ge-
neralitas Ordinationis illam non admittit reſtrictio-
nem : ut in praxi obſervari dicit Valaſcus ubi pro-
xime, & quotidie ſervari videmus. Ultra quod ra-
tione juramenti poſſunt contrahentes coram judice
Eccleſiaſtico conveniri, *c. fin. ubi DD. de foro com-
petenti in* 6. Mareſcot. *lib.* 1. *variar. c.* 62. *num.* 11.
Unde cum, ut ipſe Arias fatetur, juramentum appo-
ni ſoleat in contractibus in fraudem Regiæ juriſdic-
tionis, *in d. c.* 34. *n.* 6. quam principem tueri debe-
re, & poſſe ipſe Arias probat *n.* 8. Et eadem fraudis
ratio circa juriſdictionem detur in contractibus va-
lidis, & invalidis nulla ratio congrua dari poteſt,
ut in contractibus validis juramentum poſſit apponi,
non vero in his, qui juramento firmantur, in quibus
quamvis eſſet ratio vitandi perjurii, remanet altera,
quæ juriſdictionem concernit. Et retorquetur ratio,
ob quam Mareſcot. *d. c.* 62. *nu.* 12. dicit, quod lex 22
Civilis, ſeu conſtitutio Principis ſæcularis prohibens,
ne in contractibus juretur, valida non eſt; quia ſci-
licet, tendit in diminutionem juriſdictionis Eccle-
ſiaſticæ: namque ſi Princeps defendendo ſuam juriſ-
dictionem, & ne illi fraus ſiat, potuit prædictam le-
gem condere, ut ſupradicti probant, utique non
tam in contractibus validis, ſed, & invalidis dimi-
nutio juriſdictionis conſideranda eſt, ut in omnibus
procedat legis Regiæ diſpoſitio. Ob quam diminu-
tionem juriſdictionis ſecularis Principi conceſſum eſt
prohibere, ne juramentum in contractibus interpo-
natur.

Similiter obligatio facta ab uxore in utilitatem 23
viri, nulla eſt *Authent. ſi qua mulier. C. ad S. C. Vel-
leian.* Beroius *conſ.* 48. *per tot. lib.* 1. Honded. *conſ.*
45. *n.* 24. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 164. Cyriac. *contro.* 41.
à nu. 5. *cum ſeqq.* Et pro coronide nota, quod licet
inter conjuges non conſiſtat donatio, tamen omnea
alii contractus, excepta donatione permiſſi ſunt in-
ter virum, & uxorem, modò fraus, & ſimulatio ab-
ſit *L. quod autem* §. *ſi uxor* L. *ſi ſponſus* §. *circa L.
ſi vir uxori ff. de donat. inter virum, & uxorem* Fran-
ciſc. Marc. *dec.* 507. Ant. Hering. *de fidejuſſ. c.* 6.
nu. 98. Ubi numeris ſequentibus oſtendi, quando
fraude, & ſimulatione contractus inter virum, & 24
uxorem facti intelligantur, & quando donatio ob
merita inter virum, & uxorem valeat. Videndus
Valenz. *conſ.* 117. *n.* 23. Et hæc de donatione in-
ter virum, & uxorem ſint ſatis.

§. V.

De donatione inter patrem, & filium.

S U M M A R I U M.

1 *Donatio facta à patre filio exiſtenti in ejus poteſtate non valet.*

2 *Non eſt abſolute prohibita: quia ex ea oritur naturalis obligatio.*

3 *Naturalis obligatio, quæ reſultat ex dicta donatione, producit juris effectus, quos congerit* Fontanella.

Non valet propter vinculum patriæ poteſtatis, quod acquiſitioni civili obligationi præſtat impedimentum. Ibid.

4 *Hæc donatio quamvis à principio invalida, confirmatur morte parentis: ſi in eadem voluntate perſeveravit, & rei traditio præceſſit.*

5 *Intellige, ut morte patris confirmetur donatio, ſi à principio eo tantum reſpectu non valebat, quia patria poteſtas erat impedimentum. Secus ſi alium patiebatur defectum, quippe morte confirmatur.*

6 *Confirmatur donatio à patre facta, ſi nulla præcedente revocatione filium emancipaverit. Vel quando filius, quocunque alio modo exiit à patria poteſtate. In hoc Regno, & Caſtella filius per matrimonium eximitur à patria poteſtate.* Ibid.

7 *Intellige, dummodo rei donatæ traditio præceſſerit emancipationem, matrimonium, vel mortem civilem patris.*

8 *Valet donatio facta à parente filio in poteſtate, ſi fiat pro legitima. Et non poteſt à patre poſtea revocari.* Ibid.

9 *Pater poteſt in vita legitimam ſolvere, & aſſignare filio conſentienti: non vero invito: ut nu.* 13.

10 *Reprobatur* Menochius lib. 3. præſumpt. 29. n. 103. *Aſſignatio legitimæ non eſt mera donatio, cum pater legitimæ ſit quaſi debitor.* Ibid.

11 *Legitima non debetur filio in vita patris, neque conſideratur niſi tempore mortis.*

12 *Filius non habet aliquod jus in legitima in vita patris.*

14 *Donatio facta à patre filio familias in ſubſidium ſtudii valida eſt; & ſecuta traditione filio quæritur dominium rei donatæ.*

15 *Non minus intereſt Reipublicæ impleri liberis hominibus, quam gubernari per homines doctos, & litteratos. Pater, ita ut tenetur dotare filiam, ut & filio ſtudenti neceſſaria miniſtrare.* Ibid.

16 *Pater mediocris fortunæ tenetur filium mittere ad ediſcendam Grammaticam: vel ſaltem efficere, ut ſciat legere, & ſcribere.*

Pater dives & talis conditionis, ut teneatur comparare dignitatem filio, tenetur illum mittere ad ſcholas, ut dignitatem, & gradum Doctoratus aſſequatur. Et tunc filius invito patre poteſt ſtudere. Ibid.

17 *In hoc caſu tenetur pater pro expenſis neceſſariis factis à filio in ſtudio.*

Scientia filii eſt gloria, & lætitia patris, & quandoque nobilitas. Ibid.

18 *Filio, qui de licentia patris cœpit ſtudere, tenetur pater neceſſaria miniſtrare uſque ad gradus adeptionem.*

Et hoc caſu mutuans filio poteſt agere contra patrem. Ibid.

19 *Filius non tenetur conferre fratribus expenſas, quas cum eo pater fecit in ſtudio.*

20 *Pater habens penes ſe bona filii, cenſetur facere expenſas de propriis, non de bonis filii.*

21 *Filius qui non profecit in ſtudio & in malos uſus conſumpſit, tenetur conferre fratribus expenſas cum eo factas à patre.*

22 *Filius non tenetur conferre libros à patre datos ad ſtudendum.*

Item: Neque conferuntur libri dati filio Doctori Judici, vel Advocato. Ibid.

23 *Sola traditio librorum, vel emptio nomine filii non ſufficit, ut pater donaſſe videatur: ſed utraque debet concurrere.*

24 *Quæ de libris dicta ſunt, ne conferantur, intellige, niſi magna inter filios detur inæqualitas.*

25 *Intellige etiam: ut non conferantur libri, etiamſi filius in vita patris neque Doctor, neque Licentiatus evaſerit.*

26 *In caſibus, in quibus filius tenetur conferre expenſas factas in ſtudio; tantum minus eſt conferendum, quantum filius in domo patris expenderet in alimentis.*

27 *Donatio facta à patre filiofamilias cum juramento valida eſt. Non ſic de jure Regio: ut num.* 28.

29 *Donatio facta à patre filio familias cauſa dotis, & matrimonii valida eſt.*

30 *Facta à patre filiofamilias pro alimentis valet: & non inſinuatur.*

31 *Donatio facta à patre ob merita filiifamilias valet. Quidquid alii ſentiant.*

32 *Filiusfamilias ex obligatione naturali obſtringitur erga patrem ad præſtanda omnia obſequia.*

33 *Filiusfamilias præſtando operas non tam officiales ſed artificiales, & alia ſervitia benemeritus dicitur erga patrem, ut valeat donatio in eum collata.*

34 *In caſibus, ubi donatio à patre facta ob benemerita valet, debent merita probari, & non ſufficit aſſertio patris.*

35 *Donatio facta à patre filiis naſcituris valida eſt, & non poteſt revocari in eorum præjudicium.*

36 *Valet donatio facta à patre filiofamilias pro Ordinibus ſuſcipiendis.*

37 *Filio volenti ſuſcipere ſacros Ordines tenetur pater patrimonium aſſignare.*

38 *Patrimonium ad cujus titulum quis fuit promotus ad ſacros Ordines, gaudet privilegiis rerum Eccleſiæ.*

39 *Patrimonium Sacerdotis eſt inalienabile ex decreto Concilii. Et alienatio eſt ipſo jure nulla.*

40 *Filius tenetur conferre fratribus matrimonium, quod à patre accepit. Intellige, ut teneatur conferre æſtimationem, non ipſa bona.* Ibid.

41 *Mater donationem facere poteſt filio, quia illum non habet in poteſtate.*

Intellige in matre non uxorata: quæ enim virum habet donare non poteſt. Ibid.

42 *Donatio filiofamilias facta à patre, qui fuit bannitus capitaliter, confirmatur per condemnationem patris.*

43 *Intellige, ut confirmetur donatio per mortem civilem; non vero quando pater mortem ſibi conſciverit.*

44 *Si pater, & filius in bello, vel naufragio ſimul perierunt, dicitur confirmata donatio.*

45 *Donatio facta per patrem confirmatur per ingreſſum Religionis, & profeſſionem emiſſam à patre, niſi profeſſio eſſet nulla.*

46 *Non valet donatio facta à filiofamilias fratri exiſtenti in ſacris paternis, quamvis pater conſentiat.*

47 *Donatio facta à patre filio illegitimo valida eſt.*

48 *Filiusfamilias ſine patris conſenſu donare nequit. Eo vero conſentiente donare poteſt,*

tam

tam inter vivos , quam mortis cauſa.
49 *In donatione cauſa mortis conſenſus patris debet intervenire in ipſo donationis actu. At in donatione inter vivos ſufficit intervenire ex poſt facto.*
50 *Conſenſus patris in donatione facta à filio ipſi parenti non ſufficit, niſi Judicis authoritas interveniat.*

1 SImiliter non valet donatio facta à patre filio in ejus
poteſtate exiſtenti *L.2.C.de inoffic.donat.* poſt An-
tiquiores Anton. Gomez *in L. 17. Tauri n.4.& in L.*
29. n.26.&lib.2.variar. c. 4. n. 25. Gratian.*diſcept.*
forenſ. c.82.n.2.& 3. Menoch.*l.3.præſumpt. 29.nu.1.*
Fontanell. *de pact.nupt.clauſ. 3.gloſſ.4.n.1.& clauſ.4.*
gloſſ. 7. n. 1. Cancer. *lib. 1. c. 8. n. 85.* Pinel.*in L.1.*
*p. 4. n. 62.C.de bonis matern.*Fragoſ. *de regim. Reip.*
p. 3.lib. 2. diſput.3.§.5.n. 159. Petrus Gregor. *Syn-*
*tagm. lib. 28. c. 9.n. 8.&9.*Gutierr.*de juram.confirm.*
1. p. c. 4. n. 1. Cardoſo *in praxi verbo donatio n.* 86.
Ant. Faber. *l. 7. conject. c. 11. col.3.verſ. neque,& c.*
12. idem *de pragmat. decad.* 41. *error.* 6. *à n.* 12.*&*
decad.error.2.per totum Cevall.*commun. contra com-*
mun. q. 245. *n.* 8. Hieronym.Leo *deciſ. Valent.* 12.
n. 7. Alexand. Trentacinq. *lib. 3. variar. tit. de do-*
nat. reſolut. 9. n. 2. Caldas Pereyr. *conſ.* 28. *nu.* 26.
Robles *de repræſentat. lib.2.c.23.n.* 38. Aug.Barboſ.
qui plures laudat in collectaneo ad legem donationes,
quas parentes n. 2. C. de donat. inter virum , & uxo-
rem,& voto 6. n.19. Altograd.*conſ.8.n.7. & 23.* Va-
lenz. *conſ. 117.n. 24.*Clar. *in §.donatio q.8.* Hermo-
ſill. *in* L. 3. *tit.4. partit.5.gl.1.n.13.* Arias de Meſa *l.*
3. var. c. 17. n. 1.
Hæc verò donatio non eſt abſolutè prohibita, quia
ex ea oritur naturalis obligatio ſecundum *gloſſ. verbo*
*in liberos in d.*L. *donationes, quas parentes* ubi Petr.
Bellapertica *n.9.*Guid. Pap. *conſ.23.n. 9.* Ripa *in L.*
in quarum n. 144.ff. ad l.Falcidiam Bart. *in L.frater*
à fratre per illum text.n.57.ff.de condict.indebiti , &
ibi Jaſon. *n.* 44. Coraſius *miſcellan. lib. 4. c. 3. n.* 4.
Andreas Gail. *lib.2.obſerv.38.n.8.& 9.* Fontanell.*d.*
clauſ. 4. gloſſ.7.p.1.n.2. Gutierrez *de juram. confirm.*
*1.p.c.41.nu.1.*Marius Cutell. *tractat. 1.diſcurſ.2.par-*
tic. 1. num. 12. & 13. Quidquid aliud ſentiat Anton.
Gomez *in L.17.Tauri n. 4.* Matienç. *in L. 1. gloſſ. 8.*
tit.6.lib.5. Recopilat. Anton. Faber *de errorib. prag-*
mat. decad. 41. *error. 6. nu.8.* & laudati à Cevall. *q.*
245. *n.* 8. quia reprobantur à Fontanell. *d.clauſ. 4.*
gloſſ. 7. n. 3.& ab Aug. Barboſ. *in d.* L. *donationes ,*
quas parentes n. 3. Hermoſill. *in* L. 3. *tit. 4. partit.*
4. gloſſ. 1. n. 15. & à Mar.Cutell. *d. diſcurſ.2.partic.*
1. n. 14.& 15. Et ſic non omnino improbatur prædic-
ta donatio, ſiquidem obligatio naturalis, quæ ex illa
reſultat, illos producit juris effectus , quos perbelle
congerit Fontanell. *d.gloſſ.7.à n.4.cum ſeqq.* Atque
3 ita non valet donatio à patre in filium familias colla-
ta , qui jus ei non aſſiſtit propter vinculum patriæ
poteſtatis, quod præſtat impedimentum acquiſitioni
civilis obligationis, ſiquidem quidquid filius adqui-
rit, patri adquirit, ut per gloſſ.& DD.ſuperius relatos
Altograd. *dict. conſ.8. n.54. 55. & 57.* Hermoſill. *in*
dict. L.3.gloſſ.1.n.13.verſ.& licet,plures laudat.
4 Verùm hæc donatio quamvis à principio invalida,
parentis morte confirmatur , ſi ille in eadem volun-
tatè perſeveravit , & rei donatæ traditio proceſſit
Anton. Gomez *in* L. 17. *Tauri n.* 4. Gratian.82. *n.7.*
& ſeqq. & n. 13. & 17. Cancer. *lib. 1. c.8.n.87.* Fa-
chin. *lib.5.c.73.* Avendan. *in* L.44. *Tauri gloſſ. 9. n.*
*1.2.& 3.*Hermoſill. *in d.* L.3. *gloſſ.1.n.19.* Altograd.
conſ.8.n.20. Fontanell. *d. clauſ. 4.gl.7.p.2.num.* 29.
Trentacinq. *l.3.var.tit.de donat. reſolut.6.n.* 3.Surd.
de alimen. tit.9.q.2.n.18. Sanch. *de matrim. lib. 6.*
diſp. 14. n.6. Molin.*de primog.l.1.c.12. n. 9.* Caldas
Pereyr. *de nominat. q.5.n.40.*Marius Cutell. *de do-*
nat. tract. 1. diſcurſ. 2.partic. 1. n. 18. & 37.
Intellige tamen donationem à patre in filium col- 5
latam tunc morte patris confirmari, ſi donatio à prin-
cipio eo tantùm reſpectu non valebat,quia patria po-
teſtas erat impedimentum, ſi enim alium ultra patie-
batur defectum morte non confirmatur , ut in ſpecie
docet Cuman. *conſ.* 28. *de fundo dato in princ. verſ.*
nam ſi dixerimus Gratian. *c.82.n.23.*Calvacan.*deciſ.*
30. *n.* 39. Trentacinq.*lib.3.tit.de donat.reſol. 6.n.5.*
verſ. nota in hac materia.
Confirmabitur item donatio , ſi poſt illam pater
emancipaverit filium , nulla præcedente revocatione,
L. *donationes §. pater ff.de donat. L.2.C.de inofficio-*
ſis donat. L.*ſive emancipatis C. de donat.* & ut ſin-
gulare tradit Petrus de Revena *ſingu.*874.Cancer.*lib.*
1.cap.8.n.48. Marius Cutell. *de donat. tract. 1. diſ-*
curſ.2.partic.7.n.1.4.& 6. Quod idem dicendum eſt,
quando filius quocunque alio modo exierit à patria 6
poteſtate , quia ſi pater antea non revocavit, confir-
matur donatio : Exemplum poni poteſt in filio , qui
morte civili patris exiit ab ejus poteſtate, vel in filio,
qui in hoc Regno matrimonium contraxit ; per illud
enim eximitur à patria poteſtate juxta *Ordinat.lib.1.*
tit.87 §.6. prout in Caſtella etiam obſervatur ex his ,
quæ Palac.Rubios *in rubr.de donat.inter.§.71.in fin.*
Atque ita prædictam reſolutionem ſequuntur Cancer.
lib.1.c.8.n.89. Altograd. *conſ.* 8. *n.* 80. Dum tamen
rei donatæ traditio præceſſerit emancipationem, ma- 7
trimonium, vel mortem civilem patris Gratian. *cap.*
82. *n.* 13. Altograd. *conſ.* 8.*n.*81. Fontanell.*d. clauſ.*
4.gloſſ.7.p.2.n. 30. & ſeqq. Marius Cutell. *partic.* 1.
n. 37. Alexand. Trentacinq. *tit. de donat. reſolut.* 6.
num. 5.
Item valet donatio facta à parente filio in poteſtate 8
exiſtenti, ſi pro legitima fiat, ut probatur ex text. *in*
L. *ſi non mortis ff. de inofficioſo teſtam.* L. *ſi quando*
§. *generaliter C. eodem* Menoch. *lib. 3.præſumpt.29.*
n. 103. & ſeqq. Altograd. *conſ.8. n.* 25. Morquecho
de diviſione bonorum lib.3.c.1.n. 7. & 10. Hermoſill.
in L. 3. *tit. 4. partit. 5.gloſſ. 1. num.* 23. Quod adeo
verum eſt , ut aſſignationem legitimæ à patre filio
factam , poſtea revocare non poſſit , etiamſi eam
faciat per donationem inter vivos Roderic. Suarez *in*
L. *quoniam in prioribus C. de inoffic.teſtamen. in evi-*
dentialibus à n. 5.uſque ad n. 8. Et eſt ratio , quia
pater poteſt in vita legitimam ſolvere,& aſſignare filio
conſentienti , quamvis ſit in patria poteſtate L.*cum*
quo de peculio §.fin.ff.ad L.*Falcidiam* L.*ſed ſi vir §.*
quod vir uxori ubi gloſſ.ver.dederit.ff. de donat. inter 9
Suarez *ubi proxime n. 4. 5. & 7.*Decius *conſ.616.n.5.*
*& 6.*Cancer.*l.1. c. 3. n. 22. & 23.* Altograd. *conſ. 8.*
num. 31.
Unde minus bene dixit Menoch. *de præſumpt.* 29. 10
nu. 103. donationem pro legitima ideo valere quia
confirmatur morte patris;aliud enim probant prædic-
ta jura , ut eum reprobando advertit Altograd. *d.*
conſ. 8. *n.* 27. *& ſeqq.* Et verum eſt , quod illa aſſi-
gnatio legitimæ non eſt mera donatio, cum pater ſit
legitimæ quaſi debitor, Paul. *in* L.*& quia ff.pro ſocio*
L. *fin. §. ſin autem verſ. quaſi debita C. de curatore*
furioſo Roderic. Suarez *in dictis evidentialib. num.4.*
& 5. Altograd. *d. conſ.* 8. *num.* 33. Quamvis revera
legitima non debeatur filio in vita patris , neque 11
conſideretur, niſi tempore mortis Ayora *de partit.*
*p.2.q.34.n.21.& 22.*Gabriel. Pereyr. *deciſ.* 103. *nu.*
fin. & 22. Vincent de Franch.*deciſ.133.n.1.*ubi Ad-
dentes Capyc. Latro *deciſ.* 34. *num.* 17. Neque filius
in ea habeat aliquod jus in vita patris Giurba *ad*
ſtatuta Meſſanæ c.1. gloſſ. 3. nu. 66. Altograd. *conſ.*
8. *num. 29. & 30.* Fachin. *lib. 12. controv. cap.* 50.
Pinel. *in L. 1.p.1.n.75.de bonis matern.*Valaſc.*con-*
ſult. 69. n. 8. & de partit. c. 21. à n. 1. Molin. *lib.1.* 12

*de primog.c.*16.*n.*7.Peregrin. *de fideicommiſſ.art.*36.
*n.*16.Cancer.1.*p.c.de legitima n.*3. *&* 25. Merlin. *de*
*legitima tit.*3.*q.*1. Caſtill. *de aliment.c.*43.n.1. Surd.
*eodem tr.tit.*8.*priv.*26.Arias de Meſa *lib.*2.*var. c.*27.
*n.*21. Sed quidquid ſit, pater filio conſentienti poteſt
legitimam aſſignare, filio verò invito pater aſſignatio-
nem facere nequit, ut de veriori opinione teſtantur
Giurba *ad ſtatuta Meſſ.ma c.*7.*gloſſ.*12.*p.*1.*n.*13. Ca-
ſtill. *de aliment.c.*43. *n.*18. Vincen. de Franch. *deciſ.*
133. ubi, quod pater non poteſt filio invito legiti-
mam aſſignare, ut ſe à præſtatione alimentorum libe-
rare poſſit.

13 Valet etiam donatio facta à patre filiofamilias in
ſubſidium ſtudii, & ei quæritur dominium rei dona-
tæ, ſi ſubſequatur traditio Petr. Barboſ. *in* L.1.*ff.ſo-*
*lut.matrim.p.*7. *à n.*29. *&* 35.Gregor.Lopez *per text.*
14 *ibi in* L.3.*tit.*4.*partit.*5. *verb. no valdria* Paſchal. *de*
*virib.patriæ poteſtat.p.*1.*cap.*4.*n.*33.Tello Fernandez
in *L.*17.*Tauri* n.113.Mozzius *de contract.tit. de do-*
nat.§.*de perſonis inter quas n.*18.Mantic. *de tacit.lib.*
13.*tit.*14.*n.*3.Mendes à Caſtro *in L.cum oportet p.* 4.
*n.*174.*C.de bonis, quæ liberis* Aug.Barboſ. *voto* 6. n.
20.*&* 21.Carvalho *in cap.Raynaldus de teſtam.* 4.*p.*
*c.*1.*n.*115.poſt medium Cardoſo *in praxi verb.donatio*
*n.*86. Hermoſ. *in d. l.*3. *tit.*4. *part.*5.*gl.*1.*n.*32. Fra-
goſ. *de regim. Reip.*3. *p. l.*2.*diſp.*3.§.3.*n.*167.*& duob.*
*ſeq.*Mar.Cutell.*tr.*1.*diſcurſ.*2.*partic.*11.*n.*1.2.5. *&* 8.

15 Cum enim non minus interſit Reipublicæ repleri
liberis hominibus, quam gubernari per homines doc-
tos, & litteratos *c. cum ex eo de electio. in* 6. *c. fin. de*
magiſtris Petr.Barboſ. *in L.*1.*ff.ſolut. matr.*7. *p. n.*25.
Sicut pater tenetur dotare filiam, ita, & filio miniſtra-
re neceſſaria ſtudenti, juxta doctrinam *gl.in L.ſed Ju-*
lianus §. *proinde verb.ſolebat.ff. ad Macedonianum*,
quam probat Paulus *in l. Macedoniani C.eod.& conſ.*
242.*col.*2.*lib.*2.Pinel.*in* L.1.*C.de bonis matern.*1.*p.n.*
55. quam ſententiam rejecta contraria probat Barb.
*d.*7.*p.*n.26.*verſ.ſed nihilominus* Mar.Cutell.*de donat.*
*tr.*1.*diſcurſ.*2.*particula* 11.n.19. *& ſeqq. & n.*27. Et
quidem optime, quia pater mediocris fortunæ tene-
tur filium mittere ad ediſcendam Grammaticam; vel
ſaltem efficere, ut ſciat legere, & ſcribere juxta doc-
trinā Bart.*in l.Maced.C.ad S.C. Maced.& in* L.*de bo-*
nis §. *non ſolum ff. de Carbon. edicto.* Si alias honeſte
vivere non poſſit, ſecundum conſuetudinem, & con-
ditionem ſuæ perſonæ, pro quo facit tex.*in l.*2.*in fin.*
C.de alimen.pupillo præſtan. ibi. *Quaſi vento vixerit,*
16 *an nullo liberi hominis ſtudio imbui meruerit* Bart. &
ibi additio *ad eundem in Authent. quod locum C. de*
collat.ſuper verb.incolat: Si verò pater eſt dives, &
talis conditionis, ut teneatur comparare dignitatem
filio, quod evenit in viris nobilibus, prudentibus, &
ſpectabilibus, ut *in Auth.conſtitutio, quæ de dignitati-*
bus L.*cum plures* 12.§.*cum tutor.ff.de adminiſtrat. &*
periculo tutorum, tenetur pater filium mittere ad ſcho-
las, ut dignitatem, & gradum Doctoratus aſſequatur,
& tunc filius etiam patre invito, ſtudere poteſt Paul.
de Caſtr. *ad L.Julianus* §.*quamquam n.* 4. *ff. ad S.*
C. Maced. eleganter Petr. Franciſc. Linglois *deciſ.*
17 13. *q.* 1. *à n.* 2. *cum ſeqq.* Et hoc caſu, tenetur pater
pro expenſis neceſſariis, quas quis fecit pro filio,
exiſtente in ſtudio, quaſi hoc ceſſerit in illius utilita-
tem *l. ſed Julianus* §. *quod dicitur ff.ad Maced.* Gra-
tian. *c.* 166.*n.* 9. Larrea *allegat.*112.n.44.Linglois *d.*
q. 1. *num.* 4. *verſ.ideoque* Fragoſ.3.*p.lib.*2.*diſp.*2.§.
7.*n.*96.*verſ.ad hac.* Pinel. *in l.*1. *p.*1.n.55.*C.de bon.*
mater. Eſt enim ſcientia filii, gloriæ, lætitia patris, &
quandoque nobilitas *Authent.conſtitutio quæ de digni-*
tat.§.*generaliter gloſſ. verb.ſolebat in d. l. ſed Julia-*
nus ff. ad Macedon. Gratian. *c.*166.*n.*9. Linglois *d.n.*
4. *verſ. ideoque:* Atqui ſi filius de licentia patris ſtu-
dere cœpit, tenetur pater illi neceſſaria omnino ſub-
miniſtrare, uſque ad gradus adeptionem, Menoc. *lib.*
3. *præſumpt.* 29. *n.* 86. *& lib.*4. *præſumpt.* 191.*n.*18.
Cald. Pereyr. *conſ.*14.*n.*32. *cum ſeqq.* Emman.Barboſ.
ad Ordinat lib. 4. *tit.* 97. §. 7.*n.*3. Garcia *de expenſ.*
c. 3. *n.* 53. *verſ.ex quo jam ſemel, & verſ.& quamvis* 18
Fragoſ. 3.*p.l.*1.*diſp.*2.§.7. n. 96. *verſ. porro ſi pater.*
Quo caſu mutuans filio poteſt agere contra patrem,
Gratian. *c.* 107. *n.* 23.

Et quod magis eſt, non tenetur filius conferre fra- 19
tribus expenſas, quas pater cum eo fecit in ſtudio per
text. *in L.quæ pater ff.familiæ erciſcundæ Ordinat.lib.*
4.*tit.*97.§.7.*L.*3.*tit.*4.*partit.*5.Barboſ.in *L.*1. *ff.ſolut.*
*matrim.p.*7.*n.*35.Barboſ. *ad dict. Ordinat.n.*1.Gomez
in L.29.*Tauri* n.16.Valaſc. *de partit. cap.*23. *n.*151.
cum ſeqq. Mendez à Caſtr. *in L. cum oportet n.* 173.
Cod. de bonis, quæ liberis Caldas Pereyr. *in* §. *ſed hae*
*p.*2. *n.*50. *verſ. quod etiam Inſtit. de inofficioſ. teſtam.*
idem Mendez à Caſtr.in *praxi lib.*4.*c.*3.§.1.*n.*8.Clar.
in §.*donatio q.*8. n.6. Garcia *de expenſis cap.*4. *n.*1.
Auguſt.Barboſ.*in L.filia cujus* 18.*n.*14. *Cod. familiæ*
erciſcundæ Cyriac. *controv.*470. *à n.*1.Linglois *deciſ.*
13.*n.*6. 5.Mar.Cutell. *de donat.tract.*1.*diſcurſ.*2.*par-*
*tit.*11.*n.*51.

An autem pater habens penes ſe bona filii cenſea- 20
tur facere expenſas de propriis, vel de bonis filii? Vi-
dendi ſunt Anton.Gomez *in dict.* L.29.*Tauri* nn.16.
Mendez à Caſtr. *in praxi lib.*4. *c.*3. *n.*8. Valaſc. *dict.*
*cap.*13.*n.*164.Gabriel Pereyr. *deciſ.*13.*n.*8.Garcia *de*
*expenſis c.*4.n.2.Mangil. *de imputat.q.*32.*n.*6.Præcep-
tor Veyga alias Franciſc.de Souſa *in* §.*actionum* 4.*p.*
*n.*105.*Inſtit.de actionib.*Auguſtin.Barboſ.*in dict.l. fi-*
liæ cujus n.8.Cyriac. *controv.*470.*n.*11. Linglois *dec.*
13.*q.*5.n.8.Petr.Barboſ. *in d.L.*17.*p.v.*28. *&* 29. *Ubi*
verſ. ſed his non obſtantibus, veriorem dicit opinio-
nem, quod pater de propriis bonis cenſetur facere ex-
penſas cum filio in ſtudio: ſequitur Mar. Cutell. *de*
*donation. tract.*1. *diſcurſ.*2. *particula* 11. *n.* 29.

Quo verò ad collationem limitabis prædictam re- 21
ſolutionem, ut ſcilicet filius teneatur conferre ex-
penſas ſi in ſtudio non proficiat, & in malos uſus con-
ſumpſit Gratian. *d.c.*4.*n.*3.Valaſc.*d.c.*13.*n.*164.*verſ.*
& tandem Souſa *in d.* §. *actionum.*4. *p. n.*105. Petr.
Barboſ. *in d.L.*1.*p.*7.*n.*64.*verſ. unde dixit* Auguſtin.
Barboſ.*in d.L.filia cujus n.*19. Linglois *deciſ.*13.*q.*1.
*n.*6. & probat *Ord.lib.*4.*tit.*97. §.9. *verſ. & poſtoque*,
Alias limitationes adducit Fragoſ. *d.* 3.*p. lib.*1.*diſp.*2.
§.7.*n.*96.Et tandem *verſ.cæterum*, tradit eas non pro- 22
cedere de jure noſtri Regni neque de jure Caſtellæ:
quod idem repetit. *l.*2.*diſp.*3.§.5.*n.*168.*verſ.hæc au-*
tem argumenta. Ubi tradit in his Regnis abſolute
ſumptus factos in ſtudio cum filiis non eſſe conferen-
dos: prout expreſſe tenet Valaſc. *de partit. cap.*13.
*n.*164. *in fin.* Ubi, quod limitationes prædictæ apud
nos non ſervantur.

Quæ reſolutio quoad expenſas in ſtudio, procedit 23
etiam quoad libros, quos pater dedit filio ad ſtuden-
dum; quia neque conferuntur, prout expenſæ factæ
cum filio in ſtudio. Veluti ſi corpora Juris Civilis, &
Canonici, vel alii libri ad ſtudendum neceſſarii quip-
pe tales non conferuntur, ſunt enim neceſſarii ad ſtu-
dendum, tanquam expenſæ factæ cum filio Valaſc.
*de partit.c.*3.*n.*161.*&* 162. Fragoſ.3.*p.lib.*1.*diſp.*2.§.
7. *n.*97. *verſ. idem ſine diſtinctione.* Prout etiam non
conferuntur libri à patre dati filio Doctori, Judici, vel
Advocato Bart.*in L.*1.§.*nec caſtrenſe n.*8.*ff.de collat.*
bonorum quem ſequitur Ripa *in* L. in *quartam n.*17.
*verſ.ſecundo caſu ff.ad L.Falc.*Valaſc.*d.c.*13.*n.*160.*&*
161.Fragoſ.*d.*§.7.n.97. & tenet Greg.Lopez *in L.*3.
*tit.*4.*part.*5.*verb.valdria* Clar. *in* §. *donatio q.*8.*n.*6.
Garcia *de expenſ.c.*4.*n.*6.Aug.Barb.*in* L.*filiæ cujus n.*
12.*C.familiæ erciſcundæ* Cyriac.*contr.*470.n.15.*uſque*
ad n.18. Linglois *dec.*13.*n.*9.

Notabis tamen, quod ſola traditio librorum, vel 24
emptio nomine filii non ſufficit ut pater libros donaſſe
videa-

videatur, ſed utraque debet concurrere, ſcilicet, emptio nomine filii, & traditio librorum Cald. Pereyr. in L. ſi curatorem verb. læſis n. 102. C. de in integrum reſtit. Franciſc. à Souſa in §. actionum 4. p. n. 108. Inſtit. de action Aug. Barboſ. in d. L. filia cujus n. 16. Gratian. c. 231. n. 15.

Intellige prædicta non procedere, quando magna inter filios datur inæqualitas Menoc. lib. 3. præſumpt.
25 30. n. 16. & de arbitrar. caſu 131. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 14. à n. 8. Barboſ. in L. 1. ff. ſolut. matr. p. 7. n. 36. Gratian. c. 50. à n. 24. Franciſc. à Souſa in d. §. actionum p. 4. n. 10. & ſeqq. Mangill. de imputat. q. 30. n. 15. Aug. Barboſ. in d. l. filiæ cujus n. 13. Cyriac. controv. 470. n. 15 & 27. Ubi, quod liberi exiſtentes ſunt conferendi, non vero expenſæ jam conſumptæ. Sed cogita, quia hanc reſtrictionem pati non videtur lex Regia lib. 4. tit. 97. §. 7.

Prædicta reſolutio, ut non conferantur libri à filio
26 ſcholaſtico. procedit, etiamſi filius in vita patris, neque Licentiatus evaſerit, quia conferre illos non tenetur. Anton. Gomez in L. 29. Tauri n. 16. & ſeqq. Petr. Barboſ. in d. l. 1. p. 7. n. 37. & 38. Aug. Barboſ. in d. l. filiæ cujus n. 15. Et adverte, quod eo caſu, quo libri veniunt conferendi, non ipſa corpora librorum conferenda ſunt, ſed illorum æſtimatio. Valaſc. de partit. c. 13. n. 166. Mantic. de tacit. lib. 14. n. 11. Aug. Barboſ. in d. L. filia cujus n. 20. Fragoſ. d. diſp. 2. §. 7. n. 98. Emman. Barboſ. ad Ordin. d. §. 7. n. 2. ad finem.

Et denique obſerva, quod ſi detur caſus, in quo expenſæ factæ cum filio in ſtudio donatæ non cenſeantur; illud minus conferendum eſt, quod filius in domo patris expenderet in alimentis, Duennas regul. 222. n. 2. ad fin. Anton Gomez in L. 29. Tauri n. 12. Valaſc. de partit. cap. 13. n. 165. Franciſc. de Souſa d. 4. p. n. 105. Aug. Barboſ. in d. l. filiæ cujus n. 21. Cyriac. controv. 470. n. 14.

Subſtinetur etiam donatio facta à patre filios fa-
27 milias, in qua intervenit juramentum de non revocando juxta ſententiam Bald. in L. ult. n. 6. verſ. ſed quid ſi fuit C. de uſucap. pro donato Clar. in §. donatio q. 8. in fin. Jaſon. in L. frater à fratre in 1. lectura n. 44. in 10. limit. & in repetit. n. 43. ad fin. ff. de condict. indebit. Suarez in l. 9. tit. 11. lib. 1. fori verſ. nota ſecundo Anton. Gomez lib. 2. variar. c. 24. n. 24. 25. & 26. Gratian. c. 27. n. 33. & c. 82. n. 7. uſque ad n. 12. dicit veriorem, & communem Gutierr. de juram. confirm. 1. p. c. 4. n. 4. Mar. Cutell. de donat tract. 1. diſcurſ. 2. partic. 8. n. 1. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 7. p. 2. à n. 57. cum ſeqq. Anton. Faber. in ſuo Codice lib. 8. tit. 34. de donat. diffinit. 1. Cancer. lib. 1. c. 8 n. 91. Auguſt. Barboſ. voto 6. n. 21. Menoch. conſ. 81. à n. 1. uſque ad n. 9. Surd. conſ. 76. n. 9. Hermoſill. in L. 3. tit. 4. partit. 5. gloſſ. 1. n. 26. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 38. n. 7. & 8. At vero de jure Regio donationem patris non firmari juramento tradit Fragoſ. 3. p.
28 lib. 2. diſput. 3. §. 5. n. 160. Et conducunt, quæ diximus ſupra §. 4. n. 8.

Valet etiam donatio facta à patre filio in poteſtate cauſa dotis, & matrimonii L. Pomponius Philadelphus
29 ff familiæ eriſcundæ l. uxorem §. teſtamento ff. de legat. 3. Guid. Pap. 145. per totam Boër. dec. 169. nu. 10. Natta conſ. 609. n. 3. Tiber. Decian. conſ. 31. n. 69. & conſ. 41. n. 22. Surd. conſ. 457. à n. 55. & conſ. 206. n. 21. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. in principio n. 6. & gl. 7. n. 1. Hermoſill. in l. 3. tit. 4. partit. 5. gloſſ. 1. n. 27. Hieron. Leo deciſ. Valent. 12. n. 8. Cardoſ. in praxi verb. donatio n. 86. Vincent. de Franch. dec. 205. n. 1. Arias de Meſa lib. 3. c. 17. nu. 2. & 11. Fragoſ. de regim. Reipub. 3. p. lib. 3. diſput. 3. §. 5. n. 160. & poſt longam diſputationem veriorem dicit opinionem Marius Cutell. de donat. tract. 1. diſcurſ. 2. partic. 15. nu. 5. Et eam uſu, & conſuetudine receptam aſſerit n. 7.

Præterea valet donatio facta filiofamilias pro ali- 30
mentis, ut contrà Aretin. tenet gloſſ. in l. 2. C. de inofficioſ. donat. Guillelmo de Cuneo in l. peculium ex eo ff. de peculio Roman. in l. de diviſion. 4. n. 4. C. de collat. quos refert, & ſequitur Altograd. conſ. 8. n. 39. Marius Cutell. tract. 1. diſcurſ. 2. partic. 14. n. 7. & 8. Quam donationem non eſſe inſinuandam tradit Gratian. forenſ. c. 750. n. 29. Cutell. d. partit. 14. num. 72.

Rurſus licet pater donare poteſt filiofamilias ob 31
merita ipſius filii, neque talis donatio occaſione patriæ poteſtatis, improbatur gloſſ. in Authent. unde ſi parens C. de inofficioſ. teſtam. Bart. in l. frater à fratre n. 57. ff. de condict. indebiti ubi Jaſon. n. 44. Dec. conſ. 20. n. 5. Tiraq. in l. ſi unquam verb. donatione largitus n. 200. C. de revocand. donat. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 38. n. 5. Hermoſill. in d. l. 3. gl. 1. n. 17. Clar. in §. donatio q. 8. Late Fontanell. d. clauſ. 4. gl. 7. n. 2. cum ſeqq. ubi reprobat Pinel. in l. 1. p. 3. de bonis matern. n. 62. verſ. infertur undecimo contrarium tenentem. Et noſtram ſententiam ſequitur Aug. Barboſ. in d. Authen. unde ſi parens n. 15. Suarez in l. 9. fori tit. de litib. n. 33. Valenz. conſ. 117. n. 25. Quam etiam defendit Mar. Cutell. de donat. tract. 1. diſcurſ. 2. particul. 13. n. 1. Et quamvis Menoch. lib. 3. præſumpt. 29. à n. 12. cum ſeqq. Filiuc. de contract. tr. 34. c. 6. n. 132.
Molin. Theolog. & Anton. Faber. de errorib. prag- 32
mat. decad. 41. error. 6. teneant contrariam ſententiam cum Pinelo: eo præcipuè fundamento, quòd nulla poſſunt conſiderari merita filii erga patrem, quæ digna ſint mercede, & recompenſatione, cum ex obligatione naturali filius ſit obſtrictus erga patrem ad omnium obſequiorum præſtationem, per tex. in l. pen. ff. d. de obſequ. parent. & patronis præſtand. Tamen bene reſpondet Mar. Cutell. d. partic. 13. n. 9. 10. & 11. Ubi optime conſiderat quod licet filius obſequiorum ſit debitor, attamen etiam in præſtatione debiti poſſumus mereri, ut quia promptius quam alii reddimus quod debemus, maxime, quia licet Deo Optimo Maximo omnia debeamus, ipſe tanquam ſi gratis accepiſſet, utitur remuneratione, prout dicitur in lib. 2. 33
Eſdræ c. 5. Iſaiæ c. 38. Eſter c. 14. Unde ſi parentes aliquando obligantur ſaltem de congruo ad remunerationem exercendam, præſertim attenta humanæ conditionis corruptione, propter quam pauci filii inveniuntur, qui naturalia debita perſolvant, ut oſtendit Fontan. d. clauſ. 4. gloſſ. 7. p. 2. n. 9. Ubi n. 10. plures filios fuiſſe recenſet patricidas, contra parentes immanes. Quare ſi filius non tam officiales, ſed & artificiales operas præſtet, & alia ſervitia plura, quæ ſine retributione tranſire non debent, nil mirum ſi in eorum remunerationem valeat donatio, facta à patre non obſtante vinculo patriæ poteſtatis. Ex ea ratione, quia talis donatio non habet cauſam mere lucrativam ſed oneroſam Peregr. conſ. 78. n. 6. verſ. quæ quidem lib. 3. Vveſembeq. conſ. 135. n. 76. in fin. & 77. Altograd. conſ. 7. n. 18. Menoch. lib. 3. uſufreq. c. 46. n. 8. Fontanell. d. gloſſ. 7. p. 2. n. 2. & 3. Ideoque prædictam ſententiam etiam ſequitur Fragoſ. dict. diſput. 3. §. 5. num. 169.

Quæ autem debeant eſſe ſervitia, & benemerita 34
filii, ut valeat donatio à patre in eum collata, conſule Fontan. d. clauſ. 4. gloſſ. 7. p. 3. à n. 26. & omnino Mar. Cutell. d. partic. 13. n. 17. & ſeqq. Ubi tres caſus conſtituit, & in duobus validam eſſe donationem aſſerit; dummodo benemerita per filium probentur; non enim ſufficit patris aſſertio: ut alibi diximus, & tenet gloſſ. in l. ſi donatione C. de collat. ubi Alex. n. 5. Clar. in §. donatio q. 3. n. 2. & q. 8. n. 2. Gail. obſervat. 38. n. 6. Menoch. l. 3. præſumpt. 29. n. 24. Gutierr. de juram. confirm. p. 1. c. 5. n. 16. cum ſeqq. Merlin. de legitima l. 2. tit. 2. q. 29. n. 19. Mar. Cutell. d. partic. 13. n. 24. Fragoſ. d. diſput. 3. §. 5. n. 169.

Va-

Valet etiam donatio facta à patre filiis naſcituris
35 l.Gallus §. ille caſus ff. de liberis, & poſthumis Boër.
deciſ.172.n.4. Late Fontan.d.clauſ.4. in principio n.
4.5.12.17.& 18. Hermoſill.in l.3.tit.4.partit 5.gloſſ.
1. n.35. Et hæc non poteſt revocari in præjudicium
naſciturorum Surd.dec.111. Fontanell. de pact.nupt.
clauſ. 4. gloſſ. 9. p. 1. n. 5. & 6.
36 Item valet donatio facta à patre filiofamilias pro
Ordinibus ſuſcipiendis; quia cum agatur de Dei ſer-
vitio, ceſſare debent ſubtilitates juris humani : atque
ita hanc partem tenent Jaſon. in l.licet filiæ n.7. C.de
collat. Mantic. de tacit. & ambig.lib. 13. & 14.n.7.
Merlin. de legit.lib. 2. tit.2.q.23. n. 6. & q.29.n. 12.
Gratian.c.231.n.23. Hermoſ. in l. 3.tit. 4.partit. 5.
gl.1.n.28.verſ.lim.10.Mar.Cutell. de donat.tr.1. diſ-
37 curſ.2. partic.12.n.1. Immo pater filio volenti ſacros
Ordines ſuſcipere tenetur patrimonium aſſignare
Cravet. conſ. 136. per totum poſt plures Sanchez de
matr.lib.4.diſp.26.n.7. Gutierr.lib.2.pract.q.65.n.7.
Ubi, quod hæc donatio eſt irrevocabilis Giurb. ad
conſuetud.Meſſan.c.3.gl.4.p.1.n.16.Aug.Barboſ. de
poteſt.Epiſcopi p.2.alleg.20.Mar.Cutell dict.partic.12.
n.7.& 8.Covar.in c.Raynald.§.2.n.7.verſ.ipſe tamen
opinor de teſta.Spin.in ſpecul.teſta.gl.18.principali n.
71.verſ.ex quibus Gratian.c.159.n 29.Tello Fernan-
dez in L.13.Tauri n.82.Mar.Cutell.d.partic. 12. n.
28.Patrimonium namque, ad cujus titulum quis pro-
38 motus fuit ad ſacros Ordines, fruitur eiſdem privile-
giis, quibus res eccleſiaſticæ, Lata in L. ſi quis à li-
beris §. ſolent. n.36.ff.de liberis agnoſcend. Cald.Pe-
reyr.in l. ſi curatorem verb.legis n. 131. & 132. Me-
noch. de recuperandæ remed. 15. n.21. Gratian. d.c.
159.n.27.Mar.Cutell.d.partic.12.n.30.Adde,ut pa-
trimonia ſacerdotis hodie ſit inalienabile ex decreto
39 Concilii Trident.Seſſione 21.c.2.Ex quo communiter
deducitur alienationem patrimonii eſſe ipſo jure
nullam, Navarr. conſil.13.de temporib.Ordinat. n. 2.
& conſ.22.Flamin.reſignat.lib.2. q.6.n.16.Gratian.c.
750.n.18.Aug.Barboſ.de poteſt.Epiſcop.p. 2. allegat.
19.n.76. Fontan.de pact.nupt.clauſ.5.gloſſ.1.p.t.n.65.
Cevall.q.527.Mar. Cutell.d.partit.12.n.74.& 76.
40 Nihilominus tamen filius, qui à patre habuit pa-
trimonium ad ſuſcipiendos Ordines, illud in partitio-
nibus conferre tenetur. Et hæc in hoc Regno eſt me-
lior, & ſanior opinio teſte Valaſc.de partit.cap.13. n.
77.Emmam.Barboſ.ad Ordinat.lib.4.tit.97. in prin-
cipio n. 4. Vas allegat. 35.n. 6.Ferrer. tract. ad leg.
Falcid.p.2.c. 9. verſ.ſed quæritur pag.184. Diana p.
8.tract 6. reſol. 92. Quod intellige, ut per Gutierr.
pract. lib. 2.q.65. num. 4.& 10.
Ita ut æſtimationem conferre teneatur, non ipſa
bona, quæ quidem alienare non poteſt, ne in oppro-
brium Ordinis Clericatus mendicare cogatur Trident.
d. ſeſſione 21. c. 2. Gratian. c. 159 n.1. & ſeqq. Phæb.
1.p.deciſ.19.n.11. Procedit tamen in prædictis bonis
ordinaria præſcriptio, ut judicavit Senatus noſter
teſte Phæb. 1.p. deciſ. 19. Ubi n. 13.& ſeqq. contra-
rius reſpondet.
Mater verò bene poteſt filio donare, cum nullum
41 adſit impedimentum, ne naturalis, atque civilis
obligatio oriatur L. donationis 32.§. ſpecies ff.de do-
nat. L.vellet 6.L.his ſolis 7.cum Authent.ſeq. C. de
revocand.donat.L.fin C.de donat.quæ ſub modo Jaſon.
in frater à fratre in 1. repetit. in fin.& conſ.154. col.
1. vol.2. Pariſ. conſ. 73. lib. 1. Mantic. de tacit. &
ambig. lib.21.tit.3.n. 19. verſ. neque dubium videtur
Mar.Cutell.de donat.tract.1.diſcurſ.3.partic. 1. nu.1.
Ubi n.2. rationem aſſignat, nempe, quod mater non
habet filios in poteſtate, ut impediatur donare §. fæ-
minæ Inſtit. de adoptionib.L.filiæ 88. ff. ſolut.Cancer.
lib. 3.c. 21.de tranſmiſſ. num. 68. Sed hæc reſolutio
procedit in matre non uxorata,non verò in ea,quæ ha-
bet maritum;quia ſaltem in hoc Regno talis mater,ne-
que filio donare poteſt ſine licentia viri : ut diximus
ſupra §. 3. n. 98. & 99.
Diximus ſupra num. 4. quod donatio facta à patre
filio in poteſtate confirmatur morte donantis, qui 42
in eadem voluntate uſque ad mortem perſeveravit.
Quod ampliatur, ut procedat etiam in caſu, quo pa-
ter fuit bannitus, & mortem civilem paſſus eſt per
condemnationem capitalem; quia donatio facta per
patrem filio familias, à pari procedit cum donatione
inter virum, & uxorem gloſſ. in L. ſi quis poſt §. 1. C.
de bonis proſcript. Gratian.c. 172.n.12.Eſt poſtquam
Juſtinianus has exequavit donationes in L.donationes
quas parentes C. de donat. inter valet argumentum
de una ad aliam Molin. de primog.lib.1.c.12. num. 9.
Fontanell. de pact.nupt.clauſ.4.gloſſ.7.p. 2. num. 31.
Sanch.de matrim.lib.6.diſput.14.à.n. 6. Mar. Cutell.
de donat. tract. 1.diſcurſ. 1.partic. 1. n.4.Peregrin.
de jure fiſci lib.5.tit.1.n. 48. Itaque, quemadmodum
donatio inter virum, & uxorem confirmatur per mor-
tem civilem conjugis donantis L. res uxoris C.de do-
nat. inter L. cum ſtatus §. ſi maritus uxori ff. de do-
nat. inter Gratian.c.172.n.10. & diximus ſupra §. 3.
n. 3. Eodem modo confirmatur donatio facta filiofa-
milias per mortem civilem patris, quæ quo ad hunc
effectum idem operatur, quam mors ipſa naturalis, ut 43
poſt alios tradit Mar.Cutell. d. partic. 1. à n. 1. cum
ſeqq. Ea tamen diſtinctione, quod ſi quis dicitur civi-
liter mortuus per ſententiam capitalem, confirmetur
donatio. Si vero quis ſibi mortem conſciverit conſci-
entia ſcele ,ris; vel poſt ejus mortem memoria ſit dam-
nata pro gravitate delicti, donatio non confirmabitur,
ut diſtinguit Duaren. ad tit. de donat.inter virum &
uxorem, ſequitur Alciat. lib.6.Parergon.c.27.& in L.
poſt contractum n.12.ff.de donat.Farin. q. 25. n. 135.
Gratian. c.172.n.10. & 13. Mantic. de tacit. & am-
big.lib.21. tit.7.n.7.8.& 9.Mar.Cutell. d. partit.1.n.
1.& 3.Tiraq.in L.ſi unquam verb.libertis n.105.verſ.
octavo hæ donationis Covarr.rubr.de teſtam.p.3.n. 4.
Item ſi pater, & filius in bello,vel naufragio perie- 44
runt,dicitur confirmata donatio Covarr.lib.2.var.c.7.
n.7.Peregr.de fideicommiſſ.art. 43. n. 53. Fontan. de
pact.nupt.clauſ.4.gloſſ.7.p.2. n.38.Coſta in L.qui duos
§. cum in bello ff. de reb. dubiis.
Confirmatur etiam donatio per patrem facta filio in 45
poteſtate per ingreſſum Religionis, & profeſſionem
emiſſam; quia tunc mors dicitur ſpiritualis quæ natu-
rali æquiparatur §.ſin autem in Authent.de monachis
ubi Bart. DD. in Authent. ſi qua mulier C. de Sacro-
ſanct. Eccleſ. Atque ita prædictam reſolutionem te-
nent Surd. conſ. 171. n. 7. & deciſ. 166. n. 9. Molin.
de juſtit. diſp. 289. n.6.Molinus de ritu nupt.lib.3. q.
1.n.9.Rebell.de obligat.juſt.p.2.l.6. q.13. Auguſtin.
Barboſ.in collect.ad text.in cap.fin.de donat. inter. n.
21.Mar.Cutell.de donat.tract.1.diſcurſ. 2. n. 1. & 2.
Limita tamen, ut non procedat caſu,quo profeſſio eſ-
ſet nulla, quia tunc res reducitur ad priſtinum ſta-
tum, & donatio revocari poteſt Riccius deciſ. 643.
Cutell. d. partic. 3. n. 12.
Notabilis tamen, quod ita ut non valet donatio 46
facta per patrem filiofamilias, ita etiam non valet
donatio facta à filiofamilias alii fratri, etiam exiſtenti
in ſacris paternis; quamvis pater conſentiat : quia qui
actum facere non poteſt, neque facienti valet con-
ſentire, & quippe fraus non debet fieri de perſona ad
perſonam, ut contra Oldrad. & Joann. Andream do-
cent Jaſon. in L. frater à fratre in 1. lectur. fallen.
fin. Menoc. l.3. præſumpt. 29. n. 122. & 123. Man-
gil. de imputat. q.45. num. 26. Gomez Arias in l.17.
Tauri n. 7. Hermoſ. in L. 3. tit. 4. partit. 5. gloſſ. 1.
num. 14.
Et pro coronide adverte, quod valet donatio fa- 47
cta à patre filio illegitimo, quia non eſt in ejus po-
teſtate Gomez 2. var. c. 4. nu. 24. verſ. item etiam

pro-

prohibetur & *in* L. 17. *Tauri n.* 8. & *in* L. 29. *n.* 26. Molin *tom.* 1. *diſp.* 243. & *tom.* 2. *diſp.* 290. Azor. 2. *p. moral. lib.* 2. *c.* 24. *q.* 1. Fragoſ. *p.* 3. *lib.* 2. *diſp.* 3. §. 5. *n.* 160.

48 Filius verò familias ſine patris conſenſu donare nequit L. *filius familias* 10. §. *pari autem de donat.* Bened. Ægid. *in L.* 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ. p.* 1. §. 7. *n.* 21. Attamen de patris conſenſu recte poteſt tam inter vivos, quam mortis cauſa donare L. *tam in* §. *ff. de donation. cauſ. mort. d. L. filius familias* §. *pari* Pichard. *in princ. Inſtitut. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum n.* 31. Benedict. Ægid. *d.* §. 7. *n.* 16. & 21. Covarr. *in rubr. de teſtam. p.* 3. *n.* 8. & *ſeqq.* Et verò conſenſus patris in donatione cauſa mortis debet intervenire in ipſo actu donationis Benedict. Ægid. *d.* §. 7. *n.* 19. Tondut. *reſol. c.* 86. *n.* 1. In donatione autem inter vivos ſufficit, quod poſt donationem interveniat conſenſus Ægid. *ubi ſupra n.* 21. Et in donatione inter vivos ſufficit; quod conſenſus tacitus interveniat; Cum tamen in donatione cauſa mortis expreſſus requiratur Covarr. *in rubr. de teſtam. p.* 1. *n.* 12.

Non tamen valet donatio facta patri de ipſius conſenſu, niſi authoritas Judicis interveniat Jul. Clar. *in* §. *donat. q.* 6. *n.* 7. Ægid. *d.* §. 7. *n.* 18. Covarr. *in d. p.* 3. *n.* 9.

§. VI.

De Donatione Arrbarum.

SUMMARIUM.

1 *Donatio propter nuptias futura uxori fiebat in recompenſationem dotis, & illius ſecuritatem. Et erat ſimilis doti.* Ibidem.

2 *Donatio propter nuptias abiit in deſuetudinem, & in illius locum ſucceſſit donatio contemplatione Matrimonii, quæ in Hiſpania appellatur Arrba, & in Sicilia Dotarium.*

3 *Donatio arrharum in Hiſpania non fit ex neceſſitate, ſed ex mera libertate.*

4 *Ita ut donatio propter nuptias abiit in deſuetudinem; ita, & neceſſitas conſtituendi arrhas.*

5 *In Hiſpania promiſſio arrharum non poteſt excedere ultra decimam partem bonorum donantis. In Luſitania vero promiſſio arrharum non poteſt excedere tertiam partem dotis mulieris. Et quod ultra promititur, non valet.*

6 *Inter leges Caſtellæ, & Luſitaniæ ea datur differentia, quod in Caſtella, ſponſus non poteſt promittere nomine arrharum ultra decimam partem bonorum, quæ ipſe poſſidet: in Luſitania vero tertia permiſſa donari reſpicit quantitatem dotis mulieris.*

7 *Pactum dotale inter ſponſum & ſponſam de lucro certa partis dotis præmoriente uxore, non valet ultra tertiam partem bonorum, quæ maritus ſecum adduxit tempore matrimonii: ut n.* 9.

8 *Pacta dotalia, quæ non ſunt contra leges & conſtitutiones, valent, & ſunt obſervanda.*

9 *Vir, & uxor ſunt correlativi, & diſpoſitum in uno cenſetur diſpoſitum in alio.*

10 *Vir, & uxor ſunt ſocii divinæ & humanæ domus, & una, & eadem perſona, & una caro.*

11 *In correlativis uno prohibito aliud prohibitum cenſetur, tam in diſpoſitione ſtatutaria, quam juris. Et ſufficit quo ſtatutum de uno loquatur.*

12 *Diſpoſitio loquens de marito intelligitur etiam in uxore. Et è contra.*

13 *Arrharum donatio fieri poteſt conſtante matrimonio: Sed contraria ſententia verior eſt: ut nu.* 14. *Et ſequenda in hoc Regno.*

15 *Limita ut arrharum promiſſio facta conſtante matrimonio confirmetur morte mariti, qui eam non revocavit.*

16 *Promiſſio arrharum à plebeio, ſeu ignobili, qui duxit uxorem nobilem, facta conſtant. matrimonio valida eſt: Vel quando fit à Sene in recompenſationem juventutis mulieri.*

17 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota tenetur reſervare filiis prioris matrimonii quidquid ex facultatibus illius jure ſponſalium, vel nuptiarum percepit.*

Item. Et legatum à marito relictum. Ibidem.

18 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota non tenetur reſervare filiis arrhas quas à primo viro percepit:*

19 *Neque tenetur reſervare filiis prioris matrimonii medietatem bonorum lucratorum eo conſtante.*

20 *Sed Author contrariam ſententiam,* Gutierrez *quoad arrhas veriorem dicit.*

21 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota non tenetur reſervare filiis donationem remuneratoriam factam à primo viro.*

22 *Conſuetudo diformis attendenda non eſt.*

23 *Arrhas ſolvere eatenus tenetur maritus, quatenus pars dotis fuerit ſoluta.*

24 *Si nulla dos fuerit ſoluta, nullæ arrha debentur. Promiſſio non facit dotem, ſed numeratio.* Ibid.

25 *Arrhæ debentur, ſi maritus dotem accepto tulit, & promittentem liberavit.*

Item: Si maritus habuit fidem de dote. Ibidem.

26 *Item: Debentur arrha dote non ſoluta ſi maritus fuit in mora recipiendi dotem. Ubi an ſit neceſſaria interpellatio?* Ibidem.

27 *Arrhas lucratur mulier, ſi viro data ſunt in dotem nomina debitorum, quæ exigere neglexit.*

28 *In Caſtella, ſi ſponſus tempore promiſſionis arrharum poſſidebat bona, quæ poſtea per ſententiam fuerunt evicta, computatio facienda eſt tantum de bonis, quæ ſua erant, niſi de futuris etiam promiſſio fieret.*

29 *Bona non dicuntur, niſi deducto ære alieno.*

30 *In hoc Regno, ſi bona dotalia fuerunt evicta; computatio tertia partis dotis facienda eſt reſpectu bonorum, quæ vere; & propriè dotalia remanſerunt.*

31 *Poſſeſſor Majoratus interim dum vivit, dominus eſt bonorum majoratus.*

Quamvis dominium ſit revocabile; quia de bonis diſponere nequit. Ibid.

32 *Si mulier tempore matrimonii contracti Majoratum poſſidebat, ad ineundam rationem tertiæ reſpectu arrharum non eſt facienda computatio bonorum majoratus, ſed fructuum juxta computationem* text. in L. hæreditatū 68. ff. ad L. Falcid.

33 *Computatio* text. in d. L. hæreditatum *non tantum procedit in habenda ratione* L. Falcidiæ. *ſed in quibuſcunque aliis caſibus.*

34 *Computatio dictæ legis ad intentum pendet à futuro eventu; quia, ſi uxor, vel maritus deceſſerunt: æſtimatio fit reſpectu temporis, quo vixerunt. Sed contrarium verius: ut n.* 35.

36 *Si maritus confitetur promiſſionem arrharum non excedere tertiam partem dotis, mulier non tenetur probare, quòd arrha non excedunt.*

37 *Maritus ſecundo nubens, & habens filios ex priori matrimonio, non poteſt facere promiſſionem arrharum excedentem tertiam partem bonorum; quæ poſſidet tempore donationis.*

38 *Idem dicendum: ſi non filios, ſed aſcendentes habet.*

39 *Arrhæ deducenda ſunt ex toto acervo hæreditatis tanquam æs alienum, quando is, qui promiſit, nullos habebat filios, quamvis poſtea nati ſint; fraus interveniat.*

Sed contrarium verius in hoc Regno: ut n. 40.

40 *Ubi, quod ex tertia deducenda ſunt,*

41 *In*

41 *In regno donationes facta ab eo qui liberos procreavit, de tertia bonorum deducenda ſunt; quamvis remuneratoria, ſi non debentur lege juſtitia.*

42 *Donatur vera interpretatione* Ordinat. lib. 4. tit. 47. §. 1.

43 *Quando ratio legis eſt generalior, & amplior diſpoſitio: ad amplitudinem rationis extenditur diſpoſitio.*

44 *Lex ſemper comprebendit caſum eandem rationem habentem: & tunc non dicitur Lex extendi ſed enucleari.*

45 *Filii poſſunt petere ſupplementum legitimarum ex donatione inter virum, & uxorem, quæ à principio valida fuit: Si bona donantis pro legitima non ſufficiunt.*

46 *Legatum à marito uxori relictum non compenſatur cum debito arrbarum.*

47 *Legatum relictum creditori compenſatur cum debito, ſi illud eſt neceſſarium: Si vero fuit voluntarium compenſationi locus eſt.*

48 *Initium contractuum, & donationis ſemper inſpiciendum eſt.*

49 *Amplia ſupra dictam reſolutionem, ut à fortiori locum habeat, quando promiſſor arrbarum nulla habebat bona tempore promiſſionis, & poſtea liberos procreavit.*

50 *Filii quodammodo ſunt creditores patris in legitima, & habent jus legitimæ in omnibus bonis illius.*

51 *Legitima filiorum conſiderantur tempore mortis patris, non antea.*

Tertia bonorum conſideratur tempore mortis defuncti, & deducitur ex bonis tunc exiſtentibus. Ibid.

52 *A primordio tituli poſterior formatur eventus.*

53 *Ad ineundam tertia rationem æſtimantur bona deducto ære alieno.*

54 *Arrba non debentur uxori putativa.*

55 *Minor curatorem habens, arrbarum promiſſionem facere poteſt interveniente Judicis decreto de immobilibus, vel mobilibus, quæ ſervando ſervari poſſunt, ſecus ſine decreto.*

56 *De mobilibus vero, quæ ſervando ſervari non poſſunt, vel de pecunia poteſt minor arrbas promittere authore curatore: licet reſtitutus poſſit adversùs promiſſionem.*

57 *Filiusfamilias etiam ſine patris conſenſu contrabere poteſt, & obligatur.*

58 *Filiusfamilias non poteſt alienare, neque obligare bona adventitia, in quibus pater habet uſumfructum eo invito.*

Quæ diſpoſitio juris non eſt correcta jure Caſtellæ. Ibid.

59 *Filiofamilias condemnato ex contractu non poteſt fieri executio in bonis adventitiis, neque in proprietate, neque in uſufructu.*

Alienatione probibita cenſetur probibitus omnis actus, per quem pervenitur ad illum. Ibid.

60 *Filiusfamilias non poteſt inter vivos donare ſine patris conſenſu: neque arrbas promittere.*

61 *Mulier habet tacitam hypotbecam pro arrbis: Non tamen bæc hypotbeca habet jus prælationis, ut n. 62.*

1 NOn agimus in hoc §. ubi erat ſua ſedes de donatione propter nuptias, quia brevitati conſulendo ad materiam principalis inſtituti accedere deſideramus. Illa enim donatio, quæ tempore Romanorum erat in uſu, quam ſponſus, pater, vel alius pro eo faciebat uxori, vel ſponſæ futuræ, fiebat in recompenſationem dotis, & illius ſecuritatem juxta text. *in L. ult. de donat. ante nuptias* ibi: *Sicut enim dos propter nuptias fit, ita, & in donationibus, quas mariti faciunt, vel pro his, alii, debet eſſe aperta licentia, & conſtante matrimonio talem donationem, tutius ſit, quod interveniat interpellatio, dilatio, depoſitio propter nuptias meretur.* Ideoque prædicta donatio ob cauſam dicebatur, quia doti ſimillima erat, ut docet Mar. Cutell. *de donat. tract. 2. diſcurſ. 1. ſpecial. 13. n.* 10. Fragoſ. *de regim. Reipub. p. 3. lib. 2. diſput. 4. de donat. propter nupt. n. 20.* Non ergo agimus de prædi-
cta donatione, quia in diſſuetudinem abiit, & in om- 2
nibus regionibus in locum prædictæ donationis ſucceſſit donatio contemplatione matrimonii, ut ſcribunt Guid. Pap. *deciſ. 145. n. 4. & 5.* Mantic. *de tacit. lib. 13. tit. 5. n. 12.* Barboſ. *in L. ſi cum dotem §. tranſgrediamur n. 30. ff. ſolut. matrim.* Molinus *de ritu nupt. lib. 3. in præludio n. 36.* Pater Molin. *de juſtit. tom. 1. diſput.* 258. plures laudat Mar. Cutell. *tract. 1. diſcurſ. 1. partic. unica n. 8.* Suarez. *tit. de las arrbas n. 3.* Valaſc. *de partit. cap. 13. n. 43.* Fragoſ. *d. diſput. 4. n. 21.* Quæ donatio contemplatione matrimonii in tota Hiſpania Arrha nuncupatur Valaſc. *conſult. 2. n. 13.* Fragoſ. *dict. n. 21.* Mar. Cutel. *tract. 2. diſcurſ. 1. ſpecial. 13. n. 30.* Ubi ait Quod prædicta donatio in Sicilia appellatur Donatarium.

Unde autem arrha nomen, & originem traxerit, 3
explicat Govarr. *de ſponſalib. 2. p. cap. 3. §. 7. n. 8.* in Hiſpania verò donatio arrharum non fit ex neceſſitate, ſed ex mera liberalitate provenit Covarr. *in cap. officii. n. 4. de teſtam.* Tello Fernandez. *in L. 16. Taur. n. 8.* Gutierr. *pract. lib. 2. q. 123. n. 2.* Spino *de teſt. im. gloſſ. 18. princip. tit. de meliorat. n. 94. & ſeqq.* idem Gutierr. & meliùs *lib. 5. pract. q. 43. n. 10.* Ubi, quod licet olim donatio propter nuptias eſſet neceſſaria, & præciſa *Authent. dos data C. de donat. ante nupt.* Authent. *ſed quo nihil. C. de pact. convent.* & arrharum promiſſio ſucceſſerit loco donationis propter nuptias: tamen, ut donatio in diſſuetudinem abiit, ita, &
neceſſitas conſtituendi arrhas Barboſ. *in L. 1. ff. ſo-* 4
lut. matrim. 4. p. n. 15. verſ. ſed his non obſtantibus, & in L. ſi cum dotem §. ſi pater à n. 11. Et quia multoties ſponſi nimia prodigalitate erga ſponſas immenſas arrharum promiſſiones faciebant, illis conſultum fuit in Hiſpania, ne promiſſio arrharum excederet ultra decimam partem bonorum ſuorum L. 1. *tit. 2. de las*
arrbas lib. 3. Fori quæ hodie eſt *L. 1. tit. de las dotes* 5
y arrbas lib. 5. nova Recopilat. Et in noſtro Luſitaniæ Regno arrharum promiſſio excedere non poteſt tertiam partem dotis mulieris ex Ordinat. *lib. 4. tit. 47.* ita ut quidquid ultra quantitatem taxatam à lege promittitur, invalidum ſit Valaſc. *de partit. cap. 23. n. 10.* Rebell. *de obligat. 2. p. lib. 6. q. 4. n. 6.* Molin. *tom. 3. diſput. 431. verſ. in Regno autem* Fragoſ. *d. lib. 2. diſput. 5. §. 4. de contract. dotali n. 65. verſ. in Hiſpania autem.* Ordin. *lib. 4. tit. 46. in fin. principii* plures Giurba *ad conſuetud. Meſſan. cap. 13. gloſſ. 2. p. 1. num. 8. verſ. ſecunda fuit.* Ea tamen datur differentia inter leges Caſtellæ, & Luſitaniæ, quod in Caſtellæ Regno ſponſus non poteſt donare nomine arrharum plus quam decimam partem bonorum, quæ ipſe poſſidebat tempore donationis juxta *dict. L. 1. tit. 1. de las dotes, y de las arrbas lib. 5. Recopilat.* Gutierr. *pract. lib. 5. q. 42. n. 1. & 13.* At verò in noſtro Regno
tertia pars donari permiſſa reſpicit quantitatem dotis 6
mulieris, & juxta eam licita, vel illicita eſt donatio ſecundum prædictam Ordinat. *tit. 47.* ibi: *Con tanto, que naõ paſſe o tal prometimento, ou donacano de arrbas de terça parte, do que a mulber trouxer em ſu dote.* Cabed. *1. p. deciſ. 177. n. 1.* Valaſc. *d. cap. 23. num. 10.* Rebell. *d. lib. 6. q. 4. n. 4. & ſeqq.* Frag. *dict. l. 2. diſput. 5. §. 4. n. 65.*

Quo circa dicendum venit idem eſſe obſervandum
in pacto dotali, quando inter ſponſum, & ſponſam 7
fuit conventum, quod maritus lucretur certam partem

tem dotis præmoriente uxore, licet enim hoc pac-
tum validum ſit: ut in ſpecie tradit Valaſc. *conſ.*
135. *n.* 2. Barboſ. *in* L. *ſi ante num.*14. *ff. ſolut. ma-*
trim. prout omnia pacta dotalia, quæ non ſunt con-
tra leges, aut conſtitutiones ſervanda ſunt. Probat
text. *in L.* 1. §. *illud C. rei uxoriæ act.* Ordin. *lib.* 4.
*tit.*46. *in princip.* Valaſc.*d.n.*2.Barboſa *in L. æſtima-*
*tis n.*40. *ff. ſoluto matrim.* Giurba *deciſ.* 111. *n.* 14.
8 Molinus *de ritu nupt. lib.*3.*in prælud. à n.*1. Fontan.
de pact. nupt. clauſ. 5.*gloſſ.* 8. *p.*12. *à n.*54. Covarr.
pract. c. 28. *n.*4. Mantic. *de tacit. & ambig. convent.*
*lib.*12.*tit.*32. Pereyr. *deciſ.*53. *n.*14. Anton. Amato
reſolut. 64. Ann. Robert. *lib.*4. *rer. judicatar. cap.* 1.
9 *circa fin.* Tamen non poterit pactum valere ultra ter-
tiam partem bonorum, quæ maritus ſecum adduxit,
quando matrimonium contraxit juxta præd. *Ordin.l.*
4.*tit.*47. Quæ quamvis loquatur de promiſſione ar-
rharum, quam facit ſponſus ſponſæ, etiam intelli-
genda eſt in pacto de lucranda certa parte dotis ad
favorem mariti: quia cum vir, & uxor ſint correla-
tivi, & diſpoſitum in uno, cenſeatur diſpoſitum in
alio *L. fin. ff. de accepsilat.L. ſi quis ſervo C. de furt.*
*L.*1. *C. de cupreſſis lib.* 11. L. 1. *C. de tranſact.* Eve-
rard. *in topicis loco à correlativis* Tiraq. *de retr. lig-*
nag. §.1. *gloſſ.*9. *n.*171. *& ſeqq.* Gabriel. Alvares de
Velaſco *in locis communib. lit. A n.* 397. *& lit. C. n.*
235. *& ſeqq.* Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2.
*c.*21. *n.*3. Arias de Meſa *lib.*3. *var. c.*24. *n.*10. Car-
10 leval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſput.* 3. *n.* 4. Menoch.
*lib.*4. *præſumpt.* 139. *n.* 61. cum ſint ſocii Divinæ, &
humanæ domus L. *adverſus C. de crimine expilatæ*
hæred. Menoch. *proxime n.* 63. Valaſc. *conſult.* 136.
*n.*12. Ubi, quod ſunt una, & eadem perſona, & una
caro 6. *debitum de bigamis* Menoch. *d. præſumpt.*
139.*n.* 63. Unde convenit juri, & æquitati, ut quod
in uno ſtatutum eſt, in altero ſancitum cenſeatur, ne
alioquin ſocietas inæqualis, & leonina ſit contra re-
gulam text. *in L. ſi non fuerit* 29. § *Ariſto ff. pro ſocio*
Covarr. *l.*3.*var.c.*2. *verſ. ſecunda concluſio* Solorzan.
11 *d. tomo* 2. *lib.* 1. *cap.*4. *n.*21. *& ſeqq.* Larrea *allegat.*
33. *n.* 17. Præſertim quia in correlativis prohibito
uno aliud prohibitum cenſetur Everardus *in dict. lo-*
co à correlativis Menoch. *dict. præſumpt.* 139. *n.* 62.
Anton. Gabriel. *lib.*6. *tit. de legibus concluſ.*3. *n.*29.
Quod etiam procedit in materia ſtatutaria, quamvis
juris ſit ſtricti *L.* 3. §. *hæc verba ff. de negot. geſt. L.*
conſtitutionibus ff. ad municipal. procedunt enim vir,
& uxor, & ambulant pari paſſu, & adeo æquali ſta-
tera penduntur, ut ſufficiat, quod ſtatutum de uno
loquatur, ut de utroque loquutum videatur: prout
late comprobat Laderchius Imolenſ. *conſ.* 96. Ubi
in terminis loquitur de ſimili ſtatuto jubente, ne ma-
ritus ultra certam ſummam relinquere poſſit uxori,
& tradit, neque uxorem, ultra ſummam taxatam
marito relinquere poſſe, refert, & ſequitur Solor-
zan. *d. tom.* 2. *lib.*2. *c.* 21. *n.* 16. quod antea dixerat
Jaſon. *conſ.* 112. *col.* 1. *verſ. ſed præmiſſis omnibus*
vol. 1. *& in* L. *fin. col.* 1. *C. de indicta viduit. toll.*
Curt. Senior. *conſ.* 11. *per totum* Decius *in L.* 2. *n.*
6. *C. de in jus vocando.* & poſt alios Ant. Gabriel.
lib. 6. *tit. de legibus concluſ.* 3. *n.* 4. Ubi reprobat
12 contrariam opinionem Menoch. *conſ.* 136. *n.* 11. Et
facit denique, quod diſpoſitio loquens de viro in-
telligitur etiam habere locum in uxore, & è contra
niſi ratio diverſitatis appareat: ut ſcribunt Bart. *in*
L. 1. *in fin. princ. verſ. pono caſum ff. quod metus cau-*
ſa, *& in L. fin. verſ. fallit in correlativis C. de indi-*
cta viduit. toll. Ant. Gabriel. *d. concluſ.* 3. *num.* 2.
Atque ita cum *in d. Ordin. lib.*4. *tit.* 47. *in princi-*
pio prohibeatur viro ut nomine arrharum non poſſit
uxori promittere ultra tertiam partem dotis mulie-
ris: utique etiam uxori prohibitum cenſetur dare
marito ultra tertiam partem bonorum, quæ vir ſe-
cum attulit tempore celebrati matrimonii; quam-
vis Ordinatio hunc caſum omiſerit, & faciunt jura
in Auth. *præterea C. unde vir, & uxor.* L. *patronus*
17. *juncta L. non tantum ff. de re judic. L. etiam* §.
licet L. *maritum ff. ſoluto matr.* L. *fin. C. de indicta*
vid. toll. Aut cui relictum C. eodem. Ex quibus juri-
bus cum Doctorum communi ſententia probatur diſ-
poſita in eis, vel reſpectu mariti, vel uxoris intelli-
gi in utroque; quamvis de uno tantum fiat mentio:
& denique ita probatur *in Auth. de æqualitate dotis.*
§. *hoc igitur.*

An autem arrharum donatio, ſeu promiſſio con- 13
ſtituti, vel augeri poſſit conſtante Matrimonio? Du-
bitari ſolet. In qua quæſtione Suarez *in tit. de las ar-*
*rbas n.*28. §. *pone quo tempore* Palac. Rubios *in rubr.*
de donat. inter. §.12. Anton. Gomez *in L.*50. *Tauri n.*
12. Molin. *diſput.*431. *n.*7. Covarr. *de ſponſalib.*2. *p. c.*
3 §. 7. *n.*14. Baeça *de non meliorand. ratione dotis fi-*
*liab. cap.*5. *n.*18. 19. *&* 20 & ante eos Iſern. & Afflict.
*in c.*1. §. *donare qualis olim feud. poteſt. alienand.* con-
ſtanter tenent poſſe arrhas promitti, & donari conſtan-
te Matrimonio. Quam opinionem tenent etiam Giurba
*ad conſuetud. Meſſan. c.*13. *gloſſ.*2. *p.* 1. *n.* 14. *&* 15. Qui
omnes moventur ex eo, quod arrhæ ſucceſſerunt in
locum donationis propter nuptias juxta *L.* 1. *tit.* 11.
*partit.*4. *&* L. 78. *tit.*18. *partit.* 3. At verò donatio prop-
ter nuptias conſtante Matrimonio fieri poterat *L. in-*
ter eos L. cum hic ſtatus §. *ſiquis ſponſum ff. de donat.*
inter L. *ſi conſtante C. de donat. ante nuptias.* Ergo
etiam arrhæ conſtitui poſſunt conſtante Matrimonio.
Quæ opinio confirmatur ex ſententia eorum, qui te-
nent donationem arrharum non eſſe puram, & libera-
lem, ſed remuneratoriam, ut per Gutierr. *pract. lib.*5.
*q.*43. *n.*7. *&* 8. Qui etiam *n.*5. veriorem dicit opinio-
nem, quod arrhæ poſſunt conſtitui conſtante Matri-
monio: ſequitur Sanch. *de Matrim. l.*6. *diſput.*28. *n.*2.

Nihilominus tamen verior eſt, & tenenda contra- 14
ria ſententia, ſaltem in hoc Regno ex diſpoſitione
*Ordinat. lib.*4. *tit.*47. *in principio ibi: Mas podera ca-*
da hum em o contracto dotal promere, & dar à ſua
mulher a contia, ou quantidade, que quizer. Ex qui-
bus verbis bene colligitur donationem arrharum fa-
ciendam eſſe ante contractum Matrimonium: ut in
ſpecie notat eleganter Valaſc. *conſult.* 2. *n.*4. & an-
tea Gregor. Lopez *in d. L.* 1. *tit.*11. *partit.*4. *verb. Heſ-*
paña verſ. nihilominus Molin. *de juſt.* 2. *tom. diſput.*
431. *verſ. dubium eſt an arrhæ, & verſ. ſimili modo*
Phæb. 1. *p. deciſ.*71. *n.*21. Rebell. *de obligat. Juſt. p.*
2. *lib.*6. *q.*4. *n.*9. *&* 10. Fragoſ. *de regim. Reipub. p.*
3. *lib.*2. *diſput.*5. §. 4. *n.*73. *verſ. cæterum Valaſcus:*
Quæ ſententia confirmatur ex eo, quia arrhæ in Hiſ-
pania non conſtituuntur de neceſſitate, ſed ex mera
liberalitate Covarr. *in cap. officii num.*4. *de teſtam.*
Tello Fernand. *in L.* 16. *Tauri num.* 8. Gutierrez
*pract. lib.*5. *q.*43. *num.*10. Spino *de teſtam. gloſſ.*18.
num. 94. *& ſeqq.* ut diximus ſupra *num.* 4. Et tenet
etiam Phæb. *deciſ.* 71. *num.* 21. Atqui donatio ſim-
plex inter virum, & uxorem reprobatur à jure, ut
diximus ſupra §. 4. *n.* 2. Ergo donatio arrharum fie-
ri non poteſt conſtante Matrimonio. Et facit text. *in*
cap. etſi neceſſe de donat. inter virum. Ubi probatur
maritum poſſe conſtituere dotem uxori ex propria
ſubſtantia; ait enim ibi Abbas, quem ſequitur Præ-
poſitus, quod illa deciſio limitanda eſt, ut proce-
dat, quando illa donatio dotis fieret ante contrac-
tum Matrimonium, ſecus ſi poſt, vel quando effec-
tus conferretur in tempus Matrimonii. Quo argu-
mento in hac ſpecie utitur Valaſc. *d. conſult.* 4. *n.*3.
& ante eum Suarez *tit. de las arrbas n.*28. Et ſic quid-
quid alias procedat in Caſtella, in noſtro Regno hæc
opinio ſervanda eſt in judicando, & conſulendo.

Limitari tamen ſolet prædicta reſolutio duobus ca- 15
ſibus. Primo: Quando maritus decedit ante uxorem &

arrharum conſtitutionem factam conſtante Matrimo-
nio non revocavit, quia tunc tanquam donatio in-
ter virum, & uxorem morte confirmatur: ut dixi-
mus ſupra §. 4. *n.*4. & in ſpecie docet Suarez *tit. de
las arrbas num.* 34. *verſ. in duobus tamen caſibus.*
Valaſc. *d. conſult.* 4. *num.*6. Secundus caſus eſt, ſi
16 plebeius, ſeu ignobilis duxit uxorem mulierem no-
bilem: quia tunc in compeoſationem nobilitatis va-
lebit donatio arrharum facta conſtante Matrimonio:
ut tenent Suar. & Valaſc. ubi proxime. Prout alia
quælibet donatio quæ ab ignobili fit in recompen-
ſationem nobilitatis uxoris, vel ſi ſenex ſit in recom-
penſam juventutis Sylveſt. *in Summa verb. dos q.*6.
Gomez *in L.* 52. *Tauri n.* 66. *& lib.* 2. *var. c.* 4. *n.*
23. Valaſc. *conſult.* 4. *à n.* 5. Pereyra *deciſ.* 39. *n.*1.
Tiraq. *de nobilitat. c.* 18. *n.* 9. Cov. *de ſponſal. c.*3.
§. 3. *n.* 2. Surd. *conſ.* 196. *n.* 43. Sed etiam in præ-
dictis duobus caſibus. Valaſcus ubi ſupra in fine co-
gitandum relinquit. An in hoc Regno illorum limi-
tatio procedat?

17 Ex prædicta reſolutione, quatenus habet dona-
tionem arrharum eſſe lucrativam, deſcendit reſolu-
tio alterius quæſtionis, An ſcilicet, mulier tranſiens
ad ſecunda vota teneatur reſervare filiis prioris Ma-
trimonii arrhas, quas habuit à primo marito? In qua
quæſtione Valaſc. *conſult.*16. *n.*6. *& ſeqq.* docet mu-
lierem non teneri arrhas à primo viro habitas filiis
prioris Matrimonii reſervare. At vero Gutierr. *pract.
lib.* 4. *q.* 65. *à n.* 14. contrariam tuetur ſententiam,
cujus fundamenta præcipua ſunt: Quod mulier tran-
ſiens ad ſecunda vota tenetur reſervare filiis prio-
ris Matrimonii quidquid ex facultatibus illius ſpon-
ſalium jure, vel nuptiarum ſolennitate percepit L.
fæminæ C. de ſecund. nupt. L. generaliter C. eodem
Anton. Gom. *in* L.14. *Tauri* Sarmient. *ſelect. lib.* 1.
c. 4. Immo, & legatum à marito relictum amittit,
Gomez *in d. L.* 14. *n.* 9. Maſcard. *concluſ.* 1281. *n.*
136. Phæb. qui judicatum teſtatur *deciſ.* 87. *n.* 1. 2.
3. *&* 4. Gratian. *c.* 5. *n.* 29. Cancer. *ad fin.* 1. *p. reſ-
ponſ.* 2. *verſ. ad cautelam.* Atqui donatio arrharum
eſt quædam liberalitas proveniens à libera voluntate
donantis, qui non cogitur præciſe arrhas promitte-
re, ut ſupra diximus *n.*4. & tenent ultra citatos Aze-
ved. *in L.*12. *n.* 4. *&* 5. *tit.* 5. *novæ Recopilat.* idem
Gutierr. *d. q.*65. *n.*25. Ergo cum à ſubſtantia prioris
viri procedant, filiis prioris Matrimonii ſunt reſervan-
dæ. Ex qua ratione Roderic. Suarez *in d. tit. de las
arrbas n.* 68. *& ſeqq.* docuit mulierem, quæ tranſi-
vit ad ſecunda vota, non poſſe in arrhis meliorare
unum ex filiis, neque ex illis Majoratum conſtituere.
Quod idem etiam tenuit *in L. quoniam in prioribus
limit.* 10. *n.* 1. *& ſeqq.* ſequitur Molin. *de primog. l.*2.
c. 10. *n.* 62.

18 Contrariæ vero ſententiæ fundamenta ſunt. Quod
diſpoſitio *L. fæminæ* procedit tantum in quæſitis à
primo viro titulo lucrativo Atramen arrhæ non ſunt
hujuſmodi, quia habentur potiùs titulo oneroſo,
quam lucrativo Siquidem cenſentur datæ in com-
penſationem dotis, nobilitatis, ſeu honoris mulieris.
Unde eum adquirantur titulo oneroſo & donatione
remuneratoria, reſervationi non ſunt obnoxiæ, ut
tenet Valaſc. *d. conſult.* 16. *n.* 9. Prout etiam non
tenetur mulier reſervare medietatem bonorum lucra-
19 torum conſtante matrimonio, cum non dicantur
quæſita titulo lucrativo, ſed oneroſo: ut docuit Ri-
pa *in d. L. fæminæ q.* 22. quem ſequuntur Pinel. *in
L.* 4. *C. de bon. matern. nu.* 2. *&* 3. Tello Fernand.
*in L.*14. *Tauri col.*2. Anton. Gabriel. *lib.*3. *tit. de ſe-
cundis nupt. concluſ.* 1. *n.* 44. Palac. Rubios *in rubr.
de donat. inter* §.67. *n.*17. Valaſc. *conſult.*103. *n.* 50.
& ſeqq. Molin. *lib.*2. *c.*5. *n.*61. *& lib.*2. *c.* 10. *n.* 59.

20 Ex quibus difficilis redditur hujus quæſtionis de-
ciſio, in qua, ſi licet meum interponere judicium,
potius arridet prima opinio, quam contra Valaſcum
ſequuntur Gotierr. *d. lib.*4. *q.*65. *n.*14. *& ſeqq.* Sanch.
de Matrim. l. 6. *diſput.*41. *n.* 5. Suar. *in L. quoniam
in prioribus in declarat.* L. *Regni limit.* 10. *n.* 1. *&*
2. *& in tit. de las arrbas n.* 68. *& ſeqq.* Molin. *lib.*2.
*c.*10. *num.* 59. Gratian. *c.* 140. Matienç. *in* L.3. *gloſſ.*
2. *num.* 42. *tit.*1. *lib.* 5. *Recopilat.* Azeved. *in L.* 4.
tit. 4. *ejuſdem tit. & libr.* cum qoibus, & aliis tranſi-
re videtur Auguſt. Barboſ. *in L. fæminæ num.*20. *C.
de ſecund. nupt.* Et hanc ſententiam veriorem dicunt
Addentes ad Molin. *d. c.* 10. *num.* 59. Et vere ne-
gari non poteſt arrharum donationem procedere ex
mera liberalitate mariti, cum præciſe eam facere
non teneatur, ut ſupra oſtenſum manet. Cui ratio-
ni Valaſcus non ſatisfacit *in d. conſult.* 16. Immo il-
lam ſequi videtur *conſult.* 4. Neque obſtat, quod
uxor non tenetur reſervare medietatem lucratorum
conſtante matrimonio, quia in illis datur diverſa ra-
tio; cum enim uxori quæratur medietas illorum ra-
tione ſocietatis, non poteſt diei titulo lucrativo quæ-
ſitam, cum mulier non minorem operam ponere cen-
ſeatur in conſervando, quam maritus in adquirendo
ſua opera, & induſtria, ut ſentit ipſe Valaſc. *conſult.*
103. *n.* 30. Neque etiam obſtat mulierem non teneri 21
reſervare donationem remuneratoriam factam à viro,
ut tenet Palac. Rub. *in rubr. de donat. inter* §. 50. 35.
verſ. pro complemento Menoch. *conſ.* 155. *à n.*6. Gu-
tierr. *pract. lib.*4. *q.*65. *n.*11. Valaſc. *conſult.*16. *n.*8.
Vincent. de Franch. *deciſ.*438. *n.*4. Aug. Barboſ. *in
d. L. fæminæ n.*21. quia ot ſæpius diximus, donatio
remuneratoria non eſt propria, & vera donatio, ſed
contractus oneroſus. Et quidem uxor ſecundo nubens
non tenetur reſervare filiis prioris Matrimonii, qoæ
titulo oneroſo ad eam pervenerunt Anton. Gabriel *d.
tit. de ſecund. nupt. concluſ.*1. *n.*39. *&* 40. Valaſc. *d.
conſult.* 16. *n.* 7. Sanch. *de Matrim. lib.* 6. *diſput.* 41.
*n.*1. Menoch. *conſ.*155. *n.*6. *& ſeqq.* Mart. *de juriſd.
caſu* 181. *n.* 27. Petr. Barb. *in L.*1. *p.*1. *n.*162. *in fin.
ff. ſolut. matr.* Aug. Barb. *in d.* L. *fæminæ n.* 2. Un-
de in puncto juris verior mihi videtur prima ſenten-
tia. Neque terret, quod Valaſc. *d. conſult.* 16. *n.* 9.
verſ. poſtremo dicit nempe accepiſſe ab antiquis Se-
natoribus, & Advocatis diſpoſitionem L. *fæminæ* non
ſervari de conſuetudine in hoc Regno. De quo ipſe
dubitat; contrarium namque apparet ex Phæbo *de-
ciſ.*87. Ubi juxta prædictæ legis diſpoſitionem judi-
catum fuit uxorem ſecundo nubentem, & habentem
filios ex priori Matrimonio amittere legatum à viro
relictum. Quapropter prædicta conſuetudo atten-
denda non eſt tanquam uſus ſit diſformis: quo caſu non
dicitur inducta conſuetudo juxta doctrinam Bart. *in
L.* 2. *n.* 22. *ff. ſolut. Matrim.* Aymon. *conſ.* 99. *n.* 5.
Gratian. *c.* 679. *n.* 12. *& c.* 561. *n.* 26. Surd. *deciſ.*
66. *n.*9. *& conſ.* 76. *n.* 11. Larrea *allegat.* 50. *n.* 30.
Cancer. *l.* 3. *c.*1. *n.*24 Mareſcot. *l.*1. *var. c.*13. *n.*15.
Creſp. de Valdaura *obſervat.* 63. *n.* 36.

Ulterius, ut advertit Gutierr. *d. lib.*4. *q.*65. *n.*18.
Palac. Rub. *in rubr. de donat. inter* §. 67. *n.*17. *verſ.
ſed revera.* Cujus authoritate fundatur Valaſc. *d.
conſult.* 16. qui ſolum tenet mulierem tranſeuntem
ad ſecunda vota non amittere arrhas datas à priori
marito, non verò dicit, quod eas non tenetur reſer-
vare filiis prioris Matrimonii, imo potius contrarium.

Arrharum autem promiſſionem maritus, vel ejus 23
hæres eatenus adimplere debent, quatenus pars do-
tis fuerit ſolura §. *illud quoque in Authent de non
eligendo ſecundo nubentes* ibi: *Sin autem non totam
dedit dotem, & ipſa pro tanto exigat donationem,
in quantum dederit dotem.* Quia inter virum, &
uxorem æqualitas ſervanda eſt §. *hoc igitur in Au-
thent. de æqualit. dotis* ibi: *Hoc igitur ante alia uni-
verſa corrigimus æqualia in dotibus eſſe, & propter
nuptias donationibus, Et ea, quæ offeruntur, &*

ea

ea quæ in ſtipulationem deducuntur pacta, & tantam quidem quantitatem conſeribere virum, quantam, & mulierem, tantum quoque lucrum ſtipulari & ex tanta parte, & quanta voluerint, æqualis tamen menſura: & ibi: *gloſſ. verb. virum*, optime Gama *deciſ.* 370. *nu.* 2. Valaſc. *conſult.* 3. *n.* 5. & 6. & *conſult.* 137. *n.* 1. Cabed. 1. *p. deciſ.* 177. *n.* 2. & 3. Cancer. *lib.* 1. *c.* 9. *num.* 146. Hieronym. Leo *deciſ.* 17. *n.* 2. Cyriac. *controv.* 110. *num.* 3. Ita ut ſolvantur arrhæ reſpectu tertiæ partis dotis ſolutæ: ut per ſupradic-
24 tos. Quod adeo verum eſt, ut ſi nulla dos fuit ſoluta, nullæ arrhæ debeantur Gama *deciſ.* 370. *nu.* 2. Valaſc. *conſult.* 3. *numer.* 2. Ex ea ratione quia dos promiſſa, & adhuc non tradita non dicitur propriè dos, ſed quando tradita eſt, & ſoluta viro argum. text. *in Authent. ſed qua nihil C. de pact. conveat. L. pollicitatione C. de donat. ante nuptias:* non enim promiſſio ſed numerationem facit dotem *L.* 1. *C. de dote cauta non numerata* Valaſc. *d. conſult.* 3. *num.* 2. Cabed. *deciſ.* 377. *num.* 2. Ac proinde arrhæ ſolvi debent reſpectu quantitatis dotis ſolutæ, non ultra, ut præter ſupra citatos docet Suarez *tit. de las arrhas num.* 11. Fragoſ. *de regim. Reipub. p.* 3. *lib.* 2. *diſput.* 5. §. *n.* 66. *verſ. an autem debeantur.*

Si verò maritus dotem accepto tulit, & promit-
25 tentem liberavit, integras arrhas ſolvere tenetur Gama *deciſ.* 370. *n.* 3. Valaſc. *conſult.* 3. *in fin.* Cancer. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 147. & 148. Sanches *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 37. *n.* 3. Rebell. *de oblig. juſt. l.* 6. *p.* 2. *q.* 4. *n.* 1. *ad fin.* Giurba *ad conſuetud. Meſſan. c.* 13. *gloſſ.* 2. *num.* 30. *in fin.* quia fides habita de pretio pro numeratione habetur *L. quod vendidi, & ibi gloſſ. ff. de contrahenda empt. cum ſimilib.* Unde etiam debentur arrhæ eo caſu, quo maritus habuit fidem de dote, ut puta, ſi pactum fuit dotem eſſe ſolvendam in diem certum, vel poſt mortem ſoceri: quia ſi ante diem diſſolvatur Matrimonium, mulieri arrhæ debentur, ut judicatum teſtantur Thomas Grammat. *deciſ.* 97. *nu.* 5. Sanch. *de Matrim. lib.* 6. *diſput.* 37. *num.* 2. Giurba *ad conſuet. Meſſanæ. c.* 13. *gloſſ.* 2. *num.* 30. Afflict. *deciſ.* 33. qui eam rationem reddit: nempe, quippe non eſt imputandum mulieri, cur ante diem dotem non ſolvit, ex quo maritus fuit contentus facere tempus ad ipſam ſolvendam: ſequitur Cancer.
26 *d. c.* 9. 150. Hieronym. Leo *deciſ.* 17. *n.* 3. Valaſc. *conſult.* 3. *n. fin.* Inſuper debentur arrhæ dote non ſoluta, ſi maritus fuit in mora recipiendi dotem; quando enim ob culpam mariti non fuit recepta, pro tradita haberi debet *L. habeo ſcribit ff. de contrahend. empt.* L. *in executione* 85. §. *fin. ff. de verb. obligat.* Et ad hoc, ut maritus in mora conſtitutus cenſeatur, ſufficit, quod veniat dies certa ſolutionis, quamvis tacitius ſit, quod interveniat interpellatio, oblatio, depoſitio, aut conſignatio Barb. *in rubr. ff. ſolut. Matr.* 4. *p. n.* 8. Frag. *d. diſp.* 5. §. 4. *n.* 66. *verſ. ſi autem maritus.* Et denique mulier lucrabitur arrhas, ſi viro da-
27 ta ſint in dotem nomina debitorum, quæ maritus exigere neglexit, ut tradunt Cancer *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 151. Cyriac. *controv.* 110. *nu.* 5. Toro *in compend. deciſ. verb. antifatum* 4. Boer. *deciſ.* 22. *n.* 6. 15. 1. & *ſeqq.* Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. c.* 13. *p.* 2. *num.* 29. Circa hanc materiam promiſſionis arrharum proponunt DD. Caſtellani quæſtionem, An ſuppoſita ſua
28 *Lege* 1. *de las dotes, y arrhas lib.* 5. *novæ Recopilat.* quæ diſponit, neminem promittere poſſe ſponſæ, vel uxori nomine arrharum ultra decimam partem bonorum ſuorum, ſcilicet. Si vir tempore promiſſionis arrharum poſſidebat bona fide tot bona tanquam ſua, quorum decima ſufficiebat ad quantitatem arrharum promiſſarum, ſi poſtea hæc bona, vel pars eorum evicta ſint à tertio per viam juris, & ſententiam; ita ut evictis bonis decima pars aliorum, quæ remanſerunt non ſit ſufficiens pro arrhis promiſſis? An valeat promiſſa quantitas? An verò revocanda ſit, & reducenda ad decimam eorum bonorum tantum, quæ uti propria remanſerunt promittenti? In qua quæſtione præſupponunt, & quidem recte in ſpecie dictæ legis Caſtellæ, quod arrharum promiſſio intelligitur facta de bonis, quæ tempore promiſſionis promittens habebat, niſi de futuris quoque promiſſio, & obligatio facta fuiſſet. Et ſuppoſito, quod ſi promiſſor non habebat bona ſufficientia tempore promiſſionis, donatio, ſeu promiſſio fuit inutilis, quando de futuris promiſit, validam eſſe promiſſionem cenſent, ut de ſuperlucratis adimpleatur promiſſio, ex his, quæ Roderic. Suarez *de las arrhas num.* 10. Baeça *de non meliorand. filiab. c.* 31. *num.* 10. Anton. Gomez *in l.* 51. *Tauri numer.* 13. *verſ. unum tamen* Ayora *de partit.* 1. *p. ca.* 7. *num.* 17. & 18. Gutierr. *pract. lib.* 5. *q.* 42. *num.* 2. Atque ita in principali quæſtione licet aliqui DD. tenent computationem eſſe faciendam reſpectu bonorum, quæ promiſſor poſſidebat bona fide, quamvis non eſſent propria, quos refert Sanch. *de matrim. lib.* 6. *diſput.* 30. *nu.* 1. Tamen verius eſt decimam eſſe computandam reſ- 29
pectu bonorum tantum, quæ revera erant promittentis; quia attenta rei veritate bona fide poſſeſſa, & poſtea evicta erant aliena, & non propria promittentis, ac perinde habenda ſunt, ac ſi non fuiſſent poſſeſſa; præſertim, quippe bona non dicuntur, niſi deducto ære alieno *L. ſubſignatum* §. *bona* L. *bonorum ff. de verb. ſignificat. L. mulier bona ff. de jure dotium* L. *Papianus* §. *quarta ff. de inofficioſ. teſtam.* Dec. *conſ.* 137. *in caſu num.* 2. Maſc. *concluſ.* 201. *num.* 2. Valaſc. *de partit. cap.* 13. *à n.* 171. Larrea *allegat.* 76. *n.* 5. Gutierr. *pract. l.* 5. *q.* 42. *n.* 17. Proindeque appellatione bonorum non veniunt, quæ aliena ſunt, & avocari poſſunt, maxime in contractibus, ut proſequitur Gutierr. *proxime num.* 21. & *ſeqq.* Unde cum *in d.* L. 1. *tit. de las dotes, y de las arrhas* tantum promitti permittatur decima pars bonorum promittentis ibi: *De ſus bienes;* promiſſio venit intelligenda de bonis, quæ propria ſunt, non de alienis. Et ſic prædicta bona quæ fuerunt evicta tanquam æs alienum, non ſunt computanda ad ineundam decimam partem bonorum reſpectu arrharum. Quam ſententiam tenuit Ayora *de partit.* 1. *p. cap.* 7. *num.* 22. 23. & 24. Gutierr. *pract. lib.* 3. *q.* 42. *num.* 12. & *ſeqq.* Ubi late comprobat. Sanch. *de matrim. diſput.* 30. *num.* 2.

Ex qua reſolutione infertur: quod in hoc Regno ſi 30
mulier in dote ſecum adduxerit bona aliqua, quæ poſtea tanquam aliena fuerint evicta, computatio tertiæ partis dotis facienda erit reſpectu eorum bonorum, quæ verè, & propriè dotalia remanſerunt: non reſpectu eorum, quæ evicta fuere. Et ſic minuendam eſſe promiſſionem arrharum pro quantitate dotis evictæ: ut circa ſponſalitiam largitatem ſcribit Sanch. *d. diſput.* 30. *n.* 3.

At verò, ſi mulier majoratum poſſidet, & ſecum affert ad computationem dotis, non ſunt æſtimanda bona ipſa majoratus; quamvis enim poſſeſ- 31
ſor majoratus, dum vivit dominus ſit pleno jure bonorum majoratus *L. ſpecies, ff. de auro, & argento legato* L. *generaliter ff. qui, & à quibus* L. *non ideo minus ff. de rei vendicat.* Valaſc. *conſult.* 122. *n.* 6. & *conſult.* 194. *n.* 22. Larrea *deciſ.* 38. *n.* 19. Molin. *lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 4. & 16. Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 32. Cyriac. *controv.* 23. *n.* 14. & *controv.* 99. *num.* 13. Salgado *in Labyrint. credit.* 1. *p. cap.* 14. *num.* 59. Giurb. *deciſ.* 79. *nu.* 37. & *ſeqq.* Hermoſill. *in* L. 7. *tit.* 4. *partit.* 5. *gloſſ.* 3. *num.* 20. Tondut. *reſolut. civil. cap.* 139. *num.* 18. Tamen habet dominium revocabile, & de bonis majoratus diſponere nequit, tanquam reſ-

titutioni ſubjectis, neque illa poteſt alienare. Mo-
lin. *lib. 4. cap. 1. n. 2.* Gomez *in L. 40. Tauri n.*81.
Pinel.*in* L.1.*Cod.de bon.matern. p.3.n.*102.Noguer.
*allegat.*19.*à n.* 73. Solorz. *d.lib.2.c.14.n.9.* Cyriac.
*controv.*23.*n.*14.*& ſeqq.* Gutierr.*pract.lib. 2. q.17.n.*
2.Et hoc reſpectu poſſeſſor majoratus potius uſuſruc-
tuario, qui alienare non poteſt, quam proprietario,
qui licere alienare valet æquiparatur; Solorz. *d.*
cap.2.n. 33. Unde ad ineundam rationem arrharum
tantum facienda eſt æſtimatio fructuum majoratus
mulieris Molin. *lib. 1. c.* 19. *num.* 42. Sanches *de*
*Matrim.lib.6.diſput.*31.*n.* 3. *& ſeqq.* Valaſc. *conſult.*
32 16. *num.* 9. *&* 10. Gutierr. *pract. lib. 2. q.* 17. *à nu.*
13. Palac. Rubios *in rubr. de donat. inter* §. 25. *per*
totum Solorz. *de jure Indiar. dict. lib. 2. cap.* 2. *n.*
56. Noguerol. *alleg.* 40. *num.* 20. Quæ computa-
tio facienda eſt juxta computationem text. *in L.hæ-*
reditatem 68. ff. ad L. Falcid. Cujus diſpoſitio non
ſolum procedit in habenda ratione legis Falcidiæ;
ſed etiam in quibuſcunque aliis caſibus: ut probat
33 Suarez *in L. quoniam in prioribus ampliat.* 3. *num.*
9. *& ſeqq. C. de inofficioſ. teſtam.* Covarr. *lib.* 3. *va-*
riar. cap. 9. *num.* 8. Valaſc. *dict. conſult.* 16. *nume.*
10. Ubi judicatum teſtatur in noſtro ſenatu. Molin.
dict.cap. 19. *num.* 42. Sanch. *d. diſput.* 31. *num.* 2.
Gutier. *d. q.* 17. *à num.* 2. Qui tamen *num.* 8. ita in-
telligendum dicit ut æſtimatio pendeat à futuro
eventu: ut ſcilicet, ſi uxor præmoriatur, vel ma-
ritus, æſtimatio fiat reſpectu temporis, quo vixe-
34 runt: ita ut ſi minus ſit in fructibus illorum annorum
pro rata tertiæ partis ſolvantur arrhæ, ſi vero plus
vixiſſe comperiatur, addatur incrementum arrha-
rum, non obſtante computatione ab initio facta juxta
text. *in d. L. hæreditatum* cum illa fundetur in præ-
ſumptione, quæ cedit veritati, ſed bene reprobatur à
Covar. *d.lib.3.c.9.n.8.verſ.hinc deducitur.* Molin.*de*
*Juſt.tom.2.tract.2.diſput.*431. §. *circa hoc quaritur*,
quos refert, & ſequitur Sanch. *d.diſput.31.n.2. verſ.*
merito tamen. Qui tenet æſtimationem factam juxta
d. L. hæreditatum minime pendet à futuro eventu,
ſed eſſe reſervandum, quidquid poſtea rei probet
35 eventus, cum legitimè factum retractari non debeat
ex his, quæ poſtea acciderint *L. Sancimus Cod. de*
adminiſtr. tutor. L. *nec enim ff. de itinere, actuque*
privato.

Præterea notabis; quod ſi maritus confiteatur pro-
miſſionem arrharum non excedere tertiam partem do-
tis, mulier non tenetur probare, quod arrhæ non ex-
cedunt Covarr. *lib.2.variar.cap.6. num.7.* Sanch. *de*
Matrim.lib.6.diſput.35.n.4. Noguerol. *allegat.17.nu.*
36 43. Baeça *de non meliorand. filiab.cap.36.n.19.* Gu-
tierr. *de juram. confirm.1.p.c.1.n.23.* Flores de Gam.
deciſ. 201. *n.* 2. ſufficit etiam mulieri inſtrumentum
promiſſionis arrharum, ſi enim hæredes mariti exci-
piunt arrhas excedere tertiam partem dotis, tunc
fundamentum ſuæ exceptionis probare tenentur per
text. *in L. in exceptionibus ff. de probation.*

Item maritus ſecundo nubens, & habens filios ex
priori Matrimonio non poteſt facere donationem ex-
cedentem tertiam bonorum ſuorum, quæ poſſidet tem-
pore donationis *Ordinat. lib. 4. tit.* 47. §. 1. Phæb.
1.*p. deciſ.* 71. *n.* 2. Gabriel. Pereyr. *deciſ.* 100. Gu-
tierr.*pract.lib.3.q.43.n.* 9. Quæ diſpoſitio ampliatur,
ut habeat locum non tam in eo, qui filios habebat ex
37 priori Matrimonio, ſed etiam quando non habebat fi-
lios ſed aſcendentes: quia neque tunc plus donare po-
teſt ultra valorem tertiæ bonorum ipſius, ut judica-
tum teſtatur Phæb. *deciſ.* 71. Valaſc. *de partit. cap.*
23. *n.* 10. Sanch. *de Matrim. lib.* 6. *diſput.*36. *num.*
15. Spino *de teſtam. gloſſ.* 18. *nu.* 95. Ayora *de par-*
tit. 1.*p.cap.7.num.*32. Ex ea ratione, quippe donans
præjudicare non poteſt legitimis filiorum, vel aſcen-
dantium, & cum juxta legem Regiam *lib. 4. tit.* 82.
qui habet aſcendentes, vel deſcendentes poſſit tan-
tum diſponere de tertia bonorum merito juxta præ-
dictam *Ordinat tit.*47. §. 1. non poteſt ſecundo nu-
bens conſtituere donationem arrharum, niſi intra
valorem tertiæ bonorum, quæ tunc temporis poſ-
ſidebat: ſequitur Gutierr. *d. q.* 43. *numer.* 9. *&*
ſeqq.

Tota dubitatio eſt, An promittens arrhas tempore 39
quo duxit uxorem, ſi hæredes neceſſarios non habe-
bat, ſed erat liber, & ſolutus, poſtea vero liberos
ſuſcepit, qui tempore ſoluti Matrimonii erant in re-
rum natura. An, ſcilicet, eo caſu arrhæ deducendæ
ſint ex communi acervo, vel tantum ex tertia, de qua
donans diſponere poterat tempore mortis? Hanc quæſ-
tionem proponit Gutierr.*lib.3.practic.q.*43. *n.* 18. &
eam reſolvit, ut prædicto caſu arrhæ ſint deducendæ
ex toto hæreditatis acervo, tanquam æs alienum, niſi
fraus, & machinatio probetur, quæ in dubio non præ-
ſumitur. Probat aſſumptum ex eo, quod cum promit-
tens arrhas nullos habere eo tempore hæredes neceſ-
ſarios, & bona fide Matrimonium contraxit, licet
initium debiti fuerit voluntarium, nihilominus tamen
mens, & intentio in hoc contractu potius dirigitur
naturali affectu liberorum ſuſcipiendorum, quos poſ-
tea hoc medio ſuſcepit, quam eorum fraudandi cau-
ſa, quos non habebat, & habere deſiderabat. Deinde
quia forſan alias non inveniret condecentem uxorem,
ſi arrhas non promiteret, vel daret: & ideo eas pro-
miſit, aut dedit in remunerationem dotis, virginita-
tis, aut nobilitatis ſponſæ. Quæ omnia in hac ſpecie
evincunt, cum in bonum naturale tendant, ut eſt pro-
creatio liberorum, ſicut cætera debita ex cauſis one-
roſis, etiam voluntarie à principio contracta dedu-
cuntur à corpore hæreditatis in bonorum partionibus
ita, & hoc arrharum tempore diviſionis bonorum ex
acervo, & corpore hæreditatis deducatur. Accedit,
quod promiſſio, & donatio arrharum à legibus Re-
gni Caſtellæ eſt permiſſa, dummodo decimam bono-
rum eas promittentis non excedat: & lege noſtri Re-
gni eſt permiſſa, dum tamen tertiam partem dotis mu-
lieris non excedat. Et aliis legibus conſtitutum eſt,
quod ſuſceptis liberis poſſit promittens diſponere de
quinta in Regno Caſtellæ, & de tertia in Regno
Portugalliæ. Et ſic hæ diſpoſitiones diverſis cauſis
cuilibet homini permittuntur, nec uni altera adverſa-
tur nec derogat, nec eſt eadem, ſed diverſa: & id-
circo compatiuntur inter ſe, ac ſi una, eademque le-
ge ambæ complecterentur. Ex quibus rationibus
ſuam Guttierrez adſtruit opinionem.

Verum enim vero contraria ſententia mihi ſemper
verior viſa fuit, & tenenda, ſaltem in hoc Regno 40
ex Ordinat. lib. 4. *tit.* 47. §. 1. *verſ. Por quanto* ibi:
Por quanto, no que exceder à dita terça queremos,
que tal promeſſa, & obligação do arrhas não ſeja va-
lioſa, nem haja effeito algum, porque noſſa tenção
he, que por tal obrigação de arrhas os ditos filhos
nam ſejam defraudados em maneira alguna de ſuas
legitimas. Ex qua ratione generali deducitur in
hoc Regno arrharum promiſſionem non eſſe de-
ducendam ex acervo hæreditatis promittentis, ſed
ex tertia bonorum, de qua diſponere poterat, etiam
in extraneos. Et ita noſtram legem intellexit inſignis
noſter Antonius de Gama *deciſ.* 308.*n.* 14. Ubi *verſ.*
credo equidem hanc amplectitur opinionem in illis
verbis ibi: *Credo equidem, nec vana fides, quod om-*
nia qua pro contraria parte allegare conſueverunt,
procedere non poſſit in hoc Regno per legem iſtam, qua
ſaltem ex ratione aſſignata ita intelligi debet argum.
L. cum pater §. *dulciſſimis ff. de legat.* 2. Quod idem
repetit *deciſ.* 370. *num. fin.* ſequitur Valaſc. *de par-*
tit. cap. 23. *num.* 10. Phæb. *deciſ.* 71. *num.* 212. *&*
ſeqq. & Azeved. *in L.12.tit.6.lib.* 5. *nova Recopilat.*
num. 45.

Com-

41 Comprobatur hæc ſententia. Primo: Ex eo, quod
donatio arrharum in hoc Regno & in Caſtella non
procedit ex titulo oneroſo, ſed merè lucrativo, cum
maritus non teneatur præciſe arrhas conſtituere: ut
diximus ſupra n. 4. & tuetur ipſemet Gutierrez con-
trariæ partis fortiſſimus deſenſor, & ultra citatos te-
net Barboſ. *in L. ſi cum dotem* §. *ſi pater n.* 11. *ff. ſolut.
Matrim.* At vero donationes factæ ab eo qui tempo-
re mortis deſcendentes habebat, imputantur in ejus
tertiam, & ex ea deducuntur: ut tenent Gutierr.
d. q. 43. *n.* 16. & 22. Phæb. 1. *p. deciſ.* 71. *num.* 14.
Ergo ex tertia deducenda eſt arrharum donatio. Im-
mo quamvis aliquo modo prædicta donatio remune-
ratoria dici poſſet, verum eſt donationem remunera-
toriam, quæ non debetur lege juſtitiæ: non eſſe
deducendam ex acervo hæreditatis, ſed ex tertia bo-
norum donantis, ne legitimæ filiorum lædantur, ut
diximus *prælud.* 2. *n.* 54. & præter ibi citatos tradunt
Mierez *de Majoratu p.* 1. *q.* 22. *n.* 19. Matienç. *in L.*
12. *gloſſ.* 2. *n.* 24. & 25. *l.* 5. *Recopilat.* Covarr. *in
cap. cum in officiis n.* 11. *de teſtam.* Atque ita dona-
tio arrharum tanquam lucrativo titulo quæſita ex
tertia deducenda eſt.

42 Præſertim, quia ratio aſſignata in Ordinatione *d.
tit.* 47. §. 1. ne, ſcilicet, filiorum legitimæ frauden-
tur, æque militat in eo caſu, quo promittens arrhas
filios habebat; & in eo quo poſtea filios ſuſcepit: quia
legitima debetur filio tempore mortis patris, non an-
te, *ut diximus ſupra* §. 5. *n.* 11. Et ejus valor conſi-
deratur tempore mortis patris *L. Papinianus* §. *quarta
ff. de inofficioſ. teſtam. L. cum quæritur C. eodem* Ga-
ma *deciſ.* 308. *n.* 10. Ayora *de partit.* 1. *p. q.* 34. *nu.*
22. Cancer. *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 20. Valaſc. *de partit. c.* 21.
n. 21. Unde cum promittens arrhas, qui filios habe-
bat, non teneretur eis in vita legitimam præſtare, &
qui filios non habebat, & arrhas promiſit, ſimiliter
tempore mortis legitimam filio relinquere teneatur
inficiari nequit, quod ratio Ordinationis, ne ſcilicet,
fraudentur legitimæ filiorum, eodem modo procedit
in uno, & altero caſu. Subindeque quamvis *Ordin.
d. tit.* 47. §. 3. decidat caſum promittentis arrhas,
qui filios habebat ex priori matrimonio, & in hoc diſ-
ponat donationem non valere; in eo quod excedit
valorem tertiæ bonorum, quæ vir poſſidebat tempo-
re matrimonii, cum ratio legis ſit generalior, & am-
plior dicto, ſeu diſpoſitio, ad amplitudinem rationis
43 extenditur diſpoſitio *L. regula ff. de juris & facti
ignor. L.* 2. §. *ſi mater verſ. quod ſi deceſſerint ff.
ad Trebell.* Menoch. *conſ.* 684. *n.* 7. Everard. *in to-
pici. loco à ratione legis. loco* 35. Phæbus *deciſ.* 71. *n.*
12. *in fin.* Auguſt. Barboſ. *voto* 15. *nu.* 30. Semper
namque lex comprehendit caſum eandem rationem
44 habentem; & tunc non dicitur lex extendi, ſed enu-
cleari *L. ſi poſtulaverit* §. *ſed ſi negavit ff. ad* L. *Jul. de
adulter.* Oldrad. *conſ.* 185. Tiraquell. *in L. ſi unquam
verbo liberis à n.* 57. *C. de revocandis donat.* Valaſc.
185. *n.* 8. Auguſt. Barboſ. *d. voto* 15. *n.* 28. Atque ita
idem, quod lex diſpoſuit in caſu, quo promittens filios
habebat, diſpoſitum cenſetur in caſu poſt arrharum
promiſſionem donans filius ſuſcepit propter legis ra-
tionem generalem utrumque caſum comprehen-
dentem.

45 Facit deinde pro hac ſententia *Ordin. lib.* 4. *tit.*
65. §. 3. qua cavetur, quod ſi donatio inter virum, &
uxorem à principio valida ſit, & ex bonis donantis
tempore mortis filii legitimas integras habere non
poſſint: poterunt tamen petere ſupplementum ex
tertia bonorum defuncti, & ex donatione: Ex qua
Ordinatione Phæbus *d. deciſ.* 71. *nu.* 6. infert arrha-
rum promiſſionem legitimis filiorum, & aſcenden-
tium non præjudicare: & idcirco de tertia eſſe ſol-
vendas, non ex toto hæreditatis acervo.

46 Confirmatur etiam ex eo, quod debitum reſultans
ex promiſſione arrharum non eſt neceſſarium neque
provenit ex legis diſpoſitione, ſed voluntarium: quia
ab initio procedit ex voluntate donantis qui arrhas
conſtituere non compellitur: & ideo ſi maritus le-
gatum reliquerit uxori, non compenſatur legatum
cum debito arrharum: ut in ſpecie docent Covarr. *in
c. officii n.* 5. *de teſtament.* Petr. Barboſ. *in L. ſi cum do-
tem* §. *ſi patern. n.* 11. *ff. ſolut. matr.* Gutierr. *practicar.
lib.* 2. *q.* 124. *n.* 2. *verſ. ſed contrarius* Matienço *in L.*
7. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat. gloſſ.* 1. *n.* 8. Tello Fernandez
in L. 16. *Tauri n.* 8. Spino *de teſtam. gloſſ.* 8. *n.* 74 Mor-
quecho *de diviſione bonor. lib.* 4. *c.* 11. *à n.* 17. Caſtill.
de uſufructu c. 46. *n.* 9. Arias de Meſa *l.* 2. *variar. c.* 9.
n. 16. Cum tamen, ſi debitum eſſet neceſſarium, lega-
tum à debito relictum creditori cum debito compen-
ſaretur *L. ſi cum dotem* §. *ſi pater ff. ſoluto matr.* L.
quoniam Novella L. omnimodo C. de inoffic. teſtam.
Barboſ. *in d.* L. *ſi pater à n.* 7. Surd. *conſ.* 7. *num.* 15. 47
Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 816. *n.* 3. & 4. Peregrin. *de
fideicommiſſ. art.* 33. Giurb. *ad conſuetudin. Meſſan.
c.* 1. *gloſſ.* 5. *n.* 33. Cancer. *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 74. Arias de Me-
ſa *lib.* 2. *c.* 9. *n.* 12. & *ſeqq.* Capyc. Latro *deciſ.* 94. Caſ-
till. *d. c.* 46. *à n.* 6. Mantic. *de conject. l.* 10. *tit.* 2. *à n.* 5.
Caldas *lib.* 1. *forenſ. q.* 16. Capyc. Galeota *lib.* 1. *con-
trov.* 29. & 30. At verò ſi debitor creditori ſuo ex
cauſa voluntaria legatum reliquerit, compenſationi
locus non eſt, & utrumque, legatum, ſcilicet, & de-
bitum petere poteſt L. *creditorem* 85. *ff. de legat.* 2.
Surdus *conſ.* 7. *n.* 1. Barboſ. *n. d.* §. *ſi pater n.* 2. & *ſeqq.*
Arias de Meſa *d. c.* 9. *n.* 11. & *ſeqq.* Cancer. *dict. lib.* 1.
c. 9. *n.* 74. Et fere omnes ſuperius relati, qui inter de-
bitum neceſſarium, & voluntarium prædictam ad-
mittunt diſtinctionem.

Quapropter licet tam donatio arrharum, quam cæ- 48
teri contractus ab initio ſint voluntarii, quamvis ex
poſt facto ſint neceſſitatis L. *ſicut ab initio C. de actio-
nib. & obligat.* Tamen ea datur differentia Inter do-
nationem, & cæteros contractus quoad implamen-
tum, ut ſcilicet debita ex aliis contractibus minu-
ant omne patrimonium; non verò donatio arrharum
quamvis ex tertia donantis deducenda ſit, ne per eam
fraudentur legitimæ filiorum *Ordinat. l.* 4. *tit.* 65. §. 3.
ſemper enim ſpectandum eſt initium contractus, &
donationis *L. ſi tantum* 12. *ff. ad Maced.* L. *ſi procu-
ratorem* 8. *in princ. ff. mandati* Anton. Hering. *de fide-
juſſ. c.* 20. §. 33. *n.* 19. Itaque cum donatio arrharum
ab initio fuiſſet voluntaria, nunquam ex ea filiorum
legitimæ fraudandæ ſunt. Et ſic arrhæ ex tertia de-
ducendæ ſunt, non ex acervo hæreditatis.

Porro donatio arrharum adeo procedit ex volun-
tate, non ex neceſſitate, ut in hoc Regno fieri non
poſſit conſtante Matrimonio, ut diximus ſupra *n.* 14.
proindeque de tertia deducenda eſt, cum etiam do-
nationes validæ factæ inter virum, & uxorem de ter-
tia extrahantur juxta *Ordinat. d. tit.* 65. §. 3.

Quæ ſententia à fortiori admittenda eſt eo caſu, 49
quo ſponſus, qui arrhas conſtituit tempore donationis
ſeu promiſſionis arrharum, nulla habebat bona; quia ſi
poſtea illa quæſivit, & filios procreavit, non debent
eorum legitimæ defraudari, ſed eatenus valebit do-
natio, quatenus fuerit in tertia parte bonorum pro-
mittentis tempore mortis. Tum quippe filii pro legiti-
ma quodammodo ſunt creditores bonorum patris Cy- 50
riac. *controv.* 6. *n.* 13. Et ideo habent jus legitimæ in
omnibus bonis paternis L. *Plaucius ff. ad* L. *Falcid. L.
ſancimus* §. *repletionem C. de inofficioſ. teſtam.* Gam.
deciſ. 233. *n.* 5. *in fin.* Ant. Gomez *in L.* 19. *Tauri n.* 2.
Covarr. *in c. Raynaldus de teſtam.* §. 2. *n.* 10. Cancer. *l.*
1. *c.* 3. *n.* 4. Cyriac. *controv.* 6. *n.* 11. Mareſcot. *l.* 1. *c.* 23.
n. 2. Tum etiã quia, ita ut legitimæ filiorum non con-
ſiderantur, niſi tempore mortis Ayora *de partit. p.* 2.
q. 34. *n.* 21. & 22. Pereyra *deciſ.* 103. *n. fin.* Capyc.
Latro *deciſ.* 34. *n.* 17. Vincent de Franch. *deciſ.* 133. 51

51 *n.* 1. Ita etiam tertia bonorum conſideratur tempore mortis defuncti, & deducitur ex bonis tunc temporis repertis Valaſc. *de partit. c.* 19. *à n.* 6. Caldas *de empt. cap.* 10. *n.* 6. Gama *deciſ.* 185. *n.* 1. *&* 2. *& deciſ.* 206. *n.* 5. *& deciſ.* 308. *n.* 10. Anton. Gom. *in L.* 33. *Tauri, & in L.* 29. *n.* 35. *in fin.* Unde cũ ſilii in bonis per patrẽ quæſitis habeant jus legitimæ, promiſſio arrharum facta ante adquiſitionem illis præjudicium inferre nequit.

Qua ſententia retenta non obſtant rationes, quibus motus fuit Gutierrez Nam ad primam reſpondetur: quod licet promittens ſilios non haberet, & ad eos procreandos uxorem duceret, tamen revera promiſſio arrharum fuit voluntaria, & non neceſſaria: cumquè à primordio tituli poſterior formetur eventus. *L. ſi à filia* §. *Neratius ff. familia erciſcundæ* L. 1. *de imponenda lucrativis deſcriptione lib.* 10. *L. actione* §. *morte verſ. quod ex re communi ff. pro ſocio* Barbacia *conſ.* 10. *n.* 12. *l.* 4. Valenz. *conſ.* 89. *n.* 31. Promiſſio voluntaria, & donatio gratuita non potùit efficere, ut donatio tranſeat in debitum ita neceſſarium, ut tanquam æs alienum tempore diſſoluti Matrimonii, & ſolutionis arrharum minuat legitimas filiorum; etiamſi conſideremus donationem aliquo modo remuneratoriam. Quia, ut jam diximus, cum non deberetur lege Juſtitiæ, non de corpore hæreditatis, ſed de ea parte de qua promittens poterat diſponere, deducenda eſt. Atque ita ceſſat primum fundamentum contrariæ partis.

52 Neque obſtat ſecunda ratio, quatenus dicit Gutierrez, quod promiſſio arrharum eſt permiſſa legibus Regni, & facultas diſponendi de quinto bonorum in Caſtella, & de tertia in hoc Regno aliis legibus, conceditur, & ſic ex diverſis legibus, & cauſis compatiuntur inter ſe ambæ diſpoſitiones, ac ſi una, eademque lege ambæ complexæ eſſent. Quia reſpondetur, quod una lex per aliam intelligenda, ita ut lex, quæ concedit promiſſionem arrharum intelligatur per aliam, quæ concedit patri diſponere de tertia bonorum: Ultra quod, ut bene advertit Barboſ. *in L. ſi cum dote* §. *ſi pater n.* 11. *verſ. ergo neque*, leges Hiſpaniæ non diſponunt, quod arrharum promiſſio fiat, ſed præſuppoſita maritorum voluntate taxant quantitatem, quam arrharum promiſſio excedere non poteſt. Et ſic retorquendo rationem Gutierrez bene compatiuntur diſpoſitiones illarum legum, ut ſcilicet, quando maritus velit arrhas conſtituere, poſſit intra quantitatem taxatam promiſſionem facere; non vero, ut filiorum legitimas lædere liceat. Et quidquid ſit in Regno Caſtellæ: Nos habemus legem *d. lib.* 4. *tit.* 47. §. 1. *& tit.* 65. §. 3. qua cavetur, ſaltem per rationem generaliter præſtitam arrhas detrahendas eſſe ex tertia promittentis, non ex duabus partibus, quæ ſunt legitimæ filiorum. Ideoque ſaltem in hoc Regno hæc ſententia verior eſt, & tenenda.

53 Notabis etiam, quod ad ſciendum an arrhæ excedant valorem tertiæ, & ut liqueat, quanta ſit tertia promittentis, debent computari, & æſtimari bona deducto ære alieno Suarez *tit. de las arrbas nu.* 5. *verſ. nota tamen ſecundum Alphonſum.* Anton. Gomez *in L.* 51. *Tauri n.* 3. *in principio*; & ibi Caſtill. *in gloſſ. arrhas* Baeça *de non meliorand. filiab. c.* 28. *n.* 2. Gutierr. *pract. lib.* 3. *q.* 42. *n.* 32. Quia bona non dicuntur, niſi deducto ære alieno L. *ſubſignatum* §. *bona ff. de verb. ſignificat.* & diximus ſupra hoc eodem prælud. § 6. *n.* 29.

An autem arrhæ debeantur uxori putativæ? Quæſ-
54 tionis eſt. In qua Palac. Rubios *in repetit. rub. de donat. inter* §. 36. *n.* 9. tenet arrhas deberi: quia dantur in præmium pudicitiæ amiſſæ *L. res uxoris. C. de donat. inter.* Et ſic valet prædicta donatio, quamvis facta uxori putativæ non valeat, neque morte mariti confirmetur *L. cum hic ſtatus* §. *ſi quis ſponſam ff. de donat. inter vir. & uxor.* Sed verius eſt arrhas non deberi, ut docet Anton. Gomez *in L.* 50. *Tauri n.* 70. Et ea ratione quippe arrhæ non confirmantur per legem propter pudicitiam amiſſam, ſed per pudicitiam amiſſam per copulam matrimonialem. Quare cum putativa non fuiſſet uxor, verum non eſt valere prædictam donationem: ſequitur Petr. Barboſ. *in L.* 2. *in principio* 1. *p. n.* 158 *ff. ſolut. Matrim.* P. Rebell. *de obligat. Juſt.* 2. *p. l.* 6. *q. n.* 5. Fragoſ. *de regim. Reip. p.* 3. *lib.* 2. *diſp.* 5. §. 4. *n.* 70. *&* 71.

Minor autem curatorem habens de immobilibus, vel 55
mobilibus, quæ ſervando ſervari poſſunt arrharum promiſſionem facere poteſt interveniente Judicis decreto? eo verò deficiente promiſſio erit nulla Anton. Gomez *in L.* 52. *Tauri n.* 14. Suar. *in tit. de las arrbas n.* 65. Azeved. *in L.* 2. *tit.* 2. *lib.* 5. *Recopilat. n.* 12. ubi Matienç. *gl.* 2. *n.* 3. Hermoſill. *in L.* 1. *tit.* 4. *p.* 5. *gloſſ.* 5. *n.* 10. Sanch. *de Matrim. lib.* 6. *diſput.* 38. *n.* 37. Cald. Pereyr. *in L. ſi curatorem verb. contractum feciſti nu.* 40. Fragoſ. *d. diſp.* 5. §. 2. *n.* 65. *verſ. quid ergo de*
minore. Si verò promiſſio fiat de rebus mobilibus, quæ 56
ſervando ſervari non poſſunt vel de pecunia, valebit promiſſio, dummodo accedat curatoris authoritas, ſi illum minor habuerit L. 1. *C. ſi adverſus donat.* alias ſolus promiſſionem facere poteſt *L. ſi curatorem C. de in integrum reſtit.* Suar. *d. tit. de las arrbas n.* 65. Anton. Gomez in L. 50. *Tauri n.* 14. Sanches *d. diſput.* 38. *n.* 39. Barboſ. *in d.* §. *ſi pater n.* 158. Fragoſo *d. diſput.* 5. §. 4. *n.* 65. Cald. Pereyr. *in d. verbo contractum feciſti n.* 34. *&* 40. Hermoſill. *in* L. 1. *tit.* 4. *p.* 5. *n.* 9. Valaſc. *conſ.* 2. *n.* 6. Perez de Lara *in compendio vita hominis c.* 22. *n.* 38. Rebello *de obligat. juſtitia* 2. *p. lib.* 6. *q.* 4. *n.* 15. Narbona *de ætate anno* 25. *q.* 11. *n.* 12. 13. *&* 14. poterit tamen minor reſtitui adverſus promiſſionem, ſi fuerit immoderata, & ultra ſummam taxatam: immo intra illam promiſſio poterit eſſe immoderata habito reſpectu ad qualitatem uxoris: ut ſentit Sanches *d. diſput.* 38. *num.* 41. ſequitur Narbona *d. q.* 21. *n.* 15. & per in integrum reſtitutionem revocari poteſt.

Denique obſerva quod filiusfamilias pubes rectè 57
poteſt contrahere, & obligatur etiam non interveniente patris conſenſu L. 1. *ff. de minorib. L. filiusfamilias à* 2. *ff. de action. & obligat. L. fin.* §. *pupillus ff. de verb. oblig.* L. *tam ex contractibus ff. de judic.* §. *inutilis Inſtit. de inutilit. ſtipul.* Anton. Gomez *l.* 2. *var. cap. fin. à n.* 11. Sanches *de matrim. lib.* 6. *diſput.* 39. *n.* 1. Salgado *de protect.* 4. *p. c.* 8. *num.* 235. Fontanell. *de pactis nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 7. *p.* 3. *n.* 48. Ant. Faber. *in ſuo Cod. l.* 4. *tit.* 20. *diffin.* 3. *n.* 10. Hermoſill. qui plures laudat, *in* L. 4. *tit.* 1. *p.* 5. *gloſſ.* 1. *n.* 2. Melchior de Valentia *illuſtrium lib.* 3. *tit. de adquirenda hæredit. tract.* 2. *p.* 1. *n.* 37. Non tamen poteſt alienare, neque obligare bona adventitia, in quibus pater habet uſumfructum eo invito propter paternam reverentiam quæ eſt in cauſa, ut non poſſit filius
ſuper his bonis contrahere L. *fin.* §. *filiis autem C. de* 58
bonis, quæ liber. ibi: *Filiis autem familias in iis dumtaxat caſibus, in quibus uſusfructus ad parentes conſtitutus eſt, donec parentes vivunt, nec de eiſdem rebus teſtari permittimus neq; citra voluntatem eorum, in quorum poteſtate ſunt ulla licentia eis concedenda dominium rei ad eos pertinentis alienare, vel hypothecæ titulo dare, vel pignori aſſignare.* Et ita ſcribunt Cald. Pereyr. *in L. ſi curatorem verbo læſis n.* 152. *C. de integr. reſtit.* Ant Gomez *in* L. 6. *Tauri n.* 14. Sanch. *d. diſp.* 39. *n.* 7. Pater Molina *de juſtitia tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 228. *&* 2. *tom. diſp.* 261. alter Molina *de primog. l.* 2. *c.* 9. Quæ juris communis diſpoſitio non eſt correcta in Caſtella *per* L. 6. *Tauri*, quæ hodie eſt L. 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recopilat.* Ubi deſcendentibus permittitur diſponere de tertia bonorum in vita, vel in morte invitis aſcendentibus ut optime contra Cald. Pereyr. docet Sãches *d. diſp.* 39. *n.* 9. Caſtil. *de uſufructu c.* 63.

c.63. à n.28. & 29. Molin. *l.2. c.9. n.21. 22. 23. & 24.* plures citat Hermoſill. *in* L.11. *tit.4.partit.5.gl. 8.n.10.* Cevall. *comm. contra comm. q. 794. à n.25.* Qui licet teneant filiũ poſſe teſtari de tertia bonorum, & aliqui dicant hoc poſſe facere in præjudicium patris quoad uſumfructum: tamen quod in vita filius diſponere nequeat, neque præjudicare patri contrahendo verius eſt: ut præter citatos ſupra tenentes Addentes ad Molin. *lib.2.c.9.n.19.& 20.* Cervantes *in* L.5. *Tauri n.51. & ſeqq.* Hermoſill. *in* L. 3. *tit.4. partit.5.gl.1.n.12.*

Quod adeo verum eſt ut ſi filium ex contractu
59 geſto fuerit condemnatus non poſſit fieri executio in bonis adventitiis, quorum pater habet uſufructum; neque in proprietate, neque in uſufructu per text. *in d.L.fin.§.filiis autem C.de bonis quælibet.* Ubi filio prohibetur alienatio ſine conſenſu patris, ac proinde etiam executio probibita cenſetur, cum per eam devenitur ad alienationem, & quando hæc eſt prohibita, cenſetur prohibitus omnis actus per quem perveniatur ad eam, argumento text. *in L. oratio ff. de ſponſalib. L. cum lege ff. de fidejuſſorib.* L. *fin.C.de rebus alien. non alien.*L.*quod dictum ff.de pact.L. 1.verſ. fin.C.de fundo dotali.* Et ita prædictam ſententiam tenent Ant. Gomez *l.2. var. c. 15.n. 12.* Alberic. *in L. & ſi condemnatus ff.de noxalib.*Salgad.*de protect.4.p.c.8.n. 38. & ſeqq.* Carleval. *de judic.lib.1.tit.3.diſput.20.n. 9.*& faciunt quæ Olea *de ceſſione jurium tit.2.q. 6.n. 16.& ſeqq.* Et quod neque delictum confiſcari poſſint bona filii, in quibus pater habet uſumfructum, dicemus infra.

60 Quibus ita conſtitutis ſuccedit quæſtio, An filiusfamilias poſſit donationem arrharum ſacere ſine conſenſu patris? In qua Sanches *d.lib.6.diſput. 38.n. 11.* filium patre inconſulto poſſe arrhas conſtituere edocet: eo præcipue fundamento, quod filiusfamilias inconſulto patre omnes præter mutuum contractus facere poteſt. Cujus tamen opinio mihi ſatis non probatur quia ut jam ſæpius dictum eſt arrharum promiſſionem ſponſus præciſe facere non tenetur & in Hiſpania eſt quædam donatio gratuita ex liberitate procedens, non ex neceſſitate, & quædam donatio contemplatione Matrimonii, quæ ſucceſſit in locum donationis propter nuptias: ac ideo à filio familias fieri nequit, qui inter vivos ſine patris conſenſu donare non valet L.2.*L.filiusfamilias L.in ædibus §.quod filiusfamilias ff. de donation. L. ſi filius ff. ad S.C. Maced.* L.*contra juris regulas §.ſi filiusfamilias ff.de pactis* Cardoſo. *in praxi verbo donatio n.17.* Anton.Faber. *de errorib. pragmat. p.1.decad. 14.errore 8.n. 8.& decad. 43.error.2.p.2.* Jul. Clar. *in §. donatio q.6.n.1.& 2.* Anton. Gomez *l.2.variar.c.4.n.9.verſ. quod intellige* Mantic. *de tacit.& ambig. lib.13.tit.17.n.9.*Hermoſill.*in L.3.tit.4.partit.5.gloſſ.1.n.1.*Leſſius *de juſtitia, & jure l.2.c.18.dubit.11.n.8.*Molina *eodem tract.diſput.277.* Fragoſ. *de regim. Reip.3.p.l.1.diſput.2.§.8. num. 244.*

Præſertim quia inter arrharum donationes, & alias
61 quaſcumque, diverſitatis ratio aſſignari poteſt reſpectu legitimitatis habilitatio perſonæ filii familias: ideo quamvis alias contrahere illi permiſſum ſit, tamen donare eſt prohibitum. Opinionem autem Sanches admitterem, ſi filius habuerit caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium, vel bona, in quibus pater uſumfructum non habet, quia de illis arrhas valebit promittere.

Notabis etiam, quod pro arrhis ad ſimilitudinem donationis propter nuptias habet mulier tacitam hypothecam, ut deducitur ex text. *in L. ubi adhuc 29. C. de jure dotium*, ubi vergente viro ad inopiam conceditur mulieri jus petendi dotem una cum donationibus antenuptialibus. Quare cum Juſtiniano fiat æquiparatio dotis, & donationis propter nuptias, idem privilegium in utroque caſu ſtare debet, ut per illum text. poſt Cinum, & Bald. ſcribunt Neguzant. *de pignor. p. 2. membr. 4. n.64.* Petrus Barboſ. *in* L. 1.*ff. de ſolut. Matrim. p. 5. n. 48. verſ. huic tamen* Mantic. *de tacit. lib.11. tit.19. n.29.* Mynſing. *in §. fuerat n.21. Inſtit. de actionib.* Pacific. *de Salviano interdictio inſpect. 3. c. 4. n.129.* Valaſc. *conſult.16. n. fin.* Stephan. Grat. *diſcept. forenſ. c.53. n. 9. & 10.* Auguſtin. Barboſ. *in L. ſi liberis 18. n. 8. de donat. ante nupt.*

Non tamen hæc hypotheca habet jus prælationis, quod tantum doti conceditur, non donationi propter nuptias *L. aſſiduis C. qui potiores in pignore habeantur* ibi: *Non enim pro lucro fovemus mulieres, ſed ne damnum patiantur, & ſuis rebus fraudentur,* Anton. Gomez *in* L. 50. *Tauri n.41. & 42.* Neguzant. *d. membr. 4. n.64. & 65.* Barboſ. *in d. L. 1. p. 6. n. 16.* Covarr. *lib. 1. var. c. 7. n.1. verſ. ſed modo* Mantic. *d. lib.11. tit.26. n. 49.* Valaſc. *d. conſult. 16. in fin.* Aug.Barboſ. *in d.L. ſi liberis n.8.* Merlin. *de pignor. lib. 3. tit.2. q. 55. n. 3.* Gaito *de eredit. c. 4. n.1667.* Gratian. *c. 53.n.11.*

§. VII.

In quo continetur miſcellania aliquarum donationum.

SUMMARIUM.

1 *Antiquitus concubina uxorem imitabatur. Et de jure Romanorum dignitate tantum diſtinguebatur ab uxore.*

2 *Eodem tempore duas uxores habere non licet: neque etiam duas concubinas. Et de differentiis inter uxorem, & concubinam.*

3 *Donatio facta concubinæ à privato mero jure valet.*

4 *Legatum concubinæ relinquere, & eam hæredem inſtituere licitum eſt privato.*

5 *Donatio facta à milite in concubinam nulla eſt, & à milite donatum repeti poteſt.*

6 *Amplia: ut idem procedat in militibus noſtri temporis, qui ſtipendia merentur, & ſunt parati ad bellum.*

7 *Amplia ſecundo in militibus Trium Ordinum Militarum, & Sancti Joannis Baptiſtæ.*

8 *Amplia etiam in Clerico, qui ſuæ concubinæ donare nequit.*

9 *Tertio amplia in Doctore, Licentiato, & Advocato, qui in ſavorabilibus æquiparantur militi.*

10 *Concubina donare non poteſt ſuo concubinario, & amaſio.*

11 *Miles ex cauſa remunerationis poteſt donare concubinæ: & valet donatio uſque ad quantitatem meritorum.*

12 *Salarium non debetur concubinæ, quamvis valeat donatio, ſi ſervitia ſunt talia, ut ſalaria mereantur; & ipſa ſit pauper.*

Tamen concubina donatrix tenetur probare merita & æſtimationem eorum. Ibidem.

13 *Donatio facta à milite, ſeu Clerico ei, quæ jam non erat concubina, valida eſt.*

14 *Intellige: ut procedat: quando donatio facta fuit illi, quæ juvenis ad bonam frugem ſe recepiſſe conſtat.*

Secus ſi concubina ob ſenectutem, vel malam valetudinem receſſit à concubinatu.

15 *Donatio facta à milite, vel aliis perſonis ſuæ concubinæ non firmatur juramento.*

16 *Clericus dicitur miles cæleſtis militiæ.*

17 Æquiparatorum idem eſt jus, & diſciplina.

18 Clericns non poteſt repetere à concubina rem donatam.

Coitus Clerici eum coneubina probibitus eſt, & pnuibilis de jnre Canonico, & Civili. Ibid.

Clericus non eſt ſolutns, ſed ligatur Eccleſia, & aecedendo ad mulierem eommittit adulterinm ſpirituale, & ſaerileginm. Ibidem.

19 In pari eauſa turpitndinis melior eſt eonditio poſſidentis.

20 Fiſcns non aufert donatnm à milite ſimplici concubina, ſed ab ea, eum qua miles commiſit ſtuprum, ſen adnlterium.

21 An vero donatum à Clerico eoncnbina pertineat ad fiſcum Eccleſiæ, aut ſaculare? Remiſſivè.

22 Res donata à Clerico ſuæ concubina abſenti, quæ adbue non acceptavit, ſi Clericus, interim deeeſſit, pertinet ad Clerici baredes, non ad fiſcnm.

23 Promiſſio, vel ſtipulatio, qua turpitudinem continet, eſt ipſo jure nulla, ſi tnrpitndo verſatur ex parte utriuſque.

24 Donatio facta à viro uxorato ſua coneubina nulla eſt: & poteſt nxor conſtante Matrimonio donationem factam à marito revocare, & eam ſibi propriam iu ſolidum efficere.

25 Amplia: ut etiam procedat in re vendita, & pignorata coneubina, quam uxor revindieare poteſt pretio nou reſtituto.

26 Secundo amplia: etiamſi res donata à marito eſſet ejus propria in ſolidum.

27 Actio competens uxori ad rem donatam coneubinæ ex Ordinatione l. 4. tit. 66. eſt in rem, vel ad rem: & non datur contra concubinam, quæ non poſſidet, ſed adverſus rei poſſeſſorem.

Prædicta actio, qua competit uxori ad res donatas eoneubinæ, babet locum in douatis mulieri, qua non erat eoncubina, eum qua maritus rem babuit. Ibidem.

28 Donatio omnium bouorum præſentium, & fnturorum non firmatur juramento.

29 Donatio omaium bonornm præſentium, & futurorum non ſuſtinetur in præſentibus.

30 Locatio bouorum Eccleſiæ facta nltra tempus à jure permiſſum, eſt nulla in totum: nec ſuſtinetnr in tempore permiſſo.

31 Donatio omnium bonorum præſentium, & futurornm eum clanſnla omni meliori modo, quo jure poteſt, ſuſtinetnr in præſentibus.

32 Clauſula omui meliori modo facit valere actum, ſi non nt eſt geſtus, eo modo quo jnre poteſt.

33 Donatio omnium bonorum ſine mentione futurorum valet in præſentibus

Idem ſi fieret omnium, & quorumcunq; bonorum ſine mentione futurorum, Ibidem.

34 Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta Eccleſiæ valida eſt.

Idem ſi fiat loco pio, vel piæ eauſa, dummodo effectus principaliter dirigatur in piam eauſam. Ibid.

Secus ſi donatio fieret enm ouere, ut donatarius teneatur facere aliquid opus pinm. Ibid.

35 Eccleſia, vel eauſa pia in prædicto eaſu tenetur alere donantem.

36 Donatio omninm bonorum præſentium, & futurorun valet favore dotis.

Intellige: ſi dos relinquitur, vel promittitur pauperi, Alias ſecus. Ibidem.

37 Pauper dieitur fœmina, qua non babet dotem eompetentem pro dignitate perſouæ, & ſuornm majorum; quamvis habeat, unde ſe alere poſſit.

38 Donatio omnium bonornm præſentium, & futurorum ob eauſam Matrimonii valida eſt, ſed contraria ſententia verior: ut num. 41. & ſeqq. & n. 44.

39 Donatarius omnium bonornm non eſt juris ſucceſſor. Jura, & actiones inbærent oſſibus donantis creditoris. Ibid.

40 Hæreditas etiam ſine nllo corpore juris intellectum babet: & ideo nulla bona babet, bæredem, & bæreditatem poteſt babere.

42 Pactum favore Matrimonii per quod libera teſtandi facultas impeditur, non valet.

43 Potior eſt favor liberi arbitrii ad teſtandum, quam Matrimonii.

45 Reſpoudetur fundamentis contrariæ ſenteutiæ: & num. ſeqq.

46 Hæreditas, ut dicatur cnm effectn debent eſſe aliqua bona.

47 Ut qni nnlla bona babet, teſtari poſſit, intelligendum eſt; ſi potentialiter poteſt babere: Secus autem ſi nec habitu, nec potentia.

Appellatione omnium bonorum præſentium, & futurorum veniunt jura, & actiones.

49 Per donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum transferuntur in donatarium utiles actiones & directarum exercitium.

50 Actio directa, & ntilis non duæ ſunt, ſed una tantum, & utraqne eſt ejuſdem potentia conſiderato effectu, & fine.

51 Donatur vera interpretatione Ordinatio lib. 4. tit. 70. §. 3. & n. 52. & 54. Improbato Gabriel. Pereyra.

53 Clanſulæ adjecta in contractu ſequuntur ejuſdem naturam: & efficiuntur inutiles, ſi contractus inutilis eſt.

55 Agatur de illa quæſtione: An donatio tertiæ facta à patre, qui alios filios babebat, valida ſit. ſi pater nibil reſervavit ad teſtandum? Et expenduntur fundamenta Gabriel. Pereyra: ibi & n. 57. & 56.

58 Interpretatnr Ordinat. lib. 4. tit. 97. §. 3. & 4.

59 Probatur ab Authore opinio Valaſci dicentis donationem tertiæ inutilem eſſe.

60 Tertia deducitur ex bonis defuncti repertis tempore mortis juribus, & actionibus non de donatis in vita Valor tertiæ in dotem promiſſa conſideratur emptore mortis promittentis. Ibid.

61 Donatio bæreditatis non valet.

62 Douatio facta ab eo, qui non babet alia bona præter donata, cenſetur omnium bonorum.

63 Donatio omninm bonorum vel tertiæ facta ab eo, qui filios babet valida eſt, ſi douator reſervavit aliquid ad teſtandum: dummodo non ſit valide modicnm.

64 Si reſervatio ſit in minima parte, non valebit douatio: quod relinquitur arbitrio judicis.

65 Non ſufficit, quod donator ſibi reſervet aliquam partem ad diſpouendum inter filios tantum.

66 Si donator de reſervatis in donatione illico diſpoſuit non valet donatio. Et ita judicavit Senatus.

67 Douatio omninm bonorum facta cum reſervatione uſnsfructns valida eſt.

68 In prædicto eaſu fructus pertinent ad donatorem, qui de illis & bonis quæſitis ex uſufructu teſtari poteſt. Fructus maturi pendentes tempore mortis donatoris pertinent ad illius bæredem. Ibid.

69 Declara, ut non valeat prædicta donatio, ſi fructus reſervati vix ad alimenta ſufficiunt.

70 Donatio de bouis mobilibus, & immobilibns valida eſt: etiam ſi dictum ſit de præſentibus, & futnris.

71 Mobilium, & immobilinm appellatione nou continetur jura, & actiones: quia tertiam bonorum ſpeciem conſtituunt.

72 Declara reſolntionem ſupra num. 70. ut non procedat, ſi donans babebat aliqua jnra, & actiones non parvi valoris, de quibus teſtari poſſit. Secus aliàs.

73 Si donator non diſpoſuit de reſervatis, pertinent ad donatarium. Sed contrarius verius : ut num 74.
Inteſtatus cenſetur relinquere bona venientibus ab inteſtato. Ibid.
Qui non teſtatur videtur alienare invenientes ab inteſtato Ibidem.
75 Donatarius omnium bonorum non poteſt conveniri à creditoribus donatoris, neque habetur pro harede.
76 Intellige, ſi donator eſt ſolvendo, vel habuit haredem; ſi vero deficiat, bene poteſt conveniri, ut vitetur circuitus.
77 Donatarius omnium cum reſervatione aliqua ad teſtandum tenetur ſolvere debita contracta ante donationem, non quæ poſtea.
78 Secundum jus commune neque clerici, neque Epiſcopi poſſunt diſponere de bonis quæſitis ex redditibus Beneficii, ſeu Epiſcopatus per ultimam voluntatem.
De conſuetudine vero totius Hiſpania Clerici de prædictis bonis diſponere poſſunt: & illis ſuccedunt venientes ab inſtetato Ibid.
76 Epiſcopi per teſtamentum, vel aliam ultimam voluntatem non poſſunt diſponere de bonis quæſitis intuitu Eccleſia.
80 Epiſcopi non poſſunt facere donationem cauſa mortis de prædictis bonis.
81 Poſſunt diſponere de bonis patrimonialibus, vel quæſitis ante Epiſcopatum: vel poſtea ex ipſorum induſtria tam inter vivos, quam in teſtamento.
Item: de quæſitis ex beneficiis, vel penſionibus obtentis ex diſpenſatione. Ibid.
82 Epiſcopi poſſunt diſponere inter vivos, & donare etiam non modice, & in profanos uſus, dum proſpera utuntur valetudine. Quod idem in Papa.
83 Amplia, ut procedat etiam in Religioſo Epiſcopo, qui facit fructus ſuos.
Defenditur ſententia Senatus de qua Gabriel. Pereyr. deciſ. 75. contra Solorzan. ut nn. 84. Ibid.
85 An valeat donatio facta ab Epiſcopo ægrotanti, & morti proximo? Et ſubjiciuntur negativæ ſententia fundamenta. Donatio facta à moribundo cenſetur cauſa mortis. Ibid.
86 Donatio Epiſcopi, ut valeat, requiritur ſupervivientia per quadraginta dies.
87 Donatio inter vivos facta ab Epiſcopo ægrotante valida eſt: niſi fraus interveniſſe probetur.
88 Donatio inter vivos facta in ægritudine non amittit ſuam naturam; & fit irrevocabilis.
89 Spolia Epiſcoporum de jure pertinent ad Eccleſiam, vel ad ſucceſſores. Quod verius eſt.
90 Spolia Epiſcoporum per Bullam Pauli Tertii, & aliorum Pontificum applicantur Cameræ Apoſtolica. Sed prædicta conſtitutiones non fuerunt recepta in hoc Regno.
91 Epiſcopi Titulares, ſeu Annulares, qui beneficia poſſident, vel ſalaria, de acquiſitis teſtari poſſunt.
92 Veſtes datæ, vel miſſa ſponſa ab ſponſo ante matrimonium non cenſentur donata, niſi de hoc expreſſe agatur.
93 Limita, ſi de more civitatis donari conſueverunt.
94 Limita ſecundo in veſtibus quotidiano uſui inſervientibus.
Limita tertio, ſi res ab ſponſo miſſæ non ſunt magni valoris. Ibid.
Limita quarto in annulis ſponſalitatis. Ibid.
Limita quinto, ſi res eſt inter nobiles, & divites, quia præſumitur donatio. Ibid.
95 Donatio facta ab ſponſo uxori futura valida eſt; ſi ſtatim dominium fuit translatum.
Si vero collata fuit in tempus Matrimonii, non valet. Ibid.
96 Donatio facta uxori à conſanguineis viri, vel, è contra, acquiritur ei cujus contemplatione facta eſt.
Mulier tranſiens ad ſecunda vota reſervat hanc donationem filiis prioris Matrimonii, ſaltem quoad proprietatem. Ibid.
97 Donatio, vel promiſſio facta ab ſponſo conſanguineo puellæ pro illa maritanda cum promittente nulla eſt.
98 Donatum non cenſetur, quod nundum erat tempore donationis.
99 Donator, qui aliquod jus habet in re donata, illud tantum donare cenſetur.
105 Legans rem, in qua aliquod jus habet, illud tantum legare intelligatur.
Quamvis illud morte ſit periturum. Ibid.

UT brevius non expediamus ab hac donationum privaturum perſonarum tractatione, conſtitui 1
aliqua in hac miſcellania ſcribere de aliquibus donationibus, de quibus uſque adhuc nihil dictum fuit, ut ſic hoc abſolvatur præludium, & ad noſtrum inſtitutum accedamus. Et in primis agendum de donatione facta concubinæ; cum enim jam dictum ſit de donationibus inter virum, & uxorem, nunc de facta concubinæ ſubſequitur quæſtio: quia antiquitus concubina uxorem imitabatur, ut ait Julian. Anteceſſ. novell. 18.c.5. Qua ratione concubinatus dicitur inæquale conjugium. in L. 3. verſ. quod ſi alterutram ubi Accur. C. de natura liber. Connan. lib. 2. comment. c.16.n.1. Et de jure Romanorum concubina ab uxore dignitate tantum diſtinguebatur L. item legare 49. parvi ff. de legat. 3. Obſervat ex aliis Arias de Meſa lib.3. var.c.38.n.2.& 3. Ubi n. 4. duas eodem tempore habere uxores non licere tradit per text. in L. enim qui 18.C.de adulteriis L.2. C. de inceſt. nupt. Et quod eodem jure veteri inhoneſtum cenſebatur habere concubinam vivente uxore L. ex ea parte 2
121. §. mulier ff. de verb. obligat. L. unica C. de concubinis. Neque etiam habere duas concubinas, ut per Arias proxime n. 6. & 7. Quo loci per totum capitulum eleganter, & ſatis curioſe uxorum, & concubinarum ſimilitudines adducit, & c.39. differentias etiam inter uxorem, & concubinam cumulat & c.40. ubi videre poteris. Inter quas illa nobis deſervit, quæ datur inter donationem factam uxori à marito, & factam à concubinario ſuæ concubinæ, illa enim inutilis eſt, ut diximus ſupra §. 4. num. 1. hæc verò facta concubinæ à privato mero jure valet L. affectionis 5. L. donationis 35. ff. de donat. L. 3. §. Divus L. ſi prædia 59. ff. de donat. inter, & ſcribunt Ripa in L. miles nn. 10. ff. de re judicata Butr. conſ. 14. An- 3
gel. conſ. 171. Gutierr. de juram. confirm. 1. p. c.6. à n. 1. Menoch. lib. 3. præſumpt. 51. n. 12. Palac. Rubios in rubr. de donat. inter §. 37. à n. 1. Arias de Meſa lib. 3. c.40. nu. 21. Baſil. Ponte de Leon de Matrim. lib. 7. c. 54. n. 2. Gama deciſ. 226. n. 3. & 4. Alexand. Trentacinq. lib. 3. var. tit. de donat. reſolut. 7. nn. 1. Maſcard. concluſ. 440. nu. 5. Stephan. Gratian. c. 31. nu. 7. Prout etiam bene poteſt quis legatum concubinæ relinquere, & eam hæredem inſtituere L. qui concubinam L. item legare §. parvi ff. de legat. 3. ſcribunt Jaſon. in L. miles nn. 16. & 17. ff. de re judicata Trentacinq. d. reſolut. 7. n. 13. Palac. Rub. d. §. 37. nn. 2. Gama deciſ. 226. nu. 5. Gratian. d. c. 31. nn. 7. 4
Cabed. 1. p. deciſ. 116. nn. 2. & 3. Hermoſill. in L. 1. tit. 4. partit. 5. gloſſ. 6. n. 14.
Limitatur tamen prædicta reſolutio in milite, qui concubinæ donare non poteſt, & adeo nulla eſt do- 5
natio, ut datum à milite concubinæ poſſit ab eo repeti, vel ab ejus hærede L. 2. C. de donat. inter virum & uxor. Tiraq. in L. ſi unquam verb. donatione largitus nu. 24. C. de revocand. donat. Gama deciſ. 58. n.

58. n. 1. & deciſ. 226. n. 4. Emmam. Barb. ad Or-
dinat.lib.4.tit.66.in principio n.1. & ejus filius Aug.
Barboſ. in d. L.2. C. de donat. inter n.2. & 3. Bene-
dict. Ægid. de jure, & privileg. honeſtatis art. 8. n.
22. & ſeqq. Theſaur. deciſ. 111. n. 1. Capyc. deciſ.
102. Gutierr. de juram. confirm. p.1.c.6.à n.3. Cevall.
commun. contra commun. q.329.n.5. Arias de Meſa d.
c.40.n.22. Mantic. de tacit. & ambig. lib.21.tit.3.n.
3. Hermoſill. in d.L.1.tit.4.partit.5.gloſſ.6.n.3.
Ampliatur hæc limitatio, ut procedat in militibus
6 noſtri temporis, qui arma profitentur, & parati ſunt
ad bellum, ſtipendiaque merentur Roman. conſ. 43.
incipit ad primum Palac. Rub. d.§.37. n.10. Peregr.
de jure fiſci lib.2.tit.9. nu. 8. Gutierr. d. c. 6. nu. 9.
Aug.Barboſ. in d.L.2.n.4.& 5.Gama deciſ.365. Fa-
rin. in fragment. 1. p. verb. concubina nu. 669. Her-
moſill. in d.L. 1.gloſſ.6. n.4. Quod idem procedit in
7 militibus inſignitis Cruce Domini Noſtri Jeſu Chriſti
Benedict. Ægid. d. art. 8. nu. 24. verſ. idem etiam,
& in militibus Sancti Joannia, Sancti Jacobi, Cala-
travæ, & Aviſienſibus Fr. Emman. Rodriguez de re-
gularib. tom.1.q.27.nu.12. Ant.Gomez in L.5. Tauri
nu.68. Gutierr. d. c. 6. nu. 8. Hermoſill. in d. L. 1.
gloſſ. 6. n. 8. Aug. Barb. in d. L. 2. n. 6. & 7.
8 Idem procedit in donatione facta à clerico ſuæ
concubinæ arguendo à milite armatæ militiæ ad mi-
litem militiæ cæleſtis Anton. Gomez in L. 50. Tauri
n.68. Palac. Rubios d. §. 37. n. 6. Mantic. de tacit. &
ambig. lib.21.tit.3.n.13. Gama deciſ.58. & deciſ.106.
ubi additio Flores de Mena, & deciſ. 226. nu. 4. Bar-
boſ. ad Ordinat.lib.4.tit.66.in principio nu. 1. Spino
in rubr. de teſtam. p. 14.gloſſ.5. nu. 10.& ſeqq. Bene-
dict. Ægid. in repetit. L.1. C. de Sacroſanct. Eccleſ.
2.p.§.1.nu. 21. Aug.Barboſ. in d. L. 2. C. de donat.
inter n. 8. Arias de Meſa de c.40.n.22. Amendol. ad
Vincent. de Franch. deciſ.28. nu. 1. Cancer. lib. 1. c.
8. n. 172. Hermoſ. dict. gloſſ. 6. n. 6.
Procedit etiam prohibitio donandi concubinæ in
Doctore, Licentiato, & Advocato, qui in favorabi-
9 libus æquiparantur militi Anton. Gomez in d.L. 50.
n.68. Palac. Rubios d.§.37.n.4. Gama dec. 226.n. 14.
Mantic. d.tit.3.n.13. Hermoſill. d.gl. 6. nu. 5. Suarez
in L.2.tit.de los goviernos lib. 3. fori nu. 12. Afflict.
deciſ. 102. ubi Urſill. nu. fin. Trentacinq. d. tit. de
donat. reſolut. 7. nu. 11. Aug. Barboſ. in d. L. 2. n.
11. & 12. Benedict. Ægid. in d. L. 1. Cod. de Sa-
croſ. Eccleſ. 2. p. §. 1. num. 21.
10 Notabis tamen, quod eodem modo, quo militi
prohibetur donatio in concubinam, ita concubina
donare non poteſt ſuo concubinario Bald. conſ. 267.
vol.1. & conſ. 457. vol. 1. Peregr. de jure fiſci lib. 2.
tit.9.nu.16. Surd. conſ.459. n. 1. & ſeqq. Trentacinq.
d. reſolut. 7. nu. 10. Aug.Barboſ. in d. L. 2. nu. 13.
Farin. in fragment. d. verb. concubina nu. 546. &
ſeqq. Hermoſ. in d. gloſſ. 6. nu. 7.
11 Limitatur tamen prædicta reſolutio, ut non pro-
cedat in donatione remuneratoria facta à milite ſuæ
concubinæ, quæ quidem valida eſt uſque ad con-
currentem quantitatem, & æſtimationem merito-
rum: tenent Paul. in L. donationes in concubinam
n.2.ff.de donat. Cravet.conſ.229 t.nu.3. Bermond. de
publ. concub. verb. contra prædictos nu. 25. & ſeqq.
Palacios Rubios in rubr. de donat. inter §. 39. nu.
13. verſ. unum non eſt omittendum Gama deciſ. 226.
nu. 4. verſ. quæ omnia, Tiraq. in L. ſi unquam verb.
donatione largitus n.24. Farinac. in fragm. verb. con-
cubina nu. 593. Urſill. ad Afflict. deciſ. 102. in prin-
cipio Gutierr. de juram. confirm. p. 1. nu. 11. & poſt
alios Theſaur. deciſ.111.n.6.7.& in fin. Auguſt. Bar-
boſ. in d. L. 2. n.15. Benedict. Ægid. de jure, & pri-
vileg. honeſtatis art.8.n.24. verſ. limitant verò Tren-
tacinq. d. tit. de donat. reſolut. 7. nu. 6. Hermoſill.
d. gloſſ.6.nu.10. Flores ad Gam. deciſ. 106. Quamvis
concubinæ non deberi ſalarium judicatum fuiſſe in
noſtro Senatu teſtetur Gama deciſ. 106. incipit con- 12
cubina Clerici. Quæ deciſio reſpectu donationis im-
probatur à Flores de Mena ibi: Et merito ſi ſervitia
concubinæ ſunt talia, ut ſalarium mereantur, & ipſa
ſit pauper; ita ut operarum non præſumatur donatio.
Intellige tamen, ut donatrix teneatur probare meri-
ta, & æſtimationem eorum, ut conveniunt omnes
ſupra citati; non enim ſufficit aſſertio donantis.
An verò donatio facta à milite, ſeu clerico ei, quæ 13
jam non erat concubina, valida ſit? Diſputant DD.
& communis obtinuit ſententia donationem valere
ex Bald. conſ. 354. incipit. Quidam ſpectabilis miles
in fin. lib.3. per text. in L. in ipſius C. familiæ eriſcun-
dæ ſequitur Capyc. deciſ. 102. in fin. Trentacinq. d.
reſolut.7.n.8. Farin. d. verb. concubina nu. 59. Urſill.
ad Afflict. deciſ. 102. nu. 1. Theſaur. deciſ. 111. nu.
7. ubi dicit ſufficere, quod non conſtet durare con-
cubinare tempore donationis, licet antea fuiſſet, &
allegat Paul. de Caſtr. in d. L. donationes in concu-
binam nu.2. plures Hermoſill. in d.L.1.gloſſ.6.nu. 11.
tit.4.partit.5. & alios Aug. Barboſ. in d.l.2. n.17. C.
de donat. inter. Ex quibus plures requirunt, quod
concubinatus ceſſaſſet ſaltem per triennium arg. text.
in Authent. de Monach. collat. 1. §. Sancimus.
Cæterum Cancer. lib. 1. variar. c. 8. num. 173. 14
communem opinionem procedere poſſe docet, quan-
do donatio fit illi, quæ conſtat ad bonam frugem
ſe recepiſſe, & peccatum dimiſiſſe: puta, ſi juvenis
à concubinatu recederet, & ſe ad bonam frugem re-
ciperet: quod inſinuaſſe dicit Bald. d. conſ. 354. At
vero ſi concubina ob ſenectutem, vel malam vale-
tudinem à concubinatu receſſit, non valeat donatio,
ut dixit Cancer. n. 174. Et quidem mihi ſatis pla-
cet declaratio Cancerii ex rationibus per eum addu-
ctis à n. 173.
In tantum invalida eſt donatio facta concubinæ à
milite, Doctore, Clerico, & aliis perſonis ſupra re-
latis, ut non firmetur juramento Covarr. in c. quam- 15
vis pactum p. 2.§.1.n.4. ad fin. Gutierr. d.1.p.c.6.à n.
13. Theſaur. deciſ. 111. n. 4. Gratian. cap. 31. nu.
21. Amendol. ad Vincent. de Franch. deciſ. 28. nu.
1. Afflict. deciſ. 102. ubi Urſill. Alex Trentacinq d.
reſolut.7.n.5 Peregr. de jure fiſci lib.2. tit 9. num.13
Aug.Barboſ. in d. L.2.n.18. Roland. conſ.98.n.15.&
37.l.1. Cravet. conſ.222. per totum.
Diximus ſupra n. 5. donatum concubinæ à milite
repeti poſſe ab eo, vel hæredibus ejus. Unde recte
dubitari poteſt, An Clericus repetere valeat dona-
tum concubinæ? Et videbatur dicendum idem,
quod in milite, procedere in Clerico, quia prohi- 16
bitio donandi à Clerico ſuæ concubinæ proveniat à
prohibitione quæ datur in milite, ex eo quod cleri-
cus miles militiæ cœleſtis ex Joan. Andr. in c. de
his de Sepult. Bart. in L. 2. C. de donat. inter & in L.
affectionis n.1. ubi Roman. n. 2. ff. de donat. Palac.
Rub. in rub. de donat. §. 39. in principio, Peregr. de
jure fiſci lib. 2. tit. 9. n. 4. Ergo ita, ut miles ſæculi
donatum repetere poteſt l. 2. C. de donat. inter. ita,
& clericus cœleſtis militiæ, cum æquiparatorum
idem ſit jus, & diſciplina L. 1. ff. de legat. 1. gl. in
L. ſi quis ſervo C. de furtis, & in cap. ſi poſtquam §. 17
fin. de electione in 6. Tuſc. littera, & concluſ. 308.
Franciſc. Vivius dec. 255. n. 7. Gabriel Alvarez de
Valaſc. de privileg. pauperum 1. p. q. 36. n. 13. Et
in hac opinio fuit Gama deciſ. 58. in fin.
Contrarium tamen verius eſt ex eo, quod coitus 18
clerici cum concubina prohibitus eſt, & punibilis
nedum jure Canonico ex toto titulo de cohabit.
clericor. & mulier. ſed etiam de jure Civili L. eum
qui C. de Epiſcop. & cleric. Ordinat. lib. 5. tit. 30. in
principio, & per totum: quia clericus non eſt ſolutus,
ſed legatus Eccleſiæ c. inter corporalia de tranſlat.
Epiſcop.

Epiſcop. Et ea propter ſi habet acceſſum ad aliquam mulierem, dicitur committere adulterium ſpirituale, & ſacrilegium *gl. notabilis in c. virginibus 27. q.* 1. quam extollit Abbas *in c. ut clericorum propè fin.*
19*de vita, & honeſt. cleric.* Immo committit inceſtum *gl. in L. 2. verb. filii C. de Epiſcop. & cleric.* Proindeque clericus turpiter dat, & concubina turpiter accipit, atque ita in pari cauſa turpitudinis melior eſt conditio poſſidentis, *c. in pari de reg. juris in 6. L. ſi debitor ff. de pignorib.* Fachin. *lib. 8. c. 9. verſ. hanc poſteriorem.* Cald. *conſ. 53. n. 9.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 22. nu. 15.* Antonin. Amato *reſol.* 31. *n.* 7. & 8. Ex quibus, & aliis Palac. Rubios *in rubr. de donat. inter* §. 39. *à n.* 6. rectè noſtram ſententiam fundat, ut ſcilicet neque clerico, neque hæredibus ejus liceat donatum repetere, ſed tantum fiſco. Et pro hac opinione judicatum dicit Gama *deciſ.* 52. Ubi Flores de Mena ab omnibus ita teneri aſſerit: Et comprobatur ex Peregr. *d. L.* 2. *tit.* 9. *nu.* 3. *in fin.* Quo loci dicit, quod à ſimplici concubina militia non aufert fiſcus. In quibus terminis procedit *L.* 2. *C. de donat. inter:* Sed ab ea, cum qua miles commiſit ſtuprum, ſeu adulterium, donatum aufert fiſcus *L. mulierem ff. de his, quibus ut indignis* ubi Bart. & Jaſon, *in L. hæreditas* 4. *in fin. C. eodem* Belon. *de jure acceſ-*
20*cendi c.* 7. *q.* 55. *nu.* 14. Quare cum clericus cæleſti militiæ miles adulterium ſpirituale, & inceſtum committat cum concubina, nullo modo donatum repetere poteſt: ut in ſpecie dicit Benedict. Ægid. *de privileg. boneſt. art.* 8. *nu.* 25. Inhoneſta & indecora eſt clerico propriæ turpitudinis allegatio ex hac cauſa, ut ex Sacra Pagina optime probat.

An verò donatum à clerico concubinæ pertineat
21ad fiſcum Eccleſiæ aut ſæcularem? Variant interpretes. Et pro Eccleſiaſtico ſtat Abbas, pro ſæculari Baldus, quem ſequitur Palac. Rubios *d.* §. 39. *à n.* 7. *cum ſeqq.* Ubi quæſtionem ad partes diſputat.

22 Si verò clericus donavit concubinæ abſenti, quæ adhuc non acceptavit, & clericus interim diem clauſit extremum, res donata non ad fiſcum, ſed ad clerici hæredes pertinet, ut reſolvit Cancer. *lib.* 1. *c.* 6. *nu.* 15. & 16. Ex ea ratione, quia donatio facta abſenti, nemine pro eo ſtipulante, nulla eſt; & quippe in abſentem non fuit translatum dominium. Quibus addo, quod cum ex dicta donatione non fuiſſet proceſſum ad traditionem ſuper his, quæ fuerunt turpiter promiſſa, non fuit quæſita actio concubinæ, promiſſio enim, vel ſtipulatio, quæ turpitudinem continet quando turpitudo verſatur ex parte utriuſque, ipſo jure nulla eſt *L. ſi ex cautione* 1. *C. de ean-*
23*ditione ob turpem cauſam* Pichard. *in* §. *quod turpi ex cauſa* 24. *nu.* 1. *Inſtit. de inutil. ſtipulat.* Aug. Barboſ. *in d. L.* 1. *nu.* 3. optimè Palac. Rubios *in d.* §. 39. *n.* 6. *verſ. unde non valebit.*

Ultra prædictos caſus valebit etiam donatio facta à viro uxorato ſuæ concubinæ Palac. Rubios *in rubr.*
24*de donat. inter virum & uxor.* Gama *dec.* 226. *n.* 4. ita, ut juxta *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 66. uxor, quæ in judicio ſtare non poteſt ſine licentia viri, valet matrimonio conſtante donationem factam concubinæ à marito revocare, & eam ſibi propriam in ſolidum efficere. Quod non tantum procedit reſpectu rei donatæ concubinæ, ſed etiam venditæ, & pignoratæ, ſine
25eo quod teneatur pretium reſtituere: præſumit enim Lex venditionem, vel pignorationem ſimulatè factam fuiſſe. Quæ præſumptio cum ſit juris & de jure probationem in contrarium non admittit ut optime tradit Benedict. Ægid. *de privileg. honeſtatis art.* 8. *n.* 13. Et procedit legis Regiæ diſpoſitio; etiam ſi res donata à marito concubinatio ejus eſſet propria
26in ſolidum: ita ut ad communicationem bonorum non pertineret: ut proſequitur Ægid. *d. art.* 8. *n.* 14. Actio vero competens uxori *ex d. L. Regia* eſt in rem, vel ad rem. Et ideo non datur contra concubinam, quæ non poſſidet, ut judicavit Senatus apud Gam. *dict. deciſ.* 226. *n.* 3. *verſ. ſententia tandem*, quamvis ipſe contrarium ſentiret. Ac proinde dabitur actio adverſus quemcumque rei poſſeſſorem, notat Ægid. *d. art.* 8. *num.* 15. licet neque in ſubſidium 27
concubina conveniri poſſit pro pretio, quod ex re habuit Ægid. *d. nu.* 15. *verſ. dubium verò.* Et denique prædicta Ordinatio, quæ rei vendicationem tribuit uxori ad res donatas concubinæ à marito, procedit etiam in donatis ab eo mulieri, quæ non erat concubina, ſed cum ea maritus rem veneream habuit, ibi: *Ou a qualquer outra mulher, com que teuha carnal affeiçaõ.* Ægid. *d. art.* 8. *n.* 19. & 20. Qui *n.* 22. legem Regiam intelligit de donatione facta tempore concubinatus, non de donatione facta ei, quæ jam non erat concubina. Pro quo faciunt tradita ſupra *n.* 13.

Diximus ſupra § 3. *n.* 19. donationum omnium bonorum præſentium, & futurorum non valere, quia aufertur libera teſtandi facultas. Et proſequendo materiam prænotare libet, quod hæc donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non firmatur juramento, quippe eſt reprobata, tanquam contra bonos mores; juramentum autem contra bonos mores 28
non eſt obligatorium *c. non eſt obligatorium de reg. juris in 6.* Et ita hanc ſententiam Roland. *conſ.* 39. *n.* 1. & *conſ.* 65. *n.* 2. dicit communem Covarr. *in rubr. de teſtam.* 2. *p. n.* 4. Socin. Junior. *conſ.* 44. *nu.* 35. 36. & 37. *lib.* 2. Gomez in *L.* 69. *Tauri nu.* 4. Reynoſ. *obſervat.* 41. *nu.* 7. Valenz. *conſ.* 117. *n.* 1. Peguer. *deciſ.* 170. *n.* 2. Gutierr. *de juram. confirm.* 1. *p. c.* 11. *nu.* 11. poſt plures Larrea *deciſ.* 66. *n.* 36.

Inſuper prædicta donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non ſubſtinetur in præſenti- 29
bus ſed eſt in totum nulla juxta Bart. doctrinam *in L. fin. n.* 16. *C. de pactis* ubi Bald. *dicit communem* Petra *de fideicommiſſ. q.* 4. *poſt. n.* 8. *verſ. ad hoc* Riminald. *in principio Inſtit. de donation. n.* 365. Anton. Gomez *in L.* 68. *Tauri n.* 2. & dicit judicatum. Peguera *deciſ.* 138. poſt plures Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 21. *p.* 1. *n.* 26. Cancer. *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 40. Noguerol. *alleg.* 26. *n.* 188. Rationem tradit. Cancer. *d. n.* 47. Quia in factis contra legem ſi non valet, quod ſit ultra, non valet etiam, quod ſit intra *C. dudum de rebus Eccleſ. non alien. Clem.* 1. *eodem tit.* & ſecund. Bald. *in L. quæcumque C. de bon. quæ liber.* Quando ſit conceſſio ultra licitum, non valet etiam in eo, quod eſt licitum: ſequitur Covarr. *lib.* 2. *var. c.* 16. *n.* 5. Fontanell. *gloſ.* 21. *p.* 1. *n.* 27. Mareſ- 30
cot. *lib.* 2. *var. c.* 25. *n.* 12. Noguerol. *d. alleg.* 26. *n.* 189. Et ſic locatio bonorum Eccleſiæ facta ultra tempus à jure permiſſum in totum eſt nulla, & non ſubſtinetur quoad tempus, in quod fieri poterat: ut contra Bald. & alios tenet Covarr. *lib.* 2. *var. c.* 16. *n.* 5. & eſt text. *in Auth. de non alien.* §. *ſi vero Clem.* 1. *de rebus Eccleſ. non alien.* ibi: *Nec ex conceſſione ipſius recipienti jus aliquod acquiritur: Extravag. ambitioſæ eodem tit.* ſequitur Ruin. *conſ.* 57. *ſub n.* 12. *l.* 1. Marescot. *d. c.* 25. *nu.* 8. 9. & 10.

Limitatur tamen prædicta reſolutio, ut non procedat, ſi in donatione adjecta ſit clauſula, ut valeat om- 31
ni meliori modo, quo de jure poteſt, & debet; quia tunc valebit quoad bona præſentia, ut ſcribunt Grat. *reſponſa* 70. *nu.* 21. *lib.* 1. & Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſina* 117. *n.* 6. *p.* 2. Urſill. ad Afflict. *deciſ.* 107. ſequitur Fontanell. *d. clauſ.* 4. *gloſſ.* 21. *p.* 1. *n.* 42.

Clauſula enim omni meliori modo facit valere actum, ſi non ut eſt geſtus, eo modo, quo de jure valere 32
poteſt Imola *in L. cum pater* 79. §. *filius matrem. ff. de leg.* 2. Aymond. *conſ.* 214. *col. fin. n.* 19. Gratian. *c.* 96. *nu.* 7. Fontanell. *d. gloſſ.* 21. *p.* 1. *nu.* 42. Valaſc. *de jure emph. q.* 6. *num.* 16. Mendez à Caſtro *in praxi Luſitan.*

Digitized by Google

Luſitana lib. 3. *c.* 20. *n.* 6. *& ſeqq.* Cyriac. *controv.*
205. *n.* 117. Camuncula *deciſ.* 46. *n.* 8. Surd. *deciſ.*
293. *n.* 10. Vincent. de Franch. *deciſ.* 156. Grat. *c.*
33 96. n. 7. Cùm autem, ſi donatio fieret omnium bono-
rum ſine mentione futurorum, valeret in præſenti-
bus Gama *deciſ.* 381. *n.* 4. *in fin.* Gratian. *c.* 98. *nu.*
12. Aug. Barb. *voto* 25. *n.* 2. *per text. in L. ſi ita lega-
tum* 8. *ff. de auro, & arg. legato L. ſi ſtipulatus* 76.
ff. de verbor. oblig. L. *ſi quis argumentum*, 5. *C. de
donation.* Prout etiam valeret, ſi fieret omnium, &
quorumcumque bonorum, ſi de futuris non fieret
mentio Reyn. *obſerv.* 41. *n.* 15. Gama *deciſ.* 206. *n.*
3. *& deciſ.* 339. *n.* 2. Pin. *in rubr. C. de bon. maternis
p.* 1. *n.* 3. Valaſc. *de part. c.* 20. *n.* 15. Theſaur. *deciſ.* 199.
Surd. *deciſ.* 233. *n.* 7. Fontan. *d. clauſ.* 4. *gloſſ.* 21. *p.* 2. *n.*
23. Barboſ. *d. voto* 25. *n.* 2. Et judiçavit Senatus noſter
me referente die 21. Aprilis anni 1663. in lite Petri
Simonis cum Maria Gondiçalvez oppidi de Caſtello
Branco ſcriba Dominico Diaz de Couro. Ita do-
natio omnium bonorum præſentium, & futurorum ex
vi clauſulæ omni meliori modo ſubſtineri debet in
præſentibus, quorum donatio valeret ſi de futuris non
fieret mentio, & ita ultra citatos ſupra tenet Riccius
ad Vinc. de Franch. *dec.* 108.

Limitanda verò eſt principalis concluſio, ut dona-
34 tio omnium bonorum præſentium, & futurorum fac-
ta Eccleſiæ valida ſit: notatur *in L. jubemus* 14. *C. de
Sacroſ. Eccleſ.* & tenent Bart. *in L. fin. nu.* 13. *C. de
pactis* Abb. *conſ.* 102. *n.* 2. Covarr. *in rubr. de teſ-
tam.* 2. *p. n.* 6. dicit communem Anton. Gomez *in L.*
69. *Tauri n.* 6. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 11. *n.* 7. Reyno-
ſo *obſerv.* 42. *n.* 35. *& ſeqq.* Cancer. *lib.* 1. *var. c.* 8. *n.* 77.
Tiraq. *de privileg. piæ cauſa privilegio* 100. Clar. *in* §.
donatio q. 20. *n.* 3. Spino *de teſtam. gloſſ.* 11. *n.* 29.
cum ſeqq. gloſſ. 12. à *n.* 45. Thuſc. *lit. D. concl.* 648.
n. 41. Gama *deciſ.* 185. *num.* 4. Caldas Pereyra *conſ.*
28. *n.* 5. Mantic. *de tacitis, & ambig. lib.* 13. *tit.* 28.
per totum Rebell. *de obligat. juſtit.* 2. *p.* 18. *q.* 7. *n.*
4. Larrea *deciſ.* 10. *n.* 2. *& deciſ.* 66. *n.* 19. Fonta-
nell. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 21. *p.* 2. *n.* 2. Vincent. de Franch.
deciſ. 68. *nu.* 2. ubi Amendola *n.* 3. qui omnes, &
plures alii eamdem limitationem probant in dona-
tione facta loco pio, vel cauſæ piæ dummodo dona-
tionis effectus principaliter dirigatur in piam cauſam:
utpote ſi pio loco, vel Eccleſiæ ſiat donatio, ſi enim
donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum
facta ſit alicui cum onere, ut teneatur facere elee-
moſinas, non valebit donatio: ut notat Tiraquell.
dict. privileg. 100. ſequitur Gutier. *dict. c.* 11. *n.* 7.
Azevedo *in L.* 8. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopil. n.* 6. Rey-
noſo *in obſervat.* 41. *n.* 39. Non autem, quod hoc
caſu tenetur Eccleſia, vel cauſa pia alere donan-
tem Ant. Gom. *in d. L.* 69. *Tauri n.* 6. Abb. *conſ.*
35 102. *n.* 3. *vol.* 2. Gutierr. *d. c.* 11. *n.* 8. Reyn. *ſupra
n.* 36. Leſſius *de juſt. lib.* 2. *c.* 8. *dubit.* 13. *n.* 95.

Ex qua ratione infertur prædictam limitationem
36 etiam obtinere favore dotis, quæ pia cauſa dicitur *in
c.* 1. §. *donare qualiter olim. feud. alien. pot. in uſi-
bus feudor. L. cum is* §. *ſi mulier ff. cond. indeb.* Pal.
Rub. *in repet. c. per veſtras de donat. inter* §. 12. *n.*
4. Gutierr. *de juram. confirm. p.* 1. *cap.* 11. *n.* 9. Va-
laſc. *conſ.* 108. *n.* 18. Reynoſ. *obſervat.* 41. *nu.* 39.
Tiraq. *de pia cauſa in præfat. pag.* 12. *mihi verſ. item
cum dos.* Quod intellige, ſi dos relinquitur, vel
promittitur pauperi, alias ſecus: quia hoc tantum
caſu dos pia cauſa cenſetur: ut ſcribunt poſt Jaſon.
Roderic. Suarez *in L. quoniam in prioribus q.* 9.
principali ad L. *Regiam. n.* 3. Gutierr. *d. c.* 11. *nu.*
10. Boër. *deciſ.* 94. Phæb. 1. *p. deciſ.* 98. *n.* 8. Reyn.
obſerv. 41. *n.* 39. Ben. Ægid. *in* L. 1. *C. de Sacroſ.
Eccleſ. p.* 2. §. 3. *n.* 1. Fontan. *d. gloſſ.* 21. *p.* 2. *num.*
16. Et in terminis validam eſſe donationem omnium
bonorum præſentium, & futurorum favore dotis tra-
dunt Gutierr. *d. cap.* 11. *n.* 9. & 10. Fontanell. *d.* 2.
p. n. 15. & 16. Reynoſ. *d. obſerv.* 41. *n.* 39. Quæ au-
tem dicatur mulier pauper ut ex cauſa dotis valeat
prædicta donatio, videndi ſunt Palac. Rub. *in repe-
tit. c. per veſtras* §. 60. *incipit tertio propter neceſſita-
tem n.* 7. *verſ. idem dicendum* Bened. Ægid. *in* L. 1.
Cod. de Sacroſ. Eccleſ. 3. *p.* §. 3. *n.* 1. Reynoſ. *obſervat.*
41. *n.* 40. Molina *de juſt. & jure tom.* 1. *diſput.* 146.
verſ. ſolum ſupereſt. Qui omnes docent mulierem pau-
perem cenſeri, quæ pro dignitate perſonæ, & ſuorum 37
majorum non habet dotem congruam & competen-
tem, quamvis habeat, unde ſe alere poſſit.

Sequitur congruente inquirere, An donatio om-
nium bonorum præſentium, & futurorum facta ob
cauſam Matrimonii valida ſit? Et affirmativam par-
tem tuentur Matienço *in L.* 8. *tit.* 10. *lib.* 5. *Reco-
pilat. gloſſ.* 1. *nu.* 9. Flores de Mena ad Gam. *deciſ.* 38
185. *n.* 2. Boerius *deciſ.* 35. *nu.* 10. Reynoſo *obſer-
vat.* 41. *n.* 42. Molin. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 18. *in fin.*
Alter Molin. *de juſt. diſput.* 280. *n.* 12. Antonius Fa-
ber. *in ſuo Cod. lib.* 5. *tit.* 9. *de pactis conventis diſ-
finit.* 6. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 162. 163. *& conſ.* 92. *n.*
53. Fundamenta hujus partis ſunt. Primum, quod
nulla lege cavetur donationem omnium bonorum
præſentium, & futurorum nullam, & invalidam eſ-
ſe, neque non poſſe quem omnia ſua bona etiam fu-
tura donare: atque ideo cum ſuorum quis ſit mode-
rator, & arbiter, non debet reſtringi illa facultas,
quæ à jure naturali deſcendit, & tam competit in
vita, quam in morte. Secundum, quod donatarius
omnium bonorum non eſt juris ſucceſſor. *L. æris alie-* 39
ni 15. *Cod. de donation.* Unde non eſt invalida talis
donatio, namque ſaltem remanent apud donantem
jura, & actiones; quæ oſſibus donantis inhærent jux-
ta gloſſ. & Paul. de Caſtr. *in L. ſi Sticho ff. de pecu-
lio gloſſ. in L.* 3. *in principio ff. pro ſocio.* Tiraquell. *de
retract. lignag.* §. 26. *gloſſ.* 1. *n.* 58. Larrea *allegat.*
120. *n.* 14. Tondut. *de prævent.* 2. *p. c.* 33. *num.* 1.
Vincent. de Franch. *deciſ.* 93. *n.* 3. poſt plures Olea
de ceſſione jurium tit. 1. *q.* 2. *n.* 39. *& tit.* 3. *quæſt.* 1.
n. 5. Noal. *de tranſmiſſ. caſu* 24. *n.* 14. *& caſu* 36. *n.*
10. Arias de Meſa *lib.* 1. *variar. cap.* 1. *n.* 5. *& c.* 19.
n. 13. Quo dato donans de juribus diſponere poteſt,
ut ſentit Anton. Faber *de errorib. pragmat. decade*
48. *error.* 6. qui ex hoc infert, quod fieri nequit, ut
per actus factos per quemquam dicatur quis ſine hæ-
rede decedere, cum ſufficiat habere poſſe hæredem,
licet de facto non habeat, quia nihil in hæreditate
reperitur de præſenti; hæreditas namque etiam ſine
ullo corpore juris intellectum habet, ut dicitur *in L.* 40
hæreditas 53. *ff. de petit. hæredit.* Ex quo textu de-
ducunt DD. poſſe illum, qui nulla bona habet, hæ-
redem & hæreditatem habere, ut ibi ſcribunt Bald.
Angel. & Socin. *num.* 45. Ripa *in rubr. ff. de ſolut.
Matrim. nu.* 44. Myſſing. *in principio Inſtit. de reb.
corporalib. & incorporalibus*, & alii, quos refert Va-
laſc. *de partit. cap.* 1. *n.* 10. & 13. *& c.* 20. *n.* 10. Ga-
briel Pereyr. *deciſ.* 67. *n.* 2. *circa fin.* Unde dicen-
dum non eſt donationem omnium bonorum præſen-
tium, & futurorum invalidam eſſe, quippe per eam
auſertur libera teſtandi facultas. Tertio, quia hæc
donatio facta ob cauſam Matrimonii dicitur facta ex
cauſa pia propter æquiparationem illius cum dote: &
ſic cum donatio hujuſmodi valida ſit, ſi fiat Eccleſiæ
vel loco pio, ut, diximus ſupra *n.* 34. ita, & donatio
facta cauſa Matrimonii valere debet: maximè cum
ſint plures DD. magnæ auctoritatis, qui indiſtinctè te-
nent donationem omnium bonorum præſentium, &
futurorum validam eſſe; quos refert Fontanell. *clauſ.*
4. *gloſſ.* 21. *part.* 1. *n.* 4. Anton. Faber. *de errorib.
pragmat. decade* 48. *error.* 6. quibus addo Gabriel.
Pereyr. *deciſ.* 67. *n.* 2. Thuſcus, qui pro regula hanc
reſolutionem conſtituit littera *D. concluſ.* 648. *n.* 1.

Quam

Quam opinionem ſaltem valere contemplatione Matrimonii,tanquam ſpeciale reſpectu illius tradunt aliqui ex citatia ſupra *n.*63.Menoch.*conſ.*1.*num.*192.*& ſeqq. & conſ.* 92. *n.*53.

41 Verum contraria ſententia, quæ habet donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum non valere etiamſi facta ſit ob cauſam Matrimonii verior eſt, & tenenda ex textu expreſſo *in L.pactum quod dotali Cod. de pactis* ibi: *Pactum, quod dotali inſtrumento comprehenſum eſt, ut ſi pater vita fungeretur, ex æqua portione, ea quæ nubebat cum fratre hæres patris ſuo eſſet, neque ullam obligationem contrahere, neque libertatem teſtamenti faciendi mulieris patri potuit auferre. L. hæreditas C. de pact. convent.* Quibus juribus probatur non valere pactum favore Matrimonii, per quod libera teſtandi facultas impeditur Tiraquel. *de primog.q.*6. *n.*17.*&* 20. Va-
42 laſc. *conſult.* 130. *n.* 4. Phæb. 2. *p. deciſ.* 102. *n.*20. Larrea *deciſ.*36.à *n.*1.Cyriac. *controv.* 88. *nu.* 12.*& n.*13. Fachin.*lib.*5.*controv. cap.* 87. Ex quo ſequitur neque donationem hujuſmodi valere favore Matrimonii, cum per eam auferatur libera teſtandi facultas juxta DD. communem ſententiam, de qua ſupra *n.* 28. Et dubium non eſt potiorem eſſe liberi arbitrii ad teſtandum ſavorem, quod tollitur per has
43 nniverſales donationes, quam Matrimonii Martin. Montarios *in d.L.pactum quod dotali num.* 22.Immo facultas, & libertas teſtandi magis accedit ad jus naturale, qnam liberorum ſucceſſio, ut dixit Bald. *in L. lege duodecim tabularum Cod.de legit. hæredibus poſt n.* 1. *verſ. teſtamento*, quem refert, & ſequitur Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 9. *p.* 4. *num.* 13. *&* 14. Et ſic præponderare debet favori Matrimonii Mar. Cutell. *de donat. tract.*2.*diſcurſ.*1. *num.*12. *&* 13.*ſpeciali* 1. Cumque præcipuum fundamentum contrariæ ſententiæ in favore Matimonii conſiſtat, & major ſit ſavor libertatis teſtandi, recte ſequitur hanc partem veriorem eſſe: quam in ſpecie valide tuetur Fontan. *dict. gloſſ.*9.*p.*4.*n.*12.*& ſeqq.& n.* 18.Fachin. *lib.* 5. *c.* 87. Peguer.*deciſ.*170.*n.*2. Capella Toloſan. *deciſ.* 452. Bellam. *conſ.*17.Cancer.*lib.*3.*c.* 7.*n.* 117. & plures alii, quos laudat Cutell. *d. diſcurſ.* 1. *ſpeciali* 16. Qui *num.* 17. exiſtimat fundamenta unius & alterius ſententiæ adeo ſtringere, ut difficile ſit videre, quænam rectior ſit. Et potius, inclinat in affirmativam ſententiam, dum tamen donatio firmetur juramento. Quo caſu ad bona præſentia mobilia, & ſtabilia, excluſis juribus, donationem ſubſtineri poſſe ait, tanquam plus ſcriptum, & minus dictum cenſeri debeat. Sed jam diximus ſupra *num.* 28. donationem omnium bonorum præſentium, & futurorom non firmari juramento juxta veriorem opinionem quæ in hoc in Kegno ſequenda eſt; ſiquidem contractus non firmatur juramento, & ii, in quibus apponitur, nullitate laborant, ut alibi diximus: & probat Ordinat. *lib.*4.*tit.*73. Et quod non firmetur juramento decidit. Ordinat. *lib.* 4. *tit.* 70. §. 3.

44 Unde negativa ſententia tenenda eſt, pro qua judicavit Senatus noſter anno 1668. me referente in lite Dominicæ Freyre cum Senatore Joanne Monterio de Faria, Scriba Ludovico Correa de Torres.

45 Non obſtant, quæ pro contraria parte addnximus. Quia primum fundamentum diluitur ex D. D. communi ſententia, quæ habet, donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum nullam eſſe: quippe per eam aufertur libera teſtandi facultas, quæ favorabilior eſt, qnam cauſa Matrimonii.

46 Secundum tollitur; quia licet ſubſtantia teſtamenti non conſiſtat, in eo, qnod teſtator habeat bona, ſed quod poſſit habere L. *qui ſolvendo non eſt ff. de hæredib. inſtituend.* Tamen, ut dicatur hæreditas cum effectu, debent eſſe aliqua bona, ut bene conſiderat Valaſc. *de partit. c.* 1. *n.* 13.*&* 14. qui adducit text. *in Authent ingreſſi C. de Sacroſ. Eccleſ.*L.*Lex cornelia ff. de vulgari* L.7 *ff.de hæredit.vel actione vendita.* Et pro hac ſententia allegat. *gloſſ. verb. in ſingulis ff. de evictlon.*Fulgoſ.Cortaſ.Joan.Anib.& Alciat. 47
Ultra quod D.D. tenentes, eum, qui nulla bona habet, poſſe teſtari, tunc eam admittunt opinionem, quando, qui nulla bona habet, poteſt ea potentialiter habere. Secus autem ſi quis nulla bona habet, nec habitu,neque potentia, illa poteſt habere Anton. Gomez *in L.* 3. *Tauri n.* 17.*& in L.* 4. *n.* 4.Spino *de teſtam. in rubr. p.*14.*gloſſ.n.*21.Valaſc.*dict.c.*1.*n.*10.*&* 11.Pereyr.*deciſ.*67.*n.*2.

Plane qui omnia bona præſentia: & futura ſim- 48
pliciter donavit, etiam actiones, & jura tam præſentia, quam futura donaſſe certum eſt, quia bonorum omnium appellatione veniunt jura,& actiones,ut præclare docet Pinel. *In rubr. C. de bon. matern. à principio* Bened. Ægid.*in L.ex hoc jure p.*2.*cap.*13.*clauſ.* 13. *n.*3.Giurb.*ad conſuetud.Meſſana cap.*1.*gloſſ.* 2.*n.* 1. ubi innumeros citat:& ultra eos idem tenent Merlin. *de pignorib.lib.* 2. *q.* 29. *n.*2.Noguer.*allegat.* 35. *n.* 3. Vincent. de Franch. *deciſ.*93. *n.* 1. Unde cum jura,& actiones tam præſentes, quam futuræ veniant in hujuſmodi donatione, abſque dubio manet donantem neque habitu, neque potentia bona habere poſſe, cum quæcunque jura in futurum adqnirat, donatarii efficiantur. Ac proinde nullo modo teſtari poteſt.

Neque terret actiones directas oſſibus donantis in- 49
hærere, quod eſt Antonii Fabri fundamentum. Quia reſpondetur, quod per ceſſionem,& donationem transferuntur in donatarium utiles actiones, & directarum exercitium *L. quis ergo in fin. ubi gloſ. ff. de peculio* Tiraq. *de retract.lignagier.*§.26.*gloſſ.*1.*n.*58.A.Coſta *de privileg.credit.præludio* 2. *n.*11. Guſman. *de evictionib. q.* 31. *nu.* 80. Noalis *de tranſmiſſ.caſu* 24. *nu.* 14. Larrea *allegat.*120.*num.* 14. Grivel. *deciſ.Dolana* 111. *num.* 8. *&* 9. Olea *de ceſſione jurium tit.* 3.*q.* 1. *nu.* 5. Carleval. *de judiciis l.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 36. à *n.* 1. Scaccia *de commerc.* §. 2. *gloſſ.* 5. *n.* 89. *verſ. declara quinto.* Ita nt donatarius exercere poſſit directas actiones nomine cedentis: utiles verò ex proprio jure, & perſona Arias de Meſa *lib.* 1. *var. ca.* 19. *n.*9. *&* 13. Ultra quod actio directa, & utilis non duæ ſunt, ſed una tantum, & licet directa remaneat penes cedentem, utilis autem competat ceſſionario, tamen in ſubſtantia una eſt actio ad idem competens
L.actio 42.*ff.de negot. geſtis* ibi: *Nec refert, quis di-* 50
recta an utili agat. Et rurſus ibi: *Cum utraque actio ejuſdem ſit poteſtatis, eundemque effectum habeat.* Videndi Cancer.*lib.*3.*c.*20.*n.*231.Cujac.*lib.*15.*obſervat.c.*1.Roble *de repræſent.lib.*3.*c.*18.*n.*46. Ant.Faber.*l.*4.*conject.ca.*7. *& de errorib.pragmat.decad.*22. *error.*9.*circa fin.*Olea *de ceſſione jurium tit.*6.*q.*1.*n.*7. conſiderato tantum effectu, & fine,in quem prædictæ actiones diriguntur, nt declarat A Coſta *de privil. creditor.prælud.*2.*n.*13.ſequitur Olea *d.tit.*6.*q.*1.*n.*8. Cumque inutiles, & inefficaces ſint directæ actiones, quæ oſſibus donantis inhærent, & apud eom remanent. Verùm eſt dicere, quod donans de juribus, & actionibus diſponere nequit. Ac proinde ceſſat Fabri fundamentum.

Non obſtat terrium fundamentum, quia verior eſt ſententia, quæ habet dotis cauſam tunc piam dici, quando donatio fit mnlieri panperi juxta ea, quæ diximus *ſupra n.* 36. *&* 37. Neque auctoritates D. D. qui tenent donationem omnium bonorum præſentium, & futurorũ validã eſſe attendi debent; quippe contra eos eſt communis opinio, de ſupra citati *n.*28. & ultra eos Jul.Clar.*in* §.*donatio q.* 19. & plures alii laudati à Thuſco *littera D.concluſ.*648.*n.*2.Et in hoc Regno hanc ſententiam probavit Ordinatio Regia
*L.*4.*tit.*70.§.3.ibi: *Nem quando o contracto for por di-* 51
reito reprovado de maneyra, que por juramento naõ

poſſa ſer confirmado, aſſim como ſe alcum homem prometeſſe a outro ſob certa pena de o fazer herdeiro em parte, ou em todo, ou lhe fizeſſe doaçaõ entre vivos ſob certa pena de todos ſeus bens móveis, & de raiz, direitos, & auçoens avidos, & por aver, naõ reſervando delles paraſi couza alguma. Ou foſſo feito contracto ſobre a herança de peſſoa viva porque aquelle, que naõ devia ſer ſeu herdejora, o ſeja, ſob certa penas por que tais contractos ſaõ aſſi illicitos, & por directo reprovados, que naom podem por juramento ſer confirmados: & por conſeguinte, as penas, em elles poſtas ſenaom podem pedir, nem demandar.

52 Ex quibus verbis manifeſte apparet legem Regiam improbaſſe donationem omnium bonorum præſentium, & fnturorum. Quidquid aliter ſentiat Gabriel Pet. *deciſ.* 76. *nnm.* 3. in qno Vir ille alias doctiſſimus allucinatus eſt, dum ait quod Ordinatio *d.* §.3. non improbavit donationem omnium bonorum præſentium & futurorum, ſed promiſſionem omnium bonorum appoſita pœna: adjiciens quod Ordinatio non loquitur de donatione, in qua ſine ulla pœnæ ſtipulatione contrahitur. Verius enim eſt Ordinationem primo loco egiſſe de promiſſione faciendi aliquem hæredem ſub certa pœna ibi: *Prometeſſe a outro ſob certa pena de o fazer herdeiro.* Poſtea verò non de promiſſione donandi, ſed de ipſa donatione verba feciſſe ibi: *Ou lhe fizeſſe doaçaõ entre vivos* Deinde hos contractus illicitos, & reprobatos decidit ibi: *Porque tais contractos ſaõ aſſim illicitos, & por direito reprovados, que naõ podem juramento ſer confirmados.* Unde ſatis clara deprehenditur legis diſpoſitio, improbans donationem omnium bonorum, ſive factam ſimpliciter, ſive pœna adjecta Quod clarius patet ex verſ. *E por conſeguinte* ibi: *E por conſeguinte as penas nelles poſtas ſe naõ podem pedir, nem demandar.* Ubi legiſlator ex nullitate contractus, ſuper qua diſpoſuerat, conſequentiam deſumpſit reſpectu pœnæ in eo adjectæ, ſecutus juris reſolutionem, ſecundum quam clauſulæ adjectæ in contractu ſequuntur illius
53 naturam, & efficiuntur inutiles, ſi contractus inutilis eſt Surd. *deciſ.* 7. *n.* 29. Beccius *conſ.* 52. *n.* 107. Noguer. *allegat.* 14. *n.* 51. Giurb. *deciſ.* 24. *n.* 6. & 31. Anton. Hering. *de fidejuſſ. c.* 17. *num.* 15. Valenz. *conſ.* 119. *n.* 103. & *ſeqq.* Non verò principaliter improbavit pœnam, ſed ipſum contractum, & ex nullitate illius pœnam in eo adjectam peti non poſſe per conſequentiam declaravit. Unde dicendum non eſt, quod Ordinatio non improbavit donationem omnium bonorum, ſed promiſſionem donandi adjecta pœna. Ultra quod inter promiſſionem de donando, & ipſam donationem nulla datnr differentia, ſiquidem pro-
54 miſſio de donãdo habetur pro donatione facta de præſenti, ut diximus ſupra *præludio* 1. *n.* 7. Et Ordinatio expreſſe loquitur de donatione, & quamvis ponat exemplum in donatione facta ſub certa pœna, hoc ideo factum fuit, quia in illo titulo 70. de pœnis conventionalibus agebatur; ſed deciſio quoad pœnam deſumpta eſt ex nullitate donationis à jure improbatæ. Conducunt dicta à Reynoſo. *obſervat.* 41. *n.* 11. & 12. Atqne ita ſatis corroborata manet noſtra ſententia, dnm diximus donationem omnium bonorum præſentium, & futurorun factam contemplatione Matrimoni nullam eſſe.

55 Ex dictis infertur ad illam ſatis arduam, & difficilem quæſtionem, quæ quotidie in Senatu præ manibus habetur. An ſcilicet promiſſio tertiæ facta à patre, vel à matre filio, vel filiæ in contractu Matrimonii, vel in alio, ſi pater nihil reſervavit ad teſtandum valida ſit, ſi donans alios habet filios? In qua quæſtione duas reperio opiniones contrarias: nam Valaſc. *de partit. c.* 20. *à n.* 6. *cum ſeqq.* promiſſionẽ nullam opinatur in hoc Regno: At vero Gabriel Pereyr. *deciſ.* 67. *n.* 3. & 4. contrariam tuetur ſententiam. Cujus fundamenta ſunt, nempe: qnod donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum valet mero jure: ſed hoc rejecimus ſupra. Secundum in eo poſitum eſt quod donatio omnium bonorum valet in favorem piæ cauſæ, ut jam dictum manet *n.* 34. Et quod Eccleſia, ſeu pia cauſa utitur jure communi in his, in quibus privilegiata non reperitur, ut in præſenti. Verum id in favorem piæ cauſæ procedere ſpeciali jure tradunt ſuperius relatis *d. n.* 34.

Deinde dicit Pereyra, quod ſæpe de jure Civili 56
adimitur teſtandi facultas, & tamen illud pactum non dicitur bonis moribus contrarium. Ponit exemplum in eo, qui ſe in adoptionem alterius dedit, is namque teſtari non poteſt *ex L. filius familias ff. de teſtam.* §. *non tamen. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* Quare non omnis actus, per quem libera teſtandi facultas adimitur, eſt improbatus; ſed ille ſolum, per quem quis per ſtipulationem, vel appoſitionem pœnæ directe alii adimit talem facultatem: Et ita procedere ait text. *in L. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obligat.* ibi: *Si hæredem me non feceris, tantum dare ſpondes.* Quod aliter ſe habet in donatione, in qua non ab alio teſtandi facultatem quis aufert, ſed, à ſe ipſo non directe ſed in conſequentiam. Hoc antem fundamentum diluitur ex eo, quod is, qui ſe in adoptionem dedit, quamvis filiusfamilias efficiatur, non tamen fit inteſtabilis in perpetuum; eo enim ipſo, quod exiit à poteſtate patris adoptivi teſtabilis manet. Similiter, & is, qui religionem ingreditur ante profeſſionem, quoad mundum morti æquiparatur, teſtamentum condere poteſt: illud autem, quod dicitur, quem ſibi ipſi facultatem teſtandi adimere poſſe falſum eſt, & contra textum *in L. pactum, quod dotali C. de pact. cum ſimilibus.*

Tertium Gabrielis fundamentum conſiſtit in Or- 57
dinatione *lib.* 4. *tit.* 97. §. 4. ad quam Gabriel admiratur non advertiſſe Valaſcum ubi donatio facta filio comprobatur à lege, non ſolum ex cauſa dotis, ſed ex alia cauſa. Sed imprimis non bene notatnr Valaſcus, quia *in dict. cap.* 20. *de partit. n.* 7. difficultatem agnovit deductam ex d. Ordinatione *tit.* 97. §. 3. & 4. & ſi majori cum ratione notandus eſt Gabriel, qui illum non legit. Et quatenus ex ea Ordinatione deducit, quod donatio facta filio à Lege comprobatur.
Reſpondendum eſt Ordinationem non diſponere, quod 58
donatio tertiæ facta ab habente alios filios valida ſit. Sed tantum dicit, quod filius, cui pater donavit tam ob Matrimonii cauſam, quam propter aliam, ſi tempore partitionum ſe abſtinuit à paterna hæreditate, habet obligata bona tertiæ parentis, ut intra ſuam legitimam, & tertiam donantis donatio in eum collata inofficioſa dici non valeat. Quod longe differt à donatione tertiæ, quando enim bona tertiæ applicantur ratione hypothecæ, ne filius, qui hæreditatem repudiavit, cogatur reſtituere illud plus, quod habet ultra legitimam, id non procedit ex donatione, ſed ex juris diſpoſitione. Poteſt enim contingere, quod pater donans ſine mentione tertiæ, poſtea tot bona adquirat; quod non ſit neceſſaria tertia ad implementum dotis. Et ſic parens non redditur omnino inteſtabilis, ut optime reſpondet Valaſc. *d. cap.* 20. *n.* 7. Proindeque non obſtat prædictum fundamentum.

Contraria vero ſententia probatur à Valaſco *dict.* 59
c. 20. *uſque ad n.* 14. & ejus fundamenta ſunt. Quia in hoc Regno parentes, qui filios habent, tantum diſponere poſſunt de tertia bonorum; quippe duæ partes hæreditatis ſunt legitima filiorum. Ordinatio *lib.* 4. *tit.* 82. de qua legitima pater diſponere nequit neque illi gravamen injungere, ut alibi diximus, & probatur ex text. *in L. quoniam in prioribus C. de inofficioſo teſtam.* Adeo, ut neque

legata

legata pia à parente relicta filiorum legitimas minu-
ant Andr. Gail. lib. 2. pract. obſervat. 119. num. 6.
Proin leque ſi promiſſio, vel donatio valeret, utique
etiam donatio omnium bonorum præſentium, & fu-
turorum valida foret. Sed hæc non valet ex ſupra re-
ſolutis. Ergo neque valere debet donatio tertiæ,
quæ deducitur de bonis repertis tempore mortis, &
de juribus, & actionibus, non de aliis in vita dona-
tis Palac. Rub. in L. 25. Tauri, & in rubr. de donat.
inter §. 49. in fin. Anton. Gomez in d. L. 25. Tauri, &
in L. 23. & in L. 29. n. 25. in fin. Gama deciſ. 185.
n. 1. & 2. deciſ. 206. n. 5. & deciſ. 308. n. 10. Valaſc.
60 de partit. c. 19. n. 9. & ſeqq. adeo quod valor tertiæ
in dote promiſſæ conſideretur tempore mortis promit-
tentis Gama deciſ. 103. Gratian. c. 98. per totum Valaſc.
de partit. c. 19. num. 5. Larrea allegat. 76. num. 9. &
ſeqq. Quapropter pater, qui tertiæ donationem fe-
cit, omnium bonorum donationem feciſſe cen-
ſetur, & ſibi adimere liberam teſtandi facultatem.
Facit, quia donatio hæreditatis non valet tan-
61 quam comprehendens omnia bona præſentia, & fu-
tura adeo, ut nec de præſentibus interpretari va-
leat Bart. in L. fin. n. 14. Cod. de pact. ubi Cagnol. num.
176. Clar. in §. donatio q. 59. n. 6. Cevall. commun. con-
tra commun. q. 140. n. 2. Oſach. deciſ. 100. n. 24. Fontan.
de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 9. p. 4. n. 44. & 89. Atqui
donatio tertiæ quamvis apud nos dicatur quotæ bo-
norum, tamen in effectu eſt quota hæreditatis, ut
ad intentum dixit Valaſc. dict. cap. 20. n. 13. Et ſic
ita ut non poteſt quis donare hæreditatem, ita pa-
ter qui filios habet, tertiam donare non poteſt, cum
de illa tantum poſſit teſtari. Quippe omnium bono-
rum præſentium, & futurorum donationem feciſſe
cenſetur.
Confirmatur ex eo quod ille qui non habebat alia
62 bona præter ea quæ donavit, cenſetur feciſſe dona-
tionem omnium bonorum Gratian. c. 256 n. 13. Lar-
rea dec. 66. n. 10. Ubi n. 24. teſtatur judicatum do-
nationem factam à Maria, de qua ibi, fuiſſe nullam;
quia Maria nil amplius habebat, quam domum, &
cenſum mille aureorum, quos donaverat. Unde cum
pater, qui tertiam donavit, vel promiſit, nil amplius
habeat, de quo teſtari poſſit, tertiæ donatio nulla ju-
dicari debet: prout contra opinionem Gabriel. Pe-
reyra judicavit Senatus die tertia Julii anno 1668. in
lite Dominicæ Freyre cum Senatore Joanne Monte-
rio de Faria Actuario Ludovico Correa de Torres.
Cum verò ipſe Senator impedimenta in Cancellaria
obtuliſſet, & jam ego, & alii Senatores, nempe D. Jo-
ſephus de Menezes, & Joannes de Roxas de Azeve-
do, qui fuimus in prima ſententia, eſſemus extra
Senatum, cauſa aliis Senatoribus commiſſa, excep-
tiones fuerunt rejectæ die 28. Aprilis anni 1671.
confirmata, & expedita per Cancellariã noſtra ſẽtẽtia.
Valet tamen donatio omnium bonorum, præſen-
tium, & futurorum, & tertiæ facta ab eo, qui filios
habet; ſi donator ſibi reſervaverit aliquid ad teſtandũ
dummodo tamen non reſervet quid valde modicum
63 ut advertunt DD. in L. fin. C. de pact. & in d. L. ſti-
pulatio hoc modo concepta, Scribunt Gama dec. 255.
n. 1. & dec. 348. n. 4. Molin. de primog. lib. 2. c. 10. n. 14.
Larrea dec. 10. n. 2. & dec. 66. n. 35. Aug. Barboſ. voto
25. n. 5. Reynoſ. obſerv. 41. n. 24. Si enim reſervatio ſit
in minima parte, non valebit donatio: ut judicatum
dicit Gama ubi proximè n. 2. Reynoſ. d. n. 24. Anton.
Gomez in L. 69. Tauri n. 3. Larrea dec. 66. n. 25. Can-
cer lib. 1. var. c. 2. n. 128. Peguer. dec. 137. Valaſc. de
64 partit. c. 20. n. 16. Qui dicit arbitrio Judicis relinquen-
dum, quæ reſervatio dicatur congrua, vel modica; ita
ut ultra reſervata ad teſtandum remaneant donatori
alimenta neceſſaria ſecundùm Gutierr. de juram. con-
firm. 1. p. c. 11. num. 15. Quam declarationem juſ-
tiſſimam dicit Reynoſ. obſervat. 41. num. 25.

Inſuper non ſufficit, quod donator ſibi aliquam par- 65
tem reſervaverit ad teſtandum, & diſponendum inter
filios tantum; quia non remanet libera teſtandi facul-
tas: & ideo donatio nulla eſt: ut optime tradit Can-
cer. d. lib. 1. cap. 8. num. 206. Quod etiam declara,
ut ſi donator, qui certam partem ſibi reſervavit
ad teſtandum, in eodem inſtrumento donationis de
reſervatis diſpoſuit, nulla eſt donatio omnium bono-
rum præſentium, & futurorum: ut tenent Anton.
Faber. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 36. de donat. diffinit. 9. Fon-
tan. de pact. nupt. clauſ. 4. gl. 23. n. 22. Et ita judicavit 66
Senatus in lite Dominicæ Freyre cum Senatore Joan-
ne Monterio de Faria ejus Genero die tertia Julii an-
no 1668. Actuario Ludovico Correa de Torres. Fe-
cerant enim ſoceri donationem tertiæ filiæ nubenti
cum reſervatione quarundam ædium, de quibus
in ipſa ſcriptura diſpoſuerunt ad favorem filiæ, &
ſponſi: donatio tamen nulla declarata fuit.
Alius caſus eſt, in quo donatio omnium bonorum
præſentium, & futurorum valida eſt. Quando ſcili-
cet donator ſibi reſervavit uſumfructum uſque ad
mortem juxta doctrinam Bart. in d. L. ſtipulatio hoc
modo concepta, ubi Jaſon. n. 7. poſt alios Gama, qui ju- 67
dicatum dicit, deciſ. 166. n. 3. & 5. ubi Flores de Me-
na Qui tradit de jure Caſtellæ hanc opinionem eſſe
ſervandam. Idem Gama deciſ. 339. n. 2. & deciſ. 348.
n. 3. Reynoſ. obſerv. 41. n. 32. Larrea dec. 66. n. 18. &
37. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 32. nu. 5. cum
ſeqq. Cancer. lib. 1. c. 8. n. 78. Vincent. de Franch. de-
ciſ. 168. n. 1. & ſeqq. Amat. reſol. 26. n. 3. Valenz. conſ.
117. n. 4. Aug. Barboſ. voto 25. n. 4. Fontan. de clauſ. 3.
gloſſ. 22. & clauſ. 3. gloſſ. 4. n. 11. Gutierr. de juram. con-
firm. 1. p. c. 11. n. 14. Molin. lib. 2. c. 20. n. 19.
Et hoc caſu fructus pertinent ad donatorem qui de
illis poteſt teſtari, & etiam de bonis quæſitis ex die-
to uſufructu Mantic. dict. lib. 13. tit. 32. n. 6. Cancer. l. 3
var. c. 2. n. 121. & 122. Valenz. conſ. 117. n. 4. & 7. Amat.
reſol. 76. n. 25. Covarr. lib. 3. c. 12. Quod idem dicen-
dum de fructibus maturis, etiam pendentibus tempo-
re mortis donatoris, qui ad illius hæredem ſpectant. 69
Surd. conſ. 17. n. 110. Tondut. reſolut. civil. c. 158. nu.
Vincent. de Franch. 8. deciſ. 168. numer. 3. &
4. Valenz. d. conſ. 117. à numer. 7. Declara prædic-
tam reſolutionem, ut non valeat donatio, ſi fruc-
tus reſervati vix ad alimenta ſufficiunt; quia tunc
non valet donatio, ut, poſt alios ſcribit Mantic. d. lib.
13. tit. 31. n. 2. & tit. 32. n. 16. Molin. lib. 2. c. 10. n. 25.
Barboſ. voto 25. n. 4. Amendol. ad Vincent. de Franch.
deciſ. 168. n. 3.
Deniq; ſi donatio tantum facta fuerit de bonis mo- 70
bilibus, & immobilibus, etiam ſi dictum ſit de præſen-
tibus, & futuris, valebit prædicta donatio: ut ſcri-
bunt Bart. in L. ſtipulatio hoc modo concepta n. 5. &
ſeqq. Bertrand. qui dicit communem conſ. 140. plures
refert Tiraq. qui etiam communem refert. de retract.
lignagier. §. 1. gl. 7. n. 9. Gutierr. de juram. confirm. cap.
11. n. 16. & 17. Reynoſ. obſerv. 41. à n. 9. Jul. Clar. in §.
donatio q. 19. n. 5. Gama deciſ. 339. n. 2. Ex ea ratione,
quia bonorum mobilium, & immobilium appellatione 71
non continentur jura, & actiones, quæ tertiam de
per ſe conſtituunt bonorum ſpeciem, ut colligitur ex
text. in L. à Divo Pio §. in venditione ff. de re judicata
Pinel. in rubr. C. de bonis matern. n. 24. Roxas in epi-
tome ſucceſſ. c. 30. n. 18. & ſeqq. Covarr. in relatum c. 2.
de teſtam. n. 2. & 3. Sanches ad præcepta Decalogi lib.
2. c. 14. n. 2. Merlin. de pignor. lib. 2. q. 29. n. 50. & ſeqq.
Olea de ceſſione jurium. tit. 2. q. 1. à n. 16.
Declara tamen prædictam reſolutionem, ut habeat 72
locum caſu, quo donans habebat aliqua jura, & ac-
tiones, & quidem non parvi valoris, de quibus teſtari
poſſit; tunc enim valebit donatio. Secus verò ſi nulla
habebat jura, vel erant parvi valoris; quippe tunc do-
natio nulla erit: ut optime notat Gutierr. d. c. 11. n. 18.

quem refert, & ſequitur Reynoſ. *obſervat.*41. *n.*12. *verſ. ſed eſt obſervandum.*

73 An autem eo caſu, quo donator omnium bonorum certam rem, vel quaotitatem reſervavit ad teſtandum, & poſtea de illa non diſpoſuit, illa res vel quantitas pertineat ad donatarium, vel ad venientes ab inteſtato ipſius donatoris? Non ſatis conſtat. Quoniam plures D.D. non modicæ aoctoritatis tenent pro donatario, dicentes requiri, quod expreſſe, & ſpecialiter detur, vel quantitate teſtetur, aliàs expirat facultas Caſſan. *conſ.* 37. *n.*27. *&* 29. ubi alios refert. Et pro hac opinione judicatum dicit Theſaur. *dec.*97. Et eſſe juri conſonam tradit Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.*23. *n.*14. Et facit deciſio Phæb. 2. *p. dec.*128. *n.*20. *& arreſto* 14. Surd. *deciſ.*272. *n.* 18. *verſ. & pro hac parte.*

Contrariam tamen ſententiam immo quod is, qui ex pacto, vel reſervatiooe diſponere poterat de re, vel quantitate; ſi oon diſpoſuit cenſeri reliquiſſe venientibus ab inteſtato, tenent plures alii. Ex ea ratione, quia inteſtatus cenſetur bona relinquere venientibus ab inteſtato, qui ex voluntate deſuncti ſuccedere intelliguntur per text. *in L. ſi quis eum nullum. L. conficiuntur* 8. *ff. de jure codicillorum gl. in L. non juſtum verb. repetitum in fin. C. ad Trebell.* Nam qui non teſtatur, videtur alienare in venientes ab inteſtato *L. codicillis* §. *matre ff. de legat.* 2. Bald. *in L. cunctos populos n.*17. *verſ. venio ad ſecundum C. de Sacroſ. Eccleſ.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.*7. *tit.*7. *n.* 14. Surdus *deciſ.*272. *n.*8. *verſ. præmiſſis, & in fin. deciſ.* Hieronym. Leo *deciſ.*12. *n.*17. Footan. *de pact. nupt. clauſ.*4. *gloſſ.*23. *n.*10. *&* 11. Seſſe *deciſ.*48. *n.*7. *& deciſ.*53. *n.*6. Anton. Amat. *reſolut.*76. *à n.*18. *cum ſeqq.* Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. c.*6. *gloſſ.*11. *n.*15. Cancer. *lib.*1. *c.*2. *n.*116. *& cap.* 8. *n.*79. Atque ita noſtræ quæſtionis reſolutionem pro venientibus ab inteſtato amplectuntur ſuperius relati: & pro ea judicatum dicit Vincen. de Franch. *dec.*45. *& deciſ.*600. Surd. *ubi ſupra n.* 9. *& conſ.* 357. *n.* 8. Et ab ea non eſſe recedendum ait Fontan. *d. gloſſ.*23. *n.*14. *in fin.* Riccius ad Franch. *deciſ.*45. *verſ. ego non diſcedo*, Oleo *de ceſſion. jur. tit.*3. *q.*1. *n.*37. Quæ mihi etiam verior videtur, & tenenda.

75 Porrò non eſt omittenda illa qoæſtio, An donatarius omnium bonorum poſſit à creditoribus conveniri actione perſonali pro debitis donantis? Quam negativè reſolvit Reynoſ. *obſervat.*42. *à n.*21. *cum ſeqq.* Et in puncto juris dubitatione caret per text. *in L. æris alieni Cod. de donat.* Et quia donatarius omnium bonorum non habetur pro hærede Anton. Faber. *in Cod. lib.*2. *tit.*24. *tit. qui & adverſus quos reſtit. in integrum poſtul. diffinit.*3. *& lib.*8. *tit.*34. *de donat. diffinit.*4. 5. *&*
76 *penult.* Hæc tamen ſententia temperanda eſt, ut ſcilicet tunc donatarius recta via conveniri non poſſit, quando donator eſt ſolvendo, vel habuit hæredem. Si verò donans non habuit hæredem, vel hæreditas non eſt ſolvendo, bene poteſt agi contra donatarium actione perſonali; ut vitetur circuitus: optime tradit Cancer. *lib.*1. *c.*8. *n.*68. Hieron. Leo *dec.*107. *n.*37. Ubi *n.*34. *&* 35. ita pluries judicatum dicit, Amat. *reſolut.* 58. *à n.*9. *verſ. tamen & n.*13. Giurb. *dec.*62. *n.*33. Gutierr. *lib.*2. *pract. q.* 58. Mierez *de Major.* 1. *p. q.*24. *n.*112. Merlin. *de pign. lib.*4. *tit.*5. *q.*143. Michael. Angel. ad Capyc. Latro *obſerv.*44. *n.*8. Boer. *deciſ.*404. *n.*43. Cyriac. *controv.*14. *n.*11. Thuſc. *littera* D. *concluſ.*651. *n.*9.

77 Declara, ut donatarius omnium bonorum præſentium; & futurorum cum aliqua reſervatione ad teſtandum teneatur ſolvere debita contracta aote donationem; quia bona donata non dicuntur niſi deducto ære alieno. Non vero tenetur ad debita contracta poſt donationem, pro quibus nullo modo poteſt conveoiri Abbas *conſ.*102. *circa perſonarum col.* 3. *n.* 2. *verſ. hoc ergo caſu lib.*2. Thuſc. *littera* D. *concluſ.*651. *n.* 2. *&* 3. Cancer. *l.*1. *c.*8. *n.*68. *& lib.*3. *c.*7. *n.*128. *&* 129. Capyc. Latro *deciſ.* 44. *n.* 24.

Subſequitur quæſtio, An Epiſcopo donare poſſit 78
res, vel bona intuitu Eccleſiæ acquiſita, vel ex fructibus Epiſcopatus? Pro cujus reſolutione præmittendum eſt, quod de jure neque Clerici, neque Epiſcopi poſſunt diſponere, neque teſtari de boois quæſitis ex redditibus Beneficii, vel Epiſcopatus. At verò de conſuetudine generali totius Hiſpaniæ Clerici bene poſſunt teſtari, & relinquere ſuis hæredibus quæſita intuitu ſuorum Beneficiorum; ita ut etiam in dictis bonis ſuccedant venientes ab inteſtato, ſicut in profanis Covarr. *in c. cum in officiis de teſtam. num.*9. Navarr. *in manual. c.*25. *n.*129. Valaſc. *conſult.*165. *n.* 11. *& de partit. c.*35. *à n.*7. Quamvis ibi contrarium teneat in bonis Clerici, qui de illis non diſpoſuit, & abſque teſtamento deceſſit. Sed etiam idem procedere ab inteſtato docent Spino *in rubr. de teſtam. p.*14. *gloſ. n.*12. *&* 16. Gabr. Pereyr. *deciſ.*95. *n.*20. *& ſeqq.* Gama *dec.* 323. *n. fin.* Barboſ. *in L. divortio in princ. p.* 2. *n.*63. Solorz. *de jure Indiar. tom.*2. *lib.*3. *c.*10. *n.*11. Oliva *de foro Eccleſ.*2. *p. q.*31. *n.*1. D. Chriſt. Creſp. de Valdaura *obſervat.*51. *n.* 4. Et hanc conſuetudioem tuetur Gabriel. Pereyr. Maou Regia 2. *p. c.*16. *n.*29. & probavit *Ordinat. l.*2. *tit.*18. §. 7. *in fin.* At vero circa Epiſcopos, & Prælatos Superiores jus manet incorrectum, ſecundum quod Epiſcopi per teſtamentum, vel 79
aliam ultimam voluntatem non poſſunt diſponere de bonis ex redditibus Eccleſiæ adquiſitis, quæ per eorum mortem debent Eccleſiæ reſervari *c. præſenti ubi gloſ. verb. reſervari de officio Ordin. in* 6. Et eſt communis opinio, ut per Corn. *conſ.*314. *n.*2. *lib.*3. Bellon. *conſ.*3. Barboſ. *in L. divortio* 2. *p. n.*58. Thuſc. *littera* B. *concluſ.*79. *per totam* Covarr. *in d. c. cum in officiis n.* 9. Valaſc. *de partit. c.*35. *n.*15. Molin. *de primog. lib.*2. *c.*10. *n.* Gama *deciſ.*323. *n.*3. Solorzan. *d. lib.*3. *cap.*10. *n.*9. *&* 12. Oliva *d.*2. *p. q.*31. *n.*10. Gabriel. Pereyr. *deciſ.*95. *n.*7. Ubi, quod Epiſcopi non teſtantur, niſi ex diſpenſatione Summi Pontificis Solorzan. *dict. cap.* 10. *n.* 13.

Quæ prohibitio, ut Epiſcopi non poſſint teſtari ex- 80
tenditur à DD. ut neque donatiooem cauſa mortis facere poſſiot, cum fere nihil à teſtamento diſtet *L. fin. C. de donat. cauſa mortis L. cum antiquitas Cod. de teſtam.* Et ita in expreſſo tenent Molin. *lib.*2. *c.*10. *n.* 31. Navarr. *conſ.*4. *in tit. de donat. n.*4. Cevall. *commun. contra commun. q.*388. *n.*64. Solorzan. *d. c.*10. *n.* 10. Quæ reſolutio reſtringenda eſt ad bona quæſita intuitu Eccleſiæ: at verò de patrimonialibus, vel 81
quæſitis ante Epiſcopatum, vel poſtea ex ipſius induſtria recte poſſunt Epiſcopi diſponere, tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem: quia ad hoc habentur, quaſi ſæculares, DD. *in cap. Epiſcopi cap. ſint manifeſta* 12. *q.* 1. *cap.* 1. *c. fixum* 12. *q.* 5. *cap. quia nos de teſtam. cap. cum dilectas de jure patronatus* Molina *de juſt. & jure tom.* 1. *diſp.* 142. 145. *&* 147. *n.*3. alter Molin. *lib.*2. *cap.*10. *n.*27. *&* 51. Covarr. *d. cap. cum in officiis n.* 1. Azor. *Inſtit. moral. p.*1. *lib.*7. *cap.*9. *q.*1. *& lib.*12. *cap.*12. *q.*2. Maria *de juriſdict.*4. *p. caſu* 24. *per totum* poſt plures Solorzan. *d. c.*10. *n.*1. *&* 2. Creſp. *obſervat.*51. *num.*7. Immo poſſunt Epiſcopi diſponere de quæſitis ex aliquibus Beneficii redditibus, vel penſionibus, quas obtinent ex diſpenſatione Summi Pontificis. Quia quoad hoc illis prodeſt conſuetudo, quæ viget in aliis Beneficiatis. Et de quæſitis ex ſalariis; quæ obtinent ratione alicujus officii Gabriel. Pereyr. *deciſ.* 95. *n.* 8.

Sed, quod inter vivos Epiſcopi de redditibus Ec- 82
cleſiæ diſponere poſſunt, dubium non eſt. Et ſic donare poſſunt, etiam non modice, & in profanos uſus, dum proſpera utuntur valetudine Molin. *de juſt. tom.* 1. *diſput.*148. *n.*3. æquiparantur namque uſufructuario,

qui

qui poteſt fructus, quos percepit, libere donare; ac de eis pro libitu diſponere *gloſſ. verb. reſervari in cap. præſenti de offic. Ordin. lib. 6.* quam ſequuntur communiter DD. ut poſt. Abb. Anton. & alios docent Molin. *d. c. 10. n. 33.* Gratian. *ca.* 854. *n.* 9. Aug. Barb. *de poteſt. Epiſcopi 2. p. alleg.* 114. *n.* 33. Solorz. *d. lib. 3. c. 10. n. 26. & ſeqq. uſque ad n. 78.* Et confirmatur ex ſimili: videmus enim Pontificem Romanum qui teſtari non poteſt de bonis quæſitis intuitu Papatus, libere de illis diſponit etiam in profanos uſus ſine ulla limitatione uſque ad ultimum vitæ exitum, ut advertit Azor. *Inſtit. moral. 2. p. lib. 7. c. 28. q. 1.* & poſt alios Solorzan. *d. c. 10. n. 30. & 31.*

83 Quod ampliatur, ut procedat etiam in religioſo Epiſcopo, qui eodem modo in vita donare poteſt bona quæſita ex redditibus Epiſcopatus, ut licite poteſt Epiſcopus ſæcularis Cardinalis *in Clement. verſ. ſed, & tales not. 1. de vita & beneſt. clericorum* Navarr. *de reddit. Eccleſ. q. 1. n. 81. & conſ. 70. n. 4. in tit. de regular. in antiquis.* Rota apud Ludoviſ. *deciſ.* 401. & *deciſ.* 466. Ubi fuit firmatum Epiſcopum Regularem facere fructus ſuos in vita, & de eis poſſe diſponere, ac ſi eſſet ſæcularis. Et quod ita obſervatur in toto Orbe Chriſtiano dixit Tapia *in Auth. ingreſſi verb. ſua cap. 6. num. 59. & ſeqq.* Mar. Cutell. *de donat. tract. 1. diſcurſ. 2. partic. 3. nu. 136.* Diana *reſolut. moral. pag. 3. tract. 2. reſolut. 50. & pag. 5. tract. 2. reſolut. 64. verſ. notandum.* Molin. *tract. 2. diſp. 276. verſ. religioſus in conventu* poſt alios Aug. Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi p. 3. allegat.* 114. *n.* 22. quam etiam late comprobat Solorz. *d. lib. 3. cap. 10. n. 46. & ſeqq.* Ubi *n.* 61. ait, quod quotidiana praxis oſtendit nullam differentiam ſubſiſtere inter dictos Prælatos ſæculares, & Regulares; quia omnes pari paſſu diſponunt ad libitum inter vivos de bonis quæſitis intuitu Epiſcopatus. Et hanc partem veriorem, & communiorem tuetur *num.* 64. Quidquid in contrarium teneant ab eo relati *n. 37. & ſeqq.* Noguer. *allegat. 26. n. 160. & ſeqq.* Qui contrariam ſententiam defendit cum moderamine, ſcilicet, quod Epiſcopus Regularis poſſit modice donare, & ad opera pia, non autem immodice. Qui quidem, ut Advocatus ſcribit ſavore ſui clientis. Gabr. verò Pereyr. *deciſ.* 75. judicatum teſtatur in Senatu nullam fuiſſe habitam inſtitutionem Majoratus ab Epiſcopo Regulari Fr. Petro Brandaon factam. Sed, ut notavit Solorz. *dict. c. 10. n.* 60. Gabr. Pereyra nullum Auctorem allegat, qui loquatur de donatione inter vivos facta ab Epiſcopo Regulari, ſed ſolum de actu teſtandi. Quare dicit propoſitionem Gabrielis ſola ſua auctoritate niti, quæ contra tot, & tam gra-
84 ves PP. prævalere non debet. Cui reſponſioni, ſalvando Senatus ſententiam, de qua ibi, ſubjicere libet; quod in ea deciſione actum fuit de annullanda inſtitutione Majoratus inſtituti per donationem cauſa mortis: ut conſtat ex principio illius ibi: *Donationes ampliſſimas in conſanguineos exercuit inter vivos, & cauſa mortis Majoratum inſtituit.* Quo dato juſtiſſima fuit Senatus ſententia; ſiquidem Epiſcopus tam Regularis quam ſæcularis mortis cauſa donare non poteſt, ut diximus ſupra *n.* 80. Atque ita non obſtat Senatus deciſio. Et inconcuſſa manet noſtra reſolutio.

85 Major verſatur difficultas, An donatio inter vivos facta ab Epiſcopo ægrotante, & morti proximo valida ſit? Et pro parte negativa ſtat Sarmient. *de redditib. Eccleſ. p. 4. c. 4. n.* 6. Ubi tradit, quod licet in vita Epiſcopo permiſſa ſit diſpoſitio bonorum, tamen ſi proximus ſit morti in infirmitate, de qua decedat, non valeat donatio; etiamſi eidem imponatur nomen donationis inter vivos, & ad traditionem deveniatur argum. text. *L. filiæ meæ emancipata, & ægra ff. ſolut. Matrim.* quem ad hoc notat Bald. *in Auth. niſi rogati col. fin. C. ad Trebell. L. ſi cum mulier de morte viri deſperans ff. rerum amotarum, & in L. cum ratio §. fraudis autem ff. de jure fiſci* optimus text. *in L. Sulpitius ff. de donat. inter* Ubi Marcellus ait: *Si color, vel titulus, ut ſic dixerim, donationi quæſitus eſt, nihil valebit traditio.* Ex quibus probat fraudem præſumi in donatione facta ab Epiſcopo ægroto in infirmitate, de qua poſtea mortuus eſt. Refert, & ſequitur Noguerol. *allegat. 26. num.* 247. Et hanc partem tuetur à *num.* 232. Et confirmat. *num.* 248. ex ſimilitudine legitimationi factæ in articulo mortis, & ex Regulis Cancellariæ, quæ omnia mutuavit nomine ſupreſſo à Solorz. *lib. 3. cap. 20. num. 100. & ſeqq.*

Deinde fulcitur hæc pars negativa ex motu pro- 86
prio Pii Quarti anno 1560. juxta quem ad validitatem donationum Epiſcopi requiritur ſuperviventia illius per quadraginta dies. Pro quo facit etiam Bulla Pii V. anno 1567. circa prædictas donationes: & faciunt alia juris fundamenta jacta à Solorz. *d. cap. 10. n. 85. & ſeqq.*

Verum his non obſtantibus contraria ſententia, quæ 87
habet donationes factas ab Epiſcopo, etiam ægrotante inter vivos validas eſſe; dummodo in illis nulla fraus interveniſſe probetur; vel ſi præſumptiones fraudis objectæ contrariis indiciis, & rei geſtæ circunſtantiis excludi poſſint; verior eſt, & tenenda: etiamſi in donatione traditio non interveniat, cum ſine illa donatio irrevocabilis perficiatur; ſiquidem traditio non reſpicit donationis ſubſtantiam, ſed executionem, *L. ſi quis argentum §. fin. C. de donat.* Solorz. *d. cap. 10. nu.* 120. Et ita donationes valere inter vivos ceſſante fraude docent Molin. *de juſt. diſp. 148. n. 8.* alter Molin. *lib. 2. c. 10. nu. 40. & ſeqq.* Ubi *n.* 42. reſpondet ad text. *in c. ad hæc. de teſtam.* Et hanc partem probarunt Abb. *in c. cæterum de donat. n.* 4. Et nihil referre quod tempore ægritudinis fiant, dixit expreſſe Navarr. *de reddit. Eccleſ. q. 1. monit.* 34. & melius *conſ. 4. n. 1. in tit. de donat.* Oldrad. *conſ.* 114. Diana *1. p. tit. de legibus reſolut.* 41. Machado *de perfecto confeſſore lib. 4. p. 6. tract. 17. dec. 13. n. 2.* Et dixit Molin. *d. c. 10. n.* 41. quod apud ſuprema Tribunalia ſic receptum, atque intellectum vidit: & quod donationes à Prælatis ægrotantibus factæ ſemper ratæ habitæ fuerunt. Et quod ſemper lites ſuper eis ob diverſitatem opinionum per compoſitionem, & concordiam componi ſolent. Idem refert Noguer. *allegat. 26. n.* 256. Cujus opinionis præcipuum fundamen- 88
tum eſt, quo donatio inter vivos, quamvis in ægritudine fiat, naturam ſuam non amittit, & irrevocabilis eſt juxta text. *in L. ſeja §. cum pater ff. de donat. cauſa mortis:* ut diximus ſupra §. 3. *n.* 22. Gabr. Vaſq. *in tract. de reddit. q. 1. §. 3. dub. 6.* Sylveſt. *in ſummæ verb. clericus 4. q. 3. & 5.* Solorz. *d. c. 10. à n. 118. cum ſeqq.* Qui *n.* 132. cum Molin. *d. c. 10. n.* 44. concludit, quod quando caſu occurrerit deliberandum eſt: & ſic cenſet multum in materia intereſſe Judicis arbitrium conſideratia perſonarum, rerum, & temporum qualitatibus, & circunſtantiis. Cui etiam aſſentior.

Et notat, quod ſpolia Epiſcoporum de jure per- 89
tinent ad Eccleſiam ex text. *in cap. Epiſcopi 12. quæſt. 1. cap. Pontifices 12. q. 3. cap. Sacerdotes cap. quicunque 12. q. 4. c. 1. cap. fixum. 12. q. 5. c. ſtatutum 18. q. 1. ubi gloſſ. ab omnibus recepta Auth. licentiam C. de Epiſcopis, & clericis.* Vel pertinent ad ſucceſſores *ex hæc cujus placiti ubi gloſſ. verb. ſucceſſionis c. non liceat 12. q. 2. c. quia ſæpe. 40. de elect. in 6.* Molin. *de Juſt. diſp. 147. n. 9.* Covar. *in c. cū in officiis n. 9. & in c. relatū c. 2. n. 2. & 3. de teſtam.* Garcia *de beneſ. 5. p. c. 1. n. 594. & 596. & 2. p. c. 1. n. 12.* Thuſc. *littera. B. concl.* 111. Quæ opiniones concordantur, ut ſucceſſori competant dicta ſpolia; tanquam nomine Eccleſiæ, ut ejus diſpen-

ſator, vel adminiſtrator diſpenſet, vel diſtribuat, ſicut
alia bona, redditus ejuſdem Eccleſiæ Ut tradit So-
lorz. d. l. 3. c. 11. n. 5. & 6.

Sed Juris Canonici prædicta conſtitutio derogata
fuit per Bullam Pauli III. anno 1441. & per alias Ju-
lii III. Pauli IV. & Pii V. qui prædicta ſpolia Ca-
meræ Apoſtolicæ applicari juſſerunt ſecundum So-
lorz. d. c. 11. n. 18. At verò in hoc Regno prædictæ
novæ conſtitutiones non fuerunt receptæ, neque ob-
ſervantur, ut optime refert Pereyr. deciſ. 95. Et qui-
dem conſuetudo excludens Cameram Apoſtolicam ad
ſpoliis Epiſcoporum valida eſt, & ſervanda: ut egre-
gie probat Solorz. d. l. 3. c. 11. n. 23. & 24.

Denique notabis, quod Epiſcopi Titulares, & An-
nulares, qui aliqua Beneficia poſſident, vel ſalaria
etiam Eccleſiarum, bene teſtari poſſunt, ut judicatum
dicit Pereyr. deciſ. 95. n. 8.

Deinde notandum eſt, quod veſtes datæ, vel miſ-
ſæ ſponſæ ab ſponſo ante contractum matrimonium
non cenſentur donatæ, niſi de hoc expreſſè agatur; ut
ſcribunt Bart. in L. 1. §. neque caſtrenſe ff. de collat.
bonor. Joan. Lup. in rubr. de donat. inter §. 6. n. 1.
& ſeqq. Ant. Gom. in L. 51. Tauri n. 5. dicit judi-
catum Gam. deciſ. 71. n. 3. & 4. Ubi Flores de Me-
na, & deciſ. 123. n. 1. & ſeqq. optime Surd. dec. 166. à
n. 24. cum ſeqq. Cancer. lib. 1. var. c. 9. n. 192. Hier. Leo
dec. 36. à n. 7. cum ſeqq. & nu. 11. Cyriac. controv.
120. n. 50. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 7. gl. 3. p. 6. n. 62.
& 74. Valaſc. de partit. c. 13. n. 52.

93 Limita primo, ut non procedat reſolutio, quando
de more civitatis veſtes, aut quælibet res donari con-
ſueverunt ſponſæ. Quia tunc donatæ cenſentur. L. 1.
§. officium ff. de tut. & ration. diſtrahen. Palac. Rub.
d. §. 6. n. 2. 3. & 4. Surd. deciſ. 166. num. 32. & ſeqq.
Cancer. d. c. 9. n. 192.

Limita ſecundo in veſtibus quotidiano uſui inſer-
94 vientibus, quia donatæ cenſentur Gama deciſ. 308.
n. 13. Gom. in L. 50. Tauri n. 4. Surd. ubi ſupra n. 4.
& ſeqq. Cyriac. contr. 120. n. 50. & ſeqq. Limita tertio
ſi res ab ſponſo miſſæ non ſint magni valoris, quia
donatæ præſumuntur Surd. d. deciſ. 166. n. 29. Cancer.
d. n. 192. Ubi quod judicis arbitrio relinquitur, quæ
res ſint non magni valoris. Limita quarto in annulis
ſponſalitiis; quia donati intelliguntur Cyriac. contr.
120. à nu. 59. Ubi nu. 63. & ſeqq. quid de jocalibus
majoris valoris dicendum ſit. Quinto limita, ſi res eſt
inter nobiles, & divites: quia præſumitur donatio Surd
deciſ. 166. à n. 31. Cancer. d. c. 9. n. 192. Gutierr.
pract. q. 19. n. 4. Hier. Leo deciſ. 36. n. 17. Giurb. ad ſta-
tut. Meſſan. c. 13. gloſſ. 54. n. 12. Gratian. diſcept. forenſ.
c. 190. n. 15. Apud quos plura de materia videre potes.

Donatio facta ab ſponſo futuræ uxori ante Ma-
95 trimonium valida eſt, ſi ſtatim dominium fuit tranſ-
latum. L. 1. C. de donat. ante nupt. Si verò collata
fuit in tempus Matrimonii, non ſubſiſtit. d. L. 1. L. 4.
C. eodem ubi Ang. Barboſ. Sanch. de matr. lib. 6.
diſp. 1. n. 5. Thuſc. lit. P. concl. 88. n. 3. & 4. Angel.
Boſſ. de dot. c. 8. §. 2. n. 21.

96 Donatio facta uxori à conſanguineis viri, vel è
contra facta viro à conſanguineis uxoris contempla-
tione viri, vel uxori, quæritur ei, cujus contempla-
tione facta eſt Anton. Gom. in L. 14. Tauri n. 7. verſ.
ſed his non obſtantibus. Maſcard. concl. 563. à num. 5.
Valaſc. de partit. c. 13. n. 44. & ſeqq. Gratian. c. 189.
Barboſ. in L. quæ dotis n. 24. & ſeqq. ff. de ſolut. matr.
Garcia de conjug. q. n. 101. Et nota: quod mulier tran-
ſiens ad ſecunda vota amittit hanc donationem, quam
reſervare tenetur filiis prioris matrimonii quoad pro-
prietatem Cancer. d. lib. 1. c. 9. n. 66. & 67.

97 Nota etiam: quod donatio, vel promiſſio facta con-
ſanguineo ab ſponſo, aut parente pro maritanda pu-
ella cum donante, vel promittente nulla eſt Palac.
Rub. in repet. c. per veſtras verbo dictus Rodericus §.
3. n. 22. Greg. Lop. in L. 9. gloſſ. 7. tit. 11. partit. 4. Et
cum pluribus Larr. deciſ. 46. n. 21. ubi n. 21. judi-
catum teſtatur.

Inſuper advertendum eſt, quod non cenſetur do-
natum, quod non erat tempore donationis c. paſto- 98
ralis 7. de donat. c. quod autem §. 1. de jur patron. L.
ſi ita 17. ff. de uſu. & habitat. L. ſi domus 74. §. fin.
ff. de legat. 1. L. & quæ nondum §. quod dicitur ff. de
pignor. Larr. alleg. 13. n. 19. Immo donator, qui aliquod
jus habet in re donata, illud tantum donare cenſetur 99
d. c. paſtoralis L. fin. C. de locat. prædior. civil. lib.
11. L. ſi ſervum 91. in princ. verſ. Item ſi homo ff. de
verbor. obligat. Petrus Barboſ. in manuſcriptis ad text.
in L. ſervis electione §. fin. nu. 6. ff. de legat. 1. poſt
alios Surd. conſ. 13. n. 4. Cancer. l. 1. c. 8. n. 112.

Prout etiam legans rem, in qua aliquod jus habet, 100
illud tantum legare cenſetur d. L. ſervi electione §.
fin. L. uxor patrui C. de legat. Anton. Gom. lib. 1. var.
c. 5. n. 24. verſ. vigeſimoquinto in foro, & c. 12. n. 15.
& 17. Cald. Pereyr. de empt. c. 10. n. 1. Gam. dec. 195.
ubi Flores de Men. Covarr. in c. filius noſter. nu. 2.
de teſt. Surd. deciſ. 93. n. 28. & conſ. 13. n. 2. Cyriac.
contr. 545. à n. 9. cum ſeqq. Cancer. d. c. 8. n. 112. & lib.
3. c. 20. n. 293. Azeved. in L. 3. tit. 6. lib. 5. Recop. à n. 7.
Fachin. contr. l. 6. c. 63. verſ. ſi quis autem, & lib. 5. c. 27.
Garcia d. expenſ. c. 22. n. 41. & ſeqq. Aylon. ad Anton.
Gom. d. c. 12. n. 17. Mareſcot. lib. 1. var. c. 72. n. 3. Ant.
Amat. reſol. 61. n. 6. Quamvis illud jus morte ſit peri-
turum l. quod in rerum §. 1. ff. de legat. 1. Gomez in L.
18. Tauri n. 3. Covarr. in d. c. filius n. 1. Surd. dec. 93. n.
23. Cyriac. ubi proxime n. 10. & 11. Cancer. d. c. 8.
num. 12.

Quocirca jus periturum intellige, niſi res, in qua
teſtator illud jus habet, ſit hæredis: ut dixit Corn. conſ. 101
84. vol. 2. Alban. conſil. 73. n. 4. Quia tunc tota res le-
gata cenſetur; ſecundum Bart. in L. cum filius 78. §.
dominus ff. de legat. 2. Alex. conſ. 95. n. 9. Jaſon. in L. ſi
ſervus 73. ff. de legat. 1. Surd. dec. 93. n. 21. Cancer.
lib. 3. var. c. 20. n. 294. Idem etiam dicendum videtur
in venditione rei, in qua venditor aliquod jus, vel 102
partem habet; quippe illam tantam vendere cenſetur
non autem, quod alienum eſt L. qui tabernas L. cum
venderes ff. de contrah. empt. Maxime ſi emptor erat
ſciens juris, quod venditor habebat Gama dec. 247.
n. 4. Cald. Pereyr. de empt. c. 10. n. 2. Surd conſ. 13. à n.
1. cum ſeqq. Canc. lib. 1. var. c. 8. n. 113.

Sed verè contrarium eſt dicendum in venditione: 103
nam in tranſlatione ex titulo gratuito, ut ſunt legata,
donationes, & ſimiles procedunt ſuperius tradita: ut
præter ſupra adductos docent Covarr. practic. cap. 2.
Mantic de conjectur. ultim. lib. 9. tit. 1. n. 9. ſeqq. Me-
noch. conſil. 1145. n. 4. At vero in venditione non jus,
quod venditor habebat, ſed tota res vendita cenſetur
d. L. qui tabernas. & L. cum venderes Ant. Gom. lib. 1.
var. c. 12. ſub. n. 15. Menoch. conſil. 1105. & 1106. n. 2.
L. ſi quis domum §. hinc ſubjungit ff. locati Jaſon. in L.
ſi domus §. fin. ff. de legat. 1. Surd. conſil. 13. à nu. 9. cum
ſeqq. Amat. reſolut. 61. n. 5. Flor. in addition. ad Gama
deciſ. 247. ad fin. Niſi vere conſtet emptorem ſcien-
tiam habuiſſe juris, vel partis, quam venditor habe-
bat, & quantitas pretii ſuaderet non totam rem ſed 104
partem, vel jus venditoris in venditionem veniſſe, ut
declarat Cancer. d. l. 1. c. 8. n. 113. Maximè ſi res vendi-
ta in inſtrumento venditionis fuerit confinibus deſi-
gnata. Cum enim confines ideo apponantur, ut per
eos certificetur, & demonſtretur res in contractu de-
ducta L. cum ſervo §. 1. ff. de contrah. empt. L. Titius
hæres ff. de action. empti. L. forma in princ. ff. de cenſib.
Quidquid intra confines continetur, venditum cenſe-
tur L. æde ſacra ff. de contrah. empt. Salicet. in L. 2. n.
7. C. eodem Barbat. conſil. 54. col. 1. & conſil. 57. col. 1. v.
4. Pariſ conſil. 2. n. 64. & ſeqq. v. 3. Socin. Jun. conſil. 54.
vol. 1. n. 1. & conſil. 28. n. 3. vo. 4. Menoch. conſil. 13. n. 9.

Surdus

105 Surdus c… … 9. *nu.* 10. Et quidem contenta intra fines præ…umuntur illius, cujus ſunt confines Pariſ. *conſil.* 27. *vol.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 393. *n.* 25. Gama *deciſ.* 230. *num.* 1. ubi Flores de Mena Valaſc. *de jure emphyt.* q. 8. *num.* 30. *& ſeqq.* Larrea *allegat.* 69. *à num.* 1. *cum ſeqq.* Cancer. *lib.* 1. *variar. cap.* 11. *nu.* 31. *& ſeqq.*

PRIMA PARS.

Caput I.

De Liberalitate uti proprio Regum munere.

SUMMARIUM.

1 *Principis donationes quam plurima habent ſpecialia.*
2 *Omnis virtus gratioſa: liberalitas autem omnium virtutum gratiſſima.*
3 *In liberalitate quadam conſideratur beatitudo.*
Qui liberalitate utuntur, benevolentiam ſibi concilient, & charitatem. Ibid.
4 *Princeps debet eſſe praditus omni virtutum genere, potentia, ſcientia, & benignitate.*
5 *Decet Principem eſſe liberalem.*
6. *Omnis liberalitas eſt donum, & Principis eſt proprium donare.*
7 *Nobilium, & eorum, qui in dignitate ſunt conſtituti, proprium officium eſt liberalitatem exercere.*
8 *Princeps nobilitatis, & dignitatum habet theſauros.*
9 *Princeps ſubditorum piiſſimus pater eſſe debet: & beneficum, liberalemque ſe exhibere erga ſubditos bonos, & malos, ut eos ſibi conciliet.*
10 *Varia expenduntur exempla Principum, qui liberalitatem exercuerunt.*
11 *Princeps donationes facere debet ſine ſpe retributionis: & exiſtimare debet ſe debere, quod donat.*
12 *In Principe damnatur avaritia.*
13 *Avaritia eſt omnium malorum radix, & mater: & nullum vitium in Principibus eſt tetrius, quam avaritia.*
14 *Avaritiam Principes fugere debent.*
Deteſtatur vitium avaritiæ. Ibid.
15 *Avarus licet multum habeat, plus cupit: & inferno ſimilis eſt.*
16 *Avaritia & luxuria ſunt peſtes, quæ omnia magna Imperia everterunt.*

HActenus de Donationibus, quæ privatis, &
Principibus communiter poſſunt convenire ſecundum
juris regulas, tunc ad Principis donationes
accedere jam jam opportunum videtur tanquam ad
noſtrum principale inſtitutum. Habent namque donationes
Principum quam plurima privilegia, & ſpecialia,
quæ in privatorum donationibus non reperiuntur,
ut notat Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi* 5.
p. conſiderat. 28. quem refert Solorza *de Jure Indiar.*
1 *tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 15. *n.* 6. Cumque juxta donationis diffinitionem,
de qua *in præludio* 1. donationis ſubſtantia
in liberalitate conſiſtat, ab illa tanquam proprio
Regum munere noſtræ tractationis initium ſumendum
eſt. Conſtat igitur quod quamvis omnis virtus
ſit gratioſa, tamen liberalitas eſt omnium virtutum
gratiſſima, ſeu gratioſiſſima: ut ſcriptum reliquit Lucas
de Pæna *in L. pen. C. de petit. bonor. ſublat.* Me-
2 noch. *conſ.* 191. *n.* 5. Aug. Barboſ. *in collect. ad text.*
in c. relatum 9. *de præb. & dignit. n.* 8. Largitas enim
facit homines famoſos, & claros: ut dixit Tullius *lib.*
1. *de officiis c.* 15. *& lib.* 2. *c.* 6. Immo eos facit beatos,
quia in liberalitate quædam conſideratur beatitudo
juxta illud Chriſti Domini, Beatius eſt dare, quam
accipere relatum *in c. cum Martha de celebrat. miſſar.*
c. prædicator. 16. *q.* 1. Et ut bene advertit Ariſtoteles
de Republica l. 22. *c.* 13. *nu.* 6. Liberalitatem comitantur
morum facilitas, comitas, & humanitas, miſericordia
erga amicos, benevolentia, hoſpitalitas, 3
honeſti ſtudium: quæ omnia in cauſa ſunt, ut qui
liberalitate utuntur, benevolentiam ſibi concilient,
& charitatem. Quod eſt aptiſſimum ad quietè vivendum,
Cicero *de finib. lib.* 2. Solorzano *emblemate*
86. *n.* 4. Unde laudabile eſt dictum Dioniſii Syracuſanorum
majoris Tyranni, qui cum filii adoleſcentis
cubiculum ingreſſus videre multa pocula argentea,
& aurea, exclamaſſe fertur. *Indignus es fili
Principatu, qui tot poculis à me acceptis neminem tibi
conciliaris.* Sentiens benevolentiam largitionibus
comparari. Quo pertinet illud Ovidii *lib.* 2. *de Arte amandi.*

Munera crede mihi placant homineſque, Deoſque,
Flectitur iratus Jupiter ipſe datis,
Quid facies ſapiens, ſtultus quoque munere gaudet,
Ipſe quoque accepto munere mitis erit.

Unde, ita ut Princeps omni virtutum genere prædi-
tus eſſe debet, nempe potentia, ſcientia, & benigni- 4
tate, dicente Cardinale Hugo ad *c.* 1. *Geneſis: Per hominem
Princeps intelligitur, qui ad imaginem Dei
debet eſſe factus, in hoc enim quod tota Trinitas facit
hominem, notatur, quod Princeps debet in tribus maxime
præpollere, in potentia quæ refertur ad Patrem;
in Sapientia, quæ refertur ad Filiū; in benignitate, quæ
refertur ad Spiritum Sanctum* Ita etiam liberalitatis
virtute debet eſſe munitus. Et ideo apud omnes unanimi
conſenſu proditum eſt, quod decet Principem 5.
eſſe liberalem Caſſan. *in Catalogo gloriæ mundi* 5. *p.
conſiderat.* 8. Molin. *de primogen. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 11. Valenz.
conſ. 155. *n.* 5. Surdus *conſ.* 203. *n.* 36. Aug. Barboſa
in collectan. ad text. in c. Abbate ſane n. 3. *de re
judic. lib.* 6. *& in c.* 1. *de donation.* Petr. Greg. *de repub.
lib.* 22. *c.* 3. Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *n.* 64.
& ſeqq. & c. 27. *n.* 75. Larrea *deciſ.* 25. *à n.* 2. D.
Franciſc. de Amaya *in L. unic. C. de collat. donator.
l.* 10. *n.* 6. Et ſic cum liberalitas dicatur, illa, quæ
in donatione verſatur: ut tradit *gloſſ. in c. relatum de
præbend. & dignit.* Jaſon. *conſ.* 199. *col.* 2. *verſ. quinto
prædicta etiam vol.* 2. Siquidem omnis liberalitas 6
eſt donum. Ita Bald. *conſ.* 375. *certum eſt, quod col.*
2. *verſ. & Bartolus ſane vol.* 3. Menoch. *conſ.* 191.
nu. 5. Verum eſt dicere, quod Principis proprium eſt
donare Solorz. *d. lib.* 2. *c.* 27. *n.* 75. Auguſt. Barboſ.
in d. c. Abbate ſane n. 3. *de re jud. in* 6. *& in d. c.* 1.
de donation. nu. 3. *&* 4. Valenz. *conſ.* 155. *n.* 5.
Neque id mirum videbitur, ſi conſideres, quod 7
etiam Notabilium, eorumque, qui in dignitate ſunt
conſtituti, proprium officium eſt liberalitatem exercere,
& donare *c.* 1. *de donation.* cujus ſunt aurea
verba ibi: *Hanc ſibi quodammodo nobilitas legem
imponit, ut debere ſe, quod ſponte tribuit, exiſtimet,
& niſi in beneficiis ſuis creverit, nihil ſe præſtitiſſe
putet,* notat ubi Panom. *& conſ.* 12. *caſus talis eſt
magnificus col.* 4. *& pen. lib.* 1. Innocent. Archidiam.
& Joan. Andr. *in c. grandi de ſupplend. neglig. Prælator.
l.* 6. Tiraquell. *de nobilit. c.* 37. *n.* 34. Palacios
Rubios *in rubr. de donat. inter §.* 9. *à n.* 1. Quod
ſi ita in Nobilibus procedit, à fortiori in Principe locum
debet obtinere, qui nobilitatis, & dignitatum 8
habet theſauros Bald. *in c.* 1. *verſ. à Principe not.* 1.
in tit. quis dicatur Dux Riminald. Junior. *conſ.* 5. *n.*
93. *lib.* 1. Vincent de Anna *allegat.* 57. *n.* 2. *alleg.*
130. *n.* 3. Valenz, *conſ.* 82. *n.* 23. Idcirco Princeps,
qui ſubditorum piiſſimus pater eſſe debet, & talis ap-

pellatur *in L. ſiquis in ſuo C. de inofficioſo teſtam. & in Auth. ut judices ſine quoquo ſuffragio* §. *eos coll.* 2. Pariſ. *de Puteo de Syndicatu cap.* 1. *de excebus Regis num.* 77. D. Thom. *de Regimine Princip. lib.* 3. Hieronym. Gigas *de crimine læſæ Majeſtat. q.* 7. *numer.* 4. Valenz. *conſ.* 99. *numer.* 73. Debet erga ſuos tam de publico, quam de privato patrimonio ſe beneficium, & liberalem exhibere: & non tantum bonos ſubditos beneficiis afficere, ſed etiam malos, ut eos ſibi conciliet. Eſt namque
9 Princeps Dei ſimulachrum qui ſolem facit oriri ſuper bonos, malos, Matthæi *c.* 5. *verſ.* 45. Et poſſunt mali beneficiis acceptis, ne mala moliantur, contineri; boni autem ad meliora officia excitari, & in fide firmari. Ad cujus dicti confirmationem pulchrum nobis offert exemplum Purarchus de Nicanore accuſato apud Philippum Regem Macedonum per Simicythum, quod continuo de eo male loqueretur. Cui reſpondit Philippus Nicanorem non eſſe Macedonum piiſſimum: & videndum, inquit, necnbi nos ceſſemus in officio. Arqui cum cognoviſſet Philippus Nicanorem eſſe valde inopia oppreſſum, & tamen adhuc ab eo neglectum, juſſit aliquod donum ad eum deferri: quo facto cum Simicythus diceret Regi Nicanorem apud omnes perpetuo prædicare laudes ipſius. Cui ait Philippus: Videntis in nobis eſſe ſitum, ut bene, vel male audiamus.

Cleomenes, & Ptolomeus Ægyptorum Reges adeo
10 beneficii erga ſuos populos ſe exhibuerunt, ut unde ſibi beneficiorum nomen comparuerint Evergeteſque ab hac liberalitatis virtute (quod idem valet) dici meruerint teſte Alex. ab Alexand. *Dierum genialium lib.* 2. *c.* 11. *col. ult.* Probus etiam laudatus à Claudiano in Probi Imp. panegyr. quod nihil ſuis negare. & ſeſe, ac ſua ultro, vel non poſcentibus offerre soleret, his carminibus.

Hic non divitias nigrantibus abdidit antris.
Nec tenebris damnavit opes, ſed largior imbre.
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.

Quippe vel, ut denſo currentia munera nimbo.
Cernere ſemper erat Populis; undare Penates,

Aſſiduos intrare inopes, remeare beatos
Præceps illa manus fluvios ſuperabat Iberos
Aurea dona vomens.

Commendatur etiam Titi Imperatoris eximia liberalitatis virtus. Qui teſtibus Suetonio, & Eutropio, & item Caſſaneo *in Catalogo gloria mundi* 5. *p. conſiderat.* 8. cum recordaretur ſuper cænam, quod nihil tota illa die cuiquam præſtitiſſet, memorabilem illam, mentique tenendam vocem edidit. *Amici hunc diem perdidi*, notant ex noſtris Oldrad. *conſ.* 94. *incipit eleganter in fin.* Tiraquell. *de nobilit. c.* 37. *nu.* 40. Non minus laudabile eſt Alexandri magni celebre reſponſum, qui cuidam pauperi eleemoſynam petenti civitatem donavit: & dicenti pauperi, quod talis eleemoſyna ſibi non conveniret, reſpondit: Non curo, quod te accipere deceat, ſed quod me dare congruat.

De Hierone Syracuſanorum Rege tradit Valerius Maximus *rerum memorab. lib.* 4. *c. fin. verſ. externa.* Quod audita clade, qua Romani apud Traſimenum lacum erant afflicti, trecenta millia mediorum tritici, & ducenta milla hordei, aurique ducenta, & quadraginta pondo urb. Romanæ munere miſit. In quo liberalitatis ſuæ ſpecimen oſtendit. Quod non minus fecit Gillia Agrigentinus. De quo idem Valerius dixit. Quod ita, ut excellens opibus fuit, multo etiam magis animo, quam divitiis locupletior *dict. cap. fin. verſ.* ſubnectam huic.

Juſte commendatur liberalitas Reginæ Matildis, de qua *gloſſ. in L. ſed ſuſceperit* §. 1. *verbo medicaſſ. de judic.* Quæ cum Ecleſiæ donarent triginta millia jugera terræ; dixit aliquantulum terræ donare, exiſtimans juxta ſui animi magnanimitatem parum donaſſe. Non defuit liberalitatis virtus, & excellentia Alphonſo Duodecimo Hiſpaniæ Regi, qui Conſtantinopolitanæ Reginæ petenti tertiam partem pretii redemptionis Regis mariti capti à Turcis; quoniam duas acceperat à Romano Pontifice, & à Rege Francorum, reſpondit eam gratias agere Pontifici, & Francorum Regi, illiſque accepta reddere, quia ille totum pretium ſolvere volebat, & argenti quinquaginta quintales dedit: ut Author eſt Palac. Rubios *in rubr. de donation. inter* §. 9. *n.* 5. Hiſpani quidem, & egregium, & memorabile factum. Deinde laudatur Cn. Martius Anci Regis clara progenies de liberalitate, quam laudatus à Poſthumio Communio Conſule exercuit poſt victoriam, donando cuilibet militum ægri centum jugera, decem captivos, & totidem equos ornatos, omniaque militaria dona abſque quod quidquam ſibi reſervaret præter hoſpitis equum, quo in acie uteretur: ut refert Dioniſius Halycarnaſ. *lib.* 6: Quid plura? Innumeros Principes recenſere poſſem ob liberalitatis virtutem clariſſimos. Sed brevitati ſtudens illos miſſos facio. Et ſi alia ſcire volueris? Vide doctiſſimum D. Joannem de Solorzano *emblemate* 86. *à n.* 12. *cum ſeqq.* Ubi plura ſingulari eruditione congeſſit quæ transcribere fas non eſt. Et quidem ſufficient tradita exempla, ut Principi innoteſcat liberalem ſe exhibere neceſſarium eſſe, & donationes facerè ſine ſpe retributionis, Sanctus Thomas 2. 2. *q.* 134. *art.* 3. *ad* 2. & 3. Ariſtot. 11
lib. 4. *Ethicor. cap.* 2. Gregor. Lopez *in L.* 1. *tit.* 4. *partit.* 5. *gloſſ.* 2 ubi Hermoſill. *n.* 7. Quoniam liberalis in aliquem non obligat eum in futurum Gregor. Lopez *in* L. 12 *tit.* 22. *partit.* 2. *gloſſ.* 7. Et Princeps in donando exiſtimare debet ſe debere, quod donat. *cap.* 1. *de donationib* ubi Abb. Innocent Imola Joann. Andr. & alii, quos ſequuntur Vivian. *in rationali lib.* 3. *juris Pontificii pag.* 206. Anton. Auguſtin. *collectan.* 1. *Decretalium lib.* 3. *tit.* 20. *cap.* 1. Auguſtin. Barboſa *in d. c.* 1. *donation. n.* 1. Et illis magis convenit, quam alii, reddere plus, quam accepit Menoch. *deciſ.* 307. *n.* 11. Auguſt. Barboſ. *in d. c.* 1. *de donat. num.* 4.

Quibus ita poſitis bene infertur, quod ita ut in Prin- 12
cipe liberalitas laudatur, ita damnatur avaritia Anchar. *conſ.* 389. *n.* 8. Thuſc. *lit. A. concluſ.* 551. *n.* 5. Cum enim Princeps natus ſit ad imperandum, & dominandum, non debet avaritiæ, ac pecuniæ ancillari: nec ea vitia admittere, quæ de avaritia, & immode-
rata habendi cupiditate promanant, tanquam de fon- 13
te: quia avaritia omnium malorum radix eſſe dicitur, & mater ſecundum Paulum *ad Timotheum. c.* 6. idolorumque ſervitus, idem *ad Epheſios cap.* 5. *c. avaritia* 10. *de præbend. & dignit. c. cum omnis avaritia* 20. *q.* 1. Petr. Gregor. *de Repub. lib.* 22. *cap.* 12. *n.* 12. *n.* 10. Nullumque vitium eſt tetrius, quam avaritia, præſertim in Principibus, & Rempublicam gubernantibus Cicero *lib.* 1. *officiorum.* Cujus verba ſunt: *Nullum eſſe officium tam ſanctum, atque ſolemne, quod non avaritia comminuere, aut violare ſoleat, neque ullum vitium eſſe tetrius, præſertim in Principibus, & Reipublicæ gubernatoribus, quam avaritia.* Refert, & ſequitur Hieron. de Salzedo *de Regimine Principis lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 38. Et Author libri, qui inſcribitur. *Inſtituo Viri publici p.* 3. *concluſ.* 4. *verſ. avaritia autem.* Ubi docet avaritiam longe eſſe deteſtandam in Principe, quam in privato: non tantum quod gravius vituperium facultates reſtrictæ ferant, ſed etiam quod privatæ opes videantur poſſideri, & pro arbitrio diſponi nulla juſta querimonia Principis autem canon, & uſui, & beneficio cæterorum inſervire debeat.

debeat. Unde Principi avaritiam fugiendam docent omnes. Et noviſſime D. Joan. de Solorzano *emblem.* 14 39. latiſſime, & eleganter Pater Fragoſo *de Regim. Reip. p.1.lib.1. diſput.*2.§.2. *n.*116. Petr. Gregor. *d. lib.*22.*cap.*12. Inhoneſtum quippe eſt Principem eſſe avatum, & habendi cupiditate notari illum, qui ab incunabulis nutritus ſummis rebus, & magnificis, inopiam ignorat, commodis, & voluptatibus abundat. Quare generoſum animum ad indigniſſimam avaritiam non debet applicare; tanquam, quæ, ut ait Valer. Maxim. *lib.* 9. *c.* 4. eſt latentium indagatrix lucrorum, manifeſtæ prædæ avidiſſima vorago, nec habendi fructu ſœlix, & cupiditate quærendi miſerrima. Qua de cauſa Caſſiodor. *lib.*12. *epiſt.*1. ita ſatur: *Reginam illam procacium vitiorum avaritiam fuge, cui cuncta crimina deteſtabili devotione ſamulantur, qua dum pactus hominis ingreſſa fuerit, gregatim quoque maleſidas cobortes admittit. Ferri non poteſt recepta, quia neſcit eſſe ſolitaria. Agmen babet blandiſſimum, arma ſuſcipit ex talentis, & per dulce-* 15 *dinem ſuperat, quos amara deceptione captivat.* Avarus quamquam multum habeat, plus cupit, & illi tam deeſt, quod habet, quam quod non habet: ut eſt in proverbio. Idcirco dixit D. Auguſtin. *de verb. Domini quod, Inſatiabilis eſt ſola avaritia divitum:* & alibi: *Avarus inferno ſimilis eſt.* Nam ſicut iſte nunquam dicit ſatis eſt, ſic avaro nunquam ſufficient omnes theſauri, ſi in ipſum confluant. Plura alia in avaritiam Principum cumulavit Solorzan. *de emblem.* 39. Apud quem videre potes. Et ibi invenies plures hoc miſerrimo, & neſando vitio notatos, qui licet rerum geſtarum gloriam, ac laudem non vulgarem terra, marique fuerunt aſſecuti, hoc uno avaritiæ vitio omnia illuſtria deturparunt. Et alios memorat. Valer. Maxim. *d. lib.* 9. *cap.* 4. notanda ſunt verba Plutarchi qui in vita Marci ſcribit: *Perhibent Romani multarum Craſſi virtutum unum hoc vitium luminibus obſtruxiſſe avaritiam, in ſpecie quidem erat unum, attamen omnium in eo vitiorum cum eſſet valentiſſimum, offuſcavit catera.* Ad idem Zonar. loquens de Imperatore Mauritio in vita ipſius, narranſque calamitates avari ſic ait *Pluribus victoriis illuſtris omnem Principatus ſui laudem peſſimo avaritia crimine Imperator contaminavit, Imperiique, capitiſque ſui in-* 16 *teritum acceleravit.* Hoc unum moneo, quod avaritia, & luxuria peſtes ſunt, quæ omnia magna Imperia everterunt teſte Livio *lib.*34. & dicit Petr. Greg. *de Repub. lib.*22. *c.*12. *Quod avaritia Principis ſape Imperii everſioni cauſam prabet.* Et variis probat exemplis. Unde omnino à Principe eſt deteſtanda, ac fugienda Quomodo autem Princeps liberalitate uti debeat, dicemus capite ſequenti.

PRIMA PARS

CAPUT II.

De modo exercendi liberalitatem.

SUMMARIUM.

1 *Liberalitas illa laudatur, qua mediocritatem continet, tam circa acceptionem, quam dationem pecuniarum.*

2 *Liberalitas, qua excedit modum, dicitur prodigalitas.*

Liberalitas non dicitur propria donatio, quando quod erogatur abſque conſideratione perſona, temporis, & loci. Ibid.

Qua Princeps debet conſiderare in largiendo. Ibid.

3 *Princeps tria conſiderare debet in donando.*

4 *Princeps in donando obſervare debet perſonam, & boneſtis donationes conferre, non biſtrionibus, citharadis; & ſimilibus.*

5 *Pramium, & pœna decet eſſe in bene inſtituta Republica; ſcilicet, pramium bonis, & pœna malis.*

6 *Princeps tenetur benemeritos remunerare, & ſervitia perſolvere: ut apud nos moribus introductum eſt.*

7 *Ad bonum Reipublica regimen pertinet benemeritorum ſervitia remunerare.*

8 *Si in Republica deſunt pramia, & forte non merentibus ſuppeditentur, deſperatio injungitur benemerentibus.*

9 *Nobilitas virtute quaſita laudatur; & ideo Princeps virtutis occaſione moveri debet ad nobilitatem conferendam.*

10 *Princeps debet Nobilibus, & Magnatibus Regni beneficia conferre; & magnis bonoribus cumulare. In quo Regum cura maxima eſſe oportet.*

11 *Regis honor augetur per dignitatem ſubditorum.*

12 *Princeps debet omnibus modis ſtudere, ne domus illuſtrium perſonarum diminuantur, ſed augeantur.*

13 *Ad bonum Reipublica, & Regni decus ſpectat domos illuſtrium perſonarum conſervare.*

14 *Donationes majores Princeps facere debet Magnatibus, quam aliis perſonis.*

Princeps debet exercere liberalitatem erga plurimos; non vero in unum omnia profundere. Ibid.

15 *Princeps in donando debet conveniens tempus obſervare: ut probatur exemplis.*

16 *Princeps vaſallis debet ſubvenire in neceſſitatibus, & Nobilium inopia conſulere.*

17 *Princeps mediocriter donare debet juxta patrimonii, & ſtatus vires; ut principatum conſervet.*

18 *Princeps non debet facere donationes immenſas; ne conſumptis propriis aliena appetat, & ſubditorum bona invadat.*

19 *Tributa ſubditis imponi non debent ſine publica neceſſitate, ob quorum exactionem populi in ſeditiones ruunt.*

Liberalitas non dicitur, ſed crudelitas, quam Princeps exercet in damnum populorum. Ibid.

Princeps potius tribuere debet, quam adimere ſubditis. Ibid.

Nec debet adimere uni, & alteri dare. Ibid.

20 *Prudentia eſt virtus dirigens ad rationis normam universa qua cogitat, quaque agit, ac nihil prater rectum, & laudabile facit.*

21 *Temperamentum in mediocritate conſiſtit; & viri prudentis eſt medium tenere.*

22 *Ratio naturalis eodem modo privatum, quam Principem obſtringit.*

Principis authoritas non efficit, quin ſit animal rationale, & ſubjiciatur dictamini rationis naturalis. Ibid.

23 *Princeps in benefaciendo celeritatem obſervare debet.*

24 *Princeps eſt pater vaſſallorum, & Reipublica maritus.*

Non debet imponere tributa, qua publicis negotiis non ſunt neceſſaria; immo tunc tributa remittere debet.

25 *Princeps non debet omnibus eripere, ut paucis donet.*

LIberalitatem Principi convenire diximus capite præcedenti: Nunc de modo ſervando in ea exercenda erit noſter ſermo. Quia liberalitas illa eſt laudanda, quæ mediocritatem continet, teſte Ariſtot. *lib.*2. *de morib. ad Nicom. c.*7. tam circa accep-

tionem;

tionem, quam dationem pecuniarum. Exceſſus eſt prodigalitas, defectus eſt liberalitas, & avaritia: prodigus in largiendo excedit, in accipiendo deficit, contra excedit in accipiendo, in daodo deficit. Sunt ver-
2 ba aurea Petri Gregorii *de repub. lib. 22. c. 13. in princ. Fucata, & temeraria prodigalitas potius dicenda, intempeſtiva donatio, indifferens perſonarum, impos diſtributionis, quæ celebritatem conciliat, velut exigui momenti torrentem, qui langueſcens deſertionem patitur, & ludibrium maxime ab uſurpatoribus.* Unde hæc liberalitas non dicitur propria donatio, quando quid erogatur abſque conſideratione perſonæ, temporis, & loci. Ut ex Ariſt. *Ethic. c. 1.* docet Ferdinand. Mendoça *diſput. juris lib. 1. c. 4. n. 49.* Quapropter Princeps, ut prodigalitatem fugiat, & dignitatem tueatur, ac ſemper abundet rebus gerendis, & nunquam deſit, conſiderare debet, quouſque pertingant facultates, quas inexhauſtas neutiquam putabit. Et ut egregius coquus ſalem, quo non abundanter utitur, inſpergit, ſed pro ratione condiendi, facultatibus utatur. Atque ita tria in donando æſtimare debet: nempe donare ubi convenit modo & loco: Sicut perbelle dicitur *in L. 3. tit. 1. partit. 1.* ibi: *Por eſſo uno menoſter temperamiento, aſſi como fazer bien do conviene, como, y quando.* Ubi notat Greg. Lopez *gloſſ. 2.*
3 Et probatur optime Eccleſiaſt. *c. 12.* ibi: *Si benefeceris, ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa:* Et ex D. Ambroſ. *lib. 1. de officiis c. 30.* ibi: *Deinde perfecta liberalitas fide tua, loco, tempore commendatur* Pontan. *de liberal. c. 36.* Et faciunt, quæ Caſſiod. *l. 9. epiſt. 19.* ibi: *Commodum debet eſſe cum modo, nam ſi menſuram æqualitatis excesſerit, vim ſui nominis non habebit.* Et ut dixit Seneca *epiſt 120. Sunt virtutibus vitia confinia, & perditis quoque, ac turpibus rectis ſimilitudo eſt. Sic mentitur prodigus liberalem, cum plurimum interſit, utrum quis dare ſciat, an ſervare neſciat. Multi ſunt qui non donant, ſed projiciunt, non ego voco liberalem pecunia ſua iratum.*

4 Primo igitur Princeps obſervare debet in largiendo perſonam, cui donat, & honeſtis donationes conſerre, ut liberalitatis gloriam aſſequatur. Nam ſi hiſtrionibus citharædis, venatoribus, aut ſimilibus elargiatur, non ex eo liberalis dicetur Petr. Greg. *d. Repub. l. 22. c. 13. n. 9. circa fin.* Tenetur etiam donare, & elargiri conſilio, ut proſit, non ut noceat, teſte Ambroſ. *l. 1. de officiis cap. 30.* Cujus verba ſunt: *Pulchrum eſt bene velle, & eo elargiri conſilio, ut proſis, non ut noceas, nam ſi luxurioſo ad luxuriæ effuſionem, adultero ad mercedem adulterii largiendum putes, non eſt beneficentia iſta, ubi nulla eſt benevolentia, officere enim illud eſt, non prodeſſe alteri: ſi largiaris ei, qui conſpirat adverſus patriam, qui congregare cupiat ſuo ſumptu perditos qui impugnent Eccleſiam, non eſt hæc probabilis liberalitas, ſi adjuves eum, qui adverſus viduam, & pupillum gravi decernit jurgio, aut vi aliqua poſſeſſiones eorum eripere conatur.*

5 Unde cum in bene inſtituta Republica præmium bonis, & pœna malis eſſe debeat juxta Ariſtotelem *1. Ethic. c. 5.* Ulpian. *in L. 1. de juſt. & jure.*, & ſecundùm Horatii illud.

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœna.

Quapropter dixit Cicer. *in ratione pro Cluent. Summum recte factis majores noſtri præmium, plura peccatis pericula eſſe voluerunt L. 3. tit. 1. partit. 1.* Et Solon aiebat Rempublicam duabus rebus contineri, præmio, & pœna. Qua ratione Democritos duos eſſe Deos cenſuit, Pœnam, & Beneficium Plin. *lib. 2. natural. hiſtor. cap. 7.* Simane. *de Repub. c. 20. n. 1. & 2. & c. 22. n. 1. & ſeqq. lib. 9.* Bobad. *in ſua Politica lib. 1. cap. 5. n. 8. & lib. 4. c. 2. n. 60.* Caſſiod. *lib. 9. Epiſtola 22.* inquit. *Indiſcreti hominum mores, confuſique vagarentur, ſi aut culpa formidinem, aut virtus præmium non haberet.* Latiſſime Solorz. *emblem. 78. à n. 1. cum ſeqq.*

Quare Princeps, qui etiam lege Juſtitiæ tenetur 6
benemerito remunerare, & ſervitia perſolvere Cabed. *2. p. deciſ. 36.* Gabr. Pereyr. *deciſ. 4.* Capyc. Latro *deciſ. 199. à n. 27. & conſult. 38. per totam.* Et probant jura *in L. 1. in princ. ff. de cenſibus L. enim, qui 58.* ibi: *Habita conſideratione meritorum C. de Decur. lib. 10. L. jubemus C. de proxim. ſacr. ſcrin. L. ultima C. de Apparitorib. Præf. Præt. lib. 22.* Valenz. *conſ. 82. n. 34.* benemeritis donare debet. Quod apud nos moribus introductum eſt: ut tradit Bened. Ægid. *in L. ex hoc jure 1. p. c. 10. ſub n. 68.* ibi: *Atque inde provenit uſitatiſſimus & laudabilis Principum mos in remunerandis ſubditorum ſervitiis, & meritis. Quod etiam ad* 7
bonum Reipublicæ regimen pertinet, ut hoc exemplo, ac obtinendi ſpe præmii alii ad res pro Rege ac Regno præclare gerendas excitentur: Quod item Reges ad benemeritos remunerandum movere maxime debet: nam illam optimam eſſe civitatem pronunciavit Socrates, unus e ſeptem Sapientibus, in qua plura virtuti præmia propoſita ſint. Et Cicer. *de natur. Deorum ait: Nec Reſpublica ſtare poteſt, ſi in ea recte factis præmia extent ulla, nec ſupplicia peccatis.* Capyc. Latro *d. conſult. 38. n. 33. & ſeqq.* Ac proinde Reipublicæ valde eſt utile, & neceſſarium benemerentes remunerare De Pont. *conſ. 151. n. 27. vol. 2.* Tapia *in deciſ. 20.* Supremi Italiæ conſilii in principio: quia ſine præmio nullus ad præclara facinora excitatur juxta illud Ovidii *lib. 2. de Ponto.*

Non tamen invenies multis de millibus unum.
Virtutem pretium qui putet eſſe ſui.
Ipſe decor recti facti, ſi præmia deſint,
Non movet, & gratis pœnitet eſſe probum.

Et ut ait Apoſtolus *1. ad Corinth. Qui arat, in ſpe* 8
debet arare, & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi. Immo ſi in Republica bonis deſint præmia, & forte non merentibus ſuppeditentur, deſperatio benemerentibus injungetur; ita ut eos laboraſſe pudeat, juxta illud Xenoph. *in œconomicis ibi: Magna imminet bonis deſperatio, cum ab ignavis ſe præmiis diſcretos non adſpiciunt, & qui ſe periculis, & laboribus objiciunt, cum ſubterfugientibus pari ratione haberi.* Quo pertinet ſententia Euripidis *in Hercule* ita dicentis: *In hoc peccunt multæ Reſpublicæ, cum qui bonus, & ſtrenuus eſt vir, nihil plus, quam ignavus fert præmii.* Unde Publianus ait.

Cum vitia proſunt, peccat qui recte facit.

Plura ad propoſitum videre potes apud Solorz. *emblem. 78.* Atque ita penſata perſonarum qualitate, & ſervitiorum Princeps honeſtiores & ſtrenuos viros, qui tam in bello, quam in pace armis, ac litteris in ſervitio Reipublicæ præſtantiſſimi evaſerunt, debet honoribus, & dignitatibus condecorare; quamvis ex prima Regni nobilitate orti non ſint. Quia ultra quod nobilitas moribus, & virtute quæſita plene laudatur à Tiraq. *de nobilit. c. 4. per totum* Hieronym. de Salzedo *de regim. Princ. lib. 3. c. 22. diſſert. 42. à nn. 209.*
cum ſeqq. Et dicemus infra *p. 2.* Inficiari nequit virtu- 9
tem dare cauſam nobilitati, & ſæpius virtutis occaſione ad eam conferendam Princeps movetur, & moveri tenetur *L. & virtutem C. de ſtatuis, & imaginib.* Tiraq. *de nobilit. cap. 4. n. 15.* ut alii incendantur gloriæ ſtudio, & effectu de egregria opera in Reipublicæ utilitatem peragenda: Vaſſalli namque, qui intuentur Regem præferre eos qui virtuti, & labori incumbunt, alacres, & prompti in pericula ſe conjiciunt: Sin minus, ignavi potius, quam ſtrenui efficiuntur juxta Ennod. *c. 22. ibi: Qui tollis ſudoris præmium,*

mium, frangit ſtudia dimicandi. Tolle opem præda,
tuliſti vota certaminis Neſcio, quam juſtus dolor de
amiſſa laboris fruge naſcatur Solorz. *emblem.* 72.
num. 11.

10 Nobilibus non tam benemeritis, ſed etiam honeſtis
perſonis, & maxime Magnatibus Regni debet Prin-
ceps largitiones, & beneficia concedere, ac magnis
honoribus cumulare; ut ipſi augeantur; & qui clari
ſunt ſtemmate etiam ſplendeant dignitate, ut dixit
Theodoricus apud Caſſiod. *lib.* 2. *Epiſt.* 15. *In quo*
maximam curam Regum eſſe oportet: ut per Lucam
de Pæna *in L. quicunque* 7. *n.* 13. *C. de omni agro*
deſerto lib. 11. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 9.
& c. 18. *n.* 13. Baeça *de impe debitore c.* 16. *n.* 104.
Tib. Decian. *conſ.* 33. *n.* 21. *lib.* 1. poſt alios Lar-
rea *allegat.* 8. *n.* 16. Nam Regis honor augetur per
dignitatem ſubditorum, ſitque magis potens, ho-
11 norabilis, & tremendus. Caſſan. *in catal. glor. mundi*
conſid. 15. *&* 19. Hieronym. Romanus *l.* 41 *de Re-*
pub. gentil. cap. 13. Capyc. Latro *deciſ.* 192. *num.* 3.
Quia in familiis illuſtribus recipit Monarchia firma-
mentum: ut dixit. Annæus Robertus *lib.* 2. *rerum*
judicatarum cap. 4. Illico nos autem Monarchiæ vim,
& robur, ac Regalis potentiæ firmamentum ex illuſ-
trium, & nobilium familiarum nobilitate reputamus.
Et ſic debet Princeps modis omnibus ſtudere, domus
illuſtrium perſonarum diminuantur, ſed quod au-
geantur: apud Caſtellanos ſancitum fuit *in* L. 7. *tit.* 7.
lib. 5. *nova Recopilat.* Et apud Nos probari videtur
ex Ordinat. lib. 2. *tit.* 37. ibi: *E por iſto ſer cauſa,*
12 *que muito importa à noſſo ſerviço, & ao bem com-*
mum de noſſos Reynos; & à honra dos Pays, & da-
quelles, de que ellas deſcendem. Molin. *lib.* 1. *cap.*
18. *& lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 3. Larrea *d. allegat.* 8. Capyc.
Latro *d. deciſ.* 192. *n.* 4. Fabius de Anna *conſ.* 3. *n.*
29. Spectat enim ad bonum Reipublicæ, Regnique
decus, & ornamentum domos illuſtrium perſonarum
conſervare Emman. Rodrig. *in ſumma cap.* 131. *n.*
6. Molin. *de Juſt. & jure tom.* 3. *diſp.* 576. *&* 578.
alter Molin. *lib.* 2. *c.* 1. *nu.* 3. ubi Addentes Larrea
allegat. 8. *n.* 16. *circa fin.* Capyç. Latro *d. deciſ.* 192.
num. 7.

Quod etiam probat Ulpian. *in* L. 1. §. *ſed etſi ſer-*
13 *vus ff. de ventre inſpiciendo* ibi: *Ut Ordinum digni-*
tas, familiarumque ſalva ſit: ubi gloſſ. verb. Ordinum
dicit: Quod ſunt Ordines procerum vaſſallorum Tib.
Decian. *conſ.* 53. *n.* 21. *& conſ.* 1. *n.* 189. *&* 290. *l.*
1. Molin. *l.* 1. *cap.* 18. Capyc. Latro *deciſ.* 192. *n.* 2.
D. Chriſtoph. Creſpo *obſervat.* 22. *à n.* 5. Et faciunt,
quæ Caſtill. Sotom. *lib.* 6. *controv. cap.* 145. Quod in
tantum verum eſt, ut dixerit Cicer. *Nobilitatem eſſe*
fovendam: cum utile ſit, ut ſint nobiles majoribus di-
gni: ſi enim in Republica nobilitas defuerit, ipſa cor-
pori carnoſo ſine nervis, & oſſibus motui inepto com-
parabitur. Qua ratione urbes Græciæ liberis lauda-
torum virorum alimenta præſtabant, & Athenien-
ſes Licurgi poſteris perpetuum cenſum conſtituerunt.
Quapropter juſte *Ordinatio Regia l.* 2. *tit.* 45. *in princ.*
donationes majores eſſe faciendas Magnatibus, quam
aliis perſonis ſtatuit. Et quidem optime, ſed cum ex
14 diſtributione inæquali odium, & invidia prorumpant
Principi conſulerem, ut liberalitatem exerceat erga
plurimos, ſolem imitatus, qui radios nemini negat:
non vero in unum omnia profundat, cæteris nihil re-
linquendo: nevè unum ſupro ſuum nomen, & facul-
tates extollat. Nam ſecundum Ariſtot. *lib.* 5. *Polit. c.*
11. *Communis cuſtodia Principatus eſt neminem unum*
magnũ facere: & valde periculoſũ privati hominis no-
mẽ ſupra Principis attolli: ſecundũ Tacit. *in vita Agri-*
cola. Inſuper ex Platone *in Timæo* In æqualitate quie-
tem, motum vero in inæqualitate conſtituimus. Et
multoties auctoritatis, & emolumenti uſus non raro in-
gratos fecit eos, qui ſupra modum ſublevati ſunt;
cæteros verò commodi expertes, & exiſtimationis
odio præſentium nova expetant.

Secundo: Princeps in donando debet conveniens 15
tempus obſervare: nam ut ait Val. Maxim. *rerum*
memorab. l. 4. *cap.* 8. *Donat ipſi gratiam magnitudo*
quidem ſua, ſed efficaciorem aliquando opportunitas
conciliat: eſt enim pretio rei inæſtimabile momentum
occaſionis: ut memoriæ traditum eſt factum Q. Fa-
bii Maximi, qui ob parvam pecuniæ ſummam eroga-
tam ad hoc uſque tempus laudabilem ſe fecit: rece-
perat namque ab Annibale captivos interpoſita num-
morum pactione, qui cum à Senatu non præſtaren-
tur, miſſo filio in urbem, fundum vendidit, quem
unicum poſſidebat, ejuſque pretium Annibali nume-
ravit. Erat autem fundus ſeptem jugerum. & ſic
pretium parvum, ſed animo erogantis omni pecunia
majus, fidem patriæ redemit, & occaſio factum il-
luſtre commendavit. Aliud exemplum nobis præbet
fœmina Buſa, quæ intra Cameſina mœnia decem mil-
lia Civium Romanorum, reliquiaſque Canenſis præ-
lii alimentis ſuſtentavit; cui liberalitati gloriam au-
xit neceſſitatis occaſio. De ſimili liberalitate Q. Con-
ſidii extant monumenta. Cum enim Catilinæ furore
Roma adeo ſternata eſſet, ut nec à locupletibus pe-
cuniæ debitæ ſolvi poſſent, propter tumultum cre-
ditoribus, poſſeſſionum pretiis diminutis, cum ipſe
magnam pecuniæ ſummam in fœnore, neque ſor-
tem, neque uſuras exigi paſſus eſt: quantumque
in ipſo ſui amaritudinem publicæ confuſionis privata
tranquillitate mitigavit. Ideo laudatus quia opportu-
ne, mirabiliterque teſtatus eſt nummorum ſuorum,
non civilis ſanguinis eſſe fœneratorem. Val. Max. 16
lib. 4. *cap.* 8. Ita Princeps Vaſſallis in neceſſitatibus
debet ſubvenire; & nobilium inopiæ conſulere, ne
in dedecus nobilitaris mendicare cogantur, & filias
demeritis, ignobilibus, & indignis Matrimoniis col-
locent. Quod ſatis eſt dolendum. Plures namque
probati invenientur, qui Principis beneficentia ege-
ant; etiam ad vitam ſuſtentandam: alii patria extor-
res, & per rerum curſum nulla indigna culpa eo
infortunio premuntur, quibus negatum eſt natalium
ſplendorem domi tueri. Quos quidem nobiles ita
pauperes Princeps alere tenetur, ut Moſcoviæ
factum teſtatur Sigiſmund. *in hiſt, rerum Moſ-*
covit.

Tertio tandem in donando Princeps modum ſer- 17
vare debet, mediocritatem in omnibus ſectando jux-
ta patrimonii, & ſtatus vires; quemadmodum enim
corporis humani ſanitas in temperamento conſiſtit, &
morbus in intemperamento: ut dixit Galen. *lib.* 1.
de accidenti, & morbo, ſive de different. morborum
Ariſt. *lib.* 3. *quæſt. encíclica* 1. *ſectionis diffin.* ſecundam
valetudinem eſſe quandam mediocritatem, com-
probat. Tiraq. *de Nobilit. cap.* 31. *n.* 367. Ita ſi Rex
ſibi, & ſuis valit Principatum ſervare, mediocri li-
beralitate uti tenetur; & donationes immenſas non
facere juxta text. *in c. intellecto: ubi DD. de jure* 18
jurando Gregor. Lopez *per text. ibi in L.* 10. *tit.* 18.
part. 3. *gloſſ.* 2. Alſar. *de offic. gloſſ.* 34. §. 1. *n.* 6. *&* §. 4. *n.*
1. Larrea *allegat.* 9. *n.* 55. Et omnino ita prudenter ſe
debet habere, ut prodigalitatem fugiat: ut ait ex
Seneca, & Lipſio, Solorz. *emblem.* 78. *n.* 51. *& em-*
blem. 86. *n.* 17. Si enim Regni patrimonium, vel æra-
rium inconſulte conſumpſerit, deveniet ad appeten-
da aliena, & ad invadenda ſubditorum bona, ma-
xime pauperum, quibus pro anima pecunia eſt, &
ſecundus ſanguis Petr. Cabal. *reſolut. criminal.*
caſu 170. *numer.* 9. Et inde fluet tributa ſubdi-
tis imponere, qui propter illa facile commoven-
tur: etſi eorum exactiones fiunt ſine publica neceſ-
ſitate, in ſeditiones ruunt: quarum cauſam tri-
buta ſemper fuiſſe vetuſtiſſimam tradunt Tit. Li-
vius *lib.* 5. Adam. Coutzen. *lib.* 9. *Polit, cap.* 3. §. 2.
verſ.

19 *verſ. verum*, *& cap.* 8. §. 4. Marquez de Gubern. Chriſt. *lib.* 1. *cap.* 16. Carol. Scrib. *in Polit. Chriſt. l.*1.*c.*2. Larrea *allegat* 9. *n.* 24. Non enim liberalitas dicenda eſt, ſed crudelitas, quam Princeps exercet in damnum, & diſpendium populorum *L. quoniam C. de ædific. privat.* Cicer. *lib.* 3. *offic.* Larrea *allegat.* 9. *n.* 22. Siquidem Princeps ſubditis potius tribuere debet, quam adimere Petr. Greg. *de Repub. lib.* 22. *c.* 13. *n.* 1. Nec debet uni adimere, & alteri dare. Unde Plinius *in paneg. verſ.* 22. ſic dicebat de liberalitate Trajani ibi: *Quocirca nihil magis in tua tota liberalitate laudaverim, quam quod congiarium das de tuo, alimenta de tuo: Neque à te liberi civium, ut ferarum catuli ſanguine, & cædibus nutriuntur, quodque gratiſſimum eſt accipientibus, ſciunt dari ſibi, quod nemini eſt ereptum.* Utatur igitur Princeps in ſuis largitionibus prudentia, & temperamento, namque ſine
20 prudentia nihil rectè agere poteſt; teſte Macrobio: *Prudentia eſt virtus dirigens, ad rationis normam univerſa, quæ cogitat quæque agit, ac nihil præter rectum, ac laudabile facit.* Parlad. *rer. quotidian. different.* 130. *n.* 19. Menoch. *de arbitr. caſu* 426. *& conſ.* 1194. *n.* 18. Leſſ. *de Juſt. & jure lib.* 1. *cap.* 1. *&* 2. At verò ubi adeſt prudentia, omnia recte geruntur. Juvenal. *Satir.* 10. *in fin.*

Nullum Numen abeſt ſi ſit Prudentia.

Temperamentum autem in mediocritate conſiſtit; virique prudentis eſt medium tenere *L. qui lancem ff.*
21 *de auro, & argento legato* Gregor. Lopez *in* L. 23. *tit.* 9. *partit.* 6. *gloſſ.* 6. *circa fin.* Et quidem medium ſemper eſt eligendum *Auth. de Conſulib. collat.* 4. *ubi gloſſ. plures concordantes allegat.* L. *filio ubi gloſſ. ff. ut legator. non caveatur L. ſoleut.* §. *non verò ff. de offic. Proconſulis gloſſ. in Auth. de triente, & ſemiſſe* §. *hæc nobis collat.* 3. Gregor. Lopez. *per text. ibi in* L. 2. *tit.* 9. *partit.* 2. *gloſſ.* 2.

Pro quo facit ipſa naturalis ratio, quæ dictat Principem in donando non ſolum modum, ſed etiam alia duo, requiſita obſervare teneri; ne vel non merenti, & indigno donet, vel tempore importuno. Ratio autem naturalis eodem modo privatum, quam Principem obſtringit; illius enim auctoritas non efficit, ut
22 non ſit animal rationale, & politicum Bald. *in L.* 2. *col.* 7. *verſ. nulla n.* 45. *C. de ſervitutib. & aqua* Zaſius *conſ.* 15. *n.* 141. *lib.* 1. Tiraq. *de retr. liguagier* §. 1. *gloſſ.* 13. *n.* 39. Et ideo ſubjicitur dictamini rationis naturalis, ut ex Seneca *epiſt.* 67. *ad Lucilium* docet Valenz. *conſ.* 93. *n.* 4. *&* 5. Unde cum ipſa naturalis ratio inducat ad agendum ſine tertii præjudicio, tenetur Princeps in donando ita agere, ut ſibi proſpiciendo prodigalitati vitio ſubditis non noceat. Exerceat igitur Princeps liberalitatem ſuis cancellis conſtrictam, ab utroque extremorum recedentem, & profuſionis temeritate deſcrepantem: ut dixit Cyriac. Lentul. *de arcanis Regnorum c.* 88. *q.* 1. *pag.* 599.

23 Tandem Principem monitum vellem, ut beneficiorum præſtandorum gaudium, & hilaritatem celeritate, & brevitate augeat: juxta illud Auſonii *epigr.* 82.

Si benè quid facias, facias citò, nam citò factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

& Ovidii. *lib* 3. *de Ponto.*

Gratiaque officio, quod mora tardat, abeſt.

Omne ſiquidem datum celeritatis cauſa tranſit ad beneficium, de quo Caſſiod. *l.* 3. *epiſt.* 40. *& lib.* 11. *epiſt.* 21. quamvis alias *l.* 9. *epiſt.* 24. ſcripſerit ſequentia verba: *Habet hoc enim humana conditio, ut celerius adepta faſtidio ſint: dum omne pretioſum vileſcit oblatum, & contra dulcius accipitur, quod ſub aliqua dilatione præſtatur.* Verius enim eſt celeritatem in dando majus beneficium, magis gratum inducere; ut eleganter docet Solorz. *emblem.* 86. *n.* 18.

Non ommitam Principem majorem liberalitatem exercere teneri circa ſubditos ſublevando eorum 24
neceſſitates, & exhibendo ſe pium, & humanum, tanquam patrem vaſſallorum, & Reipublicæ maritum Lucas de Pœna *in L. quicunque col.* 3. *C. de fundis limitrophis lib.* 11. Ideo laudabilis erit exemplum, ſi tributa, quæ publicis negotiis non ſunt neceſſaria, potius remiſerit, quam in proprium ærarium, & lucrum averterit. Petr. Greg. *de Repub. lib.* 22. *cap.* 15. *n.* 10. Ubi plura exempla refert eorum qui contemptu divitiarum in utilitatem publicam admirandum nomen, & gloriam ſibi conſciverunt. Princeps namque debet potius vaſſallorum conſervationi, quam divitiarum adquiſioni intendere: ut optime tradit Solorz. *de jure Indiar.* 2. *tom. lib.* 1. *c.* 15. *n.* 40.
Et rationi valde reſiſtit Princeps, ſi omnibus eripiat, 25
ut paucis donet: hoc enim æquitati obſtrepit, & benevolentia ambigua apud paucos odium gignit: apud plures male audiunt, qui ſuos, & publicos redditus damnoſa erogatione minuere conſpiciunt.

PRIMA PARS.

CAPUT III.

De ſpecialibus, quæ dantur in Donationibus Regiis.

SUMMARIUM.

1 *Poteſtas Regis eſt pleniſſima, & omni nexu libera.*
2 *Donationes Principis vim legis habent.*
3 *In donationibus Principis dantur plura ſpecialia; quia non ſubjacent freno.*
4 *Valet donatio à Principe facta propria uxori conſtante matrimonio.*
5 *Intellige de Principe, qui non recognoſcit Superiorem.*
6 *Princeps propter excellentiam Regiæ dignitatis valide donat filiofamilias exiſtentis in ſacris paternis.*
7 *Donatio facta à Principe ſua concubina valida eſt*
Princeps à communiter accidentibus eſt miles. Ibid.
8 *Ex donatione facta à Principe transfertur dominium in donatarium abſque traditione.*
9 *Dominium regulariter non transfertur ſine traditione: neque pacto fieri poteſt, quod transferatur abſque traditione.*
10 *Dominium naturaliter à poſſeſſione incepit; & ſolo pacto ſine traditione non amittitur.*
11 *Sola traditio non ſufficit ad translationem dominii, niſi interveniat cauſa habilis, & titulus legitimus.*
12 *Dominium non transfertur ex donatione in donatarium.*
13 *Donator ante traditionem poteſt bona donata obligare, alienare, & hypothecare in præjudicium donatarii.*
14 *Limita in donatione facta Eccleſiæ.*
Declara, ut procedat reſpectu dominii, non reſpectu Poſſeſſionis, qua non adquiritur Eccleſiæ, niſi præcedat traditio. Ibid.
15 *Dominium non transfertur in emphyteutam ex inveſtitura, niſi ſequatur traditio.*
16 *Dominium non transfertur ex ſubhaſtatione, addictione, niſi ſequatur traditio.*
Ex ſententia non transfertur dominium in victorem abſque traditione. Ibid.
17 *Donatione alicujus rei facta duobus ſeparatim, is potior judicatur, cui primo res fuit tradita.*

18 *In*

18 *In donationibus Principis ſpeciale eſt, ut prior temporis præferatur ſecundo: quia per donationem abſque traditione non ſolum dominium, ſed & poſſeſſio tranſit in primum.*

19 *Princeps, qui rem conceſſit uni, ſi alteri donat, cenſetur oblitus prioris donationis & petentium importunitate circumventus.*

Princeps non cenſetur concedere vaſſallo id, quod alteri reperitur conceſſum. Ibid.

20 *Secunda donatio Principis non enervat effectum primæ, niſi in ſecunda dicatur non obſtante prima donatione: & illius fiat ſpecialis derogatio.*

Donatio gratioſa facta ſubdito poteſt à Principe revocari ſola voluntate, nulla ſubſiſtente cauſa. Ibid.

21 *Juri accreſcendi non eſt locus in contractibus.*

22 *Jus accreſcendi habet locum in donationibus Principis ſpeciali jure. Quidquid contrarium ſentiant* Ibid.

23 *In alternativis debitoris eſt electio.*

24 *In donationibus, gratiis, & privilegiis Principis alternative conceſſis electio eſt accipientis, non concedentis: ſive conceſſio fiat motu proprio, ſive ad petitionem partis.*

25 *Beneficium Principis latiſſime eſt interpretandum contra concedentem in faverem partium.*

26 *Regula in alternativis non procedit in donationibus Principis, maxime remuneratoriis.*

Intellige, ut hæc reſolutio procedat, etiam quando donantur res de patrimonio Principis. Quidquid contrarium teneant alii. Ibid.

27 *Author vero contrariam opinionem ſequitur: quando per alternativam donantur bona Regiæ Coronæ: quorum alienatio vergeret in grave Regni detrimentum. Secus ſi donatio non læſerit multum regni ſtatum.*

28 *Inſinuatio non requiritur in donationibus Principis.*

29 *Donatio, quæ excedit quingentos ſolidos de jure communi, vel trecentos ducatos de jure Regni, ſi non fuerit inſinuata, non valet in exceſſu.*

30 *De jure communi ideo inſinuatio fuit introducta ut in præſentia judicis, coram quo inſinuatio erat facienda, bene adverteret donans ad actum donationis perficiendum, ne prodigaliter donationes fierent.*

31 *Inſinuatio tantum requiritur in donatione ſimplici, quæ incipit valere à die inſinuationis, non à die donationis.*

32 *Inſinuatio fieri nequit poſtquam oppoſitum eſt de nullitate ob illius defectum.*

33 *Inſinuatio poteſt fieri ex intervallo poſt factam donationem.*

Intellige: ſi donator conſentiat: quia eo invito non poteſt fieri inſinuatio. Ibid.

34 *Inſinuatio fieri nequit poſt mortem donatoris.*

35 *Inſinuatio non requiritur in donatione cauſa dotis.*

36 *Inſinuatio non requiritur in donatione facta à patre cauſa Matrimonii.*

Si vero fiat ab extraneo, diſtingue: ut Ibidem.

Donatio facta conſanguineo donatarii cauſa matrimonii cum certa perſona non eſt ſimplex, ſed ob cauſam. Ibid.

37 *Inſinuatio non requiritur in donatione ob cauſam, & in donatione ob benemerita intra valorem meritorum, ſeu cauſæ: in exceſſu vero ſic.*

38 *Inſinuatio non requiritur in donatione, cui eſt onus injunctum, quod à donatario eſt explicandum de futuro.*

Neque in inſtitutione majoratus, in qua onus ferendi nomen, & arma imponitur: Ibid.

39 *Inſinuatio non requiritur in donatione ad alimenta.*

Neque in donatione facta ſcholari cauſa ſtudii Ibidem.

40 *Inſinuatio de jure communi fiebat coram judice competenti, quando donatio erat redacta ad ſcripturam.*

Si vero facta erat apud acta aliam non requirebat inſinuationem. Ibid.

Et quid de Regio. Ibid.

41 *Inſinuatio non requiritur in donatione facta Regi privato.*

42 *Evictio non habet locum in donatione, quæ incepit à traditione, ſi res à donatario evincatur.*

43 *Procedit reſolutio, ſive traditio fiat tempore donationis per actum verum, ſive actum fictum.*

Item dicendum ſi donatio ſit Eccleſiæ pro ipſius dote, & donatum evincatur. Ibid.

44 *Donans tradendo rem cenſetur tantum donare jus, quod habet in re donata.*

45 *Si vero donatio incipit à promiſſione, & res evincatur, & evictioni locus datur: Et eſt communis opinio.*

46 *Contraria ſententia bene fundatur: & n. 47. Quæ in puncto juris verior videtur.*

Sed à prima recedendum non eſt in hoc Regno: ut n. 48.

48 *Legans rem, in qua aliquod jus habet, illud tantum legare videtur.*

49 *In donatione Principis, quæ incipit à promiſſione non eſt locus evictioni.*

Fiſcus non tenetur de evictione in contractibus oneroſis, niſi ad ſimplum: quamvis ejus procurator duplum promiſiſſet. Ibid.

50 *Evictio datur in donatione remuneratoria, quamvis à traditione incipiat.*

51 *Princeps non tenetur de evictione in donatione remuneratoria: ſi res evincatur.*

Sed contraria verior: ut n. 57. & ſeqq.

52 *Vaſſallus tenetur ſervire, & optari Principi ſicut uxor viro.*

53 *Princeps non tenetur ex debito morali ſervitia vaſſallorum remunerare. Sed contra verius.*

54 *Ex ſervitiis, & meritis Principi exhibitis nulla actio civilis oritur.*

Servitia, & merita qui in alium confert, non id efficit contrahendæ obligationis animo ſed liberalitatis affectu.

55 *Recipiens merita, ſeu ſervitia non cogitur invitus ad remunerandum.*

Nulla legibus ingrati actio prodita eſt. Ibid.

57 *Donatio tantum dicitur remuneratoria ad producendum evictionis effectum, quæ fit ob merita, pro quibus competit actio contra donantem.*

58 *Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio; ſed permutatio, & titulus oneroſus.*

59 *Princeps de juſtitia benemeritos debet remunerare: & ita apud omnes nationes inductum eſt.*

60 *Princeps non tenetur præciſe remunerare eos qui ſerviunt cum ſalario. Tamen id facere ſolet, & debet.*

61 *Princeps tenetur defendere donationem, quam facit in remunerationem ſervitiorum: ut contra* Pinelum *tenent plures.*

62 *Intellige, ſecundum Authorem: ut ſi evictio contingit facto Principis, tenebitur, ubi primum potuerit de alia re ſimili donatarium providere. Et tunc obtenta ſententia per viam petitionis gratiæ ſatisfactionem petere debet.*

63 *Filius non tenetur conferre fratribus donationes à Rege factas contemplatione patris, vel ad ejus petitionem. Neque redditus annuos, vulgo Juro, ou Tencas, translatos à patre de Regis licentia.*

64 *Donationes Principis cenſentur bona quaſi caſtrenſia: & pertinent ad filium pleno jure.*

65 *Uſusfructus bonorum filiifamilias pertinent ad patrem*

66 *Uſusfructus majoratus filiiſamiliar pertinent ad patrem.*
67 *Uſusfructus bonorum filiiſamilias pertinent ad patrem ſine aliquo onere.*
Uſusfructus bonorum filii qui ingreſſus eſt Religionem bonorum capacem, pertinent ad patrem pro ejus vita Ibidem.
68 *Uſusfructus bonorum, quæ à Rege fuerunt donata filio, non pertinent ad patrem.*
Neque uſusfructus bonorum feudalium. Ibidem.

1 CUm Regis poteſtas pleniſſima ſit & omni nexu
libera, nulliſque coarctetur limitibus Calev. *de judic.tit.2.diſp.*3.*n.*29.& Principis donationes vim legis
2 habent *L.donationes, quas Divus C. de donat. inter*
*vir.& uxor.*ubi Aug.Barboſ. *n.* 6. Mantic.*de tacit.&*
*ambig.convent.lib.*13.*tit.*17.*n.*16.Oldrad.*conſ.*64. *n.*
2.Bart.*in L.*1.§.*cum urbem n.* 4. *ff. de offic. Præfecti*
urbis. Cravet. *conſ.*41. *n.* 20. *& ſeqq.* Decian. *conſ.*
25. *num.* 47. *lib.* 1. prout etiam Principis contractus
eundem habent legis vigorem §.*ſed, & quod Principi Inſt. de jure natur. gent. & civil.* Iaſ. *in* L. 1. *n.*
12. *ff. de conſtit. Principum* Ferdin. Menoch. *illuſtr.*
cap. 3. *num.* 3. *& ſeqq.* Peregrin. *de jure fiſci lib.* 6.
tit. 1. *in fin.* Alfar. *de offic. fiſcal. gloſſ.* 13. *num.*3.*&*
gloſſ. 34. *n.* 5. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.*
10. *n.* 46. *& ſeqq.* Bened. Ægid. *in* L. *ex hoc jure p.*
3 2. *c.* 8. *n.* 21. Aug. Barboſ. *in d.* L. *donationes, quas*
Divur. num. 7. Larrea *allegat.* 119. *n.* 9. Valenz.
conſ. 2. *num.* 62. Capyc. Latro *deciſ.* 88. *n.* 4. Nil
mirum, quod in Regiis donationibus dentur plura
ſpecialia: ut dixit Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2.*lib.*
2. *c.* 15. *n.* 5. *&* 6. quoniam gratiæ, donationes, &
conceſſiones Principum non ſubjacent fræno Curr.
Iun. *conſ.* 45. *n.* 47. Cravet. *conſ.* 95. *n.* 9.*vol.*1.Decius *in* L.*in omnibus cauſis n.* 8.*ff.de regul. juris* Andr. Gail. *lib.* 2. *obſervat.* 55. Thoming.*conſ.*3.*n.* 39.
*& ſeqq.lib.*1.*& conſ.* 2.*n.*47.*lib.*2. Solorz. *de jure Indiar.d.lib.*2.*c.*10.*n.*4.Valenz.*conſ.*83.*n.*77. Proindeque in hoc capite de ſpecia libus conceſſionum Regiarum agere decrevi. Et in primis ſe offert ſpeciale eſſe
4 in donationibus Principis, quod valeat donatio ab Imperatore in propriã Auguſtam uxorem conſtante Matrimonio collata *d.* L.*donationes, quas Divus* 26. *C.*
de donat. inter Peregr. *de jure fiſci lib.* 4. *tit.* 5. *nu.*
25.Tiraq.*de nobilit.c.*37.*n.*43.Molin. *de Inſt. & jure*
*tract.*4.*diſp.*189.*n.* 17.*in princ.* Anton. Gomez *in* L.
52. *Tauri n.* 66. *verſ. octavus eſt, & lib.* 2. *var. c.* 4.
n. 1. Duenaoreg. 221. *verſ. limita nono* Carpoſ. *in*
prax. verb. donatio n. 74. Sanch. *de Matrim. lib.* 6.
*diſp.*3.*n.*1.Mantic.*de tacit.lib.*21.*tit.*3. *n.* 2. Maſtrill.
*de magiſtr.lib.*1.*c.*4.*n.*21.Aug.Barboſ.*in d. L. donationes, quas Divus n.*1.*&* 2.*Ricc.in addit.*ad Vincent.
de Franch.*deciſ.*89. Andr.Gail.*l.*2. *obſerv.* 28. *n.* 17.
Roderic.Suar.*in quæſt.Majoric. n.* 27. Quod procedit
5 etiam in donationibus Regis, Ducis, & Marchionis,
qui non recognoſcunt ſuperiorem: ut declarat Mantic.*d.lib.*21.*tit.*3.*n.*2.Aug. Barb.*in d. L. donationes, quas Divus n.*3.Et in eo conſiſtit ſpeciale, quod regulariter donatio inter virum, & uxorem à jure Civili improbatur: ut late diximus ſupra *præludio* 2. §.
4. *num.* 2.
6 Secundum ſpeciale verſatur in donatione facta à
Rege filio familias ipſius in ſacris exiſtenti. Quæ quidem valida eſt propter excellentiam Regiæ dignitatis: ut ſcribunt Oldrad. *conſ.*231.*incipit. Ut ejus de quo quæritur, &* Bald.*in c.*1.§.*item Sacramenta col. penult. verſ.ſecundo utrum Rex tit.de pace juramento firmanda* Roman. *in* L. *ſi vero* §. *de viro in* 4.*fallent verſ.decimo ff. ſolut. Matrim.& in Auth.ex teſtamento col.*3.ubi Alex.*n.*2.*C.de collat.* Iacob.de S. Georg. *in tract.feudorum verb. Princeps Pedemontium col. ult. verſ.*64.Gail.*lib.*2.*obſerv.*38.*n.*16.Tiraq. *de nobilit.c.*
37.*n.*45.Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 29. *n.* 97.*& ſeqq.*
Mangil.*de imputat. q.* 45. *n.* 29. *&* 30.Roderic.Suar.
*in L.quoniam in prioribus in declarat. legis Regni limit.*5.*n.*5.Aug.Barboſ.*in L.donationes, quas parentes n.*4.*C.de donat.inter.*Sarmient. *de reddit. Eccleſ.*4.*p.*
*c.*4.*n.*1.Et conſiſtit hoc ſpeciale in eo, quod de jure
Civili non valet donatio facta à patre filiofamilias in
ejus poteſtate exiſtente: ut diximus ſupra *præludio* 2.
§. 5. *n.* 1.
Tertium datur ſpeciale in donatione facta à Prin- 7
cipe ſuæ concubinæ; quamvis enim regulariter quilibet valide poſſit donare concubinæ. ut diximus ſupra *Præludio* 2.§.7.*n.*3.Tamen miles concubinæ donare non poteſt: ut eod. d.§.7.Atqui Princeps, ſeu
Imperator milites vocat commilitones *in* L.1.*ff.de milit.teſtam.*& à communiter accidentibus miles eſt. Unde videbatur dicendum non poſſe donare ſuæ concubinæ; ſed contrarium verius eſt, & poſſe donare
propter excellentiam ſuæ perſonæ, ſcribunt Tiraq.
qui varia refert exempla *de nobilit.c.*37.*n.*46.Peregr.
*de jure fiſci l.*2.*tit.*9.*n.*14.Bald.*conſ.*456. *incipit. Recolo me conſuluiſſe vol.*5. *& conſ.* 248. *quæritur utrum donatio vol.*5.Trentacinq.*lib.*3.*var.tit.de donat.reſolut.*7.*n.*7.Auguſt.Barboſ.*in* L.2.*C.de donat.inter.nu.*
14.Hermoſ.*in* L.1.*tit.* 4.*partit.*5. *gloſ.* 6. *n.*13. Et ſic
ſpeciale eſt donationum Regiarum ut valeat donatio
à Principe facta ſuæ concubinæ. Et memini vidiſſe
quandam donationem antiquam factam à quodam
Rege hujus Regni, in qua expreſſum erat donaſſe
quaſdam terras Regiæ Coronæ mulieri ſuæ concubinæ in quodam proceſſu vertente coram me, dum Conſervatoris Almæ Conimbricenſis Academiæ munere
fungerer.
Quantum ſpeciale conſiſtit in eo, quod ex donatio- 8
ne facta à Principe transfertur dominium in donatarium abſque traditione, ut ſcribunt Joann. Andr. *in*
*c.olim de verb.ſignificat.*Bald.*in prælud.feudor.col.* 7.
*verſ.dixi ſexto, & in c.ad audientiam col.*7.*verſ.& ex privilegio de reſcriptis* Angel.*in L.officium ad fin. ff. de rei vendicat.* Alex. *conſ.*187. *in hac cauſa col. ult. verſ.quod autem iſta vol.* 2.& poſt antiquiores Tiraq.
de nobilit. c. 37. *n.* 51. late Solorz.*d.lib.*2.*c.*9.*n.*22.
Hermoſ.*in* L.7.*tit.*4.*partit.*5.*gloſſ.*3.*n.*3.*&* 4.Valenz.
*conſ.*69.*n.*68.*&* 69.*& conſ.* 151. *in n.* 57. Cabed.2.*p.*
*deciſ.*39. *n.*7. Magon.*deciſ.Lucenſi* 38.*n.*9. Antonin.
Amat.*reſol.*12. *n.* 15. De Pont.*conſ.*34.*n.*10.*& conſ.*
67.*n.*4.*lib.*1.Molin.*de Juſt.& jure tract.*2.*diſt.*3.*n.* 18.
Andr.Gail.*lib.*2.*obſerv.*55.*num.* 6. Covarr. *lib.* 2.*var.*
cap. 19. *num.* 3. Cald. *de empt. c.* 12. *n.* 41. *& conſ.*
28. *n.* 23. Ant.Gabriel. *lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. concluſ.* 2. *num.* 39. Gratian. *cap.* 310. *num.* 9. *&*
ſeqq.
Quod quidem ſpeciale eſt in Principis donatione,
quoniam regulariter dominium ſine traditione non
transfertur *L.traditionibus C. de pact.* §.*per traditionem Inſtit.de rerum diviſ.*Gama *deciſ.*206.*n.*3.Surd.
*conſ.*52. *n.* 75.Cyriac.*controv.*128.*n.*57.*&* 58. Hermoſ.*in* L.7.*tit.*4.*partit.*5.*gl.*3.*n.*11.Et probant jura in
L.ſi ager L. quædam mulier ff.de rei vendicat.L.clavibus ff. contrahenda empt.L.qui prædium ff. de diſtract.pignor. L. penult.C.de rei vendicat. Adeo, ut
neque pacto fieri poſſit, quod dominium ſine traditione transferatur gloſſ. *in d.L.traditionibus ubi Decius*
*n.*2.Bart.*in* L.*cum falſa in* 1.*oppoſitione C.de juris, & facti ignorant. &* in L. 1. *n.* 19. *verſ. aut loquimur in contractibus ff. de condit. & demonſtrat.* Ruin. *conſ.*
112.*n.*4.*vol.*4.Nat.*conſ.*456.*n.*3.Surd.*conſ.* 52. *n.* 76.
Ex ratione, quia dominium naturaliter à poſſeſſione 10
incepit, & naturalia principia non poſſunt ab hominum actibus removeri Bald. *in L. ea lege. n.* 3. *C. de condict. ob cauſam* Surd. *d.conſ.*52.*n.*75.At quod dominium ſolo pacto ſine traditione non amittatur,
probat *gloſſ. in d.* L. *ea lege*; ubi Cyn. Bart. Bald.
& com-

& communiter DD. Anton. Gomez in L. 40. Tauri
n. 16. Tiraquell. in L. ſi unquam verb. revertatur n.
17.& 18.C.de revocand.don. Hermoſ. in d. L.7.gl.3.
n.11.Immo neque ſola traditio ſufficiens eſt ad tranſ-
11 lationem dominij niſi interveniat cauſa habilis, & ti-
tulus legitimus L. numquam nuda ff. de aquir. rer.
dom. gloſſ. in d.L. traditionibus C.de pact. Socin. Jun.
conſ.82.n.9.vol.2.Alciat.conſ.435.n.2. Tiraq.de re-
tract.convent.ad fin.n.64.Surd.conſ.4. n. 41. Cyriac.
controv.128.n.57.Anton.Gomez in L.45.Tauri n. 7.
Gutierr. in repet.text.in §. ſui Inſt.de hared. qualit.&
different.n.68.Hermoſ.in d.L.7.gloſſ.3.n.11.
Qua ratione dominium ex donatione non tranſfer-
tur in donatarium, niſi ſubſequatur traditio Cancer.
12 l.1.var.c. 8. n. 30.Noguer.allegat.14.n.46.Peguer.
deciſ.48.n.6.Et ea de cauſa donator ante traditionem
poteſt bona donata obligare, hypothecare, & alie-
nare in præjudicium donatarij L.fin. §. Lucius ff. de
donat. Gutierr. de juram. confirm. p. 3.c.15. n. 23.&
ſeqq. Cancer.d.l.1.c.8.n.30.Maſtrill.deciſ.211. n. 21.
13 uſque ad fin. p. 3.Noguer.allegat.14.n.47.Hermoſ.in
L. 4.tit.4.partit.5.gloſſ.1.n.2.Amat.reſolut.26.num.2.
13.& 14 Quod tamen fallit in donatione facta Eccle-
ſiæ; per eam namque ſine traditione dominium trans-
fertur Tiraq. in d.L.ſi unquam verb.donatione largi-
14 tus n.153.& 176.Ant.Faber.de errorib.pragmat. de-
cad.48.error.2.per text.in L.fin.C.de Sacroſ. Eccleſ.
ubi Aug.Barboſ. n. 9. Quæ limitatio declaratur, ut
procedat reſpectu dominij, quod in Eccleſiam ex do-
natione transfertur, non vero reſpectu poſſeſſionis
quæ non adquiritur Eccleſiæ, niſi præcedat tradi-
tio Tiraq. in tract. le mort.p.2.declar.n.11.n.2.Gom.
in L. 45. Tauri num. 14. & in L. 50. n. 27. Valaſc.
de jure emphyt.q.18.n.34.Hermoſ.in L. 7. tit. 4.par-
tit. 5.gloſſ.3. num. 17. Aug. Barboſ. in d. L. fin. C.
de Sacroſ. Eccleſ. numer. 22. Rebell. de obligat.
Iuſt. 1. l. 1. q. 8. ſect. 4. num. 18. Noguer. alleg.14.
num. 61.
15 Deinde ex inveſtitura, & conceſſione emphyteu-
ſis non transfertur dominium in emphyteutam, niſi ſe-
quatur traditio Molin.de primog. l. 1.c.19.n. 14. Va-
laſc.de jure emphyt.q.14.n.6.Gama deciſ.206.n.3.Pe-
reyr.deciſ.123.n.11.
16 Neque ſubhaſtatione, addictione, ſive adjudicatio-
ne transfertur dominium in eũ, cui bona ſuerunt ſub-
haſtata, niſi ſequatur traditio: ut ſcribunt Morla in
emptor.juris tit.4.de tranſact. n.5.Caſtil.deciſ. Siciliæ
220.n.2.p.3.Theſ.quaſt.forenſ.lib.1.q.7.n.5.Amat.re-
ſolut.95.n.16.Giurb.deciſ.64.à n.7.Poſth. de ſubhaſt.
p. 1.inſpect.53.n.53.& 54.Noguer.allegat. 20. à nu.
14. & maxime num.15. Prout etiam ex ſententia non
transfertur dominium in victorem abſque traditione
Bart. in L. ex hoc jure n.6.ff.de Inſt.& jure. & ibi Iaſ.
n.44.Valaſc.de partit. c.2.n.8.Reynoſ.obſervat. 6.n.
36.Noguer.allegat.20.nu.14.& 15. Cyriac. controv.
120.n.7.Agnat.reſolut.95.n.17.Ex quibus ſatis Pater
ſpeciale eſſe in donationibus Principis, ut do-
minum, abſque traditione in donatarium transfe-
ratur.
17 Infertur ex dictis aliud ſpeciale: quoniam etiam-
ſi facta donatione alicujus rei duobus ſeparatim is po-
tior judicetur, cui primò res fuit tradita, licet tem-
pore ſit poſterior L.quoties C.de rei vendicat.ibi:Cum
etſi ex cauſa dationis utrique dominium rei vendice-
tis, cui priori poſſeſſio ſola tradita eſt, haberi potiorem
conveniat.L.ſi curens §.fin.ff.de action.empt.& tenent
Alex. conſ.14.circa primum nu. 8. vol. 1.Iaſ.in d.L.
quoties. n. 10. Ruin. conſ. 121. Burg. de Paz. conſ.
14.n.24.Covarr.in rubr.de teſt.3 p.n.3. verſ. ſextum.
Marſill.ſingul.82.n.8.dicit communem Anton. Gabr.
lib.3.tit.de empt.& vendit.concluſ. 2. nu. 8. Valenz.
conſ. 119.n.26.Aug.Barb.voto 25. n. 86. Solorz. de
Jure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 9. num. 8. Govarr.

l. 2. var. cap. 19. Gail. l. 2. obſerv. 55. Valaſc. d.q.
14. num. 7.
Tamen in donationibus Principis ſpeciale eſt, ut
prior tempore præferatur ſecundo, qui prius poſſeſ- 18
ſionem adeptus eſt; ut ſic Principis donatio plenior
ſit, & efficacior, quam privati: eo quod per ſolam
Principis conceſſionem abſque alia traditione tranſit
in primum donatarium, non ſolum dominium rei, ut
ſupra oſtenſum manet, ſed poſſeſſio c. propoſuit de
conceſſ. prabenda Bald.in præl. feudorum,n.29.Greg.
Lopez in L.6.tit.26.partit.4.verb. ò camera Roman.
conſ. 298. circa pramiſſam, quem ſequitur Iaſ. conſ.
27. ad eruendam in princ.lib. 1. Bald. in c.licet cau-
ſam col.7.verſ.ſed quæro quid ſi dno de probat. & cum
Alex. Iacob.de S.Georg.& Cardin.Tiraq.de Nobilit.
c. 37.n.50.Dec.in L.certi conditio §.depoſui n. 7. ff.
ſi certum petatur, & conſ.689.incipit viſo puncto num.
20.& 23.Solorz.d.lib.2.c.9.n.21. Sixtin. de Regalib.
lib.1.c.5.n.37.Hermoſ.in L.53.n.1.& 2.Confirmatur, 19
quia Princeps, qui rem jam conceſſerat uni, ſi ean-
demmet alteri donat, cenſetur prioris donationis obli-
tus, & petentium importunitate circumventus c. ex
parte 12.de offic. delegati ibi: Si memores fuiſſemus
nos pro N.litteras direxiſſe, pro adverſario nullatenus
ſcripſiſſemus: c.tua fraternitatis 20.de prabend ibi:
Cum ſæpe contingat, quod ad unam prabendam duo
Clerici propter importunitatem petentium eligantur.
Solorz.d.lib.2.c.9.n.1.Suar.allegat.9.n. 9.Mier. 1.p.
q. 26. n. 8. Hermoſ.in L.53.tit.5.partit.5.gloſſ. 6.nn.
11. Princeps enim non cenſetur concedere vaſſallo
id, quod alteri reperitur conceſſum juxta celebre dic-
tum Bald. in c.1. per text. ibi de Capitaneo, qui Cu-
riam vend. Aretin. conſ. 15. col. 3. Valaſc. de jure
emphyt.q.8.n.40. Neque ſecunda conceſſio enervat 20
effectum primæ, niſi in ſecunda dicatur non obſtan-
te prima donatione, ſeu conceſſione, & illius facta
ſit ſpecialis derogatio: quia tunc ſi prima conceſſio
fuit gratioſa, & facta ſubdito, nulla ſubſiſtente cau-
ſa, poteſt prima ſola voluntate Principis revocari ar-
gum. text. in L.prædia ubi Bart. C.de locat. pradior.
civil.lib. 11 idem Bart.in L.1.C. de legat. notab. 1.
Andr.Gail obſerv.51.& 55. Valaſc.conſult.72 nn. 2.
Gregor.Lopez in L. 53. tit. 5.partit. 5.gloſſ. 6.& ibi
Hermoſ. num. 5. & 6. Solorz. d.c.9.n.25. ubi plures
laudat.
Sixtum ſpeciale conſiſtit in eo, quod in contrac- 21
tibus non eſt locus juri accreſcendi L. ſi mihi, & Ti-
tio ff.de verb.obligat. L. unica C. quando non peten-
tium partes Cald.Pereyr.de nominat.q.3.n.3. Thuſc.
littera l.concl.567.Larrea alleg.105.n.32.Solorz.lib.
2.c. 12. nu.50. Tiraq.de nobilit.c.37.n.48.Clar.in §.
emphyteuſis q.39.n. 1.Mantic.de tacit. & ambig. lib.
22.tit.1.à n.4.& de conject.ultim. volunt.lib.4.tit.12.
n.4.& de Molin. lib. 1. c.12.n.36. Mench.de ſucceſſ.
creat.§.10.ex nn. 116. Alvarad.de conject.mente de-
funct.l. 2.c. 3. n. 33. Amaya in L.unica C.ſi liberalis
Imperialis ſoc.n.9.Anton.Gomez lib.1.var.c. 10. n.1.
Cardoſo de jure accreſ. illat.28. n. 2.Pichard.in §.4.
Inſtit de donat.
Et tamen ſpeciale eſt in donationibus, & conceſ- 22
ſionibus Principis, ut in eis fiat locus juri accreſcen-
di L. unica C.ſi liberal.Imperial.ſoc.lib.10. ubi præ-
ceptor meus doctiſſimus D. Franch. de Amaya n. 9.
Tiraq.d. c. 37. n. 48. qui plures antiquiores adducit
Peregr.de jure fiſci lib.1.tit.2.103.Graſſ.in §. jus ac-
creſcendi q.15.n.4.Mantic.de tacit.lib.13.tit.17. nu.
15.& l.22.tit.34.n.11.Solorzan.lib.2.c. 12.n.49. 51.
& ſeqq. Cancer.lib.3.c.22.n.52. Cardoſo de jure ac-
creſ. illat. 32. n. 1. Duar.eodem tract. lib. 1.c.16.Et
hæc eſt communis, & recepta ſententia ex Jaſon. in
L.ſi mihi, & Titio n.6.ff. de verbor. obligat. & in L.
re conjuncti n.224.ff.de legat.3. Gratus conſ.4. n.14.
lib.1.Quidquid in contrarium teneant Oſuald.ad Do-

nel.lib.7.comment.c. 12. littera L. & Amaya in d.L.
unic.C.ſi liberal.Imperial.ſocius n.10.& ſeqq.Quotum
primus probare conatur in d.L.unica interpretatio-
nem largiotem, quæ fieri debet in donatione Prin-
cipis, opetari, quod pari deficientis pettineat ad ſo-
cium, non vero jus accreſcendi. At vero Amaya ait
diſpoſitionem d. L. unica non procedere ex jure ac-
creſcendi, ſed ſocium ad partem deficientii vocari ju-
re ſucceſſionis. Sed contra utrumque ſtat communis
DD. opinio.

23 Septimum ſpeciale erit, quod licet in alternativis
debitorii ſit electio L. plerumque ff. de jure dot. L. ſi in
emptione 34.§.ſi emptio L.ſi ita 25.ff.de contrab.empt.
L. ſi quis penult. C. de coudict. indebiti §.binc autem
Inſtit.de action.ubi Corraſ.n.3. DD. in L.Lucius 23.
ff.de legat.2. Anton.Gomez l.2.var.c.11.n.38.Tiraq.
de retract.lignagier.§.3.gloſſ.16.innumeros citat Aug.
Barb. per text.ibi in coll.ad d.reg.in alternativis de
reg juris in 6. & ultra Larrea deciſ. 74. n. 1.Olea de
ceſſione jurium tit.2.q.t.n.40.Valenz.conſ.112.n.78.
De cujus regulæ ampliationibus, & limitationibus
videndi ſunt ſuperius relati, & præcipuæ Auguſt.
Barboſ.in d.c. in alternativis.

24 Tamen ſpeciale eſt in donationibus, gratiis, & pri-
vilegiis Principis alternative conceſſis, ut electio non
concedentii, ſed accipientii ſit L. 2. ubi notant om-
nes C.de caſtrerſianis, & miniſterian.lib.12.ubi gloſſ.
Platea & Rebuff. Everard. in Topicis loco à natura
alternativæ limit.5.Cald.Pereyr.de nomin.q.10. poſt
plutes Aug.Barb.in d.c.in alternativis n. 16.quibus
addo Tiraq.de nobilit.c.37.n.49.D.Chriſtoph.Creſp.
obſervat.86.n.11.& 12.Quæ reſolutio ita procedit in
gratiis motu proprio conceſſii, quam in obtentis ad
petitionem partis; ut rejecta contraria opinione, quæ
diſtinguit inter beneficia motu proprio conceſſa; &
obtenta ad partii inſtantiam: optime reſolvit Barb.
ſupra n. 17.Et videtur probare Creſp.d.obſervat.86.
Fundatut prædicta reſolutio ea ratione: quod be-
25 neficium Principii latiſſime eſt interpretandum in ſa-
votem partium, & contra concedentem L.beneficium
ff.de conſtit.Principum ubi Bald.in 2.lect. Decius conſ.
32.col.2.Joſeph.de Seſſe deciſ. 106.n.267.Giurb.de-
ciſ.23.n.10.Larrea allegat.33.n.a.Amaya in L.unica
n.6.C.de coll.donat.l.10.Cabed.2.p.deciſ.95.n.1.poſt
plurei Barb.in d.c.in alternativis n. 57. Solorz.d.lib.
26 2.c.10.n.4.Creſpo obſervat.46. n. t4. Unde infertur
DD.tegulam in alternativis non habere locum in do-
nationibus Principis, maxime remuneratoriis; quo-
niam donatarii eſt electio Fulvius Conſtant.in L.1.n.
90.& in L. 2. C. de filiis official.Milit.lib.12.Ubi ita
judicatum teſtatur Bald. in L. 3.ff. de conſtit. Princi-
pum Cteſp, ubi ſupra n.15.Ipſe tamen Fulv.Conſtant.
in d.L. 1.n. 9t. advertit prædictam reſolutionem al-
ternativæ in donationibus Principis non habere lo-
cum; quando alternative donantut res de patrimonio
Ptincipis ex Plat.& N.Sebaſt.Nævio.Quod Ctiſtopb.
Creſp. in d.obſerv.86.n.t6.verum eſſe dixit per text.
in L.nec damnoſa C.de precib.Imperat offerend.& in
c. intellecto de jurejurando.Ego verò non ita abſolute
reſtrictionem amplectendam cenſeo: quoniam ſi reſ-
trictio ſimpliciter admitteretut, corrueret prædicta
DD. reſolutio, & tantum habere locum in gratiis,
quæ non concernent bona patrimonii Principis; cum
tamen DD. generaliter loquantur. Atque ita reſtric-
27 tionem admittentem eo tantum caſu, quo per alter-
nativam donarentur bona Regiæ Coronæ, quorum
alienatio vergeret in grave Regni detrimentum: quia
cum Princeps bona hujui qualitatis alienare nequeat
c.intellecto de jure jurand.Oldrad.conſ.94.Molin.lib.
1. cap. 3. num. 38. Valaſc. conſult.132.Cancer. lib.
3. c. 1. nu. 152. Larrea allegat. 8. à num. 40. Et di-
cemus infra Deo dante ſuo loco. Si donatio fuit nul-
la, nil mirum, ſi electio locum non habeat. Cæte-
rum ſi donatio non læſerit multum Regni ſtatum; ita
ut donatio valida eſt: ut notatur in d. cap. intel-
lecto, ita, & locum obtinebit reſolutio: quod in al-
ternativis ſit electio donatarii, non Principis conce-
dentis.

Octavum ſpeciale in eo poſitum eſt quod in dona- 28
tionibus Ptincipis non requiritur inſinuatio c.penult.
C.de donat. inter: melior text. in L. ſancimus verſ.
exceptis ubi Bald. C.de donat.Oldrad.conſ.231.Joan.
Andr.in addit. ad Specul. tit. de inſtrument. edit.§.
porro in ult. addit. Roman.in L. Modeſtinus ff. de do-
nat.Tiraq.de nobilit.c.37.n.47.Cevall. commun.con-
tra commun.q.222.n.9.Azeved.in L.1.tit.8.lib.5.Re-
copilat.Gratianui c.312.n.4.Hermoſ.in L.9.tit.4.par-
tit.5.gloſſ.1.n.36. Molin. de juſt. & jure tract.2. diſp.
279. nu. 4.

Cum tamen donatio, quæ excedit quingentoi ſo- 29
lidos de jure communi, & apud Noi excedens tte-
centos ducatos inſinuari debeat; ita ut ſi non fuetit
inſinuata, non valeat in exceſſu L. ſancimus 24. in
principio L.donatio 28.§.in couſcribendis L.data 27.
C.de donat.ubi commun.DD.Ordinat.lib.4.tit.62.Pa-
lac.Rub.in rubr.de donat.inter §.19.n.6. Petr.Greg.
ſyntagm.l. 28. c. 13. Anton.Gabr.lib.3.tit.de donat.
concluſ. 1.n.t.& 2.Anton.Gomez lib.2.var.c.4 n.6.
Morzius de contract.tit. de donat.ca. de ſubſtant. do-
nat. n. 7. Cujac. in partit.ad tit.de donat.u.fin.Her-
moſ. qui plures laudat in L.9.tit.4.partit.5.gloſſ. t.n.
27.Gratian.c.343.n. 3. alios adducit Aylon. ad An-
ton.Gomez d.c.4.n.7.& ultra eos Clat.in §.donatio 7.
15.n.1.Mantic.de tacit.lib.13.tit.34.n. t. Caſtill. de
aliment. cap.1t.n.1.& to.Cancer. lib.t.c.8.n. 1. Cy-
riac. contr. 10.n. 72.& contr. 128. n. 15.Apud quoi
videre potes ampliationes, & limitationes hujui re-
gulæ.

Nota, quod de jure communi, quo conſultum fuit 30
utilitati donantis, ideo inſinuatio fuit introducta, ut
ex præſentia Judicis, coram quo inſinuatio erat fa-
cienda, donans bene advertet ad donationis actum
perficiendum: quandoq; enim evenit, ut donationes
imptudentet, & extra deliberationem voluntatis fiant,
& in prodigalitatem ex importunis, & callidis ſuaſio-
nibui donatationum tuant: ut dicitur in L.data 27.
C.de donat.L.ſiquidem C.de donat. inter. Fachin.lib.
3.cap.83.verſ.reſpondeo Mantic.d.tit.34.n.9.verſ.ſed
ego ſubſiſto Fontan.de pact.nupt.clauſ.4.gloſſ.29.n.tt.
ad fin. Mar.Cutell.de donat. tract. 1. diſcurſ. 11.ſpe-
cial. 4. nu. 5.

Et eſt advertendum, quod inſinuatio tantum requi- 31
ritur in donatione ſimplici, de qua loquitut text. in
d.L.ſancimus C.de donat. Nat.conſ.609.num.20. Me-
noch.conſ.261.n. 10. Altograd.conſ.7.n.32. Et rutſus
quod donatio, in qua requiritur inſinuatio, incipit
valere non à die donationis: ſed à die inſinuationii
quod multum refert ad fructuum adquiſitionem Seſſe
dec. 25. n. 10. & 11.

Deinde obſerva, quod inſinuatio fieri nequit, 32
poſtquam oppoſitum eſt de nullitate ob illius deſec-
tum Alexand. conſ. 237.ad fin.vol.6. Marſill. ſingul.
480.Becc.conſ.66.n.3.vol.1.Cyriac.controv.10.n.76.
& controv. 128. n.17. Inſinuatio autem bene poteſt
fieri ex intervallo poſt factam donationem L. fin. §.
civilique modo C. de donat. propt. nupt. L. in hac ſa-
cratiſſima C. de donat. & ſcribunt Bart. in L. Modeſ-
tina C. de donat. Bald.in d. L. fin. C. de donat. prop-
ter nupt. & in L. quæcunque C. de bon.qua liber. Ant.
de Canar. in tract. de inſinuat. p.1.q.3.Roman. conſ.
115. optime Riminald.Jun.in §.1.n. 202. Inſt.de do-
nat.Trentacinq.lib.1.var.tit.de donat.reſolut.5. num.
t. Cancer. p. 3.c. 8. n. 18. Quod intellige, dummo- 33
do donator conſentiat, quia eo invito non poteſt do-
natariui inſinuare. Anton.de Canar de inſinuat. t.p.q.
5.n. 13.Corn. conſ. 71. vol. 2. Trentacinq.d.reſolut. 34
5.n.

5.*n.* 3. Cancer. *d. c.* 8. *n.* 18. Ideoque poſt mortem
donatoris inſinuatio fieri nequit Anton. de Canar.
d. 1. *p. q.* 29. Aretin. *conſ.* 123. *n.* 2. & 3. Gratian.
c. 531. *n.* 3. & *c.* 783. *n.* 6. & 7. Cyriac. *controv.*
10.*n.*75. Quanto autem tempore duret facultas inſi-
nuandi? Controverſum eſt. Nam Angelus *conſ.* 179.
col. fin. Roman. *in d. L. Modeſtinus col. fin. in prin-
cipio*, & Ruin. *conſ.* 44. *ſub n.* 21. *vol.* 2. tenent fa-
cultatem inſinuandi durare tantum per ſpatium trigin-
ta annorum. At vero Riminald. *in d.* §. 1. *Inſt. de
donat. n.* 209. *cum ſeqq.* & Anton. de Canar. *t. p.
q.* 3. tuentur prædictam facultatem perpetuo dura-
re. Et hæc ſecunda opinio verior eſt: quia inſinua-
tio conſiſtit in libera donatoris facultate, & volun-
tate, qui ſemper ſine temporis præfinitione poteſt
ſuam donationem inſinuare; prout ſemper poteſt
donare.

35 Limitatur principalis reſolutio in donatione cau-
ſa dotis, quæ inſinuationem non requirit L *fin.C.de
jure dot.*Pinel.*in* L.1.*C.de bon matern.*3.*p.n.verſ.in-
fertur* 31. Petr. Barboſ.*in L.*1.*p.*7.*n.*42.*ff.ſolut.Ma-
trim.*Cevall.*q.*73.*n.*6.Gama *deciſ.*120.*n.* 2. Emman.
Barb. *ad Ordin. l.* 4. *tit.* 62.*n.*6. Molin. *de prim.l.*2.
*c.*8.*n.*16. Surd. *de alim tit.* 8.*priv.*72.*n.*7. & *deciſ.*
296.*n.*19.Aug.Barb.*de poteſt.Epiſcopi alleg.*20.*n.*18.
Cald.Pereyr.*rec.q.*19.*n.*10.Pancir.*conſ.*53.*n.*18. Al-
tograd.*conſ.*57.*n.*31.Cancer.*l.*1.*c.*8.*n.*3.ubi alios ci-
tat.Mar.Cutell.*de donat. tract.*2.*diſcurſ.*1.*ſpecial.*4.
*n.*8. Vbi hanc opinionem veriorem eſſe rejecta con-
traria teſtatur.

36 An autem in donatione facta cauſa Matrimonii in-
ſinuatio neceſſaria ſit? Quæſtionis eſt. In qua illa
placet diſtinctio, quod ſi donatio facta ſit à Patre
filio ob cauſam Matrimonii, nulla requiratur inſi-
nuatio: ut late proſequitur Mar. Cutell. *d.ſpec.*4. *à
n.*2.*cum ſeqq.*Si verò donatio fiat ab extraneo, etiam
ſubdiſtinguendum eſt: aut enim donatio fit cauſa
Matrimonii contrahendi cum certa perſona; & tunc
non requiritur inſinuatio Surd. *conſ.* 361. *n.* 25. Al-
tograd. *conſ.*7. *n.* 31. & *à n.* 20. Fontanell. *de pact.
nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.*1.*n.* 20.& 21. & *gloſſ.* 5. *n.* 18.
Covar. *in c. Raynaldus* §. 2. *n.* 6. *verſ. præfata ve-
rò de teſtam.* idem Fontan. *d.gloſſ.*1.*n.*33. & 34. Al-
tograd. latiſſime *d. conſ.* 7. *à nu.* 40. *cum ſeqq.* Mar.
Cutell. *ſpe.* 4. *n.*12. *verſ. Surdus vero* Quæ reſolutio
à fortiori procedit caſu, quo donans eſt conſangui-
neus donatarii; quia tunc donatio non ſolum conti-
net donatarii commudum, ſed etiam donantis. Et ſic
non ſimplex, ſed ob cauſam dicenda eſt Gratian. *c.*
924.*n.*13.Fontan.*d.gloſſ.*1.*n.*30.& 31.Barb.*in d.L.*1.
p. 7. *n.* 41. *ff. ſolut. Matrim.* Tiraq. *in tract. ceſſante
cauſa limitat. t.n.* 52. Altograd. *conſ.*7.*n.* 56. & 57.
Aut donatio facta fuit ab extraneo cauſa incerti Ma-
trimonii, & tunc quia donatio ſimplex reputatur,
inſinuationem deſiderat Decian. *conſ.* 72. *n.* 29. *l.*5.
Gratian.*c.*474. *n.*29. Ubi ita deciſum teſtatur Gra-
tus *conſ.* 57. *n.* 13. & 19. *lib.* 2. Mar. Cutell. *tract.*
1. *diſc.* 3. *part.* 6. *n.* 18. Quamvis Mantic. *de tacit.
lib.*20.*tit.* 2.*n.* 13. & *melius tit.*5.*n.*28. & 29. aliter
diſtinguat. Scilicet quod ſi donatiö fiat ex parte mu-
lieris requiratur inſinuatio; ſi vero ex parte viri nulla
deſideretur, Super quo etiam videndus Caſtill. *de
aliment. cap.* 11.*n.* 12. Ubi cunfuſè nimis, ut aſſolet,
loqui videtur.

Limitanda etiam erit præfata concluſio in dona-
tione ob cauſam, & ob benemerita: quippe uſque
ad valorem meritorum, ſeu cauſæ non requiritur in-
37 ſinuatio, ultra illum vero deſideratur Tiraq. *in L. ſi
unquam verb. donatione largitus n.*80. & *ſeqq.* Ga-
ma *deciſ.* 213. Barb. *ad Ordinat. lib.* 4. *tit.* 62. *in
principio n.* 12. Reynoſ. *obſervat.* 31. *n.* 14. & *ſeqq.*
Mantic. *de tacit. lib.*13.*tit.* 15. *n.* 31. idem Gama
*deciſ.*502.*n.*8. Clar.*in* §. *donatio q.*16.*n.*6.Altograd.
*conſ.*7.*n.*31.Caſtill.*d.c.*11.*n.*16. Pinel.*in L.*1.*p.*3.*illat.*
19. *C. de bon. matern.* Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 34.*n.*
24. Fontan. *d. clauſ.*4.*gloſſ.* 28. *n.* 8. & *gloſſ.* 19.*p.*
1. *n.* 34. Barboſ. *in L.* 2.*p.*1. *n.* 171. & *p.* 7. *n.*47.*ff.
ſolut. Matrim.*

Unde Molin. *de primog. lib.*2. *c.* 8. *n.* 14. & *ſeqq.*
deducit non requiri inſinuationem in inſtitutione 38
Majoratus, in qua ſucceſſori imponitur onus ferendi
nomen, & arma, alter Molin.*de Juſt.diſp.* 279.*n.*10.
Emman Barb. *ad d. Ordinat. n.* 14. Caſtill. *d. c.* 11.
n. 8. quia donatio propter onus injunctum non re-
quirit inſinuationem, ſi onus à donatario eſt expli-
candum de futuro Bart. *in L. Regulus ff. de donat.*
Torni *conſ.* 81. *n.* 23. Altograd.*conſ.* 7.*n.* 34. & 35.
Anton. Faber. *in ſuo Cod. lib.* 3. *tit.* 38. *diffinit.* 2.
Sic donatio ad alimenta, vel cum onere alendi non
requirit inſinuationem Surd. *de alim.tit.*8.*privil.*71.
n. 4. Barb. *ad d. Ordinat. n.* 6. Caſtill. *de aliment.
c.* 11. *n.* 20. & *ſeqq.* Hermoſ. *in L.* 9.*tit.* 4. *partit.* 5. 39
gloſſ. 15.*n.* 14. Denique non requiritur inſinuatio in
donatione facta ſcholari cauſa ſtudii Petr. Barboſ. *in
d.*L. 1. *p.* 7. *n.* 40.& 41. *verſ.ſed his non obſtantibus*
Cald. Pereyr. *conſ.* 19. *n.* 9. & 39. Emman. Barboſ.
ad d. Ordinat. n. 9. Alias limitationes adducit idem
Barb. & Caſtill. *d.c.*11. necnon Hermoſ. *de gloſſ.*15.
Mar. Cutell. *de donat.tract.*1. *diſc.*2.*partic.*11.*n.*52.

Ad praxim vero in hac materia inſinuationis ſcien-
dum eſt, quod de jure communi inſinuatio ſufficie-
bat fierit coram Judice competenti, quando dona-
tiones erant in ſcripturam redactæ Anton. de Canar.
de inſinuat. n. 1. Rebus *eodem tract. n.*2. Jul. Clar. 40
in §. *donatio q.* 15.*n.* 2. poſt alios Hermoſ. *in d. L.*
9. *gloſſ* 1. *n.* 28. Bonac. *de contract. diſp.* 3. *q.* 13.
punct. 6. *n.* 1. Et ea propter donatio facta apud acta
aliam non requirebat inſinuationem Salgad *in La-
byrinth.*1.*p.c.* 1. §. 2. *n.* 42. At vero de jure Regio
ex Ordinat. lib. 4. *tit.* 62. §. 1. debet prædicta do-
natio à Rege, vel à Palatinis Senatoribus confirma-
ri prævia inquiſitione, in qua ipſe donans interro-
gandus eſt circa libertatem, voluntatemque donan-
di. Et inſuper interrogandi vicini, ut ſciatur, an
donator metu, dolo, vel aliqua machinatione in-
ductus fuit ad donandum: conſtitoque, quod dona-
tio de libera donantis voluntate proceſſit; tunc con-
firmationis litteræ expediuntur, quæ tranſeunt per
Cancellariam; & manet firma donatio. Et hæc de in-
ſinuatione dixiſſe ſufficiat.

Notabis tamen, quod ita ut donatio facta à Rege
non requirit inſinuationem; ita illa neceſſaria non 41
eſt in donatione, quam privatus facit Regi: Cevall.
q. 222. *n.* 9. & 10. *in fin.* Molin. *de Juſt. diſp.* 279.
n. 4. *verſ.donatio facta* Borell. *de inſinuat.donat tit.*
11.*n.*102.Hermoſ. *in d.*L.9.*tit.*4.*partit.gloſſ.*1.*n.* 40.

Tranſeamus ad quæſtionem, utrum in donatio-
nibus detur evictio contra donatorem, ſi res donata
fuerit per tertium evicta? ut ſciamus An reſpectu 42
evictionis ſit aliquod ſpeciale in donationibus Prin-
cipis? Et quidem diſtinguendum eſt inter donatio-
nem ſimplicem, & mere gratuitam, & donationem
remuneratoriam: & inſuper juxta communem ſen-
tentiam ſubdiſtinguendum eſt inter donationem ſim-
plicem, quæ incepit à traditione, & eam quæ à
promiſſione. De quibus diximus ſupra *præludio* 1. *n.*
5. Ubi dictum fuit quæ à traditione incipere dicatur;
& quæ à promiſſiune. Et quo ad eam quæ incepit à
traditione, conſtat apud omnes evictioni locum non
eſſe per text. *in* L. *Ariſto* §. *fin.ff.de donat L. ad res
donatas ff. de ædilitio adicto L.* 1. *C. de jure dotium
gl.& Doctores in* §.1. *Inſtit. de donat. ſimilis gloſſ. in
d.* L. *ad res donatas, gloſſ. in L. Julianus* §. *qui fun-
dum ff. de verbor. oblig.* Corneus *conſ.* 141. *lib.* 2.
Jaſon. *conſ.* 34.*col.*2.& *conſ.* 73.*col.*1.*lib.* 1. Roland.
à Valle *conſ.*50.*n.*26.*l.*3.Gratus *conſ.*667.*n.*50.Boer.

deciſ. 67. in principio. Et hæc eſt communis, & re-
cepta opinio ſecundum Trentacinq. *l. 3. tit. de do-
nationib. reſolut. 2. n. 6.* & Aretin. *in §. 1. Inſt. de donat.*
Surd. *deciſ.* 290. *n. 3.* Caballin. *de evict ion. §. 4. ſub n.*
2. Caldas Pereyr. *de empt. & vendi. c.* 31. *n.* 42. Guſ-
man. *de eviction. quæſt.* 25. *num.* 24. Mangil. *eodem
tractat. q.* 86. *ex num.* 2. Noguerol. *alleg.* 14. *num.*
131. Cancer. *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 114. Anton. Gomez *l.* 2.
var. c. 2.

43 Quæ reſolutio ampliatur, ut procedat, ſive tradi-
tio rei fiat tempore donationis per actum verum, ſive
per actum fictum: quando donans conſtituit ſe dona-
tarii nomine poſſidere, quia per conſtitutum res tra-
di cenſetur, & donans de evictione non tenetur Cu-
man. *conſ.* 173. *col.* 3. *verſ. quin etiam dici poteſt* ſe-
quitur Riminald. *in §.* 1. *Inſtit. de donation. n.* 76.
Trentacinq. *tit. de donat. reſolut.* 2. *n.* 7. Guſm. *de
evict. d. q.* 25. *n.* 25. Caldas Pereyra *de empt. & ven-
dit. c.* 31. *n.* 42. Et inſuper: quando donatio fit Ec-
cleſiæ pro dote ipſius quia ſi donatum evincatur, non
tenetur donator de evictione, ut ex Paulo de Cita-
dinis tenet Alex. Trentacinq. *d. reſolut.* 2. *n.* 7. *verſ.
ampliatur etiam* quem ſequitur Guſmam. *d. q.* 25. *in*
26. Rationem hujus concluſionis aſſignant Doctores:
quippe donans tradendo cenſetur tantum donare jus,
quod habet in re donata L. *qui tabernam ff. de contr.
empt. L. ſi domus §.* 1. *ff. de leg.* 1. quam comprobant.
Pereyr. *d. c.* 31. *n.* 42. Trentacinq. *d. reſolut.* 2. *n.* 6. *in
fin.* Guſman. *de quæſt.* 25. *n.* 24. *circa fin.* Qui n. 28.
aliam addit, nempe quia qui tradit, magis diſtrahit
quam contrahit §. 1. *Inſt. quibus mod. re contrahit
obligatio.*

Verum ſi donatio à promiſſione incipiat, pugnan-
tes inter ſe invenio Doctorum opiniones. Prima tenet
donatorem de evictione teneri: quam amplectuntur
44 *gloſſ. in L. Ariſto §. fin. ff. de donat.* ubi Doctores,
& Alex. *in L. Iulianus §. qui fundum* ubi etiam Are-
tin. *ff. de verbor. oblig.* Ferrarienſis *in practica in
forma libelli, quo agitur pro donat.* in *gloſſ. fin. & in
titulo libelli, quo agitur ad revocat. feud. gloſſ. ante-
penult. col. pen. verſ. quid ergo ſi rei* Boer. *deciſ.* 67.
ſub n. 1. Gaſpar. Cabalin. *de eviction. §.* 4. *à n.* 2. Thuſc.
littera E. concluſ. 163. *n.* 6. *& lit. D. concluſ.* 725.
Anton. Gomez *lib. 2. var. c. 2. n.* 15. Trentacinq. *d. re-
45 ſolut. 2. n.* 1. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ. 8. p.*
14. *nu.* 31. & 34. Valaſc. *de partit. c.* 37. *num.* 3.
Mantic. *de tacit. lib* 3. *tit* 4. *à n.* 18. Covarr. *lib.*
2. *variar. c.* 15. *n.* 1. Cancer. *lib.* 3. *c.* 4. *à n.*
20. Guſman. *de evict. q.* 25. *n.* 3. *& ſeqq.* Hermo-
ſill. *in L.* 32. *tit.* 5. *partit.* 5. *gloſſ.* 1. *n.* 65. Cald.
Pereyra *de emptione c.* 3. *n.* 42. Gratian. *forenſium c.*
657. *à n.* 47.

46 Secunda opinio tenet donatorem non teneri de
evictione, ſive donatio incipiat à traditione, ſive à
promiſſione, ſi non promiſit de evictione, & deſen-
ſione litis. Et ſic re evicta non teneri neque ad ex-
penſas meliorationum, neque ad litis defenſionem
per text. L. *Ariſto §. fin. ff. de donat.* L. *ad res do-
natas ff. de ædilit. edict.* Ubi probatur ceſſare edictũ
in rebus donatis, quia donator non debet ſuæ libera-
litatis pœnam pati. Quæ ratio æque militat in dona-
tione, quæ incipit à traditione; & ea, quæ à pro-
miſſione initium ſumpſit. Subindeque nulla diſtin-
ctionis ratio dari poteſt, quæ prædictam vincat: ma-
xime quia ex eo in donatione ſimplici, quæ rei in-
terventu, & traditione facta fuit, non tenetur do-
nator de evictione, quippe donans bona fide id
tantum jus donare cenſetur, quod habet in re donata:
ut unanimiter docent DD. & probatur per text. *in c.
paſtoralis de donat.* ſcribunt Alex. *in L. ſi rem alie-
nam n.* 3. *ff. de acquir. poſſeſſ.* poſt alios Surd. *conſ.* 13. *n.*
4. Cancer, *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 112. Petr. Barboſ. *in manuſcri-
ptis ad text. in L. ſervi electione in fin. n.* 6. *ff. de le-
gat.* 1. & faciunt jura in *L. fin. C. de locat. præd. ci-
vil. lib.* 11. *L. ſi ſervum* 91. *in princ. verſ. item ſi bo-
mo ff. de verb. obligat.* Card. Pereyr. *de empt. c.* 31. *n.*
41. Atqui hæc ratio etiam convenit donationi, quæ
incepit a promiſſione: Ergo idem dicendum eſt de
evictione reſpectu unius, & alterius donationis. Et
quamvis prædicta ratio ab aliquibus improbetur, eam
tamen bene defendit Cald. Pereyr. *d. c.* 31. *n.* 41.
verſ. advertimus tamen.

Et confirmatur, quia legans rem, in qua aliquod
jus habet illud tantum legare videtur L. *ſervi electio-
ne §. fin. ff. de legat.* 1. *L. uxor patrui C. de legat.* An- 47
ton. Gomez *lib.* 1. *var. c.* 5. *n.* 24. *verſ. ſecundo infero,
& c.* 12. *n.* 15. Cald. *de empt. c.* 10. *n.* 1. Gama *deciſ.*
195. Covarr. *in c. filius noſter n.* 2. *de teſtam.* Surd.
deciſ. 9. *n.* 28. *& conſ.* 13. *n.* 2. Cyriac. *controv.* 545. *à
n.* 9. *cum ſeqq.* Cancer *l.* 1. *c.* 8. *n.* 112. *&* 3. *p. c.* 20. *n.* 293.
Azeved. *in L.* 3. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopilat. à n.* 7. Fachin.
lib. 6. *c.* 63. *verſ. ſiquis autem, & lib.* 5. *c.* 27. Garcia
de expenſ. c. 22. *n.* 31. *& ſeqq.* Aylon. ad Anton.
Gomez *d. c.* 22. *n.* 17. Mareſcot. *lib.* 1. *c.* 72. *n.* 5.
Antonin. Amat. *reſolut.* 61. *n.* 6. Unde cum legatum 48
donatio ſit, & æqua lance procedant, ita ut teſta-
tor cenſetur legare id tantum jus, quod habet in re
legata, nec hæres de evictione tenetur: idem dicen-
dum eſt de donatore, ut de evictione non tenea-
tur: præſertim cum donatario, qui ex cauſa mere
lucrativa adquiſivit, nihil de patrimonio eximatur.
Propter quæ, & plura alia fundamenta, quæ cumu-
lant Trentacinq. *d. lib.* 3. *tit. de donat. reſolut.* 2. *n.* 1.
verſ. moventur prædicti DD. Qui hanc ſententiam
amplectitur *ibi verſ. ex prædictis vides.* Et contra di-
ſtinctionem ſupra poſitam tenuerunt Cuman. Are-
tin. Fulgoſ. & alii laudati ab Hermoſ. *in d. L.* 32.
tit. 5. *partit.* 5. *gloſſ.* 1. *n.* 66. Hippolit. Rimin. *in §.* 1.
Inſt. de donat. Ripa *lib.* 3. *reſponſ. c.* 18. *n.* 2. & alii
relati à Guſm. *d. q.* 25. *n.* 10. Et eam nervoſe tuetur
Pancorvin. *ſingul. obſervat. c.* 30. qui dicit, quod con-
traria doctrina fuit verius error interpretum: ſequi-
tur Amays. *in L.* 1. *n.* 18. *C. de jure fiſc. lib.* 10. Et pro
hac ſententia judicatum teſtatur Sanfel. *deciſ.* 314. *n.*
1. Et quidem hæc opinio magis conſona juri videtur.
Sed quia contraria ſententia fuit Bart. *in d. L. Ariſto*
§. 1. & eſt magis communis ab ea recedendum non 49
eſt in judicando, & conſulendo, ſaltem in hoc Regno
ubi in varietate opinionum poſt gloſſæ ſententiam
ſequi tenemur opinionem Bartoli, quæ non fuerit
communiter reprobata ex *Ordinat. lib.* 3. *tit* 64. *in
princ.* Ultra quod à prædicta ſententia non eſſe re-
cedendum admonuerunt Guſm. *d. q.* 25. *n.* 19. Her-
moſ. *d. gloſſ.* 1. *n.* 66. & Fontan. *d. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.*
14. *n.* 35.

Et ſic retenta prædicta diſtinctione dicendum eſt
ſpeciale eſſe in donatione Principis, quæ à promi-
ſſione incepit, non eſſe locum evictioni, ut tradunt
Cabed. *deciſ.* 36. *n.* 1. Guſman. *de evict q.* 25 *n.* 32.
Quod etiam ſpeciale eſt in contractibus oneroſis, in
quibus fiſcus re evicta non tenetur, niſi ad ſimplum,
quamvis ejus procurator duplam permiſiſſet L. *ſi pro-
curator ff. de jure fiſc.* *gloſſ.* in L. *ſi. dictum ff. de evict.*
Pariſ. *conſ.* 101. *n.* 14. *vol.* 1. Rebuff. *ad leges Galliæ
tit. de dilat. art.* 2. *gloſſ.* 1. *n.* 32 Peregr. *de jure fiſc.
lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 37. Caball. *de evict. §.* 5. *n.* 88. Alfar. *de
offic. fiſcal. gl.* 18. *n.* 10. Guſm. *de evict. q.* 8. *n.* 20. Ca-
mill. Borell. *in addit. ad Bellug in ſpeculo Principis
rubr.* 2. *littera* E. Cabed. *d. deciſ.* 36. *n.* 1.

Sed quia DD. unanimiter conveniunt evictioni 50
locum eſſe in donatione remuneratoria, etiamſi à
traditione incipiat: ut per Bart. Alex. & Jaſon. *n.*
13 *in L. Julianus §. qui fundum ff. de verb. obligat.*
idem Jaſ. in L. *ex hoc jure* n. 68. *ff. de juſt. & jure*
Boer. *deciſ.* 67. *n.* 1. Alex. *conſ.* 47. *n.* 8. *vol.* 3. Thuſc.
littera E, *concl.* 366. *num.* 5. Capyc. *deciſ.* 197.
n. 8.

n. 8. Valaſc. *conſult.* 60. *n.* 20. Guſm. *de evict. q.*25.
n. 37. Cald. *de empt. & vendit. c.*31. *num.* 44. Joan.
Garc. *de donat. remunerat. n.*24. Anton. Gomez *lib.*
2. *var. c.*2. *n.*35. ubi Aylon. *n.*36. *verſ. in donatio-
ne remuneratoria* Alex. Trentac. *de reſolut.* 2. *n.* 9.
Cyriac. *controv.* 30. *n.* 6. Solorz. qui plures laudat
de jure Indiar. tom. 2. *lib.*2. *c.* 10. *n.* 58. Sanfelic.
deciſ. 314. In controverſiam venit: An Princeps,
qui donavit ob benemerita, teneatur de evictione,
ſi res evincatur?

In qua quæſtione judicatum fuit in hoc Regno
51 Principem de evictione non teneri Cabed. *deciſ.* 36.
p. 2. Et in Conſiſtorio Neapolitano in cauſa Ducis
Seſſe, & Julii de Capua, ut teſtantur De Pont. *conſ.*
59. *n.*22. *& de poteſt. Pro Regis tit.*5. *n.* 24. Capyc.
Latro *conſult.*38. *n.*16. *&* 23. *& deciſ.*199. *n.*19. Fun-
damenta hujus partis ſunt Primum: Quod vaſſallus
tenetur ſervire, & opitulari Principi, ſicut uxor viro
Joann. Andr. *in c. per litteras de reſtit. ſpoliat.* Pinel.
52 *in* L. 1. *p.* 3. *n.* 61. *C. de bon. matern.* Capyc. Latro
deciſ. 199. *num.* 15. Servitia autem facta ab uxore
marito, vel à filio patri non habenti pro meritis ad
hoc, ut donatio facta uxori, vel filio pro remu-
neratoria habeatur Reynoſ. *obſervat.* 31. *num.* 4.
quia tam uxor, quàm filius marito, & patri inſer-
vire debent: Ergo Princeps non tenetur ex debi-
to morali ſervitia vaſſallorum remunerare Cabed.
d. deciſ. 36. *num.* 12. Afflict. *deciſ.* 307. *num.*3. ubi
53 Vaſill. *ante num.* 9. Gama *deciſ.* 29. *poſt. n.* 1. *verſ.
neque ſervitia* Horat. Viſcont *in concluſ. juris litte-
ra* R. *verb. Rex donans* Solorz. *d. tom.* 2. *lib.* 2. *c.*
10. *n.*56. Neque ad id Princeps cogi poteſt Capyc.
Latro *deciſ.*199. *n.*14. Cabed. *d. deciſ.* 36. quamvis
enim inſtinctu quodam naturæ, & motu animi quis
obligetur ad benefaciendum benefacienti *gloſſ. verb.
obligaverint in L. ſed & ſi lege* §. *conſuluit. ff. de pe-
tit. hæredit. & in* L. *ex hoc jure verb. obligationes in
fin. ff. de Juſt. & jur.* ubi Bart. *num.* 21. & Paul. de
Caſtr. *n.* 26. Cabed. *deciſ.* 36. *n.* 7. Tamen ex ſer-
vitiis, & meritis nulla civilis actio oritur, quia alium
nobis obſtrictum habeamus; ſive quæ vinculum
54 habeat neceſſarium Pinel. *d.* 3. *p. n.* 60. Et non om-
nis æquitas naturalis ſufficit ad conſtituendam obli-
gationem naturalem, & minus civilem Olea *de ceſ-
ſione jur. tit.* 3. *q.*8. *n.*36. Neque qui ſervitia, & meri-
ta in alium confert, id efficit contrahendæ obligatio-
nis animo; ſed potius exercendæ liberalitatis effec-
tu argum. text. *in L. interdictum* 13. *ff. de precar.* ibi:
*Magis ad donationis, & beneficii cauſam, quam ad
negotii contracti ſpectat precarii conditio.* Exornat
Siiſordeger. *l.* 3. *tract.*26. *q.*1. *per totam L.*2. *tit.* 27.
*partit.*2. ibi: *No por miedo de pena, ni por codicia de
galardon, que eſperen:* Refert, & ſequitur Olea *d.
q.*8. *n.*36. Quare recipiens merita, ſeu ſervitia non
cogitur invitus ad remunerandum; quod enim natu-
raliter debetur ab invito exigi non poteſt L. *fide-
juſſor. obligari* §. *naturales obligationes L. hæres à*
55 *debitore* 21. §. *ſervo tuo ff. de fidejuſſ.* notant Petr.
Greg. *lib.*1. *de uſur. c.*3. *num.*4. Gothofred. *ad text.
in L. ſed ſi lege* §. *conſuluit. ff. de petit. hæredit. & ad*
L. 1. *C. de libert. & eorum liber:* Ubi dicit nullam
legibus ingrati actionem proditam eſſe: refert, &
ſequitur Leotard. *de uſur. q.*14. *n.*12. Et comproba-
tur ex Senec. *lib.* 3. *de benefic. cap.* 14. Cujus hæc
ſunt verba: *Etiam atque etiam cui beneficium des,
conſidera, nulla actio rei, nulla repetitio: erras ſi exi-
ſtimas ſubcurſurum tibi Judicem. Nulla lex te in in-
tegrum reſtituet:* Olea *d. q.* 8. *n.* 36.

Cumque antidoralis obligatio inefficax ſit, & Prin-
56 ceps ex ea non teneatur pro ſervitiis à vaſſallo exhi-
bitis, donatio ab eo facta remuneratoria dici nequit.
Etenim tantum dicitur remuneratoria donatio ad pro-
ducendum effectum evictionis & alios; quæ fit ob
merita, quæ talia ſunt, ut pro eis competat actio
adverſus donantem Pinel. *in L.* 1. *p.*3. *n.*62. *verſ.
infertur duodecimo C. de bon. matern.* Guſm. *de evict.
q.*25. *n.*42. Aylon. ad Anton. Gom. *l.*2. *c.*2. *n.*36. *in
fin.* Reynoſ. qui alios laudat *obſerv.*31. *n.*6. Hermoſ.
in L.32. *tit.*5. *partit.*5. *gloſſ.*1. *n.*73.

Cæterum Principem teneri de evictione, quando
donatio fuit remuneratoria, ſcribunt Guſm. *d. q.*25. 57
n. 43. Rebuff. *ad leges Gall. art.*2. *gloſſ. ult.* Burſat.
*conſ.*31. *n.*5. *lib.*1. Caſtill. Ramir. *de leg. Regia* §.30.
*n.*26. *&* 27. Capyc. *deciſ.*197. *n.* 8. Renat. Chopin.
*de dominio Francia lib.*2. *tit.*14. *n.*6. poſt plures So-
lorz. *de jure Indiar. tom.*2. *lib.*2. *c.*10. *n.*58. Cabed.
*deciſ.*119. *n* 12. *&* 13. Capyc. Latro *conſult.* 38. *n.*
24. *&* 38. Et dicit Cabed. *d. n.*13. quod ſolet expe- 58
diri Regium reſcriptum, ut procurator Regiæ Co-
ronæ litem adverſus donatarium motam tueatur: Ex
ea ratione, quia donatario remuneratoria non eſt pro-
priè donatio, ſed potius quædam permutatio ſeu ti-
tulus oneroſus, & non continet cauſam mere lucrati-
vam, ſed oneroſam *L. Aquilius Regulus ff. de donat.*
Et diximus ſupra *præludio* 2. *n.*33. 34. *&* 35. *& præ-
ludio* 1. *n.*41. Et ultra relatos tenent Peregr. *conſ.*78.
*n.*6. Covarr. *in c. cum in officiis n.*29. *de teſtam.* Eſt-
que donatio remuneratoria ſimilis dationi in ſolutum
Solorz. *d. c.*10. *n.*60. diciturque contractus innomi-
natus, do, ut des *L.*1. *L. hoc jure* §. *fin. ff. de donat.*
Peregr. *conſ.*78. *n.*6. *lib.*3. Bart. *in L.*2. *C. de condict.
ob cauſam* Altograd. *conſ.*8 *n.*17. Reynoſ. *obſervat.*
31. *n.* 1. Unde nil mirum videtur, ſi Princeps de 59
evictione teneatur; Rex enim ex juſtitia beneme-
ritos remunerare debet: quia ex remuneratione be-
nemeritorum fiſci, & Principis magnum verſatur
augmentum: ut late diximus ſupra *c.* 1. Ultra quod
hanc Principis remunerationem in ſubditos omnes
nationes etiam barbaræ admittunt: ut docet Senec.
*ad Lucil. epiſt.*8. ibi: *Credamus nihil eſſe grato animo
honeſtius, omnes hoc urbes, omnes etiam ex barbaris
regionibus gentes clamant. In tanta judiciorum di-
verſitate referendam benemerentibus gratiam, omnes
uno ore affirmant, in hoc diſcors turba conſentit.* Ele-
ganter Alex. ab Alex. *dier. genial. lib.*5. *c.*1. *fol. mi-
hi* 148. *verſ. tum ego ibi: Tum ego me arbitrari dixi,
quod is, qui munificus, & liberalis eſt, licet ingenue
largiatur, & libenter officium faciat; tamen natura
ita eſſe comparatum, ut qui beneficium accipit, eo con-
ſilio, & animo ſit, ut illi, à quo accepit, ad tantum-
dem ſponte obligatus maneat: cumque pari obſequio
devinciat: &c.* Et infra ibi: *Nec tantum eadem men-
ſura, ſed multo majori, ſi poteſt beneficium remunera-
ri, & bene cumulatam gratiam referre decet.*

Unde Princeps etiamſi præciſe non teneatur remu- 60
nerare eos, qui ſerviunt cum ſalario, tamen id face-
re ſolet, & debet; ut quotidie experimur in his, qui
in Palatio inſerviunt Principi, & in aliis officiis Rei-
publicæ probat Imperator *in* L. 1. *C. de privileg. eo-
rum, qui in Sacro Palat. militant. lib.*12. L. *cum Na-
varchus C. de navicular. ſeu naucler. lib.*11. L. *fin. C.
de Præpoſ. agentib. in reb.* Solorz. *d. lib.*2. *c.*23. *n.*113.
Quare cum Principis beneficium debeat eſſe manſu-
rum, & perpetuum *L. Beneficium C. de conſtit. Prin-
cip. c. decet de regul. jur. in* 6. Solorz. *d. tom.*2. *lib.*2.
c. 22. *num.* 15. Valenz. *conſ.*69. *num.*73. Recte di-
cendum eſt Principem tueri debere donationem,
quam fecit in remunerationem ſervitiorum: & ita con-
tra Pinellum Cæſar de Graſſis *deciſ.*2. *de donat. n.*18. 61
ubi ita in Rota deciſum teſtatur Gratian. *c.*386. *n.*
31. Mantic. *de tacit.*13. *tit.*15. *n.*16. *& lib.*21. *tit.*4.
*n.*7. Guſm. *d. q.*25. *n.*43. Decian. *de donat. remunerat.*
*n.*139. Solorz. *d. lib.*2. *c.*10. *n.*63. *&* 64. Rebuff. 2. *t. ad
leges Gall. art.*2. *gloſſ. ult. tit. ut beneficia ante vacatio-
nem.* Chopin. *in tract. de dominio Francia tit.*14. *n.*
6. Cabed. 2. *p. deciſ.*119. *n.*13. Capyc. Latro *conſult.*

38. *n.*22. & 38. Cabed. *deciſ.* 36. *n.* 6. & *ſeqq.* & *deciſ.* 80. *n.* 7. Roſental. *de feud. c.*8. *concluſ.* 29. *n.* 10. Mar. Cutell. *de donat.* 1. *p. diſc.* 2. *partic.* 13. *n.* 64. Sed quia non eadem eſt evictionis cauſa, quæ datur in contractibus oneroſis, ac ea, quæ Principem obligat in donatione remuneratoria: dicendum cenſeo tune donatarium adversùs fiſcum agere poſſe, quando facta ipſius Principis evictio contingere: puta, quia mihi dedit Commendam, vel aliam rem, qusm alius juſto titulo poſſidebat; vel quæ extincta, fuit, vel extingui juſſa; & in Coronam Regiam incorporari. Tunc enim tenebitur Princeps, ubi primum potuerit, donatarium providere de alia re ſimili, vel Commenda, quæ evicta fuit ex text. *in c. inter cætera* 17. *de præbend.* ut bene advertit Solorz. *d. c.* 10. *nu.* 65. & 66. Et adverte, quod donatarius obtenta ſententia in caſibus, de quibus ſupra, quos cumulat Roſental. *de feud. c.* 4. *concluſ.* 10. & *c.* 6. *q.* 8. & 18. & *c.* 8. *concluſ.* 29. per viam petitionis gratiæ ſatisfactionem petere debet ut fuit declaratum in ſententia, de qua Cabed. 2. *p. deciſ.* 36. Et videndus eſt omnino Gabr. Pereyr. *deciſ.* 4.

Decimum ſpeciale eſt, quod filius non tenetur conſerre fratribus poſt mortem patris donationes à Rege factas contemplatione patris, vel ad ejus petitionem: neque etiam redditus annuos, vulgò Juros, & Tenças, translatos à patre in filium de Regis licentia *L. cum multa C. de bon. quæ liberis Ordinat. lib.* 4. *tit.* 97. §. 10. & 12. Gama *deciſ.* 29. Valaſc. *de partit. c.* 13. *nu.* 178. & *ſeqq.* Ex ea ratione quia hæ donationes cenſentur bona quaſi caſtrenſia, & tanquam talia ſpectant pleno jure ad filium *d. L. cum multa Ordinat. d.* §. 10. Gama, & Valaſcus *ubi proxime:* & explicant Roderic. Suar. *in quæſt. Majoric. n.* 4. 25. & 26. Cyriac. *controv.* 474. *n.* 23. Molin. *de Juſt. & jur. diſp.* 231. *n.* 7.

Undecimum, & ultimum ſpeciale eſt, quod quamvis ad patrem pertineat uſusfructus in bonis ſui filiifamilias *L.* 1. & 2. *C. de bon. matern. L.* 1. & 3. *C. de bon. quæ liberis* Anton. Gom. *in* L. 18. *Tauri à nu.* 1. Penel. *in L.* 1. *p.* 1. *n.* 19. & *ſeqq. C. de bon. matern.* Caſtill. *de uſufruct. lib.* 1. *c.* 3. *in princ.* & *n.* 2. idem Caſtill. *de alim. c.* 44. *n.* 1. & *ſeqq.* Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gl.* 7. *p.* 3. *n.* 10. Solorz. *d.* 2. *tom. l.* 2. *c.* 15.
66 *n.* 2. Giurb. *ad conſuet. Meſſ. c.* 7. *gl.* 3. *n.* 1. & probat *Ordin. l.* 4. *tit.* 98. §. *fin.* Ita ut non tantum in bonis liberis filii habeat uſumfructum ſed etiam in bonis Majoratus Ant. Gom *in* L. 48. *Tauri nu.* 3. *verſ. ſed his non obſtantibus* Mol. *de prim. l.* 1. *c.* 19. *à n.* 18. *cum ſeqq.* Paſch. *de virib. patriæ poteſt c.* 3. Solorz. *d. l.* 2. *c.* 15. *n.* 2. Menoch. *conſil.* 1022. *n.* 6. Mier. *de major.* 4. *p. q.* 30. *à n.* 3. Caſtill. *de uſufr. c.* 3. *nu.* 49. Giurb. *d. c.* 7. *gl.* 2. *nu.* 9. Adeo ut uſusfructus pertineat ad patrem ſine aliquo onere: neque reſpectu alimentorum ipſius filii *L. ult.* §. *ipſum autem C. de*
67 *bonis, quæ liberis* optime Arias de Meſa *l.* 3. *var. c.* 37. *nu.* 1. Et inſuper retinet pater uſumfructum pro ejus vita in bonis filii, qui ingreſſus eſt religionem bonorum capacem Pereyr. *dec.* 105. Ben. Ægid. *in L.* 1. *p.* 1. §. 7. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Cald Pereyr. *in L. ſi curatorem verb. læſis n.* 143. *C. de in integr. reſtit.*

Tamen ſpeciale eſt, ut non quæratur patri uſusfructus in bonis filio donatis à Rege Suar. *in quæſt. Majoric.* 17. neque in bonis Majoratus erecti ex gratiis, & donationibus Principis Mol. *l.* 1. *c.* 19. *n.* 14. Solorz. *d. l.* 2. *c.* 15. *n.* 9. Giurb. *de ſucceſſ. feud. præl.* 2. *n.* 6.
68 *Ord. l.* 4. *tit.* 98. §. 5. prout neque in bonis feudalibus Suar. *in d. quæſt. Majoric. n.* 55. & *ſeq.* Mor. *d. c.* 19. *n.* 33. Caſt. *de uſufr. c.* 3. *n.* 58. Solorz. *d. c.* 15. *n.* 7. plures laudat Sanfel. *deciſ.* 83. *n.* 7. & *ſeqq.* Valenz. *conſ.* 5. *per totum.*

PRIMA PARS

CAPUT IV.

An, & quando donatio facta à Rege perfecta dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Gratia ſtat in lingua Principis; & eo ipſo quod Princeps dixit, ſiat, perfecta eſt.*
2 *In reſcriptis gratiæ attenditur tempus datæ, ſed conceſſionis: non vero tempus præſentationis.*
3 *Gratia Principis ad ſui eſſentiam non requirit ſcripturam, & poteſt probari per teſtes.*
Litteræ non ſunt de eſſentia conceſſionis; ſed tantum expediuntur ad probationem.
Gratia ſtat in lingua Principis, in ſcriptura teſtimonium, in executione commoditas. Ibid.
5 *Gratia Principis non dicitur perfecta, dum non expediuntur litteræ, & tranſeunt per Cancellariam.*
6 *Gratia ante expeditionem litterarum dicitur informis, & imperfecta: ac dicitur conceſſa ſub conditione, ſi litteræ expediantur: & ante non dicitur titulus canonicus.*
7 *Conceſſio, ſeu privilegium contentum in ſignatura nullius eſt momenti; nec dicitur perfecta ante expeditionem litterarum in Cancellaria.*
8 *Quæ carent effectu, nomen non merentur.*
9 *Electio, quæ non habuit effectum, non dicitur electio.*
Idem eſt aliquid non habere, vel eſſe, quod habetur inefficax. Ibid.
10 *In illa quæſtione, Quando donatio ſeu gratia Principis ſit perfecta, nec ne? Diſtingue. Aut quæritur, An ſit perfecta quoad eſſentiam, aut quoad effectum, & executionem? Primo caſu gratia perfecta dicitur eo ipſo quod verbo fuit conceſſa.*
11 *Secundo caſu gratia dicitur inefficax ante expeditionem litterarum in Cancellaria.*
Litteræ expediuntur pro executione gratiæ jam confectæ. Ibid.
Actus requiſitus pro executione non dicitur novus. Ibidem.
Confirmatur diſtinctio. Ibid.
12 *Fructus bonorum, redditum civilium, quos dicimus Tenças, quæ in donatione continentur, pertinent ad donatarium à die datæ ante expeditionem litterarum: dummodo litteræ expediantur, & tranſeant per Cancellariam.*
13 *Penſiones aſſignatæ ſolvi debent integræ penſionario pro tempore præterito à die datæ, ſi litteræ præſentantur, quamvis intra duos, vel tres annos non fuiſſent expeditæ.*
14 *Si eadem res diverſis temporibus donata ſit à Principe, præfertur prior in data: quamvis ſecundus poſſeſſionem fuerit adeptus.*
In Beneficialibus præfertur prior in data poſteriori, qui prius litteras præſentavit ad præbendam primo vacaturam. Ibidem.
15 *Poſſeſſio capta à poſteriori in data non ſuffragatur, neque priori præjudicium parat.*
16 *Donatarius Regis prior in data præfertur ſecundo, qui prius litteras præſentavit.*
17 *Dignitate conceſſa duobus Ducatus Marchionatus, vel Comitatus præfertur prior in data, licet poſterior prius litteras expedieri; quia hodie ſolo verbo conſtituuntur Comites, & aliis quamvis antiqui-*

tiquitus in eis creandis varia adhiberentur ſo-lemnitates.

18 *In dignitatibus creatis à Principe non ſpectatur aliquis actus perficiens; & ſic ſtatim operatur electio.*

19 *In dignitatibus annexam adminiſtrationem habentibus, ut ſunt officia, non attenditur tempus datæ, ſed prioritas poſſeſſionis.*

20 *Limita: ſi primo electus fuit impeditus in Regnis obſequiis; & non potuit poſſeſſionem capere, quia præfertur poſteriori in data.*

21 *In reſcriptis moratoriis, quæ debitoribus conceduntur, attenditur tempus datæ: non præſentationis.*

22 *Donationes à Principe factæ ſolo verbo ſunt perfectæ quoad ſubſtantiam, & non poſſunt ex poſt facto revocari in totum, vel in partem.*

23 *Princeps donationi verbo factæ non poteſt conditionem, onus, vel modum adjicere.*

24 *Limita: niſi juſta, & publica cauſa interveniat: quia tunc non ſolum moderare, & limitare: ſed in totum poterit revocare donationem.*

25 *Princeps ex publica cauſa poteſt limitare donationes tam a ſe, quam a prædeceſſoribus factas: etiam remunatorias, ſive in ſpecie, ſive per legem generalem.*

26 *Donationes Principi cenſentur factæ ſub conditione, ſi acceptentur.*

27 *Acceptatio in utilibus ſemper præſumitur.*

Qui agit ad penſionem illam acceptare præſumitur. Ibid.

28 *Acceptatio non præſumitur in habentibus onus annexum.*

29 *Acceptans factum cenſetur illud acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus.*

30 *Acceptans legatum cenſetur onera annexa agnoviſſe, & acceptare cum ſuis qualitatibus.*

31 *Quando legatarius teneatur onus adimplere ſed quantitas legata ſit cum onere amplioris quantitatis.*

32 *Intellige ſuperius dicta in legatario ſciente, non in ignorante.*

33 *Donationes factæ à Rege in hoc Regno non ſunt feuda, neque eorum naturam induunt.*

34 *Per verbum* donamus *adjectum in donatione, Principis, arguitur facta donatio non feudi conceſſio.*

35 *Per conceſſionem feudi transfertur utile dominium in feudatarium, directum verò remanet apud concedentem. At vero per donationem transfertur directum, utile dominium.*

1 HUjus inſpectionis quæſtio controverſiam continet: & donatio, ſeu gratia perfecta dicitur eo ipſo, quod Rex donat, vel gratiam concedit. Quod ſuadere videntur ſequentia. Et primo, quia gratia ſtat in lingua Principis, & eo ipſo quod Princeps dixit, fiat, eſt perfecta juxta Baldi ſententiam *in L. humanum C. de legib. & in L. fin. C. de communi ſervo manum* ſequuntur Felin. *in c. Rodulphus n.26.de reſcript.* Afflict. *deciſ.253.n.5.* Decius *conſ. 75.incipit. in cauſa falſitatis col.6.* Pariſ. Flamin. *de reſignat.lib.10.c. 1.n.1. & ſeqq.& c.5.à n.* Cabed.*deciſ.39.n.4.p.2 & deciſ. 3.n.6.*Molin.*de prim. l.2. c.7. à n.52.*Thuſcus *lit.G.concl.52.n.1.*Maſc. *concl.* 845. *n.14.*poſt plures Giurba *conſ.57. n. 16.* Larrea *deciſ. 26.n.3.*Maſtrill. *de indulto c.7.n.13.& c. 23. nu. 25.* Anton.Gom.*in* L.41.*Tauri n.2.*Roman.*conſ.53. n.9.* Cyriac.*controv.58.n. 10. & 11.*Capycius Latro *deciſ. 154.n.5.& ſeqq.* D. Chriſtophor. Creſp. *obſerv. c. 37. nu. 30. & 31.* Vincent. de Franch. *deciſ. 62. nn. 2.*

2 Secundo: quia in reſcriptis gratioſis attenditur tempus datæ, ſeu conceſſionis; non vero præſentationis *c.eam te 7. c.ſi eo tempore 9. c. tibi qui c.conſtitutus verſ. antequam c. fin. de reſcriptis c. eum qui de præbend.lib.6.Clement.ult.de reſcript. c. 2. in princ. & §. 1.de decim.lib.6.*faciunt text.*in* L.*ſi ita 7. ff.de auro, & argento leg.L.ſi uſufructus 26.ff. de ſtipulat. ſervor.* Valenz.*conſ.34.à n.37.uſque ad n.43.*Caſtill. *de tert. c.41.n.62.*Santelic.*deciſ.186.*Aug.Barboſ. *in collect. in c.eum qui de præbendis lib.6.n.3.& in c. capitulum 30. de reſcript. nu. 3. & 4.* Ricciusin *addit.* ad Vincent. de Franch. *deciſ. 62. verſ. & propterea* Antonin. Amat. *reſolut.24. n.12.*Arias de Meſa *lib. 3.var. c.41. n.1. & ſeqq.* Tondut. *de prævent. 1. p. c. 12. n. 3.* Ac proinde à tempore conceſſionis perfecta judicari debet donatio, & gratia Principis.

Tertio probatur ex eo, quod gratia Principis ad 3
ſui eſſentiam non requirit ſcripturam, & poteſt probari per teſtes ſecundum Andr. *in c. 1. de prohibiti feudi alienat per Lotharium:* ſequitur Lucas de Pæna *in* L. *ſi quos verb. conſenſum C. de Decurion. lib. 10.* quos refert, & ſequitur Afflict.*deciſ.253. n.8.* qui allegat. *gloſſam verb.40.in Clem.dudum §.nos, etenim de ſepultur.* Ubi dicit quod valet gratia Principis, de qua conſtat, licet de ea ſcriptura confecta non ſit. Ex ea ratione; quia litteræ non ſunt de eſſentia conceſſionis, ſed tantum expediuntur ad probationem Dominic. *conſ. 106.col. 2. verſ. in contrarium* Caſſador. *tit.de cauſa poſſeſſion.diſtinct.4.n.2.*Cabed.*2.p. deciſ.*
*39.n.4.*Vincent. de Franch.*deciſ.62.n.3.* Celſ.Hugo 4
*conſ.16.n.6.*Maſtrill.*de Magiſtr. lib.3. c.7. n.59.* Ramon.*conſ.53.n. 9.* Unde dixit Giurba *conſ. num. 16.* quod gratia ſtat in lingua Principis; in ſcriptura teſtimonium, in executione commoditas; ita ut per executionem non dicatur quid de novo fieri, ſed effectum declarat: ſubſcribunt Vincent. de Franch.*deciſ. 62. n. 12.*Larrea *deciſ. 26. n. 3.* Ramon. *conſ.53.n.9.*

Contrariam tamen ſententiam ſuadere videntur 5
ſequentia. Primo quod gratia non dicitur perfecta, dum non expediuntur litteræ, & tranſeunt per Cancellariam, quia ſigillum eſt ſubſtantiale litteræ Regiæ: ut dixit Andr. *in cap.1.de prohib.feudi alienat. per Lotarium, & addit L. Tribunus §. fin. ff. de militari teſtam.* Afflict. *deciſ. 253. n. 2.* & ut dicit Bald. *in L.falſus col.10.C.de furtis;* licet in privilegio inſpiciatur tempus datæ, quod nuntiationem gratiæ: ta-
men ad ejus executionem requiritur, quoad litteræ 6
exeant de Cancellaria, cum non contineant in ſe actum perfectum ſtatim ſignata ſupplicatione *Ordinat. l. 2. tit.39.* Subindeque gratia ante expeditionem litterarum dicitur informis, & imperfecta, & quaſi exiſtens in utero; & conceſſa videtur ſub illa conditione, ſi litteræ expediantur. Immo ante illarum expeditionem non dicitur titulus canonicus *DD. in proœmio Clement.§.nunc igitur* Hieron. Gigas *conſ.15.nu. 26. & 51.*Flamin.*de reſignat.lib.10.q.1.n.6.*Garcia *de Beneſic. 4. p. c.2.n.33.& ſeqq.*Mier.*de Major.1. p.q.62. n.1.& 4.*Peregr.*de jur.fiſc.lib. 6.tit.2. n. 13.* poſt alios Solorz. 2. *tom. lib. 2.c. 13. nn.4. & 5.* Valenz. *conſ. 104.n. 11. & 12.* Valaſc. *conſult. 72. n. 19.* Cabed. *p. 1. deciſ. 3. nu. 7.* Cevall. *de cognit. per viam violentiæ 2.p.q.45.*Sanch. *de Matrim. lib. 8. diſp. 29. n. 2.* Unde ſaltem in noſtro Regno non dicitur gratia perfecta, etiamſi fiat à Principe, & ab eo ſit ſignata, etiam literis confectis, niſi ſint expeditæ per Cancellariam Cabed. *deciſ. 3. nu. 7.*

Probatur ſecundo, quia conceſſio, ſeu privile- 7
gium contentum in ſignatura nullius eſt momenti juxta *Ordinat. lib. 2. tit. 41. ibi: Mandamos, que official algum de noſſa Juſtiça, ou fazenda, ou outros quaeſquer não fação obra algũa por portaria, que da noſſa parte lhe ſeja dada: &c.* Et juxta *Ordin. l. 2. tit.39.in fin.princ.*ibi: *Et não ſẽdo ſeladas & paſſadas por ella naõ ſe faça por ella obra nem execução algũa.* Unde gratia non dicitur perfecta ante expe-

expeditionem litterarum in Cancellaria: & cum de
Principis voluntate ita diſponentis conſtet, nil re-
fert, quod dicatur gratiam ſtare in lingua Principis:
ut notat Cabed. 2. deciſ. 39. n. 8. & 9.,
8 Confirmatur, quia juxta prædictas Ordinationes
gratia ante litterarum expeditionem caret effectu.
Atque ita gratiæ nomen meretur L. 2. §. teſtamentum
ff. quemadmodum teſtam. aperiantur L. ſiquis aliquid
teſtamentum ff. de pœnis Gratian. c. 213. n. 20. Surd.
conſ. 3. n. 30. & conſ. 179. n. 49. Larrea deciſ. 45. n. 3.
& alleg. 33. n. 12. Tiraq. de retract. lignagier §. 1. gloſſ.
2. n. 9. Unde fit, quod electio, quæ non habuit effec-
9 tum, non dicitur electio L. optio ff. de optime leg.
Gratian. c. 58. n. 6. & c. 368. n. 15. Larrea deciſ. 45. n. 3.
& 8. Bart. in L. ſervi electione n. 1. ff. de legat. 1. Va-
laſc. conſult. 102. n. 33. Solorz. 2. tom. lib. 2. c. 22. n. 61.
Motan. de Regalib. verb. de Regalibus officiorum n.
47. quia idem eſt aliquid non habere, vel eſſe, quod
habetur, ineſſicax gloſſ. in L. 2. §. ſed ſi dedi verb. ſed
hic quoque ff. de condict. ob turpem cauſam Bald. in
c. 1. §. ſiqui demanſo de controverſ. inveſt. in uſib.
feudor. Larrea deciſ. 41. n. 4. & allegat. 33. n. 11. & 14.
Unde cum donatio ante expeditionem litterarum ſit
ineſſicax, perfecta dici non poteſt.
Propter quæ utriuſque partis fundamenta diffi-
cilis redditur hujus quæſtionis deciſio, quam fœde-
re diſtinctionis componendam cenſeo. Aut enim
quærimus, An donatio, ſeu gratia ſit perfecta quoad
10 eſſentiam, aut quoad effectum, & executionem?
Primo caſu, procedit prior opinio, quæ habet gra-
tiam eo ipſo perfectam dici, quod à Principe verbo
fuit conceſſa: ut terminis dixit Bald. L. ſi qua per
calumniam n. 5. C. de Epiſc. & Cler. & in L. fin. num.
6. C. ſenten. reſcindi non poſſe, & in L. humanum n.
6. C. de legib. Celſ. Hugo conſ. 16. n. 6. Anton. Gom.
in L. 41. Tauri Ramond. conſ. 53. ſub num. 9.
11 Secundo vero caſu procedit ſecunda opinio,
quæ habet gratiam eſſe inefficacem ante expeditio-
nem litterarum in Cancellaria. Etenim gratia abſque
litteris exequi non valet. Sed hoc nil officit ejus va-
liditati, & eſſentiæ, quoniam litteræ expediuntur
pro executione gratiæ jam confectæ argum. text. in
L. ſi donar. §. ſi ſponſus ff. de donat. inter vir. & uxor.
& actus requiſitus pro executione non dicitur novus
L. magis puto §. ſi pupillus L. 2. & 3. ff. de reb. eor. ita
pulchre ad propoſitam Vincent. de Franch. deciſ. 62.
c. 12. & 13. Erunt igitur litteræ neceſſariæ ad exe-
cutionem donationis, non verò deſiderantur ad il-
lius validitatem; cum de jure communi gratia ſcrip-
turam non requirat pro ejus ſubſtantia, ſed tantum
ad probationam Clement. dudum §. nos, etenim ubi
gloſſ. de ſepultur. L. ſancimus §. exceptis C. de donat.
Dec. conſ. 340. col. 1. Franch. deciſ. 62. n. 3. Boſſus in
praxi ti. de remed. ex ſola clement. Princip. n. 54. Ant.
Gom. in L. 41. Tauri n. 2. Ramon. conſ. 53. nu. 9.
Comprobatur præſata diſtinctio ex Ordinat. lib.
2. tit. 38. in princ. ubi præſinitur donatario terminus
quatuor menſium ad expediendas litteras in Cancel-
laria connumerandus à die, quo litteræ factæ fue-
runt: Quo tranſacto donationes & gratiæ pro nullis
habentur ibi: E as merces, que por elles tivermos
feitas, ſejaõ nbũ as. Ergo ante expeditionem litte-
rarum gratiæ, & donationes erant perſectæ, cum
privatio præſupponat habitum. Ex his reſponſum
accipiunt adducta in contrarium. Et eſt videndus
Aug. Barb. in collect. ad text. in c. capitulum 30.
de reſcript. nu. 4. verſ. non obſtat. Ubi nobiſcum con-
venire videtur.
12 Ex dictis refertur Primo: fructus bonorum, red-
dituum civilium (vulgo Juros, & Tenças) quæ in
donatione continetur, pertinere ad donatarium à
die datæ, ſeu conceſſionis ante litterarum expedi-
tionem, dummodo cum effectu litteræ expediantur,
& tranſeant per Cancellariam, tam ex fundamentis
feliciter jactis à Cabed. 2. deciſ. 39. à n. 1. uſque ad 8.
quam ex his quæ plena manu cumulat Valenz. conſ.
104. Et ex eo, quod tradit Hieronym. Paul. in pract.
Cancell. Apoſtolic. in declarat ſuper proponente, ſeu
vovante ingredi verſ. quare cogita. Ubi dicit quod
etiamſi litteræ penſiones non præſentarentur, niſi poſt
duos, vel tres annos à tempore aſſignatæ penſionis,
nihilominus ſolvi debent penſionis integræ pro tem-
pore præterito à die datæ; quamvis litteræ nunc fue- 13
rint expeditæ Caſſad. deciſ. 2. de penſionib. Marcheſ.
in tract. de commiſſionib. 1. c. 14. n. 25. Val. conſ. 104.
n. 14. Aug. Barboſ. in d. c. capitulum de reſcript. n. 5.
Et ita tenendum eſt, non obſtante ſententia Se-
natus, de qua Cabed. de deciſ. 39. de qua etiam ne-
minit Hermoſ. in L. 9. tit. 1. partit. 5. gloſſ. 1. 53.
quia ſatis ſuperque illius fundamenta diluuntur ex
dictis ſupra. Ultra quod contra dictam ſententiam
fuit reviſio conceſſa, ut teſtatur idem Cabedo. Et
inſuper fuit expreſſum in litteris, quod redditus an-
nonæ civilis ad illum non pertinerent; niſi à tem-
pore, quo litteræ fuerunt expeditæ.
Secundo infertur, quod ſi à Principe eadem res 14
diverſis temporibus donata ſit, præferendus erit prior
in data; etiamſi ſecundus poſſeſſionem fuerit adep-
tus: ut diximus ſupra c. 2. Quæ reſolutio ultra ibi
tradita confirmatur, quia in beneficialibus præfer-
tur prior in data poſteriori, qui prior litteras præ-
ſentavit ad præbendam primo vacaturam c. eam te
de reſcrip. cap. duobus c. tibi, qui gratiam eodem tit.
lib. 6. c. eum cui de prabendis in 6. ubi Auguſt. Bar-
boſ. n. 2. & 3. & in c. capitulum Sancta Crucis n. 3.
de reſcript. Staſiler. de litteris gratia tit. de mandat.
de providendo §. idem dico. Navarr. conſ. 10. de major. 15
& obedient. nu. 1. Valenz. conſ. 34. n. 37. & ſeqq. Solorz.
tom. 2. lib. 2. c. 9. à n. 11. cum ſeqq. Caſtill. de tert. c.
41. à n. 62. Arias de Meſa lib. 3. c. 41. n. 1. & ſeqq.
Quod adeo verum eſt, ut poſſeſſio capta à poſteriori
in data illi non ſuffragetur, neque priori præjudicium
paret c. ſi à Sede de prabend. in 6. Ubi ſi à Sede Apoſ-
tolica, vel ejus Legato uni & ab Ordinario alteri eo-
dem die idem Beneficium conferantur, neque appa-
reat, cui collatio primò fuerit facta, potior dicitur
poſſidentis conditio: ſi verò appareat prærogativa
datæ facit prelationem Solorz d. lib. 2. c. 9. n. 17. 18. &
24. Riccius ad Vincent. de Franch. deciſ. 62. verſ. hinc
in Beneficiis. Ac proinde donatarius prior in data 16
præferendus eſt ſecundo poſteriori, qui prius litte-
ras præſentavit: ut ſcribunt Roſental. de feud. c. 6.
concluſ. 12. n. 1. & littera A. Valenz. conſ. 34. n. 40. &
ſeqq. Valaſc. conſult. 72. Solorz. d. c. 9. n. 7. 12. &
ſeqq. Tondut de prævent. 1. p. 6. c. 12. n. 3.
Tertio infertur, quod conceſſa duobus dignitate
Ducatus, Marchionatus, Comitatus, vel ſimili diver-
ſis temporibus, præfertur is, qui fuit prior in data,
licet poſterior prius litteras expedierit: tam ex eo 17
quod gratia Principis ſolo verbo facta manet perfec-
ta, quam ex eo, quod etiamſi antiquitus in creandis
his dignitatibus variæ adhiberentur ſolemnitates Mo-
lin. l. 1. c. 11. n. 23. Bobadill. in ſua Politic. lib. 2. c. 16.
n. 27. ad fin. Hodie ſolo Regio verbo conſtituuntur
Comites, Marchiones, & Duces Peregr. conſ. 3. n. 23.
conſ. 34. n. 13. lib. 2. Molin. d. c. 11. n. 22. Cancer. lib. 3.
c. 3. n. 9. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 1. gloſſ. 3. n. 8. A. Pon.
conſ. 1. c. 67. lib. 1. Unde ſimul atque Rex Titium Du-
cem, vel Marchionem creavit, ſtatim ille dignitatem
adquiſivit, ſeu proprie in illa dignitate conſtitutus
fuit: ut conſiderat Vincent. de Franch. deciſ. 62. n. 8. & 18
nit Oldrad. conſ. 180. quæſtio eſt n. 16. verſ. ad ſecun-
dum. quod in dignitatibus collatis à Principe non ſpe-
ctatur aliquis actus perficiens, qui à Superiore emanat
& ideo ſtatim operatur: quia talis collatio Vim con-
firmationis habet: ut Innocent. in c. conſtitutus de
appel-

*appellat.*ſequitur Franch.*ubi proximè n.9.* Præſertim quippe hæ dignitates non habent adminiſtrationem ut ex Bart. tradit Franch. *d.deciſ.62. n. 34. & 8.* Quapropter in eis tantum ſpectatur electio Franch.*proximè n.11.*non vero attenduntur illa tempora, ſcilicet electionis, acceptationis,& adminiſtrationis quæ conſiderantur in dignitatibus habentibus annexam adminiſtrationem: ut per Bart. *in L.1.C.de dignit.lib.10.* Franch.*ſupra n.11.*Unde nil mirum, quod in prædictis dignitatibus tempus datæ, ſeu conceſſionis attendatur, ut primo creatus præferatur Poſteriori: etiam ſi prius litteras expedierit: ut judicatum tradit Vincent. de Franch. *d. deciſ. 6.*

19 Quidquid aliud dicendum ſit in dignitatibus annexam habentibus adminiſtrationem,ut ſunt officia: quia in eis non attenditur tempus datæ;ſed prioritas adeptæ poſſeſſionis: ut per Valenz *conſ. 34.à n. 36. cum ſeqq.* Cabed.1.*p.deciſ.3.& 5.*Sanſelic.*deciſ.* 269. Solorz.*d.lib.2.c.4.n.36.*Carol.Tapia *dec.22.à n.1.*Arias de Meſa *lib.3.var. c.41.n.28.& 29.*Capyc.Latro *deciſ.154.num. 50.51.& 52.*Caſtill.*de tert.c.41. n.41.& ſeqq.* Quod tamen limitatur eo caſu, quo primo elec-
20 tus fuit impeditus in Regis obſequiis, & non potuit poſſeſſionem capere; quia tunc præfertur poſteriori in data Fab.de Anna,*conſ.42.lib.1.* Caſtill.*de tert.c.41.n.57.& 58.*Sanſelic.*deciſ.269.n.1.* Arias de Meſa *d.c.41.n.30.& 31.*

21 Quarto infertur in reſcriptis moratoriis,, quæ à Principe debitoribus concedi ſolent *ex L.2.C.de precib.Imper.offerend.Ord.lib.3.tit.37.*attendendum eſſe tempus datæ,non præſentationis argum.text.*in c.eam te de reſcript.c.ſi propter eod.tit.l.6.c.dilectus de præbend.*Franc.Marc.*deciſ.559.ad fin. p. 1.* Ant.Fab.*in Cod.lib.1.tit.9.diffinit.* 3.Anton.Cucus *de morat.praſcript.n.152.*poſt alios Arias de Meſa *d.c.41.n.26.*

Et eſt notandum: quod cum donationes dicantur
22 perfectæ quoad ſubſtantiam eo ipſo quod verbo fiunt à Rege ex dictis; ita ut Rex non poteſt ex poſt facto revocare in totum, vel in partem gratiam, ſeu donationem à ſe factam Bald.*in L.nuptæ in 1.lect.ff.de Senat.& conſ.317.vol.1.*Cabed.2.*p.deciſ.95.n.14.*Peregr.*conſ.7.n.14.lib.3.*ita, & non poteſt princeps, donationi jam factæ, & perfectæ adjicere conditionem, gravamen: vel modum Burg. de Paz *conſ.25.n.45.& 58.& conſ.26.n.3.*Mier.*de Major. 1. p.q.26. n.1.& 5.*
23 Menchac.*de ſucceſſ.creat.* §.14.*n.66. lib.2.*Pin.*in l.1. p.3.n.62.C.de bon.matern.*Fontan.*de pact.nupt.clauſ.4.gloſſ.n.20.*Caſtill.*lib.3.controv.c.10.n.3.* ubi plures de more laudat Gabr.Pereyr.*deciſ. 120. n.7.* Camill. Borell. *conſ.1.n.107.*Menoch.*lib.2. præſump.9.n.10.& 11.*Valenz.*conſ.99.n.60.*Solorz.*tom.2.lib.2.n. 56.& 57.* Quæ reſolutio limitanda eſt, niſi juſta, & pu-
24 blica cauſa interveniat; qui tunc nedum moderare,& limitare, ſed etiam in totum revocare poterit donationem Pinel.*in d.p.n.62.illat.16.* Matjenc.*in L. 11. tit.7.gloſſ.9.n.3.lib.5. Recopilat.*Molin.*lib.4.c. 3. nu. 16.* ubi late Addentes Tiraq. *de pœn. temperand. in præfat.n.41.*Caſtill.*lib.3.c.10.n.4.*Gabr.Peret. *deciſ. 120.n.8.*Cabed.*2.p.deciſ.19.n.7.& 9.& deciſ.75. nn. 10.*Valaſc.*conſult.120.c.n.12.*Valenz. *conſ.99.n.32.& 33.*Prout etiã ex juſta,& publica cauſa poteſt Princeps revocare contractus ex his, quæ Larrea *allegat. 3.à n.8.cum ſeqq.*& etiam privilegium conceſſum per viam contractus Surd. *deciſ. 7.per totam* Valenz. *d. conſ.99.n.7.& ſeqq.*Et Nos,Den dante latinè dicemus ſuo loco.

25 Et facit *Ordinat.lib.2.tit.31.*Ubi limitantur donationes à Regibus factæ,etiam in remunerationem ſervitiorum Valaſc.*conſult.132.n. 15.* Quæ revocatio, ſeu moderatio etiam fieri poteſt per legem generalem Covarr.*l.3.var.c.6.n.10.*Fontan. *de pact. nupt. clauſ. 4.gloſſ.5.n.22.*Cabed.2.*p.dec.19.n.10.& 11.& deciſ. 75.à n.12.cum ſeqq.*

Denique advertendum eſt in his Regiis donationibus requiri acceptationem, quia cenſentur factæ ſub 26
conditione,ſi acceptentur L.*Labeo ff.de jurejur.*Aretin.*in L.ſi abſenti ff. de acquir.poſſeſ.*Curt.*conſ.4.in fin.* Valenz. *conſ. 63. n. 4.* Tamen, ut advertit Vinc. de Franc.*deciſ.62.n. 11. in fin.* cum prædictæ donationes, & collationes dignitatum à communiter accidentibus non ſoleant fieri, niſi petentibus; veroſimilis cenſeri debet acceptatio. Maximè quia cùm conceſſio utilis,ſit,& favorabilis accipienti, ſemper præſumitur acceptatio,& ratificatio honorati *L.ſed Julianus alias item ſi filius* §. *fin. ff. ad Macedonian.* Menoch.*conſ.98.n.42.*Bellon.*conſ.15.n.11.*Maſchard.*de* 27
*probat.concluſ.1256.n.25.*Natta *conſ.45.n.10.& conſ. 341. n.3.*Vant *de nullit.tit.quib.mod.ſent. nulla def. poſſ.n.103.in princ.*Surd.*conſ.28.n.21.*Prout etiam dicitur acceptare penſionem reſervatam, qui agit ad illius exactionem.Ita Bald.*conſ.34.n.1.vol.2.& conſ.14. n.15.*Alex.*conſ.117.n.2.vol. 5.*Decius *conſ.297.n. 2.* Bellon.*d.conſ.15.n.11.*

Quidquid aliud ſit in habentibus onus annexùm: 28
tunc enim ceſſat præſumptio acceptationis juxta Bart. doctrinam *in L.quo enim ff.rem rat.hab.*Stephan.Bertrand.*conſ.173. n.,10.verſ.præterea advertendũ eſt.l. 1.*Mol.*de prim.Hiſp.l.4.c.2.n.66.& 69.* Marius Muta *deciſ.74.n.3. & 32.* Abbas *in c. nonne* ubi Felin. *de præſumpt.* Valenz.*d.conſ.63.n.27.* Et ideo in terminis gratiæ, quæ onus, & gravamen continet, neceſſario deſideratur acceptatio expreſſa; quia acceptas factum 29
cenſetur illud acceptare cum omnibus qualitatibus *L. cum ab uno in princ. ff.de legat.2.L.qui tutelam ff. de teſt.tutel.*Alciat.*conſ.545. n. 3.* Bellon. *conſ. 9. n. 9.* Decius.*conſ. 199.n.13.*Craveta *conſ.174.n.9.& conſ. 245.n.4.*Phan.*in tract.de lucro dotis gl.8.n.72.*Surd. *conſ.60.n.27.& conſ.150.n.20.*

Ex qua ratione fluit,quod acceptans legatum cen- 30
ſetur onera annexa agnoviſſe, & cum omnibus ſuis qualitatibus acceptare *L. neminem 4. cum L.ſeqq.ff. de leg. 2. L. ſi legatario 12. ff. de fideicomm. libert.* Surd.*d.150.n.20.& 21.*Burgos de Paz *conſ.12. n.33.* Ubi de acceptatione majoratus habentis onus annexum.Mierez *de majorat.p.1.q.55. nu. 35.& 2.p.q.4. illat.8.n.65.& ſeqq.*Caſt.*l.5.contr.n.107.n.65.*Gratian. *diſcept.forenſ.c.816.n.9.*Mant.*de conject.ult.l.10. tit. 2.n.17.*Cyriac.*contr.5.n.200.& 201.*Sanſel.*deciſ.167. n.1.*Tond.*reſol.civil.c.106. n.29. 30.*Menoch. *conſ. 423.n.21.*Sed quoad legatum quæſtionis eſt,An qui 31
illud agnovit, totum onus implere teneatur, ſi plus ſit in onere,quam in legato? In qua quæſtione diſtinguendum eſt:quoniam,aut quantitas legatur cum onere amplioris quantitatis.Et hoc caſu ſolum tenetur legatarius pro modo legati:aut legatur quantitas cum onere præſtandi rem propriam majoris valoris;& tunc tenetur legatarius in totum. Si verò res eſt aliena,ſolum obligatur pro quantitate accepta ut probat text. *in L.Imperator.70.§.ſi centum ff.de leg.2. L.3.filiusfamilias 114.§.apud Marcellum ff.de legat.1.L.3.§. Julianus ff.de legat.3.*Et ſcribunt Socin.Jun.*conſ.57. l.3.*Peregr.*de fideic.art.33.à n.34.cum ſeqq.* Eſt poſt plures Arias de Meſa *l.2.var.c.8.à n.11.cum ſeqq.*Soc Jun.*conſ.18.n.8.lib.4.* Quam reſolutionem declarabis,ut habeat locum in legatario,qui ſciebat onus legati,& illud acceptavit: ſi enim onus ignoravit,eo poſtea detecto poterit legatum repudiare argum.text. *in L.cum hereditatem ff.de legat. 2.* optime Socin. Jun. *d.conſ.18.n.8.& ſeqq.*ſequitur Surd.*conſ.7.n. 41.*

Porro advertendum eſt donationes,de quibus agimus in noſtro Regno non eſſe feuda, neq;illorum naturam inducere:ut expreſſe diſponit Legiſlator noſter *in Ordin.l.2.tit.35.§.2.*ibi:*Porque queria que nao foſſem havidas por terras feudatarias,nem tiveſſem natureza de fendo.* Et optime exornat Jacob de Sa *in tract.de prim.à n.42.*Petr. Barboſ. *in manuſcript. ad*

text.

text. in L. is poteſt ff. de acquir. hæred. n. 8. verſ. ad Ordinationem Molin. *de prim. l. 1. c. 13. à nu. 47.* Emmam. Barboſ. *ab Ordin. d.* §. 7. Et confirmatur, quia Rex in prædictis donationibus ſolet uti verbo *donamus*, ex quo arguitur donatio, & non feudi conceſſio: ut docet Oldrad. *conſ.* 159. *incipit. ex præſenti* Decius *conſ.* 208. *n.* 6. Jul. Clar. *in* §. *feudum q.* 17. Jaſon. *in prælud. feudor. ſub nu.* 11. Peregr. *l.* 3. *conſ.* 1. *n.* 17. Quod etiam ea ratione probatur: quippe conceſſio jure feudi transfert in accipientem dominium utile; directum autem remanet apud concedentem, & hoc eſt de natura feudi *c. 1. in tit. de feud. cognit.* ubi notant Feudiſtæ, & Bald. *in L. 1. q. 42. ff. de rer. diviſ.* Cæpol. *conſ.* 44. Cæphal. *conſ.* 1. *n.* 16. Roland. *conſ.* 100. *n.* 15. *l.* 4. Peregr. *conſ.* 16. *n.* 8. *lib.* 1. At vero per donationis titulum rei proprietas, & dominium tam utile, quam directum transfertur in donatarium reſervata Principi ſuprema authoritate Oldrad. *d. conſ.* 159. Clarus *q.* 17. Peregr. *conſ.* 3. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 1.

L A U S   D E O.

TRACTATUS
DE
DONATIONIBUS
REGIIS.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

De ſignificatione vocis jurium.

SUMMARIUM.

1 *Jus à juſtitia appellatur; & ex juſtitiæ fonticulo dimanat. Quamvis alii aliter; qui reprobantur.*

2 *Apud priſcos aurei, & argentei ſæculi Heroes prior ſuis ipſa juſtitia & priores juſta actiones, quam jura, & juſſa.*

Nomen jus aliquando juriſprudentiam ſignificat. Ibidem.

3 *In præſenti nomen jurium accipitur pro quadam facultate morali, quam unuſquiſque habet circa rem ſuam, vel ſibi debitam.*

Servitutes ſunt jura prædiorum. Ibid.

4 *In hoc ſenſu dicitur emphyteuticum, & jus patronatus.*

Jura, & actiones non continentur appellatione bonorum mobilium, & immobilium; quia conſtituunt tertiam bonorum ſpeciem. Ibid.

5 *Jura regiæ Coronæ Regalia denominantur; & unde dicta ſint.*

Plura, etiam Regalia dicuntur; ut Ibid.

6 *Regalia jura dicuntur, quæ ad Coronam, & Regem ſpectant, quia Regi competunt, & à voce Regis deſcendunt.*

7 *Jura Regalia ſunt ſpecialia ejus, qui ſuperiorem non recognoſcit, competentia in ſignum ſupremæ poteſtatis, & dignitatis.*

8 *Corona eſt ſignum inviſibilis poteſtatis exiſtentis in perſona Regis. Et idem importat nomen Coronæ, quam perſona Regis.*

9 *Jura regalia fuerunt à Populo Regi aſſignata ad ſtipendia militum, miniſtrorumque juſtitiæ. Et in compenſationem immenſi laboris, quem Rex ſuſtinet in conſervatione, & cuſtodia ſubditorum.*

10 *Regnum eſt glorioſa ſervitus, & Reges potius ſervire ſubditis, quam dominari creſcendi ſunt. Et ibi de moleſtiis, quas Reges ſuſtinent pro Regni bono regimine.*

11 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*

12 *Poſt diſcretas gentes Regna condita fuere, & populus in Regem omne jus, & poteſtatem tranſtulit; ut jus diceret, & ſubditos ab hoſtibus defenderet.*

Regnum officium eſt facere judicium, & juſtitiam, & liberare oppreſſos, viduas, & pupillos à manu calumniatorum. Ibid.

13 *Regnum non tam ad Regis, quam ad ſubditorum utilitatem fuit introductum.*

Rex acceptando Regnum dicitur obligatus populo ad faciendam juſtitiam; & ſubditi Regi obedientiam ex caſu contractu. Ibid.

14 *Iura Regalia competunt Regi, ſimul atque creatur Rex.*

15 *Regalia non ſunt omnia jura, quæ Regi competunt; ſed quæ non erant Regalia effici poſſunt conſtitutione Regnantis, vel conſuetudine. Et quibus modis acquirantur.*

16 *Iura Regalia dividuntur inter majora, & minora.*

17 *Majora Regalia ſunt quibus potiſſimum ſuprema poteſtas & Regis dignitas elucet.*

Hæc dicuntur potentiora jura. Ibidem.

Et oſſibus Principis inhærent. Ibidem.

18 *Majora Regalia ſunt exercitia abſoluta, & ſummæ poteſtatis.*

Sunt extra commercium. Ibidem.

19 *Minora Regalia quæ dicantur. Et ibi diſtinguitur, quæ ſint juris publici, & quæ de patrimonio fiſci.*

20 *Diſ-*

20 *Diſcutitur quæ Regalia competant Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, & ſuperioritatis.*
Conſtituitur non omnia Regalia enumerari in titulo, Quæ ſint Regalia. Neque in Ordinat. Lib. 2. tit. 26. n. 21.

HUjuſmodi donationes, vel in juribus, vel in boois Regiæ Coronæ conſiſtunt. Ideoque in rubrica hujus tractatus appoſitum fuit nomen jurium. Proindeque de illis primo loco agendum, & quæ concedi poſſunt, vel non poſſunt. Unde non abs re erit inquirere, quod jus & jura ſignificent. Et omiſſis quæ Conan. *l.* 1. *comment. juris civilis* qui dicit, jus eſſe quod juxta ſit. Quam traditionem reprobat P. Suares *de legibus l.* 1. *c.* 2. 1. & amplectitur opinionem Ulpioiani *in L.* 1. *ff. de juſtitia, & jure* ibi: *Eſt autem*
1 *jus à juſtitia appellatum.* Quæ comprobatur authoritate Ciceronis *l.* 4. *de Republica* ibi: *Scipio dicit jus éx juſtitiæ foutibus dimanare.* Et ex Auguſtino *de Civitate Dei l.* 19. *c.* 22. ibi: *Quod jus illud eſſe dicunt, quod de juſtitia fonte manavit.* Quam probant, & tuentur Suares *d. c.* 2. *verſ. nihilominus.* Et Calvinus *in lexico juris, verbo jus, verſ. Ulpianus* contra Rævardum *l.* 1. *variarum c.* 2. Qui dicebat jus à juſtitia non poſſe derivari, cum jus prius ſit, & antiquius, quam juſtitia. Vel alia Iſidori *l.* 5. *Ethimologiar. c.* 3. qui ait jus eſſe dictum, quod juſtum eſt Cui convenit Auguſtin. *iu Pſalmum* 145. *circa finem*, ibi: *Jus, & injuria contraria ſunt, jus enim eſt, quod juſtum eſt.* Unde ſi juſto, vel juſtitia ultimam demamus ſyllabam recte poteſt jus à juſto, vel juſtitia denomioari. Quò incidit alia derivatio à Grammaticis tradita, ut ſcilicet jus dicatur à jubendo, nam juſſum eſt participium verbi jubeo, & ſic ſi à participio dematur ſecunda ſyllaba, relinquetur jus ut dicunt Suares *d. c.* 2. *n.* 1. Calvin. *verbo jus, verſ. Ulpianus poſt medium.* Ubi docet antiquos jura vocaſſe quaſi juſſa. Et concludit recte ab Ulpiano jus à juſtitia, & à juſto appellari. Ipſe enim, qui rei naturalem ordinem demonſtrare volebat, nomen juris à juſtitia, quaſi diminutum deſcendiſſe recte ſcripſit, quia apud Priſcos aurei, & argentei ſæculi Heroes prior ipſa juſtitia fuit Priores ipſæ juſtæ actiones in adminiſtrada Republica, quam jura, & juſſa, atque ita jus à juſtitiæ, & juſti virtute derivatur. Ultra quod nomen jus aliquando juriſprudentiam ſignificat, aliquando jus naturale, & civile, & denique legem, quæ præci-
2 pit: ut pleoe per Calvinum *ubi ſupra*, Suares *d. c.* 2. *n.* 4. & Briſſon. *de verb. ſignificat. verbo jus.*

Cæterum quoad noſtrum inſtitutum nomen jurium
3 in ſtricta ſignificatione accipiendum eſt, pro quadam facultate morali, quam unuſquiſque habet circa rem ſuam, vel ad rem ſibi debitam. Et ſic dominus rei dicitur habere jus in re, operarius dicitur habere jus ad ſtipendium, ratione cujus dignus eſt mercede ſua. Et in hac ſignificatione paſſim in jure fit diſtinctio inter jus in re, & jus ad rem jura utendi, fruendi & juta prædiorum quæ ſunt ſervitutes L. 1. *ff. de ſervitutib. ruſticorum præd.* Conan. *l.* 4. *commentar. c.* 7. *n.* 7. Briſſonius *l.* 9. *de verbor. ſign. verbo* Suares *d. c.* 2. *n.* 5. Ubi quod idem ſignificat in ſacra ſcriptura, ut legitur Geneſis *c.* 23. Abraham dixiſſe ad filios Hebr: *Date mihi jus ſepulchri.* ideſt facultatem ſepeliendi. Et *c.* 31. dicitur de Jacob quod quando diſceſſit à ſocero, tulit ſecum omnia, quæ juris ſui erant. Et in hunc ſenſum ſumi debet jus *in L. juſtitia ff. de juſtit. Ut jure, & in §. juſtitia Inſtit. de jure natur. gent. & civili* ibi: *Juſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas jus ſuum unicuique tribuens*, ideſt tribuens unicuique, quod ad eum ſpectat: ut eleganter docet Suares *d. c.* 2. *n.* 5. In hoc ſenſu dicitur jus emphyteuticum *iu L. & in*
4 *rubr. de jure patronatus.* Et eodem modo dicitur jura, & actiones non compreheadi appellatione bonorum mobilium, & immobilium, quia conſtituunt tertiam booorum ſpecialem per text. *iu L. quam Tuberonis §. iu pecul.* 10. *ff. de pecul. L. à Divo Pro §. in venditione ff. de re judicata.* Scribunt poſt antiquiores Pinel. *in rubr. C. de bon. matern. à u.* 24. Cyriac. *controv.* 14. *à u.* 31. Gutierr. *l.* 3. *pract. q.* 85. *n.* 5. *& iu tract. de gabellis q.* 57. *à n.* 14. *& q.* 112. *per totum.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *p.* 1. *n.* 15. Surd. *conſ.* 26. *n.* 3. Covarr. *in c. relatum c.* 2. *n.* 2. *&* 3. Olea *de ceſſ. jurium tit.* 2. *q.* 1. *n.* 20. Qui relatis duabus opinionibus aliud docentibus, hanc probat. *num.* 22. Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſſ.* 6. *nu.* 9. Merlino. *de pignorib. l.* 2. *q.* 29. *nu.* 50. *& ſeqq.* Sanches *ad præcepta Decalogi l.* 2. *c.* 14. *n.* 2. Tuſc. *litt.* 1. *concluſ.* 494. *à num.* 1.

Similiter igitur jura Regiæ Coronæ in prædicto ſenſu, & ſignificatione ſunt accipienda impræſentiatum Quæ quidem Regalia dicuntur, & denumeran- 5
tur in numero plurali in genere neutro adiectivo. Quaſi nomen Regalia ſi adjectivum ad nomen jura: ut docuit Anton. Oliban. *in tract. de jure fiſci ad Uſaticum alium namque c.* 5. *n.* 12. Et ita apud Nos denominantur in Ordin. *l.* 2. *tit.* 26. *in rubr.* ibi: *Dos Direitos Reges.* Quidquid aliud dicat Ripol. *de Regalib. c.* 2. *nu.* 2. Ubi quod apud Caſtellanos magis convenit appellari Regalias. Sed noſtra aſſertio longe verior eſt. Et comprobatur, quia videmus vocari Regales trabeas *in l.* 1. *C. publica lætitias vel conſul. nuns. l.* 12. Regalem cenſum *in L. ult. C. de legib.* & Regalem luxum dixit Virgil. *l.* 1. *Æneid.*

Ad domus interior Regali ſplendida luxu.

Et Regales menſas ibidem:

Regales inter menſas, laticenque Lyæum.

Et Regales corpus dixit Gualter. *lib.* 4. *Alexandreidos.*

Implicitum curis corpus Regale tenebat. Et *lib.* 8.

—— *Seuſit corpus Regale prophana AttRectare manu.*

Idem *l.* 7. agens de Dario capto, vincto, & interfecto, exclamat:

Dedecus inveniunt fati, Regale cadaver.

Morborum Regalem vocant Medici apud Horatium:

Aut mala quem ſcabies, aut morbus Regius urget.

Regales denique, ac Regias civitates appellat Imperator *in l.* 3. *§. quod ſi C. de naturalib. liber. & in L. ult. in princ. C. de aſſeſſorib. & in L. præſenti in principio C. de his qui ad Eccleſ. confug. L. jubemus* 14. *§. ſane ne omuis C. de ſacroſ. Eccleſ. §. ult. Inſtit. de ſatiſdation.*

Atque ita Regalia jura dicuntur, quæ ad Co- 6
ronam, & Regem ſpectant. Ideo Regalia dicta, quia Regi competunt, & à jure Regis deſcendunt Montan. *de Regalib. §. quæ ſint Regalia n.* 1. *verſ. ſunt autem pag.* 50. Sequitur Joannes Heringius *de molendinis q.* 9. *n.* 40. Ripol. *de Regal. c.* 1. *nu.* 1. Quamvis præcipua hujus appellationis cauſa ſit, quia prædicta jura exercentes oullum recognoſcunt ſuperiorem, ut per Roſental. *de feudis tom.* 1. *c.* 5. *de Regalib. concluſ.* 2. *à u.* 1. *& concluſ.* 62. *in princ. & concluſ.* 85. Ripol. *in d. tract. c.* 3. *nu.*
24. Sunt autem Regalia jura ſpecialia ejus, qui ſu- 7
periorem oon recognoſcit, competentia ad decus, & ſalutem Reipublicæ tuendam, in ſignum ſupremæ poteſta-

poteſtatis, eminentiæ, & dignitatis: ut ea diffinitur Sixtinus: *de Regalib.c.1.n.12.13.* & 14. Montan.*d. verſ. ſunt autem* Ripol.*d.c.1.n.2.* Heringius *d.q.9.n.* 47.& 48. Nec aliud dicitur in rubrica noſtri tractatus, dum non de juribus Regis, ſed Coronæ inſcribitur; quia licet *in c. intellecto de jurejurando* videatur probari jura illa eſſe penes Coronam in abſtra-
8 cto, propter ejus verba ibi: *Alienationes factas per Regem Hungariæ in præjudicium Regni ſui revocari poſſe, & quia juraverat intra Regni, & honorum Coronæ illibata ſervare.* Unde conſiderari videntur jura Regia eſſe penes Coronam, ſeparata à perſona Regis. Nihilominus tamen idem judicandum eſt de juribus Coronæ, & juribus Regis. Eſt enim Corona ſignum inviſibilis poteſtatis exiſtentis in perſona Regis, & ab eo inſeparabile: ut notat Montanus: in præludio de Regalib. *n.* 6. Unde dicendo Coronæ, idem eſt, quod dicere perſonæ Regis, cujus ipſa eſt ſignum. Et ideo Summus Pontifex *in d.c.intellecto* cum prius dixiſſet honorem Regis, poſtea variando elocutionem dixit Coronæ. Quaſi idem importaret hoc nomen Corona, quam perſona Regis ut eleganter interpretatur Horatius Montanus *in d. prælud.n.* 18.*verſ. Reſpondeo.*

9 Hæc Regalia jura, dum Populus in Regem jus omne, & poteſtatem tranſtulit, fuerunt ab ipſo populo Regi aſſignata ad ſtipendia militum, miniſtrorumque juſtitiæ, & alia neceſſaria, tam ad gubernandum in pace, quam ad onera belli ſuportanda. Montan *in d.prælud.n.2. circa finem, & n. 27.poſt medium pag.* 26. Nec non ad honorem, & decorem Principis Roland. à Valle, *conſ.1.n.153.tom.* 2.& in compenſationem immenſi laboris, quem ſuſtinet Rex in conſervatione, & cuſtodia ſubditorum Bart. *in tract.de Regim. civitat. n.* 12. Roſental. *de feud.c.5. concluſ.*1. Mieres *ad conſtitut.Regina Maria col.*10.*c.*35.Ripol. *de Regal.c.1.nu.* 4.& 5. Heringius *de molendin.q.* 9. *n.*48.Avendan.*de exequend. mandat.p.2. c.4.n.*20. Corſet. *de poteſt. Reg. q.*49. Valaſc. *de jure emphyt. q.8.n.* 32. Peregrin. *de jure fiſci l.1. tit. 1. n.* 4. cum pluribus Salgado *de retent. Bullar.p. 1.c.1.n.* 128.
10 Nam ut dixit Antigonus Macedonum Rex. *Eſt Regnum glorioſa ſervitus, & Reges potius ſervire ſubditis cum honorificentia, quam dominari cenſendi ſunt:* ut refert Ælian.*de var. hiſtor.l.2.c.* 20. Cyriac. *contr.*401.*n.*1.Salgado *de retent. Bullar* 1.*p.c.1.n.*127. Et ut dixit D. Auguſtin. *de Civitate Dei l.19.c.* 14. *Chriſtiani Principes, dum recte imperant, etiam ſerviunt eis, quibus imperare videntur; imperant enim, ut conſulant ſaluti, & utilitati eorum, quibus imperant.* Quantas vero moleſtias Reges pro ſubditorum, & Regni tranquillitate ſuſtinuerint, liquido conſtat. Et nominatim apud nos evictiſſimus Joannes II. vere perfectus Princeps, in ipſius Chronica demonſtratur. Quantas pro Regni defenſione paſſus fuerit Joannes Quartus, & nemini ſecundus, æternæ, & glorioſæ memoriæ, nos ipſi oculati teſtes ſumus. Et præclarè dixerat Juſtinian. *in Novella 30. de Proconſule Capadociæ §. adulterina in fine, dicens, ſe nihil detrectare eorum, quæ vel ad extremam pertingant difficultatem, vigiliis ſimul, & inediis. Cæteriſque laboribus jugiter pro ſubditis ſuis ultra quam humanæ natura modus patitur, utendo.* Et faciunt text.*in L. unica in princ.C.de S.C. Claudiano tollendo L. præcipimus C.dè appellation. in princ.* Quare nil mirum, ſi Regalia jure Regi conceſſa ſint, ne illi labor, & officium eſſet damnoſum, contra regulam, *text. in L. videlicet ff. ex quib. cauſ. majores L. ſed, & quod ſiquis 7. ff. quemadmodum teſtam. aperiantur L. ſi ſervus §. quod verò ff. de furtis.* Exornant Tiraquel. *de retract.lignag.§.1. gloſſ.* 9.*n.*142. in fine, Gratian.
11 *c.*81.*n.*8. D. Martinus de Larreategui *l.2. ſelectar.c. 1.n.2.* Surd. *conſ.*19.*n.*12. Noguerol. *alleg.*33.*n.*56. Cyriac *controv.* 57.*n.*29. pulchrè Heringius *de fidejuſſorib.c.25.n.1.*

Plane poſt diſcretas gentes Regna condita fuere: ut probat text. *in L.ex hoc jure ff. de juſtitia, & jure,* 12
ubi Benedict Ægid.1.*p.c.3.n.*1. populus Regi, & in eum omne jus,& poteſtatem tranſtulit *L.n.ff.de conſtitutionib.Principum.* Menchaca *illuſt.l.1.c.43.n.1.&* 2. Petrus Gregor. *de Repub.* 10.*c.* 7. *n.*17. Horatius Montan. *Regalib. in prælud. n.* 11. Ramires *de lege Regia* §. 22. Ex ea ratione, & cauſa, ut eſſet, qui inter cives jus diceret, juſtitiamque faceret, & eos ab hoſtibus, & aliorum injuriis defenderet. Quæ fuit cauſa finalis, ob quam homines ſubmiſerunt ſe uni perſonæ in erectione Regni. Afflict. *deciſ.* 163.*n.* 81. *tit.& in rubr. quæ ſint. Regalia n.* 7. Maſtril. de Magiſtrat. *l.3.c.1.n.*59. Montan. *in d. prælud. n.*15. Bened.Ægid. *in d. L. ex hoc jure* 1.*p. c.3. n.* 7.& 8. Et probat text.*in c. Regum* 13. *q.* 5. Ubi habetur quod Regum officium proprium eſt facere judicium, & juſtitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppreſſos, peregrinis pupilliſque, & viduis, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium Facit illud Regum *l.1.c.8. Conſtitue nobis Regem, qui judicet inter nos, ſicut univerſa habent nationes.* Et paulo infra: *Rex enim erit ſuper nos, & erimus nos quoque ſicut omnes gentes, & judicabit nos Rex noſter, & egredietur ante nos & pugnabit bella noſtra pro nobis* Quippe Regnum non tam ad Regis, quam ad ſubditorũ utilitatem fuit introductum. Solorzan. 13
de jure Indiarum tom.2.l.2.c. 21. *n.* 59. Valentia *illuſtrium tract. 2. c. 5. n. 5. & ſeqq.* Salgado *de protect.1.p.c.1.n.40.& ſeqq.& de retent.Bullar.1.n.75.&* 76: Amaian Marcel. *l.* 29. Menchaca *in præfatione l. 1.controv. illuſtrium n.*101. & 104. Valenz. *in diſcurſu ſtatus, & belli p. 2. conſiderat.*14.*n.*8. Et ut ait D. Iſidorus *l.3. de ſummo bono c.47. Principes, Regeſq; electi ſunt, ut terrore ſuo populos à malo coercerent, atque ad recte vivendum legibus ſubderent.* Unde fit quod Rex acceptando Regnum populo dicitur obligatus ad faciendam juſtitiam, & defenſionem ſubditorum, ut ipſi tenentur Regi obedire ex quaſi contractu; ut dicitur *l.2.Regum c.5.* Ubi dum populus Iſraeliticus faceret Regem David: ut ibi ſcribitur, *Et percuſſit cum eis David fœdus coram Domino unxeruntque David in Regem.* Proindeque ex dictis cauſis, & rationibus juſtum, & conveniens fuit jura ſpecialia Regi aſſignare, qui ei videntur conceſſa; ſimul atque creatur Rex: ut per Bald. *in c. quæ ſint Regalia verſ. ultim. Notat,* Boſſius *in tit. de Regal. n.* 5. 14
Valaſc. *de jure emphyt.* 98.*n.*33. Et pro eis Princeps operas ſuas conduxiſſe cenſetur ad text. *in L.1. ff locati* Andreas *in conſtitutione Regni ſuper inciſionibus col.3.in c.1.de pace tenenda* Maſtrill. *de Magiſtrat.l. 3. c. 1.n.*40.

Non tamen omnia jura, quæ Regi competunt de Regalibus eſſe dicantur; niſi illi ſint reſervata in ſi- 15
gnum ſupremæ poteſtatis Gama *deciſ.* 31.*n.*4. Ripol. *de Regalib. c.1.n.9.* Licet verum ſit quod ea, quæ de Regalibus non erant Regalia effici valent; quoniam jura Regalia efficiuntur, vel conſtitutione Regnantis, vel conſuetudine: ut notat Iſern. *in rubr.tit. quæ ſint Regalia col.*2.Sixtin.*de Regal.l.1. d. 5. n.* 1. Horat. Montan. *eodem tract. in prælud. n.* 11.*pag.*15.Et acquiruntur duobus modis, conſtitutione, ſcilicet, vel præſcriptione. Roſental. *de feud. c.5. concluſ.*10.*n.*1. Veluti quando Rex ipſius inſtitutione aliquod jus ſibi reſervavit, & ſubditis prohibuit qui tacite, vel expreſſe conſenſerunt: ut in exemplis quibus Montan.*in prælud.d.n.*11.*pag.* 15. Vel quando Regi fuerunt aliqua reſervata tacito Populi conſenſu: puta ſi bannis emiſſis Populus non contradixit, & per decennium Rex ex juribus uſus fuit, tamquam reſervatis: ut in hoc Regno evincit circa *Batum,* vulgo *Tabaco.* Tunc enim conſuetudine jura acquiruntur, & efficiuntur Regalia ſecundum Paul. de Caſtr. *in L. de quibus n.12.de legib.ubi* Iaſ.*n.*43.Roſentald.*de feud.c.*9.

con-

cluſ. 39. Montan. *ubi ſupra d.n.* 11. Qui *n.* 13. explicat: Quod prædicta conſuetudo habet pro ſe præſumptum Populi conſenſum loco tituli; utilitatem vero publicam, quæ in Regalibus verſatur, loco rationis, & frequentia actuum per tempus decem annorum, ex quibus inducta, & præſcripta dicitur conſuetudo Dec. *conſ.* 483. *n.* 27. *verb. inveterata d. L. de quibus.* Duenas *regul.* 138. *in princ.* Andr. Gail *obſerv.* 31. *n.* 3.

16 Dividitur autem jura Regalia inter majora, ut tradunt Claud. Seyſel *in ſuo ſpeculo feudor. ad tit. Qui feudum dare poſſunt, verſ. nam quædam ſunt.* Fachin. *l.* 3. *controv. c.* 81. Ferrarienſ. Montan. *de feud l.* 5. *c.* 7. *verſ. Regalia, & l.* 2. *c.* 1. *verſ. quandocunque* Peregr. *de jure fiſci l.* 1. *tit.* 1. *n.* 9. Roſentald. *de feud. c.* 5. *concluſ.* 2. *n.* 1. Sixtin. *de Regal. l.* 1. *c.* 2. *n.* 1. Ripol. *eodem tract. c.* 2 *n.* 13. Quidquid aliàs velit Horat. Montan *d. prælud.* 1. *n.* 6. Qui jura Regalia dividere conatur inter inſuperabilia & ſeparabilia. Verior namq; eſt diviſio ſupradicta inter majora, & minora, quam communiter ſequuntur DD. Sunt autem majo-
17 ra jura illa in quibus potiſſimum ſuprema poteſtas, & Regis dignitas elucet; & quæ in ſignum ſupremæ poteſtatis, & juriſdictionis competunt. Sixtin. *d. l.* 1. *c.* 2. *n.* 2. Ripol. *d. c.* 2. *n.* 15. & 19. Horat. Montan. *in d. præl. n.* 6. Gama *decis.* 31. *n.* 4. Quæ quidem jura potentiora dicuntur à Mozio *de feud. tit. de natura feudor n.* 25. *verſ.* 4. *ſi illuſtri*, & mere Regalia à Pariſ. de Puteo *de Sindic. verb. de exceſſib. Baronum erga ſubditos c.* 1. *n.* 12. Carol. Tapia *in L. fin. ff. de conſtit. Princip. c.* 2. *n.* 59. Dicunturq; oſſibus Principis adhærere Pariſ. de Puteo *d. c.* 1. *n.* 13. Perſonæque Principis inhærentia Vveſembeq. *conſ.* 61. *n.* 31. Cævall. *commun contra commun. q.* 46. *n.* 7. Et tanquam anima in corpore humano pro diverſitate membrorum varias exhibet operationes: ita illa jura Majeſtati ſummæ attribuuntur, quæ ipſam immediate comitantur.
18 Et ideo nihil aliud ſunt, quam exercitia abſolutæ, & ſummæ poteſtatis reſpectu rerum diverſarum, quæ in Reipublicæ adminiſtratione occurrunt: ut eleganter ratiocinatur Chriſtoph. Beſold. *in ſinopſi Polit. doctr. c.* 2. *de jurib. Majeſt. ſpecibil. n.* 2. Id circo prædicta jura Regalia extra commercium exiſtunt L. *apud Iulianum §. conſtat. ff. de legat.* 1. *L. fin. ff. ut in poſſeſ. legator.* Quia ſacra ſacrorum nuncupantur Everard. *in loco legali à plenitud. poteſt. n.* 9. poſt Bald. *in c. intellecto de jurejur.* Felin. *in c. audientiam col.* 2. *de præſcript. d. c.* 2. *n.* 3.

19 Minora vero dicuntur jura Regalia, quæ potius ad jus fiſcale proventus, & redditus, fructuſque patrimoniales ſpectant; quam ad ipſam ſupremam poteſtatem, authoritatem, dignitatemque: ut ſcribunt Lucas de Pæna *in L. quacunque a* 2. *C. de omni agro deſerto. l.* 11. *& in L. in provinciis C. de numerar. lib.* 12 Peregr. *de jure fiſci l.* 1. *n.* 9. & 28. Sixtin. *d. c.* 2. *n.* 45. & 46. Ripol. *d. c.* 2. Et videtur probari ex text. *in L. pacta conventa §. fin. ff. de contrah. empt.* Ubi fit diſtinctio inter ea, quæ ſunt juris publici, & inter ea quæ ſunt in patrimonio fiſci: Et ex text. *in L.* 1 *§. hoc interdictum ff. ne quid in loco publico* Ubi expreſſe dicitur interdictum illud, ne quid in loco publico non pertinere ad res patrimoniales fiſci, quaſi res fiſcales propriæ, & privatæ Principis ſint. Quo pertinet plura ex juribus, quæ enumerantur *in c. unico tit. quæ ſint Regalia*, quæ reſpiciunt commoditates, quæ imperatorio fiſco in Italiæ civitatibus competebant: ut ex Gunthero, Sigonio, & aliis tradit Beſold. *in d. c.* 2. *n.* 3. *poſt medium.*

20 Quæ autem Regalia Principi competant in ſignum ſupremæ poteſtatis, & ſuperioritatis non ſatis conſtat apud interpretes. Alii, enim plura cumulant: ut per *Afflict. in c.* 1. *quæ ſint regalia.* Ubi *à n.* 1. *cum ſeqq.* centum, & viginti ſex jura enumerat. Et alii minus: ut per Valaſc. de jure *emphit. q.* 8. *n.* 32. Ripol. de Regal. *c.* 2. *n.* 19. Ubi triginta, & octo Regalia poſuit. Qua de cauſa Valaſc. *d. n.* 32. inanem judicavit laborem congerere, quæ Principi ſpecialiter competunt, & ea tantum jura Regalia eſſe cenſuit, quæ ennumerantur *in tit. quæ ſint Regalia in uſibus feudorum:* cæteraque ad poteſtatem Principis pertinere. Quæ ampliſſima res eſt. Verumtamen non omnia Regalia enumerari *in d. tit. quæ ſint Regalia*, verius eſt; quia *in d. tit.* non fuerunt Regalia enumerata taxative, ita quod præter expreſſa in textu, non ſint alia. Probatur: quippe plura alia in jure reperiuntur: ut per Cujac. *in d. c. quæ ſint Regaliæ* Roſental. *de feud. c.* 5. *concluſ.* 94. Sixtin. *de Regal in proœm. n.* 17. Horat. Montan. *de Regal. §. multarum, pœnarumque compendia n.* 2. *circa fin.* Salg. *de retent. Bullar.* 1. *p. c.* 1. *n.* 130. Maſtril. *de Magiſtr. l.* 3. *c.* 1. *n.* 36. *& ſeqq.* Ubi quod Regalia in illo textu gratià exempli fuerunt enumerata docet. Quod antea dixerat Cabed. 2. *p. decis.* 42. *n.* 2. Ubi reprobat Valaſcum, & ex aliquibus Ordinationibus Regiis hanc adſtruit opinionem. Quæ vera eſt, Quia genus non taxatur in enumeratis, & expreſſa loco exempli adducta intelliguntur. Salg. *d. c.* 1. *n.* 130. Quinimo Sixtin. *d. c.* 2. *n.* 47. affirmat non defuiſſe Authores, qui tenerent omnia Regalia de quibus *in d. c.* 1. eſſe minora; quos tamen reprobat Et merito, quia inter ibi enumerata ſunt quædam ad majora Regalia ſpectantia.

Similiter in noſtra Ordinatione *l.* 2. *tit.* 26. non om- 21
nia jura Regalia recenſentur, & plura alia Regi competere conſtat ex Ordinat. *l.* 2. *tit.* 33. *& tit.* 46. §. 40. Ordinat. *l.* 1. *tit.* 3. §. 2. *& ſeqq.* Notat Cabed. *decis.* 42. *n.* 2. & 5. & facit Ordinat. *l.* 2. *tit.* 26. §. *ult.* ibi: *E geralmente todo encarrego aſſim real, como peſſoal, ou mixto, que ſeja impoſto por Ley, ou por coſtume longamente aprovado.* Concordat regimen Regij Patrimonii *c.* 237. Ubi poſt enumerationem jurium Regularium, de quibus *in d. c. unico quæ ſint Regalia* ſtatuitur, quod etiam Regalia jura dicantur illa omnia quæ per legem; vel conſuetudinem de Regalibus dicuntur. Qua de cauſa imprimis quoad noſtrum inſtitutum de his juribus Regalibus agendum erit, quæ per Principem concedi non poſſunt; ut ita cognoſcatur non poſſe comprehendi in donationibus Regiis, cætera vero ſic; ſecuti Iuſtinianum *in princ. Inſt. de his, qui ſunt ſui, vel alieni juris*, ibi: *Videamus itaque de his, quæ alieno juri ſubjecta ſunt; nam ſi cognoverimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt, ſimul intelligemus, quæ ſui juris ſunt.*

CAPUT II.

De jure Regis in Regno; & de Majeſtate; ac quibus competat.

SUMMARIUM.

1 *Quamvis ab initio ſumma poteſtas fuiſſet penes Rempublicam: tamen poſtquam populus tranſtulit in Regen omne ſuum imperium, illico ſumma poteſtas, & dominium penes Regem fuit.*

2 *De diffinitione Majeſtatis.*

3 *Princeps abſoluti ex Dei gratia regnare profitentur in reſcriptis, & legibus.*

4 *Summa poteſtas debet eſſe perpetua; ut ſumma dicantur.*

5 *Majeſtas competit Principibus, qui nullum in terris recognoſcunt ſuperiorem. Et ſic non ſolum Imperatori, ſed, & Regibus.*

Rex per coronationem, & in Corona conſequitur plenitudinem poteſtatis. Ibid.

Majeſtas competit cuilibet Reipublicæ, quæ non agnoſcit ſuperiorem, Ibid.

6 *Luſitaniæ Regnnm Mauris expulſis populorum unanimi conſenſu Alphonſo Primo fuit conceſſum, & poſtea Luſitanornm virtute admirabili adauctnm.*

7 *Portugaliæ Regnum nnllum in terris recognoſcit ſuperiorem. Unde Regi noſtro Majeſtas competit, qui præcedit Regibus non exemptis.*

8 *An Regi competat abſoluta poteſtas nullis regulis limitata. Ubi affirmativa ſententia proponitur, & qui eam tenent.*

9 *Nullns in ſe Imperium habere poteſt.*

In quacunque lege, aut ſtatuto ſemper cenſetnr excepta perſona loquentis. Ibid.

10 *Agitur de ſententia, quæ negat in Principe abſolutam poteſtatem. Et Reprobatur diſtinctio inter abſolutam, & ordinariam poteſtatem. Et referuntur. Doctores qui eam tuentur.*

11 *Poteſtas Principis fuit demandata, ut ſe tanquam tutorem, defenſorem, ac patrem gerat cum ſubditis. Principi tantum licet, quod abſque injuria facere poteſt.* Ibid.

12 *Rex dicitur vir bonus, & tenetur ſequi honeſtatem. Princepr, licet non habeat ſuperiorem in terris, à quo puniatur; tamen non jure delinquit utens abſoluta poteſtate, & licentia.* Ibid.

13 *Summa poteſtar non eſt trabenda ad injurioſa, & iniqua. Et ſemper intelligitur, nequid illicitum, aut prohibitum fiat.*

14 *Major poteſtas à clave diſcretionis aperitur, vel clauditur.*

In re injuſtæ non plenitudo poteſtatis, ſed tempeſtatis appellanda eſt poteſtas ſuprema. Ibid.

15 *Non poſſumus, niſi quod de jure poſſumus, & potentia, quæ ſe habet ad malum, non dicitur potentia; ſed defectus, & infirmitas potentia.*

Abſoluta poteſtas numquam fuit amplexa à Principibur Chriſtianis. Ibid.

16 *Princeps abſoluta poteſtate uti non debet, niſi ut poſſit ſtatuere bono publico, & contra jus commune, & privatorum, quando id utilitas publica, & neceſſitas expoſtulat.*

Stante publica neceſſitate prudenti, arbitrio poteſt jus ipſum naturale, & gentium limitare. Ibid.

17 *Contra conſcientiam, & pietatis limites nunquam abſoluta poteſtate uti poteſt.*

Hæc poteſtas intra prædictos limites non dicitur abſoluta, ſed ordinaria. Ibid.

18 *Si Princepr licentia male utatur, poteſtatis plenitudo dicitur tempeſtatis, & tyrannidis potentia.*

19 *Princeps non poteſt ius tertio quæſitum tollere per reſcriptum, aut legem generalem.*

20 *Intellige, ut non poſſit ſine cauſa: ſi vero juſta publica cauſa intervenerit, poteſt tertium re, vel jure privare.*

21 *Intellige, ut hoc caſu teneatur pretium æſtimationis, rei, vel juris ablati ſolvere.*

22 *Si urget publica neceſſitas non tenetur Princeps damnum tertio reſarcire, etiam ceſſante neceſſitate.*

23 *Res ablata tertio ex cauſa publica neceſſitatis, domino reſtituenda eſt ceſſante neceſſitate.*

Si res ablata inutilis reddita fuit, ita ut dominus ea uti non poſſit, tenetur Princeps damnum reſarcire. Ibid.

24 *Non dicitur res reddita, quæ non integra, ſed deteriorata redditnr.*

25 *Princeps non præſumitur in dubio uti plenitudine poteſtatis, ſed ordinaria.*

Debet conſtare evidenter de voluntate Principis, quod uti voluerit plenitudine poteſtatis. Ibid.

26 *Domini ſunt juris gentium, quamvis modis civilibus acquirantnr.*

27 *Princeps non eſt dominus bonorum ſubditorum. Et eſt falſa opinio eorum, qui tenuerunt contrarinm: ut n. 28.*

29 *Princeps nullum jus habet in bonis ſubditorum, niſi reſpectu jnriſdictionis, & ſuperioritatir.*

30 *Princeps omnia Imperio poſſidet quoad protectionem; ſubditi vero dominio.*

QUamvis ab ipſa natura, omnis, & ſumma civi- 1
lis poteſtas penes Rempublicam fuiſſet: ut benè
tradit Covarr. *pract. c. 1. n. 2. & 4. verſ. Reges verò*
Quem in hac parte ſequitur Horat. Montan. *de Regal.*
in præl. n. 18. verſ. eſt pariter. Tamen poſtquam populus
transtulit in Regem omne ſuum imperium, & poteſtatem
lege Regia, quæ ad id lata eſt, de qua *in L.*
1. ff. de Præf. Præt. L. 1. §. ſed, & hoc ſtudinm, C. de vet.
jur. envel. illico ſuprema poteſtas, & dominium penes
Regem fuit: ut dicitur *in d. L. 1. §. noviſſimè*, ibi: *Igitur
conſtituto Principe datum eſt ei jus, ut quod conſtituiſſet,
ratum eſſet.* Quare dubium non eſt Regi non
recognoſcenti ſuperiorem competere ſupremam poteſtatem;
& ſic Majeſtatem Quæ diffinitur, ut ſit
ſumma, & perpetua legibuſque ſoluta poteſtas com- 2
petens in res, & perſonas ſuæ ditionis, vel inibi exiſtentes
Bodin. *de Repub. l. 1. c. 8. in princ.* Beſold. *in
ſynopſ. Polit. doctr. c. 1. de Majeſt. in genere nu.* 13.
Hyppol. à Lapide *de rat. ſtat. 1. p. c. 3. ſect. 2. verſ. Majeſtas
diffinitur:* Camill. Borell. *de præſt. Reg. Cath c.*
60. *n.* 26. Qui ait, quod idcirco, dicitur Majeſtas honoris,
& decoris major dignitas; & hæc appellatur
ſumma; quia non alium, niſi Deum, & gladium recognoſcit:
ideoque etiam ſuæ originis quaſi ſons exiſtit,
nec alterius beneficio obtinet imperium, ſed illud
ſoli Deo, cujus vices gerit in terris, acceptum
immediatè ferre tenetur. Quamvis enim à populo per
legem Regiam omnis poteſtas in Regem fuiſſet translata,
tamen illa poſtea non dependebat à populo, qui 3
privative eam transtulit, & à ſe abdicavit: ut optimè
fundat Beſold. *d. c. 1. n.* 14. Et proinde dicitur *in L.
1. C. de vet. jur. enucl. & in L. fin. C. de legib. Novell.
82. c. 4. in fin. & in Novell.* 83. *c. 1.* à Majeſtate cæleſti
Cæſari imperium datum fuiſſe; eidemque Deum imperii
Coronam impoſuiſſe. Sic dicit Bellarm. 2. *de
Pontiſ. c.* 27. Summum Pontificem à Deo habere
poteſtatem, licet Cardinales eum eligant. Et pariter
Imperator: etiamſi ab Electoribus eligatur; tamen
hi ſolum ſunt cauſa inſtrumentalis, & nullam poteſtatem
ei dant, ſed nominat perſonam, quæ debeat
illam immediatè à Deo provenientem exercere poteſtatem,
Beſold. *d. n.* 14.

Unde fluit: quod Principes abſoluti ex Dei gratia
regnare profitentur in reſcriptis, & quibuſcunque
legibus, & inſtrumentis: ut per Caſſan. *ad conſuet.
Burg. in proœm. verb. par la grace de Dieu*, ubi latè
Cald. *de empt. & vend c. 1. n. 4.* Noſter Pegas poſt hæc
ſcripta viſus *ad proœm. Ordin. gloſſ. 4. n. 1. & ſeqq.* Menoch.
conſ. 2. à 104. & poſt relatos à Pegas, Rodulphin.
de Ducib. Ital. n. 83. Beſold. *d. c. 1. n.* 15. Hæc autem
ſumma poteſtas, quæ in Majeſtate conſiſtit, per- 4
petua eſſe debet: ut dicitur in diffinitione. Quia re
vera non poteſt eſſe ſumma poteſtas, quin etiam perpetua
exiſtat, Bornit. *de Majeſt. c. 8. in princ. & c. 11.*
Beſold. *d. c. 1. n.* 25. Qua ratione cui committitur ad
tempus ſublimis poteſtas, vel ad certas res gerendas,
is non Rex, ſed ſummus ſolum dicendus eſt Magiſtratus,
Bodin. *de Repub. c. 8. à princ.* Quia poteſt aliquis
ſummum habere jus, qui tamen careat Majeſtate, *L. 2.
§. 6. ff. de orig. jur.* Bornit. *de Majeſt. c. 2. ſo.* 7. Beſold.
d. num. 25.

Competit autem Majeſtas illis Principibus qui nullum
in terris recognoſcunt ſuperiorem. Et demum 5
his, qui abſolutam habent poteſtatem. Ac non ſolum
Imperatori, ut voluit Chriſtoph. à Lapide *de rat. ſtat.
c. 3. ſect. 1. verſ. verbis quidem* ſed etiam Regi, ut
probat

probat text. *in* L. 1. *C. ut nemo privatus*, ibi: *Regiæ Majeſtatis:* Camill. Borell. *d. c.* 60. *n.* 22. Arniſæus *de doctr. Polit. c.* 11. *verſ. imperantes autem* Bald. *conſ.* 267. *ſub. n.* 8. *verſ. ſecũdo præmitto vol.* 1. Quia ait Lucas de Pæna *in L.* 1. *ſub. n.* 4. *verſ. item quia, C. de aur. Coron. l.* 10. Rex per coronationem, & in Corona conſequitur plenitudinem poteſtatis. Sequitur Rodulphin. *de abſol. Princ. poteſt. c.* 2. *n.* 3. & 4. Immo dicit Arniſæus ubi ſupra: quod non ſolum Regi Majeſtas competit; ſed & cuilibet perfectæ Reipublicæ, quæ ſuperiorem non agnoſcit. Et ex ratione taxat Conradum Badoarium Venetorum Ducem, quod à Conrado Imperatore jus ſignandæ monetæ acceperit: & Sebaſtianum Seyanum, quod ornamentis Regiis paſſus ſit ſe indui à Barbaroſſa; & ab Alexandro Tertio Pontifice Maximo: quaſi Reſpublica hæc, & alia Majeſtatis jura ex ſua authoritate uſurpare potuerit.

6 Planè noſtrum Luſitaniæ Regnum Mauris expulſis unanimi populorum conſenſu Alphonſo Primo conceſſum eſt: & poſtea admirabili Luſitanorum virtute, ut totum pene orbem circunſerat; ut cecinit numquam ſatis laudandus Camon *Luſiad. cant.* 1. ibi:

Vòs poderoſo Rey, euio alto Imperio
O Sol logo em nacendo vè primiero;
Vero tambem no meyo do emiſpherio,
E quando deſceo deixa derradeiro:
Vòs que eſperamos jugo, & vituperio
De torpe Iſmaelita Cavalleiro,
Do Turco Oriental, & do Gentio,
Que inda debeo licor do ſanto Rio.

7 Hoc igitur Portugalliæ Regnum nullum recognoſcere ſuperiorem in terris notiſſimum eſt, & eſſe liberum, & exemptum, notat Gloſſ. *in c. Adrianus.* 63. *diſtinct.* Cabed. *p.* 2. *deciſ.* 7. *n.* 4. Illuſtriſſimus Acunha *in d. c. Adrianus n.* 6. Ac proinde Majeſtatem illi competere dubiũ non eſt juxta ſupra dicta, & præcedere Regibus non exemptis innuit text. *in c. Apoſtolica ad fin. de privileg. l.* 6. Et inquit Alberic. *in rubr. ff. de ſtat. homin.* ſe vidiſſe provinciale omnium provinciatum, quod eſt Romæ ubi ſcripta ſunt regna eo ordine, quo præcedere debent: refert, & ſequitur Cabed. *d. deciſ.* 7. *n.* 4.

Ex eo antem, quod in diffinitione Majeſtatis dicitur, quod eſt legibus ſoluta poteſtas ſubintrat quæſtio: An Rex noſter, & alij mundi Reges, qui ſuperiorem non recognoſcunt, abſolutam habeant poteſtatem, ita ut ſola illius voluntas pro ratione habeatur, etiam ſi à juſto, & honeſto abhorreat? In qua quæſtione pro affirmativa ſtat doctrina Bald. *in L.* 2. *n.* 40.
8 *C. de ſervitut. & aqu.* Qui banc abſolutam poteſtatem diffinivit; ut ſit plenitudo poteſtatis, ſeu arbitrij nulli neceſſitati ſubjecta, nulliſque juris publici regulis limitata: & eam dari in Principe docent Angel. *in L. Princeps ſub n.* 2. *verſ. & dic quod Princeps ff. de legib.* Curt. Jun. *conſ.* 1. *n.* 19. Pariſ. *conſ.* 1. *viſa facti narratione n.* 29. *verſ. ut etiam vol.* 1. Peregr. *de fideico. art.* 51. *n.* 118. *& ſeq.* Ludovic. Rodulphin. *de abſol. Princ. poteſt. c.* 1. *n.* 3. Petra *de poteſt Princip. c.* 3. *p.* 1. *n.* 2. Advendan. *in L.* 40. *Tauri gloſſ.* 10. *n.* 26. Roxas *in Epitome ſucceſſion. c.* 93. *n.* 75. Mart. *de juriſdict. p.* 4. *centur.* 2. *caſu* 195. *n.* 34. quos & alios citat Mar. Cutell. *de donat. tract.* 1. *diſcurſ.* 2. *partic.* 6. *n.* 21. quibus addo Arniſ. *de doctrin. politic. c.* 11. *fol.* 271. Beſold. *in ſynopſi c.* 1. *de Majeſtat in genere n.* 13. 14. *& ſeq.* qui omnes conſtituunt iis, penes quos eſt Majeſtas tribuendam eſſe duplicem poteſtatem, ordinariam ſcilicet, legibuſq; conformem, & extraordinariam, ſeu abſolutam, legibuſq; liberatam. Ex eo probant hanc abſolutam, poteſtatem, quia omne quod Principi placuit, legis habet vigorem. Et ex Salluſtio *in Ingurta* dicente Regi *Impune quid vis facere liceat*, itaut à legibus cogi nequeat, ut prohibere. Et ex Heredot. *lib.* 3. ubi conſiliarij reſponderunt Canbuſi Regi, *Jus eſſe quidquid fecerit.* Et facit ratio: quia leges in Republica, aut in ea latæ, aut à ſuperiori, aut à ſubditis, aut ab ipſa Majeſtate nullo modo ipſam Majeſtatem afficiunt. Non primo modo, quia ipſa ſuperiorem non agnoſcit: non ſecundo, quia implicat contradictionem, ſi ſubditi dent leges, quas accipere debent: non tertio, quia nemo habet in ſe imperium: ut ait Ulpian. *in L. ille à* 9
quo 13. §. *tempeſtivum, ff. ad Trebel.* Et ſic nemo ſe ipſum cogere poteſt, *L. quod autem.* §. *uxori, ff. de don. inter virum & uxorem.* Imo in qualibet lege vel ſtatutu ſemper intelligitur excepta perſona loquentis, ut læſa non intelligatur, Lancelot. Galiula *conſ.* 97. *à n.* 29. Maſc. *de ſtatutor. interpret. concluſ.* 5. *n.* 176. *& ſeqq.* Aug. Barb. *in prax. exigendi penſiones q.* 6. *n.* 46. *& in L. jubemus* 10. *n.* 6. *C. de ſacroſ. Eccl.* qua ratione dicitur *in* L. *Princeps ff. de legib.* Principem eſſe legibus ſolutum.

Verum plures alij negant in Principe abſolutam 10
eſſe poteſtatem, & falſam eſſe prædictam diſtinctionem aſſerit Covarr. *l.* 3. *var. c.* 6. *n.* 8. ſequitur Sarmient. *ſelectar. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 20. Pinel. *in rubr. C. de reſcind. vendit. p.* 1. *c.* 2. *n.* 24. *verſ. infertur tandem, & n.* 25. *verſ. generaliter autem* Fort Garcia *in L. Gallus* §. *& quid ſi tantum, ff. de liber, & poſthum. n.* 308. *verſ. dicebat Baldus* Joſeph. de Seſſ. *de inhibit. c.* 4. §. 3. *n.* 13. Gail. *obſerv.* 56. *n.* 9 Fachin. *contr. l.* 8. *c.* 63. Menoch. *conſ.* 103. *n.* 68. Mendoç. *lib.* 1. *diſput. jur. civil. c.* 5. *n.* 53. Moila *in empor. jur. q.* 1. Cancer. *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 114 Mar. Cutell. *d. partic.* 6. *n.* 16. Valaſc. *de jur. emphyt. q.* 3. *nu.* 10. Cabed. *p.* 1. *deciſ.* 12. *n.* 9. Giurb. *conſ.* 1. *n.* 37. Bajard. *ad Clar.* §. *fin. q.* 59. *n.* 71. Caſtill. *lib.* 3. *contr. c.* 6. *n.* 7. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 14. *n.* 40. *&* 41. Valenz. *conſ.* 69. *n.* 123. Bened. Ægid. *in* L. *ex hoc jure p.* 1. *c.* 3. *n.* 10. qui omnes tenent abſolutam poteſtatem non dari in Principe, nec talem, quæ de jure divino, aut humano non regulatur. Quibus addo D. Franciſc. de Amaya *lib.* 1. *obſerv. cap.* 1. *num.* 46. *&* 48.

Quæ reſolutio probatur ex text. *in* L. *quoties C. de prec. Imper. offerend. & L.* 3. *&* 7. *C. eodem, L. ultim. C. ſi contra jus, vel utilit. public. L.* 3. *&* 4. *ff. de natalib. reſtituend.* Et facit text. *in* L. *digna vox. C. de legib.* L. *cauſas, C. de tranſacti.* n. L. *ult. C. ſententiam reſcindi non poſſe.* Et faciunt, quæ infra dicemus hac eadem parte de poteſtate ferendi leges.

Et etiam probatur, quia poteſtas fuit demandata Principi, ut ſe tanquam Principem, tutorem, defenſorem, & patrem gerat cum ſubditis loco, & vice Dei, Petrus Gregor. *de Repub. lib.* 9. *c.* 2. *n.* 1. Molin. *de inſtit. & jur. tom.* 1. *diſp.* 25. Surd. *cong.* 289. *n.* 3. Giurb. *conſ.* 1. *n.* 36. Cyriac. *contr.* 401. *n.* 1. Ideoque Princeps multoties fatetur non poſſe facere, quæ contraria ſunt juri poſitivo in præjudicium ter- 11
tii, *d. L. fin. C. ſententiam reſcindi non poſſe, L. cauſas, C. de tranſact. L. authoritate, C. unde vi, L.* 2. *C. de inceſt. nupt.* Pinel. *in rubr. C. de reſcind. vendit. p.* 1. *c.* 3. *n.* 4. Larrea *deciſ.* 8. *n.* 45. Vere enim Principi id tantum permiſſum eſt facere, quod abſque injuria facere poteſt; non vero quod licentia poteſtatis: ut voluit Claudianus Theodoſium his verſibus monens.

Nec tibi, quis licet ſed quid feciſſe decebit,
Occurrat, mentemque domet reſpectu honeſti.

Et ut ait Symmachus *lib.* 2. *Epiſtolar. Apud Imperatorem plus debere valere juſtitiam, quam licentiam.* 12
Rex namque non eſt niſi vir bonus, & ideo honeſtatem, licet non coactus, ſequi tenetur, licentiamque ſuam legibus alligare; quod in iis juſtitiam, & cæteræ virtutes contineantur D. Thom. 1. 2. *q.* 96. Unde Tacit. *lib.* 4. *annual.* malum vocat eum, qui ex

magnâ fortuna præter licentiam uſurpat, nihil, quia
non omne quod licet honeſtũ eſt L. non omne, ff. de reg.
jur. Et ait Cicero in Oratione pro Balbo: *Eſt aliquid
quod non oporteat, etiamſi liceat.* Quare quamvis Prin-
ceps non habeat ſuperiorem in terris, à quo puniatur;
tamen non jure delinquit abſoluta poteſtate, & li-
centia utens: & licet licenter vivere, & imperare
Majeſtas poſſit, non eſt illa ſumma poteſtas ad Rei-
publicæ ſalutem ordinata trahenda ad injurioſa, &
iniqua: quia poteſtas nunquam comprehendit iniqua
13 gloſſ. verbo abſolvi in c. quanto de jur. jurand. ſimilis
gloſſ. verbo adimplere in c. non eſt de voto, Grat. conſ.
8. n. 94. vol. 1. Montalu. in L. fin. tit. de las beren-
cias l. 3. fori gloſſ. fin. Riminald. conſ. 13. n. 74. &
ſeqq. Calixt. Ramir. de leg. Reg. §. 23. nu. 17. Quæ-
libet autem ampla, & abſoluta poteſtas intelligitur,
dummodo ne quid turpe, ne quid illicitum, ne
quid jure prohibitum fiat L. 1. ff. de milar. teſtam.
L. 3. §. ſi procur. nor. ff. quod quiſque juris, L. ſcire
oportet §. alius ff. de excuſat. tutor. L. 2. C. de noxa.
lib. actionib. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 7. nu. 77.
14 Valenz. conſ. 130. nu. 41. Et ſemper major poteſtas
à clave diſcretionis aperitur, vel clauditur; quia in
re injuſta non plenitudo poteſtatis, ſed tempeſtatis
appellanda eſt Menchae. contr. illuſtr. lib. 1. c. 5. n. 17.
Roſental. de feud. tom. 1. c. 7. concluſ. 19. nu. 30. Pe-
regr. de jur. fiſc. lib. 1. tit. 3. n. 65. in fin. Joann. Mo-
nach. in Extravag. Bonifacii rem non novam. Socin.
Jun. conſ. 75. cor. 2. lib. 2. Ramit. d. §. 23. nu. 18. Un-
de dicitur nos id tantum poſſe, quod de jure poſſu-
15 mus; quia injuſte poſſe non eſt poſſe: & potentia illa,
quæ ſe habet ad malum, non dicitur potentia, ſed
infirmitas, & potentiæ defectus: ut eleganter docent
Ramin. d. §. 23. n. 18. & ſeqq. Mar. Cutel. d. partic. 6.
n. 18. qua ratione poteſtas abſoluta nunquam fuit per
Chriſtianos Princeps amplexa, Mar. Cutell. ubi ſu-
pra n. 9. & 10.

Unde quæcumque ſit in Principe extraordinaria,
16 & abſoluta poteſtas, illa tantum uti debet Princeps,
ut poſſit ſtatuere bono publico contra jus commu-
ne; immo etiam contra privatorum immunitatem;
ut totum conſervetur: multoties enim tales poſſunt
incidere caſus, ubi ſi Princeps leges obſervaret,
perperam Rempûblicam adminiſtraret. Et ſic, ſi
caſus occurrerit, in quo ſalus, & utilitas publica,
neceſſitas, aut juſtitiæ ratio expoſtulet, abſoluta po-
teſtate recte uti poterit, & bono communi conſulere,
negligendo leges, & contra illas diſpenſando; imo,
& jus ipſum naturale, ſeu gentium prudenti arbi-
trio limitare poterit, & ſecundum æquitatem, rec-
tamque rationem applicare ex Ariſtotel. lib. 3. poli-
tic. c. 7. Theſaur. dec. 91. Marius Cutell. de donat. diſ-
curſ. 2. particul. 6. nu. 44. dum tamen contra conſ-
cientiam ex libro licentioſo hujus poteſtatis prætex-
tu nihil faciat, ſed intra limites pietatis, honeſtatis,
& fidei datæ. Ita ut niſi neceſſitas, aut ſalus publi-
ca id poſtulet, nunquam abſoluta poteſtas ſit uſur-
panda, ut præclarè tradit Beſold. d. c. 1. de Majeſ-
tat. n. 36. & 38. Calixt. Ramir. d. §. 23. nu. 16. &
17 ſeqq. Mar. Cutell. d. partic. 6. n. 21. & 23. & faciunt
quæ Rodulphin. de abſolut. Princip. poteſt c. 4. nu.
2. Sarmient. lib. 1. ſelectar. 1. 7. nu. 21. Et quidem
ſi Princeps juſſe prædicta plenitudine poteſtatis uſus
fuerit, vere quidem potius ordinaria, quam abſo-
luta hæc poteſtas dicenda eſt, ut optime dixit Co-
varr. lib. 3. var. c. 6. n. 8. verſ. fortaſſis placebit, Ca-
bed. p. 2. deciſ. 79. nu. 9. Cæterùm ſi Princeps licen-
tia male utatur, non dicemus eam poteſtatis pleni-
tudinem, ſed tempeſtatis & tyrannidis potentiam,
quod enim in privato dicimus vim, in Principe ty-
rannidem appellamus, Ramir. d. §. 23. n. 21.

Ex quibus jam ſequitur non poſſe Principem jus
tertio quæſitum tollere per ſcriptum, neque per
legem generalem: ut notat ex pluribus Salgad. de
reg. protect. p. 3. c. 10. n. 92. Pinel. in rubr. C. de reſ-
cind. vendit. p. 1. c. 3. n. 4. Larrea alleg. 3. nu. 6. &
deciſ. 8. nu. 45. Valenzuel. conſ. 83. nu. 100. Carol.
Tap. deciſ. 10. nu. 33. Solorzan. de jure Indiar. tom.
2. lib. 2. c. 26. nu. 62. Arias de Meſa lib. 2. var. c. 50.
nu. 10. Rodulphin. de abſolut. Princip. poteſt. c. 6.
nu. 151. & ſeqq. Ubi nu. 152. quod de plenitudine
poteſtatis dominium inferre non poteſt, ſive ſit di-
rectum, ſive utile, ut num. 153. Et ſcribunt Bart.
in L. 3. nu. 3. verſ. item quia, C. de fund. patrim. L.
10. Sequitur Aretin. in cap. ſicut. nu. 10. de prob.
& in L. 1. nu. 23. verſ. inde eſt ff. de acquir. poſſeſſ. Cæ-
phal. conſ. 302. cum proponatur. num. 134. vol. 3.
Surd. conſ. 203. nu. 22. verſ. & idem eſt. Chriſtoph.
Beſold. in ſynop. doctr. Polit. c. 1. n. 41. Mar. Cutell.
d. particul. 6. nu. 39. poſt hæc ſcripta viſus. Quæ 20
intelligenda ſunt, quando ſine cauſa Princeps à ter-
tio jura, vel dominium vult auſerre. Si vero juſta,
& publica cauſa interveniat, rectè poterit Princeps
tertium, re vel jure privare: ut tradunt Alex. conſ.
136. nu. 12. vol. 1. Mandell. Albenſ. conſ. 185. num.
17. ibi: *Sed opus eſt, quod hujuſmodi juſta cauſa con-
cernat favorem publicum, qui favor ſit evidens, &
probabilis: puta pro pace civium, aut pro vitando
ſcandalo, vel aliqua evidenti utilitate:* Cæphal. conſ.
302. nu. 136. & 138. Sylveſt. Aldobrand. conſ. 1.
nu. 126. & ſeqq. Larrea alleg. 3. à nu. 8. cum ſeqq.
Rodulph. de abſol. Princ. poteſt. c. 6. nu. 160. Peregr.
de jur. fiſc. l. 5. tit. 2. ſub nu. 49. verſ. cauſa autem legi-
tima. Surd. conſ. 203. nu. 22. Larrea alleg. 59. n. 19.
Capyc. Latro deciſ. 188. nu. 69. & deciſ. 199. num.
4. & 28. Leo deciſ. 34. nu. 24. Marius Cutell. poſt
hæc ſcripta viſus de donat. diſcurſ. 2. partic. 6. nu.
45. Hoc tamen caſu tenetur Princeps pretium, &
æſtimationem rei, vel juris ablati ſolvere, & condi-
gnam præſtare ſatisfactionem, L. venditor §. ſi conſ-
tat. ff. commun. prædior. Bart. in proœm. Digeſt. in
c. 1. conſti. in princ. nu. 4. & 5. Jaſon. in L. Barbarius 21
nu. 36. verſ. ſecunda concluſio, & nu. 39. ff. de offic.
Prat. Felin. in c. qua in Eccleſiarum n. 28. de conſ-
tit. & ibi Decius nu. 91. verſ. & iſta concluſio: Me-
noch. conſ. 721. nu. 27. verſ. reſpondetur, quod imo,
vol. 8. Surd. conſ. 203. nu. 38. plures laudat, & ſe-
quitur Rodulphin. de abſol. Princip. poteſt. c. 6. nu.
162. Anton. Gomez. in L. 1. Tauri nu. fin. & in L.
40. nu. 89. judicatum dicit Phæb. decis. 94. nu. 3.
& 4. Caſtill. quoudian. l. 3. c. 6. nu. 6. Noguer. alleg.
5. nu. 36. Solorz. de jure Indiar. tom. 2. l. 2. c. 27. nu.
55. & 80. Oliva de foro Eccles. 2. p. q. 35. nu. 16.
Cyriac. contr. 121. n. fin. Arias de Meſa l. 2. var. c.
50. nu. 14. Capyc. Latro decis. 199. n. 23. Cald. Pe-
reyr. cons. 8. n. 69. Valenz. cons. 69. nu. 111. Co-
varr. l. 3. variar. c. 14. nu. 8. & cum aliis Cabed. 1.
p. decis. 105 nu. 6. Et facit Ordin. l. 4. tit. 11. §. fin.
Petra de poteſt. Princip. declar. 7. q. princ. § ſupe-
reſt num. 34. Marta de juriſd. 4. p. caſu 195. num.
12. & 25. Marius Cutell. de donat. d. partic. 6.
numer. 46.

Declara tamen, quòd ſi publica neceſſitas urgeat, 22
non tenetur Princeps damnum tertio reſarcire;
etiam poſtquam neceſſitas ceſſavit: ut pura ſi tem-
pore belli ad muniendam civitatem prædium alicu-
jus tertii neceſſarium fuit & ablatum, vel domus ſine
quibus civitas tueri non valebat. Ita Surd. conſ. 113.
n. 99. Larrea alleg. 59. n. 19. Oliva de foro Eccleſ. 2.
p. q. 35. num. 16. Sanſelicio in diſp. de donat. in ad-
dit. à nu. 25. Capyc. Latro deciſ. 188. nu. 72. Ceſſan- 23
te verò neceſſitate, res quæ fuit ablata ex cauſa pu-
blicæ neceſſitatis, vel feudum domino reſtitui de-
bet Anton. Gabr. tit. de jur. quæſ. non toll. concluſ.
4. nu. 7. Cabed. 2. p. deciſ. 51 num. 10. Innocent.
in c. plerique de immun. Eccleſ. Paul. Pariſ. conſ.

111. n.

111.*n.*16.*vol.*7.Giurb.*de ſucceſſ.feud.præl.*1.*num.*24. Tiraq.*in tract.ceſſ.inte cauſa p.*1.*n.*20.& 179.Roland. *conſ.*69.*num.*7.*vol.*2.Fachin.*l.*8.*c.* 63.*verſ.& ceſſante* Diccrem tamen, quod ſi res ablata, veluti domus, ditura fuit, vel ſundus inutilis redditus, vel adeo deterioratus, ut dominus eo uti, ac frui non poſſit, teneatur Princeps bonum pro eo cambium præſtare juxta communem ſententiam: vel damnum reſarcire. Non

24 enim res dicitur reddita, vel reſtituta, quæ non integra, ſed deteriorata redditur L. 3. §.*ſi reddita*, *ff. commod.* *L.*1.§.*ſi res ff.de poſt.L.qui ſibi* 33.§.*qui Stichum*,& §.*item qui ff.de ſolution.* *L. mulieris* 13. §. *res abeſſe ff.de verb.ſignif.* *L. Labeo* 14.*ff. eod.* L. 1. §.*qui autem*,*ff.de vi& vi armata*,L.*fin*.§. *fin.ff. verb. ſignif.* Salgad. *de protect.* 4. *p.c.* 184. *& ſeqq.*

Et nota: quod in dubio non præſumitur Princeps

25 uti plenitudine poteſtatis: ut ſcribunt Innocent. *in c. innotuit, ſub n.* 5. *in fin. de elect.* & *in c. innovamus n.*1. *de cenſib.* Paul.de Caſtr.*in L. Princeps nu.* 2. *ff. de legib.* Alex.*in* L. *Centurio n.* 30. *ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* Decius *in L. in teſtamento ſub nu.* 11. *verſ. & eodem modo C. de teſtam. milit.* Boſſ. *tit. de Princip.n.*193.*verſ.item ſcia*, Andr.Gail.*L.*42.*obſerv.*

26 56. *n.* 13. Menoch. L. 2. *præſumpt.* 12. *n.* 1. Cravet. *de antiq. tempor. p.*1. *ſect.* 1. *n.* 39. *verſ. advertendum tamen eſt.* Ubi ait quod evidenter conſtare debet de voluntate Principis, ſcilicet voluiſſe uti plenitudine poteſtatis: quia hoc non præſumitur in dubio, ſed potius circumventus Rodulphin. *de abſol. Princ. poteſt. c.* 3. *n.* 1. Capyc. Latro *deciſ.* 190. *n.* 34. Scaccia *de appell. q.*19.*remed.*1.*concluſ.*2. *n.*30. & 31. poſt alios Auguſt. Barboſ. *clauſ* 41.*n.*4. Apud quem videre potes quando, & ex quibus clauſulis Princeps cenſetur uti poteſtatis plenitudine. De quo etiam conſule Ludovic. Rodulph.*d.c.*1.*per totum*, & de caſibus in quibus Principis abſoluta poteſtas non operatur, Vide eundem Rodulphin. *c.*6. *per totum*, ubi plene.

27 Ex dictis fluit: quod Princeps dominia rerum neque de plenitudine poteſtatis privatis auferre queit: quia dominia juris gentium ſunt, & ſi modis civilibus acquirantur *Lex ex hoc jure ff. de juſt.& jure*, ubi Bened. Ægid. *p.* 1. *c.* 4. *n.* 14. & 15. Felin. & Decius *in c. quæ in Eccleſiarum de conſtit.* Cynus & *commun. DD. in L. fin. C. ſi contra jus, vel utilit. politic.* Surd. *conſ.* 203. *n.* 17. *& ſeqq.* Azeved. *in L.* 4. *tit.*14.*n.*3.*l.*4.*Recopil.* Marius Cutell. *de donat.tract.* 1:*diſcurſ.*2.*partit.*6.*n.*39. Non enim eſt Princeps dominus bonorum ſubditorum. Quippe dominia rerum ab ipſa mundi origine ante Regum inſtitutionem in homines tranſierant accedere Dei permiſſione juxta illud Deuteron. *c.*11.& Joſue *c.* 14. *Quidquid calcaveris pes tuus, tuum erit.* Ex quo factum eſt, ut ex occupatione poſſeſſionis facti fuerint rerum poſſeſſorum domini: ut Geneſ.*c.*13. Poſtea verò res ad ſucceſſores liberæ tranſierunt abſque obligatione recognoſcendi alium dominum præter Deum Optimum Maximum. Et ſic dominium abſque facto noſtro à nobis avelli non poteſt: ut optime tradit Rebuff. *in tract. congruæ portionis n.* 125. *& ſeqq.* quem refert, & ſequitur Mar.Cutell.*d.partic.*6.*n.*41. Proindeque falſa eſt opinio eorum, qui tenuerunt ſubditorum bona

28 eſſe in libera Principis diſpoſitione. Quam prius tenuit Martinus: ut refert Accurſ. *verbo omnia Principis in* L.3.*C.de quadr.præſcript.* Et ſecuti ſunt Angel. *in L. item ſi verberatum* §.*ſi quis rem ff. de rei vendic.* & *in L.* 3. §.*ſi is pro quo ff. quod quiſque jur.* Bald.*in L.* 2. *C. de quadr. præſcript.* & alii laudati à Cævall. *q.*577.& *q.*906. Qui ſuam adſtruunt ſententiam *ex text. in L. Lucius Titius* 11.*ff.de evict.* Ex quo volunt probare Principem habere dominium bonorum omnium, quæ ſubditi poſſident. Et ex eo, quod Imperator univerſi Orbis dominus vocatur *in L. deprecatio ff. ad* L.*Rhod. de jact.* & *in* L. *bene à Zenone C. de quad.præſcript.* & *in* L. *item ſi verberatum* §. 1.*ff.de reivendic.*

Verum contraria; nempe Principem nullum jus ha- 29
bere in bonis ſubditorum, niſi reſpectu ſuperioritatis, & juriſdictionis, longè verior eſt, & tenenda: ut per Fortun. Garc. *in L. Gallus* §. *& quid ſi tantum n.* 290. & 309. *cum ſeqq. ff. de liber. & poſth.* Petr.Gregor. *de Repub. l.* 6. *c.* 13. *n.* 16.*& ſeqq.* & *n.*35. Fachin. *l.* 8. *controv. cap.* 63. Molin. *de primog. l.* 2. *c.* 7. *n.* 33. Pichard. *de acquir. hæred. c.* 3. *à n.* 4. Guſman. qui plures laudat, *de evict. q.* 52. *à n.* 2. *cum ſeqq.* Aymon. Cravet. *conſ.* 241. *n.*12. Qui ait, quod Angelus, qui contrariæ ſententiæ fuit anteſignanus, non ut Angelus, ſed ut homo mendax locutus eſt. Et Additio ad Decimum *conſ.*269. affirmat Angeli dictum eſſe falſum, & adulatorium. Et dixit Accurſ. *verbo omnia Principis in d.* L. 3. *C. de quadr. præſcript.* quod Martinus vi, vel metu addictus fuit Menoch. *de arbitr.* L.1.*q.*48. optime poſt alios D.Franch. de Amaya *l.*1. *obſerv.c.*1.*n.*51. Quibus addo Beſold. *in ſynopſ. doctr. Polit.c.*1.*de Majeſt in gener. n.* 41. Marius Cutell. *d.partic.*6.*n.* 42. Calixt. Ramirez *de lege Regia* §. 23.

Namque verum eſt, Principem omnia imperio poſ 30
ſidere quoad protectionem; ſubditos verò dominio juxta doctrinam Anton. de Burr. *in c. quæ in Eccleſiarum n.* 152. *de conſtit.* & *in c. qui rei n.*10.*de reb. Eccleſ. non alienand.* Cujac. *l.* 5. *obſerv.* 30. *in fin.* Marius Cutell. *d. partic.*6. *n.* 43. Quo pertinet illud Senecæ *l.* 7. *de Benefic. c.* 4. dicens. *Jure civili omnia Regis ſunt, & tamen illa quorum ad Reges pertinet univerſa poſſeſſio, in ſingulos dominos deſcripta ſunt & unaquæque res habet poſſeſſorem ſuum. Itaque dare Regi, & domum & mancipium, & pecuniam poſſumus, nec donare illi de ſuo dicimus: ad Reges poteſtas omnium pertinet; ad ſingulos proprietas.* Contrariæ partis fundamentis plenè ſatisfacit Amaya *d.c.*1. *à n.*52. *cum ſeqq.* à quo tranſcribere fas non eſt; quia, ut ait Polyb. *l.*1. *in princ.* *Minimè neceſſarium eſſe putarem, ut de his, quæ rectè, & à multis dicta ſunt, denuò ſermo habeatur.*

Caput III.

An Rex ex abſoluta poteſtate Regnum alienare valeat, vel cedere, & quo jure in Regno ſucceſſio deferatur.

SUMMARIUM.

1 *De controverſia: Utrum conducibilius ſit Regem aſcendere ad imperium electione, vel ſucceſſione? Et afferuntur fundamenta pro electione.* Ibi, *& n.* 2.

3 *Poloniæ ſtatus dicitur feliciſſimus electione Regum & in eo nulla tyrannis, & nulla temere moventur bella.*

Afferuntur exempla eorum, qui ſpretis filiis ſucceſſorem in Regno idoneum ſubſtituerunt Ibid.

4 *Succeſſionem in Regno eſſe utiliorem Reipublicæ pro contraria ſententia docent plures, qui afferuntur: & fundamenta hujus partis.*

5 *In filio Regis ſpectanda ſunt merita patris, indoles Regia, & gubernandi ſcientia.*

6 *Periculoſum eſt dare tutorem Regi, & inde pericula imminere probatur exemplis.*

7 *Ubi conſuetum fuit per ſucceſſionem ad imperium aſcendere, ita ſervandum eſt; & ubi per electionem, conſuetudo ſervari debet.*

Conſuetudo inveterata non eſt mutanda. Ibidem.

8 *In hoc Luſitania Reguo, & in Caſtella, & Francia, Regna per ſucceſſionem deferuntur.*

Sed an Regnum, ſit hæreditarium, vel in eo ſuccedatur jure ſanguinis? Dubium eſt Ibid.

Proponuntur, ſundamenta, quæ faciunt pro opinione, qua habet, Regnum deferri jure ſanguinis Ibid.

9 *Regnum à Republica, & populo tanquam à primo inſtitutore capitur. Sed contrarium verius: ut num. 37.*

Majoratus non ab ultimo poſſeſſore, ſed à primo inſtitutore capitur. Ibid.

10 *In Regno conſideratur dignitas, & Reſpublica, qua nunquam moritur.*

11 *Rex etiamſi prole careat, non poteſt teſtari de Regno neque illud auſerre proximiori conſanguineo.*

12 *Si quis caret deſcendentibus, & aſcendentibus, poteſt extraneum hæredem inſtituere relictis conſanguineis.*

13 *Primogenitus tantum ſuccedis in Regno.*

14 *Quilibet ex filiis habet partem, & jus legitima in quacunque gleba terra.*

Et inter plures in eodem gradu æqualis ſit diviſio patrimonii Ibidem.

15 *Deficientibus deſcendentibus ad ſucceſſionem Regni admittitur conſanguineus Regis uſque ad milleſimum gradum.*

16 *Succeſſio hæreditaria reſpectu collateralium non extenditur ultra decimum gradum.*

17 *Regnum non acquiritur titulo univerſali, ſed à filio uti filio.*

18 *Regni ſucceſſio defertur jure hæreditario, & ipſum Regnum hæreditarium eſt. Et afferuntur hujus patris ſundamenta: & n. 23.*

19 *Poſſeſſor Majoratus, vel fideicommiſſi non poteſt ſucceſſori gravamen, aut onus imponere.*

Gravari non poteſt, qui non ſuit honoratus. Ibid.

20 *Si filius Regis repudiaverit ejus hæreditatem Regno devolvitur ad ſecundogenitum.*

21 *Filius inſtituendus eſt à patre in legitima; & ſi inſtitutus repudiaverit, legitimam habere non poteſt.*

22 *Regna de jure gentium condita fuere, & eo jure filij ſine diſcrimine ætatis æqualiter parentibus ſuccedebant.*

24 *Rex poteſt filium exhæredare Regno ob cauſas, de quibus* in Auth. ut cum de appellatione cognoſcitur §. cauſas.

25 *Probatur prædicta ſententia de jure Caſtella.*

26 *In Hiſpania poteſt Rex diſponere de Regno, & illud dividere: ac etiam in Aragonia, ut n. 27.*

28 *Succeſſor in Regno donationes factas à patre impugnare non poteſt.*

Secunda opinio verior eſt, & in hoc Regno ſervanda. Ibid.

29 *Interpretatur text.* in c. grandi de ſupplend. negligent. Prælator. in 6. & n. 35.

Regnum natura ſua eſt indiviſibile. Ibid.

30 *Regni diviſio contradicit bono publico.*

Quod Regnum uni tantum deferatur moribus fuit introductum. Ibid.

31 *Reſpublica melius regitur per unum, quam per plures.*

Monarchicus ſtatus inter omnes melior, & optimus. Ibid.

32 *Regnum in plures partes diviſum deſolabitur, & indiviſum tutius, & ſecurius redditur. Et ideo primogenito defertur de jure gentium.*

33 *In Hiſpania major natu ſuccedit in Regno, quod in Luſitania eſt indubitatum.*

34 *Ea quæ ad unum tantum ſunt perventura primogenito deferuntur.*

35 *Conſuetudo, quod primogenitus ſuccedat in Regno hæreditario, valida eſt, & non tollit, quod jure hæreditario ſuccedas.*

36 *Interpretatur text.* in c. licet de voto; *& num. 37.*

38 *Regni hæreditarij ſucceſſio non regulatur à ſucceſſione allodialium.*

Linea primogeniti in Regni ſucceſſione præfertur linea ſecundo geniti, & hujus linea præfertur linea tertiogeniti, & ſic deinceps. Ibid.

39 *Regnis Dignitas non conſiſtit in Regno, ſeu populo, ſed in ipſo Rege, qui Rempublicam moderatur.*

In Regis perſona non poteſt dari actio, & paſſio. Ibid.

40 *Fratres Regis, & ſorores conſequuntur à Rege alimenta, & dotes; quod Reipublica intereſt.*

41 *Rex non poteſt primogenitum Regni ſucceſſione privare, & n. 42.*

42 *Princeps non poteſt primogenito majoratum ſibi delatum auferre; & ſecundogenito concedere.*

43 *Secundum* Horat Montan. *poteſt Rex de conſenſu populi in Regni ſucceſſione ſecundogenitum anteferre, ſed reprobatur, ut n. 44.*

44 *Rex non poteſt primogenitum ſucceſſione Regni privare ſine juſta cauſa; Tamen ex cauſa poteſt. ut nu. 45.*

45 *Cauſa debet eſſe talis, quod ſufficiat ad exhæredationem, & populi conſenſus requiritur.*

46 *Rex poteſt ſecundogenitum præferre in Regno ſi primogenitus non eſt idoneus ad moderandum.*

47 *Rex in vita poteſt cedere Regnum filio eidem ſucceſſuro.*

Argumentum validum eſt de majoratu ad Regnum, & è contra. Ibid.

48 *Majoratum quis renuntiare poteſt in favore ſequentis in gradu, non ad extranei favorem.*

49 *Declara ſupradicta de ceſſione Regni procedere ſi interveniat populi conſenſus.*

50 *Qualibet diſpoſitio ſemper intelligitur datis terminis habilibus.*

Quod maxime procedit quoad habilitatem perſonarum. Ibid.

51 *Beneficia legum capacibus ſunt ſcripta, non incapacibus.*

Diſpoſitum cenſetur, quod veriſimilius eſt diſponentem reſpondiſſe, ſi de eo interrogaretur. Ibid.

52 *Si primogenitus habet vitium naturale, & perpetuum non ſuccedit in Regno, quod ſecundogenito defertur. Si vero primogenitus ex accidenti demens factus eſt, ſuccedit in Regno, & datur ei curator qui adminiſtret.*

53 *Declara, ut ſi primogenitus demens, aut furioſus à natura, qui in Regno ob vitium non ſucceſſit, habuit filium non dementem, is ſuccedit in Regno, & excludit ſecundogenitum.*

54 *Filia an ſuccedat in Regno hæreditario deficientibus maſculis? dubium eſt. Et ſubjiciuntur fundamenta partis negativa.*

Fæmina de jure civili arcetur à publicis officiis Ibid.

55 *Fæmina non extantibus maſculis ejuſdem gradus ſuccedit in Regno de generali conſuetudine.*

In Hiſpania ſuccedit fæmina in Regno tam de conſuetudine, quam ex lege vocatorum. Ibid.

56 *In Luſitania declaratum fuit in erectione Regni, & Comitiis generalibus Lamacenſibus, quod deficiente filio Regis ſuccederet filia, dum tamen in Luſitania nuberet. Quod renovatum fuit anno 1641. in Comitiis habitis Ulyſſipone ne ullo modo Regnum ad exteros Principes devenire poſſet.*

57 *Juſtiſſimè anno 1640. die 1. Decembris Populus, & Nobilitas per acclamationem reſtituerunt Regnum Luſitania Joanni IV. legitimo, & vero ejus domi-*

domino, expulſo Philippo IV. Caſtellæ Rege, qui ſine titulo, & jure poſſidebat.

58 *Referuntur fundamenta juſtæ, & legitimæ reſtitutionis Regis Joannis Quarti.*

59 *Succeſſio regulatur ex perſona ejus, qui ſuccedere debebat, licet alius injuſte poſſideret, & verus ſucceſſor nunquam apprehendiſſet poſſeſſionem.*

60 *Rex non poteſt diſponere de Regno, neque illud alienare.*

61 *Non poteſt jura Regni minuere, quando diminutio tendit in magnam Principatus læſionem.*

62 *Rex non poteſt ſervitutem Regno imponere.*

Tenetur ſucceſſori individuitatem Regni ſervare Ibid.

1 EXordiendo igitur à ſucceſſione, magna inter Doctores, & Politicos adeſt controverſia. Utrum conducibilius ſit Regem aſcendere ad imperium electione ſcilicet, vel ſucceſſione? Electionem populo magis ſalutarem dicunt quidam; alii ſucceſſionem. Pro electione faciunt. Primo: quod electio ſalutis, & dignitatis cuſtodia eſt, mediumque obtinet inter ſervitutem Regum, & licentiam popularem Secundo: quod, electio virtutem, & merita reſpicit; ſucceſſio vero fortuita eſt, & cæca; ſæpeque indignos invenit. Tertio: Rector electione datus populi commodum, cui obligatus eſt, quærit: ſucceſſione impoſitus de bono publico, ut ſuo diſpenſat, boniſque; & corporibus ſubditorum, aut ad gloriam ſuam, aut ava-
2 ritiam, aut ignaviam abutitur. Quarto: quia ut dicebat Unoſander Platonicus: *Nec juvenem, nec ſenem oportet eſſe Imperatorem, quod, alter incredulus nimis eſt, imbecillis alter ad rem adminiſtrandam; idoneus neuter: quamobrem juvenis repudiandus videtur, ne forte inconſiderate nimia audacia peccet: contra ſenex non admittendus, ne pro naturali infirmitate deficiat*: refert Flavius Fieſchi *in perfecto Miniſtro lib. 3. diſcurſ.* 2. Atqui electores, quos præſupponimus prudentes, & honeſtos viros eſſe, futuri Regis vitam, mores, & res geſtas probe, necnon ætatem, & prudentiam percognuſcere poſſunt, ut non niſi digniſſimum eligant; præſertim ſi jurejurando promittere coguntur ſe electuros tantum, quem judicent digniſſimum: ut fieri adſolet in electione Romani Pontificis; & in electione Imperatoris Germanici, quod ſi decepti quinquennio Neronis deteriorem elegerint, poteſtatem habent eundem abdicandi, ut conſtat ejeciſſe Vvenceſlaum, & Adolphum, & Mieziſſarum tertium Regem Poloniæ.

3 Hinc dicitur fœliciſſimus electione Regnum, Poloniæ ſtatus: quia in eo Regno nulla tyrannis nulla temere moventur bella: Et ſi qua ingruant, fortiter repulſantur. Optimus Imperio præficiendus eſt, non ignavus, & minus idoneus; quia de genere imperantis: Alexander Magnus in agone rogatus, quem ſibi ſucceſſorem vellet non de fratre Arideo, non de Roxane prægnante nec de Hercule filio reſpondit, ſed digniſſimum ſibi ſuccedere juſſit, Juſtinus *l.* 15. Liſander Lacedemoniis perſuadere voluit, ne ſibi proximum, ſed optimum pro Rege acciperent: ut dixit Plutarchus *in Liſandro*. Antonius Philoſophus Commodum filium voluit exuere Regno; quod indignum eo ſe præberet, & meliorem ſubſtituere, Dioniſ. Halicarnaſ. *in Marco Antonino*. Habet enim electio id commodi, ut ſucceſſionis vitia emendare poſſit: & ſi improbus eſt ſtirpe Rex ſeperetur, eum prævertere valeat. Sic Conradus Primus Imperator cum ex proximis agnatis non inveniret aliquem ad molem Imperii ſufficientem, Henricum Aucupem hoſtem ſuum ſucceſſorem relinquere maluit, ut Imperio dignus præeſſet Imperator. Qua ratione Proceres Poloniæ Caſimiro Primo negarunt Regnum, & Mieſceni Boleslai impij filio, & Leſco Boleslai Criſpi filio, quod in iis pravam indolem, & vitiorum paternorum imitatricem timerent.

Tacitus *lib.* 1. *hiſtoriæ ſub Galba perſona* electionis prærogativam commendavit eis verbis ibi: *Sub Tiberio, & Caio, & Claudio, unius familiæ, quaſi hæreditas fuimus. Loco libertatis erit, quod eligi cæpimus. Et finita Juliorum, Claudiorumque domo optimum quemque adoptio inveniet. Nam generari, & naſci à Principibus, fortuitum, nec ultra æſtimatur, adoptandi judicium integrum, & ſi velis eligere conſenſu monſtratur.* Propter quæ Ariſtotell. *lib.* 3. Ethicorum *c* 11. & Hieronym. *in c. Moiſes* 8. *q.* 1. ubi *gloſ.* & Arniſæus *in doctrina politic. c.* 9. *verſ. propterea Ariſtoteles*, electionem præferendam eſſe docent, & facit Covaru. *practicar. c.* 1. *n.* 4. *verſ. Reges verò.*

Cæterum potiorem, & utiliorem Reipublicæ eſſe 4
ſucceſſionem tenent plures alij. Et in ſpecie Ægidius Roman. *lib.* 3. *de Regimine Princip. c.* 5. Cirier. *de primogen. l.* 2. *q.* 14. Bodin. *de Republic. l.* 6. *c.* 5. Covarr. *practicar. d. c.* 1. *n.* 4. *verſ. poſterior* Petr. Gregor. *de Republic. l.* 7. *c.* 4. & 12. Turrecremata *in d. c. Moiſes* 8. *q.* 1. Et Arniſæus qui alios laudat, licet non ſequatur *d. c.* 9. *verſ. propterea Ariſtoteles.* Marques *de Gubernatore Chriſtiano lib.* 2. *c.* 3. *pagin.* 11. Adam Contzen *politicor. l.* 1. *c.* 25. Solorzan. *tom.* 2 *lib.* 1. *c.* 26. *n.* 25. Et ſunt hujus partis fundamenta: primo quod quieti populi, & turbis evitandis ſucceſſio ſuccurrit. Secundo quia Rex electione quæſitus ferè in favorem illorum, à quibus electus eſt, vel motu animi, vel neceſſitatis tractu adigitur, Unde fit, ut abjecta urbanorum, & ruricolarum ſit conditio, omnia dirigente nobilitate pro libito, quaſi in ejus manu ſit ſuffragiorum jus: & plebeorum ſanguine, & ſudore ludente. Quapropter plurimorum etiam ex optimatibus querimoniæ exaudiuntur, Regi quominus juſtitiam, & pacem publicam tueatur, ligatas eſſe manus.

Tertio, quia in filio Regis ſpectanda ſunt merita pa- 5
terna, indoles Regia, & gubernandi ſcientia: ſæpe enim ſolet filius ſimilis eſſe patri. Et non imbellem progenerant aquilæ columbam. Et denique Reges, qui poſteris Regnum deferendum agnoſcunt, majori cura illud ſervare intendunt. Ex quibus difficilis redditur quæſtionis reſolutio: præſertim ſi conſideres Regem decedere relicto filio impubere, qui ſceptri incapax eſt; tunc enim Reipublicæ magna ingruunt mala: ut dicit Eccleſiaſtes: *Væ vobis, quorum Rex puer eſt.* Et quidem periculoſum eſt tutorem dari Regi quia eum ſuperiorem non recognoſcat, facile tutor ad ſe trahere ſolet poteſtatem, & numquam tutor aliarum rerum curam habere adſolet, quam ſuarum: immo mul-
totties pupilli vitæ inſidiantur tutores, ut Principatum 6
ſibi adſciſcant: teſtibus Caſſandro, qui cum eſſet tutor hæredum Alexandri Magni eos interfecit, Juſtin. *lib.* 15. Yrene filium ſuum Conſtantinum, & Guido Luſignanus Balduinum Regem Hieroſolimorum, & plures, quia, & alios tutoria poteſtate ſimul à vita, & Principatu dejecerunt. Qua de cauſa dixit Paulus Æmilius *lib.* 3. noluiſſe Vaſcones Balduinum Flandriæ Comitem tutorem concedere Philippo Regi primo Francorum, ne per tutelam Regnum ſuum faceret.

Itaque in hac opinionum contrarietate dicendum eſt moribus patriæ ſtandum eſſe, & ubi per ſucceſſionem ad Imperium aſcendere ab antiquo conſuetum fuit, conſuetudinem ſervandam eſſe. Et idem dicendum, ubi conſuetudo electionis viget, dicente Auguſto ad Senatum: *Poſitas ſemel leges conſtanter ſervare, nec ullam earum immutare: nam quæ ſuo ſtatu eademque manent, & ſi deteriores ſint, tamen utiliores ſunt Reipublicæ his, quæ per innovationem, vel meliora inducuntur:* teſte Dionitio Halicarnaſſæo *lib.* 52. Et juxta Platonē, *Præſentia ſunt ferenda* 7

ſi

ſi ſine ſcandalo mutari nequeunt. Et quidem conſue-
tudo inveterata minime mandata eſt *L. minime ff. de
legib.* Valaſc. *de jure emphyt. q.* 27. *n.* 15. & habe-
tur Proverb. *c.*22. ibi: *Nec tranſgrediaris terminos
antiquos, quos poſuerunt patres tui,* & Deuteron.*c.*
8. *Interroga patrem tuum, & annnntiabit tibi. Hie-
rem. c.* 6. *State ſuper vias, & videte, & interrogate
de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in
ea.* Boni namque civis eſt præſentem ſtatum quan-
tumvis improbulum boni conſulere, qui ſine majori
malo mutari nequit; temerario enim impetu, & cæ-
ca quadam novitatis cupiditate velle Regium ſtatum
populari gubernatioue permutare, hominum eſt non
optime conſulentium publicæ ſaluti: ut ait Cyriac.
Lentul.*de arcanis Regnorum c.9.verſ. argumentorum.*
8 Apud nos, & in Caſtella, & Francia Regna per ſuc-
ceſſiouem deferuntur; ſed an Regnum ſit hæredita-
rium necue? non levis eſt dubitatio. Plures enim,
& magnæ authoritatis DD. docent in Regno ſuccedi
jure ſanguinis, uon hæreditario Quorum fundamenta
præcipua ſunt text. *in c. grandi de ſupplend. neglig.
Prælator. in* 6. ibi: *Jure Regni ſuccederet.* Quo loci
Innocentius Quartus per verba narrativa declarat
Regnum ſpectare ad ſucceſſorem jure quodam Regni
ſpeciali: & ſic nou jure hæreditario.
Secundo facit text. *in c. licet de voto:* ubi non ju-
9 re hæreditario, ſed ſanguinis, & geniture Regni ſuc-
ceſſionem deferri bene probatur iuducendo textum,
prout ibi inducit Aug. Barboſ. *in collect. n.* 18. Et
probari etiam videtur *in c. intellecto* 33. *de jurejur.*
quatenus ibi dicitur, quod Rex poteſt contravenire
alienationi à ſe ipſo factæ in præjudicium Regni; &
ſucceſſorum. Quod non aliter ſtatueretur niſi jure
ſanguinis ſucceſſio procederet.
10 Tertio probatur: quia populus in Regem omne jus,
& omuem poteſtatem tranſtulit lege Regia, quæ ad
id lata eſt *L.* 1. *ff. de conſtit. Principum cum ſimilib.
adductis ſupra c.*1. n.12. Ac proinde Regnum à Re-
publica, & populo tauquam à primo inſtitutore ccpi-
tur, non ab ultimo poſſeſſore: & ſic jure ſanguinis,
non hæreditario *L. unum ex familia* §. *ſi de falcidia
ubi DD. ff. de legat.* 2. *L. cohæredi* §. *cum filia ff. de
vulgari L.3.ff.de interdict. & relegat.*Bart. *in L.mor-
tis cauſa capiaus, ff.de donat.cauſa mortis.*Tiraq. *de
primog.q.*35.*n.*2.Moliu.*de primog.lib.*1.*c.*8.*à n.* 2. &
21.Pinel. *in L.* 1. *C. de bonis matern.*3.*p.n.*65.Surd.
*conſ.*29.*n.*4.& *conſ.*31.*n.*2.Cyriac.*controv.*402.*n.* 18.
Solorz. *de jure Indiar.* 1.*tom.lib.*2.*c.*16.*n.*19. & *ſeqq.*
idem Cyriac. *contr.*57. *n.* 43. & *controv.* 98. *n.* 7. &
ſeqq. Valenz. *conſ.* 113. *n.* 78. Menoch.*conſ.* 357. *n.*
4. Franciſc. à Souſa *in L. fœmina p.* 1. *n.* 28. *ff. de
regul. jur.* Qui quamvis loquantur in majoratibus, eo-
rum quidem Regnum caput eſſe conſtat.
Quarto: quia ut ex Baldo philoſophatur Tiraq. *de
primogen. q.* 35. *n.* 21. in Regno conſideratur digni-
tas, & Reſpublica, quæ uunquam moritur exactis Re-
gibus. Qua ratione cum ſemper vivat in ſe ipſa, non
dicitur habere hæredem. Proindeque ſucceſſor non
capit Regnum, tanquam hæres ſiquidem Reſpublica
numquam mortua eſt. Et ſic capitur jure ſanguinis,
& jure Regni.
Quinto: quia Rex, etiam ſi prole, & aſcendenti-
11 bus careat, non poteſt liberè teſtari de Regno, nec
illud ptoximiori conſanguiueo auferre: ut ſcribunt
Joau. Andr. *iu d. c. grandi verb. commendatum,* &
ibi Ancarr. *verb. ſuccederet,* Corſet. *de poteſt. Regia
p.* 2. *q.* 8. *n.* 6. Coſta *de ſucceſſ Regni pag.* 150. Mo-
lin. *lib.*3.*c.*6.*n.*13. Mier.*de Major.*4.*p.q.*1.*n.*46.*verſ.
ex quibus,* & *n.*51. Peregrin. *conſ.* 1.*n.*15. & 39.*lib.*
2. Sed hoc convenit ſucceſſioni ex jure ſanguinis *c.
unico in princ de ſucceſſ. feudi,* optimè Molin. *lib.*
1.*c.*8.*n.*50. non vero ſucceſſioni hæreditariæ in qua
deficientibus deſcendentibus, & aſcendentibus po-
teſt quis extraneum hæredem inſtituere, relictis
conſanguineis *L. quidam cum filium verſ. in eo autem,*
*ff. de verbor.oblig.*Ordinat.*lib.*4.*tit.*90.Et traduntDD. 12
per text. *ibi in* L. *fratris & in* L. *fratres, Cod. de
inofficioſ. teſtam.* Ergo in Regno ſucceditur jure ſan-
guinis non hæreditario.
Sexto in Regno unus tantum ſuccedit, ſcilicet 13
Primogenitus. Quod vetuſtiſſima conſuetudine intro-
ductum eſt apud omnes gentes, ne Regnum iu plures
partes diviſum corrumpatur: & ne ad modicum redi-
gatur. Et inſuper ad evitandas diſſentiones inter fra-
tres Cujac.*in tit.de feudo Marchiæ,*Jacob. de S. Ge-
orgio *in tract. de feud. verb. quid ſit Rex,* Covarr.
*pract.c.*1.*n.*4.*verſ.ſed conſuetudinem hanc.*Bald.*in L.
ex hoc jure q.* 4. *ff. de juſt. & jur.* Canoniſtæ *in d. ca.
licet de voto,* Peregrin.*lib.* 2.*conſ.* 1.*n.* 9. Molin. *lib.*
1.*c.*4.*n.*10.Giurb. *de ſucceſſi. feudor.* §. 1. *gloſſ.* 8. *n.*
4. Ergo jure ſanguinis defertur ſucceſſio, non vero
hæreditario: quia ſi hæreditario jure deferretur ſuc-
ceſſio, æqualis inter omnes filios diviſio erat faciendo
iu Regno; cum quilibet ex filiis habeat partem, & jus
legitimæ in quacunque gleba terræ, *L. Placius, ff. ad
L. Falcidiam,* L. *ſancimus* §. *repletionem C. de inof-
fic. teſtam.*Gama *deciſ.* 233.*n.*6.Anton. Gomez *in* L.
19. *Tauri n.*2.Covarr. *in cap.Rainald.* §. 2. *n.*10.*de
teſtam.* Cancer.*l.*1.*c.*3.*n.*4.Cyriacus *controv.*6.*n.* 11. 14
Mareſcotus *l.*1.*var.c.*23.*n.*2. Et regulariter ſi plures
in eodem gradu exiſtunt, æqualis inter omues ſit di-
viſio patrimonij illius, qui ab inteſtato deceſſit, L.
*hæreditas ff. de ſuis, & legitimis hæredib.*L. *Lege duo-
decim tabularum, verſ. illa procuidubio, C. de le-
gitimis hæredibus* Anton. Gomez *in* L.8. *Tauri n.*1.
Conſirmatur quia ad Regni ſucceſſionem defici- 15
entibus deſcendentibus admittitur Regis conſangui-
neus uſque ad milleſimum gradum, Baldus *in c.*1.*per
text.ibi de feudo Marchiæ,* quem ſequuntur Decius *in
L.ult.C.de legitimis hæredibus,* ubi Jaſ.*n.*3.Covarr.*l.*
3.*var.c.*5.*n.*4.*verſ.quinto,* Anton. Gomez *in d.* L. 8.
*n.*6.& *in L.*40.*Tauri n.* 5. Coſta *de ſucceſſ. Regni pa.*
194.Mierez *de majorat.p.*2.*q.*7.*n.*18.Cæphalus *conſ.*
173.*n.*35.Decius *conſ.* 84. *per totum* Peregrinus *l.* 2.
*conſ.*1.*n.*1.Cyriacus *contr.* 402. *n.* 17. Quod quidem
proprium eſt ſucceſſionis quæ defertur jure ſangui-
nis, *L.ult.C.de verbor.ſignificat.*Covarr.*dict.c.*5. *n.*4.
*verſ.*5.*in fine,*Molina *l.*1.*c.*3.*n.*14.& *c.*4.*n.*42.Gama
*dec.*193.*n.*4. Repugnat tamen ſucceſſioni hæredita-
riæ, quòd in Regno ſuccedat conſanguineus ultra de-
cimum gradum, cum reſpectu collateralium ultra il-
lum gradum non habeat locum hæreditaria ſucceſſio
juxta *gloſſa* doctrinam *in Authent. in ſucceſſione C. de* 16
ſuis, & legitimis hæredibus, & in §. 2. *verbo longiſſi-
mo Inſtit.de legitima agnat. ſucceſſ.* quam probarunt
Gom. *in* L. 8. *Tauri n.*5.Covarr.*de ſucceſſione ab in-
teſtato n.*11.Roxas *in epitome de ſucceſſione c.*34.*n.*1.&
*c.*32.*n.*23. &.24. Caſtillo *de tertiis c.* 41. *n.* 153.So-
lorzanus 2.*tom.l.*4.*c.*7.*n.*41.Molina *de juſt.tom.*1.*diſp.*
164.*n.*18.Amaya *in L.*4.*n.* 3. *de bonis vacantibus lib.*
10. Menchaca *de ſucceſſionum reſolut.* 2. §. 13.*nn.* 3.
D.Criſtophorus Creſphus *obſervat.* 96.*nu.* 12. & 13.
*tom.*2. & probat *Ord. lib.* 4. *tit.* 94. Quare neceſſa-
riò fateudum eſt Regni ſucceſſionem deferri jure ſan-
guinis, non hæreditario: ex quibus, & aliis hanc par-
tem tenuerunt Baldus *in* L. *Deo vobis, verſ. quartò
nota, C. de Epiſcopis & Clericis,* & *in L. data opera
n.* 20. *verſ. & hoc in omni juriſdictione, C. de iis qui
accuſare non poſſunt, & in L. ult. in fine C. de teſta-
mento milit.* Advendaño *in L.*40. *Tauri gloſſa* 1.*nu.*
6. Menchaca *de ſucceſſ. creatione lib.* 3. §. 26. *n.* 86.
& 90. Decius *conſ.* 85. *n.* 3. Molina *l.* 3. *c.* 6. *n.*9.&
lib. 1. *c.* 9. *à n.* 4. *cum ſeqq.*& poſt plures Caſtill. *lib.*
3.*contr.cap.*19. *n.* 117. Peregrin.*conſ.*1.*lib.*2.Mieres
de majorat p. 4.*q.* 1. *n.*46. & in ultima editione *nu.* 17
192. & 196. Guilielm. de Monferrato *de ſucceſſ. Re-*
gum

gum p.1.n.17.& 19. Ubi quod Regnum non adquiritur titulo univerſali, ſed à filio uti filio. Marta *de juriſdict.p.1.c.28.n.22.* Cyriac. *controv.402.n.9.* Pichard. *ad titul. Inſtit. de hæreditat. quæ ab inteſtato in tract. de repræſentat.§.2.n.28.* Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad text. in c. licet de voto n. 18. & in c. grandi n. 15. de ſupplenda neglig. Prælator in 6.* Et in ſpecie ſucceſſionis hujus Luſitaniæ Regni Molin. *de juſt. tom. 3. diſp.626. n.8. verſ. quod autem. & diſp.617. n. 2. & 3.* Ribeir. *in reſponſo pro Philippo de ſucceſſ. Regni Portugalliæ 1. p. à n. 13.* ubi additio *Caroli de Tapia litt. F. à n. 14.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 11. c. 2. qu. 13.*

Contraria vero ſententia, imo quod Regni ſucceſſio
18 deferatur jure hæreditario Regnumque ipſum hæreditarium ſit, probatur primo ex *d. c. licet de voto* in illis verbis ibi: *Ne ſi onus à patre tibi injunctum, & à te ſponte ſuſceptum, occaſione qualibet detrectaveris, paterna te reddas ſucceſſione indiguum, & hæreditatis emolumento priveris, cujus recuſas onera ſupportare.* Ex quibus verbis bene deducitur; quod Regni ſucceſſor poteſt ſucceſſione privari ex eo, quod patris prædeceſſoris præceptum non adimplet. Quod non ita foret: ſi jure ſanguinis ſucceſſio eſſet delata; quia poſſeſſor in rebus fideicommiſſi, aut Majoratus, qui jure ſanguinis defertur onus, aut gravamen imponere non poteſt, ut egregiè notat Bart. *in L. 3. n. 3. ff.*
19 *quibus modis pignus, & in L.1.§.ult. ff. de ſuperficieb.* Afflict. *decis.38.n.2.* Molin. *lib.1.c.19.n.20.& lib.4.c.5.n.5.* Flores de Mena *ad Gamam. decis.16.& 55.* Joann Garcia *de expenſ. c. 14. num. 17.* Et regulare eſt quod onus imponi non poteſt rei, qui non fuit honoratus L. *ab eo C. de fideicommiſſ. L. plane 94.§.fin. L. civitatibus 122.§.fin. ff. de legat. 1.* Abbas *in rubr. de vulgari nu. 34.* Dec. *conſ. 422. col. 2. & conſ. 270. col.1.* Covarr. *in c. Rainucius §.3. de teſtam.* Camunc. *decis. 38. n. 16.* Cyriac. *controv. 96. n. 40.* Auguſt. Barboſ. *in d. c. licet de voto n. 19.* Ergo ſucceſſor Regni qui à poſſeſſore gravari poteſt, jure hæreditario, & non jure ſanguinis ſuccedit.

20 Secundo probatur, quia ſi filius Regis repudiaverit hæreditatem patris, Regnum devolvitur ad ſecundogenitum L.1.§. *aſſignare*, L.3.§. 1. *cum duobus legib. ſeqq. ff. de aſſignat. libertor. c. 1. an filius, vel agnatus in uſibus feudorum*, Valaſc. *de juſta acclamat. fol. 131. n. 15.* Ergo filius Regnum capit jure hæreditario Oldrad. *conſ. 94. n. 15. in fin.* & cum Alberico, & Ancartano, Coſta *de ſucceſſ. Regni Portugalliæ pag. 137. verſ. hinc.* Tiraq. *de primog. q. 35.*

21 Confirmatur: quia quamvis filio debeatur legitima de jure naturæ, tamen in ea à patre inſtituendus eſt: & nihilominus, ſi filius ita inſtitutus in legitima hæreditatem patris repudiaverit, legitimam conſequi non poteſt juxta Bart. doctrinam *in L. gerit col. 5. verſ. ſed quæro quid ſi aliquis ff. de acquir. hæredit.* & in L. *quia poterat. ff. ad Trebell.* & poſt Alberic. Alexander. Bald. & alios, Tiraq. *de primog. q. 35. n. 10.* Ergo quamvis Regni ſucceſſio deferatur primogenito, illud tamen non jure ſanguinis, ſed hæreditario capit.

Tertio, quia Regna de jure gentium condita fue-
22 re, *L. ex hoc jure ibi, Regna condita, ff. de Juſt. & jure*, ubi exornat Bened. Ægid. *1. p. c. 3. n. 1. & ſeqq.* Tiraq. *d. q. 35. n. 40.* eo autem jure filij ſine ætatis diſcrimine æqualiter parentibus ſuccedebant, *L. ſcripto in fin. ff. unde liberis in illis verbis* ibi: *liberis naturæ ſimul, & parentum commune votum*, L. *cum ratio in princ. ff. de bon. agnator.* ibi: *Cum ratio naturalis quaſi lex quædam tacita liberis parentum hæreditatem adjiceret: velut ad debitam ſucceſſionem eos vocaret.* Plane populus in Regem, & ſuos omne jus, & poteſtatem tranſtulit *d. L. 1. ff. de conſtit. Princip. cum ſimilib.* Ac proinde cum Regnum proprium patris eſſet, filii ad Regnum tanquam paternam hæreditatem admittendi ſunt: & ſic jure hæreditario.

Quarto probatur ex text *in c. grandi de ſupplenda* 23
negligent. Prælator. in 6. ibi: *Eidem Regi ſuccederet.* Per quæ verba innuit textus ſucceſſorem in Regno ſuccedere prædeceſſori. Et ſic jure hæreditario, & non jure ſanguinis; per quod non immediate ſucceditur anteceſſori.

Quinto, quia Rex prædeceſſor poteſt filium Re- 24
gno exhæredare ob cauſas, de quibus in Auth. *ut cum de appellatione cognoſcitur §. cauſa collat. 8. Ord. lib. 4. tit. 88.* ut ſcribunt DD. *in d. c. licet de voto.* Anton. Gom. *in L. 40. Tauri n. 71.* Molin. *de primog. lib. 1. c. 9. n. 1.* Oldrad. *conſ. 94. n. 16.* ubi adducit, quod in ſacra pagina *Geneſ. cap. 44.* Ruben fuit Primogenitus Iſrael, ſed cum aſcendiſſet ad cubile, & violaſſet thorum patris ſui, data ſunt primogenita ejus per patrem filiis Joſeph. Et non eſt ei reputatum in primogenitum. Tiraq. *de primog. q. 21. n. 4. & 10.* Sed exhæredatio non procedit in his, quæ deferuntur jure ſanguinis: quia non ultimo poſſeſſori, ſed primo inſtitutori in eis ſucceditur: Ergo Regni ſucceſſio jure hæreditario defertur.

Sexto probatur ex *L. 8. tit. 1. partit. 2.* ibi: *La pue-* 25
den dexar à ſus herederos, porque han el ſenhorio por heredar, L. 18. *ejuſdem tit.* ibi: *Por heredamiento*, L. 2. *tit. 5. partit. 2.* ibi: *Que el ſeñorio del Reyno heredaſſen ſiempre* & ibi *Heredaſſe el Reyno:* & ibi: *El hijo major, que ha de heredar:* & ibi, *Si fuere hija que huvieſſe de heredar. L. 4. ejuſdem tit.* ibi. *Pagar ſus deudas, y cumplir ſus mandas.* & ibi, *pues que finca en ſu lugar, y hereda ſus bienes.* Ex quibus benè probatur Regna Hiſpaniæ hæreditaria eſſe. Et ita eas leges intellexerunt Emmanuel à Coſta *de ſucceſſ. Regni Portugalliæ pag. 441. verſ. mihi autem, & pagin. 165. verſ. unde infero*, Jann. Garc. *de expenſ. c. 6. n. 22. & 30.* Covarr. *pract. c. 1. n. 7.* Camill. Borell. *de præſtant. Reg. Cathol. c. 56. n. 5. & 6.*

Septimo probatur ex eo, quod ſaltem in Hiſpaniæ 26
Regnis multoties Reges de ipſis Regnis diſpoſuere: vel dividenda, ut accidit temporibus Ferdinandi Regis Caſtellæ, quæ inter filios Regna diviſit, ut tradunt Garc. *de expenſ. c. 16. n. 20.* Garivai *l. 11. c. 9.* Et tempore Alphonſi Octavi ut per Garivai *lib. 12. c. 4.* Jaſ. *in Auth. ſacramenta puberum n. 69. C. ſi adverſ. vendit.* Roxas *in epitome ſucceſſ. c. 5. n. 30.* & legitur apud Zurita *lib. 8. cap. 43. 46. & 52.* Quod Jacobus Rex Aragonum Regnum inter liberos diviſit. Rex Alphonſus cognomento ò Sabio filium Regno exhæredavit ex cauſis legitimis exhæredationis. De quibus Garivai *lib. 13. c. 16.* Joann. Garc. *de expenſ. c. 16. n. 25.*

Plures Aragoniæ Reges de regno diſpoſuere, eo- 27
rumque diſpoſitiones ſervatæ, & executæ fuerunt: ut dicitur de Jacobo qui fœminas prætulit maſculis: & de Ioanne, qui excluſa filia Hiolanda inſtituit in Regno fratrem ſuum Martinum, & habuit effectum ejus teſtamentum ſecundum Ancarran *conſ. 339. col. antepenult. verſ. ſecundo ſubtilius*, Michael de Aguirre, qui alia teſtamenta memorat & *conſilio ſuper ſucceſſione Regni Portugalliæ p. 7. n. 153.* Cyriac. *contr. 402. num. 7.*

Henricus Caſtellæ Rex filium Joannem in Regno 28
hæredem inſtituit; & ei filias ſubſtituit, fideicommiſſa, & onera impoſuit: ut conſtat ex ipſius teſtamento *in Chronica Joannis Secundi in princip. anno ſexto c. 20.* Alius Aragonum Rex donationes factas à patre in favorem novercæ, & filiorum ex ea impugnare non potuit. De quo meminit Alberic. *in 2. conſtit. Digeſt. §. diſcipuli à n. 12. uſque 19.* Cyriac. *contr. 482. n. 4.* Ex quibus, & aliis hanc tuentur ſententiam Oldrad. *conſ. 94. n. 15. & ſeqq.* Alberic. *in L. penult. C. de donat. inter vir. & in d. 1. conſtit. Digeſt.*

§. *diſ-*

§. *diſcipuli à n.12.uſque ad* 19.Ancarran.*in d.c. licet*
*ſub n.*16.Abbas *conſ.*3. *col.*2.*verſ. tamen ultra quaſi-*
*tum vol.*2. Capyc.*deciſ.*121. *n.*13.Boër.*deciſ.*204.*n.*
41.Tiraq.*de primog.q.*35.*à n.*3. Covarr.*pract. c.* 1. *n.*
4. *&* 7. Coſta *de ſuceſſ. Regni pag.* 136. *& ſeqq.*Mart:
de ſucceſſ. legali p. 3. *q.* 1. *art.* 2. *n.* 39. *&* 4.*p.q.*12.
art. 15.*n.*12.*& conſ.*199. *n.*11.Quezada *in ſuis quæſt.*
*c.*32.*n.*10.Valaſc.*de jure emphyt.q.*50.*n.*2.Avendañ.
in L. 40. *Tauri gloſſ.* 1. 2223. *& ſeqq. & n.* 81. An-
ton. Gomez *in d.* L. 40. *n.*4.*&* 72. Caſtill.qui plures
laudat *lib.* 3. *c.* 19. *n.* 112.Cyriac. *cont.* 402. *n.* 4. 5.
6.*&* 7.Aug.Barboſ.*in d. c. licet de voto n.*19. *& in c.*
grandi de ſupplenda neglig. Prælator. in 6. *num.* 16.
Franciſc. Valaſc.de Gouvea *de juſta Acclam.* Regis
noſtri Joannis, 2. *p.*§.4.*n.*12. ubi plures citat, quibus
addo Camill.Borell.*de præſt.*Reg.*Catbolic.c.*56.*n.* 5.
& 6.Montan.*de Regalib. in prælud.n.* 19. Et agendo
de noſtro Luſitaniæ Regno Aguirre *in apologia por*
Rege Pbilipo, 1.*p.à n.*18.*& ſeqq.& à n.*69.*uſque ad n.*
199.Decius *conſ.*443.*in princ.*Camill.Borell.d.c.56.
*n.*4. Suarez *alleg.* 10. *n.*3. Et circa hujus Regni ſuc-
ceſſionem hæc ſententia veriſſima eſt ex Bullis con-
firmationis Regni Innocentij Secundi, Alexandri
Tertij, & Innocentij Tertij expeditis ad ſavorem
Regis Alphonſi Henriques: & ex aliis documentis de
quibus Franciſc. Valaſc.*d.*§.4.*n.*21.Quod etiam ex-
peditum fuit in Comitiis generalibus Lamacenſibus,
ubi de Regis inſtitutione, & Regni ſucceſſione diſpo-
ſitum fuit.

Qua opinione retenta non obſtant in contrarium
29 adducta. Non primum de text. *in c.grandi* Quia reſ-
pondetur, quod licet verè ſucceſſio Regni jure hæ-
redirario deferatur tamen quia Regnum natura ſua
eſt inviſibile Innocent. *in c. licet circa fin. de voto*,
Bald. *in Auth. hoc amplius n.* 8. *C. de fideicommiſſ.*
Alvarot.*in c. Imperialem* §.*præterea Ducatus nu.*16.
30 *de probib. alienat.feudi per Federic.* Boer.*de author.*
*magni concil.n.*112.Menchac.*de ſucceſſ.creat.*§. 4. *n.*
27.*&* §. 26.*n.*46.*&* 91.Arniſæus *l.*2.*de Republic.c.*2.
ſect 7.poſt alios Valenz *conſ.*199.*n.*1. propter bonum
publicum, cui diviſio contradiceret *d.c. Imperialem*
§. *præterea Ducatus c. intellecto de jur jur.c. licet de*
voto, *Tiraq.de primog.q.*4.*n.*13.*& ſeqq.* Oldrad. *conſ.*
231.*incipit ut ejus* Curt.Iun.*in tract.feudor.p.*4.*q.* 40.
Molin.*lib.*1.*c.*11.*n.*6.Petr,Rebuf. *in declarat.feudor.*
*n.*25.*&*26.*diviſ.*12.Camill.Borell.*de Præſt.Reg.Catb.*
*c.*57.*n.*9.Moribus introductum eſt apud omnes gen-
tes, ut propter publicam utilitatem Regnum ad unum
tantum perveniret; etiamſi hæreditarium eſſet: ex
ea ratione; quia melius Reſpublica regitur per unum
31 quam per plurea. Arniſæus *d.c.* 2.*ſect.* 1. *&* 2.Bornit
*in Polit.lib.*1.*pag.*46.Andreas Salicet *diſcurſ.polit.*2.
*pag.*321.346.354.*&* 364.Valenz.*d.conſ.*199.*n.* 3. Eſt
enim Monarchicus ſtatus inter omnes melior, & opti-
mus Felin. *in c.quæ in Eccleſiarum col. ante penult.*
*de conſtit.*Selva *de beneſic.p.*1.*q.*5.Joann.Lecirier. *de*
*primog.q.*7.Ægid.*d.Regim.Principis p.*2.*lib.*3.*c.*3.*&*
4. Covarr. *pract. c.* 1. *n.* 5.Caſſan.*in Catalogo gloriæ*
*mundi p.ult.conſiderat.*55.Patrit.*de inſtit.Reipub.lib.*
1.*tit.*1.Camill.Borell.*de præſt.Reg.Catb.c.*3. *n.* 66.*&*
ſeqq. ubi variis exemplis, & authoritatibus com-
probat.

Accedit, quod vires Regni unitæ ſortiores ſunt, &
utiliores tam domino, quam ſubditis: ne Regnum in
plures partes diviſum deſoletur juxta illud Chriſti
Domini apud Mathæum. *c.*12. Luc. *c.*11.*c.Intellec-*
to de jurejur. ſolidum, & individum Regnum ſecu-
32 rius, & tutius redditur, & Majeſtatis jura in uno ſunt
majora, Camill.Borell. *d.c.*57. *n.* 10. *& ſeqq.* & pax
populi magis conſervatur ab uno, quam à pluribus:
quippe ut ait Homerus *Iliade* 2. *Non bonum eſt mul-*
torum dominium, ſit dominus unus, & unus Rex mul-
tos imperitare malum eſt, Rex unicus eſto. Non multi
præſunt domini bene, ſit caput unum, mala quidem,
eſt Principum pluralitas, corpus ſi haberet duo capita
monſtruoſum foret: & ut ait Philoſophus per unum
melius Reipublicæ conſulitur L.2.§.*ſed quia diffici-*
le ff.de origine jur. Idcirco rationibilis illa conſuctu-
do introduxit, ut Regnum primogenitus haberet.
Quod de jure gentium procedere probant *Livius lib.*
40. apud quem Perſeus natu major accuſat Demetriũ
his verbis: *Regnare utique vis huic ſpei tuæ obſtat ætas*
mea, obſtat gentium jus, obſtat vetuſtas, Macedonia
mos, obſtat etiam patris judicium, & alibi; Cupit Reg-
nũ ſcelerate, qui tranſcendere ſeſtinat ordinem ætatis,
Juſtinus *lib.* 16. ibi: *Aribemenes maximus natu æta-*
tis privilegio Regnum ſibi vindicabat: quod jus, & or-
do naſcendi, & *natura ipſa gentibus dedit.* Patritius
*lib.*9.*de* Regno *titul.*22.*Jus*, inquit, *natura exigit*, *&*
gentium conſuetudo confirmat, ut maximus natu ex
filiis mortuo Regi ſuccedat. Tiraq. qui plura cumulat
*de primogen in præfat.à n.*34.*& q.*4.*à n.* 13. & habe-
tur Paralipomen *c.*21.ubi dicit ſcriptura. *Regnum au-*
tem tradidit Ioram, eo quod eſſet Primogenitus. Joſeph.
*l.*14.*antiquit.c.*1.& ait Hieronim.*ad c.*49.*Geneſ.* Re-
gnum Judaicum Primogenitis competere: Et apud
Ægyptios idem in uſu fuiſſe conjectatur ex *l. Exod.*
*c.*1.ubi dicitur, *Occidam omne Primogenitum à Pri-*
mogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio ejus. Quod in-
terpretatur Nicol. de Lyra de Regno: De Syriis, &
de Perſis, de Parthis, de Trojanis, de Macedonibus,
de Rhodiis, de Cretenſibus, de Siculis, Tartaris, &
aliis pluribus nationibus: idem teſtatur Henning.Ar-
niſæus *in ſua doctrina Politica c.*9. *verſ.de jure gen-* 33
tium, *& verſ.hodie.*Et, quod in noſtra Hiſpania major
natu ſuccedat in Regno probat Covarr.*pract.c. fin.&*
*L.*2.*tit.*15.*part.*2.Panorm.*conſ.*85. *lib.*1.Barbat.*conſ.*
10. *lib.*2.Dec.*conſ.*397.*&* 402. *in princ.*& de Regno
Aragoniæ Old.*conſ.*94.*&* 231.Alberic.*in L.donatio-*
*nes C.de don.inter vir.*Et de noſtro Regno Luſitaniæ
res eſt indubitara per text. *in c. grandi de ſupplendæ*
neglig.Pral.in 6.Et quidem ſuppoſito, quod Regnum
propter utilitatem publicam uni tantum erat deferen- 34
dum, Primogenitus præferendus erat, Covarr. *lib.*
3.*var.c.*5.*ſub n.*3.Fuſar.*de ſubſtit.q.*356.*n.*5.poſt alios
Cyriac. *controv.* 414. *n.* 2.3. *& ſeqq.* Valaſc. *conſult.*
102. *n.* 38.Pereir.*deciſ.* 14.*n.*1.Flor. de Mena *lib.* 1.
*variar.q.*19.§.3.*n.*34.Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2.
*lib.*2.*c.*16.*n.*35.Molin.*de primog.lib.*1.*c.*1.*à n.* 7. Gi-
urb. *de ſucceſſ.feudor.*§.1.*gloſſ.*8.*n.*28. Menoch.*lib.*4.
præſumpt. 68. *n.* 15. Creſp. de Valdaur.*obſervat.* 22.
num. 40.

Planè illa conſuetudo, quod Primogenitus ſucce- 35
dat in Regno hæreditario, valida fuit, ex his quæ tra-
dit Tiraq. *d. primog. q.*4.*n.*15. Sed hoc non tollit,
quod Primogenitus jure hæreditario in Regno ſucce-
dat: ſed quia hæc ſucceſſio deviat ab ordinariis regu-
lis hæreditariæ ſucceſſionis; ideo in *d.c.grandi* dic-
tum fuit *jure Regni*, hoc eſt, conſuetudine introducta
quæ etiam juris appellatione continetur §. *ex non*
*ſcripto Inſt.de jure natur.*Et illa verba jure Regni tan-
tum denotant ſpecialitatem ſucceſſionis hæreditariæ
in Regno, nempe quod unus tantum ſuccedat: & vi-
detur inſinuare Valaſc. *de juſta Acclamat.*2.*p.*§.4.*n.*
41.Et ſic non obſtat text. *in d.c.grandi.*

Non obſtat ſecundum de text. *in d.c.licet de voto.* 36
Quia reſpondetur, quod in illo textu ſatis clarè pro-
batur Regnum deferri jure hæreditario ut docent
omnes ſupra relati *n.*18. Neque verba ibi ordine ge-
nituræ aliud evincunt; debent enim referri ad illud
jus Regni conſiſtens in conſuetudine ſuccedendi in
Regno, non tantum Primogenitus Regis, ſed & alii de
ſanguine, & linea Regis. Et hoc eſt jus Regni, de quo
in *d.cap.grandi*: & in hunc ſenſum Covarr. *pract.c.*
1.*n.*4.*&* 7.affirmat ſucceſſionem Regni hæreditariam
eſſe, & Primogeniti ex Ariſt.*lib.*3.*Polit.c.*10. *&* 11.

Non

37 Non obſtat tertiom : quia negamus ſucceſſorem capere Regnum à Republica: cum enim populus ſubmiſerit ſe Titio, & hæredibus ejus; abdicavit à ſe in totum ipſum Regnum quoad ſucceſſionem. Et ſic cum jure hæreditario deferatur, ab ultimo poſſeſſore capitur, non à populo, qui ab origine omne, jus, & poteſtatem tranſtulit in Regem, cui pleno jure Regnum fuit adquiſitum: & tanquam proprium in hæredes tranſmiſit, ſcilicet in Primogenitum ex dicta conſuetudine, & utilitatis ratione; ne Regnum diviſione deſolaretur Oldrad. *conſ.* 94. Suarez *allegat*. 10. *n*. 3. Horat. Montan. *de Regalib. in prælud. nu*. 19. Qua ratione cum ſucceſſio Regni hæreditarii regulanda non ſit à ſucceſſione allodialium ſecundum Peregrin. *de jure fiſci lib*. 1. *tit*. 2. *n*. 48. 49. & ſuccedat Primogenitus: verum eſt dicere,
38 quod tota ejus linea prævalet lineæ ſecundogeniti: & hujus linea præfertur lineæ tertiogeniti; & deinceps donec extat aliquis de deſcendentibus à primo Regnatore; etiam quod diſtaret ab ultimo defuncto per centeſimum gradum: ut fuit originalis doctrina Baldi *in c.1.n.6.de feud. March.* quem refert, & ſequitur Montan. *de Regalib. n. prælud. n*. 22. Et ex his tollitur argumentum, prout etiam ſatisfit quarto fundamento; maxime, quia Regis dignitas non conſiſtit in Republica, ſeu populo; ſed in ipſo Rege,
39 qui Rempublicam moderatur. Et verum eſt, quod Rector diſtinguitur à recto: & in Regis perſona non poteſt dari actio, & paſſio *L. ſi debitori, C. de pact. L. 2. ff. de ſtipulat. ſervor. L. Uranius, ff. de fidejuſſor. c. ult. de inſtit.* Solorz. *de jur. Indiar. tom*. 1. *lib*. 2. *c*. 11. *n*. 6. Larrea *alleg*. 113. *n*. 4. Camunc. *deciſ*. 44. *nu*. 22. Cyriac. *controv*. 199. *n*. 1. Anton. Hering. *de fidejuſſor. c*. 6. *n*. 75. & *c*. 7. *n*. 3. & *c*. 20. §. 16. *n*. 13. Melch. de Valent. *illuſtr. tract*. 4. *ad d. L. Uranius*. Olea *de ceſſione jurium tit*. 4. *q*. 1. *n*. 3.

40 Ad quintum reſpondetur, & ad ſextum. Quod licet Regnum uni tantum deferatur, non inde ſequitur hæreditarium non eſſe; quia ex cauſa publicæ utilitatis conſuetudine fuit introductum, quod unus tantum ſuccederet. Prout ultra ſuperius allatos tenet Tiraq. *de primog. in præfat. n*. 4. Sed ex hoc non ſequitur, quod ſucceſſio hæreditaria non ſit, maxime, quia ſuccedente Primogenito in Regno alii filii habent ab eo rerum quandam convenientem copiam; ut certam militiam, vel paragium, ut Galli vocant, Camill. Borell. *de præſt. Reg. Cathol. c*. 57. *n*. 22. vel alimenta conſequuntur maſculi, & fæminæ dotes. Cum enim defuncto Primogenito ſine filiis vocentur ad regimen Regni fratres, ſcilicet ſecundogenitus, & in ejus defectum tertiogenitus: & ſic deinceps. Reipublicæ intereſt, fratribus illis, quibus Regnum aliquando deferendum eſt, præſtari alimenta; ut interim vivant expenſis ejuſdem Regni, & conſervent ſe pro illius beneficio: ut optime fundat Horat Montan. *in d. prælud. n*. 23. ubi variis comprobat exemplis Deinde ex hoc, quod fratres ulteriores non ſuccedant in Regno, non conſequitur. Primogenitum ſuccedere jure ſanguinis, quia in pluribus Provinciis fœminæ excluduntur à ſucceſſione parentum accepta dote de paragio: & tamen dici non poteſt, quod filius maſculus ſuccedit jure ſanguinis; cum verè ſuccedat, ut hæres. Ex quibus non obſtantibus contrariæ ſententiæ fundamentis hæc ſecunda pars verior eſt, & tenenda.

41 Ex dictis deſcendit principalis quæſtionis reſolutio; quatenus quæritur. An Rex poſſit Regnum alienare? Et ſuppoſito, quod Regnum eſt hæreditarium, videbatur dicendum quod poſſit dare Regnum hæreditarium ſecundogenito, rejecto primogenito: quod videtur probari *lib*. 3. *Regum c*. 1. Ubi David promiſerat Bethſabee, quod Salomon regnaturus eſſet poſt ſe, quam promiſſionem juratam non feciſſet ſi eſſet illicita. Secundo probatur Geneſis *c*. 25. ubi Jacob emit primogenituram ab Eſau; ſed verius eſt non poſſe Regem primogenitum ſuum ſucceſſione privare, ut ex Joanne Andrea, Corſeto, Molina, & aliis diximus ſupra *n*. 11. quibus abdo Horat. Montan. *in prædudio de Regalib. n*. 19. Et facit, quia validum eſt argumentum de Regno ad majoratum D. Joſeph. Vela *diſſert*. 4. *n*. 27. Atqui Princeps 42
non poteſt primogenito majoratum ſibi delatum, vel feudum auferre, & ſecundogenito concedere argum. text. *in L. ſi teſtamentum, C. de teſtam.* Pinel. *in rubr. C. de reſcind. vendit*. 1. *p. c*. 2. *num*. 18. 24. & 31. Covarr. *lib*. 3. *var. c*. 6. *n*. 7. Molin. *lib*. 1. *cap*. 8. *n*. 31. Matienç. *in L. 7. tit. 7. gloſſ. 5. n. 4. & 5. lib. 5. Recopil. & gloſſ. 7. num*. 1. plures laudat Joann. de Solorz. *tom*. 2. *lib*. 2. *cap*. 16. *num* 37. Caſtill. *lib*. 2. *contr. c*. 28. Ergo Rex non poteſt in præjudicium primogeniti de Regno diſponere, neque ſecundo genitum illi præferre Oldrad. *conſ*. 231. *in fin.* Horat. Montan. *in d. prælud. n*. 19. Peregrin. *de jur. fiſc. lib*. 1. *tit*. 2. *n*. 50. & 51. Canoniſtæ *in d. c. licet de voto*. Felin. *in c. præſentiam col*. 2. *de officio delegati*, Joann. Lecirier. *de primogen. lib*. 3. *q*. 3. Tiraquel. *eodem tract. q*. 21. Natta *conſ*. 258. *vol*. 4.

Advertendum tamen eſt, quod David ad transfe- 43
rendum Regnum in Salomonem adhibuit conſenſum populi; & quod eo tempore non vigebat conſuetudo præſcripta; ſecundum quam Regnum defertur Primogenito. Et ſic cum hodie illa conſuetudo inconcuſſa exiſtat; non poterit Rex ſecundogenito Regnum hæreditarium dare, niſi interveniat populi conſenſus; qui in actu erectionis Regni declarato à conſuetudine ſe ſubjecit virtualiter Primogenito. Et ſic illius fuit quæſitum, ſpe tamen, ſed conſiderabili de jure: ut in *c. licet de voto*: Ex quibus de conſenſu populi poſſe Regem ſecundogenitum anteferre tenet expreſſe Horat. Montan *in d. prælud. de Regal num*. 19. Qui addit *n*. 20. Qood pater habens duo Regna poteſt dare unum Primogenito, & aliud ſecundogenito, ex doctrina Bald. *in §. item ſacramenta puberum num*. 17. & 18. *tit. de pace juram. firmand. in uſib. feudor.* Ubi approbat factum Regis Aragonum, qui Regna inter filios diviſit de conſenſu fratrum. Dicit tamen Horatius Montanus, quod adhuc neceſſarius erat populi conſenſus, citra quem ex prædicta conſuetudine non poterat ſubjici alteri, quam Primogenito.

Verum hæc Horatii opinio mihi placere non po- 44
teſt; quippe qui videam, ut ipſe fatetur, populum in erectione Regni ſubmiſiſſe ſe Regi, & ejus Primogenito. Unde ſine facto illius non poteſt populus, neque Rex de ejus conſenſu Primogenitum jure ſuo, & ſucceſſione privare. Per ea, quæ Salgad. *de Regia protect. p*. 3. *c*. 10. *nu*. 92. Larrea *allegat*. 3. *nu*. 6. & *deciſ*. 8. *nu*. 45. Pinel. *in rubr. C. de reſcind. vendit*. 1. *p. cap*. 3. *n*. 4. Arias de Meſa *lib*. 2. *cap*. 50. *n*. 14. in terminis Peregr. *de jure fiſc. lib*. 2. *tit*. 2. *n*. 50. & 51. Quam ſententiam amplexus eſt Tiraquel. *de primog. q*. 21. *n*. 3. & 4. Qui omnes tenere dicit patrem non poſſe privare Regno Primogenitum ſine cauſa; & allegat Hoſtienſ. & Joann. Andr. Petr. Ancarran, Anton, Imol. & Caldin. *in c. licet de voto*, Oldrad. *conſ*. 94. *incipit eleganter col*. 3. & *col. penult n*. 16. *verſ. pro quo facit* ibi: *Pater non poſſet ex cauſa filium Primogenitum Regno privare*. Ubi inſinuat patrem ſine cauſa non poſſe privare Primogenitum Regni ſucceſſione. Quod ex eo corroboratur quia allegat teſtimonium Geneſ. *c*. 44. ubi dicitur. Quod Ruben fuit Primogenitus Iſrael; ſed cum aſcendiſſet ad cubile, & violaſſet thorum patris ſui; data ſunt Primogenita filiis Joſeph. Unde bene probatur, qood eſt neceſſaria cauſa ad privationem Primogeniti: innumeros citat pro hac ſententia

Tiraq.d.q.2ſ.n.5. Et ſic reprobat Baldi ſententiam in
proœmio Decretalium, dum tenuit, quod Rex in vita
ſua poteſt liberè ſtatuere, quis ex filiis poſt ſe regna-
turus eſt: An Primogenitus? An ſecundo genitus?
45 Si verò intervenit juſta, & publica cauſa poteſt
pater de conſenſu populi Primogenitum Regno
privare, & ſecundogenitum præſerre: ut voluit
Guillielm. Bened. in c. Raimucius verb. in eodem
teſtamento relinquens c. 1. n. 207. & ſeqq. de teſtam.
Lecirier de primog. lib. 3. q. 6. Tiraq. d. q. 21. n.10.
ubi dicit ferè omnes hanc partem tenere. Cauſa
autem debet eſſe talis, quæ ſufficiat ad exhæreda-
tionem: ut per Tiraq. d. q. 21. n. 12. Molin. de pri-
mog. lib. 1. c.9.n. 2.verſ.ſed iſta. ubi plures Adden-
tes, Cald. in L.ſi. curatorem verbo ſine curatore n.
41. Vel etiam poterit ſecundogenitum præferre;
ſi Primogenitum idoneus non eſt Principatui mo-
46 derando. Ex ea ratione, quia conſuetudo præferens
Primogenitum non debet interpretari contra Re-
gni, & populi utilitatem: argum. text. in L. quod
favore, C. de legib. Quæ fuit ſententia Bald. in
Auth. hoc amplius col. 2. verſ. quæro an filii Regis.
C. de fideicommiſſ. Roxas de incompatib. Regnor. p.
2. c. 6. n.4.& 5. Martin. Laudenſ. in tract. de Prin-
cip. verſ. 22. conſuetudo Regni Aretin. in L. ex duo-
bus col. 2. ff. de vulgat. & pupillari. Noſter Gaſp.
Valaſc.in repetit. L.imperium col. 24. verſ. & Reges
dicuntur, & col. 84. verſ. circa ſecundam concluſio-
nem ff.de juriſdict. omn. Judic.Palac Rub.in repetit.c.
per veſtras §.26.col.3.n.8.& 9.de donat.inter. & cum
Corſeto Roch, Ripa, Alex.& Zazio, Tiraq.d.q.21.n.11.
Et notant omnes in c. grandi de ſupp. neglig. Præ-
lator in 6. Quod comprobatur ex eo, quod ſi Rex ne-
gligens. & remiſſus extiterit in gubernio, deponi po-
teſt: ut dicemus infra hac eadem p.c.24. de Comi-
tiis Generalibus. A fortiori poterit pater Primogeni-
tum non idoneum Regno privare.

An autem Rex in vita poſſit cedere Regnum filio
Primogenito; vel eum in ſocium admittere? Et an
47 id conveniat? latiſſime diſputat Valenz. conſ. 99.
ubi docet: Regem poſſe Regnum cedere filio ei-
dem ſucceſſuro. Sequitur Olea de ceſſione jurium
tit. 3. q.3.n. 21. Et comprobatur ex eo, quod vali-
dum eſt argumentum de Majoratu ad Regnum & è
contra, Valaſc. axiom. 460. & 461. litt. A. D.
Joſeph. Vela diſſert. 4. à n. 25. Olea d. q. 3. n. 21.
Atqui Majoratus poteſt cedi, & renuntiari ad fa-
vorem ſequentis in gradu; non ad favorem extranei;
48 Molin. lib.1.c.6.n.44.& lib.3.c.2.n.21.Flor.de Mena
ad Gam. deciſ.92.n.2.Solorzan.de jur.Jud.2.tom.lib.
2.c.14. n.48. & c.66.n.39. Caſti. lib. 3.c. 12. n.107.
111.& 112. Joſeph.de Seſſe deciſ.285.& 286.Giurb.
de ſucceſſ.feud. §. 2.gloſſ.5.n.47.& gloſſ.10.n.74. &
gloſſ. 8. n. 49. verſ. quartus caſus, Olea d.q.3.n.9.&
10.Larrea deciſ.55.n.24.Ergo etiam Regnum renun-
tiari, & cedi poteſt ad favorem legitimi ſucceſſo-
ris. Sed advertendum puto in ceſſione Regni neceſ-
49 ſarium eſſe populi conſenſum: argum. c. 1. de fra-
tribus de novo benefic.inveſt. Intereſt namque Reipu-
blicæ, & Regni magis per unum, quam per alium regi.

Sed An Primogenitus, qui non eſt idoneus, quia
50 ſcilicet demens, aut furioſus exiſtit, ſucedat in Re-
gno, quando pater illum non abdicavit expreſſe? quæ-
ſtionis eſt. Quia conſuetudo, quæ ad ſucceſſionem
Primogenitum admittit, intelligenda eſt; dummodo
Primogenitus ſit habilis ad moderandum Imperium:
prout regulariter quælibet diſpoſitio ſemper intelli-
gitur datis terminis habilibus L. qui teſtamento, ff.de
teſtam. L.reſcripto in princ. L.ut gradatim §. ſed ſi le-
ge ff.de muner.& honor. Bart. in L.3.C.de fide inſtrum
lib. 10. Dec in L. pactum dotale in princ. Cod.
de collat. Valaſc.conſult 127.n.19.Bald. Per.de poteſt
eligendi c.1, n.1. Bened. Ægid. in L.1. in init. 1. p.
n. 10.C. de ſacroſ.Eccl. Fontan.de pact.nupt. clauſ.4.
gloſſ.11.n. 35. Tiraq. de retract. lignagier §.1.gloſſ. 7.
n. 27. Quod quidem fortius urgent quoad ad habili-
tatem perſonatum d.L. ut gradatim, ff. de muner. &
honor. Tiraq.d. gloſſ. 7.n. 26. Cald. Per. de nominat.
emphy.q.9.n.25. Beneficia namque legum capacibus
ſcripta ſunt, non incapacibus: argum. text. in l.Lu-
cius §. Lucius Titius. ff. de legat. 2. Plane populus, 51
qui in Regem, & Primogenitum ejus omne jus, &
poteſtatem tranſtulit, ea mente tranſtuliſſe cenſe-
tur: ſi Primogenitus habilis eſſet ad gubernandum.
Quod vere ita reſpondiſſet, ſi de eo interrogare-
tur. L. cum res 47.ff.de legat.1. L. non aliter 79. de
legat.3.Jaſ.in l. ſi extraneus n.4. ff. de condict. cauſa
data. Gama deciſ.206.n.12.& deciſ.224.n.13.Spino
de teſtam. in rubr.gloſſ.1.p.n.48.Valaſc. conſult.193.
n.5.Cyriac. contr.415.n.13.& 14.Sanfelic.deciſ.193.
n. 4.Solorz. 2. tom. lib.2.c.6.n.29. Caſſan. conſ.4.n.
16.Valenz.conſ.119.n.114.Qui omnes tenent diſpoſi-
tum cenſeri, quod veriſimilius eſt diſponentem reſ-
pondiſſe, ſi de eo interrogaretur Cum autem is, qui 52
demens eſt aut furioſus ſe ipſum regere non poſ-
ſit; non eſt credendum populum in eum tranſtu-
liſſe Imperium, ut Rempublicam regeret: propter
quæ Bald.in l.omnes populi, col.9. verſ. eſt ergo aliud
exemplum ff. de juſt. & jur. & in c. 1. in fin princip.
verſ. quæro conſuetudo dictat. de ſucceſſione feudorum
dicit: Quod ſi vitium eſt naturale, & perpetuum,
non ſuccedet Primogenitus, ſed ſecundogenitus. Si
vero ex accidenti effectus eſt demens, tunc ſucce-
det Primogenitus, & dabitur ei curator, qui Regnum
adminiſtret; quia jam in perſona illius radicatum eſt
jus Regiæ poteſtatis: per text.in c. grandi de ſuppl.
neglig.Prælat.in 6.Quam opinionem ſequuntur Roxas
de in compat. Regnor.2. p.c.6.n.5.& 6. Martin.Lau-
denſ. in tract. de Princip.q. 371. & de primog.q. 40.
Palac.Rub. in repet.c.per veſtras de donat. inter vir.
& uxor.§.26.n.7. Aret. in L. ex duob. in princ.col. 3.
verſ.& ad hunc ſecundum caſum, ff.de vulgari, Lucas
de Pœna in L. tirones verſ. qui autem in hoc ſui de-
bitum, C.de tironib.lib.12.Felin.in c.prudentiam verſ.
ubi vero dignitas de offic.legat.plures citat. Boer.deciſ.
204. n.34. Anton. Gomez in L. 40. Tauri n. 69. ubi
Ciſuentes q. 17. & facit L. 2.tit.15. partit. 2.Tiraq.
de primog. q. 23. à n. 1. cum ſeqq. Molin. de primog.
lib. 1. c. 13. à n. 27. & ſeqq.& facit text. in c. alius 53
15.q. 6. Ei tamen declaratione, quod ſi demens, vel
furioſus à natura, qui in Regno ob vitium non ſuc-
ceſſit, habuerit filium non dementem, is ſuccedet
in Regno loco patris Bald. conſ.389. incipit conſue-
tudo col.2.verſ.item pone Primogenitum eſſe furioſum
lib. 2. Soc. conſ.47.col.4.verſ. ſed poſito, quod hoc di-
ei potuiſſet l. 3.poſt alios Tiraq. d.q.23.n. 14.& ſeqq.
Cum enim pater eſſet incapax pro mortuo habetur
L. 1.§.filium ff.de bon.poſſeſſ.contra tabul.L. 1.§. ſed
ſi patronus ff.de conjung.cum emancip. liber. ejus, L.
necem §.deportatus ff.de bon. libert. Molin. lib.1.c.9.
n.27.Caſtill.lib.6.contr.c.137.n. 46.cum ſeqq. Giurb.
de ſucceſſ.feud.§. 2.gloſſ.6. n.65.Creſp. de Valdaur.
obſervat.97.n.11.Aug. Barb.voto 30.n.46. Unde fu-
rioſus, vel demens perinde habetur, ac ſi non eſſet
in rerum natura; Tiraq.d.q.23.n.15.Borrell.conſ.17.
n.27.Cyriac.controv.205. n. 24. Atque ita cum filius
Primogeniti ſecundogenitum excluderet, ſi pater
non eſſet in rerum natura; ita etiam præferendus eſt; ſi
pater in furore, vel dementia exiſtat. Quod etiam pro-
batur ex text.in d.c.grandi de ſuppl.neglig.Prat.in.6.

Sed num fœmina ſuccedat patri in Regno hæ-
reditario deficientibus filiis maſculis? dubitari po- 54
teſt. Quia ex natura ſucceſſionis Regni videtur fœ-
mina excluſa. Ratio eſt quoniam officium Regis eſt
publicum, & directè ſexui fœminino convenire non
poteſt. Fuerunt enim Regna inſtituta, ut Rex præeſ-
ſet

ſet populo, judicaret populum, & bella gereret, at-
que uti Dux præcederet populum adverſus hoſtes: ut
legitur *in l.1. Reg. c.* 8. Dubinm antem nullum eſt,
quod fœmina omnium horum eſt incapax à natura:
quia imbellis, animi inconſtantis, timida, & levis con-
ſilii; creataque à natura ad ſobolem procreandam,
non ut imperet: quia alios defendere nequit: imo ut
à maribus defendatur, quibus eam ſnbjecit Deus: ut
Geneſ. *c.3.* D. Thom. *lib.4. de regim. Princ. c.6.* Un-
de de jnre civili fœmina ab omnibus arcetur publicis
officiis *L.2. ubi notant omnes, ff. de regul. juris.* Pro-
indeque licet Regnum hæreditarium ſit, fœmina in
eo ſuccedere nequit; tanqnam incapax, & inhabilis:
Luc. de Pæna *in L. penult. C. de profeſſ. & Medic. l.*
10. ubi plura cumnlat, & plures alii, quos laudat Ti-
raquel. *de primog. q.10. n.10. & ſeqq.* ultra quos idem
tenet Horat. Montan. *in prælud. de Regalib. n.21.*
ubi tradit, quod erecto Romanorum Regno poſt mor-
tem Romuli, quia abſque filiis deceſſit, electus fuit
Rex Numa Pompilius, qui vita functus eſt relicta fi-
lia, quæ tamen in Regno non ſucceſſit: ut tradit Li-
55 vius *lib.1. fol.10. à tergo.* Nihilominus tamen plnrea
alii contrariam adſtruunt opinionem, & fœminam in
Regno ſuccedere docent non extantibus maſculia
ejuſdem gradus, & probari videtur *in c. ſignificavit
de reſcript. & in c. dilecti de arbitr. & in c. dilecto de
teſtib. c. ult. de conceſſ. præb. cap. pervenit de cenſib.
c. ex patre n.3. & c. ſequenti de verb. ſignific.* In qui-
bus juribus mentio ſit multarum Reginarum, & Comi-
tiſſarum: ut notat Tiraq. *d. q.10. n.2. & ſeqq.* Unde
Abbas *in d. c. dilecti de arbitr. n.11.* tenet de generali
conſuetudine ſuccedere in Regno deficientibus maſ-
culis: ſequuntur Alciat. *conſ.4. n.44. lib.4.* Ancarram.
conſ.330. n.7. & 8. Corſet. *de poteſt. Reg. p.5. & ult. n.*
59. Hering. Arniſæus *de Repub. lib.2. c.2. ſect.12. n.9.*
plureſque fœminas regnaſſe tradit Tiraq. *d. q.10. n.4.
& ſeqq.* Quod in Hiſpaniæ Regnis nullam pati dubi-
tationem docent Aviles *in proœm. ad capitul. Præ-
ter verb. y Reyna n.3. & ſeqq.* & probatur *ex L.2. tit.*
13. *partit.2.* ubi Greg. Lop. *verb. la hija major, L. tit.*
3. *l.1. foro legum*, quæ eſt *L.1. tit.2. lib.2. Ordinam.* ubi
latè Did. Perez plures citat Valenz. *conſ.198. n.4. &
ſeqq.* Ubi *n.6.* plures fœminas enumerat qnæ in Reg-
nis Caſtellæ ſucceſſerunt deficientibus maſculis: alios
laudat Solorz. *de jure Indiar. tom.2. lib.1.* Burg. de Pa-
ce *in proœm. leg. Tauri n.42. cum ſeqq. c.26. n.29.* D.
Joſeph. Vela *diſſert.4. à n.1. cum ſeqq.* Molin. *de pri-
mog. lib.3. c.4. n.4. & 5.* Caſtill. *lib.5. controv. c.143. §.
unico n.13.* Fuſar. *de ſubſt. q.385. n.7.* Quod tam de
conſuetudine, quam ex lege Gothorum originem du-
xiſſe tradunt præcitati, & Covarr. *lib.3. var. c.5. n.5.
& pract. c.38. n.6.* Mieres *de Major. 2. p. q.6. à n.9.
cum ſeqq.* Franc. Mol. *de ritu nupt. lib.3. q.17. in fin.*
Et apud Nos ita fuit declaratum in erectione Regni
in Comitiis Generalibus Lamacenſibus; quod ſcili-
cet, deficiente filio Regis ſuccedaret filia; dum ta-
56 men in Luſitania nuberet: Ea declaratione, quod ma-
ritns non poſſet vocari Rex niſi poſtquam filium
ſnſcepiſſet. Qua ratione in Comitiis generalibus ce-
lebratis in hac Alma Ulyſiponenſi Civitate die 28.
menſis Januarii anni 1641. in Capitulis propoſitis Re-
giæ Majeſtati Invictiſſimi Joannis Quarti à Tribna
Brachiis, Populorum, ſcilicet, Nobilinm, & Sta-
tus Eccleſiaſtici, idem quod in Comitiis Lamacen-
ſibus erat ſtatutum, renovatnm, & confirmatum fuit:
ut videre eſt ex *c. 2. & 3.* Populorum *& c. 1. & 2.*
Nobilium *& c. 14.* Status Eccleſiaſtici. Circa quæ
lex condi juſſa fuit nt conſtat ex reſponſionib. ad præ-
dicta capitula: præſertim ex reſponſione ad replicam
Status Nobilium *c. 1.* Et ſic in hoc Regno filia Re-
gis non extantibus maſculis in Regno ſnccedere de-
bet, & maritum accipere, qui ex Proceribus Regni
in Comitiis Generalibus, per Ordines Regni, ſeu
tria Brachia ſnerit deſignatus: ita ut nullo modo
Regnum hoc Portugalliæ ad Principes exteros de-
venire poſſit. Notabis tamen, quod Regina nupta
verum Regni dominium & adminiſtrationem retinet,
neque in maritum transſert; qui cognomine tantum
Rex eſt, Joſeph Vela *diſſert. 4. à n. 15.*

Ex quibus ſit planum, quod quamvis Rex Ca- 57
ſtellæ Regnum Luſitaniæ occupaverit; tyrannice
quidem, & abſque legitimo titulo poſt mortem
Regis Henrici: juſtiſſime anno 1640. *die 1. De-
cembris* Populus, Nobilitas, & Status Eccleſiaſti-
cus nnanimi conſenſu per acclamationem Reg-
num reſtituerunt legitimo, & vero Domino Joan-
ni Quarto; expulſo Philippo Quarto Caſtellæ Re-
ge, qui in Regni poſſeſſione erat per ſe, patrem,
& avum per ſpatium ſexaginta annorum, ſed ſine
jure, & ſine titulo. Quo caſu ritè, & recte tanquam
tyrannus in titulo potuit à Regno expelli: ut di-
cemus infra *c. 24. de Comitiis Generalibus num.45.
& ſeqq.*

Plane Regnum juſtiſſime ſuit reſtitutum Joanni, 58
namqne tempore, quo Regni ſucceſſio delata fuit,
in humanis erat Catharina Infans Portugalliæ Ducif-
ſa Brigantiæ filia Infantis Eduardi, & Neptis Regis
Emmanuelis, cui de jure regni ſucceſſio competebat,
tam ex prærogativa melioris lineæ, quam beneficio
repræſentationis. Et quia agnata erat, & Luſitana,
nuptaque cum Principe Luſitano. Catholicus autem
Rex erat externs, non erat agnatus, ſed cognatus;
quia filius Eliſabeth, quæ nupta fuit Imperatori
Carolo Quinto. Unde tam de jure communi, &
repræſentationis beneficio, quam ex lege ſucceſ-
ſionis Regni condita in Comitiis Lamacenſibus Ca-
tharinæ Regni ſucceſſio de jnre delata fuit: ut opti-
me tempore ſucceſſionis oſtenſum fuit in allegatio-
nibus juris editis ab Univerſitate Conimbricenſi. Et
nunc tranſcriptis, & additis à D. Franc. Valaſc. de
Gouvea in libro, qui inſcribitur *Juſta acclamiçaon
do Sereniſſimo Rey de Portugal Dom Inaõo Quarto*,
2. & 3. part. Verum cum eo tempore poſt cladem
Africanam Regnum eſſet exhanſtum, plus valuit
violentia, quam juſtitia. Ideoque Philippus Se-
cundus Regni poſſeſſionem, tam vi armorum, quam
promiſſionibus, & largitionibus multorum Procerum
animos corrumpens adeptus eſt. Sed cum ſucceſſio 59
reguletur ex perſona ejus, qui ſuccedere debebat,
licet verus ſucceſſor nunquam apprehendiſſet poſ-
ſeſſionem, & alius injuſte poſſideret. Greg. Lopez
*in L. 7. tit. 4. partit. 5. verb. poſſeſſion, & in L. 6.
tit. 10. partit. 6. verb. mugeres*, Covarr. *pract. c.38.
num. 9. verſ. octavo.* Mantienç. *in L. 5. gloſſ. 3. n.
2. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* Flor. de Mena *in addit.
ad Gam. deciſ.93.* Molin. *de juſt. & jure tom.3. diſp.*
626. *n.12. col. 3.* Solorzan. *de jur. Indiar. 2. tom. c.*
16. *n.* 102. Optimis fundamentis Regni reſtitutio
facta fuit Joanni Quarto filio Theodoſii, nepotique
Catharinæ, quæ de jure ſucceſſit in Regno; quam-
vis ab alio tyrannice occupato.

Concludo igitur, quod Rex non poteſt diſpone- 60
re de Regno; neque illud alienare: ex his, quæ
Guillielm. Bened. *in c. Rainutius verb. in eodem te-
ſtamento reliquens eo 3. n. 148.* Joſeph. de Seſſe
deciſ.286. n.6. tom.3. Neque poteſt jura Regni mi-
nnere, quando diminutio tendit in magnam Princi- 61
patus læſionem, Peregr. *de juri fiſc. lib. 1. tit. 3. n.
74. per text. in c. Abbate ſane de re judicata in 6.*
Petr. Greg. *de Repub. lib. 2. c. 20. n. 61. verſ. haud
ratio*, Auguſt. Barboſ. *in d. c. Abbate num. 4.* Cy-
riac. *controv. 402. n. 13.* Neque etiam poteſt ſer-
vitutem Regno imponere Oldrad. *conſ. 231. in fin.*
Bald. *in proœm. feudor. ſub. n. 32.* Martin. Laudenſ.
de Princ. q.56. Cyriac. *d. controv. 402. n. 46.* Barb. 62
in c. intellect. n. 4. de jurejur. & in prætermiſſis ad-

eundem text. n. 5. Lanar. *conſ.* 1. *n.*16. Ex ea ratione, quia cum Imperium ſit indiviſibile, monſtruoſumque eſſet, ſi Regnum duo capita haberet, Reſtaut. *de Imper. q.* 104. tenetur Princeps ſucceſſori individuitatem ſervare Menoch. *conſ.*1. *n.*40. Lanar. *conſ.*2. *n.* 15. Peregr. *d. tit.*3. *n.*31. Auguſt. Barboſ. *in prætermiſſis ad text. in d. c. intellecto. n.* 3.

Caput IV.

Utrum Rex poſſit alienare partem Regni, Civitatem, vel alia bona, item, & vaſſallos invitos?

SUMMARIUM.

1 *Principis patrimonium duplex eſt, aliud Principis, aliud fiſci, ſeu Coronæ.*
Habet duos Procuratores alterum Coronæ, alterum patrimonii. Ibid.
2 *Rex poteſt libere donare, & alienare bona ad ipſum pertinentia ex privato patrimonio, ſeu confiſcatione, dummodo Coronæ non ſint incorporata.*
3 *Bona Regni, & Regiæ Coronæ, puta Civitas, vel Oppidum dubium eſt, an poſſint alienari, vel donari.*
Expenduntur negativa ſententia fundamenta. Ibidem.
4 *Princeps dicitur maritus Reipublicæ, & Regnum habetur pro dote.*
Maritus prædium dotale alienare non valet etiam conſentiente uxore. Ibid.
5 *Verior eſt opinio Regem poſſe donare, & alienare bona Regiæ Coronæ, Civitatem, vel Oppidum, dummodo magnum, & notabile detrimentum non inferatur Regno ex alienatione.*
6 *Miſerrima eſſet Principum conditio, ſi non haberent facultatem diſponendi de aliquo.*
7 *Arbitrio Judicis relinquitur quænam ſit donatio quæ Regnum, Coronam & dignitatem lædat.*
8 *Si donetur Civitas inſignis, vel Oppidum præcipuum, maximum detrimentum Regno infertur.*
Princeps non poteſt facere immenſas donationes, quæ Coronam lædant. Ibid.
9 *Donationes immenſæ factæ in grave Regni præjudicium nullæ ſunt, etiamſi juramento firmentur.*
10 *Ipſe Rex, qui donavit, vel ejus ſucceſſor, donationes immenſas revocare poteſt.*
11 *Amplia, ſi Civitas, vel Oppidum valde munitum ſit in confinibus Regni.*
12 *Non valet donatio Civitatis, Oppidi, vel Caſtri, ſi ita alienatur, ut nullum prorſus dominium, vel ſuperioritas remaneat.*
13 *Princeps eo modo poteſt alienare, & donare, ut ſemper oppida, & vaſſalli ſub Principis ſuprema poteſtate remaneant.*
Vaſſalli Civitatis donatæ ſemper manent ſubditi ſupremo Regis dominio, & tenentur Regem adjuvare contra Baronem & immediatum dominum. Ibid.
14 *Non valet privilegium, quod quis in totum eximatur à ſuprema Regis poteſtate.*
15 *Rex non poterat ſummum jus, quod in dictis Civitatibus habebat, in exterum transferre.*
Rex non poteſt donare claves Imperii, neque eviſcerare ejus viſcera. Ibid.
16 *Rex non poteſt vaſſallos invitos in alium transferre inferiorem.*
17 *Vaſſallorum intereſt gubernari à Rege, non ab inferiore.*
Libertus non cogitur invitus alium habere patronum. Ibid.
18 *Limita, quando vaſſalli inviti transferuntur in alterius juriſdictionem cum territorio.*
19 *Limita ſecundo ſtante conſuetudine, ut inviti poſſint alienari.*
20 *Limita tertio caſu, quo vaſſalli volentes & non contradicentes, neque proteſtantes fuerunt alienati, & novum dominum receperunt, quia reclamare nequeunt.*
21 *Conſenſus debet eſſe omnium de univerſitate, nec ſufficit majoris partis, ſi minor contradicit, quia minor præfertur.*
Non ſufficit, quod ſinguli acquieverint diverſis temporibus, quia requiritur conſenſus Univerſitatis congregatæ. Ibid.
22 *Si Vaſſalli poſt alienationem acquieverunt, non poſſunt contra alienationem audiri.*
23 *Limita quarto quando vaſſalli alienantur ex cauſa juſta, & neceſſaria Reipublicæ propter publicam utilitatem, quia valet alienatio.*
Neceſſitas caret lege. Imo ipſa lex neceſſitati ſubjicitur. Ibid.
24 *Neceſſitas facit licitum, quod aliàs erat illicitum, & caſus neceſſitatis ſemper cenſetur exceptus.*
25 *Publica neceſſitas ſemper privatæ anteponitur.*
26 *Utilitas publica præfertur privatæ, & Eccleſiæ favori.*
27 *Declara limitationes, ut non procedant quando alienatio fuerit nimis præjudicialis Regno, & vaſſallis.*
Alienatio valde præjudicialis Regno poteſt per ſucceſſorem revocari, maxime ſi vaſſalli transferantur in alium Regem. Ibid. & *n.* 28.
29 *Vaſſalli domaniales à Rege poſſunt pretio oblato ſe redimere.*
Si vero alienentur à Barone, vel domino terrarum, non poſſunt retrahere etiam oblato pretio, Ibid. & *vide n.* 34.
30 *Vaſſalli dominorum quodammodo dicuntur ſervi.*
Vaſſallum eſſe Regis magis, quam privati omnes deſiderant, Ibid.
31 *Subditi ſublimioribus reputantur honoratiores.*
Summa eſt libertas eſſe Regis vaſſallum. Ibid.
32 *Reipublicæ intereſt habere plures vaſſallos, & juriſdictionem conſervare.*
33 *Vaſſalli domaniales quibus privilegium eſt conceſſum, ut dominio inferiori ſubjici nequeunt, nullo ex dictis caſibus poſſunt alienari.*

EX dictis in capite præcedenti opportune quæritur: An Rex bona Regni, & Coronæ nec non vaſſallos invitos alienare poſſit? Pro cujus quæſtionis reſolutione præmittendum eſt, in Principe dari duplex patrimonium; aliud eſt patrimonium Principis, aliud patrimonium Fiſci, ſeu Coronæ Rip. *de ſentent. & re judic. reſponſ.*2. *num.*4. Maſtr. *de Magiſt. lib.* 1. *c.* 13. *num.* 5. Et ideo Princeps duos Procuratores habet, alterum fiſci ſeu Coronæ: alterum Patrimonii *gloſſ. in L.* 1. *verb. procuratore, C. de fide inſtrum. & jure haſtæ fiſcalis lib.* 10. Jaſ. *in L. procurator.* 7. *C. de edendo* De Pont *conſ.* 53. *n.* 1. & *conſ.* 49. *n.* 82. *vol.* 1. Cyriac. *contr.* 13. *num.* 67. ubi *n.* 68. tradit: Quod procurator patrimonii non judicatur tanquam procurator Principis, ſed tanquam procurator privatæ perſonæ ipſius Principis: ut bene explicant ſupra relati, & præcipue Jaſ. *in d. L. procurator.* 7. *Cod. de edendo.* Ac proinde dicendum eſt, quod Rex poteſt libere donare, & alienare quælibet bona ad ipſum pertinentia ex peculiari & privato Patrimonio; ſeu ex confiſcatione dummodo adhuc non ſint Regiæ Coronæ incorporata: ut

ut poſt Bald. Luc. de Pena ſcribunt Molin. de pri-
mog. lib. 1. c. 3. n. 18. in fin. Matienc. in L. 3. tit. 10.
lib. 5. Recopilat. gloſſ. 7. n. 12. 13. & 14. Rhenat. Cho-
pin. de domanio Franciæ lib. 1. tit. 1. n. 17. Caſtill.
de tert. c. 17. n. 20. Caſſan. conſ. 7. n. 1. idem Molin.
lib. 1. c. 26. n. 8. verſ. in contrarium. Joan. Hering.
de molendin. q. 9. n. 73. Peregr. de jure fiſci lib. 1.
tit. 1. numer. 8.
Si verò bona ſint Regni, & Regiæ Coronæ puta
Civitas, vel oppidum valde controvertitur inter
DD. An à Rege valeant alienare, ſeu donari? In qua
quæſtione pro parte negativa faciunt ſex præcipua
3 fundamenta adducta à Menoch. conſ. 1003. à n. 19.
uſque ad n. 33. Ferdin. Loazes in allegat. ſuper Oppi-
do de Mulla, qui octo recenſet fundamenta à n. 1.
cum ſeqq. Quæ corroborantur à Caſtill. de tert. c.
17. à n. 9. cum ſeqq. & hanc partem tuentur Accurſ.
in Auth. quomodo oporteat Epiſcop. verb conferens,
ubi Jacob. à Beluiſo Sald. in proœm. C. verb. Auguſ-
tus. Joan. de Plat. in L. prædio col. ult. C. de locat.
prædior. civil. lib. 11. Menoch. lib. 1. controv. illuſt.
c. 4. n. 2. Joan. Hering. de molin. q. 9. n. 74. Peregr.
de jure fiſc. lib. 1. tit. 1. n. 8. Quibus addo: Quod
Princeps dicitur maritus Reipublicæ, ut dixit Luc.
de Pena in L. quicunque col. 3. C. de fund. limitrop.
lib. 1. Caſſan. in Catal. gloriæ Mundi part. 5. conſi-
der. 24. privil. 166. fol. 128. verſ. Sanſel. deciſ. 62.
4 n. 77. Regnum autem pro dote Reipublicæ habendum
eſt. Atqui maritus dotale prædium alienare nequit ex
L. Julia de qua in L. 1. L. 4. L. ult. ff. de fund. dotal.
etiam conſentiente uxore de jure noviori per text. in L.
unica §. & cum lex, C. de rei uxoriæ actione, Petr. Bar-
boſ. in L. 1. part. 5. n. 1. 2. & 3. ff. ſolut. Matrim. Caſtil.
de alim. c. 58. num. 4. & ſeqq. Valaſc. conſult. 159.
num. 6. & conſult. 127. num. 28. Giurb. ad con-
ſuetud. Meſſan. c. 14. gloſſ. 3. part. 1. num. 2. Her-
moſ. in L. 22. tit. 5. partit. 5. gloſſ. 1. nu. 2. Surd.
de alim. tit. 8. privil. 36. num. 1. Fontan. de pact.
nupt. clauſ. 7. gloſſ. 3. part. 13. num. 18. Ergo ne-
que Rex alienare, vel donare poteſt bona Regiæ
Coronæ.
5 His tamen non obſtantibus contraria ſententia,
imo quod rex liberè poteſt alienare, verior eſt, &
tenenda: ita ut non ſolum quælibet bona Coronæ
valeat donare, & alienare; ſed etiam unam Civita-
tem, vel oppidum Regni. Dum tamen magnum &
notabile Regno detrimentum ex alienatione, vel do-
natione non inferatur. Pro qua ſententia Menoch.
d. conſ. 1003. à nu. 2. cum ſeqq. octo adducit funda-
menta, quæ expendentur, & corroborantur à Caſtil.
de tert. c. 17. n. 16 n. 17. & ſeqq. Et pro iſta opinione
allegat Menochius qoinquaginta quatuor Doctores
ubi ſuprà num. 18. quibus adde eundem Caſtill. &
Cabed. 2. part. deciſ. 17. num. 1. & 6. deciſ. 30. n.
1. deciſ. 40. à num. 16. cum ſeqq. & deciſ. 16. num.
2. Molin. de juſt. diſput. 25. col. 1. verſ. cum autem,
Cardoſ. in praxi verb. Rex num. 14. alter Molin. de
primog. lib. 1. c. 3. num. 18. Auguſt. Barboſ. in c. Ab-
bati ſane de re judicata in 6. num. 2. & ſeqq. & in c.
intellecto de jurejur. & in c. Apoſtolicæ num. 3. de do-
nat. Valaſc. conſult. 132. Cancer. lib. 3. c. 1. num. 152.
Larrea allegat. 80. num. 40. Hermoſ. in L. 9. tit. 4.
partit. 5. gloſſ. 1. nu. 36. 37. & 38. D. Chriſtoph.
Creſp. de Valdaura obſervat. 34. à num. 1. Cyriac.
controv. 402. nu. 41. & 42. Qui omnes docent Prin-
cipem tam inter vivos, quam in ultima voluntate
alienare poſſe, ita quod enormiter non lædat Co-
ronam, vel ſucceſſores, & non alienet totale do-
minium. Alias miſerrima eſſet, & quodammodo ſer-
vilis Principum conditio, & longe inferior, quam
6 privatorum; ſi non haberent facultatem diſponendi
de aliquo, & liberalitatem exercendi Cyriac. contr.
402. n. 40. Maſtrill. de Magiſt. l. 1. c. 18. n. 10.

Quando autem Civitatis, vel oppidi donatio di- 7
catur graviter lædere Regnum. Regiamque Coro-
nam, & Dignitatem, relinquitur Judicis arbitrio.
Qui penſata qualitate Regis donantis, Regnique
magnitudine, necnon qualitate donatarii arbitrabi-
tur: An donatio Regnum, & Statum lædat? &
ſubſtiuenda, vel revocanda ſit. Loaſes in alleg. pro
oppido de Mulla numero 110. fol. 234. Caſtill. d. c. 8
17. nu. 19. in fin. Menoch. de arbitr. caſu 74. Cabed.
2. part. deciſ. 19. ſub num. 10. Mier. lib. Major. quæſt.
44. nu. 11. Maſtril. de Magiſt. lib. 1. c. 12. n. 49. & 50.
Qui optime advertit: quod quando oppidum, ſeu
Caſtrum, quod donatur, eſſet præcipuum, vel civi-
tas donata eſſet inſignis; tunc maximum detrimen-
tum pateretur Regnum ex donatione, & nulla ve-
nit judicanda: ut dixit Jaſ. conſ. 10. n. 4. lib. 3. &
conſ. 56. lib. 1. Non enim poteſt Princeps immenſas
donationes facere lædendo Coronam, Mart. de ju-
riſd. part. 1. c. 29. nu. 3. Alſaro de offic. fiſcal. gloſſ.
34. §. 1. nu. 6. & melius §. 4. nu. 106. Greg. Lopez
per text. ibi in L. 10. tit. 18. partit. 13. gloſſ. 2. Larrea
allegat. 8. nu. 55. ita ut non valeant donationes im-
menſæ factæ in grave Regni præjudicium; etiamſi 9
juramento firmentur. c. intellecto de jurejur. ubi Joan.
Andr. Abb. Hoſtienſ. & Butr. Bart. in L. prohibere §.
plane, ff. quod vi, aut clam. Azor. inſtit. moral. p. 1.
lib. 12. c. 6. quæſt. 3. verſ. objicias, Larrea allegat. 8. nu.
40. Auguſt. Barboſ. in d. c. intellecto nu. 2. de jurejur.
Unde ſi donatio appareat immenſa non tantum ipſe
Rex donans eam revocare poterit ex d. c. intellecto;
ſed ſucceſſor non tenebitur eam obſervare, & poterit
revocare Gregor. Lopez in d. L. 10. tit. 18. partit.
3. gloſſ. 2. Corſet de poteſt. Regiæ 2. part. n. 14. Valen- 10
zuel. de ratione ſtatus p. 2. conſiderat. 2. 32. & ſeqq.
Alſaro in d. 4. n. 106. in fin.
Quod maxime procedit, ſi Civitas donata ſit in 11
finibus Regni valde munita; hujus enim alienatione
magnum ipſi Regno detrimentum evenire poteſt, ſi
donatarius ab ipſo Principe deficiat Neviſan. conſ.
12. inter conſ. Bruni n. 53. verſ. tacetur octavo, Grat.
conſ. 147. n. 16. lib. 2. Menoch. conſ. 1003. n. 58.
Maſtril. d. c. 12. nu. 49. verſ. civitas donata, Capyc.
Galeota reſponſ. fiſcal. reſponſ. 23. nu. 132. Creſp.
obſerv. 34. n. 3.
Inſuper non valebit donatio, vel alienatio, ſi Civi- 12
tas, oppidum, vel Caſtrum ita donatur: vel aliena-
tur: ut nullum penitus dominium, nullaque ſuperio-
ritas remaneat apud Principem donantem, & alie-
nantem, tunc enim Regnum dicitur multum lædi;
ut docent Bald. in proœm. C. n. 7. & in prælud. feud.
n. 32. & conſ. 327. incipit pridie enim conſului lib. 1.
Paul. de Caſtr. conſ. 70. n. 7. verſ. & finaliter. Jaſ. d.
conſ. 10. n. 4. Azeved. in L. 1. n. 9. & 10. tit. 10. lib.
1. Recopilat. Menoch. d. n. 58. quos laudat; & ſe-
quitur Maſtril. d. c. 12. n. 49. Et eſt præcipua ratio
quia Princeps eo modo donationes facere poteſt, ut
ſemper loca, & oppida Regni, & vaſſalli remaneant
ſub poteſtate Principia ſuprema, c. Imperialem §. 13
fin. de probibit. feud. alienat. per Feder. Speculat.
tit. de feud. §. quoniam n. 140. Afflict. deciſ. 265. n.
107. Cabed. 2. part. deciſ. 40. n. 2. Petr. Bald. in
L. competit. C. de præſcript. triginta num. 104. Vaſ-
ſalli enim Dominorum ſemper manent ſubditi ſupre-
mo Regis dominio; ita ut Regem teneantur adjuva-
re, etiam contra ipſum Baronem, vel Dominum im-
mediatum Curt. Jun. conſ. 2. num. 1. Roland. conſ.
1. n. 82. & 189. lib. 2. Immo ipſi vaſſalli Domino-
rum tenentur præſtare Regi fidelitatis juramentum,
Bald. de Pace Conſtantia in fin. gloſſ. fin. poſt princip.
Albert. Brun. conſ. 72. nu. 2. Cabed. deciſ. 40. n. 4. &
5. Barboſ. ubi ſuper num. 105. Aliter autem nullo
modo Princeps oppida, & Civitates Regni poteſt
alienare, abdicando à ſe in totum dominium dire-

ſtum, & uti: quia tunc diceretur homicida ſuæ dignitatis. Unde non valet privilegium, quod quis eximatur in totum à ſuprema principis poteſtate, Mench. illuſtr. lib. 1. c. 4. n. 9. Burſat. conſ. 160. n. 97. & ſeqq. & conſ. 225. n. 48. vol. 2. Maſtril. dec. 12. n.
14 51. Quod adeo verum eſt, ut etiamſi donatio à Rege fiat Epiſcopo, non tranſeat in eum omnis ſuperioritas, ſed Princeps eam retinet in Civitate: ut optime fun-
15 dat Pereg. conſ. 1. num. 22. vol. Et ſic nullam eſſe donationem factam Sereniſſimo Regi Angliæ Civitatis Tingitanæ, & Bombaim dubitandum non eſt.

16 Succedanea eſt quæſtio, An Princeps vaſſallos invito poſſit alienare? In qua quæſtione regula negativa conſtituenda eſt: nempe vaſſallos invitos non poſſe per Principem in alium transferri: juxta text. in L. 1. L. neque creditoris, C. de novat. Et quod in inferiores Dominos non poſſint alienari probatur in individuo ex text. in c. Imperialem §. præterea Ducatus de probib. alienat. feud. per Feder. & fuit doctrina gloſſ. in L. invitus, ff. de fideicommiſſ. libertat. Gomes in §. item ſerviana n. 41. Inſt. de action. Jul. Clar. in §. feudum quæſt. 28. n. 1. Petr. Barb. in L. 2. in princ. part. 2. n. 41. & 42. ff. de ſolut. Matrim. Bobad. in ſua Polit. lib. 2. c. 16. n. 12. Maſtr. de Magiſtr. lib. 3. c. 10. n. 35. verſ. quod autem. Caſtil. de tert. c. 17. n. 10. verſ. & regula, Seſſe deciſ. 36. n. 3. 4. & 5. Neviſ. conſ. 12. inter conſ. feudal. Paſch. de virib. patr. poteſtat. 1. part. c. 1. n. 33. & 34. poſt plures Aug. Barb. in collect. ad L. debitorum 25. C. de pact. n. 3. Suar. allegat. 9. Larr. allegat. 45. n. 6. Arniſæus de Jurib. Majeſt. lib. 3. c. 1. n. 11. & 12. Socin. Jun. conſ. 78. vol. 1. Covar. in cap. quamvis pactum 1. p. §. 2. n. 4. ſequitur pluribus relatis Melch. de Valent. d. c. 1. n. 17. Valenz. conſ. 199. n. 44. Dixi in Dominos inferiores, quia vaſſallorum
17 intereſt gubernari à Rege, & non ab inferiore ob continuas moleſtias, quas Domini inferiores ſuis faciunt vaſſallis Bobad. d. cap. 16. n. 12. Paſch. d. c. 1. n. 33. Tiraq. de primog. quæſt. 69. n. 6. Camil. de Medic. conſ. 50. n. 1. Caſtill. d. c. 17. n. 20. verſ. rationes autem, Barb. in d. L. debitorum. n. 3. Ultra quod indocens eſt à dominio Regis in alterius privati, & inferioris dominium tranſire. Et confirmatur, quia libertus non compellitur invitus alium habere patronum, quam illum, quem ex teſtamento habiturus erat L. generaliter 24. L. cum vero 26. in princip. L. non tantum 51. §. cui per fideicommiſſum, L. invitus 34. ff. de fideicommiſſ. libertat. Duaren. regul. 215. ampliat. 4. Valent. d. c. 1. n. 18.

18 Limitatur tamen prædicta concluſio, quando vaſſali inviti transferuntur in alterius juriſdictionem cum territorio, Univerſitate, ſeu Curia. Corn. conſ. 321. n. 4. vol. 4. Roman. conſ. 26. n. 11. Clar. in §. feudum quæſt. 28. verſ. ſi eſt tamen, Pariſ. con. 22. n. 82. Anton. Gabr. lib. 3. tit de jure acquiſ. non tollend. concluſ. 8. limit. 1. poſt plures, Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 10. n. 39. Petr. Barboſ. in L. 1. p. 2. n. 42. ff. ſolut. matr. Franc. Marcus deciſ. 337. n. 2. p. 1. Paſchal. d. cap. 1. n. 114. 115. & 116. Caſtrill. de tertiis cap. 17. n. 20. verſ. limitatur etiam, Seſſe deciſ. 36. n. 18.

19 Limitatur ſecundò ſtante conſuetudine, ut vaſſalli inviti poſſint alienari, prout viget Mediolani cap. 1. §. ex eadem lege tit. de lege Conradi, eleganter Barb. in L. 2. p. 2. n. 42. & 43. ff. ſolut. matr. Maſtriſt. dec. 10. n. 42. Paſchal. d. c. 1. n. 119. & ſeqq. Caſtill. d. cap. 17. n. 20. verſ. tertio limitatur, Surd. conſ. 323. n. 26. & 27. Riminald. Junior. conſ. 601. num. 32. & ſeqq. lib. 6.

20 Tertio limita, ut principalis regula locum non habeat caſu, quo vaſſalli volentes, & non contradicentes: neque proteſtantes in contrarium fuerunt alienatis, & receperunt novum dominum, quia tunc reclamare non poterunt, ut ſcribunt Paſch. d. c. 1. n. 123 Caſtill. d. cap. 17. n. 20. verſ. quarto limitatur, Vincent. de Franch. deciſ. 17. ſub n. 21. Socin. Junior. conſ. 94. n. 30. lib. 2. Surd. d. conſ. 323. Maſtrill. d. lib. 3. cap. 20. n. 44. Atamen prædictus conſenſus debet eſſe omnium de Univerſitate, nec ſufficit majoris partis ſi minor contradicat ex regula text. in c. in re com-
muni 56. de reg. jur. in 6. L. Sabinus, ff. communi 21
dividundo, L. in concedendo, ff. de aqua pluvia arcend. Et quod omnes tangit ab omnibus debet approbari c. quod omnes tangit de regni. in 6. L. 1. & ult. C. de auth. præſt. L. per fundum 12. ff. de ſervit. ruſticor. Imo in hac ſpecie minor pars præfertur majori per text. in L. 1. 2. & 3. ff. de liber. cauſa, Roman. in rubr. ff. de arbitr. n. 41. verſ. ſecundo limita, Felin. in cap. cum omnes de conſtit. n. 18. col. 2. verſ. quinto fallit, Surd. conſ. 123. n. 12. Ubi quod ad probandum conſenſum non ſufficit, quod ſinguli diverſis temporibus acquieverint vel aliquot actua ſecerint, niſi id faciat Univerſitas congregata: ſequitur Caſtill. d. c. 17. n. 20 verſ. quarto. limitatur medium: neque major pars poteſt in hoc jure domanii minoris præjudicium inferre Fabius de Anna conſ. 55. nu. 26. lib. 1. Ant. Gabr. lib 3. tit de jure quæſito non tollendo concluſ. 8. n. 91. Larata conſ. 84. n. 8. cum ſeqq. Auguſt. Barb. qui alios refert. in d. L. debitorum n. 5. C. de pactis, Roſental. de feud. c. 9. membr. 1. concluſ. 62. n. 13.

Notabis tamen, quod ſi vaſſalli poſt alienationem 22
acquieverunt, & per longum tempus tacuerunt aliquotvè actus ſecerunt, ex quibus conſenſus inductus cenſeatur, neque expreſſe contradixerunt, jam contra alienationem audiri nequeunt, Vincent. de Franch. deciſ. 17. ſub n. 21. Surd. d. conſ. 323. Maſtrill. qui alios adducit d. lib. 3. c. 10. num. 68. Paſchal. d. cap. 1. num. 37. Loazes in d. alleg. pro oppido de Mulla in reſponſione ad quartum pro illo fundamentum fol. 251. uſque ad fol. 289. quem refert, & ſequitur Caſtill. d. c. 17. n. 20. verſ. quarto limitatur poſt medium, Petr. Barboſ. in d. L. 2. p. 2. n. 43. 44.

Quartò limita, ut non procedat reſolutio, quan- 23
do vaſſalli alienantur inviti ob aliquam publicam neceſſitatem ex cauſa juſta, & neceſſaria Principis, ſeu Reipublicæ, tunc namque valida erit alienatio ex his quæ Anton Gabr. lib. 3. tit. de jure quæſito non toll. concluſ. 8. limit. 12. alios citat, & ſequitur Maſtrill. d. c. 10. n. 41. Paſchal. d. c. 1. à num. 68. uſque ad n. 83. Caſtill. d. cap. 27. nu. 20. verſ. ſecundo limita. Quod ex ea ratione procedit, quia ut vulgo dicitur, neceſſitas caret lege, imo ipſa lex neceſſitati ſubjicitur L. 1. C. de oper. libert. 2. ff. de officio Proconſ. Valaſc. con. 117. n. 21. Tiraquel. de pœnis temper. cauſa 33. n. 4. Oldrad. conſ. 190. nu. 4. Jaſ. in L. ſi ex toto n. 13. ff. de legat. 1. Cardoſ. in praxi verbo neceſſitas, Gratian. c. 626. n. 15. & c. 636. n. 10. poſt plures Larrea alleg. 25. n. 14. & alleg. 59. n. 25. Salgad. de protectione Regia p. 1. c. 1. prælud. 3. n. 103. Sanſelicio in addit. ad diſput. de donativo ad n. 37. verſ. ex quo neceſſitas: ita ut licitum faciat neceſſitas quod aliàs erat illicitum. Qua-
propter in quacunque prohibitione caſus neceſſitatis 24
ſemper cenſetur exceptus L. alienationes, ff. famil. erciſc. L. 1. ff. de fundo dotali, L. pater filium, ff. de leg. 3. Marſil. in L. 1. §. præterea n. 87. ff. quæſtion. Larrea d. alleg. 25. n. 14. Salgad. de prælud. 3. n. 103. Sixtin. de Regalib. l. 2. c. 7. n. 63. Unde urgente neceſſitate multoties recedimus à juris regulis juxta Baldi doctrinam. in L. Divus 5. ff. de pet. hæred. Hieroym. Leo deciſ. 34. n. 26. Quare nil mirum, ſi ob neceſſitatem publicam vaſſalli inviti poſſint alienari, ut totum conſervetur, quoniam neceſſitas publica privatæ anteponenda eſt Cabed. 2. p. deciſ. 92. n. 6. & 1. p. deciſ. 151. n. 7. Mandel. Albenſ. conſ. 185. n. 17. lib. 1.

Re-

Rebuff.tom. 2. ad leges Galliæ tit. de reſciſſione con-
25 tractuum art.unico gloſſ.1.Monterius à Gueva deciſ.
50.n.2.10.& 11.Cancer.lib. 3. var. cap. 3. n. 92. &
93.Et fuit Doctrina Bart.in L.Antiochenſium, ff. de
privileg. creditor: per text. in L. jus publicum ff. de
pact.Auth. res quæ C. communia de ſucceſſ.Larrea al-
leg.3.n.9.& alleg.59.n.18.& alleg. 77.n.10. & ſeqq.
Franciſc.Vivius dec.28.n.8.Capyc.Latro deciſ. 188.
26 n. 59. Et dicit Vivius ubi proxime n. 10. quod ob
publicam utilitatem multa conceduntur in damnum,
& detrimentum privatorum Petr. Cabal. reſolut. cri-
min. caſu 149. n. 2. Nec mirum ſiquidem publica
utilitas privatæ præfertur, imo etiam Eccleſiæ favo-
ri L. jubemus 10.C.de ſacroſ.Eccleſ.ubi Auguſt. Bar-
boſ. n. 4. Franciſc. Marcus deciſ. 458. nu. 21. p. 1.
Oſaſch.deciſ.108.n.5.Andr.Gail.lib.2.obſervat. 32.n.
7.& obſervat. 52.n.14.Menchac. de ſucceſſion. creat.
lib.3.§.21.limit.10.n.182.Petr.Caball.d.caſu 149.n.
3.Gironda de privileg.n.902.Oliva de foro Eccleſiæ 2.
part. q. 27. n. 80.

27 Declara ſuperius tradita, ut vaſſalli inviti alienari
non poſſint, etiam in caſibus limitationum præceden-
tium; quando ea alienatio fuerit nimis præjudicia-
lis Regno, vel vaſſallis, argumento eorum quæ Bart.
in L.3.§.plane, ff. quod vi aut clam. Neviſan conſ.
21. à n. 66. inter conſil. Ruin. optimè Petr. Barb. in
L.2.p.2.n.46.& 47.ff.ſolut.Matr.Caſtill.de tert.c.17.
n.20.ve.procedũt autem,& ver.inquit etiam Ubi:Quod
hæc ita præjudicialis alienatio poteſt per ſucceſſorem
revocari:maxime ſi ſubditi alienentur in alium Regẽ,
& fuerint à Regno diſmembrati: vel ſi notabile oppi-
dum, vel Civitas inſignis etiam ſubdito donetur;
quia quamvis eo caſu vaſſalli donati adhuc rema-
neant ſub poteſtate Principis ſuprema, ex his, quæ
Barboſ. in L. competit. n. 104.& ſeqq.C. de præſcript.
triginta, Nihilominus nedum Regnum, ſed, & vaſ-
ſalli maxime læduntur per talem donationem. Et ſic
28 poteſt donatio, vel ab ipſo Rege, vel à ſucceſſiore re-
vocari: ut in ſpecie tradit Solorzan. de jure Indiar.
tom.2.lib.2. c. 30. n. 83.

An autem vaſſalli, quorum Regia juriſdictio alie-
29 natur, valeant pretio oblato ſe redimere, ne veniant
in poteſtatem emptoris: Ardua quidem quæſtio eſt.
Sed pro ejus reſolutione reaſſumendo DD. opiniones
placet diſtinguere inter venditionem vaſſallorum do-
manialium factam à Rege, & inter venditionem vaſ-
ſallorum factam à Barone, vel Domino terrarum.
Itaut primo caſu ſemper retractus Populi admittatur:
Secundo vero non. Probatur prima diſtinctionis pars,
argum.text.in L.2.in fin. ff. ſi libertus ingenuus eſſe di-
catur, L. ſi quis §.fin.C.de patrib. qui filios ſuos diſ-
traxerunt, & ex text. in L. 1. ubi gloſſ. verb. retinet,
C. de bon. libert. gloſſ. in §. dominus Inſt. de noxalib.
Quibus probatur retractum concedi favore libertatis
ei, qui alienatus eſt. Propter quæ hanc noſtram ſen-
tentiam tanquam veriorem tuentur Covarr. in cap.
quamvis pactum 2. part.§.2.n. Joann. Faber. in d. §.
Dominus, quem ſequuntur Montalv. in L. 2. tit. 24.
partit. 4. Vincent de Franch. deciſ. 17. n. 2. Bobad.
in ſua Polit. lib.2. c.16. n. 12.littera F.Roder. Suar.
alleg.9.n.6.Pont.de poteſt. Pro Reg.tit.de diverſ.pro-
viſ. §.domania terrarum n.14.Caſtill. de tert. c. 17.
nu. 21. verſ. ego ſane, Larrea allegat. 45. num. 5. &
ſeqq.& plures citati à Maſtrill.de Magiſtr. lib.3.c.10.
n. 35.

30 Quod ex ea ratione procedit, quia vaſſalli Domi-
norum quodammodo vocantur ſervi, & ſunt jugo
ſervitutis addicti Bald. in c. qua in Eccleſiarum n. 1.
de conſtit. Cravet. conſ. 6. n. 210. ſunt enim Domini
ſubditis infeſti, ſicut Clericis laici Boer. tract. de cuſ-
tod clavium n. 30. & propter continuas, quas pati-
untur, vexationes, intereſt vaſſallorum à Rege ma-
gis, quam ab alio gubernari Bobad. d.c.10.n. 12. Et
ideo vaſſallum eſſe Regis, quam privati, magis om-
nes deſiderant, Solorz. de jure Indiar. 2. tom. lib.c.
30. n.85.quia qui ſublimioribus ſubditi ſunt, hono-
ratiores reputantur Roman. conſ. 460. n. 5. Lucas de
Pæna in L.unica col.2.& 3. C. de Capit.civium conſ.
eximend. lib. 11. Roder. Suar.d.alleg.9. n. 6. Mench.
lib. 1. illuſt. in præfat. ex n. 26.& c. 3.in fin. Bobad.
d. c.16.n. 12. Valenz. conſ. 59. n. 14.& ſeqq.Et per
ſe patet quanto pejoris conditionis ſit eſſe vaſſallum 31
privati Baronis, quam ſupremi Regis; illud enim mi-
ſera ſervitus eſt, hoc autem ſumma eſt libertas Conc.
l.3.var.c.3.n.361. poſt alios Callixt.Ramirez de leg.
Regia §. 32. n. 14. dicendente Claud.

Nunquam libertas gratior
Ulla eſt ſub Rege pio.

Maxime cum Reipublicæ interſit dominium Regum
non mutari, Suar. dict. allegat. 9. n. 9. Vincent. de
Franch. deciſ. 17. n. 2. Larrea alleg. 45. n. 8. Unde
cum vaſſalli inviti non poſſint à Rege alienari, ut di-
ximus ſupra n.17. conveniens viſum fuit; ut ſi cum
territorio, & juriſdictione ob cauſam publicæ neceſ-
ſitatis alienentur ſe ipſos oblato pretio redimere poſ-
ſint: In quo maxima Regis, & Coronæ verſatur uti-
litas; intereſt namque Reipublicæ plures habere va-
ſſallos, juriſdictioneſque conſervare; ne minuantur ju-
ra Regni, quæ potius conſervare, quam minuere
Rex debet, & tenetur Petr. Gregor. de Repub. c. 20.
n. 61. verſ. haud ratio, Peregr. de jure fiſc. lib. 1. tit. 2. 32
n. 74. Auguſt. Barboſ. in c. Abbate ſanè de re judic.
lib.6.Cyriac.controv.402.n.14.Cumque pretio obla-
to publicæ neceſſitati æque conſulatur, cedit retrac-
tus, non tam in utilitatem vaſſallorum, quam ipſius
Regis, & Regni. Ideoque admittendus eſt, licet
privato emptori quale præjudicium inferatur. Siqui-
dem utilitas publica privatæ anteponenda eſt ut di-
ximus ſupra. Proindeque huic ſententiæ adhærere
libet, non obſtantibus in contrarium adductis à Lar-
rea alleg. 45.quibus ipſe ſatisfacit à n. 16. cum ſeqq.

In ſecunda diſtinctionis parte placet ſubdito, & 33
vaſſallos Baronis, vel alterius Domini terrarum poſſe
invitos alienari, & prætendere non valere dominium
ſeu retractum, ſi in æqualem Dominum transferantur:
ex his, quæ plena manu ſcribit Maſtrill. de Magiſt.
lib.3.c.10.n.38.& 57.cum ſeqq.ubi n.69.ſatisfacit de-
ciſion. 36. Joſeph. de Seſſe: qui contrarium voluit.
Vincent.de Franch. deciſ.17.n.7.verſ.ſed ad hoc, &
verſ. nulla enim lege cavetur.Pont.de poteſt.Pro Reg.
§. 1. n. 9. & ſeqq.

Declara ſupra traditas reſolutiones quibus egimus 34
de alienatione vaſſallorum domanialium facta à Re-
ge, & limitationes ſupra poſitas, ut nullo modo do-
maniales vaſſalli inviti alienari valeant eo caſu, quo
eis privilegium ſit conceſſum, ut dominio inferioris
ſubjici nequeant: tunc enim ob generalem promiſ-
ſionem neque ſeparatim, neque cum territorio à Rege
poterunt alienari. Ex regul. text. in L. Julianus, ff.
de legat.3. c. ſolitæ de majorit. & obedient. ita Bald.
conſ.49.n.3.Aym.conſ.241.col.12.verſ. quarto, & ul-
timo.Cum enim vaſſalli pro ſe habeant prohibitionem
juris communis, ut inviti non poſſint alienari, & acce-
ſſerit hominis prohibitio, ut hæc aliquid novi ope-
retur dicendum eſt alienationem non valere, etiam
in caſibus limitationum, aliàs permiſſis arg. text. in
Auth.de alienat.& emphit. §. Sanctiſſimas collat. 9.
& ſcribunt in ſpecie Jaſon.in L. filius familias §.Di-
vin. 4. ff. de legat. 1. Menoch. conſ. 264. nu. 4. & à
n. 15. Suar. allegat. 9. n. 7. Petr. Barb. in L. 2. nu.
46. ff. ſolut. Matrim.

Caput V.

De Regis inſignibus.

SUMMARIUM.

1 *Regis inſignia ſunt de ſupremis juribus Regalibus.*
Conſiſtunt in Corona, Sceptro, Solio, Enſe, & Purpura. Ibid.
2 *Rex ſine Corona non debet ſe Regem nominare.*
3 *Corona non tribuit Regnum; eſt tamen ſignum honoris, & Imperialis dignitatis.*
Semper data fuit in ſignum imperij. Ibid.
4 *Apud veteres Coronæ fuerunt inventæ in ſignum gloriæ, & honoris.*
Romani variis uſi fuerunt Coronis inventis in præmium rerum bene geſtarum: quæ hic recenſentur. Ibid.
5 *Illæ Coronæ Romanorum non continebant honorem, ſed erant oneris inſignia.*
6 *Per Coronationem, & Coronam, conſequitur Rex plenitudinem poteſtatis.*
Corona Regis eſt præcipuum ornamentum, conficiturque ex auro, gemmis, & lapidibus pretioſis cum radiis. Ibid.
7 *Per ſceptrum ſignificatur juſtitia, quæ in Rege præpollere debet.*
Hoc inſigne antiquitus deſignatum eſt Regi in haſtis pro diademate. Ibid.
In ſceptro, ſeu haſta veteres ſignificabant diſciplinam Dei, qua Reges in imperando uti debent: & in ſceptro deſignatur Majeſtas.
9 *Pietas, & clementia juſtitiam comitari debent.*
10 *Lidiæ Reges loco ſceptri ſecurim habebant: Romanis lituus erat cuſpide incurva: & quid ſignificaret.*
11 *Solium quod græce dicitur Thronum eſt Regis inſigne.*
12 *Enſis, ſeu gladius, qui portatur ante Regem eſt de Regalibus: & quid ſignificet.*
13 *Purpura veſtis eſt inſigne Regis, & per eam ſignificatur reverentia, quæ Regi debetur.*
Hæc veſtis purpura non eſt in uſu, & in locum ejus ſucceſſit quædam veſtis auguſta, qua nullus, niſi Imperator, aut Rex uti poteſt.
14 *Rex non poteſt prædicta inſignia in alium transferre: ut n. 15.*
16 *Quamvis Regni gentes habitent in diverſis Provinciis; tamen unus eſt populus, cujus intereſt, ne dividatur.*
17 *Rex ſine conſenſu populi non poteſt deſtruere Coronam, neque diſmembrare partem Regni; ſed interveniente populi conſenſu valet.*
18 *Rex non poteſt alii communicare arma, & inſignia Regni.*

1 INſignia Regalia eſſe de juribus Regalibus ſupremis
tradit ex aliis Camill. Borrel. *de præſt. Reg. Cathol.*
c. 5. n. 8. Sunt autem Regis inſignia Corona, Sceptrum, & Solium, Enſis, ſeu Gladius, & Purpura, ut ex
Polidoro de *inventorib. rerum l. 2. c. 3.* tradit Caſſan. *in
Catal. gloriæ Mundi 1. p. concluſ. 1. & 2. & p. 5. conſiderat. 22. & 23. & 2. p. concluſ. 2. verſ. populea* De
quibus ſingulis agendum eſt. Et quo Rex ſine Corona, ſeu Diademate non debet ſe Regem nominare
2 docet Lucas de Pæna *in L. unica C. de reis poſtulat.
lib.* 10. Caſſan. *d. 5. p. conſiderat* 22. ſequitur Marta
de jurisdict. 2. c. 53. n. 7. & 9. Horat Montan. *de Regalit in præl. n. 17. pag.* 18. Qui prædicta inſignia data
cenſet ad incutiendum terrorem rudibus hominibus,
qui nil percipiunt, niſi ex ſenſu corporeo, In quo illi
non aſſentior, quia Corona data fuit pro gloria, ſeu
victoriæ gloria, *L. 1. C. de athletis l.* 10. Quamvis
enim Corona non tribuat Regnum, eſt tamen ſignum
honoris & Imperialis præeminentiæ Dignitatis: ut di- 3
xit Caſſan. *d. 5. p. conſiderat. 22.* Beſold. *in theſ. pract. littera A. vocab. 16.* Theodor. Hoeping. *de jure inſignium
c. 6. p. 2. §. to.* 335. Pier. Valet. *in Hieroglyph. l. 41. littera B. fol. mihi* 437. Quod quidem inſigne conſiſtens
in Corona in ſignum Imperij ſemper datum fuiſſe probatur ex text. *in c. venerabilem de elect.* L. *bene à Zenone, C. de quadriennij præſcrit.* Et jam olim collatum
fuit Regibus Iſraël: ut legitur in ſacra pagina 2. *Samuel. c. 12. verſ. 30. & Paralipom. lib. 1. c. 20. verſ. 2. lib.
2. Reg. c. 11. verſ. 12.* Bald. *de coronat. in princ.*

Apud veteres Coronas fuiſſe inventas in ſignum 4
gloriæ, & honoris; & quod Moyſes coronas aureas
feciſſet, tradit Joſeph. *de antiquit. lib. 3. & 8.* & Reges
Ægypti coronis uſos fuiſſe dixit Caſſan. *d. concluſ. 2.
verſ. ſed prius.* Romani variis uſi fuere coronis inventis in præmium rerum bene geſtarum: ſcilicet Corona
Triumphalis, qua donabantur Imperatores in triumphis, triumphantique dabatur Caſſan. *d. concluſ.* 2.
Buleng. *de triumph. c.* 17. Cicero *in Piſone*, cujus
verba ſunt: *Mitto aurum coronarium, quod lex decerni, & accipi vetat, niſi decreto triumpho,* Et in Oratione contra Ruſum ibi. *Aurum coronarium dabitur
pro Conſulibus, & Imperatoribus ex provincia decedentibus ad decorandum triumphum.* Valer. Max. *lib.
3. c. 2. exempl. 24.* Amay. *in L. unica C. de auro coronario lib.* 10. *n.* 3. Muralis etiam erat corona, Caſtrenſis, Navalis, Oleagina, Ovalis, Obſidionalis, Civica, & populea, de quibus Caſſan. *d. 1. p. concluſ. 2.* &
D. Didac. de Saavedra Fajardo *emprez. 23.* remiſſive
Theodor. *d. c. 2. n. 756.* Quæ quidem coronæ non con- 5
tinebant honorem ſed erant honoris inſignia: ut dixit
Seneca *lib. 1. de benefic. Imperator.* inquit *aliquando
torquibus, murali, & Civica donat. Quid habet per ſe
Corona pretioſum? Quid prætexta? Quid faces? Quid
tribunal, & currus? Nihil horum honor eſt, ſed honoris inſigne?* Atque ita Corona Regis eſt illius inſigne
quippe per coronationem, & Coronam Rex conſequitur plenitudinem poteſtatis ut ait Lucas de Pæna *L.
1. ſub. n. 4. verſ. item quia ſicut, C. de auro coronario lib.*
10. quem ſequitur Rodulphin. *de abſol. Principis po- 6
teſt. c. 2. n. 4.* deſignatque Principatum Camill. Borell.
de præſt. Reg. Cathol. c. 77. n. 20. Et eſt Regis præcipuum ornamentum; conficiturque, ex auro, gemmis, & lapidibus pretioſis cum radiis: de quibus, &
quot eſſe debeant, & de forma Coronæ videndi ſunt
Pier. Valet. *in Hieroglyph. lib. 41. de Corona litter. B.
verſ. quæ vero corona fol.* 437. Theodor. Hoeping, *de
jure inſig. c. 2. n. 788. & ſeqq.* Ubi latius de variis coronarum generibus, & differentiis doctè quidem, &
curioſe agit.

Sceptrum etiam eſt de Regiis inſignibus, per quod 7
ſignificatur juſtitia, quæ in Rege præpollere debet
c. Conſtantinus 96. diſt. ibi: *Conferentes ei etiam Imperialia ſceptra c. Regum 23. q. 5.* Anton. Corſet *de poteſt. Reg. q.* 31. Caſſan. *in Catal. glor. Mund. p. 5. conſid.* 23. Quod inſigne antiquis temporibus Regi deſignatum eſt in haſtis pro diademate, quas Græci ſceptra dixere; eaſque ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres coluiſſe ſcribunt Juſtin. 43. Cælius
Rhodig. *lib. 21. c. 6.* Petr. Greg. *l. 6. de Repub. c. 20. nu.
20. & c. u. 3.* alios citat Theod. Hoeping. *de jure inſig.
c. 2. n. 8. 15.* Quo ſceptro, ſeu haſta ſignificare vete- 8
res volebant diſciplinam Dei; qua Reges in imperando uti debent, ſceptro ineſſe. Qua de cauſa per Regium ſceptrum Majeſtas, ſive regnandi poteſtas deſignatur per Alexand. ab Alex. *dier. genial. l. 1. c. 28.
pag. mihi. 48. à tergo*, Petr. Greg. *d. c. 20. n.* 20. Barbac. *conſ. 34. vol. 4.* Theodor. *d. c. 2. n.* 818. Et quia
pietas,

pietas,& clementia juſtitiam comitari debent, plures
Reges antiqui ciconiæ imaginem in ſummitate ſcep-
tri depingebant,& in imo hippopotamum, ut cognoſ-
9 ceretur Regem juſtitiæ obſequi oportere,atq;ferita-
tem, & indomitas libidines, ne ira deſæviat , emolli-
re. Quod ex eo innuere voluerunt amplexandam ,
colendam , ſuſcipiendamque eſſe pietatem , gra-
tumq; animum ingrato præſerendam. Eſt enim hip-
popotamus impietatis hieroglyphicum : ciconia vero
pietatis , ut docuit Pier. Valerian. *l.* 17. *pagin.* 170.
verb. impietati prælata pietas. Unde Alex. ab Alex.
*d.c.*18.ita ſcribit, *De Regali autem ſceptro illud me-
moria proditum eſt externorum Regum ſceptra in ſum-
mo ciconiam, in imo hippopotamum habere effictum,
Quo argumento Regem juſtitiæ obſequi oportere, atque
feritatem, & indomitas libidines , ne ira deſæviat,
emollire, ſignificabant. Quod ciconia ſummæ pietatis
hippopotamus violentiſſimum animal foret. Lidia verò
Reges ſceptri loco ſecurim habuiſſe feruntur, ſicut La-
bradeus Jupiter in Caria pro ſceptro, & fulmine ſecu-
rim ferebat, Romanis vero Regibus lituus cuſpide in-
10 curva, qui etiam virga auguralis erat, ſceptri loco eſt
habitus. Significans ſeveritatem inſontes bene mode-
ranti neceſſariam , lituo vero conſilium, opemque in
rebus arduis à Diis imprimis poſtulandum.* Quo circa
videndi ſunt poſt Suidam Garc. *de expenſ.c.*4.*n.*53.&
54. Caſſan. *in d. Catal. glor. Mund. p.* 1. *conſider.*
38.*concluſ.* 83. & 84. Pier. Valer. *l.* 29. *de fluviali
equo tit.pietas impietati præferenda.*& plures alij lau-
dati à Theod. Hoeping. *d. c.* 2. *n.* 819. quibus addo
Petr. Jacob. Maſen. *in ſpeculo imag. verit, occulta l.*
3. *c.* 2. §. 1. & 2. ubi docet: Quod Babylonij tanto
ſtudio ſceptra ſunt proſecuti, ut ſine his prodire nefas
ducerent ; tanquam Regni in ſceptro fortunam cir-
cum ferrent, Et plura tradit de ſceptro; & alia comu-
lat Theodor *d. c.* 2. *n.* 819. & *ſeqq.*

Solium autem , quod Græce dicitur thronum ex
11 Alberic. *indiction. verb. ſolium* eſt etiam Regis inſi-
gne Mart. *de juriſ.* 2.*p.c.* 53.*n.*7.Et in Regibos Iſra-
el probatur *l.* 1. *Reg. c.* 1. *verſ.* 35. & *l.* 2.*c.*11. *verſ.*
13. & Paralip. *l.* 1. *c.* 23. *verſ.* 20. & Balb. *de coro-
nat pag.* 6. Caſſan.*in Catal. glor. Mund.* 1. *p. concluſ.*
2. Lipſius *in notis ad Tacit. pag.* 256.Petr. Greg.*de
Repub. l.* 6. *c.* 6. *n.* 9. Theod. Hoeping.*d.c.*2.*n.*831.

Enſis etiam , ſeu Gladius, qui ante Regem apud
nos, & tota Hiſpania in actibus excellentioribus por-
tari ſolet , Regius eſt , & Regale inſigne Petr.Gre-
12 gor. *de Repub.lib.* 6. *c.* 20. *n.* 42.Significatque juſti-
tiam, punitionemque ſcelerum, & terror ſontibus in-
cutiatur, inſonteſq; ſub protectionis clypeo tutos vi-
vere non fugiat. Unde Gladium inſigne Regale eſſe
traduot Alver. *de jure.* & *poteſt. Roman. Pont. cap.*
54.*n.* 13. Caſtald. *de Imper. q.* 71. *n.* 3. plures alios
citat. Theodor. Hoeping. *n.* 827. & *tribus ſeq.* Alia-
que Regis inſignia, videlicet Annulus, quo deſigna-
tur fides, Armilla,per quam bona operatio, deſignan-
tur à Caſſan. *in p.* 1. *concluſ.* 2. *verb. populea.* Item,
& Purpurea veſtis, per quam ſignificatur reverentia.
13 Purpuram namq; adorandam probat text. *in L. pe-
nult.* ibi: *Adoranda noſtra Purpura , C. de Conſul. l.*
12.& L. 1. *in fin. C. de domeſt. eodem l.* 12.ibi. *Qui
contingere noſtram Purpuram digni ſunt æſtimati.*
Quam etiam ſacram vocat Paul. Jonvius *l.* 5. *hiſtor.
pag.* 152. Et etiam ſignificat ardentem amorem,quo
erga Deum, & ſubjectos flagrare debet Imperator, ut
ex aliis probat Theodor.Hoeping.*d.c.*2.*n.*844.Qui *n.*
845.ſubdit, quod hæc veſtis in uſu eſſe deſiit , & in
ejus locum ſucceſſit quædam Auguſta veſtis Regis ,
ſeu Imperatoris, qua nullus niſi Imperator, aut Rex
utitur. Et tunc maxime utitur, cum facit aliquem ac-
tum Regalem : ut videmus Regem noſtrum in actu
Coronationis , vel in actu Comitiorum generalium ,
uti prædicta veſte, quam appellamus Opa Roçagante.

Ex dictis bene conſtat prædicta inſignia Regis ſi- 14
gnificare ſupremam poteſtatem inviſibilem exiſten-
tem in Perſona Regis. Atque ita Rex non poteſt præ-
dicta inſignia in alium transferre , tanquam inſepara-
bilia ab ejus Perſona. Quod probatur ex eo, quia ſu-
prema illa poteſtas;quam Populus in Regem tranſtu-
lit ſubmittendo ſe Titio videlicet, & hæredibus ejus
lege regia , de qua *in L.* 1 *ff. de conſt. Princ.* ita fuit
tranſlata , ut alij communicari non valeret ; neque
alium Regem haberet, aut parem in Imperio. Prop-
tereaque Rex prædictam poteſtatem alienare , vel
communicare nequit reſiſtente dicta lege Regia , ut 15
per Bald. *in præl. feud. num.* 32. & 33. Roſental. *de
feud. c.* 5. *concluſ.* 10. *n.* 5. Horat Montan. *de Re-
gal. in præl.n.* 17.Idcirco etiam non poteſt Rex alie-
nare, vel communicare prædicta Regia inſigni indi-
cantia Regiam interiorem poteſtatem ; quia eſſet
conſtituere alium Regem : ut per Horat. Montan *d.
n.* 17. & *in* §. *præterea Ducatus.* Ultra quod ipſius
Regis intereſt, ne poteſtati ſuæ detrahatur , & etiam
Populi, ne pars aliqua illius dividatur. Quamvis enim
Populus , & gentes Regni habitent in diverſis Pro-
vinciis: tamen unus eſt Populus ; & ejus valde inte- 16
reſt,ne pars aliqua dividatur remanerent namque vaſ-
ſalli imbecilles , & ad onera Regni ſubeunda minus
apti : ut optime conſiderat Montan. *in d. prælud.
numer.* 17. Deinde Regnum fuit erectum à Populo,
& Rege , cui Populus ſe commiſit. Unde Rex ſine
Populo non poteſt deſtruere Coronam abſque Populi
conſenſu ex reg. text. *in L. nihil tam naturale ff. de
reg. jur.* Quod ſi Populus conſenſerit , dubium non
eſt poſſe Regem diſmembrare partem Regni. Cum
enim Rex , & Populus poſſint totam Coronam deſ-
truere; etiam valebunt diſmembrare partem arg.tex.
in L. quæ de tot a.ff.de rei vindic. ut proſequitur Mon-
tan. *d. n.* 17. & *in d.* §. *præterea Ducatus nu.* 57. Et 17
facit regula, *quod omnes de regul. juris. in* 6. ubi la-
tè Aug. Barboſ. *L. de unoquoque ff. de re judic.* Bald.
conſ. 324. *vol.* 1. Ex quibus paret Regem non poſſe
communicare inſignia illi competentia.

An autem propria Regni Arma , & inſignia poſ- 18
ſit Rex alteri communicare, & eum ſuæ propriæ do-
mui, & familiæ aggregare; qui neque jura agnatio-
nis, neque alio modo Arma Regni portare poteſt ?
Quæſtionis eſt. Quam eleganter diſputat ad partes
Caſſan.*in Catal.glor. Mund.* 1.*p.conſiderat.*44. Et poſt
longam diſputationem negativam ſententiam ample-
ctitur : quam fortius procedere ait in Rege Franciæ.
Ex eo quod inſignia illius regni à Deo fuerunt con-
ceſſa Clodoveo. Qua ratione idem dicendum in Rege
noſtro Portugaliæ: quia inſignia, & Arma quibus uti-
tur, à Chriſto Domino data fuerunt Alphonſo Primo
Portugalliæ Regi in Campo Antiquenſi.

Caput VI.

De Dignitatibus Regalibus.

SUMMARIUM.

1 *Dignitates conferre, & de novo erigere vel dicare ad ſolum Regem ſpectat quia de Regalibus majoribus, & inſeparalibus.*

2 *Dignitates minores proveniunt à Rege tanquam ipſarum fonte.*

3 *Dignitatum theſauri penes* Regem *dicuntur eſſe reconditi.*

4 *Dignitates Ducatus, Marchionatus, & ſimiles Rex ſolus creat.*

5 *Solo verbo Rex creat prædictas dignitates, quamvit*

vit olim in illis conferendis plures interveniſſent ſolemnitates.
6 Ex dignitatibus ſubditorum Regium decus augetur; & Regnum efficitur potentius.
7 Non debet Rex facile prædictas dignitates concedere. Et quibus concedendæ ſint. Dignitates Senatorum, & Magiſtratuum conferendæ ſunt benemeritis, non indignis. Et quos Rex eligere debeat.
9 Magna Regibus debet eſſe cura circa electionem Senatorum, & Magiſtratuum.
10 Nobiliores ſunt eligendi in Senatores, & Magiſtratus.
Plebi autem ab hujuſmodi muneribus ſunt repellendi: ut nu. 11. & 12. Quod in Regno legibus ſtatutum, ut n. 11.
12 Maculati ſanguine Hebræorum, vel Maurorum à prædictis dignitatibus ſunt relegandi.
Virtutes requiſitæ in bono judice nobilitati famulantur. Ibid.
14 Ignobilis niſi naturam accommodet virtuti, habet vitia, de quibus ibi.
15 Nobilitatis qualitas eſt prima, quæ requiritur in judice.
16 Inter Nobiles Nobiliores ſunt præferendi cæteris paribus.
Nobiles plebeis in omnem caſum ſunt præferendi. Ibid.
17 Dignitas ab officiali, non vero officialis propter dignitatem illuſtrari debet.
Dignitates, ſi conferantur indignis, vileſcunt, & decolorantur. Ibid. & n. 18.
19 Dignitates Regales ultra Magiſtratuum in triplici ſunt differentia. De illis vero agere intendit quæ conceduntur cum adminiſtratione; & loco.
20 Dignitates Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & ſimiles inter Regales connumerantur reſpectu conſtitutionis earum.
Conceſſionarius harum dignitatum non conſequitur Regalia, niſi expreſſe illi conceſſa fuerint. Ibid.
21 De origine dignitatis, & tituli Ducis, & n. 22. & 23. ac 24.
Roma dicitur caput mundi, & domicilium Orbis terrarum. Ibid.
23 Romanum Imperium ſuos habuit limites.
25 Ducatus dignitas à quo fuit inſtituta.
26 De differentia inter Duces noſtri temporis, & alias, qui ſuperiorem non recognoſcunt. Et ibi de Ducibus Sabaudiæ, Hetruriæ, & aliis, qui ſuperiorem non recognoſcunt.
27 De inſignibus Ducalibus, & quibus utantur Duces in Hiſpania, & Luſitania.
28 Duces, Marchiones, Comites, & alii titulati poſt Regem ſunt Nobiliores: & inter ſe ipſos præſtantiores ſunt antiquiores.
29 Duces præcedunt Marchionibus, & Comitibus.
30 Ordo litteræ demonſtrat præcedentiam.
31 Dignitate majori præditus præcedit, & inter æquales antiquior in dignitate, cæteris paribus ætate major.
Major dignitas præcedit, quamvis poſtremò inſtituatur, quam alia. Ibid.
32 De inſignibus Marchionis, & Comitis.
33 Diſcutitur An Ducibus competat titulus Excellentiæ, ſeu Excellentiſſimi? Reſolvitur, ut n. 40.
34 Titulus excellentiſſimi competit Regibus,
35 Majeſtas dicitur ſtatus major, & Ducum major dicitur poteſtas, quia major ſtatus.
Intellige, ut n. 36.
37 Conſuli tributus fuit titulus Excellentiſſimi.
38 Conſuetudo maxime eſt attendenda in materia præcedentiarum.
39 Duces dicuntur perſonæ illuſtres, & etiam ſpectabiles,
40 Duces, Marchiones, & Comites non habent titulum Excellentiæ in hoc Regno: quia tantum datur filiis Infantum, & Duci Brigantiæ.
Ubi eſt caſu legis amplius diſputare non licet. Ibid.
41 Agitur de Ducibus, qui uſque adhuc fuere in noſtra Luſitania, & n. 42.
§. ſecundus de Marchionibus.
43 Marchiones unde dicti.
44 Dignitas Marchionis minor eſt, quam Ducis: niſi Marchio fuerit, qui ſuperiorem non recognoſcit.
45 Agitur de quæſtione. An Marchio præferatur Comiti? Et verior eſt opinio præferendum, ut nu. ſeqq.
47 Marchio coram Rege ſedet in cœtu procerum cum ſella ante Comitem.
48 Dignitas Marchionis major eſt, quam dignitas Comitis, & ſic præcedit Comites tam in ſedendo, quam in aliis.
49 Marchiones non tantum ſunt ſpectabiles, ſed etiam Illuſtres.
50 Agitur de Marchionibus qui fuerunt in Regno & à quo tempore cœperint.
51 Unde Comites dicti ſint, & à quo inventa ſit hæc dignitas. Et quid ſit Comitatus.
52 Comitis dignitas fuit in Hiſpania prima.
Regno Caſtellæ, Portugalliæ, & Aragoniæ titulo Comitatus poſſeſſa fuerunt. Ibid.
53 Comites verè, & propriè ſunt qui de Comitatu fuerunt inveſtiti à Rege.
54 Ut quis dicatur propriè Comes, requiritur quod inveſtiatur cum territorio in Comitatu villarum, ſeu Caſtrorum.
Qui non habet Comitatum cum territorio propriè Comes non eſt, ſed abuſive, & impropriè. Ibid.
55 Comites improprii non veniunt appellatione Comitum.
Comitatus conſiſtit in aſſignatione feudi, vel oppidi Ibid.
56 Comes, ut proprie ſit, ſufficit, quod dignitas conferatur à Rege cum titulo Comitatus alicujus Oppidi, vel caſtri, quamvis antiquitus aliud obſervaretur.
57 Comites non tantum ſunt ſpectabiles, ſed, & Illuſtres, ſedent coram Rege, & præcedunt alios Nobiles præter Duces, & Marchiones.
58 In Luſitania Dignitas Comitis excellentior eſt, quam in aliis Hiſpaniæ Regnis, ſunt namque Magnates, id eſt, Grandes & ſtant coram Rege capite cooperto.
Stare coram Rege capite cooperto eſt magnæ dignitatis, & authoritatis. Ibid.
Princeps facit injuriam ſi cui habenti jus cooperiendi, vel ſedendi illud deneget. Ibid.
59 Quo tempore dignitas Comitis creari cœpit in hoc Regno.
60 Vice Comes, quis dicatur? Et hac dignitate gaudebant primogeniti Comitum.
61 Vice Comitis dignitas eſt Regalis minor, quam Comitis: major vero, quam Baronis.
62 In hoc Regno uſque ad tempus Regis Alphonſi Sexti unus tantum fuit Vice Comes Villanovæ de Cerveira: poſtea alii creati fuerunt. Sed Vice Comes Villanova Magnatis locum tenet, & Comitis prærogativas, ſedet coram Rege cum Comitibus, & præcedit eos, qui poſteriores ſunt in data, & ſtat coram Rege capite cooperto, non ſic alii Vice Comites.
63 De Barone & ejus origine.
64 Quis dicatur Baro & unde nomen traxit.
Barones fuerunt filii Regum. Ibid.
Notatur Theodorus Hoepingi, qui ex Cauponaria Baronis titulum ortum fuiſſe dicit. Ibid.
65 In hoc Regno, & Principatu Cataloniæ Galliæ, & Si-

& Sicilia, & Statu Mediolani Baro dicitur, qui habet Caſtra à Rege cum jurisdictione in titulum Baroniæ.

66 *In hoc Regno datur differentia inter Barones, & Dominos vaſſallorum, quia in eo adeſt Baro de Alvito, cui illud oppidum fuit conceſſum in titulum Baroniæ: & ſic alij Domini terrarum non poſſunt dici Barones.*

67 *Diſcutitur, An Baronia ſit dignitas Regalis? Et reſolvitur affirmative n.* 68.

68 *Dignitas Baronum proxima eſt poſt Comites, licet illis inferior.*

Barones præferuntur aliis Nobilibus, qui non ſunt Comites. ibid.

69 *Baro neque ſedet coram Rege, nec ſtat capite cooperto.*

70 *Dignitatem majorem adeptus, minorem non amittit.*

Si in una perſona concurrunt plures dignitates, titulus attenditur major. Ibid.

71 *Rex poteſt in eadem perſona cumulare plures titulos dignitatum, & minorem in majorem erigere.*

Dignitas ſuperveniens attendi debet, & addita alia dignitate, eam auget. Ibid.

1 IN comperto eſt, quod ad ſolum Regem ſpectat
dignitates conferre, & de novo erigere, vel
creare, ad text. *in L.* 1. *ubi DD. de Metropolit. Beryto lib.* 11. *L.* 1. *de offic. Quæſt.* Suar. *in L. quoniam in prioribus in declarat. leg. Regni limit.* 20. *n.* 4. *Cod. de inoffic. teſtam.* Sigiſm. Loſred. *conſ.* 39. *n.* 1. Cyriac. *controv.* 203. *nu.* 4. Maſtril. *de Magiſtr. l.* 4. *c.* 2. *n.* 10. 15. *&* 18. Valenz. *conſ.* 82. *n.* 22. Camill. Borell. *de præſtant. Regis Cathol. c.* 40. *n.* 94. Machado *de perfecto confeſſore l.* 6. *p.* 1. *tract.* 1. *n.* 3. Et hoc Regale eſt de majoribus, quæ à Regis perſona ſeparari nequeunt Borcolthl *in tract. de feud. c.* 4. *n.* 12. Roſental. *d. c.* 5. *concluſ.* 2. *n.* 3. Sixtin. *de Regalib.* 1. *c.* 2. *n.* 23. Proveniunt enim dignitates inferiores à Re-
2 ge tanquam ipſarum fonte, & origine Platea *in L.* 1. *in fine C. de ſilentiar lib.* 12. Petr. Gregor. *l.* 6. *de Repub. c.* 125. Vargas *de nobilitate diſcurſu.* 7. *n.* 7. poſt alios Valenz. *conſ.* 82. *n.* 22. Sixtin. *de Regalib. l.* 1. *c.* 4. *n.* 3. Giurba *de ſucceſſ. feud.* §. 1. *gloſſ.* 3. *n.* 1. Menoch. *conſ.* 30. *n.* 7. Maſtril. *de Magiſtr. d. l.* 4. *c.* 2. *n.* 2. 10. *&* 15. Arniſæus *de jure Majeſtat. l.* 1. *c.* 4. *n.* 1. *verſ. accedit, & l.* 2. *c.* 3. *n.* 17. Alphonſ. Modiſius *dubit. juris* §. *Principum placita dubit.* 18. *n.* 2. *&* §. *lex eſt dubit.* 77. *n.* 4. Alphonſ. de Narbona *in L.* 11. *gloſſ.* 3. *n.* 3. *l.* 7. *t.* 5. *novæ Recopilat.* Quia penes Regem dicuntur eſſe dignitatem theſauri reconditi Sixtin. *de Regalib. l.* 1. *c.* 4. *n.* 5. Bald. *in c.* 1. *verſ. à Princip. notab.* 1. *tit. quis dicatur Dux*, Vincent. de Anna *allegat.* 57. *n.* 2. *& allegat.* 130. *n.* 3. Valenz. *conſ.* 82. *n.* 24. Anton. Sola *ad Decret.*
3 *Sabaudiæ in proœmio gloſſ.* 2. *n.* 4. Vincent. de Franch. *deciſ.* 62. *n.* 5. Giurb. *de feud.* §. 2. *gloſſ.* 13. *n.* 6. Proindeque dignitates Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & ſimiles Rex ſolus creat. Iſern. *in c.* 1. *n.* 22. *de Capitaneo, qui curiam vendidit*, Ponte *conſ.* 7. *n.* 2. *&* 3. *& de poteſt. Pro-Reg. t. de aſſenſu Regis n.* 131. Fab. de Anna *conſ.* 56. *n.* 18. Giurb. *de ſucceſſ. feudor. gloſſ.* 3. *n.* 4. Et quidem ſolo verbo quia nominatio Regis
4 ſola ſofficit, ut quis in dignitate Ducatus, vel Marchionatus conſtituatur: ut poſt Bart. Angel & alios ſcribunt Peregr. *conſ.* 3. *n.* 24. *& conſ.* 34. *n.* 13. *l.* 2. Ponte *conſ.* 1. *n.* 67. *l.* 1. Cancer. *l.* 3. *c.* 3. *n.* 9. Giurb. *d. gloſſ.* 3. *n.* 8. Molin. *l.* 1. *c.* 11. *n.* 22. Quamvis olim
5 in conferendis dignitatibus his plures intervenirent ſolemnitates de quibus Roſental. *de feud. c.* 6. *concluſ.* 2. *&* 3. Bobad. *in ſua Politic. l.* 2. *cap.* 16. *num.* 27. *ad fin.* remiſſivè. Giurb. *d.* §. 1. *gloſſ.* 3. *num.* 8. Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 13. *numer.* 1. Et conſtat ex Chronica Regis Alphonſi II. c. 64.

Sed cum in his dignitatibus conferendis excellentiora conſiſtant præmia, quamvis Regium decus
augeri ſoleat ſubditorum dignitatibus; & ex eis Re- 6
gnum efficiatur potentius, auguſtius, & formidabilius: ut dixit Bald. *in c. intellecto col. num. fin. de jurejur* Caſſan. *in Catal. glor. Mund. p.* 5. *conſid.* 19. Camill. Borel. *de præſt. Reg. Cathol. c.* 80. *n.* 2. Et facit text. *in Auth. conſtitutio quæ de dignit.* §. *generaliter autem collat.* 6. Rex nobiles benemeritos dignitatum titulis condecorare debeat, ut alij ſpe præmij alliciantur ad ſtrenua facinora peraganda in Regis, & Regni decus, & ornamentum: tamen has dignitates non debet Rex facile concedere; cum id, quod raro
donatur, pluris æſtimetur; & quod facile concedi- 7
tur, contemnatur & vileſcat, ut monuit Cabed. 2. *deciſ.* 105. *n.* 2. Et advertit D. Didac. de Saavedra Fajardo *emprez.* 23. *p. mihi.* 143. exempla proponens in Coronis Muralibus, Civicis, & Navalibus, quas Romani inſtituerunt in virtutis præmium, & honoris inſignis Senec. *de benefic. l.* 1. Ac proinde harum dignitatum tituli ſolum concedi debent his, qui valde benemeriti ſe exhibuerũt in Regis, & Regni ſervitio; ita ut quaſi Reipublicæ creditoribus jam non ſit Princeps ſolvendo, niſi illis ſimiles conferantur dignitates.
Similiter dignitates Senatorum, & Magiſtratuum 8
conferendæ ſunt benemeritis, non indignis. Nam bonus Princeps bonis quoque conſiliis, Conſiliariis, ac Magiſtratibus eget; & eos ſumma cura, & ſolicitudine eligere debet. Electio namque Senatorum, Magiſtratuum & Gubernatorum bona in ipſius Principis honorem cedit, dicente Caſſiodoro *lib.* 4. *epiſt.* 3. *Ad ornamentum Palatij noſtri credimus pertinere aptas dignitatibus perſonas eligere, quia de claritate ſervientium creſcit fama Dominorum. Tales enim provehere Principem decet, ut quoties Procerem ſuum fuerit dignatur aſpicere, toties ſe cognoſcat recte judicia habuiſſe.* Et inſuper idem Caſſiod. *lib.* 3. *epiſt.* 25. ibi: *Neceſſarium probatur eſſe Reipublica perſonas dignitatibus aptas eligere, ut cui juſtitia committitur, maxima ſcientia decoretur, & bonis moribus ornetur alioquin inefficax eſt ab homine exigere, quod agnoſcitur non habere; & confidenter petitur, quod ineſſe ſentitur.*
Propterea q; multi ſunt in commendanda Regibus, 9
ac Principibus cura circa Senatorum, Conſiliariorum & Magiſtratuum electionem. Et noviſſimè elegans edidit emblema Doctiſſimus Joannes de Solorz. *emblem.* 52. ubi ſumma cum diligentia plures cumulavit. Unde in electione ad prædictas dignitates Nobiliores ſunt eligendi Molin. *lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 66. Gama *deciſ.* 1.
d. 19. Cabed. 1. *p. deciſ.* 2. *n.* 1. Valenz. *conſ.* 34. *n.* 206. 10
Herm. *in prol. gl.* 2. *n.* 1. Intereſt namque Reipublicæ à Nobilibus gubernari Regulariter enim in gerendis Magiſtratibus naturalis virtutis ſpecimen oſtendunt: & ut dixit Quintil. *lib.* 5. *c.* 10. *Similes parentibus, ac majoribus ſuis filij creduntur, & plerumque ad honeſte, turpiterque vivendum inde cauſa fluunt.* Et Horat. *lib.* 4. *ode* 1.

Fortes creantur fortibus, & bonis,
Eſt in juvencis, & in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Et inquit Halicarn. *lib.* 2. *Tunc Athenienſium Reſpublica florebat, quando Patricios penes quos fuit Civitatis regimen, ex illuſtribus familiis deligebant.* Quare Rex Solon Magiſtratus omnes ex Nobilibus, & locupletibus conſtituit; & Romulus ita ſuam Rempublicam conſtituiſſe dicit Halicarn. *lib.* 2. *antiq. Roman.* ut Nobiles ab ignobilibus ſecerneret, eoſque ſacra perficere, Magiſtratus gerere, jus dicere, ac ſecum quoque publica adminiſtrare, plebeios autem ab hujuſmodi muneribus ſolutos eſſe juberet. Et Sanct. Thom.

Thom. *lib.4. de regim. Princ.* inquit: *Ad rectam Rei-*
11 *publica gubernationem Nobiles aſſumendos eſſe, nam de vili loco aſſumpti ad Principatum pluries Politicam lædunt.* Ideoque loquitur in Deuteronomio præceptum de eligendis Nobilibus, ibi: *Eligite ex vobis viros ſapientes, & Nobiles, ut ſint Tribuni.* Et in lib. Machab.1. *c.*3. ſcriptum eſt Antiochum Regem ſuis negotiis præfeciſſe Lyſiam hominem Nobilem, & ex genere Regio. Et ait Soto *de juſt. & jure lib. 3. q. 6. art.4. concluſ.6. in fin.* In Magiſtratibus creandis generis nobilitatem æſtimandam eſſe quia ſplendorem, & authoritatis pondus ſecum affert. Quæ & alia plurima videnda ſunt apud Tyraq. *de nobilit. c.20. n.5. & ſeqq.* Otalora *eodem tract.c.4.p.2.* Bobad. *in ſua Polit.lib.1.c.4.n.18.& ſeqq.* Maſtr. *de Magiſtr. lib.2.c.8. n.26. & ſeqq.* Larrea *deciſ.41. à n. 5.* Ideoque Reges noſtri Invictiſſimi prohibuerunt, ne ad examen, quod fieri ſolet in Palatino Senatu, virorum litteratorum, ut ex eis eligantur Magiſtratus, plebei poſſent admitti: ut refert Gabriel Pereira de Caſtr. inter reſolut. quas cumulavit ante 1.*p. de mann Regna reſolut.* 77. Quæ reſolutio juri communi eſt conformis, ſecundum quod plebei honoribus Decurionum fungi prohiben-
12 tur *L.bonor.§.de honoribus verſ.origo natalium, ff.de muner.& honor.& in ſpecie text.in L.honores §.is, qui ff.de Decurionib. Auth.de referend.§.fin.coll.2. L.providendum,* ibi: *Nobiliſſimos C. de poſtulando,* optimè Maſtrill.*d.c.8.n.2.* Azeved.*in rubr.ad lib.6. tit.2.Recopilat.n.23.* Decian. *reſponſ.18.n.23. lib.1.*Gutierr. *conſ. 31. n. 6.*

13 Similiter, ita ut ignobiles, & plebei à Magiſtratus dignitate ſunt arcendi, ita etiam, & à fortiori à tali dignitate relegandi ſunt Hebræorum, vel Maurorum ſanguine maculati: ut decretum fuit per Regis Epiſtolam exaratam *die 24. Maij anno* 1605. Et probat Bobad.*in ſua Polit.lib.3.c.8.n.9.* Vere autem prudentia, induſtria, affabilitas, magnanimitas, magnificentia, docilitas, & omnes denique virtutes in bono, & juſto Judice requiſitæ Nobilitati famulantur, ut ex Roder.Zamor.*in ſuo ſpeculo vitæ humanæ,* tradit Caſſan.*in Catal.glor.Mund.p.8.conſid.32.*Bobad.*in Polit. lib.1.c.4.n.14.*Selva *de benefic.p.3.q.7.*Maſtr.*d.lib.2. c.8. n.22.* Et ait Bobad. ubi ſupra. Quod Judex Nobilis temperat juris rigorem, eſt humanus, placabilis, libenter audit, omnibuſque ſe humaniſſimum præbet. Et vere, ut ait Ariſtot. *Ex melioribus meliores pro-*
14 *creari probabile eſt: & lib.1.c.4.* Ut ex homine hominem, & belluis belluam, ſic ex bonis bonus generari putatur. At è converſo Judex ignobilis ſi litteris, ac virtuti naturam non accommodat, eſt gravis, ſeverus, ſermone inconditus, inhumanus, Nobileſque opprimere curat; ut uterque ſtatus æqualis fiat. Unde dixit Gabriel Alver.de Valaſc. *de judic.perfect.rubr.4. annot. unica n. 9.* Quod ad Reipublicæ munia non debet vocari, neque venire vilis aut ignobilis. Prima namque Nobilitatis in Judice requiritur qualitas ut
15 probatur *in L.18.tit.9. partit.2.* Joann. de Segura de Avalos *in direct. Judic. Eccleſ.1.p.c.2.n.1. cum ſeqq.* Scaccia *de re judic. c.1. gloſſ 4. q.1. n.54.& 60. verſ. quia,* Eſcobar. *de purit. ſanguin. p.1.q.3.§.2.n.16. & ſeqq.*Simanc.*de Repub.lib.5.c.3.& de Cathol.inſtit.tit. 47.de pœnit.n.89.*Marques *de Gubern.Chriſti lib.1.c. 2.§.4.per totum.* Atque ita etiam inter Nobiles Nobiliores ſunt præferendi cæteris paribus Cæpol.*in tract. de Imperat.milit. delig. in c.incipit Nobilitatis n.23.*
16 *& ſeq.* Franc.Vivius *deciſ.455.n.2.*Camill.Borell.*de præſt.Reg.Cath.c.4.n.2.*Maſtrill.*d.cap.8.n.9.* Et denique in omnem caſum Nobiles plebeis præferuntur Cabed.2.*p.deciſ.74.n.8.* Gratian. *c.284.n.24.* & poſt plures Larrea *deciſ.41.à n.5.& 6.* Maſtrill.*d.c.8.*Bobad.*d.c.4. à n.18.& n.20.* alios Aug. Barboſ.*in collect.ad text. in cap. de multa 28.de præb. n.15.& 16.* Amaya *in L.1.C.de condit.in publ. horr. lib.10.n.32.*

Ex quibus ſatis liquet plebeios, & ignobiles ad 17
Magiſtratus dignitatem non eſſe admittendos tanquam immeritos, & indignos; & ſumma cum ratione, quia dignitas ab officiali, non vero officialis propter dignitatem illuſtrari debet: ut eleganter ait Æneas Silv. *epiſt.* 10. ad noſtrum Portugalliæ Doctorem Lupum ibi: *Utinam omnibus Principibus idem animus eſſet, non ſic omnes ignorantiæ plenæ forent Provinciæ; nec ſummi Magiſtratus propter injuſtiam officialium deturbarentur, atque dignitas ab officiali, non vero officialis propter dignitatem illuſtraretur.* Porro, ut ait Publius Syrius Mimographus: *Loco ignominiæ eſt apud indignum dignitas.* Immo ſi indignis, & immeritis conferantur, ipſæ dignitates vileſcunt, & decolorantur: ut tradit Divus Hieronym. dum ita ad Pammach. ſcribit: *Quamvis clarus honor, vileſcit in turba, & apud viros bonos indignior fit ipſa dignitas, quam multi indigni poſſident.* Refert & ſequitur Solorzan. *d. emblem. 52. n. 15.* qui elegantia carmina Catulli, tranſcribit dum in Nonium Strumam ita loquitur.

Quid eſt Catulle, Quid moraris emori?
Sella in Curuli Struma Nonius ſedet,
Per Conſulatum peterat Vatinius,
Quid eſt, Catulle, quid moraris emori?

Ex quibus apparet Catullum mortem optaſſe, quia 18
Strumam indignum in Sella Curuli videret. Et Svalvian. ait: *Quid eſt dignitas in indigno, niſi ornamentum in luto.* Sed proh dolor! nulla juris communis conſtitutio, nulla Regum noſtrorum prohibitio ſufficiens eſt, ut ignobiles, & ſanguine maculati à Magiſtratuum dignitatibus arceantur Cui morbo noſtrum Sereniſſimum Principem medicinam adhibere ſperamus; ut dignitates non decolorentur in totum, & ad priſtinam authoritatem, & exiſtimationem reſtituantur.

Redeundo igitur ad materiam dignitatum Re- 19
galium, quæ dantur ultra Magiſtratuum dignitates, tradunt, Feudiſtæ *in c.1.quis dicatur Dux, Marchio, Comes* & Maſtrill. *de Magiſtr. l. 4. c. 10. n.1.* prædictas dignitates in triplici eſſe differentia. Prima eſt titularis ſine adminiſtratione; de qua agendum non eſt, quia non reperitur in Regno: prout neq; in Regno Siciliæ eſſe Comites titulares dixit Maſtrill. *d.c.10.n.10.* Alia dicitur dignitas titularis cum officio, & juriſdictione. Tertia tandem cum officio, juriſdictione, & loco. Secunda cujus exemplum proponit Maſtrill. *d.c.10.n.12.* etiam non habetur in Regno. Et ſic tantum agendum erit de tertia, quæ conceditur cum adminiſtratione, & loco. Sunt enim apud Nos, ſicut & apud alias Europæ Nationes dignitates Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baroniæ, Vice Comitatus. Quæ dignitates, ut experienta docet, concedi ſolent cum juriſdictione, & loco. Et hæ omnes inter Regales dignitates connumerantur Sixtin. *de Regal lib. 1.c.5.n.120.* Alex. 20
conſ.25.n.13.lib. 5. Giurb. *de ſucceſſ.feud.§.1.gloſſ.3. n. 19.* non quoad dignitatem Regalem cum eis communicandam; ſed reſpectu conſtitutionis earum; quia à Rege fit Conrad. *de templ. Judic. lib.1. c. 4. de Duce n.7.* Giurb.*d.§.1.gloſſ.3.n.19.* Ubi dicit, quod illi, quibus prædictæ dignitates conceduntur, non conſequuntur Regalia, niſi nominatim eis fuerint permiſſa. Sequuntur Seiſel. *in rubr.qui feud.dare poſſunt partic.1.* Jacob. de Georg. *verb. & cum mero n. 16.* quos, & alios plures refert, & ſequitur Roſental. *de feud.c.5.concluſ. 14. n.1.& in gloſſ. littera A.* Et in hunc ſenſum accipiendus eſt Roxas *de incompatib. Regnorum, & Majorat.4.p.c.4.n.16.* dum prædictas dignitates Regales dicit.

§. 1.

§. 1. *de Duce.*

21 DUcis titulus, & dignitas ſecundum plures originem duxit à Ducibus, qui naſcentis Imperii Romani temporibus exercitibus præficiebantur; tanquam Tribuni, & Militiæ Magiſtri, de quibus *in L. 1. C. de offic. Præfecti Africa L. Duces ff. de offic. Judic. milit. L. deſertorem in bello ff. de re milit. L. 1. C. de offic. Mag. milit. c. 1. de his qui feud. dare poſſ.* Lucas de Pæna *in L. fin. col. 2. C. de re milib.* Petr. Gregor. *ſyntagmat. 1. p. lib. 6. c. 7. & 8.* Cui opinioni adſtipulatur *L. 11. tit. 1. partit. 2.* Ubi Dux dicitur ille, cujus officium eſt exercitum ducere, ſeu dirigere, & in pugna præire ibi: *Duque tanto quiere dezir como cabdillo guiador de gente, que tomò eſte officio antiguamente de mano del Emperador, y por eſte officio, que era mucho honrado heredaron los Emperadores a los que los tenian de grandes tierras, que ſon aora llamados Ducados.* Et ait Theod Hœping. *de jure inſig. c. 22. n. 83.* Ducis nomen, & titulum provenire ex eo, quod olim populus procedens ad bellum eligebat Ducem, qui ut Rex tempore pacis, & belli pleniore poteſtate donabatur: ut Regum *l. 1. c. 8. verſ. 20.* Et inde nomen, & titulum Ducis derivari tradit.

22 Alii verò Duces denominari ex Ducibus, qui Provinciales dicebantur, & ſimul erant Gubernatores, tradunt. Vel denique ex Ducibus limitaneis: ut per Bobad. *in ſua Politic. lib. 2. c. 16. n. 25.* Quamvis enim Romanum Imperium late patuerit ut probatur ex text. *in L. Orbe Romano 17. ff. de ſtatu homin. L. deprecatio, ff. ad L. Rhod. de jact.* ubi Antoninus ſe dominum mundi jactat. Qua de cauſa Roma caput Mundi dicta eſt & domicilium Orbis terrarum, Imperii, rerumque Domina Juſtin. *lib.* 43. Halicarn. *antiq. Roman. lib.* 1. Inſt. Lipſ. *lib.* 1. *de magnit. Romani Imper. cap.* 2. Facit illud Virgil. lib. 1. Æneid. loquens de Romanis ibi:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono,
Imperium ſine fine dedi.

Et Ovid. *lib.* 1. *Faſt.*

Gentibus eſt aliis tellus data limite certo,
Romanæ ſpatium eſt, Orbis idem.

Solorz. *de jure Ind. lib. 2. c. 21. n. 18. & ſeqq.* Amaya *ad tit. C. de annon. & tribut. lib.* 10. poſt legem 6. illius tit. *in L. 1. C. de fundis Limitroph. lib. 11. n. 1.*

Tamen vere Romanum Imperium ſuos habuit li-
23 mites, vel à natura poſitos, vel arte conſtructos: nempe mari, fluviis, montibus, foſſis, caſtellis, caſtris, & muris: ut dixit Lazius *de Repub. Roman. cap. 1. & ſeqq.* Juſt. Lipſ. *de magnit. Roman. Imper. c.* 4. cum aliis quos refert, & ſequitur Amaya *ubi proxime n.* 2. Quare cum Imperium cum barbaris divideretur, Romani in liminibus milites collocarunt, ut ibi adſtarent, & Imperij limina defenderent *L. 4. C. de offic. Mag. milit. L. 2. C. de fund. Limitroph. lib. 11. L. fin. Cod. de offic. Judic. milit. L. 2. in princ. & §. omnes, & §. interea 14. C. de offic. Præf. Prætor. Africæ.* Quibus militibus Duces conſtituerunt, quos limitaneos appellarunt; quia in limitibus Imperij militabant *L. 2. §. pro limitaneis C. de offic. Præf. Africæ L. fin. C. de offic. Judic. milit.* Cujac. *lib. 1. obſervat. c. 25.* quorum officium Præpoſitura, & Præfectura appellabatur Ducatus *L. 1. de offic. Quæſt. L. 2. C. de domeſt. & protect. L. quamvis 19. C. ad L. Jul. de adulter.* Lazius *de Romana Repub. lib. 1. ca. 2. verſ. limitanei, & lib. 2. c. 9. verſ. ſequitur,* eleganter A-
24 maya *in d. L. 1. C. de fund. limitroph. lib.* 11. Unde currente tempore Ducis officium poſtea in titulum, & dignitatem fuit tranſlatum: ut ſcribunt Mexia *lib. 1. Nobiliari c.* 25. Pancirol. *lib. 1. de notit. utriuſque Imperij c. 5.* Bobad. *d.* 16. *n.* 25. Et poſt alios Hiſtoricos Amaya *in d. L. 1. n.* 8. Ubi *n.* 9. increpat Ambroſ. de Morales quatenus *lib. 12. hiſtor. c. 4.* dicit Ducatum quod Ducum ſtatum, & ditionem ſignificat, inde dictum, quia Duces poterant cudere monetam auream, quam Hiſpani dicunt Ducado de oro. Quod quidem ſatis ridiculum eſt. Et ita prædictus titulus evectus eſt non ſolum ad familiæ præeminentiam, ſed & ad locum ipſum, ſive territorium: ut notat Theod. *d. c. 22. n. 85.* Qui *c. 6. n. 621. & 622. 623.* tradit Ducis dignitatem inſtitutam primum à Longino Exarcho Ravenati anno Domini 569. & mox Duces à Longobardis inſtitui cœpiſſe. Ex quibus communicata fuit illa dignitas Gothis in Hiſpania: ut tradit Bobad. *lib. 2. c. 16. n. verſ. los primeros.* Ubi ante Gothos Duces fuiſſe abſque dominio, & vaſſal- 25
lis docet. Poſtea verò titulum Ducatus cum juriſdictione, & loco conceſſum fuiſſe teſtatur, & apud Francos uſque ad tempora Caroli Magni æſtimatam magni hanc dignitatem: ultra Bobad. ſupra dixit Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 4. n. 59.* Et Athenienſium, Genuenſium, & Venetorum Reſpublicas per Duces gubernari palam eſt.

Inter Duces noſtri temporis, & alios ea datur dif- 26
ferentia; quod alii ſunt, qui ſuperiorem non recognoſcunt: ut ſunt in Italia Duces Sabaudiæ, Hetruriæ, Mantuæ, & Ferrariæ, Parmæ. Urbini, ac Mediolani, qui in ſuis ditionibus, & ſtatibus tantam habent poteſtatem, quantam habet Imperator in Imperio: ut teſtatur Camill. Borrell. *de præſt. Reg. Cath. c. 48. n. 9. 10. & 11.* & Regalia conferunt: ut per eundem *c. 5. n. 14.* ubi de Duce Mediolani, *& n. 15.* de Sabaudiæ Duce, *n. 16.* de Duce Mantuæ, *n. 17.* de Ferrariæ Duce, & tandem *n. 19.* de Duce Florentiæ, Senatumque. De quibus impræſentiarum ſermo non eſt, quia in Hiſpania nullum eſt Dux, qui Superiorem non recognoſcat; neque aliquis, qui Regalia conferat, Habent enim noſtri Duces titulum, & dignitatem à Rege ſibi collatam, tanquam Coronæ Donatarii: et ſic non ea poſſunt, quæ Duces, qui Superiorem non recognoſcunt; ſed aliquibus fruuntur prærogativis juxta Regias conceſſiones, & Hiſpaniæ conſuetudines.

De Ducalibus inſignibus agit plene Theod. Hœ- 27
ping. *de jure Inſigni. c. 2. ſect. 4. à n. 937. n. ſeqq.* & præcipue *n.* 940. ubi tradit Inſignia Ducum pro cujuſque loci conſuetudine variari. Et ſic in Hiſpania Ducea quamvis Diademate uti poſſint cum radiis, quia ſoli Regi competit; tamen propter excellentiam dignitatis utuntur ſimplici Corona rotunda ad modum Zonæ circundantis pileum cum gemmis, & lapidibus pretioſis affixis, vel inſculptis: ut per Caſſan. *in Catal. glor. Mund. p. 1. conſider. 38. concluſ. 9.* quem ſequuntur Decian. *reſponſ. 19. n. 34. 157. & 158. vol. 3.* Matt. *de juriſd. p. 2. c. 53. n. 15.* Quod vocatur birretum ab Alciat. *lib. 6. Parergon. c. 25. & lib. 8. c. 50.* Marin Frecla *in tract. de feud. Baronum tit. quis dicatur Dux n. 44. & ſeqq.* Bobad. *d. lib. 2. c. 16. n. 25.* Ubi alias Ducum prærogativas recenſet Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 4. c. 5. n. 17.* Theod. *d. c. 2. n. 940. & 942.*

Duces, Marchiones, Comites, & alii titulati poſt 28
Regem ſunt Nobiliores, & inter ſe ipſos antiquiores ſunt præſtantiores: ut notant communiter DD. *in cap. 2. quis dicatur Dux* poſt plures Garcia *de Nobilit. gloſſ. 18. & gloſſ. 48. §. 3. n. 69. & gloſſ. 7. n. 27.* Gutierr. *pract. lib. 4. q. 14. n. 113. & q. 16. fere per totam.* Gabed. *2. p. deciſ. 73. n. 6.* Otalor *de Nobilit. 2. p. c. 5. n.* 30. Carvalh. *in c. Raynald. de teſtam. 1. p. n.*
204. Duces autem inter Marchiones, & Comites 29
primas tenent; & Marchionibus, ac Comitibus præcedunt: ut probatur ex rubr. *quis dicatur Dux, Marchio, Comes* ubi communiter ſcribentes: & in ſpecie Parlador. *lib. 2. rerum quotidian. c. 13. n. 1.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 4. c. 5. n. 6. 8. & ſeqq.*

Caſtan. in Catal.glor.Mund. 5. p. conſid.46.verſ. ad-
vette, Pacian. de probat. lib. 2. c.25. n. 74. ſequitur
Sixtin. de Regal. lib. c.4. n.21. Ubi dicit, quod poſt
Reges ſubſequuntur Duces: Et confirmatur ab or-
dine litteræ, quia in d.rubr. quis dicatur Dux, primo
ponitur Dux, & poſt eum Marchio, & Comes. Quod
idem colligitur ex Ordinat. lib.2. tit.45. §.1. ibi: Os
Duques Meſtres das Ordens, Marquezes, Cõdes, ex L.
11.tit.1.partit.2. Et quidem ordo litteræ, & ſcriptu-
30 ræ præcedentiam demonſtrat. c. ſiquis juſto impedi-
mento de elect. in 6. L. ſervus communis ita ff. de ſti-
pulatione ſervor. ubi Bart. & Caſſan. 1. p. conſid. 17.
& 5. p. conſid. 46. Et faciunt quæ Valaſc. conſult.
121. n.4. Atque ita cum tam in legibus, quam pri-
vilegiis prius nominantur Duces quam Marchiones,
& Comites; dubium non eſt, quin Duces Marchio-
nibus, & Comitibus ſint præferendi.
31 Deinde majore dignitate præditus præcedere de-
bet; & inter æquales antiquior in dignitate, & cæ-
teris paribus ætate major: ut poſt plures tradit Her-
moſill. in proœm. partitar. gloſſ. 2. n. 2. & 3. Larrea
allegat.51.n.4. & ſeqq. & n.8. Valenz. conſ.34. n.90.
plures refert Salgad. de protect.2.p.c.9.n.34. Capyc.
Latr. deciſ. 181. n. 28. etiamſi major dignitas poſtre-
mo, quam alia inſtituatur c. ſtatuimus ad majorit. &
obedient. Hermoſ. ubi ſupra n. 4. Larrea allegat. 51.
n.10. & ſeqq. Planè Ducalis dignitas excellentior eſt,
Menoch. conſ. 302. n. 50. in fin. Ac proinde Dux
præcedere debet Marchionibus, & Comitibus. Quod
etiam ex eo ſuadetur: quia Ducis inſignia excellen-
tiora ſunt, quam Marchionis, & Comitis, Duci enim
permittitur portare ſuper armis circulum rotundum
inſtar Coronæ cum gemmis, & lapidibus pretioſis af-
fixis, vel inſculptis Bobadill. d.lib.2.c.16.n.25. verſ.
pueden los Duques. Maſtrill. d.c.5.n.17.lib.4. Caſſan.
in Catal.glor.Mund.p.1. conſid.9. & p.5. in ſtemmat.
conſider.22. Theodor.Hœping. d.c.2.n.942. ad mon-
ſtrandam ejus dignitatem magis illuſtrem, & illius ma-
jorem ſplendorem cap. ut Apoſtolica circa fin. de pri-
vileg. in 6. Lucas de Pæna in rubr.C.de aur. coronar.
32 lib.10. Maſtrill.d.c.5.n.7. Theodor.d.n.942. Marchio-
nibus verò, & Comitibus tantum conceditur circulus
rotundus ſine lapidibus, & ſine gemmis pretioſis, quaſi
ad modum coronæ deſignans dominium, juriſdictio-
nem, ac Regalem dignitatem ſibi à Principe conceſ-
ſam, Maſtrill. d.lib.4.c.5.n.16. Theodorus d. n.942.
Unde de præeminentia hujus dignitatis, ad alias jam
dubitari non oportet, ut dixit, Parlador. lib.2. rerum
quot.d.c.13.n.1. Bellug. in ſpecul.Princip.rubr.6.n.22.
Caſſan.d.p.5.conſider.46. Bobad.d.c.16.in princ. Ma-
ſtrill.d.5.n.13. Joann.Garc. de nobilit.gloſſ.48.§.1.n.69.
Machado de perfecto Confeſſore. 6.p.1. tract.2. n.1.
33 An autem Ducibus competat titulus excellentiæ,
ſeu excellentiſſimi, juſtè dubitari poteſt? Primo quia
Duces in ſuis Ducatibus æquiparantur Regibus Jaſon
in L.5. in princip.ff.de verbor.obligat. Marin.Freccia in
tractat.de ſubfeud.tit. quis dicatur Dux, & eandem ha-
bent poteſtate in ſuo Ducatu, quam Imperator, &
Rex, in ſuo Imperio, & Regno Jaſon conſ.235.col.1.
lib.2. Soc.Jun.conſ.98.n.1. & conſ.120. 1. qui fundan-
tur doctrina Paul.de Caſtr. conſ.34. ſuper. 1. dub.10.
verſ. quod autem dictum eſt, quam communiter appro-
bari teſtatur Decius conſ.403. quamvis in caſu col.2.
ex Socin.ſen.conſ.66. viſa donatione col.6.verſ. & licet
dici ſolent vol.3. & cum Purpurat. & Pariſ. Menoch.
conſ.302.n.21. Sixtin. de Regalib.1. c.4. n.22. atqui
Regibus competit titulus excellentiſſimi: ut de Rege
Galliarum probatur ex c. excellentiſſimus 10.q.3. & de
34 noſtro Luſitaniæ Rege text. in cap. grandi prope fi-
nem de ſupplend. negligent. Prælator. in 6. Gaſp. Va-
laſc. in L. Imperium n.91. ff. de juriſdict. omn. judic.
Menoch. conſ.302.n.14. Ergo Ducibus idem titulus
excellentiæ competit cum æquiparatorum idem ſit
judicium.

Confirmatur: quia titulus Majeſtatis competit tan- 35
tum Imperatori, vel Regi, atque ita, ut Regi com-
petit titulus excellentiſſimi, ita, & Ducibus compe-
tere dicendum eſt. Probatur aſſumptum: quia Ma-
jeſtas dicitur ſtatus major cap fælicis de pœn. lib. 6.
Clement.1. eodem tit. Oldrad.conſ.83. Gig. in tract. de 36
crimin. læſa Majeſt.p.1. ſub rubrica quotuplex ſit Maje-
ſtas in fin. Unde cum Ducis poteſtas major ſit ſtatus
in ſuo Ducatu, ea quæ conveniunt Regi in ſuo Reg-
no deneganda non ſunt Duci in ſuo Ducatu, ut ar-
gumentatur Menoch. d. conſ. 302. n. 32. & 33. Sed
hæc omnia procedunt in Ducibus qui habent jura
Imperii, & non recognoſcunt ſuperiorem, non vero
in Ducibus Hiſpaniæ, & aliarum Regionum, qui ſu-
periorem recognoſcunt.
Secundo facit, quod Conſuli tributus fuit titulus 37
excellentiſſimi in L. ſancimus, C. de Conſulib. 12. &
tradit Purpurat. in L. 1. in princip. n.30. ff. de offic.
ejus cui mandata eſt juriſdictio. Menoch. d.conſ.302.
n.39. Atqui Dux in ſuo Ducatu major, & dignior eſt,
quam olim fuit Conſul in Urbe Romæ: ergo titulus
excellentiſſimi Ducibus competere dicendum eſt.
Tertio facit, quia de conſuetudine videmus Duces 38
uti titulo excellentiæ, & ſic communiter ab omni-
bus tractari: ergo jam dubitari non debet prædictum
titulum eis competere, quia in iſta materia conſue-
tudo maxime eſt attendenda L. non tantum, ff. de
Decurionib. L. ſuper creandis, C. de jure fiſc. cap. Epiſ-
copus diſt.17. ubi Præpoſit.n.7. & Bartol in L.1.C.de
dignat.lib.11. Menoch. conſ.302. n.43. & eo non re-
lato Maſtr. d.lib.4.c.5.n.12. Ex quibus, & aliis fun-
damentis Menoch. d.conſ.302. pro Marchione Sonci-
ni hanc ſuſtinet partem affirmativam.
Cæterum contraria ſententia longe verior eſt, quo- 39
niam de jure Duces dicuntur perſonæ illuſtres gloſſ.
in L. præcipimus §.1. verbo Præſes, Cod. de appellat.
Caſſan. in Catol. glor. Mund. p.5. conſider.45. verſ. &
Doctores, vel etiam dicuntur ſpectabiles, per text. in
L. ſi quando C. de appellat. §. ſimili quoque modo in
Auth. ut cum de appellationibus cognoſcitur, Docto-
res in L.1. ff. de offic. ejus, Platea in L.2.C.de re mi-
litar. lib.12. Bobadill. d. lib. 2. c. 16. n. 25. in fin.
Maſtr. d. c.5. n.9. & 10. atque ideo nullo modo ex-
cellentiæ titulum aſſumere poſſunt.
Deinde quia titulus excellentiſſimi ſolum Regi- 40
bus competit, unde Duces qui in inferiore ſunt dig-
nitate titulo ſolum Regi competenti uti nequeunt.
Præſertim, quia cum omnes prærogativæ, & tituli
dignitatum à Rege, tanquam à fonte deriventur, illi
tantum Duces excellentiæ titulo uti poterunt, qui-
bus nominatim, & expreſſe conceſſum reperitur in
donatione, vel privilegio, ſiquidem ultra espreſſe
conceſſa donatarii habere non poſſunt, ut ſæpe in hoc
tractatu repetitum, & probatum invenies. Deni-
que juxta L. 16. tit.1. lib.4. Recopilat. Duces trac-
tari debent non de excellentia, ſed de ſenhoria Bo-
badill. d. cap. 18. n. 25. verſ. à verſ. a los Duques, y
otros Grandes. Et in hoc Regno edita fuit quædam
lex Extravagans die decima ſexta Septembris anno
1597. qua cavetur neminem poſſe habere titulum ex-
cellentiæ præter filios Infantum, & Ducem Brigan-
tiæ. Unde jam de hac quæſtione dubitandum non eſt
in Regno, ubi enim eſt caſus legis, amplius diſputare
non licet Bartol. in L. quod conſtitutum, ff. de militar.
teſtam. Dec.conſ.503.n.4. Grat.cap.420. n.7. Caſtill.
lib. 3. controverſ. c.7. n.34. in fin. Solorzan. de jur.
Indiar. lib. 2. c.7. num.21. Anton. Hering. de fide-
juſſor. cap. 11. n. 60. Valenzuel. conſ.123. num. 13.
Auguſt. Barboſ. axiomat. 136. atque ita titulo ex-
cellentiæ Duces uti non poſſe certum eſt: quia
hi tituli inſignes, & Regii, ſunt ut tradit Anton.
Sola ad Conſtitut. Saband. in proœm. gloſſ. 1. num.
11. & 12. Quidquid illum titulum communem eſſe
omnium

omnium Prin●ipum dicat Theod. Hæping. *de jure inſign. c.22. n.* 101. *& ſeqq. n.* 78. *cum ſeqq.* junctis his quæ *num.* 78. *cum ſeqq.* ultra quod ab eo, & à Menoch. adducta, & in contrarium ponderata ſupra, applicari non poſſunt Ducibus noſtri temporis, qui ſuperiorem recognoſcunt: & ex dicta lege Extravaganti tollitur omnis dubitatio. Verum poſt dictam legem Extravagantem Rex Philippus conceſſit Duci de Aveiro, ut titulo Excellentiæ vocaretur propter magnitudinem illius Status, & maximam qualitatem ipſius perſonæ, quæ à ſanguine Regio derivatur per lineam maſculinam: ut conſtat ex quadam certificatione Secretarii Ludovici de Figueiredo, quam dicimus Portaria ſcripta Valliſoleti die 12. Decembris, *anni* 1605.

41 In noſtra Luſitania Ducis titulus nullus fuit uſque ad tempora Regis Joannis Primi Glorioſæ memoriæ, qui poſt captam à Mauris Civitatem Ceutæ in Africa *anno* 1415. dum eſſet in Civitate Taviræ Regni Algarbiorum creavit Ducem Conimbricæ Filium Petrum Portugalliæ Infantem; & Ducem Civitatis Viſenſis Henricum ejus Filium; ſimiliterque Portugalliæ infantem in præmium rerum bene geſtarum in obſidione Civitatis Ceutæ. Poſtea Rex Alphonſus Quintus creavit Ducem Brigantiæ Alphonſum Patruum filiumque Regis Joannis Primi. Ei ipſemet Rex Alphonſus creavit Ducem Viſenſis Civitatis Ferdinandum ipſius fratrem. Deinde conceſſio Oppidum Vimaranenſe titulo Ducatus Ferdinando filio Primogenito Ferdinandi Primi Ducis Brigantiæ. Rex Joannes Secundus Ducem Civitatis Juliæ Pacis conſtituit Emmanuelem, qui poſtea ei ſucceſſit in Regno: & titulo Ducis Conimbricæ inſignivit Georgium ejus filium naturalem. Rex Emmanuel Duces creavit Civitatis Juliæ Pacis, & Civitatis Guardiæ, & Oppidi Vimaranenſis proprios Filios Ludovicum, Ferdinandum, & Eduardum. Rex Joannes Tertius creavit Ducem Oppidi de Trancoſo ejus fratrem Ferdinandum tempore, quo eum matrimonio copulavit Dominæ Guiomar Coutinho hæredi illuſtriſſimæ Domus de Marialva. Ipſe Rex Joannes Tertius creavit Ducem Averii Dominum Joannem de Lancaſtro filium Georgii Ducis Conimbricæ. Poſtea Rex Sebaſtianus erexit in Ducatum Oppidum de Barcellos Primogenitos Ducum Brigantiæ, ut illud in titulum haberent in perpetuum Primogeniti; ſimul atque nati eſſent: & illo titulo primus fuit uſus Joannes filius Theodoſii Primi Ducis Brigantiæ: Et deinceps cæteri Primogeniti ejuſdem Status. Philippus Secundus Caſtellæ Rex dum occupavit hoc Regnum, erexit in titulum Ducatus Oppidum de Villa Real ad ſavorem D. Emmanuelis de Meneſes, Marchionis ejuſdem Oppidi. Et inſuper erexit in titulum Ducatus Oppidum Turrium Novarum Primogenitis Ducum Averii Philippus Tertius Caſtellæ Rex creavit Ducem Oppidi de Caminha D. Michaelem de Meneſes Marchionem de Villa Real. Tandem Rex invictiſſimus Joannes Quartus creavit Ducem da Cadaval D. Nonium Alvetes Peretra de Mello Marchionem de Ferreira. Et etiam Ducem Juliæ Pacis creavit Sereniſſimum Petrum Portugalliæ Principem, qui Regni habenas feliciter moderatur.

43 In Ducatu Averii poſt mortem Georgii Conimbricæ Ducis Magiſtrique Militiarum Divi Jacobi, & de Avis ſucceſſit Joannas Primus Averii Dux, & huic ſucceſſit Georgius Secundus, qui occubuit in miſeranda clade de Alcacere in Africa relicta filia D. Juliana, quæ in ejus ſtatus ſucceſſit, fuitque nuptui tradita Alvaro ejus Petruelli ſilio Alphonſi, qui erat filius Secundogenitus Magiſtri Georgii. Ex quo matrimonio natus eſt alter Georgius Dux Turrium Novarum, qui ante matrem Julianam deceſſit: qua vita functa ſucceſſit in Statu Raymundus, qui imprudenter tempore belli ad Caſtellanos ſe tranſtulit, & tanquam reus læſæ Majeſtatis in abſentia condemnatus ſuit. Qua de cauſa inſtituta lite adverſus Regiæ Coronæ Procuratorem ab Illuſtriſſimo Petro Filio Ducum Alvari, & Julianæ ſententiam obtinuit, & Ducatus poſſeſſionem adeptus eſt. Contra quem poſt pacis fœdera inita inter Carolum Secundum Regem Caſtellæ, & Alphonſum Sextum Portugalliæ Regem, Illuſtriſſima Maria Raymundi Soror, filiaque Georgii Primogeniti Julianæ litem movit, quæ nunc ſub judice eſt. Hi ſunt Duces (qui ultra Brigantinos, in quorum ſtirpe legitimo titulo Regni ſucceſſio conſervatur,) in Luſitania fuere Illuſtriſſimi, & inter omnes Hiſpaniæ, & Europæ Præclariſſimi; cum omnes ex Regum ſtirpe deſcendant, & magnis prærogativis potiantur; tam ex Regum, quam Summorum Pontificum privilegiis.

§. 2. *De Marchionibus.*

OMiſſis aliquorum opinionibus, qui tenuerunt 44
Marchiones duxiſſe nomen à mari quaſi Marchia, juxta illud, ut plurimum ſit poſita, quos referunt Menoch. *conſ.* 302. *nu.* 29. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 4. *c.* 6. *nu.* 1. Bobadill. *in ſua Polit. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 27. & eorum qui docent Marchionem dictum à Marcha, quod eſt nomen Celticum, quo præfectus equitum denominabatur, de quibus Menoch. & Bobadill. *citatis locis.* Verius eſt Marchionem dictum à Marchia quod eſt nomen Gothicum, ſeu Germanicum, & ſignificat limites, ſumpta occaſione à ſundis, & prædiis limitrophis quos cuſtodiebant, tanquam milites ad fronteria (ut loquitur Maſtrillo) ſeu ad limina hoſtium, & cum bene poſtea ſe geſſiſſent meruerunt, ut pro mercede haberent ipſa limitrophia in ſeudum, & in memoriam ſervitii militaris. Marchiones appellati ſunt quaſi limitanei præpoſiti, ut tradit Zaſius poſt Boniſac. *in Epitom. feudor. p.* 5. *nu.* 10. Hothoman. *de verb. feudal. verbo Marchio*, Thoron. *in tract. de re militar. lib.* 3. & hanc ſententiam probat Cujac. *in commentar. feudor. tit. qui feudum dare poſſit.* Marin. Freccia *de ſub feud. in tit. quis dicatur Marchio num.* 1. Alciat. *lib.* 1. *parergon c.* 27. Menoch. *conſ.* 302. *n.* 19. Maſtrill. *d. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 2. *cum ſeqq.* Bobadill. *d. c.* 16. *n.* 27. Amaya *in L.* 1. *C. de fund. limitroph. lib.* 11. *ſub tit. C. de annon. & tribut. lib.* 10. *poſſ. L.* 6. *n.* 8. Calvin. *in Lexicon. jur. verbo Marchionis* Salazar de Mendoça *in tract. del origen de las dignidades ſeglares de Caſtilla lib.* 3. *c.* 14. Roxas *de incompatibilit. Regnorum* 4. *p. c.* 4. *n.* 10.

Marchionis dignitas minor eſt quam Ducis, Jaſon. *in L.* 1. *n.* 15. *ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdictio*, Boer. *de authorit. magn. Concil. p.* 1. §. 1. *n.* 6. Marin. Frecc. *de ſubfeud. tit. quis dicatur. Marchio n.* 2. Corol. de Graſſal. *de jur. Regn. Franch. jur.* 1. Maſtr. *d. c.* 6. *n.* 8. niſi Marchio fuerit qui ſuperiorem non recognoſcat, & habeat jura imperii Maſtr. *d. c.* 6. *n.* 13. An autem Marchio præferatur Comiti ſecundum jus commune? Non ſatis conſtat: quia Comitis dignitas eſt antiquiſſima, ita ut in Orientali, & Occidentali imperio tanta fuerit Comitum prærogativa, ut Ducibus præponerentur, & hi illis adjungerentur in diſciplina militari Pancirola *in notitia Occident. Imper. c.* 70. Bixtin. *de Regal. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 54. & quod 45
in Germania Comites præcedant Marchiones, ſcribunt Lucas de Pæna *ad rubr. C. de Comitib. conſiſtorial. lib.* 10. Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *tit. quis dicatur Comes nu.* 36. & quod in Hiſpania dignitas Comitis ſit antiquior dignitatibus Ducum; & Marchionum ſcribunt Bobadill. *d. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 28.

Garcia *de nobilit. gloſſ.* 48. §. 3. *n.* 69. Alciat. *de ſingular. certum n.* 32. Azor. *in ſumma p.* 2. *lib.* 11. *c.* 10. Cabed. *p.* 2. *deci.* 105. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 4. *c.* 7. *n.* 1. Hieronym. Roman. *in Commentar. de las Reſpublicas p.* 2. *c.* 10. Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. c.* 13. *n.* 2. Ubi ex ea ratione tradit Comites præferendos eſſe Marchionibus.

46 Verum contrarium dicendum eſt, ut ſcilicet Marchio præferatur Comiti tam de jure communi ex his, quæ Boer. *de authoritat. magn. Concil. p.* 2. §. 1. *n.* 6. Caſſan. *in Catal. glor. Mund. p.* 5. *conſiderat.* 47. Bobadill. *in d. c.* 16. *n.* 27. *circa fin.* Palador. *d. c.* 13. *ante nu.* 2. Maſtrill. *d. c.* 6. *nu.* 16. ubi *nu.* 25. quod Marchio ſedes in cætu procerum, & aliorum Magnatum cum ſella ante Comites Sixtin. *d. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 53. Qui reprehendit. Caſſan. quatenus 47 ait *d. conſider.* 47. quod in Germania de conſuetudine Comites præcedunt Marchiones, cum tamen vere contrarium ibi obſervetur Sequitur Giurba *de ſucceſſ. feudor.* §. 1. *gloſſ.* 3. *n.* 18. *verſ. proinde Marchiones.* Item de jure Regio major eſt dignitas Marchionis, quam dignitas Comitis, ut probat. *Ord. lib.* 12. *tit.* 45. §. 1. arguendo ab Ordine litteræ 48 Petr. Gregor. *ſymtagmat. p.* 1. *lib.* 6. *c.* 7. *n.* 14. Maſtrill. *d. c.* 6. *n.* 16. Quapropter Marchiones in ſedendo cum ſella coram Rege Comites præcedunt Marin. Frecc. *de ſubfeud. tit. quis dicatur Dux, Marchio, Comes n.* 2. *&* 7. Maſtrill. *d. c.* 6. *n.* 25. Machado *de perfecto Confeſſore lib.* 6. *p.* 1. *tract.* 2. *nu.* 2. Giurb. *d. gloſſ.* 3. *nu.* 18. ubi dicit, quod primo ſedens Principes deinde Duces poſtea Marchiones, & ultimo Comites Franch. *deciſ.* 365. *n.* 2. *&* 3. Et experientia docet, quod apud nos in ſedendo præcedit Dux; ſequitur Marchio, & poſtea Comes: & etiam in hoc Regno Marchiones majorem habent ſenſum in Regiis redditibus, quam Comites; & ideo non poteſt dubitari Marchionum dignitatem majorem eſſe Bald. *conſ.* 387. *circa medium verſ. ſtipendia etiam lib.* 1. Thuſc. *litt. D. concluſ.* 430. *n.* 9.

49 Marchiones non tantum ſunt ſpectabiles, ut per Gaſpar Valaſc. qui plures refert *in L. Imperium n.* 115. *ff. de juriſdict. omn. Judic.* Purpurat. *in L.* 1. *n.* 331. *ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict.* Boer. *de auth. magn. Concil. in addit. n.* 100. Alciat. *conſ.* 382. *in princ.* Sed etiam ſunt illuſtres Purpurat. *ubi proxime nu.* 130. Caſſan. *in Catal. glor. Mund. p.* 7. *conſider.* 4. *verſ. item Capitaneos*, Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 19. *&* 20. Ubi *n.* 21. quod de conſuetudine illuſtriſſimi appellantur Riminald. Jun. *conſ.* 642. *n.* 46. Menoch. *conſ.* 302. *n.* 44. ubi late fundat. Sed hoc jam diximus procedere in Marchionibus, qui Superiorem non recognoſcunt; non vero in Marchionibus Hiſpaniæ, & hujus Regni, quibus tantum licet loqui de Senhoria juxta prædictam legem Extravagantem: & per ea, quæ Bobad. *lib.* 2. *c.* 16. *n.* 32. ubi *n.* 27. de prærogativis hujus dignitatis.

50 In hoc Regno uſque ad tempora Regis Alphonſi Quinti Marchionis titulus non fuit: ipſe tamen Rex anno 1450. creavit Marchionem de Valença Alphonſum Filium Alphonſi Primi Ducis Brigantiæ, & ejus hæredem: etiam creavit Marchionem de Villa Viçoſa Ferdinandum Filium Secundogenitum ejuſdem Ducis. Inſuper creavit Marchionem Oppidi Montis Majoris Joannem Ferdinandi Primi filium ſecundogenitum Ducis Brigantiæ Rex Joannes Secundus erexit in Marchionem de Villa Real. D. Petrum de Meneſes Comitem ejuſdem Oppidi. Rex Emmanuel creavit Marchionem Oppidi Turrium Novarum D. Joannem de Lancaſtro filium Georgii Ducis Conimbricæ: & D. Rodericum de Mello Comitem de Tentugal Marchionem creavit Oppidi de Ferreira. Philippus Tertius Caſtellæ Rex creavit Marchionem de Caſtello Rodrigo D. Chriſtophorum de Moura, Comitem ejuſdem Oppidi: D. Didacum à Sylva Comitem de Salinas, & Ribadeu creavit Marchionem de Alenquer. Philippus Quartus Caſtellæ Rex creavit Marchionem de Porto Seguro D. Alphonſum de Lancaſtro Filium Secundogenitum Ducis Avertii. Inſuper creavit Marchionem de Gouvea D. Mantique da Sylva Comitem de Portalegre. Rex Joannea Quartus creavit Marchionem de Aguiar D. Alphonſum de Portugal Comitem do Vimioſo. Et D. Alvarum Pires de Caſtro Comitem de Monſanto titulo Marchionis de Caſcais inſignivit, Dominum Vaſchinm da Gama Comitem Oppidi da Vidigueira Marchionem Oppidi de Niſa inſtituit. Rex autem Alphonſus Sextus Marchionis titulo Oppidi de Fontes condecoravit D. Franciſcum de Sà & Meneſes Comitem Oppidi de Penaguiam. D. Antonium Ludovicum de Meneſes Comitem Oppidi de Cantanhede Marchionem Oppidi de Marialva creavit: nec non Franciſcum de Mello & Torres Comitem de Ponte ad titulum Marchionis Oppidi de Sande evexit. Sereniſſimus Princeps Petrus Regni Gubernator Ludovicum Alutes de Tavota Comitem Oppidi S. Joannis Marchionem creavit Oppidi de Tavora. Dominumque Joannem Maſcarenhas Comitem da Torre titulo Marchionis Oppidi de Fronteira inſignivit Tandem D. Franciſcum à Souſa Comitem do Prado titulo Marchionis das Minas decoravit. Hi ſunt Marchiones, qui uſque adhuc in Luſitania fuere, in quorum creatione antiquitus plures obſervabantur ſolennitates, quibuſcum Rex Joannes Secundus prima die Martii anno 1499. in Urbe Juliæ Pacis creavit Marchionem de Villa Real D. Petrum de Meneſes Comitem ejuſdem Oppidi.

§. 3. *De Comitibus.*

COmites à comitando dicti ſunt, eo quod Du- 51
ces, & Provinciarum Gubernatores comitabantur: pront etiam Comites dicebant, qui Principi in Palatio inſerviebant. Et alii, quorum conſilio Imperatores, & Reges utebantur, Conſiſtoriales Comites appellabantur. Qui quamvis à principio dignitatem non habuiſſent, poſtea hic titulus cum adminiſtratione officii Gubernatoris Provinciarum fuit conceſſus. Et inſuper, ut præeſſent rebus, & domibus Principum Petr. Gregor. *ſyntagm. lib.* 6. *c.* 8. *& c.* 9. *n.* 1. *& ſeqq.* & cum Caſſiod. Frecc. & aliis Bobad. *in ſua Polit. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 28. *littera E.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 4. *c.* 7. *n.* 8. Roxas *de incompatib. Regn. p.* 4. *c.* 4. *n.* 11. *&* 12. *in fin.* Et fuit Comitum ordo Conſtantini inventum, nam ut Imperator plures honoribus afficeret, diverſos dignitatum gradus excogitavit: ut tradit Euſeb. Cæſar. *lib.* 4. *de vita Conſtantini c.* 1. Caſſiod. *lib.* 6. *var. in forma Comit. Prim. ord.* Theod. Hœping. *de jure Inſig. cap.* 6. *n.* 853. Et quia Principis Aula appellabatur Comitatus, à Comitatu Comites dicti ſunt: ut teſtatur Theodor. *ubi proxime nu.* 854. At vero Giurb. *de ſucceſſ. feud.* §. 1. *gloſſ.* 3. *n.* 28. ait quod Comes dicitur à Comitatu, & quod ipſe Comitatus nihil aliud eſt, quam univerſitas agrorum, ſicut territorium Felin. *in c. Rodulphus verb. comitatus de reſcript.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 293. *lib.* 1. Corneus *conſ.* 151. *n.* 5. *vol.* 3. Thuſc. *littera C. concluſ.* 479. *n.* 2. Unde infert Giurba: Quod ille, qui territorium Villarum non habet, propriè Comes dici non poteſt Purpurat. *in L.* 1. *n.* 248. *ff. de offic. ejus.* Anton. Sola *in proœm. Decret. Sabaud. gloſſ.* 3. *n.* 22. *ad fin.* Alii autem erant Comites rei militaris, qui in oppidis milites regebant; aut equitum turmis; vel cohorti, legationi præerant: ut ex Panciroi. tradit Theodor. *d. c.* 6. *n.* 854.

52 Hæc Comitis dignitas fuit in Hiſpania prima duravitque uſque ad Reges Hiſpaniæ: ut docent Bobad. *d.c.16.n.30.*Maſtrill.*d.c.7.n.2.* Cabed. 2.*p. decif.*105.*n.*2.Fermoſin *in c.accedens q.* 4. *ut lite non conteſtata:* adeo ut Regnum Caſtellæ, Portugalliæ, & Galletiæ, nec non Aragonum à principio titulo Comitatus potirentur Bobad. *d. n.* 30. Parlador *lib.* 2.*rerum quotid.c.*13.*n.*2. & 3.Et hoc Regnum Luſitaniæ ab Alphonſo Sexto Caſtellæ Rege datum fuiſſe dotis nomine, & titulo Comitatus Henrico nun ambigitur Joan. Garcia *de nobilit. gloſſ.* 48. §. 3. *n.* 69. Parlador. *ubi proxime*, & Maſtrill. *d. c.* 7. *num.* 3.

53 Nunc verò Comites verè, & propriè ſunt qui de Comitatu fuerunt inveſtiti à Rege, vel eo qui poteſtatem habet conferendi hanc dignitatem: ut tradunt Feudiſtæ *in c.*1.*qui fend. dare poſſ.*& *in c.* 1. *quis dicatur Dux, Marchio, Comes* Petr. Greg.*de conceſſ. feud. p.* 2. *q.* 3. Thuſc. *littera C. concl.* 479. *n.* 1. & *ſeqq.* Frecc. *de ſub feud. lib.* 1.*tit.quis dicatur Comes n.* 1. Maſtrill.*d.c.*7.*n.*15.Giurb. *de feud.* §.1.*gloſſ.* 3. *n.* 17. Pacian *de probat. lib.* 2. *c.* 36. *n.* 2. & 3. Eſt igitur neceſſarium, ut quis proprie Comes dicatur. quod inveſtiatur de Comitatu cum territorio villarum, ſeu caſtrorum Lucas de Pæna *in L. ſi quis De-*
54 *curio col.*1.*C.de Decurionib.lib.*10. Maſtrill. *d.c.*7. *n.* 16.Carpan. *ad ſtat.Mediol.*130.*nu.*11.*p.* 1. Thuſc. *d. concluſ.*479.*n.*2.Giurb.*d gl.*3.*n.*17. & 28. Atque ita qui non habet Comitatum, ſeu territorium, licet Comitis nomen, & dignitatem exerceat ſine adminiſtratione, ut ſunt Comites Palatini, & Comites ſacri Palatii, aliique, de quibus Maſtrill.*d.cap.*7.*n.*18.non ſunt proprie Comites, ſed abuſive; & improprie tales dicuntur: ut ſcribunt Bald. *in c.*1.*quis dicatur Dux n.*2.Feliu.*in c.Rodulphus verb.Comitatus num.*19.*de reſcript.* Decian. *conſ.*9.*n.*22.*lib.*1.Merotius *conſ.*46. *n.*20.Sola *ad Decret. Saband.tit.de nominat. gloſſ.* 1. *n.*10. Jacobin.*de fend.verb. Comes*, Jaſon. *in L. id, quod n.*23.*verſ.ſecundo facit col.fin.ff.de legat.*1. Socin. *conſ.*48.*n.*2.*vol.*1.Pacian.*de probat.lib.*2.*c.*36.*n.* 3.& 4.Giurb.*de fend.*§.1.*gl.*3.*n.*17.Sixtin. *de Regal. lib.* 1.*c.*4. *n.* 108.

Quapropter iſti Comites improprii non veniunt
55 appellatione Comitum, Pariſ. de Puteo *de duello* §. *an domus n.*7.& loquens de Comite Palatino Bobad. *d.lib.*2.*cap.*16.*n.*34.Maſtrill. *d.cap.*7.*n.*19.& eo non relato Giurb. *d. gloſſ.* 3. *n.* 17.& tales carent Regali dignitate: ut per Jaſon. *in L.*1.*n.*11.ubi Ripa *n.* 47. *ff.de offic. ejus* Boer *de auth.magn.Conſil.n.* 110. Peregr.*conſ.*84.*n.*5.*lib.*1.Sixtin. *de Regal.lib.*2. *c.*17.*n.* 18. Ex eo, quia dignitas Comitatus conſiſtit in aſſignatione feudi, vel oppidi, Bald. *in d. c.* 1. *qui fend. dare poſſ.*& *conſ.* 419.*lib.*1.Thuſc. *littera C. concluſ.* 479. *n.* 1. & *ſeqq.*

56 Et eſt advertendum, quod quamvis antiquitus ut Comes qui poſſet dici, de jure neceſſarium eſſet, quod ſaltem haberet in territorio centum vicos ſubditos ſuæ juriſdictioni: ut ſcribunt Petr. Greg. *ſyntagm. p.* 1.*lib.*6.*c.*27.*n.*30. Marin. Frecc. *de ſub fend. tit. quis dicatur Dux n.* 1.*ad fin.* & *n.* 43. Bobad. *lib.*2.*c.*16. *n.* 25. *col.* 5. Tamen apud Nos ſufficit, quod dignitas conferatur à Rege cum titulo Comitatus alicujus oppidi, vel caſtri: ut experientia videmus obſervari tam in hoc Regno, quam Caſtellæ: nec practicatur, quod dixit Maſtrill.*d.cap.*7.*n.* 17. nempe quod Comitatus debet conſiſtere in Civitate, ubi adſit Epiſcopus, & non in villis, vel oppidis; quia de conſuetudine non ſervatur.

57 Comites autem non tantum ſunt ſpectabiles juxta text. *in L.Provincialium, C. de erogat.milit. annon. lib.*12.*L.*1.*C.de offic.Magiſtr.milit. L.ſi quando C. de appellat.*Decian.*reſponſ.*7.*n.*11. Sed etiam ſunt illuſtres Maſtr. *d.l.*4.*c.*7. *n.*22. & etiam illuſtriſſimi Garc. *de nobil.gloſſ.*58.§.3.*n.* 68.Maſtr.*d.c.*7.*n.*24. ſedent namque coram Principe, & præcedunt Barones, & alios Nobiles præter Duces, & Marchiones *c.grandi de ſuppl.neglig.Prælat.in* 6. *c. fundamenta de elect. in* 6. Lucas de Pæna *in rubr. C.de Comit. Conſiſtor. l.* 12.Maſtr. *proxime n.*25.& 26. Verum, ut ſupra diximus, in hoc Regno non vocantur Illuſtriſſimi, ſed tantum de Senhoria juxta *d.legem Regiam Extravagantem.*

Notabis tamen, quod in hoc Luſitaniæ Regno, di-
gnitas Comitis excellentior eſt, quam in aliis Hiſpa- 58
niæ Regnis: in Luſitania namque Comites ſunt Magnates, vulgo *Grandes*; & ſtant coram Rege capite cooperto. Quod quidem eſt magnæ dignitatis, & authoritatis: ut per Felin. *in c. ſtatuimus de majorit. & obedient.* Caſſan. *in Catol. glor. Mundi p.* 5.*conſid.* 43. Bobad. *d.c.* 16.*n.*25.poſt plures Giurb.*de ſucceſſ. fend.* §. 2.*gloſſ.* 13. *n.* 57. Ita ut ſi Princeps illi, cui jus cooperiendi, vel ſedendi competit, ipſum deneget, injuriam faciat Giurb. *d.gloſſ.*13.*n.*89.

In hoc Regno uſque ad tempora Regis Dioniſii 59
nullus fuit Comes; ipſe tamen Rex creavit Comitem Oppidi de Barcellos D. Petrum ejus Filium: poſtea creavit Comitem de Alburquerque D. Alphonſum Sanches ejus filium. Deinde Rex Petrus magna cum ſolennitate creavit Comitem Oppidi de Barcellos D. Joannem Alphonſum Tello de Meneſes. Deinceps plures fuerunt Comites inſtituti.

§. 4. *De Vice Comite.*

VIce-Comes eſt ille, qui in adminiſtratione Co-
mitatus gerit vices Comitis, & repræſentando 60
ejus perſonam juſtitiam adminiſtrat: ut docet Speculator *in tit.de ViceComite* 1.*p.*quem ſequitur Marant. *de ord.judic.*4.*p.diſtinct.*5. *n.* 10. Garibay *lib.*10.*c.*4. Mexia *lib.*1.*c.*78.& comprobat *L.*11.*tit.* 1. *partit.* 2. ibi: *Biſconde tanto quiere dezir como official que tiene lugar de Conde.* Giurb.*de ſucceſſ. fend.* §.1.*gloſſ.* 5.*n.* 45. Maſtrill.*de Magiſtr.lib.*4.*c.*9.*n.*1. Ubi, quod eſt nomen officii, & quod eadem dignitate gaudebant Primogeniti Comitum, qui patribus abſentibus eorum locum tenentes erant in Comitatu Bobad.*d.lib.*
2.*c.*16.*n.*36.Sed verius eſt Vice Comitis dignitatem 61
eſſe Regalem, minorem quam Comitis, majorem vero quam Baronis Caſſan. *in Catal. glor. Mund.* 5. *p. conſid.*55.Bobad.*d.n.*36.Cabed.2.*p.deciſ.*105. *nu.* 1. Petr.Gregor.*ſyntagm.p.*1.*lib.*6.*c.*9.*n.*14.Maſtrill.*d.c.* 9.*n.*3.Apud Nos uſque ad tempora Regis Alphonſi Sexti unus tantum erat ViceComes Villæ Novæ de Cerveira Cabed. *d.deciſ.*105.*num.*2. Giurb. *dict.*§.1.
*gloſſ.*5.*n.*45.Joann.Boter.*in relat.Reg.Portug.*& Maſ- 62
trill. *d. lib.*4.*cap.*9.*n.* 5. Poſtea verò creati ſunt tres ViceComites, nēpe de Aſſequas alius das Galveas, & alter de Fonte Arcada. Sed primus Villæ Novæ de Cerveyra ratione ampliſſimi ſtatus, & Vaſſallorum multitudinis Magnatis locum tenet, vulgo *Grande*, & Comitis obtinet prærogativas, & privilegia: ſedet coram Rege cum Comitibus, & præcedit eos, qui poſteriores ſunt in data. Denique ſtat coram Rege capite cooperto: quod quidem obtinet non ratione ViceComitatus, ſed novæ gratiæ ſibi conceſſæ ab invicto Joanne Quarto. Alii autem ViceComites nullam ex prædictis habent prærogativam, neque tractantur de Senhoria; ſed Baronibus præcedunt in actibus publicis; & præſertim in Comitiis Generalibus.

§. 5. *De Baronibus.*

BAronis vocabulum non reperitur ſpecialiter ex- 63
preſſum in uſibus feudorum; ſed de illo fit mentio in *c.fundamenta* §. *proinde officii de elect.* in 6.

& in c. grandi in ſubſcript. de ſuppl.neglig. Prал.& in ſubſcript. text. in c. venerabilis de confirm.util. vel inutil. Notat Fulv. Pacian. de probat.lib.2.c. 37.n.7. Originem autem Baronum antiquiſſimam fuiſſe tradunt Marin.Frecc.de ſubfeud.in tit.quis dicatur Baro n.8. per teat. in c.1.de controv. feudi inter patrem. Fontan.de pact.nupt.clauſ.4.gloſſ.10.p.1. n. 10. Maſtrill. de Magiſtr.lib.4.c.2.n.53. & 54.

64 Dicitur autem Baro à Barya, quod eſt nomen Græcum, & Latine ſignificat idem, quod gravis, & fortis. Ex eo quia gravis, & fortis debet eſſe Baro: ut per Lucam de Pæna in L.fin. in fin.C.de mancip. lib. 11. Afflict. in cap. 1. n. 5. de his qui feud. dare poſſ. Curt.Jun.de feud.2.p.q.8. Aleiat.de ſingul. certam.c. 32.& lib.5.parergon.c.16.Caleſa. de equeſt. dignit n. 112.Fontan.d.clauſ.4.gloſſ.10.n. 3. & 4. Vel eſt nomen Hæbraicum, quod ſignificat Latine filius; quod magis placet Cabedo 2.p.deciſ.104. n. 2. Fontan. d. gloſſ.10.p.1.n.5. & à principio Barones fuerunt filij Regum; cum enim Reges non poſſent facere omnes filios Reges, quod Regnum eſſet indiviſibile, donabat filiis ampla Caſtella, & caſtra cum juriſdictione, & imperio. Et iſti vocabantur Barones Luc. de Pæna in L.fin.C.de mancip.lib. 11. n. 8. verſ. item notat col. 2. Cabed. 2.p. deciſ. 104. n. 2. Fontan. d. gloſſ. 10. n. 2. Pacian. d. lib. 2. c. 37.n.8. Afflict. in c. 1. qui feud. dare poſſ. n. 3. verſ. cui adde. Quidquid aliter ſentiat Theodor. Hoëping. de jure Inſig. c.22.n.178.qui Baronis titulum ex cauponaria adeptum dicit: cum enim Joannes Taube, & Albertus Krauſe nobiles Archiepiſcopatus Regienſis à Moſcovitis in acie capti Moſcoviam eſſent deducti, & durioribus vinculis diſtricti; donec ſe Moſcovitæ accommodarent, tandemque liberati eſſent, privilegia hæc, & prærogativas præ aliis Boyaris in Moſcovia ad dulciorem cereviſiam, & vinum aduſtum venum eaponendum, & diſtrahendum accepiſſe indeque liberorum Baronum titulum apud alios nactos eſſe: Unde à Sigiſmundo Auguſto Rege Poloniæ hujus tituli, ſtatuſque liberi confirmationem obtinuiſſe. Sed hoc ſatis ridiculum videtur; & potius placet prædicta dirivatio, ex qua & ea ſermone utentium Baronis nomen introductum fuiſſe diait Bald. in c. innotuit ad fin. de elect. Calvin. in Lexicon, verb. Baro 2. Giurb. de ſucceſſ. feud. §.1. gloſſ. 4. num. 7.

65 Baro itaque tamen in hoc Regno, quam in Catalonia, Gallia, Sicilia, & in ſtatu Mediolanenſi is proprie dicitur, qui habet caſtra à Rege conceſſa cum juriſdictione in titulum Baroniæ: ut ſcribunt Bald. in d.c.innotuit.n.18.Curt.Jun.conſ.212.Boſſius de Princip. n. 2. & 3. Valaſc. de jure emphyt. q. 39. n.20.Cabed.deciſ.104.n.3.Fontan.d.clauſ.4.gloſſ.10. n.6.Caſſan.in Catal.glor.Mund.p. 8. conſid. 39. Menoch. conſ. 110.n.7.Maſtrill.de Magiſtr.lib.4. cap. 1. n.10.& ſeqq.Petr.Gregor. de conceſſ. feud. p. 2. q. 3. Ponte de poteſt. Pro Regis tit. 7.de aſſenſu Reg.n.4. & ſeqq.Giurb.d.§.1.gl.4.n.8. Ubi quod is, vere dicitur Baro, qui de Baronia à Rege inveſtitus fuit, quamvis non plura, ſed unum tantum habeat caſtrum Thuſc. littera B.concluſ. 27. n. 2. & 4. Raud. var. reſolut. c. 444. n. 39. Maſtrill. d. lib. 4. c. 1. num.9. Cabed. d.deciſ.104.n.3.Quo coincidit Cornel. Kheban. in diction.Theuton. Latino verb. Bander.ibi: Baro autem vulgo vocatur qui inter Nobiles opibus, & potentia antecellit, homo generoſus, & inſignis, merum mixtumque imperium in aliquo caſtro, aut oppido conſenſu Principis habens: refert, & ſequitur Auguſt. Barboſ. in c. fundamenta de elect. in 6.

Unde quamvis Bobad.d.lib.2.c. 16. n. 22. dicat, quod in Caſtella idem ſunt Domini vaſſallorum, ac Barones in aliis Regnis, tamen in hoc Luſitaniæ differentia conſtituenda eſt inter Baronem, & Dominos vaſſallorum: habemus enim in Regno unum Baronem de Alvito, cui oppidum cum juriſdictione fuit conceſſum à Rege titulo Baroniæ in perpetuum. Et ſic alij Domini vaſſallorum Barones dici non poſſunt Maſtrill.d.c.1.n.14. quia verè non ſufficit conceſſio caſtri, vel oppidi cum juriſdictione, ſeu plurium caſtrorum; immo nec feudi poſſeſſio; ut quis dicatur Baro; niſi conceſſio facta fuerit in titulum Baroniæ Socin. 165. vol. 2. Ponte de poteſt. Pro.Reg.tit. 7. de aſſenſ. Reg. n. 6. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. q. 3. n.9.p.2.Giurb.in d.§.1.gloſſ.4.n.10. Non ergo habebunt Domini terrarum, & vaſſallorum Baroniæ dignitatem, & ejus effectus: ut per eoſdem. Quia Baronia non aliter fit quam ex Regis deſtinatione per teat.in L.quod in rerum §. 1.L.plane ad fin.ff. de legat.1.Fab.de Anna conſ. 44. n.8.& poſt alios Giurb. d.§.1.gloſſ. 4. n. 14.

An autem Baronia ſit dignitas Regalis? Eſt controverſum apud DD. Pro negativa ſtat Fulv. Pacian. 67
de probat.c.37.n.1. quatenus ait Baronem eſſe eum, qui à Principe, vel alio inferiore fuit inveſtitus de feudo non habente anneaam dignitatem Regalem; qui alio nomine in uſibus feudorum appellatur Capitaneus: ut per Bald. in c. 1. §. Marchio ſub.n.5.verb. Capitanei col. penul. de his, qui feud. dare poſſ. Cum tamen non omnis Capitaneus ſit Baro; quamvis omnis Baro Capitaneus ſit Pacian. d. cap. 37.num. 2. Unde prædicti Capitanei, qui feudum tenent ſine Regia dignitate dicuntur Valvaſores: & qui ab eis feuda accipiunt Valvaſini: ut per Pacian. ſup.n.4. & 5. Proindeque licet Ducatus, Marchionatus, & Comitatus dicantur feuda titulata, Baronia tamen non eſt feudum titulatum licet nobile ſit Pacian. d.c. 37. n.6.& 7. Subindeque Regalem dignitatem anneaam non habere fatendum eſt, ita Bald. in c. uno delegatorum ſub n. 6.de offic. deleg.Bertrand.conſ.190.vol. 1. & conſ. 4. num. 204. vol. 2. Zazius de feud. 5. p. tom. 4. Afflict. in cap. 1. quis dicatur Dux num. 9. Caſſan. in Catal. glor. Mund.5.p. conſid.ult. Pacian. d. num. 6.

Verum contraria ſententia longe verior eſt, quia 68
ad hoc, ut dignitas ſit Regalis, ſufficit, quod à Rege concedatur Morin. Frecc. de orig. Baron. nu. 42. & 43. Et ſic hanc partem tenuerunt Baldus ſibi contrarius in c. innotuit ſub. n. 18.de elect. Petr.Gregor. de conceſſ.feud. p. 2.q.3. verſ. idem dicendum. Curt. Jun. in tract. feud. tit. de feud. laicorum à n. 3. Boer.de ordin. graduum utriuſque fori, 2.p. nu. 8. Schrader. conſ. 13. n. 159. & 171. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 2. n. 25.& c. 4. n. 39. Cabed. 2. p. deciſ. 104. n. 4. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. c. 2. n. 38. & ſeqq. Giurb. d. §. 1. gloſſ. 4.n. 1.& 2.Ubi bene comprobat, Quod Baronum dignitas proaima eſt poſt Comites, quamvis illis inferior Caſſan. de glor Mund. p. 5. conſid. 56. & p. 8. conſid. 15. Surd. conſ. 453. n. 35. ad fin. Alciat. de ſingul. certam. c. 32. nu. 7. Pacian. d. c. 37. nu. 6. Præferuntur tamen Barones aliis Nobilibus, qui non ſunt Comites d. c. fundamenta ad fin de elect. in 6. Boer. de ordin. graduum d. p. 2. n. 8. Cabed. deciſ. 104. n. 4. Giurb. in d. §. 1. gloſſ. 4. n. 1. Quidquid ſentiant Maſtrill. & plures alij ab eo laodati d. lib. 4. c. 2. n. 40. & 44. alij adducti à Giurb. d. gl.4.n.4. Qui æquiparant Comites, & Barones; loquuntur enim ſecundum conſtitutiones ſui Regni: proot etiam Siatin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 51. fatur ſecondùm morem Germanorum: ut advertit Giurb. d. gloſſ. 4. n. 4. Atque ita dicendom eſt Barones præcedere cæteros Nobiles, & Donatarios; quia illorum dignitas proxima eſt poſt Comites, licet Comitibus non æquiparentur.

Ea quibus liqoet, quod Baro, neque ſedet coram 69
Rege, oeque capite cooperto ſtat, niſi in Comitiis Ge-

Generalibus, in quibus Baro ſedet poſt Comites & poſt Baronem ſedent Domini vaſſallorum, quibus Baro præfertur, quia titulatus Maſtrill. *d. lib.4. c.2. n.38. 41. & 60.*

In Regno habemus Baronem de Alvito generis
ſplendore præclariſſimum, qui Comitis de Otiola
dignitate eſt inſignitus, & tamen Baronis dignita-
70 tem retinet, quia majorem dignitatem conſequens
minorem non amittit Galganet. *de condit. & demonſtr.*
p.1. c. 86. n.3. Capiblanc. *de Baron. in proœm. n.19.*
Et ſic Comitatus dignitate adepta à Barone, non de-
ſinit eſſe Baro, *L. jus Senatorum, C. de dignitat. ib.*
10. Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Comes*
ſub n. 46. Giurba qui ſimilibus comprobat *de ſucceſſ.*
feud. §. 1. gloſſ. 4. n. 22. Ita, ut ſi in una, eadem-
que perſona concurrant plures dignitatum tituli, ma-
jor inſpiciatur, & attendatur Innocent. *in c. ſolitæ*
de majorit. & obed. Bart. *in L. 1. §. ſi quis, ff. de ap-*
pellat. Peregr. *conſ. 3. n. 40. lib. 2.* Ponte *conſ. 14.*
n.63. Decian. *conſ. 20. n.226. lib.3.* Giurb. *d. gloſſ.*
4. n. 23. poteſt namque Rex in eadem perſona plu-
res dignitatum titulos cumulare, & minorem dignita-
tem in majorem erigere, feudum ſcilicet in Baro-
niam, vel Baroniam in Comitatum, quod quotidie
fieri dicit Bald. *conſ.276. lib.3.* Petr. Gregor. *de con-*
71 *ceſſ. feud. p.2. q.3. n.8.* Anna Jun. *conſ.66. n.1.* Giurb.
de ſucceſſ. feud. §. 2. gloſſ.13. n. 8. & cum dignitates
potius augeri, quam minui debeant *L. obſervandum*
ff. de officio Præſid. Auth. de trieníe, & ſemiſſe in
princip. coll.3. Andr. Siculus *conſ.14. n.7. lib.4.* Va-
lenz. *conſ. 34. n. 111.* dignitas ſuperveniens attendi
debet, quia dignitas dignitati addita eam auget *L.*
Senatorum, ff. de Senatorib. Joann. Probus *in addi-*
tione ad Monachum in c. quanquam 18. n. 3. elect. in
6. Bald. *in L. ſed, & milites, n.1. ff. de excuſat. tut.*
Afflict. *deciſ. 1. n.21.* ubi Urſill. Valenz. *d. conſ.34.*
n. 112. Giurba *d. gloſſ. 13. n. 2.*

CAPUT VII.

De donatione Dignitatum, & quomodo ipſa conceſſa intelligantur.

SUMMARIUM.

1 Donationes à Rege fiunt in Regno tripliciter, vel ad vitam donatarii, & ſimpliciter, aut in perpetuum, vel Tuio, & filiis ejus.

2 Dictio, aut, ſeu, vel, eſt disjunctiva, & ponitur inter diverſa.

Donatio, quæ fit ad vitas, vel ſimpliciter, mortuo donatario, conceſſio dignitatis, aut bonorum extinguitur. Ibidem. Et non tranſit ad filium ut num. 8.

3 Privilegium perſonale non egreditur perſonam ejus, cui conceditur.

4 Feudum ſimpliciter conceſſum intelligitur hæreditarium accipientibus pro ſe, & hæredibus.

5 Conceſſio per modum beneficii facta ſimpliciter dicitur realis, & perpetua.

6 Beneficium Principis latiſſimè eſt interpretandum.

7 Conceſſio facta perſonæ ob cauſam meritorum dicitur realis, & tranſit ad hæredes. Sed contrarium. n. 4.

10 Si Rex oppidum erigit in Ducatum, Marchionatum, vel Comitatum, & poſtea illud donat in perpetuum, tunc dignitas erit realis, & tranſitoria ad dominium oppidi.

11 Si dignitas fuit conceſſa in perpetuum, vel pro filiis, & deſcendentibus in infinitum tranſit ad filium donatarii, qui mortuo patre Dux, Marchio, vel Comes appellatur, licet urbanius faciat, ſi expectet litteras Regis, ubi eum appellet ſub nomine dignitatis.

12 In Luſitania etiam qui habet donationem bonorum, vel dignitatis in perpetuum, aut pro ſe, & filiis, mortuo patre intra ſex menſes tenetur petere à Rege confirmationem, quæ appellatur per Succeſſum ſub pœnis Ordinationis.

De ſtylo Reges noſtri illud non obſervant, & quocumque tempore confirmationem, concedunt, pœnæ tamen locus erit ſi in judicio opponeretur donatarium non obtinuiſſe confirmationem. Ibid.

13 Lex ſemper loquitur, & eſt in viridi obſervantia.

14 Is tantum petere tenetur confirmationem per ſucceſſionem, qui poſſidet, non qui non poſſidet.

15 Impedito ex cauſa litis mota ſuper ſucceſſionem non currit tempus petendæ confirmationis.

Et idem ſi aliud detur impedimentum non affectatum. Ibid.

16 Ratio petendæ hujuſmodi confirmationis aſſignatur.

17 Donatio non dicitur nova, ſi in confirmatione per ſucceſſionem nihil de novo additum fuerit.

18 Confirmatio ad titulum primævum referenda eſt.

In confirmatione ſemper apponitur clauſula, ſi ille per cujus obitum terræ vacarunt, eas poſſidebat tempore mortis ſuæ. Ibid.

19 Si in prima donatione aliquis dabatur defectus, idem durat poſt confirmationem.

Princeps non cenſetur confirmare actum nullum. Ibid.

20 Petenti confirmationem per ſucceſſionem poteſt Princeps tempus prorogare.

21 Altera datur confirmatio, quæ fieri ſolet à ſucceſſore in Regno, quam dicimus de Rey à Rey quæ introducta fuit conſuetudine à tempore Regis Joannis Secundi.

22 Donatio facta à Rege cenſetur valere dumtaxat durante vita concedentis.

Rex tenetur ſervare ſucceſſori individuitatem Regni. Ibid.

Bona Coronæ ſunt ſubjecta reſtitutioni. Ibid.

23 Majoratus poſſeſſor, dum vivit, dominus eſt, & alienatio bonorum valet pro ejus vita.

24 Mortuo poſſeſſore alienatio fit irrita.

25 Succeſſor in Regno debet venerationem præſtare mandatis prædeceſſoris, ſi vult, ut ejus geſta à ſucceſſoribus ſerventur.

Succeſſor in Regno tenetur ſervare donationes anteceſſoris. Ibid.

26 Confirmationes de Rey à Rey ſolent geri ad Regis beneplacitum, tempore ab eo diffinito, & interim ſolent donatarii ſibi providere de litteris, quæ dicuntur Alvaras de eſtar em poſſe.

27 Pœna non habet locum niſi in caſibus à jure expreſſis.

28 Publicato Edictali confirmationum generalium tenentur donatarii donationes exhibere intra terminum præfixum apud officialem deputatum: quo facto uti poſſunt donationibus.

29 Confirmatio generalis, quæ fit in Comitiis, dicitur fieri in forma communi, & nihil de novo operatur, ſed confirmat donationem prout erat in ſtatu, quo poſſidebatur.

30 Confirmatio præſumitur facta in forma communi, & nihil de novo tribuit.

Si confirmatio fiat in forma ſpeciali à Principe, qui voluit diſpenſare in vitio, vel nullitate, ſupplet omnes illius defectus, & habet vim novæ conceſſionis. Ibid.

31 Confirmando dare videtur, qui dare poteſt.

Confirmatio fieri dicitur in forma ſpecifica, quando

cauſæ cognita negotii, circumſtantiarum ſit confirmatio: vel quando tenor donationis, aut confirmationis inſeritur in ipſa confirmatione. Ibid.

32 *Si donatio expiravit cum vita donatarii, non poteſt fieri confirmatio in Senatu Palatino, ſed gratia de novo eſt obtinenda à Rege.*

33 *Non poteſt confirmari privilegium, quod non exiſtit.*

34 *Maritus Dux, vel Marchio facit uxorem Ducissam & Marchioniſſam, prout Rex facit uxorem Reginam.*

35 *Uxor coruſcat radiis nobilitatis, & dignitatis mariti, & eo mortuo dignitatem retinet, quam amittit tranſeundo ad ſecunda vota, quia tunc privatur titulo.*

36 *Quid ſi Duciſſa, vel Comitiſſa nupſit viro non titulato, An faciat eum Ducem, vel Comitem?*

Reſolvitur affirmativè de conſuetudine: ut nu. 37.

Ignobilis ducens uxorem nobilem non per hoc nobilitatur: ut n. 36.

38 *Mortua uxore Duciſſa, ſeu Còmitiſſa maritus non poteſt appellari Dux, vel Comes, ſed aliud ſervatur de conſuetudine: ut nu.* 39. *ubi quod retinet prærogativas Dignitatis.*

40 *Si Rex aliquem tractat uti titulatum, ab omnibus debet eodem modo tractari.*

Si Rex ſcribit caſtro, uti Civitati, illud Civitatem efficit. Ibid.

Si Princeps appellat Doctorem illum, qui non erat, cenſetur eum condecorare Doctoratus dignitate. Ibid.

41 *Intellige, ſi Princeps ex certa ſcientia, & principaliter id velle conſtaret: ſecus alias.*

42 *Verba Principis prolata ſuper eo, quod ignorat non inducunt diſpoſitionem, licet ſuper eis fundaretur intentio.*

Verba Principis enuntiativa prolata propter aliud non diſpoſuit. Secus ſi principaliter, & propter ſe proferantur ſine tertij præjudicio. Ibid.

43 *Dignitas eſt individua, & in ea ſuccedit primogenitus in caſibus, ubi per mortem patris non expiravit.*

44 *Filius natus ante adeptum Regnum, vel dignitatem ſuccedit in Regno, vel dignitate, & præfertur ei, qui poſt adeptum Regnum natus eſt.*

45 *Quæcunque pater adquirit, tam filiis natis, quam naſcituris adquirit.*

46 *Princeps ita ut poteſt dignitates concedere, ita etiam in vita patris conceſſionem prorogare pro una, vel pluribus vitis.*

Controvertitur: An ſi pater ex donatione habebat oppidum, vel Civitatem, & titulum Ducatus, vel Comitatus, ſi prorogatio fiat conceſſionis bonorum Coronæ; intelligatur etiam conceſſus titulus. Ibid. *Et diſputatur nu. ſeqq.*

47 *In ſimplici appellatione bonorum veniunt jura, & actiones.*

Item etiam emphyteuſis. Ibid.

48 *Gratia prorogata modo, de quo ſupra, extenditur ad filium, & non dicitur nova conceſſio.*

49 *Prorogatio feudi durante prima conceſſione non facit novum feudum.*

Prorogatio retinet eaſdem qualitates primæ conceſſionis. Ibid.

50 *Officium ampliatum dicitur idem, & non eſt novum.*

51 *Donatario id tantum conceſſum intelligitur à Rege, quod in donationibus expreſſe continetur.*

52 *Regalia non comprehenduntur in donatione caſtri cum omnibus juribus, & quoque modo pertinentibus.*

Reſervata Principi non veniunt in generali conceſſione Ibid.

53 *Juriſdictio non venit in generali conceſſione caſtri, vel loci.*

54 *Donatario non pertinet id, quod tacite donatur: ſed eſt neceſſarium, quod expreſſis verbis, & ſpecialibus concedatur.*

Si lex aliquid expreſſe fieri jubet, non ſufficit tacite fieri. Ibid.

Ordinatio, quæ requirit expreſſionem donatorum, non verificatur in comprehenſione tacita, vel virtuali. Ibid.

55 *Proponitur* Bartoli *diſtinctio circa prorogationem officij in eadem perſona, vel in perſona tertij.*

56 *Officium prorogatum, quando nova perſona intervenit, dicitur novum officium in illa perſona.*

Uſusfructus conceſſus patri, & poſt eum filio non eſt unus uſusfructus, ſed duo diverſi. Ibid.

57 *Conceſſa patri facultate nominandi filium ad Officium facta nominatione filius habet jus in officio independens à jure patris.*

Si in renovatione emphyteuſis adjicitur nova perſona, jam non dicitur renovatio, ſed nova conceſſio. Ibid.

Argumentum de officio ad feudum, & è contra, validum eſt. Ibid.

58 *Caſtrum eſt ſeparatum à juriſdictione, & juriſdictio eſt quædam qualitas ſeparata à caſtro.*

59 *Reſolvitur quæſtio pro parte negativa.*

Notabilia quæ ſunt, niſi ſpecialiter exprimantur, videntur neglecta. Ibid.

Magna, & notabilia nulla generalitate verborum incluſa cenſentur. Ibid.

60 *In diſpoſitione generali non comprehenditur, quod habet ſpeciale nomen, niſi expreſſe fiat mentio.*

Supponere non debemus, quod in gratia, vel reſcripto non exprimitur. Ibid.

61 *Interpretatio gratiæ, vel privilegij pertinet ad Regem concedentem.*

CONceſſiones Dignitatum in hoc Regno fieri 1
non ſolent abſque donatione terrarum & juriſ-
dictionis, & ideo ita de conceſſionibus Dignita-
tum, ac de donationibus terrarum, & juriſdictionum
judicandum eſt. Donationes vero, aut fiunt ad vi-
tam donatarii, hoc expreſſo in donatione nempe,
Em ſua vida sò mente, id eſt pro ejus vita tantum,
ut notatur ex *Ordin. lib. 2. tit. 25. in princip.* & tra-
dit Valaſc. *de jure emphyt. q. 50. n. 23.* vel ſimpli-
citer, & tandem in perpetuum. Quod apud nos di-
citur, *de jure, & herdade:* vel deniq; Titio, & filiis
ſuis: ut probari videtur in *Ordinat. d. tit. 35. in princ.*
ibi: *Em ſuas vidas, & de ſeus filhos, ou de juro, & her-
dade*. Ubi ponit tanquam diverſas donationes ad vi- 2
tas, & alias in perpetuum collatas propter dictionem,
ou quæ eſt disjunctiva, & ponitur inter diverſa *L. ſi
ex toto §. 1. ff. de legat. 1. L. ille aut ille, ff. de legat. 3. L.
Titio, ff. de legat.* 2. Roland. à Valle. *conſ. 99. n. 56.
vol. 4.* Hieronym. Leo *deciſ. 7. n. 7.* Aug. Barb. *diction.
46. n. 1.* Primo igitur modo quando donatio fit ad vi-
tas, vel ſimpliciter, mortuo donatario dignitatis con-
ceſſio extinguitur cum ejus vita; nec tranſmittitur ad
poſteros Alex. *conſ. 86. lib. 1.* Ponte *conſ. 1. n. 61.* Thuſc.
littera P. concluſ. 743. n. 3. & concl. 745. n. 6. Menoch.
*l. 3. præſumpt. 103. n. 1. & conſ. 2. n. 272. & conſ. 1132.
n. 8.* Giurb. *de ſucceſſ. feudor. §. 1. gloſſ. 3. n. 30. & §. 2.
gloſſ. 13. n. 105. verſ. tertius caſus & verſ. declara pri-
mo,* Suar. *in L. quoniam in prioribus limit. 11. n. 3.* Ma-
ſtrill. *de Magiſtr. lib. 4. c. 10 n. 16.* Olea *de ceſſione ju-
rium tit. 3. q. 1. n. 21.* Cabed. *2. p. deciſ. 4. n. 3.* Valenz.
conſ. 38. n. 4. Quod etiam probatur ex text. *in c. 1. de
feud. Marchiæ.* Ex quo Roderic. Suar. *d. limit. 11. n. 2.*
docet in titulis, ſeu Dignitatibus ſimpliciter conceſſis
non

non dari ſucceſſionem: ſequitur Maſtrill. *d. c.* 10.*n.*
18.Molin.*l.*1.*c.*11.*n.*12.Caſtill.*lib.*5.*c.*159.*n.*5.Roxas
*de incompar.Regnor.p.*4.*c.*4.*n.*19. Ubi, quod illa Di-
gnitas ſimpliciter conceſſa non tranſit ad filium. Ex
3 ea ratione: quia privilegium perſonale non egredi-
tur perſonam illius; cui conceditur *L.* 1. *in fin. ff. de
conſtit. Princ. L. non tantum ff. de liberat. legata, L.
in omnibus juris articulis ff. de regul. jur. L. repeti* §.
morte, ff. quibus modis uſusfructus amittatur, Solorz.
de jure Indiar. 2.*tom.lib.*2.*cap.*14.*n.*2.Arias de Meſa
*lib.*2.*var.c.*27.*n.*10.Giurb.*d.*§.1.*gloſſ.*3.*n.*30. & 47.
Noalis *de tranſmiſſ caſu* 21. *n.* 23. & *caſu* 27. *n.*14.
Olea *de ceſſ. jur. tit.* 3. *q.* 1. *n.* 21.

4 Sed in hoc pauliſper erit ſubſiſtendum, quoniam
ita ut feudum ſimpliciter conceſſum intelligitur hæ-
reditarium accipientis pro ſe, & hæredibus, Alex.
in L. ſed ſi hac §. *liberi, ff. de injus vocando, & in L.
quod dicitur, ff. de verb. obligat.* Valaſc. *de jure em-
phyt. q.* 43. *in princip.* & *n.*4. poſt Roland. *conſ.* 97.
n. 39. ita, & conceſſio Dignitatis ſimpliciter facta ſal-
tem ad liberos hæredes tranſire debet: argum. text.
in L. ſi pactum 9. *ff. de probat.* & eorum quæ no-
tant Valaſc. *de jure empyt. q.* 50. *n.* 44. Mantic. *de
tacit. lib.* 1. *tit.* 7. Alex. Trentac. *var. lib.* 1. *tit. de
empt. & vendit. reſolut.* 10. *nn.* 2. Capyc. Latro *de-
ciſ.* 2. *à nn.* 9. *cum ſeqq.* Et rurſus quia, Dignitas
ſimpliciter conceſſa per modum beneficii dicitur rea-
5 lis, & perpetua, prout eſt beneficium à Principe
conceſſum ſimpliciter *c. decet. de regul. juris in* 6. *L.
beneficium C. de conſtit. Princip.* Valenz. *conſ.* 69.*n.*
73. Solorz.*d.lib.*2.*c.*22.*n.*15.Noalis *de tranſmiſſ.caſu*
23.*n.* 17. Ubi quod tranſit ad hæredes ex Bart. *in L.
fin. num.* 4. *ff. de ſervit. legat.* Menoch. *lib.* 3. *præ-
ſumpt.* 103. *n.* 20. Ratio eſt, quia beneficium Prin-
cipis latiſſime eſt interpretandum ſecundum Bald. *in
d. L. beneficium in* 2. *lectur.* Decius *conſ.* 32. *nu.* 2.
6 Seſſe *deciſ.* 160. *n.* 267. Giurb. *deciſ.* 23. *n.*10.Lar-
tea *allegat.* 4. *n.* 2. Amaya *in L. unica n.* 6. *C. de
collat. donat. lib.* 10. Cabed. 2. *p. deciſ.* 95. *nu.* 1.
Solorz. *d. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 40. idem Giurb. *de ſucceſſ.
feud.* §. 1. *gloſſ.* 3. *num.* 38. Menoch. *d. præſumpt.* 10.
nu. 29. 30. & 31. & *conſ.* 1007. *nn.* 52. Qui omnes
docent conceſſionem factam à Principe per mo-
dum beneficii, tanquam realem tranſire ad hæ-
redes.

7 Confirmatur, quia conceſſio facta perſonæ ob cau-
ſam meritorum realis dicitur Bald. *conſ.* 355. *lib.* 1.
& *conſ.* 58. *lib.*3. Tiraq. *in L. ſi unquam verb. dona-
tione largitus n.* 48. Menoch. *d. præſumpt.* 103.*n.*12.
& 13. & *conſ.* 1007. *n.* 99. Surd. *conſ.* 419. *nu.* 64.
Giurb.*d.gloſſ.*3.*n.*39. Cravet. *conſ.* 929. *n.* 1. Noalis
d. caſu 23. *n.* 19. Ubi, quod privilegia realia ſunt ad
hæredes tranſitoria: Quibus tamen non obſtantibus
verior eſt ſententia: Quod ſi Dignitas ad vitam do-
natarii, vel ſimpliciter ſit conceſſa, extinguitur cum
ejus vita, & perſona: ut præter ſupra relatos te-
8 uent Molin. *de primog. lib.* 1.*c.*11.*n.*12.Suar. *in d. L.
quoniam in prioribus limit.* 11. *dub.* 1. *n.* 2. Neque
obſtat feudum ſimpliciter donatum ad hæredes
tranſire, quia contrarium procedit in donationibus
Regis, quarum diverſa eſt natura Valaſ. *de jure em-
phyt. q.* 50. *n.* 23. Neque etiam obſtat: quod Di-
gnitas collata per modum beneficii, dicitur realis,
maximè ſi conceſſa ſit ob cauſam meritorum: quia
reſpondetur, quod conceſſio facta perſonæ cauſa
meritorum vere perſonalis eſt, & ad alium non tran-
ſit: ut eleganter docet Petr. Barboſ. *in L. quia tale
nu.* 7. *ff. ſolut. Matrim.* Immo ſi Dignitas conceſſa
fuiſſet perſonæ propter ejus merita, vel rei propter
merita perſonæ, perſonalis erit, non realis; ſi in-
9 duſtria perſonæ conſiderata fuerit; prout in conceſ-
ſione harum dignitatum regulariter conſideratur, &
attenditur Barboſ. *in d. L. quia tale n.*8.Maſtrill.*d.ca.*
10.*n.*16.Atque ita extincta perſona donatarii extin-
guitur dignitatis titulus, vel terrarum donatio, quæ
redeunt ad Coronam.

Si vero dignitas dirigitur oppido, vel caſtro, quia 10
Rex erigit locum in Ducatum, Marchionatum, vel
Comitatum, & poſtea illum alicui donat in perpetuum
tunc Dignitas realis erit, & poſſeſſor recte Dux. Mar-
chio, vel Comes appellabitur: quia locus ipſe hanc
præ ſe fert Dignitatem, quæ tranſit in quemcunque,
qui loci Dominus ſit *L.*3.§.*rebus, L. forma* 4.§.*quam-
quam, ff. de cenſib.* Surd. *conſ.* 525. *n.* 25. & 26. No-
guer. *allegat.* 38.*n.*9.*in fin.* Olea *de ceſſ. jur. tit.* 3. *q.*
1. *d. n.* 22. Giurb. *de ſucceſſ. feud.* §. 1. *gloſſ.* 3. *nu.*
40. Thuſch. *litter. P. concluſ.* 744. *n.* 3. Barb. *in d.
L. quia tale n.* 39. Cancerius *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 324. Ita
namque dignitas adſcripta loco inſeparabilis eſt, ut
neceſſariò, in quem tranſit locus, tranſeat & ipſa di-
gnitas Cancer. *d.c.*3.*n.*324.Burſat.*conſ.*16.*n.*64.Me-
noch.*conſ.*1007.*n.*97.Gaſp.Theſaur.*forenſ.lib.*3.*q.*5.
*n.*2.Maſtrill.*de Magiſtr.lib.*4.*c.*10.*n.*34.Giurb.*d.gloſſ.*
3.*n.*40. *poſt medium.*

Cæterum, ſi dignitas conceſſa fuit in perpetuum, 11
vel pro filiis, & deſcendentibus in infinitum, tunc
tranſit dignitas ad filium donatarii, qui mortuo patre
rectè poterit Dux, Marchio, vel Comes appellari abſ-
que Regis approbatione, licet urbanius faciat, ſi
expectet litteras Principis, ubi, eum nomine digni-
tatis appellet Molin. *de primogen. lib.* 1.*c.*11.*n.*21. In
Luſitania vero in prædicto caſu, qui habet titulum
dignitatis pro ſe, & filiis, vel in perpetuum, aliam-
ve donationem bonorum, & jurium Regiæ Coronæ
mortuo patre debet intra ſex menſes petere à Rege
confirmationem, quæ vocatur per ſucceſſionem jux-
ta *Ordin. lib.* 2. *tit.*38. §. 1. ſub pœnis ibi impoſitis.
Quod ſi facere neglexerit intra annum, eo tranſacto
donatio pro vita negligentis nulla judicabitur Cabed.
*d.*2.*p.deciſ.*4.*n.*5.6. & 15.*Ordin.tit.*38.§.1. Quæ ta-
men Reges noſtri de conſuetudine non obſervant, &
quocunque tempore petatur confirmatio, concedi
ſolet; dummodo ſucceſſor ſolvat jura Regi debita in
Cancellaria. Et ita de ſtylo ſervari docet Cabed. *d.
deciſ.*4.*n.*15. Ubi in fine dicit: Quod ſi in contradic-
torio judicio opponeretur donatario intra annum non
obtinuiſſe confirmationem, locus erit Ordinationis, &
invalida judicabitur donatio pro vita illius, qui
confirmationem non obtinuit. In quo illi aſſentior;
quidquid enim Reges ex ſua clementia multoties fa-
cere ſoleant; nihilominus lex ſemper loquitur *L.
Arriani, C. de Hæretic.* Ubi plures laudat Auguſt.
Barboſ. *n.*7. Suar. *in proœm. leg. fori col.* 1. & ſemper 13
eſt in viridi obſervantia, ut exequatur quoties caſus
occurrerit; etiam poſt mille annos Dominic. *in c. ut ani-
marum* §. *ſtatuto de conſtitutionib. lib.*6. Roderic. Suar.
ubi proxime, Garcia *de benefic.*2.*p.cap.*1.*n.*45.Arias
de Meſa *lib.*2.*var.c.*18.*n.*9.

Notabis tamen, quod is tantum tenetur intra ſex 14
menſes confirmationem per ſucceſſionem petere, qui
poſſidet terras, dignitatem, vel juriſdictionem Or-
dinat. *d. tit.*38.§.1. ibi: *Poteſtatem de poſſe das terras.*
Bald. *in L. ſolennibus n.*5. & 6. *C. de rei vendicat.* Si
enim non poſſidet, nullam tenetur petere confirma-
tionem; & abſque ea in judicio audiendus eſt Cabed.
2.*p.deciſ.*4. *n.* 8. Valaſc. qui pluries judicatum dicit
*conſult.*167.*n.*6. ubi *n.*7. reſpondet Ordinat. *d.*§.1. Ex
qua deduci videbatur, quod etiam, qui non poſſide-
bat, confirmationem petere tenebatur.

Secundo nota non currere tempus petendæ confir- 15
mationis ei, cui lis mota fuit ſuper ſucceſſione bono-
rum; quia litis impedimentum juſtam excuſationis
cauſam præbet *L. contra majores, C. de inoffic. teſtam.*
ubi Petr. de Bellapert. & Bald. *in d. L. ſolennibus C.
de rei vindicat.* Cabed. 2.*p. d. deciſ.*4.*n.* 10. Et confir-
matur ex eo, quod annus præſcriptus vaſſallo ad ſuſci-
pien-

piendam inveſtituram non currit, dum patitur con-
troverſiam ſupet feudo Tiraq. de retract. Lignagier
§. 1. gloſſ. 10. n. 36. & ſeqq. Surd. deciſ. 263. n. 16.
Garc. de beneſic. 3. p. c. 2. n. 47. & in noſtris terminis So-
lorzan. tom. 2. lib. 2. c. 16. n. 69. Quod etiam locum ob-
tinebat in quocunque alio legitimo impedimento car-
cetis, vel relegationis non affectato L. 2. §. ſimilique
modo ibi: A Magiſtratu retentus eſt & retentus ſine
dolo malo ipſius, L. ſed etſi in princ. ff. ſiquis cautio-
nib. ibi: Aut forte in exilium ſalva civitate abiit. Et
in §. 1. ibi: Adverſus relegatum reſtitutionem fa-
ciendam ex generali clauſula cum aliis ſimilibus
adductis à Solorz. d. lib. 2. c. 25. n. 77. Et idem dicen-
dum de minore, qui contra lapſum temporis beneficio
reſtitutionis juvari debet Cald. de renovat. q. 5. n. 22.
Cabed. d. deciſ. 4. n. 14.

16 Requiritur autem hæc confirmatio per ſucceſſio-
nem, tam ut Regi clare innoteſcat per legitimam juſ-
tificationem (quæ fieri debet coram Judice juſtifica-
tionum illum, qui ſuccedit, eſſe filium maſculum,
habereque qualitates requiſitas in Ordinat. lib. 2. tit.
35. quas ſucceſſor probare tenetur ex Afflict. in cap.
1. §. Sancimus n. 3. quo tempore miles. Et inſuper, ut
ſucceſſor in bonis Coronæ Regem donantem reco-
gnoſcat: prout etiam fit in feudis per text. in c. Im-
perialem §. præterea c. 1. ubi DD. de capitulis Conra-
dii. Cabed. d. deciſ. 4. n. 6. qui n. 16. & 17. modum con-
cedendæ hujus confirmationis deſignat.

17 Deinde notare oportet, quod ſi in confirmatione
per ſucceſſionem nihil de novo additur veteri dona-
tioni, non dicitur nova donatio Gama deciſ. 47. n. 3.
Petr. Barboſ. in L. quia tale à n. 79. ff. ſolut. Matrim.
Cabed. d. deciſ. 4. n. 16. Ex ea ratione, quia confirma-
tio nihil de novo dat, ſed datum confirmat intra ejus
limites, & effectus L. 1. §. ſiquis ff. ut legat. nom. ca-
veatur. L. ſi ſtipulatus §. verum. ff. de uſur. L. ſi enim
§. qui injuriarum, ff. ſiquis cautionib. L. fin. C. de non
numer. pecun. L. ſi legati, ff. de legat. 1. ubi Paul. de
Caſtr. n. 2. Cuman. in 2. lect. opinion. 1. Larrea allegat.
73. n. 4. Salgad. de protect. 2. p. c. 14. n. 19. & 4. p. c. 11. n.
18 37. Auguſt. Barboſ. voto 30. n. 77. Atque ideo confir-
matio ad titulum primævum eſt referenda: argum.
text. in c. olim. de verb ſignificat. L. aſſe toto, ff. de hæ-
redib. inſtit. L. ait Prætor. §. ſi Judex, ff. de re judicata,
L. ſi ita ſcripſero, ff. de condition. & demonſtr. Tiraq.
de retract. lignagier. §. 1. gloſ. 10. n. 67. Surd. deciſ. 245.
n. 6. & ſeqq. & conſ. 262. n. 67. poſt plures Solorz. d. lib.
2. c. 26. n. 45. Larrea. d. allegat. 73. n. 3. Qua ratione
in donationibus antiquis maxime à tempore Alphon-
ſi Quinti Regis Luſitaniæ in confirmationibus ſemper
clauſula poſita fuit: ſi ille per cujus obitum terræ
vacarunt, eas poſſidebat tempore mortis ſuæ: quam
neceſſariam dicit ex Afflict. Cabed. d. deciſ. 4. n. 8. Si
enim alius terras poſſidebat, confirmatio tertio præ-
judicium inferre non poteſt Capyc. Latro conſult. 80.
n. 47. Cabed. 2. p. dec. 1. n. 6. Solorz. lib. 2. c. 26. n. 61. &
19 62. Subindeque ſi in prima donatione aliquis dába-
tur defectus, poſt confirmationem durat idem defec-
tus Bald. in c. dudum de decimis ubi Abbas n. 11. Surd.
deciſ. 289. n. 8. & 9. conſ. 47. n. 19. Salgad. de protect. 2.
p. c. 14. n. 20. Valenz. conſ. 69. n. 143. Gail. lib. 2. obſer-
vat. 1. n. 2. Molin. de Primog. lib. 4. c. 9. n. 33. & ſeqq.
Ubi docet Principem nunquam cenſeri confirmare
actum nullum Solorz. d. lib. 2. c. 26. n. 56. ubi plures
refert: quibus addo Anton. Hering. de fidejuſſor. c.
10. n. 107. Larrea allegat. 68. n. 6. Camunc. deciſ. 53. n.
7. Anton. Amat. var. reſolut. 100. n. 17. Caſtill. controv.
lib. 5. c. 89. n. 201.

20 Declara etiam, quod Rex petenti confirmationem
per ſucceſſionem poteſt, & ſolet ex juſta cauſa tem-
pus præfixum ab Ordination. d. tit. 38. §. 1. protogare;
quod fieri ſolet per annum ex Cabed. 2. p. deciſ. 6.
n. 4. Valaſc. conſult. 167. n. 5.

Altera eſt confirmatio, quæ fieri ſolet à Rege ſuc-
ceſſore in Regno; quam dicimus de Rey à Rey Ca- 21
bed. 2. p. deciſ. 5. n. 1. Valaſc. conſult. 167. n. 4. Quæ con-
firmatio conſuetudine introducta fuit à tempore Re-
gis Joannis Secundi: ut conſtat ex Chronica ipſius c. 5.
cujus verba tranſcripſit Cab. 2. p. dec. 5. n. 6. Hæc cõſue-
tudo pro lege obſervatur; & confirmatur ex Ordinat. d.
l. 2. tit. 38. §. 1. & tit. 45. §. 1. & tit. 48. §. 8. & d. tit. 45. §.
19. 34. & 56. & lib. 5. tit. 91. §. 2. & tit. 104. §. 1. & l. 1. tit.
37. in princ. Ideoq; introducta fuit, ut donationes exa-
minarentur, quia in pluribus neceſſariæ erant fieri ali-
quæ declarationes, & limitationes: Et ex eo, quod do-
nationes factæ à Rege hujus Regni valere cenſentur
dumtaxat durante vita concedentis, & ea extincta
expirant. Cum enim Rex teneatur ſucceſſori indivi-
duitatem Regni ſervare Auguſt. Barboſ. in prætermiſſ.
ad text. in c. intellecto de jurejur. n. 4. & bona Coronæ
ſint ſubjecta, reſtitutioni, L. fin. §. ſin autem, C. com- 22
mun. de legat. licet Rex, dum vivit Dominus ſit L. ſpe-
cies, ff. de auro, & argen. leg. L. generaliter §. 1. ff. qui, &
à quibus, L. fin. §. ſed quia noſtra C. commun. d. legat. ut
in poſſeſſore Majoratus ſcribunt Gomez in L. 40. Tauri 23
n. 76. Valaſc. conſ. 122. n. 6. & conſult. 116. n. 5. & melius
conſult. 194. n. 22. Larrea dec. 38. n. 19. Molin. l. 1. c. 19.
n. 4. & 16. Solorz. de jure Indiar. tom. 2. l. 2. c. 2. n. 32.
Salgad. in labyrinth. credit. 1. p. c. 14. n. 59. Giurb.
deciſ. 79. n. 37. & ſeqq. Cyriac. controv. 23. n. 14. & con-
trov. 99. n. 13. Hermoſ. in L. 7. tit. 4. p. 5. gloſſ. 3. n. 20.
Tondut. reſolut. civil. c. 139. n. 18. Ubi ait alienatio-
nem ita factam valere. Verumtamen decedente poſ-
ſeſſore, qui reſtituere tenetur, irrita efficitur aliena-
tio; & donatio perinde habetur, ac ſi facta non fuiſ-
ſet, L. fin. §. ſi autem ſub conditione, C. commun. de
legat. L. peto §. prædium, ibi: Poſt mortem non habitu- 24
rus, ff. de legat. 2. DD. in d. c. intellecto de jurejur.
Valaſc. d. conſult. 167. n. 2. Cabed. d. deciſ. 5. n. 5. Hie-
ronym. Leo deciſ. 37. n. 12. & ſeqq. Intrigl. de ſubſtit.
centur. 3. q. 73. à n. 6. cum ſeqq. Quapropter cum ve-
re donationes morte concedentis evaneant, & tamen
Rex ſuccedens in Regno debeat venerationem præſ-
tare mandatis Anteceſſoris, ſi vult, ut ejus geſta à Suc-
ceſſoribus ſerventur, Gratian. diſcept. forenſ. c. 599. n.
22. c. juſtitia 25. q. 1. Conveniens viſũ fuit, ut ſucceſſor 25
in Regno teneretur ſervare donationes ſui prædeceſ-
ſoris, Suar. alleg. 8. n. 3. & 8. & allegat. 9. n. 9. & al-
leg. 108. n. 3. Tiraq. de primog. q. 35. n. 19. Petr. Bar-
boſ. in L. quia tale n. 9. ff. de ſolut. Matr. Auguſt. Bar-
boſ. in c. Abbate ſane n. 7. & 8. de re judic. in 6. Et
quidem recte, quia Succeſſor Principis contraveniens
factis Anteceſſoris dicitur ſibi ipſi contravenire, quia
Imperium ſemper eſt unum, & Corona ſemper eſt
una, & nunquam moritur. Molina de Primog. lib. 4. c.
15. n. 47. Cabed. d. deciſ. 3. n. 3. Attamen quippe multo-
ties in donationibus antiquis reperiuntur conceſſa
multa, quæ publicum Regni ſtatum lædunt, & non
tam à Succeſſore, ſed ab ipſo concedente revocari
debeant, ut Deo dante alibi dicemus. Introductum
fuit, ut donationes à prædeceſſore factæ per novum
Regem confirmarentur, & ut neceſſe eſſet, refor-
marentur. Quod effectum fuit, ut per confirmatio-
nem donationes validarentur, & Regiæ Coronæ
conſuleretur, Rexque certus fieret de qualitatibus
donationum.

Hæ confirmationes generales de Rey à Rey fieri
ſolent ad Regis beneplacitum in tempore ab eo præ- 26
finito, qui ſolet eligere miniſtros, per quos confir-
mationes expediantur, & donationes examinentur,
Cabed. 2. p. deciſ. 5. n. 2. Valaſc. conſ. 167. n. 3. In-
terim tamen, quo Rex non eſt in confirmationibus
ſolent donatarii ſibi particulariter providere de litte-
ris, quæ nuncupantur Alvarat de eſtar em poſſe; per
annum, ut utantur ſuis donationibus, & privilegiis
quoad Rex generales faciat confirmationes. Quæ lit-
teræ

teræ peti ſolent oblato libello ſupplicatorio in Men-
ſa Senatorum Palatii, qui audito Procuratore Regiæ
Coronæ prædictas litteras concedunt per annum; vel
biennium, adjecta clauſula, ſi prius Rex non ſit in
confirmationibus, Valaſc. conſ. 167. n. 5. Cabed. 2.
p. deciſ. 5. nu. 1. & 2. & deciſ. 6. nu. 1. Adverten-
dum tamen eſt: quod Donatarius, qui non obtinet
prædictam Regis proviſionem, nullam pœnam incur-
rit; quia à lege non reperitur ſtatuta; & de jure
pœna non habet locum, niſi in caſibus à jure ex-
preſſis Auth. de non eligendo ſecundo nub. §. cum
27 igitur verſ. non eſt lex, Surd. deciſ. 78. n. 6. Phæb.
1. p. arreſt. 123 in fin. Gama deciſ. 58. Cabed. 1. p. deciſ.
71. n. 4. Valaſc. de partit. c. 8. n. 31. Thom. Valaſc. alle-
gat. 31. n. 5. Petr. Caball. reſolut. crim. caſ. 1. n. 11. Va-
lenz. conſ. 128. n. 19. Poterunt namque Donatarii,
qui prædictam proviſionem non obtinuerunt, prohi-
beri ne utantur donationibus.

28 Publicato autem edictali confirmationum, de quo
Cabed. deciſ. 5. tenentur Donatarii intra terminum
præfixum exhibere donationes apud officialem de-
putatum: Quo facto uti poſſunt donationibus, uſ-
quequò confirmentur: neque ultra ad aliud tenen-
tur; quia terminus expeditioni confirmationum
præfixus non eſt, & expeditio officialibus incumbit
Cabed. d. deciſ. 6. n. 1.

29 Iterum nota: quod altera eſt confirmatio gene-
ralis, quæ fit in publicis Comitiis: de qua Cabed.
2. p. deciſ. 3. Avil. in c. Prætorum c. 17. in gloſ.
proveber. n. 4. Roland. conſ. 29. n. 32. Hæc autem
confirmatio generalis facta in Comitiis dicitur fieri
in forma communi; quia Princeps de negotio non eſt
bene inſtructus. Et ſic confirmatio nihil de novo ope-
ratur. Sed tantum confirmat donationem prout antea
erat; & in ſtatu, quo poſſidebatur c. quia diverſita-
tem de conceſſ. præb. in verſ. non obſtante, ibi: Sub
forma communi, quæ confirmat beneficium, ſicut juſtè,
& pacifice poſſidetur: c. examinata de confirm. util.
vel inut. Auguſt. Barboſ. in c. cum dilecta n. 12. de
confirm. util. Et quidem confirmatio in dubio præ-
ſumitur in forma communi Decius conſ. 72. n. 3. quæ
nihil de novo tribuit Roland. conſ. 7. n. 108. lib. 3.
Oſaſch. deciſ. 102. in fin. Carol. Tapia deciſ. 2. n. 63.
Ramon. conſ. 37. nn. 73. Larrea alleg. 73. nu. 8. &
ſeqq. Solorz. de jure Indiar. tom. 2. c. 26. n. 59. Amat.
30 reſol. 100. n. 18. Joſeph. de Seſſe deciſ. 389. n. 29. Si
vero confirmatio fiat in forma ſpeciali à Principe,
qui vult diſpenſare in vitio, vel nullitate donationis:
tunc confirmatio operatur validitatem actus, & ſup-
plet omnes ejus defectus ac habet vim novæ conceſ-
ſionis, quando confirmatur id, quod invalidum eſt,
c. 1. c. veniens de tranſact. c. quia diverſitatem de
conceſſ. præb. c. 1. de confirm. util. vel inut. Alex.
conſ. 122. n. 18. lib. 8. Soar. allegat. 14. n. 1. Gail. &
Græveus l. 2. obſerv. 1. n. 11. & ſeqq. & n. 27. Molin. de
Primog. lib. 2. c. 6. n. 8. Cancer. lib. 3. c. 3. à n. 177.
Surd. conſ. 340. n. 7. & conſ. 349. n. 7. Caſſanat. conſ.
43. n. 94. cum ſeqq. Valenz. conſ. 79. n. 2. & ſeqq. Ma-
31 reſcot. lib. 2. var. c. 67. n. 23. & 34. Solorz. d. c. 26. n.
58. Aug. Barb. in d. c. cum dilecta n. 28. de confirm.
util. vel inut. quia confirmando dare videtur, qui
dare poteſt. Felin. in c. inter dilectos nu. 16. de fide
inſtrum. Gratian. forenſ. c. 8. nu. 16. Cabed. 2. deciſ. 1.
nu. 4. Capyc. Latro. conſult. 4. n. 29. & conſult. 80.
nu. 81. And. Gail. lib. 2. obſervat. 1. Amat. reſol. 100.
nu. 16. Larrea alleg. 73. n. 1. Valenz. conſ. 79. n. 11.
Solorzan. d. c. 26. n. 43. & ſeqq. Dicitur autem con-
firmatio fieri forma ſpecifica; quando cum perfecta
notitia, & cauſa cognita totius negotii, ejuſque cir-
cunſtantiarum ſit confirmatio. Vel quando tenor do-
nationis, aut privilegii inſeritur in ipſa confirmatio-
ne d. c. cum dilecta, c. examinata de confirm. util. vel
inut. Decius in c. porrecta nu. 15. eod. tit. Molina lib.
2. c. 7. n. 9. Auguſt. Barboſ. in d. c. cum dilecta nu.
13. Creſp. de Valdaura obſerv. 91. n. 46. Caſtill. lib. 5.
contr. c. 89. n. 206. Ubi n. 207. quod hoc caſu con-
firmatio, non confirmatum attenditur & à confirman-
te agendum eſt, Cravet. conſ. 563. ſub n. 11. Grav.
ad And. Gail. obſerv. 1. n. 38. Antonin. Amat. re-
ſol. 100. n. 16. & 19.

Deinde nota: quod ſi donatio fuit perſonalis & 32
cum vita donatarii expiravit, non poteſt illius confir-
matio fieri in Senatu Palatino; ſed gratia de novo
à Rege obtinenda eſt: ut judicatum fuit in noſtro
Senatu die vigeſima quinta Februarii anno 1634. in
gravamine conductorum tributi das jugadas, in lite
Cardinalis Ferdinandi Infantis. Et quidem recte quia
privilegium conceſſum Infanti Cardinali Henrico
ejus morte expiravit; & non potuit confirmari ad
favorem Ferdinandi ſucceſſoris abſque nova gratia.
Non enim poteſt dari confirmatio ejus privilegii,
cujus ens nullum eſt, Græv. ad d. obſerv. 1. Gail.
concluſ. 1. ex n. 1. uſque ad n. 18. Caſtill. d. c. 89. n.
202. circa fin. Cum igitur gratia fuerit extincta
morte donatarii, jam non erat, quid poſſet confir- 33
mari: & quando relatio fit ad id, quod non eſt, con-
ceſſio nullius momenti erit; L. ſervus legatus §. qui
quinque, ff. de legat. 1. L. ſed etſi dotem ff. de dote præ-
leg. L. qui plures 18. ff. de uſufruct. leg. Larrea alleg.
50. n. 70. & ſeqq.

Porro ſciendum eſt! quod maritus Dux, Marchio, 34
vel Comes facit uxorem Duciſſam, vel Marchioniſ-
ſam, etiam poſt mortem viri: prout Rex facit uxo-
rem Reginam adhuc mortuo viro Palac. Rub. in rubr.
de donat. inter §. 31. n. 7. & 9. Fab de Anna conſ.
108 n. 9. & ſeqq. Corſet. de poteſt. Reg. p. 3. n. 48.
& ſeqq. Capiblanc. de Baron. pragm. 8. n. 248. De
Pont. conſ. 31. n. 7. & 8. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4.
c. 13. n. 20. uſque ad 23. Ex ea ratione: quia uxor
coruſcat radiis Nobilitatis, & dignitatis mariti; ita
ut eo defuncto dignitatem retineat ad text. in L.
fiſcus §. fin. ff. de jure fiſc. & in §. non tantum per-
mittitur in Auth. de nupt. L. fœmina, ff. de Senator. 35
Ordinat. lib. 2. tit. 59. §. 15. Dummodo vidua non
tranſeat ad ſecundas nuptias, L. fin. ubi DD. Cod. de
bon. matern. L. de emancipatis, Cod. de legit. hæredi
ibi: Priorem thorum ſervaverit: L. cum te ubi Bald.
C. de nupt. Palac. Rub. d. §. 31. n. 6. Garcia de Nobil.
gloſſ. 1. §. 1. n. 44. Tiraq. eod. tract. c. 18. n. 3. & 5. Ca-
bed. 1. p. deciſ. 98. n. 1. & melius deciſ. 213. nu. 16.
Thuſc. litt. V. concluſ. 203. nu. 9. & 10. & concluſ.
204. n. 7. Amaya in L. mulieres, C. de incol. lib. 10.
n. 26. Plures de more laudat Giurb. de ſucceſſ. feu-
dor. §. 2. gloſſ. 13. nu. 92. & ſeqq. Ubi ampliat, &
declarat non procedere ſuperius tradita, ſi vidua
alium non titulatum virum duxerit; tunc enim pri-
vatur primo titulo, L. fin. §. eidem reſcripſerunt, ff.
ad municip. L. mulieres, C. de incol. lib. 10. Quo
caſu neque primi viri gaudet privilegiis, Azeved.
in L. 9. tit. 11. lib. 2. Recop. n. 5. & 6.

E contra vero controverſum eſt apud Doctores. 36
An Duciſſa, Marchioniſſa, vel Comitiſſa nubens
viro non titulato faciat eum Ducem; Marchionem,
aut Comitem? Et pro parte negativa facit text. in
L. fiſcus §. fin. ff. de jure fiſc. L. fœmina, ff. de Se-
nator. Ubi habetur: quod mulieres coruſcant radiis
maritorum; non è contra Bald. in c. ſignificavit de
reſcript. Avil. in proœm. c. Prætorum in princ. n. 11.
Tiraq. de Nobil. c. 18. Palac. Rub. in rubr. de donat.
in §. 31. Qui allegat text. in Auth. de Conſulib. §.
ſin autem collat. 4. Et quidem vir ignobilis ducens
uxorem nobilem non per hoc nobilitatur L. ult C. de
nupt. L. mulieri, C. de dignit. lib. 12. Immo mulier
nobilis ſi nubat viro plebeio, nobilitatem perdit
Amaya in L. mulieres, C. de incol. lib. 10. n. 27. Eſt
enim maritus caput uxoris, c. cum caput. 33. q. 2.
Ideoque

Ideoque uxor tanquam acceſſorium , maritum ſequi
debet tanquam principale c. acceſſorium cum ſimilib.
de reg. juris. Idcirco mariti ſtatus , in quo reperitur
conſiderandus eſt, non primævus, in quo mulier no-
bilis erat , antequam nuberet , Bart. & alii in L. 1.
Cod. de dignit.l.10.Giurb.d.§.2.gloſſ.13. n. 91.

37 Verum his non obſtantibus contrarium de conſue-
tudine ſervatur: ut probat Bald. in d.c.ſignificavit de
reſcript. col.1. verſ. pone : & idem procedere de jure
tradit Avil.in d.proœm.ad c.Prætorum n.12.& 13.Ubi
ait : quod ſi Regina Apuliæ nubat cuidam ſimplici
militi, is nominatur Rex. Et eo caſu coruſcat vir ra-
diis uxoris ; quia ejus lateris comitatus illuſtrat ad
text. in L. 1.C.de præpoſ.labori 12. Avil.d n.12.Gu-
tierr.de tutel. 1.p.c.18.n.40.Ant. Pichard. in L. 3.&
7.ſub.n.51.C.de murileg.lib.11.Garc.de Nobilit.gloſſ.
1.§.1. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. c. 13. n.37.& ſeqq.
Amaya in L.mulieres , C.de incol.lib.10.n.27.Tiraq.
de Nobil.c.18.n.39.& 40. Giurb. d.§.2. gloſſ. n. 91.
Quod ita obſervari videmus de conſuetudine in hoc
Regno; ut ſcilicet maritus Dux, vel Comes appelle-
tur ex capite uxoris Ducissæ,vel Comitiſſæ,& Ducis,
ſeu Comitis prærogativis fruatur : ut evenit in Do-
mino Alvaro,qui Julianam Alverii Duciſſam uxorem
duxit : ac in Domino Joanne Maſcarenhas, qui Co-
mitiſſæ Sanctæ Crucis matrimonio ſuit copulatus. Et
ſimiliter Dominus Joannes Maſcarenhas titulo Comi-
tis do Sabugal uſus fuit , quia Comitiſſam hujus op-
pidi duxit in uxorem. Et Simon Correa da Sylva uti-
tur titulo Comitis da Caſtanheyra, quia ejus uxor in
Comitatu ſucceſſit. Nec non Dominus Ferdinandus
Maſcarenhas inſignitur titulo Comitis do Sabugal, &
de Palma ex capite uxoris Comitiſſæ eorum ſtatuum.
Et hanc conſuetudinem etiam ſervari in Caſtella
tradit Gutierr. de tutel. 1. p. c. 18. num. 2. & ſeqq.
Et in Sicilia Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. cap. 13.
num. 41.

38 Decedente autem uxore Duciſſa , ſeu Comitiſſa
maritus poſt illius mortem non poſt Dux , vel Co-
mes appellari, neque dignitas prærogativa frui. Nam
quoties privilegium non eſt radicatum in propria per-
ſona , neque competit jure proprio , ſed derivatur
ab alio, tunc mortuo principali finitur privilegium
juxta doctrinam Bald. communiter receptam in L.2.
C. de Epiſc. & Cleric. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa
n. 108. Joann.Franc.de Ponte de poteſt.Pro Reg.§.1.
n. 30. Maſtrill. d.13.n.50.Petr.Barboſ.in L.quia ta-
le n.23.& ſeqq.ff.ſolut.matrim. in terminis Pont. conſ.
16.n.31. & 32. Qui ait: quod mortua uxore maritus
coruſcat radiis illius ſolum quoad privilegia honora-
tia , quatenus alterius præjudicium non tangit : non
vero retinet ipſam dignitatem Andr. de Barulo in
L.jubemus, C. de prox. ſacroſ. Scrin.lib.12.Giurb.de
ſucceſſ.feud.§.2.gloſſ.13.n.91. verſ. quod autem. Maſ-
trill.d.c.13.num.48. & 49.Verum adhuc in hoc caſu
39 apud nos ſervatur de conſuetudine : quod maritus
Comes ex capite uxoris etiam ea mortua retinet di-
gnitatem, & illius utitur prærogativis in ſeſſionibus
publicis:ut experientia videmus.Quamvis de jure con-
trarium eſſet dicendum ex ſupra dictis. Conſuetudo
autem jure fundatur , quia in priſtinæ dignitatis me-
moriam durat ſemel quæſitum beneficium Alphonſ.
de Olea de ceſſion.jurium. tit.3.q.3.n.23. & ſeqq. Gi-
urb. de feud. §. 2. gloſſ.13.n.63. verſ. declara tertio.

40 Inſuper ſciendum eſt: quod ſi Rex tractat aliquem
uti titulatum , ab omnibus debet eodem modo trac-
tari juxta doctrinam Innocentii in c. cum ab Eccle-
ſiarum de offic Ordinar. Ubi dicit: quod ſi Princeps
ſcribit caſtro , ut civitati , ipſum efficit civitatem.
Sequitur Ancarr. in c.ſtatum. §. nec audiatur col. 2.
verſ. ſed quid dices de reſcript.in 6. Et eo ipſo vide-
tur Princeps concedere caſtro omnia privilegia civi-
tatis argumento text. in L. quidam 57.in fin.ff. de re
judic. Menoch. lib.2.præſumpt. 20.n.3. Valenz. conſ.
82.n.15.Maſcard. de probat.concluſ.554.n. 72. Joan.
Hering. de jure Burgorum, ſeu caſtror.c.1.n.307.uſque
ad n. 311. Prout etiam ſi Princeps appellans Docto-
rem,eum qui non erat,doctoratus dignitate eum con-
decorare cenſetur : ut poſt Angel. in L. 1. Cod. de
ſentent. paſſis , docet Jacobin. de Santo Geminian.in
tract. de feud. verſ. ſed an Princeps n. 7.Valen. conſ.
82.n. 15.in fin.Et facit , quod Princeps ſolo verbo
creat dignitates:ut diximus ſupra c.6.n.5.in fin.facit,
quod Princeps ſolo verbo creat dignitates,ut diximus
ſupra c.6.n.5.

Verum hæc reſolutio non ita ſimpliciter eſt acci- 41
pienda, ſed cum grano ſalis : nempe ſi Princeps ex
certa ſcientia, & principaliter id velle conſtaret: non
enim ſufficit, quod in ſuis literis nominet aliquem
ſub aliqua dignitate , vel nobilitate, ut eo ipſo cen-
ſeatur illum nobilitare , aut illa dignitate decorare :
ut ſcribunt Zabarel. & Imol. in c. fin. §. ſimiliter de
ſentent.excommun.Sequitur Joan.Anton. Lanar.conſ.
72.n.1.Felin.quem refert Pacian. de probat. lib. 2. c.
27.n.145.Fab.de Anna conſ 66.n.47.& ſeqq.Cancer.
lib.3.n.8.& 9.Ex ea ratione quia verba Principis pro-
lata ſuper eo, quod ignorat, non inducunt diſpoſitio-
nem, licet ſuper eis ipſius fundaretur intentio Cravet. 42
& Bald. quos refert Maſcard.de probat.concluſ.1227.
n. 1. Cancer. d. c. 3. n. 16. Cabed. de jure patro-
nat.Regiæ Coronæ c.36.num. 6.& ſeqq. Neque verba
Principis enuntiativa prolata propter aliud diſpoſitio-
nem, vel privilegium inducunt ; licet proferantur
ſuper his , quæ pendent à voluntate Principis , c. ſi
Papa de privileg. in 6. Secus ſi principaliter,& prop-
ter ſe proferantur , & ex eis tertio præjudicium non
inferatur Cancer. d.c.3.n.6.& 7. Carol. Tapia deciſ.
10.n.18.Quam declarationem admittit Coraſius lib.
3. miſcelan. c.4.n.7.& 8.

Denique notabis: quod cum dignitas individua ſit
propter bonum publicum , Molin. de Primog. lib. 1.
c.11.n.6.c.Imperialem §.præterea Ducatus de prohib. 43
feud.alienat perFederic.in uſib.feudor. DD. in c. licet
de voto.Tiraq. de primog.q.4.n.13.& ſeqq. idem Mo-
lin. d. l.3.c. 1.n.24.eis in caſibus in quibus dignitas
tranſmittitur : nempe quando conceſſa eſt in perpe-
tuum, vel ſibi, & filiis , tunc ſuccedet ſolum filius
Primogenitus Molin.d. n. 24. Ea enim quæ ad unum
tantum ſunt perventura , Primogenito deferuntur ,
Menoch. lib.4.præſump.68.n.15.Molin.lib.3. c. 1. nu.
24. Fuſar. de ſubſtit. q. 384.n.2.& q. 356. nu. 5. Co-
vart. l. 3. var.c.5. ſub. n.3.poſt alios Cyriac.controv.
414.n.3. poſt alios Cyriac. controv. 414.n. 2. & ſeqq.
Valaſc. conſult.102.n.38.Pereira deciſ.14.n.1.Flores
de Mena lib. 1. var. q. 19. §. 3. n.34. Solorzan.tom.
2.lib.2.c.16.n.35.Giurb.de ſucceſſ.feudor.§. 1.gloſſ.8.
n. 28. Creſp. de Valdaura obſerv. 22.n.40.Molin. de
juſt.& jure tract. 2. diſp. 624.n.1.

Ex dictis infertur ad illam quæſtionem: An, vide- 44
licet, ſi ante adeptum Regnum , vel dignitatem pa-
tri filius naſcatur , iterumque alius poſt adeptum Re-
gnum, uter utri præferri debeat; Quam quæſtionem
latè diſputat Tiraq. de Primog.q.31.per totam & à n.
12. cum ſeqq.ac edocet præferendum eſſe Primogeni-
tum etiam natum ante patris principatum per text. in
L.Senatoria filium in fin.ff.de Senator.ibi: Nec inte-
reſt, an in Senatoria dignitate conſtitutus cum ſuſce-
perit, an ante dignitatem Senatoriam Faciunt text.
in L.cum advocatio ibi: Cum liberis quandocumque
genitis, C. de advocat. diverſ. judic.& in L. 2. C. de
advocat. d. verſ. judic. ibi: Cum liberis jam natis,vel
poſtea procreatis L. neque Dorotheum , C. de Decu-
rion l. 10. ibi: Et ſi ante paternas illuſtres dignitates
natus eſt, text. in c. ad extirpandas extra de fil.Preſ-
byter. Ubi pro Sacerdotis filiis reputantur tam in Sa-
cerdotio, quam qui antea nati fuerint,& ita ſcribunt
Salicet

Salicet. *in L. imperialis* §. *his illud, C. de nupt.* Valentin. Froſter. *lib. 4. de ſucceſſ. ab inteſtato c.* 24. à *n.*27.*uſque ad* 40.Duaren. *lib.2.diſput.c.*29.Menoch. *conſ.*676.*n.*10.*lib.*7.*&* *lib.*4.*præſumpt.*92. *n.* 5. Petr. Gregor. *de Republ.lib.7.c.9.per totum* Molin. *lib.3.c.* 1.*p. n.*3.Solorz. *d. lib.2.c.*17.*n.* 62.*&* 63. Robles *de repræſent. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 26.*&* 27. quibus addo Arniſæum *in Politic. doctr. c. 9. verſ. exurgit hoc loco pagin.* 231. Et eſt congrua ratio, quia quæcunque pater adquirit bona, tam corporalia, quam jura tam allodia, quam feuda non magis naſcendis adquirit, quam jam natis *L.* 3. *L. ſiquis* 8.*Cod.de ſecund. nupt.* Et juxta text. *in L. nihil intereſt, ff. de bon. libert. L.* 45 *ſcripto ff unde liber*, ibi: , *Omnia liberis noſtris ex voto paramus*.Cum igitur Rex in articulo mortis Regnum adquiſitum relinquat, manifeſte deprehenditur ad Regnum tanquam partem hæreditatis etiam admitti filium genitum ante Regni adeptionem Ex eo quia tempore ſucceſſionis hæres, & filius Regis invenitur. Unde cum in rebus individuis, & quæ ad unum tantum ſunt perventuræ, ſuccedat Primogenitus, nihil refert, quod ante dignitatem, vel poſtea natus ſit,ut aliis veniat præferendus hanc ſententiam verior, & receptiorem eſſe apud omnes dixit Solorzan. de lib. 2. *c.* 17. u. 62. Quæ etiam apud omnes ferè gentes ſemper probata fuit. Ut apud Lacedemonios fuit prælatus Artaxerxes fratri Cyro; quamvis ante Regnum patris genitus fuiſſet, Antipater ab Herode genitus ante Regnum, antepoſitus fuit Alexandro, ac Ariſtobulo poſt adeptum Regnum procreatis. Ludovicus filius Caroli Undecimi Regis Franciæ genitus ante partum Regnum ſine controverſia excluſit fratrem Carolum,qui primus in Regno patris genitus erat. Otho primus vicit Henricum fratrem, qui ſibi Regnum expetebat ea de cauſa, quod Otho à patre nondum Imperatore natus eſſet. Et denique cum Zitzimus à fratre Baiaceto dejiceretur ab Imperio Turcarum, quia ex patre privato natus, eſſet conqueſtus eſt coram Romano Pontifice contra jus patrium ſecum agi.

46 Ita ut à principio poteſt Princeps dignitates concedere, tam in perpetuum, quam pro ſe, & filiis: ut ſupra dictum eſt: ita etiam ſi conceſſio fiat alicui dignitatis ſimpliciter vel pro ejus vita, poteſt etiam Princeps in vita patris conceſſionem prorogare, pro una, vel pluribus vitis. Quo circa pulchra ſe offert quæſtio: Pone enim, quod pater ex donatione Principis poſſidebat caſtrum, vel villam, aut civitatem, & ex aliqua cauſa boni publici Princeps conceſſit generaliter unam, vel duas vitas in bonis Coronæ illis, qui ad bellum proficiſcerentur; puta extra Regnum, ut evenit, quando Claſſis in Braſiliam profecta fuit tempore, quo Batavi occupaverant civitatem Omnium Sanctorum, vulgo Bahya; & tractum de Pernambuco. Vel quando Princeps propter merita patris ſpecialiter illi concedit ultra ejus vitam, aliam in bonis Regiæ Coronæ; Sive illi, quibus generaliter conceſſa fuit altera vita in dictis bonis, vel ſpecialiter alicui propter benemerita, ſi prædicti donatarij ultra bona Coronæ etiam dignitatem Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, An etiam reſpectu dignitatis donatio prorogata cenſeatur? Hæc quæſtio valde practicabilis eſt, ac quotidie habetur præ manibus.

47 In qua pro parte affirmativa facit. Primo: quod bonorum appellatione ſimplici veniunt jura, & actiones, Pinel. *in rubr. C.de bon. matern.à princip.* Bened. Ægid. *in L.ex hoc jure p.2.c.*13.*clauſ.*13.*num.* 5. Giurb. *in Conſtit. Meſſan.c.*1.*gloſſ.*2. *à n.* 1. *cum ſeqq.* Merlin.*de pignor.lib.*2.*q.*29.*n.*3. Noguer.*allegat.* 35. *n.*3.Vincent.de Franch.*deciſ.*93.*n.*1. Adeo ut etiam veniat emphyteuſis Pinel. *in d.rubr.*1.*p. n.* 19. Cald. Pereyr.*de poteſt.eligend. c. fin.n.* 27. Valaſc. *de jure emphyt.q.*1.*n.*22.Giurb.*ubi ſupra n.*17.Atque ita, cum dignitatum conceſſio in juribus Majeſtatis,& Coronæ conſiſtat, videtur dicendum in prorogatione unius vitæ bonorum Regiæ Coronæ venire etiam prærogationem dignitatis.

Secundo facit:quod gratia prorogata modo,de quo 48 ſupra; ita ad filium extenditur, ut ampliatio non dicatur nova conceſſio, ſed eadem cum prima:& ſic bona non dicuntur vacare juxta regulam text *in L. ſed ſi manente, ff.de precar. L. ſi cum dies in princ. ff. de arbitr.* Ubi habetur prorogatum non dici quid novum Cabed. 3.*deciſ.*39.*n.*3.Gama *deciſ.*36. *n.* 5. Unde ſequitur:quod continuatio gratiæ eſt intelligenda cum eiſdem qualitatibus.

Tertio facit: quod prorogatio feudi facta durante prima conceſſione non facit novum feudum Noguer. 49 *allegat.*21.*n.*19.Ergo etiam prorogatio unius vitæ in bonis Regiæ Coronæ non eſt nova conceſſio, & debet accipi cum omnibus qualitatibus primæ.Ut etiam dicitur de juriſdictione prorogata, de qua idem judicatur, quod de propria juriſdictione Amat *reſolut.* 65. *nu.* 38.

Similiter officium ampliatum dicitur idem, & non eſt novum juxta doctrinam Bart. *in L. dies cautionis ff. de damn. infect.* Sequitur Maſtrill. *de lib.* 1.*c.*28.*n.* 67.*&* 68. Joann.Franc.de Pont *de poteſt. Pro Reg. tit.* 10.*de poteſt. ſubſtit in offic. n.* 6. Ubi *n.* 7. tradit quod 50 ampliatio officij à Rege conceſſa habetur, ac ſi tempus ampliationis fuiſſet appoſitum à principio. Ita Paul. de Caſtro *in d. L. dies cautionis num.* 2.*verſ. eſt advertendum* Cum igitur patri dignitas Ducis, vel Comitis à principio fuiſſet conceſſa cum oppido, vel caſtro: eodem modo ampliata cenſeri debet.

Verùm pro parte negativa facit. Primo: quod in 51 Regno donatariis id tantum conceſſum intelligitur, quod expreſſe in donationibus continetur Ordinat *lib.*2.*tit.*45.§.7.*in fin.&* §.12.*in fin.*ibi: *Expreſſamente concedido* Notat Ordinat. *d.tit.*45.§.34.*&* §.55.*&* 56. ubi expreſſe deſideratur, quod nominatim juriſdictio ſit donata Cabed. 2.*p.deciſ.*12.*n.*1. Unde cum in ampliatione facta modo ſupra relato de bonis tantum Regiæ Coronæ dictum ſit, non comprehenditur dignitas, quæ expreſſa non fuit.

Secundo facit: quia dignitates creare & concedere eſt de ſupremis Regalibus: ut diximus *ſupra hac eadem parte cap.* 6. *n.* 1. Atqui Regalia non com- 52 prehenduntur in donatione facta de caſtro, ſeu villa cum omnibus juribus ei quocumque modo pertinentibus Boer. *deciſ.*50.*n.*12. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 97. *n.*41.*&* 42.Fondan.*de pact.nupt.clauſ.*4.*gloſſ.* 14. *n.*8.Gregor.Lopez *in L.9.tit.4.partit.5.gloſſ.5.*Et probat *L.5.tit.15.partit.* 2. *verſ. y aun por mayor.* Aug. Barboſ.*vot.*126.*n.*318.Neque reſervata Principi veniunt in generali conceſſione, Valaſc. *de jure emphyt.q.*8.*n.*25.*ad fin.*Cabedo, qui judicatum teſtatur *deciſ.*12.*n.*2.*p.*Surd.*conſ.*210.*n.*58.*&* 60.*& conſ.*165. *c.*5.Sixtin.*de Regal.lib.*1.*c.*1.*n.*6.*&* 7.poſt Bald.*in L. imperium. n.* 6. *&* 7. *ff. de juriſdic.* Giurb. *de ſucceſſ. feud.*§.2.*gloſſ.*7.*n.*3.idem Cabed.*deciſ.*40.*n.*6.8.*&* 9. *deciſ.*66.*n.*4. *&* 5. *& deciſ.*48.*n.*3.niſi exprimantur, & ſpecialis eorum mentio fiat Peregr.*conſ.* 3. *n.* 106. *lib.* 1. Ergo in conceſſione, de qua ſupra, non venit dignitatis titulus, ſi de eo ſpecialis non fiat mentio.

Deinde in generali donatione caſtri, vel loci non 53 venit juriſdictio Cabed. *d. deciſ.* 12. *num.* 1. Matienç. *in L.* 1. *gloſſ.* 21. *num.* 26. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop.* ubi Azeved. *nu.* 38. Gutierr. *pract. lib.* 2. *q.* 131. Bobad. *in ſua Polit. lib.* 2. *c.* 16. *u.*70. Hermoſ. *in L.* 9. *tit.* 4. *partit.* 4. *gloſſ.* 1. *numer.* 41. *&* 42. Atque ita in donatione bonorum Regiæ Coronæ non comprehenditur dignitas, quæ in Regno abſ-

que juriſdictione concedi non ſolet: ut diximus ſupra.

Præterea ex conceſſione alterius vitæ in bonis Regiæ Coronæ, nihil aliud poteſt inferri, quam tacita quædam Regis voluntas præſumpta per quandam 54 conſequentiam, & ſubauditum intellectum, qui reſultat ex regula, de qua ſupra: Quod appellatione bonorum ſimpliciter veniunt etiam jura, & actiones. Atqui donatario minime prodeſt id, quod tacitè donatur, Immo neceſſarium eſt, quod verbis expreſſis, & ſpecialibus ei donetur, & concedatur juxta Ordinat. *lib.2.tit.45.§.2.*ibi: *Expreſſamente lhe for outorgado*: & *in fine* ibi: *Por nos concedido.* Quando autem lex aliquid expreſſe fieri jubet, non ſufficit tacitè fieri; neque per verba generalia: ut notatur *in c. qui ad agendum de procuratorib. n. 6. & in L.2.ff. ſiquis cautionibus.* Ac dixit Angel. *in Auth. de hæred.& Falcid.§.ſi vero expreſſim.* Quod non videtur ſatisfactum legi, ubicumque lex requirit aliquid ſpecialiter fieri, ſeu expreſſim, ſi fiat verbis generalibus: ut poſt Bart & alios tradit eleganter Afflict. *deciſ. 44.n.13.& 14.*Gratian.*diſcept.forenſ.c.8.1.n.13.& 23.* Cabed. *dict.deciſ.12.n. 7.* Ubi quod quando lex requirit expreſſam mentionem alicujus rei, non ſufficit comprehenſio tacita, vel virtualis; aut deductio ex mente, & intentione, vel ex verborum conſequentia: & allegat Ordinat.*lib.12.tit.2.45.§.10.verſ. E quanto* ibi: *Em que expreſſamente for declarado:* & infra *verſ.Porèm nam he noſſa tenção:* & ibi: *Per nenhũas clauſulas, ou palavras, quanto quer que ſejam largas & gerais:* & ibi: *Particular, & expreſſo menção.* Unde non ſufficit prædicta conceſſio bonorum Regiæ Coronæ, ut per eam intelligatur conceſſa dignitas, quam pater habebat pro ejus vita tantum.

Confirmatur ex doctrina Bart. *in L. dies cautionis, n. 3.ff.de damn. infect* Qui loquens de officij proro- 55 gatione diſtinguit; ut ſi finito tempore, pro quo facta fuit conceſſio, officium prorogatum fuerit, puta pro alio ſemeſtri, dicatur novum officium, & diverſum à primo: ſi vero durante tempore officij in eadem perſona fiat prorogatio ſimpliciter; tunc erit unum, & idem officium cum primo. Attamen ſi etiam hoc ultimo caſu officium prorogetur cum aliqua qualitate, novum, & diverſum à primo erit officium. Quam diſtinctionem ſequuntur Alex. *conſ. 151.numer. 2. vol. 6.* Surd. *conſ. 202. num. 8. & 9.* Pont. *de poteſt Pro-Reg. tit. 1. de poteſt. ſubſt. in offic. numer. 4. 5. & 6.* Nata *conſ. 54.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 1. c. 28. num. 67. & 68.* & melius *lib. 6. c. 5. n. 40. & 41.* Larrea *alleg. 22. num. 30.* Salgad. *in labyrinth. 2. p. cap. 27. numer. 59.* Noguero. *alleg. 21. num. 14. 15. & 16.* Intelligendo tamen, ut prædicta diſtinctio in ſecundo caſu procedat, quando durante adhuc officio facta fuit prorogatio in eadem 56 perſona: Secus quando nova perſona intervenit; quia ſemper in ea novum officium exiſtit; etiamſi ab initio concedatur duabus perſonis ex doctrina Salicet & Bald. *in L. antiquitas, C. de uſufruct.* Qui dicunt: quod quando uſusfructus relinquitur Titio in vita, & poſt eum filio, vel hæredi non eſt unus uſusfructus, ſed duo diverſi; unus pro patre, & alter pro filio. Ideoque ſi pater fuerit capite minutus, filius non amittit uſumfructum. Cum igitur de uſufructu ad Officium validum ſit argumentum per text. *in L. Statius Forus §. Cornelio Felici, ff. de jure fiſc.* Bart. *in L. qui mihi uſumfructum, ff. de uſufruct. legat,* Maſtrill. *d. lib. 1. cap. 28. num. 22.* Si officium concedatur patri, & ei ad perſonam filij fuerit prorogatum, jam in perſona filij novum non idem erit officium; & illius prorogatio nova dicetur conceſſio; ſive nominatim filio facta ſit, ſive patri facultas fuit data. Eo enim ipſo quod filius fuit nominatus à patre, tunc temporis nullatenus impedito, neque prohibito, & acceptavit nominationem, fuit in ejus perſona radicatum jus independens à jure ſui patris: ut per hæc verba docuit Valenz. *conſ. 155. nu. 12.* Maſtrill. *d. c. 28. nu. 16. 23. & 24.* Ubi fortius id admittit, quando prorogatio fit diverſæ perſonæ. Idem 57 in additione ad Petr. Greg. *de conceſſ. feud. q. 7. ſub littera B. verſ. ſed hic cadit pulchra quæſtio pagin. 94. & 95.* Andr. Georg. *in repetit. feud. c. 54. nu. 79. uſque ad 84.* & ſentit Gama *deciſ. 36. num. 6.* Quod ſi in renovatione emphyteuſis adjiciatur nova perſona, jam non erit renovatio, ſed nova conceſſio Noguer. *d. alleg. 21. num. 18. & 19.* Et videndi ſunt Larrea *d. alleg. 22. nu. 30.* Surd. *conſ. 202. n. 9.* Gratian. *c. 891. nu. 1.* Plane cum de officio ad feudum, & è contra, licitum ſit arguere Salgad. *in labyrinth. p. 2. c. 27. num. 54.* Si prorogatio officii facta alteri perſonæ durante officio dicitur nova conceſſio: Etiam prorogatio unius vitæ in bonis Regiæ Coronæ in favorem filii poſſeſſoris, erit nova donatio. Subindeque cum in illa bonorum non dignitatis expreſſa mentio facta fuerit, non poteſt prorogatio extendi ad dignitatem, quæ ſine juriſdictione non conceditur in Regno.

Porro fulcitur hæc pars authoritate eorum, qui 58 ſcripſerunt caſtrum eſſe quid ſeparatum à juriſdictione; cum juriſdictio poſſit eſſe, unius, & caſtrum alterius Bald. *in c. 1. §. & contrario de inveſtit. de re alien. fact.* Paul. de Caſtro *conſ. 56. videtur dicendum lib. 2.* Alex. *conſ. 76. col. 2. lib. 2.* Oldrad. *conſ. 121. n. 9.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 97. n. 5.* Immo territorium poteſt eſſe ſine juriſdictione, & è contra juriſdictio ſine territorio ex Bart. *in L. 1. col. ult. ff. de juriſd. omn. judic.* Decius *conſ. 483. col. ult.* quia ſecundum Bald. *in L. data opera num. 29. C. de accuſation.* juriſdictio eſt qualitas quædam ſeparata à caſtro, & feudo; ac caſtrum nihil commune habet cum juriſdictione: ut ex Socin. tenet. Menoch. *d. præſumpt. 97 nu. 6.* Quapropter ampliatio vitæ in bonis Regiæ Coronæ non comprehendit titulum Ducis, Marchionis, vel Comitis, quo pater tempore prorogationis fungebatur.

Ex quibus hæc pars mihi verior, & tenenda videtur: præſertim, quia, ut ſatis experientia docemur, Princeps cum magna difficultate dignitates Ducatus, Marchionatus, Comitatus concedere ſolet. Et ea, quæ notabilia ſunt, niſi ſpecialiter exprimantur, videntur neglecta per text. *in L. item* 59 *apud Labeonem §. ait Prætor, ff. de injur.* ibi: *Ea enim, quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur neglecta* Larrea *allegat. 64. n. 25.* Oldrad. *conſ. 185. incipit thema eſt verſa tertio eſt conſiderandum magna, & notabilia nulla verborum generalitate incluſa cenſeri,* Cabed. *2. p. deciſ. 14. nu. fin.* Et ubi requiritur ſpecialis mentio, non ſufficit generalis; quia de eo, quod eſt notatu dignum, debet fieri ſpecialis mentio, ac non ſufficit in genere mentionem facere: ut tradit Afflict. *deciſ. 220. num. 16.* 60 & in diſpoſitione generali non comprehenditur, quod habet ſpeciale nomen, quod ſignificatur, niſi fiat expreſſa mentio *L. ſi de certa, Cod. de tranſact.* tenet ex Bald. Bart. & Dec. Gregor. Lopez *in L. 5. tit. 53. partit. 7. gl. 1.* Larrea *alleg. 10. ſub num. 11.* Neque nos ſupponere, vel dicere debemus, quod in gratia, vel reſcripto non exprimitur Decian. *reſponſ. 13. nu. 11.* Surd. *conſ. 574. num. 5.* Si enim Princeps voluiſſet, facile erat exprimere *L. unica §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc tollend. c. ad audientiam de decim. cum ſimilib.* Decian. *conſ. 114. num 15. lib. 3.* Cancer. *lib. 2. var. c. 10. à nu. 377.* poſt alios Larrea *allegat. 94. n. 26.* Cum igitur dignitatis titulus ſpeciale

ſpeciale nomen habeat; & illius conceſſio raro fieri ſoleat, non poteſt comprehendi in generali conceſſione terrarum, & bonorum Regiæ Coronæ. Et ſaltem dicerem, quod cum in propoſito caſu interpretatio
61 gratiæ Regalis incidat principaliter in quæſtionem, dum caſus occurrerit, interpretatio fieri debet per Regem concedentem, qui ſuam intentionem poterit declarare per text. Vincent de Franch. *deciſ.* 116. *n.* 13. *verſ. his diſcuſſis*, Hieron. Gabr. *conſ.* 182. *num.* 14. *lib.* 2. Girond. *de privileg. num.* 83. Camil. Borrell. *de præſt. Cath. c.* 62. *nu.* 43. Garcia *de Nobil. gloſſ.* 1. *n.* 182. Mar. Cutell. *de donat.* 1. *p. diſcurſ.* 2. *partic.* 6. *n.* 11.

Adductis in contrarium ſatis fit ex proxime reſolutis in fundamentis hujus partis. Et quidem cognitio dignitatis Regalis ad Imperatorem pertinet Roſental *de feud. c.* 12. *concluſ.* 3. *nu.* 16.

CAPUT VIII.

De ſuprema Principis juriſdictione.

SUMMARIUM.

1 *Per ſupremam juriſdictionem explicantur ſupremæ poteſtatis effectus: in qua ſuprema quoque juriſdictio continetur.*

2 *Iuriſdictio ſuprema, quam populus in Regem tranſtulit, non poteſt revocari, niſi ex cauſa, ſi Rex poteſtate abutatur.*

3 *Suprema juriſdictio Principis ſuperioritatem conſervat: & ita eſt affixa oſſibus Regis, & Coronæ, ut neque tacite, neque expreſſe poſſit à Rege abdicari, neque inferioribus concedi.*

4 *Reſpublica aliter ſalva eſſe nequit, quin omnis juriſdictio ſit penes unam Majeſtatem.*

Conſiſtit in mero imperio, & in componendis litibus, puniendis delictis, & vigilantia in ſubditos. Ibid.

5 *Merum imperium quatenus accipitur pro prima gladii poteſtate, neque alienari, neque concedi poteſt à Rege.*

Suprema juriſdictio eſt ipſa forma, & eſſentia Regiæ Majeſtatis. Ibid.

6 *Juriſdictio omnis intra fines Regni pertinet ad Regem: quamvis populi ſint diverſi.*

7 *Rex habet fundatam intentionem in toto Regno circa juriſdictionem.*

8 *Juriſdictionem in Regno exercere nemo poteſt ſine ſpeciali conceſſione: quia omnis à Principe dimanat, qui dominus eſt omnium juriſdictionum.*

In Regno juriſdictionalia ſunt Regi reſervata, Ibid.

9 *Juriſdictio ſuprema numquam intelligitur conceſſa, etiam ſi generaliſſimis verbis donatio concipiatur.*

10 *In donatione facta Reginæ, & filiis Regum non cenſetur tranſlata ſuprema juriſdictio, non obſtantibus quibuſcumque verbis donationum.*

11 *Filii, & deſcendentes Regis ſunt tertia ſpecies diverſa ab aliis dominis, & ſubditis: ideo in donationibus illis, factis majores, & exuberantes clauſulæ apponi ſolent, ſed ſemper ſuprema juriſdictio Regi reſervata dicitur.*

12 *Suprema Principis authoritas & poteſtas numquam præſumitur conceſſa in donationibus quantumvis generalibus.*

13 *Major poteſtas, & juriſdictio remanet penes Regem, quam ea, quæ donata eſt quibuſcumque verbis.*

14 *Princeps concedendo juriſdictionem ſibi majorem reſervat, & cum donatario poteſt concurrere, quia non ita privative juriſdictio donatur, quin à ſuprema Regis juriſdictione dirigatur, & effrænetur.*

15 *Subditi commiſerunt ſe Regi, ut ab eo judicarentur, non à Baronibus.*

16 *Ius appellationum, & ultimæ provocationis pertinet ad ſupremam Regis poteſtatem.*

Princeps non poteſt terras, & oppida ita concedere, ne ad eum appelletur ſive donatio fiat cum ſimplici juriſdictione, ſive cum mero, & mixto imperio, & omnimoda juriſdictione: ut n. 17.

18 *Reſervata in ſignum ſuperioritatis non cenſentur conceſſa, niſi exprimantur.*

Regalia non veniunt in conceſſione generali. Ibid.

19 *Si Regalia conceduntur expreſſe, donatarius non poteſt ea exercere cum plenitudine poteſtatis, ſed cum maxima diſcretione.*

20 *Explicatur Ordinat.* lib. 3. tit. 71. §. fin.

21 *Proponitur quæſtio: An valeat conceſſio facta à Rege ſubdito inferiori, ut ab eo non poſſit appellari: Et de jure communi traditur inutilem eſſe conceſſionem.*

22 *De jure Regio valet prædicta conceſſio, ut nullo modo in certis caſibus appellari poſſit.*

23 *Sublata appellatione non cenſentur ſublati recurſus, & querela reſpicientes Regis Majeſtatem.*

Si donatarius abutatur juriſdictione, poteſt Princeps ſe intromittere ad juſtitiam miniſtrandam per viam querelæ, & recurſus: & donatarium juriſdictione privare. Ibid.

Archiepiſcopus Bracharenſis habet dominium plenum illius Civitatis, omnimodamque juriſdictionem in civilibus reſervata appellatione in criminalibus.

Proponitur quæſtio, An Princeps debeat concedere reviſionem à ſententiis latis in Senatu Archiepiſcopi. Et proponuntur fundamenta parti negativæ n. ſeqq.

25 *Reviſio actorum eſt appellationis ſpecies.*

26 *Reviſio reducit cauſam ad ſtatum, quo erat tempore litis conteſtatæ. Et idem dicitur de appellatione.*

27 *Reviſio, & appellatio pari paſſu ambulant.*

28 *Appellatio à ſententia Prælati, qui temporalem habet juriſdictionem pertinet ad judicem Eccleſiaſticum: ſed contrarium verius, ut n.* 3. *&* 38.

Per donationem juriſdictionis factam Eccleſiæ per Principem transfertur omne jus ſuperioriatis in Eccleſiam. Ibid. *Sed contrarium verius, ut n.* 40.

29 *Dominum apud duos in ſolidum eſſe non poteſt.*

30 *Proponuntur fundamenta ſententiæ affirmativæ. Quæ verior eſt.*

Reviſionis conceſſio eſt de Regalibus ſupremis, & ſolum conceditur à Principe ſuperiorem non recognoſcente. Ibid.

31 *Solus Princeps poteſt derogare juri alteri quæſito per ſententiam; quia eſt ſupra jus poſitivum.*

Reviſionis conceſſio pendet ex Principis gratia, arbitrio, & benignitate. Ibid.

32 *Reviſio eſt remedium extraordinarium, & habet ſe ad inſtar reſtitutionis gratiæ, quam ſolus Princeps concedere poteſt.*

33 *Princeps ſupremus non poteſt donare, vel concedere ea, quæ ſpectant ad ſupremam poteſtatem: neque facultatem concedendi reviſionem.*

34 *Reviſio & appellatio in aliquibus differunt inter ſe.*

Conceſſa reviſione, non retardatur executio. Ibid.

35 *Non valet reſcriptum, ut pendente reviſione ſuſpendatur executio ſententiæ, niſi contineat clauſulam non obſtante parte citata: & de plenitudine poteſtatis.*

36 *Principis authoritas etiam ſtante generali conceſſione ſemper cenſetur excepta.*

Conceſſa omnimoda juriſdictione conceſſionarius quamvis Eccleſiaſticus ſubeſt concedenti ſuper recurſum, & querelam. Ibid.

39 *Prælatus, qui habet juriſdictionem à Principe, non poteſt excommunicationis gladio eam tueri, neque pro executione ſuæ ſententiæ: ſed temporali & per ſæculares juriſdictionem exercere debet ut n. 40. & 41.*

42 *Princeps non poteſt à ſe abdicare ſupremam poteſtatem, & authoritatem.*

43 *Solus Princeps poteſt Senatum, Tribunal, vel Cancellariam creare, vel tollere in parte, aut in totum, maxime in hoc Regno: ut n. 44.*

45 *Solus Princeps poteſt dividere Provincias, unire, & diſmembrare, quæ fuere aſſignata Tribunali.*

46 *Senatus Principem repræſentat, & eandem cum Principe habet poteſtatem in deciſionem cauſarum.*

47 *Senatores ſunt partes Principis, & ab eo venerantur, quia pars Principis corporis ſunt.*

48 *Juriſdictio Senatus ex gratia à Rege fuit conſtituta, qui juriſdictionem poteſt moderare, minuere, & alteri concedere.*

1 DIxi de ſuprema Pincipis poteſtate, nunc de ſu-
prema juriſdictione verba faciemus, quæ ſu-
premæ poteſtati affinis eſt, tanquam ea per quam
ſupremæ poteſtatis effectus explicantur. Et ideo
in dicta ſuprema Principis poteſtate ſuprema quoque
juriſdictio continetur, quam populus in erectione
Regni tranſtulit in Regem *L. 2. de conſtit. Princ.* ni-
2 hil reſervandu apud ſe poteſtatis, aut Imperii: ita ut
niſi ex cauſa, puta, ſi Rex poteſtate abutatur, re-
vocare valeat. *L. 2. §. & cum placuiſſet, ff. de orig.
jur. L. 1. §. enim lege C. de veteri jur. enucl.* Hæc
autem ſuprema juriſdictio ejuſdem Principis poteſta-
tem, & ſuperioritatem conſervat: & ita eſt oſſibus
Regis affixa, & Regiæ Coronæ annexa, unita, atque
incorporata; ut nullo modo, neque tacite, neque
expreſſe poſſit à Rege abdicari, & aliis inferioribus
3 concedi: ut diſertiſſimus verbis probat Legiſlator noſ-
ter *in Ordinat. lib. 2. tit. 45. §. 8.* ibi: *E porque a cor-
reiçam (majoria vocant Caſtellani) como cauſa, que
es guarda a ſuperioridade, & o mayor, & mais alto
ſenhorio, a que todos ſaõ ſogeitos: a qual aſſim he uni-
da, & conjunta ao Principado do Rey que a não pode
de todo tirar de ſy, &c.* Notat Bart. *in L. probibere §.
plane, ff. quod vi, aut clam.* Bald. *in L. 1. §. in initio, ff.
de offic. Præfect. Urb.* Avil. *in c. 1. Prætorum n. 3.* Va-
laſ. *de jure emphyt. q. 8. n. 31.* Cabed. *2. p. dec. 11. nu.
1. & deciſ. 41. nn. 5.* Fontan. *de pact. nupt. clauſ. 4.
gloſſ. 14. n. 14.* Vincent. de Franch. *deciſ 275. n. 7.
& 8.* Cancer. *lib. 2. var. c. 2. n. 114. & lib. 3. c. 3. n.
439.* Solorzan. *de jure Indiar. lib. 4. c. 10. n. 12. tom. 2.*
Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 1. c. 19. n. 1.* Non enim poteſt
Rex Imperium eviſcerare, & deſtruere, ut loquendo
de Principe, qui donavit claves Imperii dixit Bald.
in c. licet cauſam un. 7. de probat. Avil. *in d. c. 1.
Prætorum n. 3.* Valaſc. *de jure emphyt. q. 8. nu. 31.*
Neque poteſt aliter ſalva eſſe Reſpublica, quam
4 ſi omnis juriſdictio ſit penes unam Majeſtatem He-
ning. Arniſæus *de jurib. Majeſt. lib. 2. c. 4. nu. 15.*
Conſiſtit autem ſuprema juriſdictio in mero Imperio:
ut per Bald. *in c. 1. notab. ult. tit. quæ ſint Regalia
ubi* Afflict. *in rubric. nu. 68. & 69.* Bart. *in L. omnes
populi in 4. q. 1. princ. ff. d. juſt. & jur.* Roland. *conſ. 4.
in 1. dub. vol. 3.* Cravet. *conſ. 135.* Mart. *de juriſdict.
p. 1. c. 35. n. 7.* Et inſuper verſatur in componendis li-
tibus, in delictis puniendis, & vigilantia in ſubdi-
tos ex Ariſt. *lib. Oecom.* Andreas *in c. Imperialem §.
præterea n. 80. de probibit. feud. alienat. per Federic.*
Bellug. *in ſpeculo Principis rubr. 8.* Maſtrill. *de Ma-
giſtr. lib. 3. c. 1. n. 25.* Capiblanc. *de author. Baron.
n. 56.* Salgad. *de retent. Bullar. 1. p. c. 1. n. 108. &
109.* Cancer. *lib. 2. c. 2. n. 114.*
Quocirca merum Imperium quatenus accipitur 5
pro prima gladii poteſtate, quæ Regi, & Coronæ
adhæret, neque alienari, neque concedi à Principe
poteſt: ex his quæ Reipul. *de Regal. c. 43. n. 178.*
Siquidem ſuprema juriſdictio eſt ipſa forma, & ſub-
ſtantialis eſſentia Regiæ Majeſtatis, quæ ſeparari
non poteſt à Rege abſque ſubjecti corruptione *L.
Julianus §. ſiquis rem, ff. ad exhibendum,* Covarr.
pract. c. 4. n. 1 Cabed. *c. p. deciſ. 40. n. 8.* Gregor. Lo-
pez *in L. 22. tit. 13. partit. 2. in gloſſ. o deſembargaſſeu.*
Et probat text. *in c. cum Martha de celebrat. Miſſar.*
Hinc fluit, quod omnis juriſdictio intra fines 6
Regni ſpectat ad Principem; quamvis populi ſint
diverſi: omnes enim collective Regnum conſti-
tuunt; quod non tam territorium, quam gentes com-
prehendit, quam circunſcripta obedientia Rex non
poſſet dici regnare *L. 2. §. exactis ff. de orig. jur.*
Proindeque Rex, qui ſuperiorem non recognoſcit,
habet in toto Regno intentionem fundatam circa 7
juriſdictionem: ut ſcribunt Bart. Bald. & alii relati
à Suar. *allegat. 7. n. 7.* Covarr. *pract. c. 1. nu. 9. &
in regul. poſſeſſor. p. 2. §. 3. nn. 2.* Maſtr. *d. lib. 3. c.
2. n. 6. & 11.* Cancer. *lib. 2. c. 2. de juriſdict. num.
307.* Camill. Borell. *de præſt. Reg. Cath. c. 21. à
nu. 14.* Bovad. *lib. 3. c. 16. nu. 73.* Caſtill. *de tert.
c. 18. nu. 158.* Qui omnes tradunt, quod nemo in
Regno poteſt exercere juriſdictionem, niſi mani-
feſte probaverit à Rege illi fuiſſe conceſſam: quia
omnis juriſdictio à Principe tanquam à fonte ma-
nare dicitur; & ab eo, & ad eum fluere, & re- 8
fluere, ſicut aquas à mari, & admare, Hieronym.
Gonçales *de menſib. & alternat. §. 1. proœmial. à n.
9. cum ſeqq.* Eſt enim Princeps Dominus omnium
juriſdictionum Ramon. *conſ. 24. nu. 55.* Valaſc. *de
jure emphyt. q. 8. n. 21. & 29.* Caſſanat *conſ. 43. n.
1.* Menoch. *lib. 2. præſumpt. 14.* Magon. *deciſ. Flo-
rent. 87. n. 1.* Alſar. *de offic. fiſcal. gloſſ. 1. num. 2.*
Caſtill. *d. c. 18. nu. 155.* Giurb. *conſ. 52. nu. 24. &
conſ. 59. nu. 3.* Salgad. *de retent. Bullar. 2. p. c. 33.
nu. 32.* Cald. Pereira *conſ. 28. nu. 41.* Et hoc maxi-
me procedit in Regno, ubi juriſdictionalia omnia
ſunt Regi reſervata, Cabed. *2. p. deciſ. 41.* Ripol. *de
Regal. c. 35. n. 12.*
Ex quibus jam liquet, quod ſuprema juriſdictio 9
numquam à Rege donata, aut conceſſa intelligitur,
etiamſi verbis generaliſſimis donatio concipiatur ex
ſæpius dicta ratione: quia ita Principis perſonæ in-
hæret, ut neque eo volente ſeparari poſſit, Boſſ. *in
tit. de crimine læſa Majeſt. nn. 100.* Gaſpar. Valaſc.
*in L. Imperium n. 121. ad fin. ff. de juriſd. omn. ju-
dic.* Peregr. *de jure fiſci lib. 1. tit. 3. nu. 72.* Petr.
Barboſ. *in L. comperit. nu. 90. C. de præſcript. 30.
vel 40. annor.* Cabed. *2. p. decil. 50. n. 1.* D. Joſeph.
Vella *diſſert. 39. n. 45.* Gabr. Pereira *de manu. Re-
gia 2. p. c. 37. nu. 25.* idem Cabed. *2. p. deciſ. 66.*
Quæ reſolutio ampliatur, etiamſi donatio fiat Re- 10
ginæ, & filiis Regum, vulgo Infantes, & aliis
magnis Ducibus: quia ex quibuſcunque verbis, &
clauſulis donationum non cenſetur in eos tranſlata
ſuprema juriſdictio, & plenitudo poteſtatis Bald. *conſ.
333. col. 2. ad fin. lib. 1.* Gregor. Lopez *in L. fin. tit.
1. partit. 2. gloſſ. fin.* Gaſp. Valaſc. *in L. Imperium n.
121. ff. de juriſd. omn. judic.* Petr. Barboſ. *in L. compe-
rit. n. 91. C. de præſcript. triginta,* Cabed. *2. p. deciſ. 40.
n. 1. & 8. & deciſ. 66.* Cald. Pereyr. *conſ. 28. n. 54.*
Gabr. Pereyr. *de manu. Reg. 2. p. c. 37. n. 25. verſ.
veram hac omnia.* Quamvis enim filii, & deſcenden-
tes Principis ſint tertia ſpecies diverſa ab ipſis Do-
minis, & aliis ſubditis: ut ex Brun. & Senatu Man-
tuano tradit Cyriac. *controv. 543. nn. 22.* Et ea de
cauſa

caoſa majores, & exuberantes clauſulæ, & majorum pærogativarum ſolent, apponi in donationibus in eos collatis: ut ptobat Ordinat.lib.2.tit.45. in princ. Tamen etiamſi nihil in donationibus Regi reſervetur ſuprema juriſdictio, & poteſtas reſervata cenſetur Ordinat. d. tit.45.in princ. verſ. E poſto que, & §. 8.

Quod in omnibus donationibus conceſſionibuſque
12 quantumvis generalibus, & habentibus clauſulas generaliſſimas regulare eſt; quia ſemper ſuprema Principis authoritas, & poteſtas reſervata cenſetur, & nunquam præſumitur conceſſa, C.dudum §.nos igitur, de præbend.in 6. Brun.con. 47. n. 1. Grammat. conſ.crimin.6.à n.21.& voto 28.n.4.Cabed.2.p.deciſ. 11.n.8.& deciſ.13.n.2.& 3.Barboſ.ad L.1.art.4 nu. 109.& 110.& 129.ff.de judic.Covarr.pract.cap.4. in princ.Barboſ.in d.L comperit.n. 166. Larrea allegat. 110.n.26.Solorz.tom.2.lib.4.c.10.n.12.& probat. Ordinat.d.tit.45.in princ.Auguſt.Barboſ.voto 33.n.39. & de jure Eccleſ.lib.1.cap.2.n.137.ne Princeps videatur alium ſibi parem conſtituere: Quod nihil aliud magis alienum eſſet à concedentis mente, dixit Avil. c.1.Pratorum in princ.n.3.Maſcard.concluſ.1050. nu. 11.Gabr.Pereyr.de manu Reg.2.p.c.37. n. 25. Prop-
13 tereaque quibuſcumque verbis donatio fiat, ſemper penes Regem manet major poteſtas, & juriſdictio, ea quam donat d.c.dudum §.nos igitur, Aogel. in L.1. ff.de juriſd.omn.judic.Afflict.in c. quæ ſint Regalia §. poteſtas n. 18. Ripol. de Regai. c. 1. n.21.Nata conſ. 387.n.24.vol.3. Aug.Barb.in d. c. dudum n. 5. Ubi, quod Princeps concedendo alicui juriſdictionem, & poteſtatem, eandem ſibi, & majorem reſervat, & quamvis juriſdictionem alicui concedat privative, ta-
14 men cum eo bene poteſt concurrere: Juriſdictiones enim donatariis à Principe conceſſæ non ſunt ita privativè donatæ,, quin à ſuprema Regis juriſdictione dirigantur, refrænentur Horat. Montan.de Regal. §. poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum n.34.Cald.Pereyr.conſ.5.n.18.Ex ea ratione, quia non poteſt Rex hanc directionem à ſe abdicare, & alii committere; quoniam ſubditi commiſerunt ſe Regi transferentes in eum omnem poteſtatem & ad hoc juriſdictionem
15 dederunt Regi; ut ab eo judicarentur, non à Baronibus: ut in lib.1.Reg.c.8.ibi: Rex erit ſuper nos, & judicabit nos Rex noſter, L. 1. ff. de conſtit. Princip. ibi: Populus ei, & in eum tranſtulit omne ſuum Imperium, & poteſtatem.

Deinde ad ſupremam Regiam poteſtatem pertinet
16 jus appellationom, ſeu ultimæ provocationis c. venientes, ubi Auguſt. Barb.in collectaneo n. 3.de jurejur. Bald. in Auth. quas actiones n. 14. in fin. C. de Sacroſ.Eccleſ. Peregr.de jure fiſc.lib.1.tit.2.n.98.Cabed.2.p.dec.4.n.12.Barb.in d. L. comperit. n. 92. Et ideo non poterit Princeps ita terras, & oppida concedere, ne ad eum appelletur Covarr. pract.c.4.n.1. Guillielm. Benedict. in c. Raynucius verb. & uxorem deciſ. 2. num. 24. Avil. in c. 38. Pratorum num. 2. Avendaño de exeq. mand. lib. 1. cap. 5. n. 2. Cabed. deciſ. 40. nn. 12. Sive donatio fiat cum ſimplici juriſdictione, quia tunc ſemper jus appellandi ad Regem reſervatom cenſetur. Covarr.d.c.4.n.6. Ca-
17 bed. deciſ. 11. n. 2. p.2.Bald.in d. Auth. quas actiones n. 14. ad fin. Barboſ. in d.L.comperit. n. 93. Sive etiam quando donatio facta fuerit cum mero & mixto Imperio Angel.in L.1.ff.de offic.ejus cui mand. eſt juriſd. & tradunt Canoniſtæ poſt Innocent. in c. cæterum de judic.Curt.Jun.conſ 2.Natta conſ. 580. n. 22. Peregr. de jur fiſc.lib.1.tit.2.n.28. Cald. Pereyr. conſ. 28. n. 51.Gabr.Pereyr.de manu Reg. lib. 1. c. 37. num. 17. Et probat Ordin. lib. 2. tit. 45. §. 25. 26.& 27. Deciſio Pedemont. 101. num. 9.Surd. conſ. 210. n. 49. Quod etiam locum ſibi vendicat, etiamſi in donatione dicatur cum mero, & mixto imperio,& omnimoda juriſdictione Natta conſ. 580. nu. 22. Ex

eo quia reſervata in ſignum ſuperioritatis non cenſentur conceſſa, niſi exprimantur Surd. d.conſ. 210. nn. 58. Sixtin. de Regal.lib.1.c.1.n.6.& 7.Afflict.in c.1. in princ.quæ ſint Regalia. Giurb.de feud.§.2.gloſſ.7. num. 3. Adeo ut in conceſſione generali Regalium non veniant, Surd. d.conſ.210. n. 60.& conſ. 275. n. 6. immo ſi Regalia donatario concedantur expreſſe,
non poſſit ea exercere cum plenitudine poteſtatis:ſed 19
cum maxima diſcretione: ut admonet Innocent. in c. cum ad monaſterium in gloſſ. niſi ex cauſa in fin. de ſtatu Monach. Bald. in L. 2. num. 39. C. de ſervitut. & aqua, Felin. in c. quæ in Eccleſiarum num. 25. verſ. hinc eſt extra de conſtit. Grammat.conſ.83.n. 6. Berojus conſ.177.n.28. vol. 2.Surd.conſ.210. n. 61.

Unde Venit intelligenda Ordinat.lib. 3. tit. 71.§. 20
fin. quatenus diſponit ſervanda eſſe privilegia conceſſa Dominis terrarum, ut ab eis non poſſit appellari: & ſubdit ibi: Mandamos que lhe ſejaõ guardados em quanto uſarem lem, & como devem das ditas juriſdicçoens, & ſem danno do povo; porque não o fazendo elles aſſim ficarà a Nos procedermos contra elles, como for direito. Quo fit, ut donatarii cum diſcretione privilegiis exuberantibus uti debeant; alias Princeps illos punire poterit, & privilegia revocare, quia ſemper apud Principem retinentur majora Regalia Socin. Jun. conſ.126.n.38.lib.3.Covarr. d.c.4.n.6.Cabed.2.p.deciſ.11.n.2.Barboſ.in d.L.comperit, n. 93. Ordinat. d. tit. 77. §. fin. in fin.

Subſequitur quæſtio: An valeat conceſſio facta à 21
Rege ſubdito inferiori, ut ab eo non poſſit appellari ad ſupremum Principem? Et quidem de jore communi conceſſio ita facta inutilis eſt,ex Covarr. pract. c.4.n.1.Avil.in c.Pratorum 38.n.2.Avendan. de exequend. mand.lib.1.c.5.n.2.Cabed.2.p.deciſ.40. n. 12.
Angel.in L.1.§.quæ mandata in fin.ff. de offic. ejus. 22
Purpurat in d.L. Imperium n.75. At vero de jure Regio aliud dicendum videtur ex Ordinat. lib.3.tit. 71. §.fin.Ubi conceſſio ita facta approbatur. Similis Ordinat.eodem l.3.tit.78.in princ.ibi: Salvo ſe os actos forem tais, que ſeguiao noſſas Ordenaçoens, ou privilegios, que lhes por Nòs forem dados, ou confirmados, façaõ fim em elles per ſua determinação Beſold. in ſynopſi doctrina Polit. c. 2. nu. 44. in fin. Verum dicendum eſt priorem ſententiam procedere, quando privilegium ita fuit conceſſum, ut nullo modo ab inferiore poſſit ad Principem appellari; quia tunc non valet privilegium ex ſupra dictis. Cæterum cum conceſſio facta fuit, ut certis in caſibus appellari nequeat; tunc valeat conceſſio, & privilegium, quippe ceſſant rationes; de quibus ſupra Cabed. d. deciſ. 40. nn. 15. Barb. in d. L. comperit n. 96. Ubi rationem adducit, quoniam etiam ſtante dicto privilegio non ob id videtur Princeps abdicare à ſe ſupremam poteſtatem, ut per alios modos adiri poſſit in præjudicium donatarij per viam recurſus, & querelæ. Non enim ſublata appellatione cenſentur ſublati recurſus, & querela, cum hæc ſint diverſa, & reſpiciant Regis Majeſ-
tatem Avendaño d. lib. 1.c.6.n. 2. Ruin. conſ. 157. 23
col.penult.lib.5.Cabed.d.dec.40.n.15.Barboſ.in d.L. comperit. n. 97.& 102. Ubi quod uno ſublato remanet aliud ſalvum argum. L.ſi Dominus. ff. de ſervitut. urban. Salgad.de protect.1.p.c.1.n.84.Mart. de juriſd. 4.p.centur 1.caſu 56.n.6.videndus omnino Arniſæus de jure Majeſt.lib.2.c.4.n. 7. Et in ſpecie probat. Ordin.lib.3.t.78 in princ.verſ.porèm,ibi:Porèm neſte caſo poſto que não paſſaõ delles appellas, poderſeha aggravar a Nos par ſimplez querela. Similis Ordinat. lib.1. tit. 65. §. 28. Si igitur donatarius juriſdictione abutatur, poterit Princeps adiri per viam querelæ, & recurſus,& utendo ſua ſuprema juriſdictione ſe intromittere ad juſtitiam miniſtrandam. Auth. de Quæſtorib. §. ſi vero forſan. coll. 6. Parlad. lib. 2. rer. quotidian.c. 1. num. 26. Barboſ. in d. L. comperit.

num. 79. & ut diximus ſupra *num.* 20. donatarium
punire, & cum juriſdictione privare, nedum per
abuſum, ſed & per negligentiam *d.* §. *ſi vero orſan.*
Gregor. Lopez *in L.* 2. *tit.* 1. *partit.* 2. *verb. por
privilegio*, Barboſ. ubi ſupra *n.* 100.

24 Und opportune quæritur: An non obſtante con-
ceſſione, quod à ſententia donatarii non poſſit ap-
pellari ad Regem; attamen valeat Rex reviſionem
concedere? In hoc Regno habemus Archiepiſcopum
Bracharenſem, cui tam ex donatione Comitis Hen-
rici, quam ex contractibus initis cum Rege Joanne
Primo, & Alphonſo Quinto, de quibus Cald. Pereyr.
conſ. 28. *n.* 60. competit Dominium plenum illius
Civitatis omnimodaque juriſdictio, reſervata tantum
Regi appellatione in criminalibus. Habet quippe
Archiepiſcopus Senatum, ubi civiles cauſæ termi-
nantur: ſed, quia multoties à ſententiis latis in illo
Senatu poterit reclamari, & reviſio peti; non abs re
erit, ſi hanc quæſtionem in examen adducamus. Et
quidem pro parte negativa ad favorem Archiepiſco-
pi facit. Primo: Quod reviſio actorum eſt appella-
25 tionis ſpecies, ut eam appellat Bart. *in L. ſocieta-
tem* §. *arbitrorum col.* 4. *ff. pro ſocio*, quem ſequun-
tur Joan. Cæphal. *conſ.* 180. *nn.* 19. *lib.* 2. Anton.
Amat. *var reſolut.* 6. *nu.* 22. Anton. Hering. *de fi-
dejuſſ. c.* 20. §. 20. *n.* 29. Capyc. Latro *dec.* 100. *n.*
35. Atqui à Senatu Archiepiſcopi in civilibus non
poteſt appellari ad Regem: Ergo neque Rex poteſt
reviſionem concedere, ſed ad Archiepiſcopum Do-
minum civitates recurrendum eſt.

26 Confirmatur, quia reviſio reducit cauſam ad
ſtatum, quo erat tempore litis conteſtatæ Scipio
Ruvit. *in pragmat.* 5. *de offic. ſac. Concil. num.* 7.
Capyc. Latro *d. deciſ.* 100. *nn.* 35. At verò eadem
eſt appellationis virtus, quæ reponit rem in ſtatu,
quo erat tempore litis conteſtatæ Valenz. *conſ.* 71.
nn. 76. Pontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *p.* 1.
nu. 68. *per text. in L.* 1. §. *fin. ff. ad Turpilian. L.* 1.
verſ. fin. ff. de pœn. Anton. Gomez *in l.* 4. *Tauri n.* 6.
Gama *de Sacram. præſtand. q.* 6. *n.* 2. Gratian. *c.* 40.
n. 45. Marant. *de ordin. judic.* 4. *p. diſtinct.* 6. *q.* 1.
n. 16. Cald. *de nominat. emphyt. q.* 5. *n.* 25. Poſtius
de manutenendo obſervat. 8. *nu.* 53. *& ſeqq. & poſt
tract. deciſ.* 336. *nu.* 10. Valaſc. *conſult.* 1. *num.* 9.
verſ. nec adeo fortis. Gutierr. *lib.* 1. *pract. q.* 39. *n.*
6. Caſtill. *de alim. c.* 8. *nu.* 1. Magon. *deciſ. Florent.*
27 132. *n* 11. *&* 12. Cumque reviſio, & appellatio pa-
ri paſſu ambulent Andr. de Iſern. *in c. præterea ſi in-
ter duos de probib. feud. alienat. per Feder.* Lanar.
conſ. 64. *nu.* 25. *&* 26. Capyc. Latro *d. nu.* 35. ita
ut appellatio non competit ad Regem, eodem mo-
do neque reviſionis conceſſio.

28 Præterea appellatio à ſententia Prælati, qui tem-
poralem habet juriſdictionem, ſpectat ad Judicem
Eccleſiaſticum ſuperiorem *c. Romana* §. *debet de
appell. in* 6. ubi communiter ſcribentes. Ex ea ra-
tione, quia per donationem juriſdictionis ſactam
Eccleſiæ per Principem ſæcularem omne jus ſupe-
rioritatis in eam tranſlatum cenſetur: ut ſcribunt Fe-
lin. *in c. ſolita de majorit. & obed. n.* 4. *verſ. limita*
1. Bellug. *in ſpecul. Princip. rubr.* 9. *n.* 9. Alban.
conſ. 64. *nu.* 82. *lib.* 2. Ergo reviſio non à Principe,
ſed à ſuperiore Eccleſiaſtico petenda eſt.

29 Denique Archiepiſcopus eſt Dominus Civitatis,
& juriſdictionis pleno jure: Et ſic ille tantum diſpo-
nere poteſt de rebus, & juribus ad juriſdictionem
ſpectantibus per text. *in L. inre mandata, C. man-
dati*: non vero poterit Rex aliquid diſponere circa
jus ad Archiepiſcopum competens, tanquam do-
minum; ſiquidem dominium apud duos in ſolidum
eſſe nequit text. *in L. ſi ut certo* §. *ſi duobus vehicu-
lum, ff. commod.* Reynoſ. *obſerv.* 6. *nu.* 7. Mantic.
de tacit. lib. 22. *tit.* 34. *n.* 7. Surdus *conſ.* 179. *nu.*
27. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 900. *n.* 18. Larrea *de-
ciſ.* 40. *n.* 3. Solorz. 2. *tom. lib.* 2. *c.* 9 *n.* 31.

Verum contraria ſententia eſt quidem probabi- 30
lior, & verior: quia reviſionis conceſſio eſt de Re-
galibus majoribus ad ſupremam juriſdictionem, &
poteſtatem Principis ſpectantibus: prout etiam eſt
jus, quod inſtaurandarum cauſarum appellatur, de
quo Ripol. *de Regal. c.* 13. Ubi docet eſſe de Re-
galibus ſupremis ex Afflict. *ad tit. quæ ſint Regalia
d. n.* 96. Et dicemus infra *c.* 21. Ac proinde à ſolo
Principe, qui ſuperiorem non recognoſcit, conce-
di poteſt. Notat Innocent. *in c. ex litteris n.* 10. *de
in integr. reſtit.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 52. *nu.* 4.
Cabed. 2. *p. deciſ.* 67. *n.* 2. Gabr. Pereyr. *de Man. Reg.*
2. *p. c.* 37. *n.* 37. *&* 38. Cum ipſe ſolus juri alteri quæ- 31
ſito ex ſenteatia poſſit derogare, utpote is, qui ſupra
jus eſt poſitivum, *L.* 2. *C. ſententiam reſcind. non
poſſ.* Valaſc. *conſult.* 51. *n.* 42. Cabed. *deciſ.* 67. *n.* 2. *p.* 2.
Et probat *text. in Auth. qua ſupplicatio* ibi: *Supplica-
re poſſit Imperatori, C. de precib. Imper. offer. L.* 1. *C.
de ſent. Præfect. Prat.* ibi: *Noſtro Numini. Ord. lib.* 3.
tit. 95. *in fin. princ.* ibi: *A qual reviſta mandamos que
ſe nam faça em nenhum dos ditos caſos ſem noſſo eſ-
pecial mandado.* Gabr. Pereyr. *d. c.* 37. *n.* 37. Maxi-
me quia reviſionis conceſſio pendet ex Principis gra-
tia, arbitrio, & dignitate, Reynoſ. *obſerv.* 6. *nu.* 9.
Joann. Franch. Sanfelic. *deciſ.* 4. *n.* 10. Capyc La-
tro *deciſ.* 187. *nu.* 34. quamvis vere Rex teneatur
reviſionem concedere, ſi cognoverit veritatem, &
juſtitiam ſtare pro petente reviſionem, Cyriac. *con-
trov.* 182. *numer.* 16.

Tanto magis, quia reviſio, ſeu reclamatio eſt
remedium extraordinarium Abbas *in c. ex his n.* 6. *in* 32
fin. de reſtit. in integr. Afflict. *deciſ.* 341. *nu.* 3. *&* 4. Au-
fret. *ad Capell. Toloſ. deciſ.* 480. *n.* 4. Sanſelic. *deciſ.* 6.
nn. 6. Et habet ſe ad inſtar reſtitutionis gratiæ *Or-
din. lib.* 3. *tit.* 95. §. 1. Valaſc. *conſult.* 51. *nn.* 5. *&* 49.
Reynoſ. *obſerv.* 6. *n.* 11. reſtitutionem autem ex gra-
tia ſolus Princeps concedere poteſt *Ordin. lib.* 2. *tit.*
45. §. 40. Atque ita Archiepiſcopus reviſionem con-
cedere nequit. Præſertim quia, ut jam diximus, cum
reviſionis conceſſio ſit de Regalibus ſupremis, illam
Rex donare, vel concedere non potuit Maſtrill. *de
Magiſtr. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 1. Salgad. *de retent. Bullar.* 1.
p. c. 1. *n.* 111. *&* 112. Cancer. *l.* 2. *variar. c.* 2. *n.* 114. 33
Giurb. *de ſucceſſ. feudor.* §. 2. *gl.* 7. *n.* 3. Sixtin. *de Re-
gal. lib.* 1. *c.* 1. *nu.* 6. *&* 7. Afflict. *in princ. quæ ſint
Regalia* Bald. *in L. Imperium n.* 6. *&* 7. *ff. de juriſd.
omn. judic.* Neque ea poteſtas in donatione, ſeu
contractu inito cum Archiepiſcopo quantumvis ge-
nerali fuit comprehenſa Lucas de Pæna *in L. contra
publicam, C. de re milit. lib.* 12. Grammat. *conſ.* 6.
Roſental. *de feud. c.* 5. *concluſ.* 14. à *nn.* 4. Pariſ. *conſ.*
8. *n.* 7. *& conſ* 9. *n.* 11. *vol.* 1. Oſaſch. *deciſ. Pedemont.*
101. *n.* 2. *&* 11. Vincent. de Franch. *deciſ.* 275. *n.* 5.
& 8. Menoch. *l.* 3. *præſumpt.* 98. *n.* 35. Maſtrill. *de in-
dult. c.* 2. *n.* 16. *&* 20. *& c.* 26. *n.* 5. Sixtin. *lib.* 1. *c.* 5. *nn.*
74. *&* 75. Giurb. *conſ.* 49. *nu.* 6. Salgad. *de retent. Bul-
lar.* 1. *p. c.* 14. *n.* 39. & loquendo in noſtris terminis
Gabr. Pereyr. *de Man. Reg.* 2. *p. c.* 37. *n.* 37 *&* 38.

Ex quibus Sereniſſimus Rex Henricus declaravit
hanc Regaliam non fuiſſe comprehenſam in con-
ceſſione facta Archiepiſcopo: ut conſtat ex ipſius
Regis Epiſtola tranſcripta à Cabed. 2. *p. deciſ.* 7. *nu.*
6. Quod etiam antea declaraverat Rex Sebaſtianus,
ut per eundem. *n.* 5.

Qua opinione retenta non obſtant in contrarium
adducta. Non primum: quia appellatio, & reviſio 34
valde differunt; namque appellatio judicatum ſuſ-
pendi, non vero reviſionis conceſſio, quæ executio-
nem non retardat per ea, quæ Jaſon. *in d. Auth. qua
ſupplicatio* Abbas *in c. ex litteris de in integr. reſtit.*
Lancelot. *de attent. p.* 2. *c.* 12. *limit.* 2. *n.* 73. Decian.

conſ.

*conſ.*47.*n.*30.Scaccia *de appellat. q.*19.*remed.* 3. *nu.* 27.Andr.Gail.*lib.* 1.*obſerv.* 139.Capyc.Latro *conſult.* 159.*n.*5.& 6.Reynoſ.*obſerv.*6.*n.*1. Valaſc.*conſult.*51. *n.* 28. Cyriac. *controv.* 185. *n.* 7. Gabr.Pereyr. *d. c.* 37. *n.* 37. *verſ. unde apparebit.* Immo neque valet reſcriptum ut pendente reviſione executio ſententiæ ſuſpendatur, quia contra ſtylum, & contra jus, & etiam contra conſuetudinem expeditur: Et ſic dicitur ſubreptitium, niſi de contrario ſtylo fiat mentio, & apposita ſit clauſula non obſtante, & de plenitudine poteſtatis parte citata Gnid. Pap. *deciſ.* 420. Petr. Gregor. *d.appell.p.*1.*c.*6.*n.*15. Anton. Amato *reſol.* 6. *n.* 7.

Deinde appellatio, & reviſio differunt in pluribus 35 aliis congeſtis à Pereyr. *d.n.*37.& ab Scaccia *de appell.q.*19.*remed.*3.*n.*24.& 25.Capyc.*deciſ.*18. *n.* 11. Unde cum per ſententiam latam ab Archiepiſcopo, vel ejus Senatu illius juriſdictio ſit extincta, & per reviſionem nova inſtauretur inſtantia, quæ jam juriſdictioni Archiepiſcopi non ſubeſt, ab eo reviſio concedi non poteſt; ſed eſt petenda à Rege, penes quem etiam ſtante generali conceſſione, & contractu remanſit ſuprema authoritas,& poteſtas, quæ ſemper 36 cenſetur excepta in quacunque generali conceſſione juriſdictionis etiam facta non ſubdito, & per viam contractus: ut tradunt DD. *in c. venientes de jurejur.* ubi Felin. *col.* 8. *verſ. quod tamen limita.* Decius *ibi n.*10.Cabed.2.*p.deciſ.*11.*nu.* 8. Prout etiam regulariter in lege, privilegio, aut ſtatuto ſemper intelligitur excepta perſona loquentis, ut læſa non intelligatur Lancelot. Galiaul. *conſ* 97. *à nu.* 29. Alderan Maſcard. *de ſtatut. concluſ.* 5. *n.* 176.*& ſeqq.*Auguſt. Barb.*in prax. exig. penſion. q.*6.*n.*46. ubi plures laudat, & *in L.jubemus* 10.*n.*6.*C.de ſacroſ.Eccleſ.* Quapropter ſic conceſſa juriſdictione à Principe etiam cum omnimoda libertate ſemper conceſſionarius, quamvis ſit perſona Eccleſiaſtica, ſubeſt concedenti quo ad recurſus, & querelas Horat. Moutan. *de Regal.* §. *poteſtas inſtituendorum Magiſtratuum num.* 18. *fol.* 138.Covarr. *pract. c.* 4.*n.*2. À Pont. *deciſ.*4. Caldas Pereyra *conſ.* 28. *n.* 58.*verſ. cæterum.* Atque ita ceſſat primum fundamentum.

Non obſtat ſecundum de text. *in c.Romana* §.*debet* 37 *de appellat.in* 6. Ubi à Prælato habente juriſdictionem temporalem appellatur ad Archiepiſcopum. Quoniam reſpondetur, quod ille textus ſe ipſum limitat; quando ſcilicet conſuetudine aliud non ſit introductum: Et quidem in Hiſpania moribus receptum eſt quod à Prælato exercante juriſdictionem temporalem appelletur ad Principem, vel ejus Tribunal. 38 De qua conſuetudine teſtantur Hoſtienſ. *in ſumma tit. de ſent excommunicat.* §. *ſiquis poſſet,* D. Antonin. *in ſumma* 3.*p.tit.* 24. *c.* 75.*ad fin.* Covarr.*pract. cap.*4.*n.*2.Barboſ. *in d. L. comperio.num.*113. Immo etiam de jure verius eſt ab Eccleſiaſtico temporalem juriſdictionem exercente appellandum eſſe ad Regem, qui eam conceſſit Covarr. *d. n.* 2. Cabed. 2. *p. deciſ.*11.*n.*3.Barboſ. *in d.L.comperit.n.* 108. *&* 109. Cald. *d.conſ.*28.*n.*54.*& ſeqq.& n.* 58. *verſ. cæterum.* Cancer.*lib.*1.*c.*12.*n.*83.*& ſeqq.& n.*88.89.*&*90.Tondut. *de prævent.*1.*p.c.*29.*n.*54.Hyeronym.Leo *deciſ.* 2.*n.*26.*&* 27.Bobad. *in ſua Polit.*1.*tom.lib.*2.*c.*17. *n.* 196. Peregr.*lib.*1.*conſ.*1.*n.*22.Beſold.*in tract.de Pace c.*5.*n.*5.Solorz. *d.jure Indiar.*2.*tom.c.*25.*n.*32. *lib.* 3. Et notandum eſt, quod Prælatus, qui habet temporalem juriſdictionem à Principe conceſſam, non poteſt excommunicationis gladio juriſdictionem ſuam 39 tueri, & uti cenſuris pro executione ſuæ ſententiæ: ſed temporaliter, & per Judices ſæculares talem juriſdictionem exercere debet Covarr.*pract.c.* 36. *n.* 6. Camill. Borell. *de præſt. Reg. Cath.c.*72. *n.* 2. Eſcobar.*de Pontific.& Reg. juriſd. in ſtud. general. c.*21. §.8.*n.*171. Bobad.*lib.*2. *c.* 18.*n.*214. Solorz.*d.lib.*3.*c.* 25.*n.*31. Creſp. de Valdaura *obſervat.* 101. *n.* 25.*&* 26.Gregor.Lopez *in L.* 7. *tit.*9.*partit.*1.*verb. otro ſi,* Barboſ.*in d.L. comperit.n.* 114. Cabed. *deciſ.* 40.*nu.* 13. *in fin.*

Neque turbat dictum Felini *in c.ſolita de major.&* 40 *obedient.n.*4.*verſ.limita primo,*quem ſequuntur Bellng. *in Specul.Princip.rubr.*19.*n.*9.Alban.*conſ.* 64.*n.* 82.*lib.* 1. dicentis, quod in donatione facta Eccleſiæ etiam jus ſuperioritatis conceſſum cenſetur; ita ut nihil apud Principem remaneat. Contrarium namque, ut verius defendunt Paul de Caſtr. *conſ.* 70.*n.* 7.*lib.*1. Cacheran. *conſ.* 3. *à num.* 6. Jaſon. *conſ.* 23. *col.*1.*lib.*1.Menchaca *illuſtr. c.* 5. *n.* 24. quos & alios laudat. Barboſ. *in d. L.comperit.n.*108. Cabed. 2. *p. deciſ.*40. *num.* 15. Quinimmo hoc ita ſervari in Caſtella docet, Covarr. *d. cap.* 4. *num.* 2. & in Francia Guillielm.Bened. *in d. c. Raynutius verb. & uxorem dec.*2.*n.*26.Cabed.2.*p.dec.*40.*n.*13.Barb.*in d.L.competit.n.*113. Ubi *n.*109. opinionem Felini intelligit, quando donatio facta fuit Eccleſiæ Romanæ: Quod 41 idem ſentit Cabed.*d.n.*13.Propterea que Prælati, qui à Principe habent juriſdictionem temporalem Judices ſæculares non Eccleſiaſticos deputare debent *Ordinat.lib.*2.*tit.*45. §. 44. ſub pœnis ibi impoſitis. Qui Judices deputari juxta leges ſæculares judicare tenentur Hoſtienſ. *in ſumma tit. de ſentent. excommun.* §. *ſiquis poſſet.* Antonin.*d.*3.*p.tit.*24.*& tit.* 75.*ad fin.* Cabed.*d. n.*13.*in fin.*

Denique non obſtat tertium: quia reſpondetur: 42 Archiepiſcopum habere dominium Civitatis, ſed quo ad juriſdictionem ſubordinatum Regiæ ſupremæ poteſtati; quippe nullo modo Rex ſuam ſupremam poteſtatem; & authoritatem à ſe potuit abdicare, Gullielm. Bened. *deciſ.*2. *n.* 319. Carolus de Graçal. *de Regn.Franc.lib.*2.*jure* 14. Cald.Pereyr.*d.conſ.* 28. *n.* 54.*verſ.etenim.* Ac proinde veriſſima eſt ſententia, à ſententiis latis ab Archiepiſcopo, vel ejus Senatu ſolum Principem reviſionem poſſe concedere, ab eo eſſe petendam. Quod à fortiori ſibi locum vendicavit in vaſſallo, cui Princeps privilegium conceſſit, ut ab eo non poſſit appellari ad Regem: ut in individuo docet Gabr. Pereir.*d.*2.*p. c.* 37. Et videtur inſinuare Barboſ. *in d.L.comperit.c.* 69. *& ſeqq.*

Inſuper ad ſupremam Principis poteſtatem, & ju- 43 riſdictionem ſpectat Senatum, ut Tribunal, ſeu Cancellariam erigere, & creare, aut tollere, vel in totum ex vi ſuæ ſupremæ poteſtatis, Bart. *in L. hoc Tiberius, & in L.*2.*ff.de hæred.inſtit.*Caſſan.*in Catal. glor.mundi p.* 7. *conſil.* 9. *verſ.& tale Parlamentum.* *DD.in c.*1.*quæ ſint Regalia.*Cabed.2.*p.deciſ.*85.*nu.* 1. Theſaur.*in præm. deciſ.n.*16.Maſtrill.*de Magiſtr.l.*1. *c.*1.*à n.* 1. *cum ſeqq.* Montaigne *de Parlam & collat. Parlam.fol.*242.*inter. tract. DD.* Bobad. *lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 93. Aviles *in cap.* 2. *Prætorum*, Salgad. *de retent. Bullar.*1. *p. c.*14.*n.*2.*&* 33. Ita ut in Regno nullus præter Regem Senatum habere poſſit, neque ſententias proferre per Acordaon os do Deſembargo: neque alio ſimili modo; quo utuntur Senatores Regis in Senatibus ab eo erectis *Ordin.lib.* 2. *tit.* 44 45.§.4.Emman. Barboſ. Proindeque ad Regem pertinet dividere Provincias, unire, & diſmembrare aliquando aſſignatas cuilibet Tribunali *L. unica C. de Metrop.Beryto lib.*11.*Auth.ut judices ſine quoquo ſuf-* 45 *fragio* §. *illud.L.*1.*tit.* 1.*partit.* 2. Ubi Gregor. Lopez *verb.partis,text.in c.quod tranſlatione* 4. *de offic. legati,*late Salgad.*d.c.*14.*n.*6.*& ſeqq.* Ubi plura cumulat. Senatus autem Principem repræſentat, & eandem cum Principe habet poteſtatem in deciſione cauſarum *L.quominus,ff.de flumin.* ubi Jaſon, & Ripa,*gloſſ.in L.cum ambigitur* ubi Bart. *ff.de legib.* Afflict. *deciſ.*120.*in fin.* Roland.*conſ.* 68.*n.* 17. *vol.* 3. Cevall.*commun.contra commun.q.*282.*à n.*107. Lara *de anniverſ.lib.*1.*c.*10. *n.* 39. Salgad. *de retent. Bul-*

lar. 1. p. c. 3. §. unico nu. 60. Ubi quod Senatores
ſunt partes Principis, & tanquam tales ab eo vene-
rantur. Eſt enim Senatus pars corporis Principis, &
inter ejus membra connumeratur *L. quiſquis, C. ad
leg. Jul. Majeſt.* ibi: *Nam, & ipſi pars corporis noſtri*
47 *ſunt, in quo nos ipſos numeramus* Salgad. *d. c. 3. n.*
61. Oſalch. *deciſ. Pedemont. 1. nu.* 1. Lara *d. c.* 10.
n. 40. Nihilominus tamen cum juriſdictio Senatus
ex gratia, vel precario à Rege ſit conſtituta, ſeu
demandata, Arniſæus *de jure Majeſt. lib. 2. c. 4. n.* 7.
Bene poteſt Princeps juriſdictionem moderari, mi-
nuere, & alteri concedere Menoch. *de arbitr. in*
48 *ſchol. ad quæſt.* 55. *n.* 5. Petra *de poteſt. Princip. c.* 29.
n. 1. & ſeqq. præſertim ex juſta cauſa Manent. *conſ.*
109. *à n.* 3. Menoch. *conſ. 1. n.* 181. Bellug. *in ſpec.
Princ. rubr.* 26. §. 1. *n.* 5. Giurb. *conſ.* 89. *n.* 12. Salgad.
d. c. 14. n. 34. & ſeqq. Totum namque pendet à ſupre-
ma Regis poteſtate, juriſdictionem, & arbitrio. Quæ
hîc dixiſſe ſufficiat; quia latius de materia agendum
eſt in capite de poteſtate creandorum Magiſtratuum.

Caput IX.

Utrum præſcriptio detur contra Principis ſupremam juriſdictionem, & poteſtatem?

SUMMARIUM.

1 *Referuntur Doctores, qui tenent nullam dari præſcriptionem contra Principis ſupremam juriſdictionem, & poteſtatem.*

2 *Contraria ſententia defenditur ab Anthoribus, qui referuntur.*

3 *Alii diſtingunt inter ſupremam juriſdictionem Papæ, & ſupremam poteſtatem Regis.*

4 *Concordantur opiniones: ut prima procedat, quando præſcribens adhuc remanet ſubditus Principis.*

5 *Actio, & paſſio non poſſunt concurrere in eodem ſubjecto.*

6 *Secundo opinio procedit, qnando præſcribens ſe gerit pro libero, ut nemini recognoſcat ſuperioritatem per tempns immemoriale.*

7 *Reges, & Civitates libera adquiſierunt exeeptionem, & jura libertatis adversùs imperatorem.*

IN hac quæſtione variæ ſunt DD. opiniones. Pri-
ma tenet non dari locum præſcriptioni contra
1 Principis ſupremam Poteſtatem, & obedientiam,
quam omnes illi præſtare teneutur; quia inpræſcriptibilis eſt, Matienç. *in L. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. gloſſ.* 10. *n.* 10. Bald. *in Auth. quas actiones n. 14. C. de ſacroſ. Eccl. & in L. 1. n. 7. C. de emancip. liber. & in L. 2. n. 25. C. de ſervit. & aqua.* Covarr. *pract. cap. 1. n. 9. ad med.* Mench. *illuſtr. c. 78. ad fin.* Barb. *in L. comperit. n. 87. C. de præſcript. triginta,* Valaſc. *de jure emphyt. q. 8. n.* 29. Cabed. *deciſ. 40. à nu. 8. p.* 2. Parlad. *lib. 2. rer. quotidian. c. 1. n.* 16. Peregr. *de jure fiſc. lib. 6. tit. 8. n.* 9. Flores de Mena *lib. 2. var. q. 21. n.* 135. Petr. Barb. *in L. 1. art. 4. n. 38. ff. de judic.* Auguſt. Barboſ. *in collect. ad text. in cap. cum non liceat de præſcript. n. 2. & in prætermiſſ. ad eundem text. n.* 1. D. Joſeph. Vela. *diſſertat. 39. n.* 45. Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 5. n.* 145. Cevall. *q. 46. n.* 6. Pereyr. *de Man. Reg. 2. p. c. 37. n.* 24. Alfaro *de offic. fiſcal. gloſſ. 16. n.* 167. Caſtill. *de tert. cap. 20. n. fin. & c. 23. n.* 4. Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 1. c. 19. n.* 1.

2 Cæterum contrariam ſententiam, nempe quod præſcriptio contra Principis ſupremam poteſtatem, & obedientiam bene procedit, tenuerunt Felin. *in c. cum nobis nu. 4. de præſcript.* Cravet. *de antiquit. tempor. p. 4. §. materia iſta nu.* 73. Anton. Gabr. *lib. 5. tit. de adquiren. rer. domin. concluſ. 3. num.* 15. Mench. *illuſtr. lib. 2. c. 78. n. 4. verſ. hactenns in redditibus & c. 82. n. 7. verſ. tenendo partem affirmativam.* Balbus *de præſcript. 2. p. 5. princip. q. 3. nu.* 2. Covarr. *in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 2. n. 8. verſ. non me latet:* quam aliqui ex citatis communem dicunt.

Alii autem diſtinguunt inter ſupremam juriſdic- 3
tionem Papæ, & ſupremam Regis Poteſtatem: ita ut primo caſu nulla detur præſcriptio contra Papam: Secundo vero contra Principem ſæcularem præſcriptioni immemoriali locum eſſe docent; ut præſcribens non teneatur Principem cognoſcere in ſuperiorem, Aymon. *de antiquit. tempor. 4. p. §. materia iſta n. 73. & conſ. 933. n. 4. lib.* 4. Menoch. *conſ. 2. n.* 69. Peregr. *de jnre fiſc. lib. 1. tit. 3. n. 78. & tit. 2. n. 59. & 60.*

Sed hæc contrariæ opiniones concordari poſſunt; 4
ut ſcilicet prima ſententia procedat caſu, quo præſcribens adhuc remanet ſubditus Principi; quia tunc non poteſt prætendere ſe non teneri agnoſcere ſupremam poteſtatem illius Principis, cui ſubditus eſt. Implicat enim contradictionem, quod quis ſit ſubditus, & non recognoſcat ſuperioritatem Principis, & ſequeretur abſurdum, quod ſit ſubditus, & non ſubditus quo ad eam poteſtatem, in qua Conſiſtit ſubjectio contra regulam text. *in L. ubi repugnantia, ff. de reg. juris, L. eum qui ædes, ff. de uſucapion.* Oldrad. *conſ. 172. n.* 5. Cabed. *2. p. deciſ. 40. n.* 9. Cald. Pereyr. *conſ. 28. n. 16. & 17.* Barb. *in d. L. comperit. n.* 89. Et confirmatur ex eo quia actio & paſſio non poſſunt dari, nec concurrere in eodem ſubjecto *L. ſi debitori C. de pact. L. 1. ff. de ſtipnlat. ſervor. L.
Uranius, ff. de fidejuſſ. c. ultimo de inſtit.* docuit Præ- 5
ceptor Valentia *illuſtr. tract. 4. cap. 7. ad text. in d. L. Uranius,* Solorz. *de jure Judiar. tom. 2. lib. 2. c. 11. n.* 6. Larrea *alleg. 113. n.* 4. Camunc. *deciſ. 44. n.* 22. Cyriac *controv. 199. n.* 1. Anton. Hering. *de fidejnſſ. c. 6. n. 75. & c. 7. n. 3. & c. 20. §. 16. n.* 13. Alphonſ. de Olea *de ceſſion. tit. 4. n.* 3.

Si vero quis ita ſe gerat pro libero, ut nemini re- 6
cognoſcat ſuperioritatem, vel ſubjectionem per tempus immemoriale; tunc præſcribet ſibi omnimodam libertatem; & ſibi ipſi videbitur ſuperior ut declarat Oldrad. *conſ. 172. n.* 5. ſequitur Cravet. *in d. §. materia iſta n.* 74. Covarr. *in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 2. n. 8. verſ. ex his de reg. juris in 6.* Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 5. n.* 145. Et ita has contrarias componit ſententias Petr. Barb. *in d. L. comperit. n.* 89. Cabed. *2. p. deciſ. 41. n.* 5. Pereyr. *de Man. Reg. d. c. 37. n.* 17. Atque ita concluditur ſubditum nullo modo poſſe præſcribere jus ſupremæ poteſtatis, & ſubjectionis contra Principem, ſi adhuc illi ſubditus manet: exemptionem vero, & omnimodam libertatem poſſe adquirere per tempus immemoriale, ſi ſe gerat tanquam caput alterius Reipublicæ: quamvis Barb. *in d. L. comperit. n.* 89. dicat hunc caſum raro poſſe verificari. Sed accidiſſe de facto invenimus in Regibus, & Civitatibus liberis, quæ exemptionem, & libertatis jura quæſierunt adverſùs Imperatoris ſuperioritatem: de quo Peregr. *de jure fiſc. lib. 1. tit. 2. n. 59. & 60. & lib. 6. tit. 8. n.* 10.

An autem juriſdictio, cæteraque Regalia jura, 7
quæ competunt Regi ratione dignitatis, vel præeminentiæ præſcribi poſſint contra Principem? Dicemus infra, dum de conceſſione juriſdictionis, & donatione juriſdictionalium fuerit ſermo. Nunc etenim nos vocant juriſdictionis ſupremæ principaliores effectus, de quibus ſigillatim diſcurremus.

Caput X.

De poteſtate ferendi leges.

SUMMARIUM.

1 *Senatus antiquitus leges ferre valebat, exercitus adminiſtrabat, provincias Imperio ſubjectas per Conſules regebat, ita ut neque Imperator abſque Senatus conſenſu de Republica aliqnid diſponere poſſet.*

2 *Senatus fuit privatus illa poteſtate à Juſtiniano.*

Totum Imperium, & poteſtas tranſiit in Imperatorem: ad quem pertinet leges ferre. Ibid.

3 *Populus tranſtulit in Imperatorem omuem juriſdictionem, ad quam pertines jus fereudi leges, ita ut alia poteſtas, quæ juriſdictionis non ſit, non ſufficiat: ut n. 4.*

5 *Ad ſolum Principem, qui non recognoſcit ſuperiorem, ſpectat poteſtas ferendi leges.*

6 *Qualibet Reſpublica, quæ ſuperiorem non recognoſcit, item Duces, & Comites qui babent jura Imperii, leges ferre poſſunt.*

7 *Legis latio eſt potiſſimus actus, quo Reſpublica gubernatur.*

8 *Princeps dicitur lex viva, & animata in terris.*

9 *Reſpublica ſine legibus ſtare non poteſt.*

Leges debent eſſe virtutes armata: & cum babeant vim cœrcitivum, in ſola Principis poteſtate jus ferendi leges exiſtit. Ibid.

10 *Tutor Principis, qui eſt in pupillari ætate, leges ferre poteſt.*

11 *Regina Domina Regni babet poteſtatem ferendi leges.*

12 *Duees, Marchiones, & Comites iu ſuit ſtatibus non poſſunt leges ferre, quia ſuperiorem recognoſcunt.*

13 *Civitates, vel oppida, quæ recognoſcunt ſuperiorem, leges ferre neqnenut niſi ex permiſſione Principis, vel conſuetudine.*

14 *In boc Regno Civitates, & oppida poſſuut condere ſtatuta, vulgo* Poſturas, *ex antiqua conſuetudine, pro eorum bono regimine.*

Statuta debent eſſe generalia, non contra jura ſingulorum. Ibid.

15 *Decuriones poſſunt taxare pretium mecbanicis officialibus laboratoribus, & rerum venalium, excepto tritico, oleo, & vino. Quidquid aliud de jure communi.*

16 *Taxam omnes ſervare tenentur, & obligat Eccleſiaſticos.*

Tempore iuopiæ, & careſtia poteſt Princeps cogere non tam ſæculares, ſed & Eccleſiaſticos vendere frumentum, viunm, & oleum, etiam viliori pretio. Ibid.

17 *Leges quo pauciores ſunt dummodo executioni mandentur, melius conveniunt Reipublica.*

18 *Princeps talem legem facere debet, cui ipſe ſe ſubjiciat: quia legi robur addit; ſi eam approbat factis.*

19 *Perſona loquentis ſemper cenſetur excepta in qualibet diſpoſitione.*

20 *Princeps tenetur in foro conſcientiæ leges ſuas ſervare vi directiva, nou coactiva.*

21 *Naturalis ratio dictat, ut qui legem tulit, ei ſe ſubjiciat.*

22 *Princeps non tam de boneſtate, quam de neceſſitate tenetur ad legum obſervantiam.*

23 *Princeps, qui legem tranſgreditur, peccatum committit.*

24 *Princeps non obligatur etiam vi directiva legibus, quando non conveniunt ejus dignitati, & ſtatui. Veluti ſi fiat ſanctio pragmatica, quod nullus utatur veſtibus ſericis; ſed bis temporibus contrarium Principi Autbor ſuadet.*

25 *Princeps ita ut poteſt legem condere, ita, & abrogare.*

Nullus inferior in proprio territorio ſuperioris legem poteſt abrogare. Ibid.

26 *Solus Princeps poteſt legem dubiam interpretari Intellige ut n. 27. & 28.*

27 *Ejus eſt interpretari, cujus eſt condere.*

Ad eum pertinet deſtructio, ad quem creatio. Ibid.

28 *Si non agitur de poteſtate, intentione, ſeu intereſſe Principis, ſed de ſubreptione, aut modica dubietate judex inferior interpretatur.*

Item: ſi dubitetur de intentione, quæ colligi poteſt ex proœmio, interpretatur inferior. Ibid.

29 *Cauſa finalis ex proœmio diſpoſitionis deprebenditur.*

30 *Princeps reſcribens uni Præſidi circa declarationem legis intelligitur illam declarare quoad omnes.*

31 *Intellige, ſi reſcriptum fuit generale, & ejus ratio ubique viget. Secus ſi reſcriptum fuit particulare, & ratio ſpecialis.*

32 *Particularem interpretationem, quæ deſerviat ad deciſionem ſolius cauſa occurrentis, quilibet Judex facere poteſt.*

33 *Ordinationes Regiæ apud nos ſunt jus commune.*

34 *Ordinationes bujus Regni interpretari probibentur: & quomodo eas interpretari liceat.*

35 *Interpretatio Ordinationum, quæ ſtatuitur* in Ordin. lib. 1. tit. 5. §. 5. *procedit in interpretatione exteuſiva, quæ probibetur: nou vero in interpretatioue comprebenſiva.*

36 *Interpretatio, quæ ex re eſt, & non extra rem nullo modo excluditur ab Ordinatione.*

Neque etiam excluditur interpretatio doctrinalis, ſed frivola, intrinſeca, & intellectualis. Secus de extrinſeca. Ibid. *& n. 37.*

38 *Interpretatio, quæ elicitur ex diſpoſitione aliquarum legum, vel juris communis non probibetur ab Ordiuatione.*

39 *Lex nova diſponens ſuper eo, quod jus commune, recipit interpretationem & limitationes juris communis, etiamſi aliquid addat, vel detrabat legi antiquæ.*

Secus ſi lex uova in totum corrigit antiqnam. Ibid.

40 *Ex ſententia lata coram Rege, & ab eo ſignata reſultat interpretatio legis quoad deciſionem ſimilium cauſarum. Intellige: ut n. 41.*

Sententia lata coram Rege circa intellectum legis dubiæ illam interpretatur: ut n. 40.

42 *Sententia Senatus non babet vim legis, ut eam Senatores ſequi teneantur.*

43 *Senatores non adſtringuntur ſententiis Senatus, & poſſunt contrariam opinionem ſequi.*

44 *Limita: Quando in Senatu viget conſuetudo judicandi aliquem caſum: quia tunc in alio ſimili idem judicandum eſt.*

45 *Conſuetudo judicandi inducitur ſententiis latis pro una opinione: non tamen ſi judicandi uſus ſit diformis.*

46 *Opinio recepta in Curia omnino ſeqnenda eſt.*

47 *Praxis, & obſervantia Curiæ ſi non eſt contra jus ſequenda eſt.*

48 *Interpretatio circa intellectum legis illa eſt admittenda, quæ poſt legem fuit ſubſecuta per continuam obſervantiam.*

49 *Per obſervantiam omnia dubia deciduntur.*

Non eſt neceſſe, quod obſervantia interpretativa ſit præſcripta. Ibid.

50 *Quando*

50 Quando lex non continet dubitationem, nihil ex interpretatione poteſt eximi à lege.

Ubi eſt caſus legis, amplius non eſt diſputandam. Ibid.

51 Lex tantum ſervanda in territorio legiſlatoris, & non progreditur ultra fines Imperii.

52 Lex generalis obligat omnes ſubditos, non tamen exiſtentes extra Regnum, vel territorium.

53 Pœna ſtatuti non comprehendit delictum commiſſum à ſubdito extra Regnum, vel territorium

54 Princeps bene poteſt præcipere ſubditis, ne habitent extra ſuum dominium ſub pœna confiſcationis bonorum.

Item: Poteſt præcipere ſubditis, qui alibi degunt, ut revertantur ad patriam ſub eadem pœna. Ibid.

55 In prædicto caſu duæ reperiuntur contrariæ opiniones: & num. 56. Quæ intelliguntur: ut nn. 57. & 58.

58 Non minus patriæ, quam parentibus ſubjecti ſumus.

Naſcimur parentibus, & Reipublicæ. Ibid.

59 Intellige ſupradicta, ut non procedant, ſi aliqua rationabilis cauſa ſubſiſtit habitandi extra territorium.

60 Leges hujus Regni non comprehendunt bona ſita extra Regnum.

Sive lex, vel ſtatutum loquatur in perſonam, ſivè in rem. Ibid.

61 Si ſtatutum loquitur in perſonam; & eſt favorabile extenditur ad bona ſita extra territorium.

Bona mobilia ſequuntur perſonam. Ibid.

62 Lex illius loci, in quo ſunt bona, ſervanda eſt, quoad ibi exiſtentia: & ſi quis habet bona in diverſis locis, quælibet regulantur ex legibus loci, ubi ſunt ſua.

63 Statuta ſunt in favorem ſubditorum, non exterorum.

Forenſes non gaudent beneficio ſtatuti; neque privilegiis ſtatutariis. Ibid.

64 Statuta non nocent forenſibus.

65 Intellige ſupradicta reſpectu forenſis qui eſt extra territorium ſtatuentis; neque ibi habet bona. Secus in forenſi, qui habet bona in territorio ſtatuentis; quia reſpecta illorum ligatur ſtatuto; ſive illud loquatur in perſonam, ſive in rem: ut n. 66.

67 Forenſis in ſuis diſpoſitionibus tam ultimæ voluntatis, quam contractus debet ſervare ſtatuta loci ubi facit teſtamentum, vel contrahit.

68 Circa habilitatem perſonæ ad contrahendum, vel teſtandum attendenda ſunt ſtatuta loci ipſius originis, non loci ubi contrahit, vel teſtatur.

Filius familias originarius hujus Regni non poteſt in Regno Caſtellæ teſtamentum condere; licet ibi filiofamilias teſtari ſit permiſſum. Ibid.

69 Forenſis ratione delicti commiſſi in loco ſtatuentis ligatur pœna ſtatuti, ſi delictum eſt punibile de jure communi; ſi vero delictum tantum punitur ſtatuto, excuſatur, niſi illius haberet ſcientiam, vel prætenderet ignorantiam craſſam, & ſupinam.

70 Statutum prohibens extractionem frumenti, comprehendit etiam extrahentem farinam.

Frumenti appellatione venit etiam farina. Ibid.

Prædictum ſtatutum non extenditur ad forenſes, qui extrahunt fruges ex bonis, quæ habent in territorio ſtatuentis. Ibid.

Neque extrahentes frumentum pro uſu proprio. Ibid.

71 Et quid de eo, qui tempore licito cœpit extrahere, & antequam exiret, prohibitio emanavit. Remiſſive.

72 Leges ſæculares, vel ſtatuta contra immunitatem Eccleſiaſticam directè, vel indirectè ſunt nullæ.

73 Nemo poteſt facere legem non ſubditis.

Laici nullam habent juriſdictionem in Clericos, & Eccleſiam. Ibid.

74 Leges ſæculares ex defectu poteſtatis non valent, quia ſunt contra libertatem Eccleſiæ.

75 Ad Principem ſæcularem pertinet in temporalibus cura populorum, & condere leges circa ea, quæ pertinent ad rectam, & juſtam vivendi rationem.

Clerici tenentur reſervare leges civiles generales in commune bonum editas ſi non repugnant juri Canonico, vel libertati Eccleſiæ. Ibid.

76 Intellige, ut Clerici non teneantur ſervare leges civiles vi coactiva; cum nulla ſæcularis in Clericos ſit poteſtas cogendi; ſed tantum vi directiva.

77 Clerici, qui non ſervant taxam frumenti factam à Principe, peccant; non tamen poſſunt exequi à ſæculari pro pœnis impoſitis transgreſſoribus. Sed bene puniuntur à Judice Eccleſiaſtico pœna arbitraria.

78 Lex non obligat, antequam promulgetur, & publicetur.

79 Publicatio fieri debet in Curia, vel loco conſueto & poſtea lex ſtatim obligat in Curia.

In territòrio autem, & provincia lex obligat poſt duos menſes à tempore publicationis. Ibid.

80 In India, Angola, & aliis Provinciis extra Regnum non obligat lex, niſi poſt tempus ſufficiens ad habendam illius notitiam.

81 De jure Regio lex publicata in Cancellaria poſt octo dies; in provinciis poſt tres menſes à tempore publicationis.

82 Lex, in qua apponitur decretum irritans, ſtatim obligat abſque dilatione bimeſtri, vel trium menſium.

Decretum irritans ligat etiam ignorantes: & n. 83.

84 Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem & ſic ſtatim operatur.

Intellige, quando agitur de conſtitutione particulari. Ibid.

85 Si lex, vel conſtitutio eſt generalis non obligat, niſi à die publicationis, etiamſi habeat decretum irritans.

86 Amplia: quando decretum apponitur in lege pœnali; quia ante publicationem non operatur.

87 Lex, quæ à populo non fuit recepta, non obligat ſubdito.

88 Leges tunc inſtituuntur, cum promulgantur: & tunc confirmantur, cum moribus utentium approbantur.

89 Principi demandata eſt poteſtas, ut ſe tanquam tutorem, defenſorem, & patrem gerat erga ſubditos: & n. 90.

91 Conſtitutiones Pontificiæ à populo non receptæ nullo modo obligant; niſi diſponant circa materiam peccati.

92 Uſus longævus, neque præſcriptio efficere poteſt, quin ſit peccatum, quod ab Eccleſia declaratum eſt eſſe peccatum.

93 In hoc Regno non ſervatur motus Pii Quinti ſuper forma creandi cenſus, quia non fuit receptus.

94 In hoc Regno non ſervantur motus Pii Quinti, Pauli Tertii, & Pauli Quarti, ac Gregorii Decimi tertii ſuper ſpoliis Clericorum; & Epiſcoporum.

95 Neque etiam ſervatur Bulla Gregoriana ſuper immunitate Eccleſiæ.

96 Supradicta de lege non recepta à Populo intellige procedere in lege, quæ ab initio non fuit recepta & contra eam intervenerunt aliqui actus contrarii per ſpatium decem annorum.

97 Lex,

97 Lex, qua ab initio fuit recepta, ſemper dicitur eſſe in viridi obſervantia; & obligat, ut per eam caſus decidatur, quundo acciderit, etiam poſt mille annos.

Lex ſemper loquitur, & non tollitur per deſuetudinem. Ibid.

98 Lex etiam publicata non pruſumitur uſu recepta.

99 Lex qua fuit acceptuta, non abrogatur per non uſum populi: ſed requiritur contrarius uſus.

Si poſt legem acceptatam invaluit contra eam conſuetudo contraria rationabilis, & legitime praſcripta, dicitur abrogata; ſive ſit Canonicu, ſive Civilis. Ibid.

100 Leges non ſolum ſuffragio Legiſlatoris, ſed etiam tucito conſenſu omnium per diſſuetudinem abrogantur.

Intellige ad tollendam legem non requiri, quod conſuetudo juſta rutione nitatur, ſed ſufficit, quod aliquo modo ſit rationabilis. Ibid.

101 Conſuetudo debet eſſe legitime præſcripta per longum tempus juncto populi conſenſu, & actuum freqnentia.

102 Intelige reſpectu legis civilis, non vero Pontificiæ conſtitutionis; quiu requiritur praſcriptio per ſpatium quadraginta aunorum.

103 Subintellige, ut requiratur pruſcriptio quadruginta annorum, quando conſuetudo eſt contru jus. Secus ſi fuerit prater legem, quia ſufficit praſcriptio decem unnorum.

104 Ad abrogandam legem requiruntur ſaltem duo actus contrarii, & non ſufficit unus, neque plnres eadem die.

105 Intellige, niſi unus actus fuerit continuatus per decem annos.

Aliquando non ſufficiunt dno actns attenta qualitate perſonarum, & actuum junctis eorum circunſtantiis, qua arbitrio judicis relinquuntur. Ibid.

106 Ad inducendam conſuetudinem non ſufficiunt actus diformes, & varis.

107 Conſuetudo ratione contrarietatis actuum redditur inpruſcriptibilis.

Conſuetudo ſi habet contra ſe alteram, unlla prævalet: ſed redeundum eſt ad jus commune, niſi poſterior ſit pruſcripta, quia tunc prævalet. Ibid.

108 Lex cenſetur noluiſſe, quod non expreſſit.

Quando verba legis dificiunt, ipſu quoque deficit. Ibid.

109 Ratio regit diſpoſitionem, & quod ipſa exigit, diſpoſitum cenſetur: licet verba deficiant.

Rutio deſcripta in lege, ipſius anima eſt, verba autem corpus, & ſuperficies. Ibid.

110 Lex comprebendere debet caſum eandem rationem babentem.

Caſus, quos nectit paritas æqnitatis, & identitas rationis, non ſeparantur quoad juris diſpoſitionem. Ibid.

112 Ratio legis magis attenditur, quam diſpoſitio, & pruſertur verbis.

113 Ratio ſi in lege eſt generalis, & amplior diſpoſitio ſpecialiter, recte extenditur diſpoſitio ad omnes caſus. in quibus militat ratio generalis.

114 Leges generales teſtringuntur ad limites rationis.

Intellige, nt procedat tam in ratione expreſſa, quam ſi una tantum reddi poteſt: quia diſpoſitio reſtringitur ad limites rationis ſubintellectu. Ibid.

115 Legis verba generalia intelligi debent juxta ſubjectam materiam.

Lex tunc reſtringitur, cum illius verba adeo ſunt generalia, ut comprebendant plus, quam id, quod menti, & rationi Legiſlatori non adaqnatur.

116 Lex nova futura negotia reſpicit, non præterita.

Non comprebendit pendentia, neque incboata, niſi lex expreſſe declaret. Ibid.

117 Limita in lege novu, quæ decidit caſum dubium in quo erat opinionum contrarietas: quiu tunc etiam preterita comprebendit.

Lex declaratoria juris communis caſut antiqnos comprebendit. Ibid.

118 Lex nova comprebendit caſum antiquum, ſi pro validitate actus requirit perfectionem de futuro.

119 Lex declaratoria non comprebendit prateri ta jam deciſa per ſententiam, tranſactionem, & ſimilia: etiamſi nominatim in lege fiat mentio de pruteritis.

120 Lex nova non comprebendit deciſu in prima inſtantia, quamvis pendente appellatione pnblicata ſit: & in ea dicatur velle comprebendere cauſas pendentes: quia non intelligitur loqui de pendentibus per appellationem.

121 Judex appellationis tenetur judicare ſecundum jns, quod vigebat in prima inſtantia, non ſecundum legem, qua poſtea emanavit.

122 Lex nova per untiquiores declaratur: etiamſi contineat clauſulam non obſtante.

123 Amplia, ſi lex nova aliquid addit, vel detrahit legi untiqua.

124 Lex nova, qua non corrigit in totum legem antiqnam, ſed in aliquo caſu ſpeciali in reliquis jus commune intactum relinquit.

Lex correctoria ſemper interpretatur, ut minus juri communi deroget. Ibid.

125 Caſus omiſſus in lege correctoria remanet in diſpoſitione juris communis.

126 Lex, qua providet in certo cuſu, cenſentur velle, nt proviſio ceſſet in caſu omiſſo, immo quod in eo contraria diſpoſitio locum habeut.

127 Lex nova, qua generaliter loquitur, non corrigit antiquam, quæ diſponit in caſu ſpeciali.

Ut lex antiqua dicatur per novam correcta, requiritur, quod ſpecialis fiut correctio. Ibid.

128 Ceſſante ratione finali legis, ceſſat, & ipſa lex.

129 Correcta ratione legis, & ipſa lex dicitur correctu.

130 Lex, vel ſtututum numquum extenditur ad caſum doloſum, ne ab ipſa detur occaſio delinquendi.

131 Dolus in quacunque diſpoſitione ſemper cenſetur exceptus.

132 Non valet, quod in fraudem legis factum eſt, ſive directe, ſive indirecte fraus legi fiat.

133 Gravius eſt legi, quum bomini frandem facere.

134 Fraudibus obviandum eſt.

135 Legi fraus dicitur fieri, quando quis ſalvis veris legis ſententiam illius nititur circumvenire: & quando per indirectum, & cautelam lex illnſoria redditur.

Item: Quando, qui libere actum facere non poteſt, dicit illum facere eo modo, quo poteſt. Ibid.

136 Qui legi fraudem facit, ejus auxilio juvari non poteſt.

137 Ea, quæ fieri non poſſunt per puctum, neque per legem, ſtatutum, vel conſnetudinem.

138 Proviſio bominis facit ceſſare proviſionem legis.

Intellige de proviſione legis extraordinaria. Ibid.

139 Ubi lex probibet aliquid fieri ſi non adjicit pœnam contra facienti, locus eſt extraordinariæ ſecundum judicis arbitrium.

Intellige, ut Judex non poſſit pœnam mortis imponere. Ibid.

OMiſſis, quæ apud Romanos in uſu fuere circa 1
poteſtatem ferendi leges, de quibus plene Titus Livius *lib.* 2. & *lib.* 6. Aulus Gellius *noct. Atticar. lib.* 5. *cap.* 27. & plures alii congeſti ab Arniſæo

de

de jure Majeſt. lib. 2. c. 3. n. 2. & 3. Camill. Borell. *de praſt. Reg. Cath. cap. 31. n. 9.* Illud certum eſt, quod tranſlato Imperio in unum, poteſtaſque ferendi leges in eum tranſlata fuit. Ita ut quamvis antea Senatus leges ferre valeret, *L. cum hic ſtatus 32. ff. de donat. inter L. non ambigitur, ff. de legib.* bella & exercitus adminiſtrare: ut ſcribit Budæus *in L. ult. ff. de Senatorib.* Provincias Imperio ſubjectas per Conſules regere *L. 2. §. noviſſime ff. de orig. jur.* ita ut nec imperator ipſe abſque Senatus conſulto de Republica aliquid diſponere poſſet Carvalho *in c. Raynaldus de teſtam. p. 1. n. 420.* poſtea illa fuit poteſtate privatus à Juſtiniano *in L. ult. C. de legib.* remanente omni poteſtate penes Imperatorem: ut dicitur
2 in Novell. 78. in illis verbis: *Quia ex quo Senatorum adminiſtrationem Imperatoria Majeſtas ſibi vendicavit, inutilem eam fuiſſe neceſſarium eſt: Conſtituto enim Principe, & hoc jus illi datum eſt, ut quidquid per epiſtolam, vel ſubſcriptionem ſtatuerit, vel cognoſcens decreverit, vel de plano interlocutus ſit, vel edito præceperit, jus ſit, & legis habeat vigorem, L. 1. §. 1. ff. de conſtit. Princip. d. L. 2. §. noviſſime, ff. de orig. juris* Amaya *lib. 1. obſervat. cap. 1. n. 31.*
3 Ex ea ratione quia cum Populus in Regem omne Imperium, & poteſtatem tranſtulerit, *L. 1. ff. de conſtitut. Princip. L. fin. C. de legib.* etiam omnem tranſtulit juriſdictionem, in cujus poteſtate jus ad leges ferendas conſtitutum eſt. Adeo, ut alia poteſtas, quæ juriſdictionis non ſit, non ſufficiat: ut ſcribunt Canoniſtæ *in cap. acceſſiſſent c. Eccleſia Sancta Ma-*
4 *ria de conſtit. cap. quæ in Eccleſiarum c. ſolita de majorit. & obed.* Bart. *in L. omnes populi, ff. de Juſt. & jure in 1. q. princ. & in L. Imperium n. 8. ff. de juriſd. omn. judic.* Bald. *in L. 1. ff. de Juſt. & jure,* Franciſc. Suar. *de legib. lib. 1. cap. 8. n. 6.* Soto *de Juſt. lib. 1. q. 1. art. 3.* Sylveſt. *in ſumma verb. lex n. 4.* Caſtro Palao *tract. 3. diſp. 1. punct. 22. n. 1.* Bonac. *diſp. 1. q. 1. punct. 3. n. 7.* Salas *de legib. diſp. 7. ſect. 11.* n. 51. Unde ad ſolum Principem, qui
5 non recognoſcit ſuperiorem, legum ferendarum poteſtas ſpectat, *L. fin. Cod. de legib.* Plato *in dialogo de Regno.* Ubi dicit legum lationem ad dignitatem Regiam pertinere: & Plutarch. *in comment.* in Principe requiri doctrinam, tradit legem eſſe Principis opus, & Virgil. *lib. 5. Æneid.* deſcribens Regnum Aceſtes ait:

Gaudes Regno Trojanus Aceſtes
Indicitque forum, & Patribus dat jura vocatis.

tenent Soto *d. q. 1. art. 3.* Sylveſt. *d. n. 4.* Soarez *de leg. c. 8.* n. 6. *& ſeqq.* Arniſæus *de jure Majeſt. lib. 2. c. 3. n. 4.* Horat. Montan. *de Regal. in prælud. n. 9. verſ. ſub hac,* Camill. Borell. *de præſt. Reg. Cath. cap. 35. n. 15. 16. 17. & 37.* Ubi *n.* 18. hanc poteſtatem ferendi leges omnibus Regibus competere dicit, qui ſuperiorem non recognoſcunt; cum in ſuis Regnis ſuprema utantur poteſtate: Bart. *in L. 1. in princ. ff. quod quiſque juris,* Bald. *in L. 1. de orig. jur.* Eandem ſequuntur reſolutionem Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 2. n. 9.* Roſentald. *de feud. c. 5. concluſ. 2. n. 4.* Petr. Gregor. *de Repub. lib. 9. c. 1. n. 39.* Anton. Gomez. *in L. 1. Tauri n. 6.* poſt plures Auguſt. Barboſ. *in L. fin. n. 9. C. de legib.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 3. c. 3. n. 37. & ſeqq.* Giurb. *de feud. §. 2. gloſſ. 2. n. 38.* Caſtro Pal. poſt hæc ſcripta viſus *1. p. tract. 3. diſp. 1. punct. 22. n. 1. & 2.*

6 Quod nedum procedit in Regibus qui ſuperiorem non recognoſcunt; ſed etiam in quacunque Republica; quæ à Principum jugo collum ſubtraxit: ut eſt Reſpublica Venetorum, & Batavorum. Similiter idem de Ducibus, & Comitibus, qui habent jura Imperii; ut de Sereniſſimis Ducibus Sabaudiæ, Æturiæ, Mediolani, & aliis, de quibus meminit Camill. Borell. *d. c. 31. n. 37. & ſeqq.* Quia poteſtas ferendi leges humanas, eſt in ſupremo Reipublicæ capite, quodcunque illud ſit. Et ſic in illo, qui Rempublicam regit, & gubernat, illiuſque vices gerit: optime Soares *de legib. d. c. 8. n. 9.* Caſtro Pal. *dict. punct. 22. n. 10.* Et quidem optima ratione, quippe legis latio eſt potiſſimus actus, quo Reſpublica gubernatur: ideoque propter ejus commune bonum leges ferri debent: Ergo per ſe legum latio pertinet ad poteſtatem gubernativam Reipublicæ, ad quam ſpectat
ejus commune bonum procurare Soarez *d. c. 8. n. 7.* 7
Arniſæus *de polit. doctrina c. 8. verſ. ſed quia leges p. 175.* Et conſequenter ad Regem, qui eſt Reipublicæ caput, à quo cætera membra reguntur. Is enim dicitur lex viva, & animata in terris Speculat. *tit. de fer. §. 1.* Cynus *in L. reſcripta, C. de precib. Imperat. offer.* Zazius *ad L. 2. §. eo tempore n. 13. ff. de orig. jur.* Cabed. *2. p. deciſ. 33. n. 3.* Arniſæus *de jure Majeſt. lib. 2. c. 3. n. 4.* Surd. *conſ. 317. n. 28.* Cyriac. *controv. 12. n. 16. & 57.*

Plane quamvis Magiſtratus eſſent prudentiſſimi, 8
adhuc legibus opus eſt in Republica; ut voluntas Majeſtatis à ſubditis cognoſcatur. Et item longe tutius eſt, quod ex lege, quam arbitrio judicatur; quod turbidi motus arbitrium corrumpant; qui nulli ſunt in lege: ut dixit Ariſt. 3. *Polit. cap.* 10. Senec. *lib. 3. de benefic.* Proindeque Reſpublica ſine legibus
ſtare non poteſt Ariſt. 1. *Rhetor in princ.* Unde Lu- 9
cius Aruntius leges ab Auguſto latas ejus ſepulchro inſcribi volebat; quod his non minus, quam victoriis ſervata eſſet Reſpublica Tacit. *lib. 1. annal.* refert, & ſequitur Arniſæus *de doctr. Polit. cap. 17. fol.* 419. Et quia leges debent eſſe virtutes armatæ ſecundum Senecam; quia malos hominum mores in ordinem cogerent *§. legis virtus, ff. de legib.* Ideo à vi ſuperiori leges armantur, alioquin merito ridendæ Arniſæus *de doctr. Politic. c. 11. p. 269.* Et ſic cum lex debeat habere vim cœrcitivam *L. 1. ff. de legib.* quæ quidem vis, & vigor in ſolo Principe exiſtit, ut ait Soto *d. art. 3. col. 2.* Borrell. *d. c. 31.* n. 35. Ægid. *de regim. Princ. lib. 3. c. 3. & 27. p. 2.* Ideo in ſola poteſtate Principis eſſe conſtitutam leges ferendi poteſtatem verum, atque planum eſt.

Quæ dicta ſunt de Principe, procedunt etiam in 10
tutore ipſius, veluti ſi Princeps ſit in pupillari ætate; quia tunc bene poterit tutor nomine Regis leges condere: ut agens De Anna tutrice Comitis Sabaudiæ dixit Bald. *conſ. 294. & 276. vol. 5. & de tutrice Ducis Mediolani,* Raphael Comenſis *conſ.* 101. quos refert, & ſequitur Camill. Borell. *de præſt. Reg. Cath. c. 31. n. 40. 42. & 43.* Maſtrill. de Magiſtr. *lib. 3. cap. 3. n. 41.* Cald. Pereyr. *in L. ſi curatorem verb. ſine curatore* n. 111. Gutierr. *de tutel. pag. 1. cap. 18. n. 47.* Et nos experientia intuiti fuimus in tutela Sereniſſimi Regis Alphonſi Sexti feliciter geſta à Sereniſſima Regina Ludoviſia ejus matre, atque tutrice. Quamvis in hoc caſu Maſtrill. *d. cap. 3. n. 42.* dicat, quod conſultius faciet tutor, ſi in Comitiis Generalibus leges ferantur.

Similiter Regina, quæ Domina eſt Regni, & ad- 11
huc matrimonio non eſt copulata, habet in ſe poteſtatem legis lativam cum Regni Dominio; & eſt capax Regiæ juriſdictionis, *c. dilecti de arbitr. c. ex parte c. 2. de privileg.* ſcribunt Innocent. & Abb. *in d. c. dilecti.* Suar. *de legib. lib. 3. c. 9.* n. 9. Salac. *diſp. 7. ſect. 11.* Bonac. *diſput. 1. q. 1. punct. 3. n. 9.* Caſtro Pal. *d. diſp. 1. punct 22.* n. 3. Ubi *n. 5. & 6.* idem probat in Regina jam maritata. Ex eo quia ſine conſenſu Regni non poteſt Regnum in alium transferre, neque illius adminiſtrationem.

Ex dictis ſequitur, quod cum poteſtas ferendi le- 12
ges ad majora Regalia pertineat Sixtin. *d. c. 2. num. 9.* non poterunt Magnates, Duces, Marchiones, &

Comi-

Comites leges condera in ſuis Ducatibus, & Comitatibus: quia ſuperiorem recognoſcunt Tiraq. *de Primog. q.* 6. *n.* 3. Menocb. *conſ.* 604. *n.* 6. Bovad. *in ſua Polit. lib.*2.*cap.*16. *n.*128. Salas *de legib.diſp.* 7.*ſect.* 13. Auguſt. Barboſ. *in d. L. fin. n.* 10. *C. de legib.* Thuſc. *littera B. concluſ.* 28. *n.* 11. Cum lex ferri debeat à perſona publica, quæ totius multitudinis curam habeat; non vero ab inferioribus privatis: ut ex D. Thom. 2. 2. *q.*90. *art.* 3. docet Suarez *de leg. lib.* 1.*c.*8.*n.*9.

13 At vero oppida, vel civitates quæ ſuperiorem recognoſcunt, leges condere non poſſunt aliqnas niſi ex permiſſione Principis, uſu, vel conſuetudine §. *conſtat. Inſtit. de jure natur. L. leges C. de legib.* & in Caſtella nemini conceſſum eſt leges ferre, *L.* 12. *tit.* 1 *partit.*1. *& L.* 8.*tit.*1. *lib.*7. *Recopilat.* Caſtro Pal. *d.diſput.*1. *punct.* 22. *n.* 11. Apud nos vero Civitates, & oppida poſſunt condere ſtatuta pro eorum bono regimine; quæ ſtatuta vocantur *Poſturas:*
14 & eorum conſtituendi poteſtas à conſuetudine antiqua derivari probat *Ord. lib.* 1. *tit.* 66. §. 28. ibi: *E coſtumes antigos da Cidade, ou Villa.* Debentque eſſe generalia, non vero contra ſingulorum Gratian. *c.* 469. *n.* 6. Suarez *allegat.*12.*n. fin.* Azeved. *in L.*1. *tit.* 1. *lib.* 2. *Recopilat. n.* 5. Surd. *conſ.* 59. *n.* 30. *& conſ.* 65. *n.* 9. *& conſ.* 127. *n.* 73. Cabed. 1. *p. deciſ.* 151. *n.* 5. *&* 7. Item poſſunt Decuriones taxare pretium mecanicis officialibus laboratoribus, & rerum venalium, excepto tritico, oleo & vino *Ordi-*
15 *nat.lib.*1.*tit.*66.§.32.*& ſeqq.* & §. 34. Quamvis alias ad Principem ſpectet taxare pretium victualibus, *L.* 1. §. *cura carius, ff. de offic. Præfect. urb.* Covarr. *lib.* 3.*var. cap.* 9. *n.* 6. Pinel. *in L.*2.*p.*3.*c. fin. n.* 22. *C. de reſcind. vendit.* Larrea *allegat.* 77.*n.* 13. Cabed. 2.*p. deciſ.* 92. Petr. Caball. *reſolut. crimin. caſu* 9. *num.* 6. idem Covart. *d. lib.* 3.*c.*14.*n.* 3. *verſ. ſecundus caſus.* Vincent. de Franch. *deciſ.* 9. *n.* 1. Quam taxam omnes ſervare tenentur; immo etiam obligat Eccleſiaſticos Suarez *de legib. lib.* 3. *c.* 34. *num.* 6. *& ſeqq.* Larrea *d. allegat.* 77. *num.* 14. Caball. *d.*
16 *caſu* 9. *n.*6. *& ſeqq.* Solorz. *de jure Indiar.* 2. *tom. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 65. Franciſc. Vivius *deciſ.* 28. *n.* 1. *&* 2. Vincent. de Franch. *deciſ.* 9. *n.* 3. Si vero magna ſit frumenti penuria, & neceſſitas urgeat, Decuriones Regem debent admonere, ut taxam tritico, vino, & oleo conſtituat *Ordinat. d. tit.* 66. §. 34. Poteſt enim Princeps tempore careſtiæ cogere non tam ſæculares, ſed & Eccleſiaſticos vendere frumentum, vinum, & oleum, & alia ad victum neceſſaria, etiam viliori pretio, Petr. Caball. *d. caſu* 9. *num.* 1. *&* 6. Vivius *deciſ.* 28. *n.* 14. dummodo Eccleſiaſtici per Judicem Eccleſiaſticum cogantur, Petr. Caball. *d. caſu* 9. *n.*10. *&* 14.

17 Principem autem noſtrum monitum vellem, ut quam pauciſſimas, oportuerit, leges condat: ut fecerunt Solon, & Lycurgus; quia quo pauciores ſunt leges, dummodo ſtrenue vires ſuas exerceant, & exequantur, eo bene moratæ Reſpublicæ melius conveniunt: ut ex Jacobo, Baſilio, & Iſocrate tradit Arniſæus *de doctr. Polit. c.* 17. *pag.* 432. Deinde, &
18 ſecundo Principem monitum velim, ut talem legem faciat, cum ipſe ſe ſubjiciat; magnum enim robur Princeps addit legi, quam non ſolum verbis, & juſſu, ſed propriis approbat factis: tradit Forcatul. *in comment. de juſt. & jure c.*8. *in fin.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 37. Et inquit Jacob. Servazius ad Federicum Regem Aragonum.

Publica nimirum res tunc ſibi conſtat, & æquum.
Imperium, cum Rex quod jubet, ipſe facit.

& Auſon. in Pittaci ſententiis:

Parete legi, quiſquis legem ſanxerit.

Unde quamvis aliàs dicatur, quod Princeps eſt ſo- 19
lutus legibus *L. Princeps, ff. de legib.* quia in qualibet diſpoſitione ſemper excepta cenſetur perſona loquentis Aug. Barboſ. *in L. jubemus* 10. *n.* 6. *C. de ſacroſ. Eccl.* & quia nemo ſibi ipſi imperat, neque cogit Maſtrill. *d. c.* 3. *n.* 75. Soarez *de legib. lib.* 3. *cap.*15. Amaya *lib.*1.*obſervat.cap.* 1. *nu.* 92. Silveſt. *in ſumma verb. lex q.* 14. Gabr. Alutes de Valaſc. *de judic. perfecto rubr.* 1. *annot.* 3. §. 3. *nu.* 15. Tamen digna vox eſt Majeſtatis regnantis legibus alligatum ſe Principem profiteri. Ex qua deducunt communiter DD. Principem teneri in foro conſcientiæ leges ſuas ſervare, non vi coactiva, quia nullus eſt, qui eum cogere poſſit; ſed directiva, quæ ita Reges, & Principes, quam privatos dirigit ad legum 20
obſervantiam D. Thom. 1.2.*q.*96. *art.* 5. Soto *de Juſt. & jure lib.* 1. *q.* 6. *art.*7. *concluſ.*3. Cujac. *lib.* 5. *obſervat.* 30 Covarr. *in c. Alma mater. p.* 1. §. 1. *nn.* 3. *&* 4. Mench. *illuſtr. lib.* 1. *c.* 1. *& c.* 2. *nu.* 1. *& c.* 26. *nu.* 13. Bellug. *in ſpec. Princ. rubr.* 11. §. *reſtat. nu.* 1. Ferdinand. Mendoça *de pact. lib.* 1. *c.*5. *nu.* 33. Seraphin *de privil. juram. privil.* 146. *n.* 1. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. p.*1. *c.*1. *n.*90. Cabed. 2. *p. dec.* 78. *n.*1. Sebaſt. Medices *in c. erit. autem lex diſtinct.* 4. *ex n.* 34. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 70. *& ſeqq. & n.* 74. Camill. Borell. *d. cap.*31. *n.* 38. Suarez *de legib. lib.* 3. *c.* 31. *per totum*, Greg. de Valentia *tom.* 2. *diſp.*7.*q.*5.*art.*4. Diana *reſolut. moral. p.* 1. *tit. de legib. reſolut.* 10. poſt plures Auguſt. Barboſ. *in d. L. digna vox n.*2. *&* 3. Salzed. *de lege Polit. lib.* 1. *c.* 13. *n.*75. *&* 76. *& c.*7. *n.*9. Amaya *lib.*1. *obſervat. c.*1. *n.*94. *& ſeqq.* Gabr. Alvares de Valaſc. *d. annot.* 3. §. 3. *nu.* 15. Fachineus *lib.* 1. *controv. c.* 11.

Dictat enim ratio naturalis, ut is, qui legem tu- 21
lit, ei ſe ſubjiciat *tote tit. ff. quod quiſque juris cap. juſtam* 9. *diſtinct. cap. cum omnes de conſtit. L. ſed & partus* 12. §. 1. *ff. de eo quod metus*, & ſcribunt Connan. *lib.* 1. *comment. c.* 8. *nu.* 3. Corazius *lib.* 2. *Miſcellan. cap.* 25. Ubi illud Zaleuci memorabile referunt exemplum, qui ob violatam caſu legem à ſe latam gladio ſe transfodit. Quod etiam refert Cælius Rhodig. *lib.* 2. *antiq. ſect. cap.* 19. Mendoça *de pact. c.* 5. *n.* 31. Et faciunt quæ Claudianus obſervavit quarto conſulatu Honorii *verſ.* 296.

In commune jubes, ſiquid cenſesve tenendum.
Primus juſſa ſubi. Tunc obſervantior æqui
Fit Populus, nec ferre vetat, cum viderit ipſum.
Authorem parere ſibi.

Et dixit Plato *de Republica lib.* 4. interitum Reipu- 22
blicæ parati, in qua non lex Principi, ſed legi Princeps præeſſet. Et refert Diodor. Sicul. *lib.* 2. Reges Ægyptios veluti privatos teneri legibus, neque id ægre ferebant exiſtimantes parendo legibus ſe beatos fore, Simancas *de Repub. lib.* 4. *c.* 15. Camill. Borell. *d. c.* 31. *n.* 39. Gabriel. Alvares *de annot.* 3. §. 3. *nn.* 16. Qui ibi eleganter docet Principem non ſolum de honeſtate, ſed etiam de neceſſitate teneri ad legum obſervantiam: & ad neceſſitatem reducendas eſſe *L. digna vox, C. de legib. L. ex imperfecto, C. de teſtam. L. ex imperfecto* 23. *ff. de legat.* 3. §. *fin. Inſtit. quibus modis teſtamenta infirmentur*, optime contendit: & *n.* 15. Principem legibus adſtrictus tenet ex Soarez *de legib. lib.* 3. *c.* 35. *n.* 4. Ita ut legem transgrediendo ejuſdem ſpeciei, quam ſubditi peccatum committat, & meminiſſe oportet Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum ſupremum omnium Principem circumcidi voluiſſe, non quod circumciſione egeret, ſed ne legem, quam ipſe dederat, ſolvere videretur: ut ait Sanct. Bernard. *de paſſion. Domin. cap.* 2.

Et tantem nulli dubium eſt Principem ſecundum le-
ges vivere dabere Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 3. *c.* 3.
n. 71. 76. & 135. Si enim non ligatur lege, ligatur
tamen ratione Gratian. *c.* 801. *n.* 19.

23 Advertendum tamen, quod etiam vi diractiva le-
ges non obligant Principem, quando non conve-
niunt ejus dignitati, & ſtatui, veluti quando fit prag-
maticum, ut nullus ſericis veſtibus indutus incedat,
nullus gladio ſubcincto, aut aliis armis utatur:
vare quidem hæc lax neque vi directiva Principam
obligat, ut pulchre docuit Soto *de juſtit. lib.* 1. *q.*
6. *articul.* 7. *col. penult. verſ. quando autem* ibi:
*Quando autem ſtatuimus Principem legibus ſubdi
ſuis, intelligimus de legibus, quæ ex æquo ad ipſum
perinde, atque ad ſubditos ſpectant. Rex præcipit
neminem gladio ſuccincto incedere, aut ſericis indu-
tum non eſt par ratio, cur ipſe eiſdem abſtineat.* Quem
tranſcripſerunt Matianç *in L.* 3. *gloſſ.* 2. *n.* 3. *tit.* 10. *l.* 5.
Recopilat. & Larr. *allegat. fiſcal.* 4. *n.* 10. Leonard. Leſſ.
de juſtit. & jur. c. 35. *dub.* 5. Verùm ago obſarvandum
duxi, quod ſaltam in hoc Ragno, ubi luxus veſtium,
24 vittarum, ac ligularum ſaricarum, atqua galericu-
lorum immoderatio adeo axcrevit, ut omnis pene
ſubſtantia vaſſallorum in exterorum utilitatem his
immoderationibus conſumatur in grave Ragni, &
Reipublicæ detrimentum, maxime conveniens ju-
dicabitur, ſi Sereniſſimus Princeps, in ipſius perſona
ornatus, habituſque moderationem ſarvaverit; ut
ſubditi illius axamplo ab immodicis ſumptibus, &
diſpendiis ſe abſtineant. Ut faciſſe vidimus Domi-
num Joannem Quartum illius parentem colandiſſi-
mæ, deſiderabiliſque memoriæ: juxta illud Poetæ.

Regis ad exemplum totus componitur Orbis.

Et quidam ad imperantes officium ſpectat à ſum-
ptibus, & diſpendiis vaſſallos continera; ut ſic mo-
deratè ſa gerant, & in veſtibus, aliiſque ornamentis
ſubſtantiam non profundant: ut Lacademoniæ ſar-
vatum fuiſſe teſtatur Joann. Bohem. *de morib. gent.
lib.* 3. *c.* 3. Ubi da lega Lycurgia ſic ait: Juvanibus
Lycurgus, non amplius una veſte toto anno uti per-
miſit, nec aliquem cultum, quam alterum: Tacit.
lib. 1. *annal.* Navarret. *diſcurſ. Polit.* 31. Kokier. *theſaur.
Polit. lib.* 5. 6. 19. Ac ob aam cauſam purpuram vendi
prohibitum fuit *in l.* 1. *C. quæ res vend. non poſſ.* notat
Morla *in Empor. juris p.* 1. *tit.* 9. *in præmiſſ. n.* 110.
Ubi ait privaris commercium fuiſſa interdictum
purpuræ ob axceſſivum pratium. Et etiam, quia
uſus purpuræ ſoli Principi daſtinatus fuit Pichard.
de Nobil. n. 20. *cum ſeqq.* Auguſt. Barboſ. *in d.* L. 1.
n. 3. Kokier. *d. lib.* 5. *cap.* 15. & 19. Lipſius *de ma-
gnit. Roman. lib.* 4. *cap.* 7. & 9. Unde juſtè prohi-
beri dabent commercia da prædictis rabus, ut nec
vendi, nec emi poſſint: & ſic bono publico conſul-
tum erit, ne, ut fieri conſpicimus, ab exteris pecu-
niæ axportentur è Regno, & laudabiles veſtium an-
tiquarum conſuetudines vaſſallis reſtituantur.

25 Ita ut ſolus Princeps legem condere poteſt, ita,
& ipſe ſolus, vel ejus ſucceſſor eam potaſt abrogara,
ſive generaliter, ſive particulariter in caſu particu-
lari diſpenſando juxta *gloſſæ doctrinam in L. fin. C.
ſi contra jus, vel utilitatem publicam*, Anton Petra
de poteſtat. Princ. cap. 3. *q.* 3. *n.* 82. Caſtr. Palao 1. *p.
tract.* 3. *diſp.* 5. §. 2. *punct.* 2. *n.* 1. Salas *de legib. diſp.*
20 *ſect.* 3. *n.* 16. Larrea *allegat.* 44. *n.* 1. Salzedo.
de lege Polit. lib. 2. *c.* 17. *n.* 72. & 73. Suarez *tom.* 4.
de indulg. diſp. 56. *ſect.* 2. *n.* 11. & *de legib. lib.* 6.
c. 19. *n.* 6. Sanch. *de Matrim. lib.* 6. *diſp.* 17. *n.* 24.
Eadem namque eſt potentia oppoſitorum: ut di-
cunt Philoſophi; & notat in terminis Arniſæus *de
jure Majeſt. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 4. *verſ. cohæret autem.* Et
inde fit, quod nullius inferior legem ſuperioris in
proprio territorio abrogara poteſt, *Clement. ne Ro-
mani de elect. c. cum inferior de majorit. & obed.* Caſtr.
Palao *d. diſp.* 5. *punct.* 2. §. 2. *n.* 2. & 5.

Similiter ſolus Princeps lagem dubiam potaſt in- 26
terpretari, & declarare *L.* 1. *C. de leg. L. fin. verſ. ſi
enim, C. eodem*, Anton. Gomez *in L.* 1. *Tauri n.* 7.
Author. incart. *de crim. læſæ Majeſt. q.* 8. *n.* 10.
Peraz *in proœm. ad leges Ordinam. q.* 2. Auguſt.
Barboſ. *in d. L. fin. n.* 4. *C. de legib.* Caſtro Palao
tract. 3. *diſp.* 5. *punct.* 3. §. 2. *n.* 1. Maſtrill. *de Magiſtr.
lib.* 3. *c.* 3. *n.* 104. Giurb. *de ſucceſſ. feud.* §. 2. *gloſſ.* 2. *n.*
39. Ratio aſt, quia ajus aſt interpratari, cujus aſt
condere *d. L. ult. C. de legib. c. per venerabilem qui
filii ſint legitimi, cap. inter alia de ſentent. excommun.*
Immola *in L. ex facto n.* 3. *ff. de vulgari, & pupill. ſu-
bſtit.* Decius *conſ* 262. *num.* 3. *verſ. ultimo facit* So- 27
cin. Junior *conſ.* 64. *n.* 65. *lib.* 1. Thuſc. *litt. I. con-
cluſ.* 329. *n.* 2. Mantic *de tacit. lib.* 2 *tit.* 1. *n.* 1. Phæb.
deciſ. 14. *n.* 7. Gutiert. *pract. lib.* 4. *q* 28. *n.* 3. Surd. *de-
ciſ.* 2. *n.* 5. ad eum namqua pertinet creatio, ad quem
ſpectat deſtructio *c. cum ex injuncto ad fin. de hæret.*
Surd. *conſ.* 301 *n.* 8. Phæb. *d. n.* 7.

Quod tamen intalligendum eſt, ut procadat, 28
quando agitur de poteſtate, val intentione Principis,
aut ajus intareſſe: tunc enim ſolus Princaps intar-
pratatur Hieronym. Gabr. *conſ.* 182. *per totum lib.* 2.
Thuſc. *d. concluſ.* 329. *n.* 7. Secus ſi non agatur de
potaſtate, intantione, ſeu intereſſa principis; ſed de
ſubreptione, obraptiona, aut da modica dubiatata;
quia tunc Judax inferior interpretatur: ut per ſu-
pra relatos, quos laudat, & ſequitur Aug. Barboſ. *in d.
L. fin. C. de legib. n.* 11. Immo ſi dubitetur de in-
tentione Principis, & iſta colligi poteſt ax proœmio
lagis & mataria; bena poteſt ab inferiori interpretari:
quia ax nullo alio afficaciter poteſt colligi intentio,
quam ax proœmio, & initio lagis. Ex quo cauſa fina-
lis daprehanditur Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa limit.*
1. *n.* 65. Sanch. *lib.* 2. *diſp.* 37. *n.* 3. *in medio* Suarez 29
de legib. lib. 6. *cap.* 1. *n.* 11. Burg. de Pace *conſ.* 32. *n.* 6.
Et alibi ſupra diximus, Caſtr. Palao *dict. diſp.* 5. *punct.*
3. §. 3. *n.* 10.

Deinde generaliter dicitur fieri interpretatio, ut 30
faciat jus quoad omnas ſubditos, ſi Princeps reſcribit
uni Præſidi circa lagis daclarationem. Qualaa fue-
runt interpretationaa illæ, qua Imperatores faciebant
reſcribendo ex magna deliberatione ad Provinciarum
Proconſulea de quibus *in L. non juſtam, C. ad. Tre-
bell. L. fin. ff. de hæredib. inſtituend. L. Divus, ff. de
offic. Præſid. L. ſi Titio, & Mævio* §. *Julianus ff. de le-
gat.* 2. & *in L. cum hic ſtatus* §. *ait. oratio, ff. de ju-
re dot.* tunc anim Princeps raſcribendo uni Præſidi
omnibus reſcripſiſſe intalligitur; ut ejus reſcriptum,
& diſpoſitio pro lege habaatur: ut ſcribunt Bart. *in
L. relegatorum* §. *interdicere, ff. de interdict. & rele-
gat.* Pariſ. de Puteo *de ſyndic.* §. *officiales c.* 1. *n.* 14.
Parlador. *rer. quotidian. lib.* 2. *c. fin. p.* 1. §. 10. *n.* 26.
Salgad. *de protect.* 1. *p. c.* 1. *prælud.* 5. *n.* 296. & *ſeqq.*
Noguerol. *allegat.* 26. *n.* 266. Solorz. *de jure Indiar.
tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 21. *n.* 56. Aug. Barboſ. *voto* 4. *n.* 35.
Intalliges tamen, ut reſolutio procedat, quando reſ-
criptum fuit generala, & ejus ratio ubique vi- 31
get, atque procedit *L.* 3. §. *Divus, ff. de ſepul-
chr. violat.* ibi: *Quia generalia ſunt reſcripta, &
oportet Imperialia ſtatuta ſuam vim obtinere, & in
omni loco valere:* alitar namqua nec lages nec conſu-
etudines locales, vel reſcripta particularia ad alias
Provincias extendi debent, *L.* 1. *ubi DD. ff. de con-
ſtit. Princip. L. cum de conſuetudine ff. de legib. cap.* 32
1. *de conſtit. in* 6. Covarr. *lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 4. Cynus
in L. 1. *C. quæ ſit longa conſuetudo.* Salas *de legib.
diſp.* 19. *ſect.* 13. elaganter poſt alios Solorz. *d. lib.*
2. *c.* 21. *n.* 57. & 58. & *l.* 4. *c.* 12. *n.* 66.

Cæterum interpretationem particularem, quæ de- 33
ſer-

Digitized by Google

ſerviat ad ſolius cauſæ occurrentis deciſionem, qui-
libet Judex facere poteſt, & debet *L. 3.* ibi: *Tu ma-
gis ſcire debes, ff. de teſtib. L. neque leges, L. non
poſſunt, ff. de legib. L. Titius in fin. princ. ff. de liber.
& poſthum.* ibi: *Apud Judicem agi oportere, L. 4. ff.
de præſcript. verb.* ita pulchre Menchac. *de ſucceſſ.
progreſſu lib. 1. in præfat. n. 95.* ſequitur Auguſt. Bar-
boſ. *in d. L. fin. C. de legib. n. 11.* Thuſc. *littera I. con-
cluſ. 329. n. 4.* Salas *de legib. diſp. 21. ſect. 2.* Caſtro
Palao *diſp. 5. punct. 3. §. 1. n. 7.*

34 Cum autem Ordinationes Regiæ apud nos ſint jus
commune, ut ſcribunt Palac. Rubios *in rubr. de do-
nat. inter, in præfat. n. 8.* Gama *deciſ. 3. n. 6.* ubi plu-
res laudat Flores de Mena Valaſc. *conſult. 103. n. 8.*
idem Gama *deciſ. 30.* Cabed. *1. p. deciſ. 211. n. 1.* Can-
cer. *lib. 2. var. c. 1. num. 3.* Hieronym. Leo *deciſ.
12. n. 15.* videndum eſt, quomodo Regiæ Ordina-
tiones interpretari valeant; prohibetur enim earum
interpretatio *per Ordinat. lib. 1. tit. 5. § 5.* Anton.
Gomez *in L. 1. Tauri n. 7.* Cald. Pereyr. *de nomi-
nat. q. 8. n. 34.* In hac materia ſtatuitur *in d. §. 5.*
quod ſi dubium emerſerit circa intellectum alicujus
Ordinationis inter Senatores, nuntietur Rectori Do-
mus Supplicationis, qui convocatis Senatoribus ſibi
bene viſis durationem determinabit: & quod ab om-
nibus, vel majori parte evictum fuerit; ſcribi fa-
ciet in libro Senatus, qui vocatur *de Aſſentos*; ut
deinceps de intellectu illius legis non dubitetur.
Quod ſi adhuc dubium non ceſſaverit; tunc Prin-
ceps adeundus eſt, & nullo alio modo leges Regias
poſſe interpretari ſtatuit: notant Valaſc. *de part. c.
10. n. 11. ad fin.* Cabed. *1. p. deciſ. 212. n. 6.* Em-
manuel Martius da Coſta *in tract. Domus Supplicat.
annot. 4. n. 9.*

35 Quæ reſolutio intelligenda eſt de interpretatione
extenſiva, non de comprehenſiva: ut per Joan. Ni-
col. *in repet. L. generaliter num. 37. C. de ſecund.
nupt.* Anton. Gabr. *in tit. de ſecund. nupt. concluſ. 5.
num. 5.* Curt. Jun. *conſ. 67. n. 7.* Franciſc. Ferrer. *in
comment. ad conſtit. de los impuberes gloſſ. 6. n. 35.*
Qui omnes tenent, quod prohibita per legem inter-
pretatione, non cenſetur prohibita interpretatio com-
prehenſiva, ſed extenſiva: Namque extendendo le-
gis diſpoſitionem ad caſum non expreſſum, novam
quis legem facere cenſatur; cum tamen leges ferre
Judicibus non permittatur, ſed ſolum Principi. Et
36 ſic cum leges condere prohibitum ſit, ita neque ex-
tendi debent: argum. *text. in L. oratio, ff. de ſpon-
ſal.* eleganter Franciſc. Ferrer. ubi ſupra *n. 34.* &
faciunt quæ Caſtro Palao *d. diſput. 5. punct. 3. §. 4.
n. 2.* ubi legem non eſſe extendendam etiam ob ſi-
militudinem rationis ait. At vero non excluditur ab
Ordinatione illa interpretatio, quæ ex re eſt, &
non extra rem: ut tradunt communiter DD. *in L. 1.
ff. ſi certum petatur*, Bald. *in L. 2. n. 8. C. de pa-
trib. qui filios diſtrax. & in Auth. ſiqua mulier. C. ad
Velian.* Oſaſch. *deciſ. 21. n. 15.* poſt alios Caſſanat.
conſ. 4. n. 160. verſ. & niſi quæ grammaticalis. Et
quod, etiam quando per legem prohibetur ejus in-
terpretatio, non cenſeatur exploſa doctrinalis, ſed
tantum frivola, docent Salas *d. diſp. 21. ſect. 2.* Ca-
ſtro Palao *dict. diſp. 5. punct. 3. §. 2. n. 6.* Bart. *in L.
omnes populi num. 65. ff. de juſtit. & jure* Menoch.
37 qui alios laudat *de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. n. 226.*
Sed hæc reſolutio ſublimitanda eſt; ut intelligatur
de interpretatione frivola intrinſeca, & intellectua-
li; non vero de interpretatione frivola extrinſeca
quæ cenſetur per ſtatutum excluſa, nedum proba-
bilis, ſed etiam frivola, Barbat. *in L. cum acutiſſi-
mi n. 167. C. de fideicommiſſ.* Menoch. *d. remed. 4.
n. 227.* Franc. Ferrer. *d. gloſſ. 6. n. 35.*

38 Neque per Ordinationem exploditur interpreta-
tio, quæ ex aliarum legum antiquarum, vel juris
Portugal. de Donat. *Tom. I.*

communis diſpoſitione elicitur, Gama *deciſ. 302. n.
8.* quia lex nova per antiquiores declaratur *L. ſed,
& poſteriores, ff. de legib. L. non eſt novum, ff. de le-
gib.* Bart. *in L. 1. num. 4. ff. de offic. Præfect. vigil.*
Mantic. *de tacit. lib. 23. tit. 34. n. 18. & 19. & lib.
24. tit. 4. n. 2.* Suarez *in proœm. leg. fori fol. 5. verſ.
accedo ad ſecundam*, Gam. *dec. 242. n. 1. & deciſ.
302. n. 2.* Cabed. *1. p. dec. 211. n. 6.* Giur. *de feud.
§. 1. gloſſ. 2. n. 18.* Præſertim ſi lex nova diſponit
de eo ſuper quo jus commune, quia tunc interpre-
tatur ſecundum jus Civile, & recipit limitationes
juris communis, *L. ſi ſervi veſtri C. de noxalib.* Va-
laſc. *conſult. 66. n. 17.* Surd. *deciſ. 238. n. 22.* Quod 39
ſi lex nova aliquid addit, vel detrahit legi antiquæ,
recipit omnes interpretationes, quas antiqua: ut ex
Ludovico Roman. tradunt Maſtrill. *deciſ. 112. num.
34.* Cancer. *lib. 2. c. 1. de minorib. num. 165.* Fon-
tan. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 7. p. 3. n. 44. & ſeqq.*
Giurb. *d. §. 1. gloſſ. 2. n. 15.* Gutierr. *pract. lib. 3. q. 29.
n. 3. & ſeqq.* Bovad. *in ſua Polit. lib. 3. cap. 4. n. 19.
gloſſ. 9.* Franc. Ferrer. *in d. conſtit. gloſſ. 2. n. 161.*
Contrarium dicendum eſt, ſi lex nova in totum cor-
rigit antiquam; tunc enim interpretationes, & limi-
tationes legis antiquæ non ſunt applicabiles diſpoſi-
tioni novæ legis ſecundum Bart. *in L. Cæſar. n. 26.
ff. de Public. & vectig.* ſequitur Cancer. *d. lib. 2. cap.
1. n. 256.* Fontan. *d. gloſſ. 7. p. 3. n. 49.*

Optima etiam erit interpretatio, quæ reſultat ex 40
ſententia lata coram Rege, & ab eo ſignata; quia
vim legis habet quoad deciſionem ſimilium cauſarum
L. fin. C. de legib. cap. in cauſis de re judic. Vincent.
de Franch. *deciſ. 81. nu. 2.* Cabed. *1. p. deciſ. 212.
num. 3.* Gondizal Mendez de Vaſconcellos *diverſ.
juris argumentor. lib. 3. c. 7. nu. 23. verſ. in quo duæ
proponendæ*, quia Principis eſt legem condere *c.
quoad translationem de offic. delegati*, Bald. *in L. re-
ſcripta C. de precib. Imper. offerend.* Et ſic nil refert
an Princeps lege condita, vel ſententia ab eo lata,
& per illum ſignata, voluntatem ſuam declaret ſu-
per caſu propoſito, cum legis animatæ vicem ſuſti-
neat Cabed. *d. deciſ. 212. n. 3.* Quod idem dicen-
dum eſt, ſi ſententia proferatur ſuper interpretatio-
ne alicujus legis dubiæ, Larrea *allegat. 23. n. 28.* per
text. *in L. fin. C. de legib.* ibi: *Legis vim obtinere:* &
ibi: *ſi Imperialis ſenſus legem interpretatus eſt:* So-
lorz. *d. lib. 2. c. 17. n. 56.* Vel quando ſententia lata
fuit in caſu, de quo non erat lex quæ diſponeret per
text. *in d. L. fin. C. de legib.* Iſern. *in §. præterea de
capitul. Conradi*, ut ex Tiraq. Corn. Angel. & Alex.
tenet Girond. *de privileg. n. 796.*

Attamen, quæ diximus de ſententia Principis, in- 41
telligenda ſunt, ut procedant, quando Rex ipſe de
cauſa cognovit, & per ſe illam examinavit, & deci-
dit. Quibus in terminis loquitur text. *in d. L. fin. C.
de legib.* & ſentiunt, Menoch. *de arbitr. q. 7. n. 53.* &
ex Saliceto *in d. L. fin.* tradunt Tiraq. *de primog. q.
40. n. 162.* Peregr. *lib. 2. conſ. 5. n. 7.* Cardoſ. *in praxi
verb. ſententia n. 76.* Aug. Barboſ. *in d. L. fin. n. 3.*
Valaſc. *conſult. 148. n. 28.* Si enim ſententia lata fu-
erit in præſentia Regis, qui de cauſa non cognovit,
vim legis habere non poteſt, Valaſc. *d. conſult. 148.
n. 28.* Aug. Barb. *in d. L. fin. n. 3.*

Hinc quæritur: An ſententia Senatus faciat jus 42
in deciſione ſimilium cauſarum? In qua quæſtione
duæ reperiuntur opiniones contrariæ, de quibus Ca-
bed. *1. p. deciſ. 212* Gama *deciſ. 228.* ubi Flor. de
Mena, & plures alii relati à Barb. *in d. L. fin. C. de
legib. n. 8.* Valaſc. *d. conſult. 148. à n. 26.* Arias de
Meſa *lib. 3. var. c. 45. n. 6.* Sed illa verior eſt opinio:
Quod ſententia Senatus non habet vim legis, ut Se-
natores in aliis cauſis illam ſequi teneantur. Ex eo
quia legibus, non exemplis judicandum eſt *L. ne-
mo C. de ſentent. & interlocut.* Gama *deciſ. 228.* Franc.

Marc. deciſ. 75. nu. 3. Valaſc. conſult. 148. n. 27.
Cabed. deciſ. 212. nu. 4. Fontan. de pact. nupt. clauſ.
7. gloſſ. 1. p. 2. nu. 54. Quamvis enim Senatus uſque
ad tempora Juſtiniani condenti leges poteſtatem ha-
beret: ut diximus ſupra num. 1. & 2. Tamen Juſti-
nianus illam poteſtatem abſtulit, & deciſionem cau-
ſarum tantum Senatoribus reliquit. Unde quamvis
ſententiæ Regis nomine expediantur vim legis obti-
nere non poſſunt: ut per Valaſc. & Cabed. ubi pro-
xime. Et inde fit, quod Senatores non adſtringuntur
43 ſententiis Senatus; ita ut licet Senatores antiqui
unam opinionem tenuerint, poſſint aliam contrariam
amplecti, ut quotidie fieri ſolet Menoch. conſ. 501.
n. 27. & ſeqq. Hieronym. Leo deciſ. 17. n. 6. & de-
ciſ. 56. n. 19.

44 Aliud autem dicendum eſt, quando in Senatu vi-
get conſuetudo judicandi aliquem caſum; tunc enim
in alio ſimili idem judicandum ſuadet text. in L. nam
Imperator, ff. de legib. ibi: Aut rerum perpetuo ſimi-
liter judicatarum authoritatem vim legis obtinere de-
bere: c. in cauſis verſ. cum in ſimilibus de re judic.
Barboſ. L. poſt dotem n. 47. ff. ſolut. Matrim. Cabed. d.
deciſ. 212. n. 5. Fontan. d. clauſ. 7. gloſſ. 1. p. 2. n. 55.
Suarez de legib. lib. 7. c. 17. n. 3. & 4. Vincent de
Franch. dec. 91. n. 16. Creſp. de Valdaura obſervat.
42. n. 17. Qui omnes etiam declarant conſuetudinem
judicandi induci ex duabus, vel tribus ſententiis in-
differenter latis pro una opinione: non tamen dice-
45 tur inducta, ſi ſententiæ vario modo fuerint prolatæ
Cancer. lib. 3. c. 1. nu. 25. Creſp. de obſervat. 42.
nu. 14. & 26. quia conſuetudo non poteſt dici in-
ducta, quando ſtat uſus deformis Bart. in L. 2. n. 22.
ff. ſolut. Matrim. Aymon. conſ. 96. n. 5. Gratian. cap.
46 66. n. 12. & c. 561. n. 26. Surd. deciſ. 66. n. 9. & conſ.
476. n. 11. Larrea allegat. 50. n. 30. Cancer. lib. 3. c.
1. n. 24. Mareſcot. lib. 1. c. 13. n. 15. Creſp. obſervat.
63. nu. 36. Atque ita ſi plures ſententiæ latæ fue-
runt pro una opinione; illa omnino ſequenda eſt.
Quia opinio recepta in Curia obſervari debet, ac
ipſum jus Seraphin. deciſ. 166. Creſp. obſervat 5. n.
321. Et denique praxis, & obſervantia Curiæ mag-
nam vim facit in deciſione cauſarum; præſertim ſi
non eſt contra jus, ſed illius declaratoria L. mini-
me, L. ſi de interpretatione de legib. L. Labeo 21. ff.
47 de ſtatu liber. L. 1. C. de ædific. privat. Cævall. in
præfat. commun contra commun. n. 72. & 73. Solorz.
d. lib. 2. c. 17. n. 56. Valenz. conſ. 83. n. 120.

48 Ex quibus etiam deſcendit: Quod circa intelle-
ctum legis illa eſt amplectenda interpretatio, quæ
poſt legem fuit ſubſecuta per continuam obſervan-
tiam, quæ eſt optima legis, & cujuſcunquæ diſpoſi-
tionis interpres d. L. ſi de interpretatione, ff. de le-
gib. Menoch. conſ. 49. n. 20. & 22. Aug. Barb. voto
52. n. 44. 46. & 47. Mareſcot. d. c. 13. n. 15. Suarez de
legib. lib. 7. c. 17. Paul. Xamar. de offic. Iudic. & Advoc.
1. p. q. 18. n. 30. per obſervantiam namque omnia du-
49 bia deciduntur Anton. de Butr. in c. cum veniſſent n.
2. de inſtit. Hieronym. Magon. deciſ. Lucenſ. 49. in
fin. Gratian. c. 825. n. 15. & cap. 842. n. 37. Fontan.
de pact. nupt. clauſ. 1. nu. 33. & ſeqq. Hieron. Leo
deciſ. 29. nu. 10. Quocirca notabis, quod ut obſer-
vantia interpretativa attendatur, neceſſe non eſt,
quod ſit præſcripta Aymon. conſ. 101 nu. 4. & conſ.
118. n. 2. Menoch. conſ. 21. n. 15. Stephan. Gratian.
c. 377. num. 20. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 1. nu.
47. Joſeph. de Seſſe dec. 90. Paul. Xamar. d. q. 18.
num. 31.

50 Si vero lex dubitationem non continet; quia a-
perte loquitur, nil poteſt ex interpretatione eximi à
lege Suarez de legib. lib. 6. c. 5. Larrea allegat. 18.
n. 21. Thuſc. littera L. concluſ. 261. n. 1. & concluſ.
262. Giurb. de ſucceſſ. feud. prælud. 3. n. 39. quip-
pe ubi eſt caſus legis, amplius non eſt diſputandum,
L. ancilla juncta gloſſ. ibi C. de furt. L. illam ubi
DD. C. de collat. & ibi Decius n. 1. Bart. in L. quod
conſtitutum ff. de teſtam. milit. Decius conſ. 503. nu.
4. Gratian. forenſ. c. 420. n. 17. Caſtill. Soto Mayor.
lib. 3. controv. c. 7. nu. 34. in fin. Neque eſt locus
Judicis arbitrio Solorz. d. lib. 2. c. 7. n. 21. Anton.
Hering. de fidejuſſ. c. 11. n. 60. Valenz. conſ. 123. n. 13.

Cum lex juriſdictionis ſit opus, ut ſupra notavi- 51
mus, territorii arctatur limitibus, nec extra progre-
ditur ultra fines Imperii Principis ſtatuentis, L. ul-
tim. ff. de juriſd. omn. Judic. c. 2. de conſtit. lib. 6.
ubi commun. DD. & Paul. Pariſ. conſ. 159. col. 2. lib.
4. Felin. in c. à nobis de ſentent. excommun. Alex.
conſ. 111. incipit ponderatis verbis n. 1. & 2. lib. 1. Bart.
in L. cunctos populos, C. de ſumma Trinitate verſ.
octavo in 2. membr. Covarr. in c. Alma Mater 1. p.
§. 10. n. 3. Suarez de legib. lib. 3. c. 32. n. 3. Defi-
cit enim poteſtas in ſtatuente, quia juriſdictio adhæ-
ret territorio, ſicut nebula in tota palude Greg. Lo-
pez in L. 1. tit. 4. partit. 3. gloſſ. fin. Pariſ. conſ. 16.
n. 21 vol. 4. Curt. Junior. conſ. 41. nu. 9. conſ. 138. n.
24. & conſ. 184. n. 8. Cabed. 2. p. deciſ. 20. nu. 9.
Auguſt. Barboſ. in c. 2. de conſtit. lib. 6. nu. 10. per
text. in L. ultima, C. ubi, & apud quem L. pupillus §.
territorium ff. de verb. ſignificat. L. quicunque C. de
fund. limitroph. lib. 11.

Unde fit, quod licet lex generalis omnes obliget 52
ſubditos: ut plene per Suarez de legib. lib. 3. c. 31.
nu. 3. & 4. Attamen non obligat ſubditum exiſten-
tem extra Regnum, vel territorium: probat text. in
d. cap. 2. de conſtit. lib. 6. Ubi dicitur ſententiam
excommunicationis latam per ſtatutum Epiſcopi non
incurrere ſubditum, qui exiſtens extra territorium
illud non ſervat Covarr. in d. c. Alma Mater §. 10.
n. 3. Suarez lib. 3. c. 32. à n. 3. Phæb. 2. p. deciſ. 102. n.
26. Tiraq. in L. ſi unquam verb. revertatur nu. 440.
C. de revocand. donat. Tamburin. de jure Abbatum
tom. 1. diſp. 16. q. 1. nu. 7. Proindeque pæna ſtatuti
non comprehendit delictum commiſſum à ſubdito
extra Regnum, vel territorium juxta doctrinam Bart.
in d. L. cunctos populos, n. 48. Phæb. d. deciſ. 102. nu.
28. Suarez de legib. d. c. 32. n. 3. & ſeqq. Covarr. in d. c. 53
Alma Mater §. 10. nu. 3. p. 1. Angel. & Paul. in L. fin.
ff. de decret. ab ordine faciend. Spino in rubr. de teſ-
tam. gloſſ. 11. n. 51. Clar. in §. fin. q. 85. nu. 4. Quin
obſtet text. in L. fin. C. de decret. ab Ordine fa-
ciend. quia ut bene advertit Alciat. lib. 2. diſpunct.
cap. 18. & Covarr. in d. §. 10. n. 3. Spino in d. rubr.
gloſſ. 11. n. 51. in fin. vulgaris littera corrupta fuit
ex Græca in linguam Latinam traducta.

Notabis tamen, quod bene poteſt Princeps præ- 54
cipere ſuis ſubditis, ne habitent extra ſuum domi-
nium, & territorium ſub pæna confiſcationis bono-
rum: ut notat Bart. per illum text. in d. L. fin. ff. de
decret. ab ordine faciend. ſequitur Socin. Junior.
conſ. 79. in 6. dub. nu. 32. vol. 3. & conſ. 76. in 3.
dub. n. 15. vol. 4. Menoch. lib. præſump. 12. n. 4. Cy-
riac. controv. 78. n. 1. Prout etiam ſub eadem pæna
poteſt præcipere ſubditis, qui alibi degunt, ut rever-
tantur in patriam: Socin. Jun. d. conſ. 79. num. 36.
vol. 3. Cyriac. d. controv. 78. nu. 3.

Sed pauliſper in hoc immorandum eſt, ſiquidem 55
duæ contrariæ opiniones reperiuntur. Prima tenet:
Quod Princeps non poteſt præcipere ſuis ſubditis
originariis, ut redeant ad patriam; neque ab initio
prohibere, ne vadant ad habitandam alibi extra
juriſdictionem ſine ejus licentia. Et fundatur iſta
opinio ex eo, quia agitur de coarctanda hominis
libertate, quæ competit de jure naturali, Odofred.
in L. fin. num. 6. verſ. ſi eſt reſcriptum, C. ſi contra
jus, vel utilit publ. Ubi ait: Quod omnes Imperato-
res qui fuerunt, & erunt, non poſſunt jus naturale
tollere; & exemplificat in libertate, quam quis habet

jure

jure naturali. Et in ſpecie prædictam opinionem fun-
dat Brun. *conſ.* 132. *incipit præceptum verſ. tamen
quidquid dicat col.* 1.

56 Contrariam tenuit ſententiam Roman. *conſ.* 59.
ad diſcutiendum in princip. quem ſequitur Socin. Jun.
*conſ.*76. *viſo themate n.* 16.17.18. & 19. Pro quo ſtat
Bart. *in d. L.fin.ff. de decret. ab ordine faciend.* Ubi
docet valere ſtatutum Principis, ne aliquis vadat ex-
tra ſuum territorium, & euntes punire: ſequitur Abb.
*in c. venientes ſub n.*3. *de jurejur.* Surd. *conſ.* 210.*n.*
14. Quod præceptum juſtificari cenſetur ex cauſa
publicæ utilitatis, quæ conſiſtit in habitando civita-
tem, ſi quidem intereſt Reipublicæ repleri liberis ho-
minibus *L.* 1. *ff. ſolut. Matrim.* Propter quæ diffici-
lius redditur hæc quæſtio; & quamvis in dubio faven-
dum ſit libertati, pluſquam pupillo, & Reipublicæ,
Neviſan. *conſ.* 12. *n.* 184. *verſ. tertio quia inter con-*
57 *filia Bruni.* Qua de cauſa in ſententiam Bruni vide-
tur inclinare Rodulphin. *de abſolut. Princ. poteſt.c.*6.
n. 119. Mihi tamen magis arridet ſententia Romani,
dummodo intelligatur, quando Princeps ex juſta
cauſa fecerit prædictum præceptum, puta ex cauſa
belli; quia tunc etiam juris naturalis effectum diſ-
penſare poteſt, *L. libertas cum ibi notatis ff. de ſta-
tu homin.* Cum itaque non minus patriæ, quam pa-
58 rentibus ſubjecti ſimus *L. veluti ff. de juſt. & jure L.*
1.§. *ſi ea ff. de ventr. inſpic.* Mantic. *de tacit. lib.*24.
*tit.*25.*n.*8. Giurb. *ad ſtat. Meſſan. cap.* 1.*gloſſ.*4.*n.*1.
Valenz. *conſ.*36.*n.*59. naſcimur enim parentibus, &
Reipublicæ, *d.L.*1.§. *generaliter, ff. de ventr. inſpic.*
L. Cicero. ff. de pœnis, Spino *de teſtam. gloſſ.* 14. *n.*
69. Giurb. *d. gloſſ.* 4. *n.* 4. & *obſervat.* 75. *n.* 10.
circa fin. Nil mirum ſi propter neceſſitatem Reipu-
blicæ originarii in patriam redigantur ad tuendam
patriam; vel illi ſubveniendum in alia quovis juſta,
& evidenti neceſſitate. Et ita tenet Rodulphin. *d.
c.* 6. *n.* 120.

59 Limitanda tamen eſt Romani ſententia, ſi aliqua
rationabilis cauſa ſubſiſtit habitandi extra territori-
um; tunc namque non incidet in pœnam, qui ad pa-
triam non fuerit reverſus. Illa enim ſolum habere
poterit, quando quis in contemptum, & ſine ali-
qua rationabili cauſa non veniret: vel quando ſta-
ret in loco Principi ſuſpecto, vel apud illius hoſtes.
Tunc namque pœna adverſus eum exequi poteſt:
ut placuit Bruno *d. conſ.* 132. *verſ. illud fateor vol.*
2. ſequitur Rodulphin. *d. c.* 6. *n.* 98. & 122.

60 Neque leges hujus Regni comprehendunt bona
ſita extra Regnum per text. *in L. mercatores* ubi
Bald. & *in L. non ſolum, Cod. de commerc. & merci-
mon.* Bart. *in L. cunctos populos q.*6.*n.*42. dicit commu-
nem Roland. *de lucro dotis q.*20.*n.*14. Alex. *conſ.*16.
*lib.*1. Decius *conſ.*226.*col.penult.* & *conſ.* 314. *in fin.*
Curt. Jun. *conſ.*108.*col.*9.*lib.*2. Magon. *deciſ. Florent.*
107.*nu.*8. optime Andr. Gail. *lib.*2.*obſervat.* 124.*nn.*
57.& *ſeqq.* Thuſc. *litera S. concluſ.* 621. plures laudat
de more Giurb. *ad ſtatuta Meſſanæ c.*1.*gloſſ.*2.*n.*118.
& 119. Cozadin. *conſ.*49. Mierez *de majorat.* 1. *p. q.*
58.*n.*8. Phæb. *deciſ.*102. *n.* 33. ſive lex, ſeu ſtatutum
loquatur in perſonam, ſive in rem: ut exploſa diſtin-
ctione Bart. *in L. cunctos populos n.*42. ſcribunt Coza-
din. *d. conſ.*49. Gail. *d. obſervat.* 124.*nu.* 11. Burſat.
*conſ.*8.*n.*35. Rota *in noviſſim. deciſ.*295.*n.*9.*p.*1. Surd.
conſ. 343.*n.*9. & *ſeqq.* Menoch. *conſ.*1021.*n.*11. Puteus
*deciſ.*351. *n.* 2. poſt plures Giurb. *d. gloſſ.* 2. *n.*119.

61 Quidquid ſit in ſtatuto in perſonam favorabili,
quia extenditur etiam ad bona ſita extra territorium
juxta ſententiam Bart. *in d. L. cunctos populos n.*31.
Surd *conſ.* 343. *n.*19. & *conſ.* 532. *à nu.*15. Menoch.
*lib.*2.*præſumpt.*2.*nu.*6. Anton. Bellon. *conſ.*74.*n.*117.
Mierez *d. q.*58.*n.*25. & 26. Phæb. *deciſ.* 102. *n.* 29.
Solorz. *d.* 2. *tom. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 96. Et quidquid
etiam dicatur reſpectu bonorum mobilium, quæ ſe-
quuntur perſonam Bald. *in d. L. mercatores*, Alex.
conſ. 79. *n.*9.*l.* 6. Gail. *d. lib.* 2. *obſervat.* 124. *n.*18.
Magon. *d. dec.* 107. *nu.* 8. Surd. *conſ.* 343. *nu.* 15.
Giurb. *d. gloſſ.* 2. *n.* 121 *verſ. priori in caſu.*

Et nota quod lex illius loci, in quo ſunt bona, 62
ſervanda eſt quoad ibi exiſtentia: ſi vero quis ha-
beat bona in diverſis locis, una regulabuntur ſecun-
dum leges loci, ubi ſunt ſita; & alia juxta leges al-
terius loci Valaſc. *conſult.* 182. *nu.* 14 Phæb. *deciſ.*
102. *n.* 43. Tiraq. *de Primog. q.* 46. *num.* 2. Giurb.
d. gloſſ. 2. *n.* 119. & 120.

Hinc fit, ut cum ſtatuta fiant in favorem ſubdito- 63
rum, non exterorum, qui alienæ ſunt ditionis: ex
his, qua Bart. *in tract. de repræſal. q.* 1. Surd. *conſ.*
343. *n.* 12. Giurb. *de feud.*§.1.*gloſſ.*6. *n.*1. Paul. Pa-
riſ. 12.*nu.*24.*vol.*3. Mart. *de ſucceſſ.p.*1 *q.*13.*art.* 12.
n. 30. Honded. *conſ.* 5. *n.* 41. & *conſ.* 11. *n.* 22. *lib.*
1. Forenſes non gaudent beneficio ſtatuti Bart. *in d.
tract. de repræſal. q.* 5. *principali in princ.* Bald. *in
rubr. C. qui accuſare non poſſunt n.* 11. Marſill. *ſingul.*
253. Nata *conſ.* 238. *n.* 2. Alberic. *in tract. de ſtat.*
2. *p. q.* 9. Roland. *de lucro dotis q.*36. *n.* 12. Surd. *d.
conſ.*343.*n.*13. Gail. *d. obſerv* 124.*n.*15. Maſcard. *de
interpret. ſtatut. concl.*6.*n.*74. Peregr. *conſ.* 90. *n.*10.
& 11. *lib.*1. Giurb. *de feud.*§.1.*gloſſ.*6.*n.*3. Neque fo-
renſis gaudebit ſtatutariis privilegiis Bart. *de repræ-
ſal. q.*5. Socin Junior. *conſ.*128.*lib.*4. Cæphal. *conſ.*451.
*n.*98. Peregr. *conſ.*24.*n.*9.*lib.* 3. Riminald. Jun. *conſ.*
269.*n.*67. Giurb. *d. gloſſ.*6. *n.* 3. Ea potiſſimum ratio-
ne, quia ita ut ſtatuta non ligant forenſes, ut eis no-
cere valeant, quaſi ſint extra juriſdictionem, *L. fin ff.
de juriſd. omn. judic. c. à nobis ubi DD. de ſentent.
excommunicat.* Peregr. *conſ.*10.*n.*1. *ad fin. lib.* 3. ita eis
prodeſſe non debet *L. penult. C. commun. divid. L. fin.* 64
C. de fructib. & litis expenſ. Paul. de Caſtr. *in L. om-
nes populi, ff. de jur. n.*10. & *conſ.* 156. *n.*2.*lib.*1. Alex.
*conſ.*100.*lib.*3.*n.*2. Menoch. *conſ.*390.*n.*47. Cavalcan.
*deciſ.*42.*n.*43.*p.*1. Surd. *conſ.*204.*n.* 3. Peregr. *conſ.*
90. *nu.* 11. *lib.* 1. Valenz. *conſ.* 96. *n.* 56. Giurb. *d.
gloſſ.*6.*n.* 4. Oliva *de foro Eccleſ.* 1. *p. q.* 13. *n.* 27.

Quæ intelligenda ſunt reſpectu forenſis, qui eſt 65
extra territorium ſtatuentis, neque ibi habet bona.
Secus verò in forenſi, qui bona habet in territorio
ſtatuentis, quia reſpectu bonorum ligatur ſtatuto Ti-
raq. *de Primog. q.* 46.*n.*2. Surd. *conſ.*343.*nu.*9. 10. &
ſeqq. Oſaſch. *deciſ.*100.*ad fin.* Beccius *conſ.* 1. *n.* 15.
Cevall. *commun. contra commun. q.*724. *n.*1. Oliva *d.*
1.*p.q.*13.*nu.*28. Mantic. *de conject. ultim. lib.*6. *tit.* 7.
nu. 1. poſt alios Giurb. *d. gloſſ.*6 *n.*9. Quod procedit,
ſive ſtatutum loquatur in rem, ſive in perſonam:
quippe nulla facta diſtinctione forenſis, qui bona ha-
bet in territorio ſtatuentis, ligatur ſtatuto *L. pupillo,
ff. de tutor. & curator. datis ab his L. Titium* §. *tuto-
res, ff. de adminiſtr. tutor.* Felin. *in c. Eccleſia Sancta* 66
Mariæ de conſtitut. Surd. *conſ.* 343. *num.* 9. & 10. &
conſ. 257. *n.* 15. Pariſ. *conſ.*84. *n.*42. Tiraq. *d. q.* 46.
Alex. *conſ.* 19.*n.*6.*vol.* 6. Peregr. *conſ.* 10. *n.* 6. *lib.*
3. & poſt innumeros Giurb. *d.* §. 1. *gloſſ.* 6. *n.* 10.

Ea tamen declaratione, quod forenſis reſpectu 67
ſuarum diſpoſitionum tam in ultimis voluntatibus,
quam in contractibus ſervare debet ſtatuta loci, ubi
diſponit per teſtamentum, vel contrahit Surd. *d.
conſ.* 343.*n.*9. & *ſeqq.* Giurb. *d. gloſſ.*6.*n.*9. & 10. Ce-
vall. *commun. contra commun. q.* 724. *n.* 3. Valaſc.
conſult. 182. Anton. Gomez *in L.*3. *Tauri n.* 20. Be-
ned. Ægid. *in L.*1.§. 6. *n.* 5. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.*
Cancer. *lib.*1.*c.*4.*n.*92. & 93. Oliva *d.* 1.*p.q.*13.*n.* 27.
At verò circa habilitatem perſonæ ad contrahendum,
vel teſtandum attendenda ſunt ſtatuta loci ipſius ori-
ginis; non loci, in quo forenſis contrahit, vel teſta-
tur. Ex eo quia ſtatuta alterius loci non poſſunt habi- 68
litare perſonam ſibi non ſubditam, neque circa eam ali-
quid diſponere *L.*1. *in fin. ff. de tutor. & curator. datis*

ab his L.etiam ff.de tutel.docet Bald. in d.L.cunctos
populos q.3.princ.n.26. Anton. Gomez in L.3. Tauri
n.22.& in L.5.in fin. Unde filius familias originarius
hujus Regni non poterit in Regno Caſtellæ teſta-
mentum condere, licet ibi filius familias teſtari ſit
permiſſum Bart. in d.q.3.n.26.Valaſc.conſult.182.n.
6. Bened.Ægid.in d.L. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. p.
1. §. 6.

69 Attamen, ſi forenſis deliquerit in loco ſtatuentis,
tunc ligabitur pœna ſtatuti, ſi delictum eſt punibile
de jure communi, & illicitum: ſi autem ſumus in
his, quæ de jure communi non ſunt delicta; ſed
tantum ſecundum ſtatuta loci, in quo ſunt admiſſa:
tunc excuſatur forenſis, niſi ſtatuti haberet ſcientiam,
vel prætenderit ignorantiam craſſam, & ſupinam
Hyppol, de Marſill. in L.fin.ff.de juriſd. omn. judic.
n.79.& ſeqq. verſ. venio modo ad ſecundam quæſtio-
nem. Covarr. in c. Alma mater, 1. p. §. 10. n. 7. &
ſeqq.verſ.Præter hæc, Jul.Clar.in §.fin.q.85.n.3.Petr.
Caball. reſolut.crimin.caſu 129. à n. 2. Ubi de pluri-
bus quæſtionibus in materia. Cancer. lib.2.cap.1. n.
15.& ſeqq.Vincent. de Franch. deciſ.72.n.4. Qui ait
quod ignarus ſtatuti excuſandus eſt Cevall. d.q.724.
n.18.& 19. Non vero ſi ſciens fuerit ſtatuti, quia fo-
renſis, dum reſidet in territorio obligatur legibus latis
pro territorio, Suarez de leg. lib. 2. cap. 33. à n. 9.
cum ſeqq.

70 Ex quibus conſequitur, quod ſtatutum prohibens
extractionem frumenti comprehendit etiam extrahen-
tem farinam; quia farina dicitur eadem res cum fru-
mento, licet ſubſtantia ſit mutata, Surd. deciſ.139. n.
5. Ubi, quod dominium frumenti retinetur etiam poſt
factam farinam Hermoſ. L.2.gl.3.n. 14. & 15. tit. 1.
part. 5. Pro quo facit, quod appellatione frumenti
venit etiam farina. Tondut. reſolut. civil.c. 150.n.4.
& 5. Quidquid in contrarium ſcribant Menoch. lib.
4. præſumpt.151.n.4.Gratian.deciſ.184.n.5.& 6.Her-
moſ.d.gl.3.n.12.Plane ſtatutum prædictum non ex-
tenditur ad forenſes, qui extrahunt fruges ex bonis
quæ habent in territorio ſtatuentis Guid. Pap. deciſ.
373.Petr.Caball.caſu 14. à n. 2. Neque comprehen-
dit forenſes extrahentes frumentum pro uſu proprio
Cancer.lib.1.c.14.n.15.

Quid autem dicendum, ſi tempore licito quis
71 cœpit extrahere, & antequam exiret de civitate, vel
territorio, prohibitio emanavit, poſſit abſque metu
pœnæ extrahere? Videndus eſt Franciſcus Niger
Cyriacus cont. 145.

Prædictis proxima eſt quæſtio: An leges ſeculares
72 obligent Clericos, Eccleſiam, & bona Eccleſiaſtica?
In qua quæſtione regula conſtituenda eſt, quod le-
ges, vel ſtatuta Principis ſæcularis contra immunita-
tem Eccleſiaſticam directe, vel indirecte ſunt nulla;
& reprobata per text. in c. Eccleſia, c.quæ in Eccle-
ſiarum de conſtit. c. noveris de ſentent. excommun.
cap. ult. de immunit. Eccleſiæ in 6. Auth. caſſa C. de
ſacroſanct.Eccleſ. ubi optime Augu. Barb. & Suarez
de legib.lib.3.c.34.n.3.Surd.conſ.301.n. 77. Salzedo
de leg.Polit.lib.1.c.7.n. 51. Ex ea ratione quia nemo
poteſt facere legem non ſubditis, L.1.C.de ſumm.Tri-
nitate, L. fin. C.de inceſt.nupt.c.continua lege 11. q.
1.c.fin.de conſtit. Aufrer.in repetit.Clement. unic. de
offic. ordinar.n.11.Sanſelic.deciſ.187.n.1.Et ſic cum
73 ſtatuere, ſeu leges condere ſit actus juriſdictionis,
Roman.conſ.218.n.2.Surd.conſ.301.n.15.& laici nul-
lam in Clericos & Eccleſiam habeant juriſdictionem;
cum omnino à ſæculari ſint exempti c. ſi Imperator.
96. diſtin.L.decernimus C.de Epiſcop.& Clericis c.2.
ubi gl.de foro compet.Oldrad. conſ.83. Innocent in c.
ſignificantibus de offic. delegat. Surd. conſ. 301. n.46.
Sanſelic.deciſ.187.n.5.& 6. Oliv.de foro Eccl. 1.p.q.
7. n. 5. & ſeqq. Bene ſequitur prædictas leges ex de-
fectu poteſtatis non valere, maxime ſi fiant contra
privilegia conceſſa Eccleſiæ univerſali: dicuntur enim 74
eſſe contra libertatem Eccleſiæ Aug. Barb. in Auth.
caſſa n.2.& ſeqq.C.de ſacroſanct.Eccleſ. & de jure Ec-
cleſ.lib.2.c.3.n.218.Petr.Barboſ. in L.alia §. elegan-
ter n.22.ff.ſolut.mat.Sanſelic.d.dec.187.n.1. & ſeqq.

Verum cum ad Principem ſæcularem, cui à Deo 75
in temporalibus Populorum cura eſt demandata, ſpec-
tet condere leges circa ea, quæ ad rectam, & juſtam
vivendi rationem pertinent; & reſpiciunt ad Reipu-
blicæ conſervationem Soto de juſt.lib.1.q.6.art.2.poſt
princ.verſ.cæterum, Molin.de juſt.diſp.31. concluſ. 6.
Surd. d. conſ.301.n.8. Nulli dubium eſt Clericos te-
neri ſervare leges civiles generales in commune bo-
num editas, ſi Juri Canonico, & Eccleſiæ liberta-
ti non repugnent: Probat text. in c.1.de novi operis
nuntiat. c. innotuit de arbitr. c. 1. c. ſi in adjutorium
10.diſtinct.c.de capitulis eadem diſtinct. Et eſt com-
munis opinio ſecundum DD. in c. Eccleſia Sanctæ
Mariæ ubi Panormit.n. 13. de conſtit & ibi Decius n.
27.Felin.n.37.81.& 85.& in c.quæ in Eccleſiarum de
conſtit. Tiraq. de retract. lignagier. §. 1. gloſſ. 134.
Matienç.in L.7.tit.11.gloſſ.1.n.17.& in L. 1. tit. 25.
lib.5.nova Recopilat. gloſſ. 1. n. 2. Diana reſolut. mo-
ral.p.1.tract. 2. reſolut. 7. Soarez de legib. lib. 3. c.
34. nu. 6. & 7. Cardinal. Bellamera de Cleric. c. 28.
Medin. 1. 2. q. 96. art. 5. poſt plures Auguſt. Barb.
in d. c. quæ in Eccleſiarum n.3. Oliva de foro Eccleſ.
1. p. q. 32. n.16. Ea tamen declaratione, quod Cle-
rici non tenentur ſervare leges civiles vi coactiva:
ut optime fundat Suar. d. cap. 34. n. 15. & 16. Oli-
va d. q. 35. n. 5. in fin. & n. 11. cum nulla ſæcula- 76
ris in Clericos ſit poteſtas cogendi c. bene quidem 96.
diſtinct. d. c. quæ in Eccleſiarum, c. cum laicis de reb.
Eccleſ. non alienand. Et tradit Surd. conſ. 501.n.31.
quod Clerici ſæculares ſtatuta juſta, & in bonum
commune lata tenentur ſervare; non in vim legis,
ſed ex vi rationis. Quæ aliàs ſine lege induceret ad
faciendum, quod æquum, & juſtum eſt, Suar. ad-
verſ. Reg. Angel.lib.4.c.16.n.14.Mart.de juriſd. 4. p.
caſu 1. n.40.cum ſeqq.Oliva d.p.1.q.35.n.8. & 13. Et
ita intelligendos eſſe DD. qui dicunt Clericos teneri
ſervare ſtatutum, ſeu legem juſtam, & in bonum
commune lata dicit Surd.con.301.n.31.Unde, ut jam
tetigimus ſupra hoc eodem capite, licet Clerici te-
neantur ſub peccato ſervare taxam frumenti factam à
Principe ſæculari; non tamen pœnas tranſgreſſorum
taxæ ſubire tenentur juſſu Principis, ſeu Magiſtratus
ſæcularis; qui cogendi poteſtate carent. Bene tamen
poterunt puniri à Judice Eccleſiaſtico; non in pœ-
na ſtatuti, aut pragmaticorum; ſed alia arbitraria: ut
notanter inquit Soar. d.lib.3.c.34.n.8. Caſtill. de 31.
c.8.n.28.Sanch. lib.2.moral.c.4.dub.35.n.31. Per.de
man.Reg.2.p.c.59.n.6.Salz.de leg.Poli.l.1.c.13.n.77.

Cætera de legibus Civilibus quando ligent Cleri- 77
cos necne; Vide apud Surd. conſ. 2. & conſ. 301.
Oliva d.1.p.q.32.& 33.& q.35.Cyriac.contr.140.Pe-
reyr.de man.Reg.2.p.c.38.n.28.& 29.

Sciendum eſt autem legem non obligare ante- 78
quam promulgata, & publicata ſit: ut optime fundat
de legibus Suar. lib.3.c.16.Ubi quomodo promulga-
tio, ſeu publicatio fieri debeat, & quando facta in-
telligatur. Barb. in c. cognoſcentes de conſtit. nu. 6.
Creſp.de Valdaura obſervat.103.n. 14. Et facit text.
in L.leges ſacratiſſima, C.de legib.ibi: Leges ſacratiſ-
ſimæ intelligi ab omnibus debent, ut univerſi præſcripto
earum manifeſtius intellecto prohibita declinent, &
faciant præcepta: c.3.diſtinct.4. Ubi Gratianus ait le-
ge inſtitui, cum promulgatur, firmari quando mo-
ribus recipiuntur Salas de legib.diſp.12.ſect. 1. n. 6.
Bonac.diſp.1.q.1.punct.4.n.10.Caſtro Palao 1.p.trac.
3.diſp.1.punct.10.n. 1. Atque ita lex poſt promulga-
tionem in Curia, vel loco, ubi ſolemniter promulgata
eſt, ſtatim obligat Suarez lib. 3. de legib. c. 17. n.6.

Thuſc.

Thuſc. litt. L. concluſ. 256. n. 1. Sylveſt. verb. lex. q. 3. & 6. Bonac. d. diſput. 1. q. 1. punct. 4. n. 6. Salas de legib. diſp. 12. ſect. 2. num. 11. Caſtro Palao d. diſp. 1.
79 punct. 11. n. 2. At verò in territorio, & Provincia obligabit lex poſt duos menſes tempore publicationis ex text. in Auth. ut nova conſtitutiones coll. 5. Suarez d. lib. 3. c. 18. à n. 1. Thuſc. litt. L. concluſ. 256. n. 1. Felin. in c. cæterum nu. 7. & ſeqq. verſ. circa ſecundum de reſcript. Abb. conſ. 35. incipit videtur primo per totum lib. 1. Bart. in Extravag. ad reprimendam verſ. ex nunc, Auguſt. Barboſ. in d. c. cognoſcentes n. 8. & 9. Valenz. tom. 2. diſp. 7. q. 5. punct. 5. Soarez d. lib. 3. c. 16. n. 8. & ſeqq. Caſtro Palao d. punct. 11. n. 3. Ubi, quod ſi lex lata ſit pro diverſis Provinciis, in qualibet Provincia debet fieri publicatio: & poſt duos menſes à publicatione incipit lex obligare in qualibet Provincia.

80 Si verò Provincia adeo ſit remota, ut moraliter intra duos menſes non poſſit haberi legis ſcientia: ut apud nos evenire ſolet in India Orientali, Angola, Braſilia, & cæteris bujus Monarchiæ Regionibus, & Conquiſtis. Tunc in illis partibus nõ obligabit lex, niſi poſt tempus ſufficiens ad habendam notitiam legis. Et ideo ſemper in illis Provinciis remotis lex publicari jubetur; quia regulariter ante promulgationem lex non obligat ſubditos, L. fin. ff. de decret. ab ordine faciend. d. L. leges, C. de legib. c. in iſtis §. leges 4. diſtinct. Navarr. de conſtit. conſ. 1. nu. 3. & 4. Ant. Gabr. tit. de legib. concluſ. 4. Garcia de Benefic. 5. p. c. 8. n. 14. Gratian. deciſ. 200. à n. 10. Soarea d. lib. 3. c. 16. n. 17. & 18. Vincent. de Anna allegat. 55. n. 18. Arias de Meſa lib. 2. var. c. 18. n. 6. De jure autem Regio quælibet lex publicata in Cancellaria obligat
81 in Curia poſt octo dies; in Provinciis verò poſt tres menſes à tempore publicationis, ex Ordinat. lib. 1. tit. 2. §. 10. ubi Emman. Barboſ. n. 1. Cabed. 1. p. deciſ. 184. n. 1.

82 Et notabis, quod ſi in lege apponatur clauſula irritans, & annullans, ſeu decretum irritans, lex ſtatim obligat abſque dilatione bimeſtri, vel trium menſium: ut eſt communis opinio ex Menoch. de arbitr. caſu 64. n. 23. Sequitur Valaſc. conſult. 183. nu. 8. Quoniam decretum irritans ligat etiam ignorantes Cald. Pereyr. lib. 1. forenſ. q. 6. n. 30. Et fuit dictum in una Pampilonenſi Archidiaconatus 10. Decembris anno 1593. Coram Cardinale Pamphilio per ea, quæ poſt Innocent. & Hoſtienſ. tradit Joannes Andr. in c. 1. de conceſſ. præb. lib. 6. n. 7. verſ. dicit Innocentius, Claud. Seyſel. in L. fin. n. 99. ff. de conſtit. Princ.
83 Mareſcot. lib. 2. var. c. 39. n. 6. Et quidem decretum irritans formam inducit Reynoſ. obſervat. 30. nu. 4. Caldas d. q. 6. n. 28. Mareſcot. lib. 2. c. 38. n. 8. & annullat geſta in contrarium cap. ſi poſtquam de elect. in 6. Gabr. de clauſ. concluſ. 3. n. 56. Reynoſ. obſervat. 30. n. 4. Salgad. de protect. 3. p. c. 10. n. 69. Cald. Pereyr. d. q. 6. n. 29. Auguſt. Barboſ. voto 56. n. 41. Capyc. Latro conſult. 8. n. 41. Valaſc. conſult. 79. n. 8. Mareſcot. lib. 2 c. 38. n. 11. & 12.

84 Item inficit titulum, & poſſeſſionem, Reynoſ. ubi ſupra n. 4. Salgald. d. 3. p. c. 10. n. 65. Ubi, quod poſſeſſor nullo remedio poſſeſſorio juvari poteſt. Caſad. deciſ. 7. n. 3. Garcia de Benefic. 5. p. c. 1. n. 427. Ludovic. Poſt. de manuten. obſerv. 46. n. 4. & ſeqq. Cald. Pereyr. forenſ. q. 22. n. 43. & ſeqq. Mareſcot. d. c. 38. n. 16. & 20. Quapropter decretum irritans ſtatim operatur: & ideo regulæ Cãcellariæ inficiunt retro geſta, quandocũque producantur propter decretum irritans. Mareſcot. d. c. 39. n. 8. & 9. & de concluſione Flamin. de reſigna. lib. 5. q. 6. à n. 220. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 191. n. 12. Arias de Meſa lib. 2. c. 18. nu. 7. Sed hæc intelligenda ſunt quando agitur de conſtitutione aliqua particulari; quia tunc decretum ligat ante publicationem: In his enim conſtitutionibus ſpecialibus publicatio non deſideratur c. 1. verſ. ſimiliter de conceſſ. præb. lib. 6. Bald. in L. leges n. 2. verſ. & hoc bene eſt, C. de legib. ubi Paul. de Caſtro n. 2. in fin. & Fulgoſ. n. 1. Felin. in cap. cognoſcentes num. 7. in 3. limit. verſ. & bene facit de conſtit. Mareſcot. d. c. 39. num. 4.

Si vero verſamur in lege, ſeu conſtitutione gene- 85
rali, tunc lex non obligat, niſi à die publicationis; quia decretum irritans ſemper ſequitur naturam diſpoſitionis ſuper qua apponitur Puteus deciſ. 1. nu. 1. Auguſt. Barboſ. in c. cognoſcentes n. 9. de conſtit. Mareſcot. d. c. 39. n. 10. Lex autem generalis neminem obligat, niſi prius promulgetur, etiam data illius ſcientia: ut poſt alios, quos ſupra retulimus, docent Anton. Gabr. de clauſ. concluſ. 4. Nicol. Garc. de Beneſic. 5. p. c. 8. num. 14. Gratian. deciſ. 200. n. 10. & ſeqq. Gregor. de Valent. tom. 2. diſp. 7. q. 5. punct. 5. D. Roderic. A Cunha in comment. ad text. in c. in iſtis §. leges nu. 3. 4. diſtinct. Proindeque conſtitutio etiam generalis habens decretum irritans non ligat ante publicationem: ut de communi opinione teſtatur Mareſcot. d. 39. n. 10. & 11. Ubi n. 12. hanc ſententiã eſſe veriorem, & communem dicit. Et in eam coincidere videtur Auguſt. Barboſ. in d. c. cognoſcentes n. 8.
Quæ opinio multo magis locum habet, quando de- 86
cretum apponitur in conſtitutione pœnali; quod ante publicationem nihil operatur Aug. Barb. in d. c. cognoſcentes n. 5. Bartaſold. conſ. 461. n. 7. lib. 2. Gabriel. de clauſ. d. concluſ. 3. nu 8. & tit. de legib. concluſ. 4. n. 10. Mareſcot. d. cap. 39. n. 14. & 15. Ubi, & n. 16. declarat; quæ requirantur ad hoc, ut conſtitutio dicatur pœnalis gloſſ. in Clement. nolentes verb. ex tunc de hæretic. Et ita intelligendus eſt Valaſc. conſul. 183. n. 8.

Deinde obſerva, quod non ſufficit legis publica- 87
tio, ut operetur effectum, & obliget; ſed neceſſario requiritur, quod acceptetur à populo, quia alias non obligat ſubditos Valaſc. conſult. 138. n. 11. Pereyr. deciſ. 95. n. 9. Covarr. lib. 2. var. c. 16. n. 6. verſ. quinto ſunt, Salgad. de protect. 1. p. c. 1. præl. 5. n. 322. Aug. Barb. voto 52. n. 51. & 52. Soarez de legib. lib. 3. cap. 19. Soto de juſt. & jure q. 7. art. 1. Solorz d. 2. tom. lib. 2. c. 2. n. 27. Thuſc. litt. L. concluſ. 257. n. 1. Surd. conſ. 58. n. 8. & ſeqq. Creſp. de Valdaura obſervat. 103. n. 14. Paul. Xamar. de offic. Judic. & Advoc. p. 2. q. 7. n. 62. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 2. gloſſ. 2. nu. 1. in fin. Salg. de retent. Bullar. 1. p. cap. 2. n. 115. 119. & 123. Auguſt. Barb. in c. 1. de treuga & pace nu. 9. Larrea allegat. 69. n. 18. argum. text. in L. de quibus, ff. de legib. c. leges 4. diſtinct. Quidquid aliud ſentiant Soarez lib. 3. de legib. cap. 19. à num. 4. & ſeqq. Cabed. 1. p. deciſ. 184. n. 2. quia contra eos eſt communis opinio, ut fatetur Soarez d. cap. 19. nu. 1. Pereyr. deciſ. 95. n. 9. Covarr. de c. 16. n. 6. verſ. quinto ſunt. Valaſc. concluſ. 133. nu. 11. Et quidem leges
tunc inſtituuntur, cum promulgantur, & tunc con- 88
firmantur, cum moribus utentium approbantur: & tunc abrogantur cum moribus non utentium non ſervantur c. leges 3. diſtinct. Roman. conſ. 512. quod primum n. 13. in fin. verſ. tertio quia ubi appoſita verb. formari, Thuſc. litt. L. concluſ. 257. n. 1. Unde ſi moribus recepta non ſunt, robur ſuum amittunt, quoniam cum leges in commune bonum ferantur, ſi totus populus legi reſiſtit, certum eſt quod ei non expedit talis lex; cum plus damni, & perturbationis,
quam commodi afferat. Et ſic eſſet communi bono 89
contraria Pereyr. dec. 95. n 10. Quapropter nullo modo ſervanda eſt neque Princeps poteſt illam firmare, etiam ſi vellet Soarez d. c. 19. n. 2. Principi namque tantum demandata eſt poteſtas, ut ſe tanquam tutorem, defenſorem, & Patrem gerat erga ſubditos, & bono communi conſulat Petr. Gregor. de Republ. lib. 9. c. 2. num. 1. Molin. de juſt. tract. 2.

diſp. 25. tom. 1. Surdus conſ. 289. n. 3. Ginrb. conſ. 1.
n. 36. Cyriac. controv. 401. n. 1. Subindeque non
90 præſumitur Principem habuiſſe voluntatem obligan-
di populum per legem, dum illam non acceptat, &
ſub conditione acceptationis legem tuliſſe intelligi-
tur Salgad. de retent. Bullar. 1. p. c. 2. nu. 117. &
110. Paul. Xamar. d. q. 7. n. 62. Præſertim, ſi in memo-
riam revocetur Romanorum conſuetudo circa leges
ſerendas conſulto, & approbante populo; de qua
Alex. ab Alex. lib. 6. dier. genial. c. 23. Covarr.
pract. c. 1. n. 3. verſ. moris autem.

91 Prædicta reſolutio à fortiori procedit in Pontificiis
conſtitutionibus; quæ ſi non fuerint à populo recep-
tæ, non obligant: ut ſcribunt Pariſ. conſ. 115. n. 6.
vol. 4. Caſtro de leg. pænal. c. 1. & 6. Gutierr. Cano-
nicar. lib. 1. c. 8. n. 3. Avil. in proœm. ad capit. Prætor.
n. 10. Gabr. Pereyr. de Man. Reg. p. 2. c. 24. n. 32.
& deciſ. 95. n. 10. Salgad. de retent. Bullar. 1. p. c. 2.
n. 123. Niſi diſponant circa materiam peccati, quia
tunc etiam non receptæ obligant. Ex eo quod uſus
contrarius, quantumcunque longævus, immo neque
92 præſcriptio efficere poteſt quod non ſit peccatum,
id quod ab Eccleſia declaratum eſt eſſe peccatum,
gloſſ. in c. cum venerabilis ubi DD. de conſuetud. &
in c. denique 4. diſtinct. Valaſc. conſult. 133. nu. 12.
Thuſc. lit. C. concluſ. 815. Immo conſuetudinem non
excuſare à peccato probatur in c. fin. de conſuetud. Et
poſt antiquiores tradit Larrea alleg. 23. n. 37.

93 Sic videmus, quod in hoc Regno non ſervatur diſ-
poſitio motus proprii Pii Quinti Pontificis Maximi
ſuper forma creandi cenſus; quia receptus non fuit:
ut conſtat ex Regio reſcripto, quod extat. in lib. 7.
Senatus Domus Supplicationis fol. 19. Valaſc. con-
ſult. 133. n. 13. & ſeqq. Pinheyro de cenſ. & emphyt.
1. p. diſp. 25. ſect. 6. n. 80. Gutierr. pract. lib. 2. q. 177.
in fin. Gaſp. Roder. de annuis reddit. lib. 1. q. 4. n. 28.
Phæb. 2. p. arreſt. 48. verſ. ſcies etiam. Et ita quoti-
die judicatur. Sic ſimiliter non ſervatur in Regno
94 alius motus ejuſdem Pontificis ſuper ſpoliis Clerico-
rum, & Epiſcoporum & aliæ Conſtitutiones Pauli
Tertii, Pauli Quarti, & Gregorii Decimi Tertii: ut
late ſundat Gabr. Pereyr. deciſ. 95. à nu. 9. cum ſeqq.
Molin. de juſt. diſp. 147. Quæ conſuetudo exclu-
dens Cameram Apoſtolicam à prædictis ſpoliis vali-
da eſt, & ſervanda, ut probat Solorz. d. tom. 2. lib.
3. c. 11. n. 23. & 24.

95 Deinde non obſervatur Bulla Gregoriana ſuper
immunitate Eccleſiæ: ut tradit Creſp. de Valdaura
obſervat. 63. Et contra eam ſtat. Ordinat. lib. 2. tit.
5. §. 7. Ubi immunitas Eccleſiæ judicatur à Judice
Laico, & Eccleſiaſtico ſimul.

Idem ſciendum eſt prædicta procedere in lege,
quæ ab initio non ſuit recepta; & ſciente Principe,
vel etiam Ignorante aliquis actus contrarii intervene-
runt per ſpatium dcccm annorum: ut optime tradit
Covarr. lib. 2. var. c. 16. n. 6. verſ. quinto ſunt. Be-
nintend. deciſ. 13. nu. 9. & ſeqq. Thuſc. d. concluſ.
257. n. 26.

96 Si vero ab initio lex ſuit uſu recepta, verè quidem
obligat; & dicitur eſſe in viridi obſervantia: ut per
eam caſus decidatur, quandocunque acciderit,
etiam poſt mille annos Dominic. in c. ut animarum §.
97 ſtatuto de conſtit. in 6. Roder. Soar. in proœm. legum
fori col. 1. Nicol. Garc. de Beneſic. 2. p. c. 1. nu. 45.
L. Ariani 6. C. de hæretic. Tiraq. in L. boves §. hoc
ſermone limit. 9. n. 2. Bart. in L. certa forma num.
11. C. de jure fiſc. lib. 10. Arias de Meſa lib. 2. cap.
18. n. 9. Ex eo, quia lex ſemper loquitur, & non
tollitur per deſuetudinem L. vetuſtiſſimam. Cod. de
jure dot. dict. L. Arriani, Bart. in proœm. Digeſt. in §.
& antea, Soar. ubi ſuprà n. 3. Thuſc. d. concluſ. 257.
n. 3. Gutierr. pract. lib. 3. q. 17. n. 147. poſt alios Au-
guſt. Barboſ. in d. L. Arriani n. 7. Non tamen lex
condita, & publicata præſumitur uſu hominum re-
cepta, & comprobata; quippe cum quod ſuerit uſu
recepta, ſit facti, non præſumitur per text. in L. in
bello §. facta ff. de capt. & poſtlim. reverſ. Et ita te- 98
nent Menoch. lib. 2. præſumpt. 2. n. 3. Socin. Jun.
conſ. 32. n. 37. lib. 3. Ubi reſpondent ad id, quod dici-
tur legem ſemper eſſe in viridi obſervantia Bertrand.
conſ. 149. n. 2. lib. 1. Mandoſ. in tract. de privil. ad
inſt. ar. gloſſ. 15. n. 56. Arias de Meſa d. c. 18. n. 1.

At vero ad abrogandam legem, quæ ſuit accep- 99
tata, non ſufficit Populi non uſus; ſed requiritur con-
trarius uſus Iſern. in cap. ſi vero violator verſ. ſi ruſti-
cus n. 18. de pace tenenda, Rovit. in proœm. prag-
mat. n. 13. Corſet. conſ. 12. n. 18. Giurb. de ſucceſſ.
feudor. §. 2. gloſſ. 2. n. 7. Ita quod ſi poſt legem ac-
ceptatam invaluit adverſus eam contraria conſuetu-
do; ipſa quidem, ſi rationabilis eſt, & legitime præſ-
cripta, ſufficit ex vi, & efficacia ſua ad legem abro-
gandam: ſive lex ſit Canonica, ut probat text. in c.
fin. de conſuetud. ſive Civilis L. de quibus in fin. ff. 100
de legib. ibi: Rectiſſime receptum eſt, ut leges non ſo-
lum ſufragio Legiſlatoris ſed etiam tacito conſenſu om-
nium per deſuetudinem abrogantur: tradunt Rebuff.
tom. 3. ad leg. Gall. in præfat. de conſuetud. q. 5. n.
59. Greg. Lopez in L. 1. tit. 2. p. 1. Cald. Per. in
L. ſi curatorem verb. contractum feciſti n. 24. Spino
in rubr. de teſtam. gloſſæ p. 14. n. 17. Soarez de leg.
lib. 7. c. 18. nu. 2. Ubi dicit in hoc convenire om-
nes DD. tam Juriſtas, quam Canoniſtas: ſequitur
Auguſt. Barboſ. in c. ultim. de conſuetud. num. 10.
Thuſc. lit. C. concl. 806. & 814. Sair. de clavi Reg.
lib. 3. cap. 11. n. 2. Decian. conſ. 124. in princ. &
n. 3. lib. 3. Paul. Xamar. de offic. Judic. & Advoc. p.
2. q. 747.

Declara tamen, quod dictum eſt de conſuetudi- 101
ne rationabili ad tollendum legem, ut non omnino
neceſſarium ſit, conſuetudinem juſta ratione niti;
ſed ſufficere, quod conſuetudo ſit aliquo modo ra-
tionabilis: ſi quidem qui ab initio faciunt contra le-
gem peccatum committunt; & ſic initium propriè
rationabile eſſe non poteſt: atque ideo ſufficit, quod
ratio aliquo modo tranſgreſſionis legis culpam exte-
nuet; & aliquo rationis colore conſuetudinem co-
honeſtet: pulchre Soar. de legib. lib. 7. cap. 18. nu.
10. & eo non citato Aug. Barboſ. in d. cap. fin. de
conſuetud. n. 10. verſ. ſed retenta; Paul. Xamar. d.
q. 7. n. 74. Debet autem conſuetudo eſſe legitimè
præſcripta per conſenſum populi, & actuum frequen-
tiam, atque longum tempus: ut tenet Bart. quem
omnes ſequuntur in repet. text. in L. de quibus n. 3.
ff. de legib. Et probat jura in L. 1. C. quæ ſit longa
conſuetudo, & in L. an in totum, ff. de ædific. privat.
Creſp. de Valdaura obſerv. 63. n. 5. & ſeqq. Quæ
autē conſuetudo dicatur legitime præſcripta ad abro-
gandam legem, videre eſt apud eundem Creſp. tibi 102
proxime n. 18. Et omnes conveniunt requiri tempus
decem, vel viginti annorum; quod longævum dici-
tur in rubr. C. de præſcript. dec. vel vigint. annor. §.
1. Inſtit. de uſucapion. Soar. d. lib. 7. c. 18. nu. 11.
Creſp. d. obſervat. 63. n. 18. Quæ reſolutio proce-
dit reſpectu legis Civilis; non vero Pontificiæ con-
ſtitutionis, contra quam non dicitur conſuetudo
præſcripta, niſi per ſpatium quadraginta annorum
text. in cap. de quarta, & in c. ad aures de præſcript.
ita Innocent. in c. cum dilectus de conſuetud. Panor- 103
mit. in cap. ult. eod tit. n. 11. & in c. 1. de treug. &
Pac. ubi Felin. n. 153. Et hanc diſtinctionem proba-
runt Menoch. de arbitr. caſu 83. n. 7. & 8. Maſcard.
de probat. concluſ. 424. n. 24. & 29. juncto num. 32.
Rebuff. in proœm. ad leg. Gall. gloſſ. 5. n. 13. & 14.
Thuſc. lit. C. concluſ. 796. n. 5. Aug. Barb. in d.
c. fin. de conſuet. nu. 13. Soar. d. lib. 7. cap. 18. n.
11. & 12. c. 5. & de Relig. tom. 1. lib. 1. de divin.

cult. cap. 13. Sairo *in clav. Reg. lib. 3. cap.11.n.11.* Rebell. *de obligat. juſt. p. 1. lib. 1. q. 5. n.* 2. declarando prædicta procedere, quando conſuetudo eſt contra jus; ſi enim fuerit præter legem, etiam ſecundum jus Canonicum per decennium dicetur conſuetudo præſcripta Soar. *d. c.* 18.*n.* 12. Cevall. *commun. contra commun. q.*357.*n.*10.& poſt alios Ang. Barb *in d.c.fin. de conſuet. n.* 14.

104 Quot antem actus legi contrarii requirantur ad inducendam conſuetudinem contra legem, nt abrogata cenſeatur? Dubinm eſt. Et vere ſaltem duos actus deſiderari docet Menoch. *conſ.*906.*n.* 47.Maſcard. *concl.* 424.*n.*14.& 15. Surd.*de aliment.tit.4.q.*16.*n.*26. Garc *de expenſ.c.9.n.*44. Soar. *de legib.lib.* 7. *c.* 11.*n.*2. Valaſc. *conſult.* 95. *n.* 11. Thuſc. *litt. C. concl.*795. *n.*10. idem Menoch. *de abitr. caſu* 81. *n.* 2.Cevall.*q.*357.*n.*1.Anguſt. Barboſ. *in d.c. fin.de conſuet.n.*16.qui plures landat; & Flor. de Mena *lib.* 1.*var.q.*1.*n.*61. Non enim ſufficit unus actus, neque plures eodem die, qnia habent vicem nnius Creſp. *de obſervat.*63.*n.*17. niſi unus actus fuerit continuatus per decem annos; tunc enim virtualiter eſt multuplex: notat Sairo *in clav Reg. lib.* 3. *c.* 11. *n.*8.
105 *verſ. ſecundo requiritur.* Molin.*de primog.lib.*2.*c.*6.*n.* 26. Creſp. *obſervat.*63.*n.*18.*in fin. per tex.in c. cum de Beneficio de præb.lib.*6.Sequitur Barb *in d.c.fin.de conſuet. n.*16.*in fin.* Aliquando autem duo actus non ſufficiunt, ſed plures erant neceſſarii attenta perſonarum qualitate, & actuum, junctis eorum circunſtantiis, quas Judicis religioni, & arbitrio comittunt Bart.*in repet.L.de quibus n.*11.ibi *Dico ergo, quod ad minus duo actus requiruntur: & plures quandoque ex qualitate actuum*; & dixit Bald. *in d.L.de quibus n.*41. quod de numero actuũ nõ poteſt dari certa regula Menoch.*de arbitr.caſu* 81.*n.*4.Monet.*in tract.de optione Canonic.c.*2.*q.*2.*d.n.*35.Aug. Barb.*in d.c.fin.de con-*
106 *ſuet.n.*16.Creſp. *d.obſervat.*6.3.*n.*17. Notabis tamen, qnod actus debent eſſe conformes ſi enim in eis aliqua deformitas,& variatio reperiatur,nullo modo conſuetudo dici poteſt introducta *l. ſemper in ſtipulationibus* 34. *ff.de reg. juris* ibi: *Quid ergo ſi neq; regionis mos appareat, quia varius fuit,* Bart. *in l.*2.*n.*2. 2.*ff. ſolut. Matrim.*Aym.*conſ.*69.*n.*5.Grat.*diſcept forenſ.c.*679. *n.*12.& *c.*561.*n.*26.Surd.*d.*66. *n.*9.& *conſ.*476. *n.*11. Larrea *allegat.*50.*n.*30. Cancer. *lib.* 3.*var. c.*1.*n.*24. Mareſ.*l.*1.*c.*13.*n.*15.Creſp.*obſervat.*63.*n.*36.Conſue-
107 tudo namque ratione contrarietatis actuum, & diſcrepantiæ redditur impræſcriptibilis ſecundum Bald. *in L.de quibus n.*12.& 36.*ff.de legib.*Papinian. *in L.nemo* 123.§.1.*ff.de reg. jur.* ibi: *Temporaria permutatio jus Provinciæ non mutat*: & ibi Gotifred. *litt.G.*ſcribit, momentanea Imperium non habent in ea, quæ juris ſunt: & ideo conſuetudo duobus, aut tribus judicii contrariis non evertitur Creſp.*d.obſervat.*63.*n.* 36. quando enim conſuetudo habet contra alteram, nulla prævalet, ſed ad jus commune redeundum eſt Bart. *in d.L.*2.*in princ. n.* 22. *ff. ſolut. Matrim.* niſi poſtetior ſit præſcripta, quia tunc hæc prævalere debet, additio ad Bart. *in d. L.* 2. *n.* 22. *verſ. tunc. reddimus DD. in c. fin. de conſuet.* & cun aliis Larrea *alleg.*5.*n.* 24. Ubi habet; quod obſervantia, & ſtylus poſterior derogat priorem: ut tenent *DD. in c. fin. de conſuet.*Boer. *deciſ.* 264.*n.*8.Roman *ſingul.* 43.Larea *allegal.*5.*n.*24.

108 Porro ſciendum eſt, quod lex noluiſſe cenſetur, quod non expreſſit, quia ſi voluiſſet, expreſſiſſet. *L. item apud Labeonem* §. *ait Prætor verſ. ea enim*, *ff. de injur L.ſi ſervum* §. *Prætor ait. verſ.non dixit Prætor ff. de adquir. hæredit. L. illam, C. de collat. c.ad audientiam de decim.* Phæb. 1. *p. deciſ.* 71. *n.* 20. Valenz. *conſ.* 93.*n.*25. Solorz. *de jure Indiar tom.*2. *c.* 21.*n.*31.&32.*c.illa ne Sede vacante* ibi: *Cum nuſquam reperiatur cautum in jure: cap. is qui de ſent. excommun. in* 6. Unde dixit Bald. *in c.nihil eſt n.*25. *in fin.de elect.* quod ea, quæ in lege non caventur, in practica non habentur Rodulph. *qq.lib.*2.*quæſt.*42. *n.* 38. & 39. Aug. Barb. *axiom.*136. *n.* 11. quia ubi verba legis deficiunt, ipſam quoque deficere certum eſt, *L. ita autem* ubi Bart. *ff. de adminiſtr. tutor.* Tiraq.*in L.ſi unquam verb.libertis n.*2. Cæphal. *conſ.* 87. *n.* 1. Cravet. *conſ.* 10. *n.* 7. Roland. *de lucr. dot.q.*34. Giurb.*de ſucceſſ.feud.prælud.*3.*n.* 39.

Sed quia ratio regit diſpoſitionem, & quod ipſa 109
exigit, diſpoſitum cenſetur, licet verba deficiant *L. credendum*, *ff.qui petant tutor.L.ſi mater* 2.§. *ſi mater ff.ad Senatus Conſult. Tertyllian. L.ſed. ſciendum ff. de parricid. L.ſi quis adulterium* §. 1. *ff. ad leg. Jul. de adult.* Valenz *conſ.* 68. Salgad. *de protect.* 1. *p.c.*11.*n.* 26. Giurb. *ad conſuet. Meſſana c.*6.*gloſſ.*1. *n.* 12. & *c.*9.*gloſſ.*1.*n.*2. Solorz. *d. lib.*2.*c.*21. *n.* 10. Si ratio fuerit deſcripta in lege, ipſius legis anima eſt cenſenda, verba autem corpus, & ſurperficies Bald. *in L.ſi quis ſervo n.*7.*C.de furt.*Bened. Ægid. *in L.* 1. *p.*1. §.5. *n.* 5.*C. de ſacroſ. Eccleſ.* late Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa p.* 1. *n.* 133. & *ſeqq.* Solorz. *d. lib.* 2. *c.* 21. *n.* 39. Surd. *deciſ.* 43. *n.* 9. Semper lex comprehendere debet caſum eandem rationem habentem
Valaſc.*conſult.*185.*n.* 6. Auguſt. Barboſ. *voto* 19. *n.* 110
29, quoniam caſus, quos nectit paritas æquitatis, & identitas rationis non ſunt ſeparandi quoad juris diſpoſitionem *L. illud juxta* Summarium Oldrad. *ff. ad leg. Aquil.* Solorz. *d. tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 7. *n.*17. Salg. *de retent.Bullar.*2.*p.cap.*31.*n.*26.&27. Auguſt. Barboſ. *voto* 15. *n.*28. Joann. Hering. *de molend.q.*1.*n.*
23. Et quidem ratio legis magis attenditur, quam 111
diſpoſitio, & præfertur verbis: *c. ſolita de majori.& obed. L. cum pater* §. *dulciſſimis ff. de legat.*2. Surd. *deciſ.* 19.*n.*1. Larrea *deciſ.* 7. *n.* 23. *in fin.* Cancer. *lib.*1.*var.c.* 8.*n.*13. Solorz.*d.lib.*2.*c.*21.*n.*39. Tiraq. *de ceſſante cauſa p.* 1. *n.* 135. Giurb. *ad conſuetud.*
Meſſan in proœm. n. 4. Unde quando ratio in aliqua 112
lege generalis eſt, & amplior dicto, vel diſpoſitio ſpecialiter ritè, & recte extenditur diſpoſitio ad omnes caſus, in qnibus militat illa generalis ratio *L. regula* §.1. ubi Bart. *ff. de juris*, & *facti ignorant.* Cancer. *d. c.* 8. *n.* 13. Aug. Barb. *voto* 15. *n.* 30. Ramon. *conſ.* 3. *n.* 67. Et hæc reſolutio procedit etiam in materia ſtricta, & correctoria, in qua omnes caſus comprehenduntur eandem rationem habentes; ita nt non dicatur fieri extenſio, ſed comprehenſio Cancer *d.lib.*1.*c.*8.*n.*14.

Prout è converſo leges generales reſtringuntur ad 113
limites rationis, Tiraq.*de ceſſante cauſa* 1. *p. n.* 145. Quod idem dicendum eſt, ſi nulla in lege ratio invenitur expreſſa, & una tantum reddi poteſt: qnia tunc diſpoſitio reſtringitur ad limites rationis ſubintellectæ, quæ dicitur finalis juxta ſententiam *gloſſ. in. L.quamvis C. de fideicommiſſ.* Jaſ.*in* §. *omnium n.* 38. *Inſtit. de action.* Gama *deciſ.* 14.*n.*6. Molin. *de*
primogen. lib. 1.*c.*5. *n.* 9. Immo qnamvis verba legis 114
ſint generalia ſeu univerſalia, reſtringi, & intelligi debent juxta ſubjectam materiam: ut ſcribunt Alex. 35. *col.* 5. *verſ. circa tertium lib.*4. Dec. *in L.* 4. *n.* 4. *C. de teſtam. milit.* Bened. Ægid. *in L.* 1. *in initio* 1. *p. n.* 13. *verſ. neque Bartolus C. de ſacroſ. Eccleſi.* Surd. *conſ.* 131. *n.* 24. & 26. late Giurb. *ad ſtatuta Meſſan. c.* 1. *gloſſ.* 2. *n.*8. Advertendo quod legis reſtrictio tunc admittenda venit, quando illius verba adeo ſunt generalia, ut comprehendat plus, quam id, quod menti, & rationi legiſlatoris non adæquatur *gloſſ. in Auth. ut ſine prohibitione* Abb. *in c. quia in inſultos de regular. c. poſt tranſlationem de renuntiat.* Tiraq.*de ceſſant. cauſ.* 1. *p. n.* 144. Larrea *alleg.* 18. *n.* 21.

Item lex nova futura negotia reſpicit, non præte- 115
rita *n.*3.*L.leges* 7.*ff.de legib.* Concil. Trident *ſeſſion.*
27.

27.cap.12.18.& 20.Anton.Gom.in L.1. Tauri nu. 2.
Gratian. c.45.n.15.Tiraq.de Primog.q.43.n.17. & de
retract.lignagier,in præfat.n.18.Reynoſ.obſervat.23.
n.3.Covarr.lib.3.var.c.13.n.4.Donel.lib.1. comment.
c.5.ubi Uſuald.litt.F.Larrea deciſ.11.n.14.& 15. Ca-
rol.Tapia deciſ.10.n.30. Auguſt. Barboſ. qui plures
laudat in c. cognoſcentes de conſtit.n. 1. & 2. Bened.
Pinel.ſelect.lib.1.c.29. Immo talis lex nova non com-
prehendit negotia pendentia, neque inchoata, niſi
Legiſlator id expreſſe declaraverit L.leges C. de le-
gib.L.fin.C.de veteri jure enucleando L.fin.C.de ſacro-
ſanct. Eccleſ.L.hac conſultiſſima C.de teſtam. Magon.
deciſ.Lucenſi 88.n.3.Mench. de ſucceſſ. creat.§ 18. &
29.n.280.Solorz.2.tom.lib.3.c.9.n.51.& 52.Accurt.
per text. ibi in Auth.ut cum de appellatione cognoſci-
tur verb. referente in princ.

116 Limitabis tamen prædicta in lege nova quæ deci-
dit caſum dubium; in quo erat opinionum contra-
rietas: quia tunc comprehendit negotia præterita, &
caſus præcedentes, atque pendentea ante publicatio-
nem Reynoſ. obſervat. 23. n. 3. & 4. Molin. de Pri-
mog. lib. 3. c. 6. à n. 23. Carol. Tapia deciſ. 10. n.
32. Burg.de Paz. in L. 3. Tauri n. 37. Alex. conſ.7.
n.4.lib.2.etiamſi Princeps utatur verbo declarativo;
ſeu ſimpliciter diſponat. Menoch. de arbitr. caſu. 185.
num.26.Solorz.d.lib.2.c. 6. num. 85. Lex enim juris
communis declaratoria caſus antiquos comprehendit:
ut præter citatos ſcribunt Cald.de poteſt eligendi cap.
11. n.30. Farinac. in fragment p. 2. lit. L. nu. 51. &
& ſeqq. Maſcard de ſtatu concluſ. 13.n.41.Thuſc.litt.
l. concluſ. 264. num. 45. & concluſ. 265. n. 4. Au-
guſt. Barboſ. in cap. cognoſcentes num. 3. de conſtit.
Mench. illuſtr. lib. 1. c. 44. idem Barb. axiom. 136.
num. 24.

117 Præterea lex nova comprehendit caſum antiquum,
ſi pro ejus perfectione, aut validitate requirit per-
fectionem de futuro Felin. in c. fin. n. 11. de conſtit.
Gama deciſ.260.n.3.4.& 5. gloſſ. in Clemens.2. verb.
in poſterum de atat. & qualit. Morla in emporio juris,
1. p. tit. 1. de legib. q. 6. nu. verſ. tertius caſus Gabr.
Pereyr. deciſ. Lucenſi 88. nu. 12. & 13. Hieronym.
Gabr. conſ.42. vol. 2. Honded. conſ.16.n. 19.& ſeqq.
vol. 1.

118 Non tamen prædicta lex comprehendit præterita
jam deciſa per ſententiam, tranſactionem, quieta-
tionem, & ſimilia: quamvis in eadem lege expreſ-
ſe, & nominatim fiat mentio de præteritis L. cauſas
C. de tranſaction.Bart.in L. omnes populi n. 41. verſ.
diſtingue, ff. de juſt. & jure. ubi Crot. n.137.Felin.in
c.fin.n.3.verſ.hanc fallentiam de conſtit. ubi Abb. n.
9. Alex.conſ.197. n. 4. verſ. ſecundo reſpondeo lib.6.
Alderan Maſcard. de gener. ſtatus, interpret. concl.
13. n. 16. & ſeqq. Thuſc. litt. L. concluſ. 264. num.
63.& ſeqq. & concluſ. 265. nu. 13. & ſeqq. poſt alios
Auguſt. Barboſ. axiom.136.n.23.& in c.cognoſcentes
n. 2. in fin.

119 Deinde prædicta lex nova non comprehendit ne-
gotia deciſa in prima inſtantia, quando lex lata fuit
pendente appellatione: quamvis lex declaret velle
comprehendere cauſas pendentes, non intelligitur
loqui de pendentibus per appellationem: ut tradunt
commun. DD.& notat Cæphal.conſ.161.n.16.lib.5. &
fuit de mente Angel. in Auth.in medio litis §. ſuper.
hoc verſ. nota diligenter Decius in c. quoniam 13. de
conſtit. n. 37. Creſp. de Valdaura obſervat. 59.n. 22.
Ex ea ratione, quia Judex appellationis ſuccedit in lo-
cum primi; & tenetur judicare ſecundum jus quod
120 vigebat in prima inſtantia, non ſecumdum legem, quæ
poſtea emanavit: ut probat Juſtinian. in Auth. ut
cum de appellatione cognoſcitur Novell. 115. Bart. in
d. L. omnes populi q. 5. princ. n. 40. Creſp. d. obſer-
vat. 59. non enim proprie dicuntur pendere, quæ
per primam ſententiem deciſa ſunt Anguian. de le-
gib. lib. 3. controv. 4. à nu. 12. & maxime nu. 16.
Maſcard. de ſtatut. concluſ. 4. n. 22.& concluſ.13. n.
30. & ſeqq.

Lex autem nova per antiquiores declaratur L.ſed. 121
& poſteriores, ff. de legib. Gam. deciſ.242.n. 1. & de-
ciſ. 302. n. 8. Cabed. 1. p. deciſ. 111. n.6. Soarez in
proœm. legum fori fol. 5. verſ. accede ad ſecundum,
Giurb.de feud.§.gloſſ.2.n.18. Mantic.de tacit. & am-
big.lib.23.tit.34. n. 18.& 19.& lib.24.tit.4.n. 2. Ne-
que eſt novum unam legem per aliam ſuppleri, L.
non eſt novum, ff.de legib.Bart.in L.1.n. 4.ff. de offic.
Prefect. vigil. & in L. non dubium n. 10. C. de legib.
Franc. Ferrer. ſuper conſtit. de los impuberes gloſſ. 2.
n. 161. Quæ reſolutio locum ſibi vendicat, etiamſi in
lege nova appoſita ſit clauſula non obſtante; juxta
ſententiam gloſſ. in Auth. quæ ab inteſtato verb. va-
cantibus, Soarez d. proœm. legum fori fol. 5. verſ.
extende prædicta. Præſertim ſi lex nova aliquid ad-
dit, vel detrahit legi antiquæ, quia tunc recipit om-
nes interpretationes, & limitationes, quas antiquat: ut
diximus ſupra n. 39.& ultra ibi relatos tenent Roman 122
& alii, quos refert Maſtrill. deciſ. 12. nu. 4. Can-
cer. lib. 2. c. 1. n. 165. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.
4.gloſſ.7.p.3.n.44.& ſeqq. Giurba de ſucceſſ. feud.§.1.
gloſſ.2.n.15.Gutierr.lib.3.pratic.q.29.n.3. Bobad. in
ſua Politic.lib.3.c.4.n.19. circa med. Ripa in L. 2. n. 123
18.ff. de vulgari Franc.Ferrer.ſuper conſtit.de los im-
puberes gloſſ.2.nu.161. Quoniam lex nova, quæ non
in totum corrigit antiquam, ſed in aliquo caſu ſpe-
ciali, de quo loquitur in reliquis, jus commune in-
tactum, & incorrectum relinquit L. præcipimus C.
de appellation. L. ſi quando C. de inoffícioſ. teſtam.
L. ſi vero §. de viro ff. ſolut. matr. Surd.conſ.204.nu.
8. & 9. & poſt Bald. & alios Thomas Grammat.conſ.
civili 76.n.1.Caſtill.de uſuſruct.lib.1.cap.1.n.53.Sal-
gad.de retent. Bullar.2.p.c.10.n.42. Etenim lex cor- 124
rectoria ſemper interpretatur, ut minus juri commu-
ni deroget juxta doctrinam Bart. in L. omnes populi
n. 6. ff. de juſt. & jure, quem ſequuntur ibi Jaſ.num.
62. Decius conſ.314.n.5.& conſ.444. n.14. Gutierr.
practicar.lib.13.q.715.n.34.Avendañ. in L.40.Tau-
ri gloſſ.14.n. 25. in fine Ruinus conſ.90.n.4. Gratian.
forenſ.cap.406.n.13.Camunçula deciſ.53.n.9.& 10.
Anton.Amat. reſolut. 1. n. 74. & 75. Arias de Meſa
lib.2.var.cap.29.n.24. Vincent.de Franch. deciſ.71.
n.10.Franciſc. Ferrer. ſuper conſtit. de los impuberes
lib.2.n.157.Giurb.de ſucceſſ.feudor. prælud. 3. n. 39.
Ita ut caſus in lege correctoria omiſſus remaneat in
diſpoſitione juris communis, Bald. in L. ſi mater, C.
de inſtit. & ſubſtit. Gratian.c.813.n.15.Amat. reſolut.
75. n. 22. & 23. Vincent.de Franch.deciſ.71. n. 10.
Caſtill. de uſufr.lib. 1.c.1. n. 53. & ſeqq. Girond. de
privileg. n.556.& 886. Salgad.de retent.Bullar. 2.p.
c.10. n. 43.

Immo quando lex providet in certo caſu, non tan- 125
tum videtur velle, ut proviſio ceſſet in caſu omiſſo,
verum etiam in eo contrariam vendicare diſpoſitio-
nem Surd.conſ.204.n.8.& 9. Paz detenuta cap. 57.
n. 185. Riminald. conſ.808.n.13.uſque ad 22. vol. 7.
Salgad.d.c.10.n.42.Et quod magis eſt, lex nova, quæ
generaliter loquitur, non corrigit antiquam, quæ
diſponit in caſu ſpeciali juxta gloſſam communiter re-
ceptam in L. ſciendum, ff. qui ſatiſdare cogantur, ſe-
quuntur Decius conſ.301.Franciſc.Farrer.in d.conſtit.
de los impuberes gloſſ.6.n.61.Soarez in proœm. legum 126
for.n.27.Anton.Gomez in L.9.Tauri n.10. Cabed.1.
p.dec.11.n.6.Ex quo infero, quod ut lex antiqua per
novam cenſeatur correcta, requiritur, ut ſpecialis fiat
correctio: ita Jaſ. in d.L.ſciendum ff.qui ſatiſdare co-
gantur. Andr.Sicul.conſ.123.col.1.vol.4. inter conſil.
Alex.Cabed.deciſ.11.n.6.& tradit Franc.Ferrer.dict.
gloſſ.6.n.64.

Plane ceſſante ratione legis, ipſa lex ceſſare dici- 127
tur

tur per text. in L. adigere §. quamvis ff. de pact. Tiraq.
in tract. ceſſante cauſa n. 30. Queſada diverſ. quæſt. 16.
Barb. in L. 1. ff. ſolut. Matr. p. 1. à num. 87. Morla in
empor. juris tit. de legib. n. 10. Soar. de legib. lib. 6. c. 5.
Quod intelligendum eſt, ut procedat in ratione fi-
nali legis, qua ceſſante, ceſſat ipſa lex: non vero
de ratione impulſiva L. 2. §. ult. ff. de donat. L. 1.
§. ſexum ff. de poſtul. L. ſed ſi mors 13. §. fin. ff. de
donat. inter, late, & optime Tiraq. de ceſſante
cauſa limit. Arias de Meſa lib. 2. var. c. 19. nu. 10.
Gabr. Pereyr. decíſ. 118. n. 1. & 13. Sic ſimiliter cor-
recta legis ratione finali, & ipſa lex dicitur correcta
gloſſ. in L. filios ff. de donat. L. in omni ff. de optione
legata, l. plane ff. de operis libertor l. ſi duas §. penult.
128 ff. de excuſat. tutor. Medices in tract. de legib. p. 5. q.
9. n. 1. Gratian. diſcept. forenſ. c. 110. n. 5. Pereyr. dec.
118. num. 1.
Notabis etiam, quod lex, vel ſtatutum nunquam
129 extenditur ad caſum doloſum, ne alias ab ipſa conſ-
titutione præbeatur occaſio delinquendi, l. conveni-
re, ff. de pact. dotal. l. creditor. §. hujus, ff. man-
dati l. meminerint, C. unde vi, Socin. Jun. conſ. 48.
n. 52. lib. 1. Roland. conſ. 60. n. 42. l. 4. Gratian. c. 406. n.
10. Sive loquamur de dolo vero, ſive de dolo præ-
ſumpto Honded. conſ. 32. n. 127. lib. 1. quia dolus præ-
ſumptus proprius dolus eſt: ut ſcribunt Bart. in l.
quod Nerva col. 2. verſ. debetis ſcire, ff. depoſiti, Curt.
Jun. conſ. 141. n. 6. Cæphal. conſ. 143. n. 23. Surd. conſ.
49. n. 40. Gratian. d. c. 406. n. 10. Dolus namque in
quacunque diſpoſitione ſemper cenſetur exceptus l.
creditor §. Lucius, ff. mandati, l. 3. §. ſi procurator, ff.
130 quod quiſque juris, Valaſc. conſult. 26. nu. 1. & de
partit. c. 39. n. 64. Gratian. c. 278. n. 19. Cyriac. controv.
10. num. 91.
131 Unde fit, quod ſacratiſſimæ leges bona fide ſunt
obſervandæ: & ideo non valet, quod in fraudem
legis factum eſt l. hæres meus §. fin. ff. de condit. &
demonſtrat. Marſil. ſingul. 589. Surd. deciſ. 7. n. 16.
Auguſt. Barboſ. voto 19. num. 29. quoniam fraudare
legis obſervantiam ad inſtar ſacrilegii l. ſacrilegii. C.
de diverſ. reſcript. l. fin. ff. de appellat. l. fin. C. de legib.
l. diſputare C. de crim. ſacril. Bart. in l. omnes populi
n. 53. ff. de juſt. & jure, Anton. Petra de poteſt. Princ.
c. 3. q. 2. n. 4. Bald. conſ. 359. lib. 1. Larrea allegat. 5. n.
fin. Quare neque directe, neque indirecte admitti de-
132 bet, ut fraus legi fiat text. in l. quod conditionis im-
plendæ cauſa, ff. de donat. cauſa mort. Federic. de
Senis Auguſt. Barboſ. voto 19. n. 28. Porro gravius
eſt legi, quam homini fraudem facere: ut dixit Cra-
vet. conſ. 774. n. 4. 6. & 7. Et quidem fraudibus eſſe
obviandum jura proclamant, ita ut omnia via frau-
dibus claudatur, l. Sulpitius ff. de donat. inter l. ſi filiæ
ff. de divort. l. filia mea emancipata, ff. ſolut. Matrim.
133 l. cum ratio §. fraudis, ff. de jure fiſci l. in feudo, ff.
de rei vendicat. Boer. deciſ. 287. n. 8. & 9. Tiraq.
de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. n. 255. Valaſc. con-
ſult. 94. n. 15. Sarmient. lib. 1. ſelect. c. 12. nn. 10.
Phæb. 2. p. deciſ. 103. n. 6. idem Valaſc. de jure emphyt.
q. 49. n. 2. in fin. Larrea deciſ. 94. n. 12. Barb. d. voto
19. n. 27. Cabed. 1. p. deciſ. 54. n. 14. Valenz. conſ.
83. n. 110. & conſ. 116. nn. 20. & 22. At in fraudem
legis fieri dicitur, quando quis ſalvis verbis legis
ſententiam illius nititur circumvenire, L. contra le-
134 gem, l. fraus ff. de legib. Et quoties per indirectum,
& cautelam lex illuſoria redditur Surd. deciſ. 7. nu.
15. Auguſt. Barboſ. axioma 102. n. 4. Salgad. de re-
tent. Bullar. 2. p. cap. 20. num. 66. Et dum ille, qui
libere actum facere non poteſt, in fraudem legis face-
re dicitur Anton. Gomez in l. 29. Tauri n. 23. verſ.
ex quibus infertur, Barb. in l. 1. p. 6. n. 29. & 31. ff.
ſolut. Matrim. Menoch. lib. 2. præſumpt. 67. n. 10. &
ſeqq. Carleval. de judic. tit. 1. diſp. 3. n. 5. Plane qui
fraudem legi facit, ejus auxilio juvari non poteſt;
ſiquidem eam contemnit, & committit in legem L.
ſcimus 22. §. ſi vero poſtquam C. de jure deliberandi 135
l. 3. C. quod falſo tutore, l. auxilium 37. ff. de mino-
rib. l. 2. ff. de his quibus ut indignis. Federic. de Se-
nis conſ. 272. Thuſc. litt. C. concl. 964. Larrea de-
ciſ. 29. num. 3.
Pro coronide velim, notes, quod ea quæ fieri non 136
poſſunt per pactum, non valent fieri per legem, ſta-
tutum, ſeu conſuetudinem, Thuſc. litt. A concluſ.
496. & 510. n. 18. Gratian. c. 88. n. 20. & ſeqq. Afflict.
deciſ. 91. n. 9. & dec. 258. n. 2. Larrea deciſ. 11. n. 17.
Everard. in locis legalib. loco 89. Et inſuper quod
aliquando proviſio hominis facit ceſſare proviſionem
legis l. fin. in princ. ubi DD. C. de pact. conven. Gra-
tian. cap. 217. n. 10. Valenz. conſ. 83. n. 140. Solorz.
de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 8. n. 6. & lib. 4. c. 7. n. 37.
Cyriac. controv. 129. n. 29. & 30. Quod quidem in-
telligendum eſt de proviſione legis extraordinaria, 137
Gratian. d. c. 117. n. 11. Emman. Barb. in remiſſion. ad
Ordin. lib. 4. tit. 23. §. 3. n. 6. Cyriac. d. controv. 129. n.
29. Et denique notabis, quod ubi lex prohibet ali-
quid fieri, non adjiciendo pœnam contra facienti, ni-
hilominus locus erit pœnæ extraordinariæ juxta ar- 138
bitrium Judicis ex gloſſ. verb. diſtrahat in l. nemo 3.
C. de ſacroſanct. Eccleſ. Marant. 4. de Ordin. judicior.
4. p. diſtinct. 10. n. 4. diſp. 5. n. 19. Gregor. Lopez.
in l. 11. tit. 25. partis 4. gloſſ. 6. in med. Auguſt. Bar-
boſ. in collect. ad d. l. nemo n. 6. in fin. Rodulph. lib. 2. q.
37. n. 6. dum tamen Judex pœnam mortis non impo-
nat: quia regulariter in arbitrariis non licet mortis
pœnam indicere Menoch. de arbit. q. 86. n. 1. Rodulph.
d. q. 37. n. 7. Et hæc de poteſtate ferendi leges, &
ipſis legibus dixiſſe ſufficiat. Quæ fortaſſe Lector ita
breviter tractata alibi non inveniet.

CAPUT XI.

Utrum Princeps contra jus divinum naturale, ſeu gentium, leges condere poſſit? Et an ei licitum ſit contractus à ſe geſtos reſcindere, tam per legem generalem, quam per reſcriptum? Et an poſſit contractus geſtos à ſubditis, & ultimas teſtatorum voluntates tollere, vel mutare?

SUMMARIUM.

1 *Princeps tanquam inferior contra jus Divinum aliquid ſtatuere nequit: & n. 2.*
3 *Læſa Majeſtatis crimen committit ſubditus, qui evertendi leges Principis ſumit audaciam.*
4 *Princeps non poteſt condere leges contra jus naturale, ſive agatur de jure naturali primævo, ſive de jure ſecundario, ideſt, gentium: & n. 6. & 7.*
5 *Jus gentium apud omnes dicitur jus naturale, quia ratione naturali inductum.*
8 *Princeps non poteſt contractus à ſe geſtos cum ſubditis reſcindere etiam de plenitudine poteſtatis.*
9 *Contractus deſcendunt à jure gentium.*
10 *Deus Principibus ſubjecit leges, & univerſum mundum, non contractus.*
11 *Papa etiam de plenitudine poteſtatis contractus à ſe geſtos reſcindere nequit.*
12 *Princeps in contractibus utitur juri communi.*
13 *Princeps obligatur efficaciter ex contractu geſto cum ſubditis.*
14 *Contractus Principis ſemper dicitur bonæ fidei, licet aliàs eſſet juris ſtricti.*
Omnis malitia à Principe exulari debet, & cenſetur remota. Ibid.

15 *Princeps*

15 Princeps neque fallit, neque fallitur.
16 Princeps debet eſſe, ſicut polus in Cælo, & ſicut lapis angularis in terra, & habere unam linguam, unum calamum, & non plures.
17 Contractus Principis vicem legis obtinent.
18 Princeps contrahens ſcienter cenſetur leges abrogare.
19 Intellige, niſi ex contractu contra legem aliquid iniquum: vel injuſtum ſequatur.
20 Princeps ex ſuo contractu obligatur, non tam vi directiva, ſed etiam vi coactiva.
21 Frangenti fidem, non eſt ſervanda fides.
22 Si Princeps non teneretur ex contractu, nemo eo contrahere vellet.
23 Nihil tam naturale eſt, quam fidem ſervare, & ipſe Deus ſuis promiſſis ſe adſtrinxit.
24 Princeps ex contractu non tantum ſe, ſed & ſucceſſorem obligat.
25 Intellige, ut reſolutio procedant in contractibus juſtis, quia ſi iniquitatem continent, bene poteſt Princeps eos reſcindere.
26 Ex cauſa publicæ utilitatis bene poteſt Princeps contractum tollere, vel reformare.
27 Utilitas, & cauſa publica præfertur privatæ.
28 Cauſa, quæ ſupervenit, ex qua iniquitas contractus demonſtratur, ſufficit ad reformationem contractus.
29 Non ſufficit qualibet cauſa juſta ad revocandum contractum: ſed requiritur, quod juſta cauſa evidenter concernat favorem publicum.
Multa conceduntur in damnum privatorum propter publicam utilitatem. Ibid.
30 Juſta cauſa utilitatis publicæ ſuperveniens poſt contractum ſufficit, ut Princeps ab eo recedere poſſit.
Quælibet diſpoſitio ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus. Ibid.
31 In omni juramento ſemper cenſetur excepta authoritas legis tam Canonicæ, quam Civilis, ſi detur publica utilitat.
32 Juramentum ſemper intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus.
33 Quæ dicta ſunt de juſta cauſa publicæ utilitatis, intellige, ſi cauſa principaliter ſuadeat revocationem contractus: ſecus ſi in conſequentiam. Nec attenditur cauſa utilitatis patrimonii fiſci.
34 Proponitur quæſtio: An perfecto ſubhaſtatione redditum Regalium, admittatur novus licitator plus offerens.
35 Vectigalia, ſeu jura Regalia non aliter locari poſſunt, niſi in ſubhaſtationibus.
36 In ſubhaſtatione redditum Regalium ſervanda eſt forma præſcripta in l. 1. C. de fid. & jur. haſtæ fiſcal. lib. 10. qua non ſervata corruit actus.
37 Subhaſtatione non rite facta, novus admittitur licitator plus offerens.
38 Conductor, cui vectigalia fuerunt deliberata ſine ſolemnitatibus juris, vel contra decretum Principis, tenetur ad fructus etiam percipiendos.
39 Per ſubhaſtationem legitime factam contractus remanet perfectus, & non admittitur novus licitator plus offerens.
40 Fides haſtæ publicæ facilè convelli non debet.
41 Poſt ſubhaſtationem perfectam legitime redditum Regalium, non admittitur licitator plus offerens.
42 Leges loquentes de venditione procedunt etiam in locatione.
Perfecta ſubhaſtatione, emptor, vel conductor ſecurus manet. Ibid.
43 Locationes, ſeu venditiones rerum fiſcalium cenſentur celebratæ cum pacto adjectionis in diem.
44 Fiſcus, Reſpublica, & Eccleſia quoad auxilium reſtitutionis utuntur jure minoris.
45 Reſtitutio competit minori, ut poſt ſubhaſtationem perfectam admitti debeat licitator plus offerens.
46 Neque minor, neque fiſcus reſtituitur: ut poſt ſubhaſtationem perfectam admittatur licitator plus offerens, ex eo ſolum, quod major apparet, quando res fuit vendita, aut locata juſto pretio.
47 Ad reſtitutionem conſequendam læſio probari debet de tempore contractus, vel, ſubhaſtationis.
48 Non reſtituitur minor ad lucrum majoris licitatoris ſi locatio, vel venditio facta fuit in ſubhaſtatione perfecta juſto pretio, niſi de ſorde, vel gratia primæ ſubhaſtationis conſtiterit, vel de dolo adverſarii.
49 Aſſignatur verus intellectus text. in L. & in ſi ſine §. quæſitum; ff. de minoribus.
50 Reſtitutio non datur minori, vel fiſco poſt ſubhaſtationem, ſi plus offerens appareat, niſi res vendita valeret plus, quam vendita ſit.
51 Diſpoſitio text. in d. §. quæſitum, non procedit in fiſco.
52 Text. in L. Lucius 21. §. ultim. verſ. idem reſpondit ff. ad municipalem, & in L. ſi tempora, C. de fid. & jur. haſt. fiſcal. lib. 10. non loquuntur de reſtitutione, ſed de quodam fiſci privilegio.
53 An per oblationem majoris quantitatis factam à ſecundo licitatore liberetur primus? Remiſſive.
54 Privilegium conceſſum per viam contractus non debet, nec poteſt per Principem revocari.
55 Privilegium conceſſum ob benemerita tranſit in vim contractus.
Item: ſi conceditur ex juſta cauſa, vel ob factum commenſuratum, impletum, aut implendum ab eo, cui conceditur. Ibid.
56 Privilegium per viam contractus non derogatur per generalem revocationem.
57 Privilegium adeptum mediante pecunia, vel ob benemerita ſit irrevocabile quatenus pecunia, vel merita æquivalent conceſſioni. At in exceſſu dicitur eſſe gratuitum, & non tranſit in contractum.
58 Privilegia omnia contra jus, vel utilitatem publicam revocari poſſunt.
59 Ad revocationem prædictam ſufficit lex generalis revocatoria; quamvis privilegiorum non fiat mentio.
60 Privilegium eo uſque ſervandum, quo nocivum eſſe Reipublicæ apparuerit, non amplius.
61 Princeps de poteſtate ordinaria non poteſt tollere contractus neque ultimas teſtatorum diſpoſitiones: & n. 62.
63 Dominia rerum reſultantia ex contractibus, & ultimis voluntatibus à jure gentium proveniunt.
64 In illa quæſtione: An Princeps de plenitudine poteſtatis poſſit tollere contractus, vel ultimas voluntates? Duæ ſunt opiniones contrariæ. Prima tenet, quod non. Secunda affirmat. Et referuntur DD. eas tenentes.
Affirmativa reprobatur communiter: n. 65. Reſolve: ut n. 66.
Teſtamenti inventio eſt de jure gentium; ſolennitates vero de jure Civili: ut n. 44.
66 Interveniente publica, & juſta cauſa bene poteſt Princeps contractus, & ultimas voluntates mutare, ac modificare in præjudicium ſucceſſorum.
67 Ut Princeps poſſit tertium rebus ſuis, & dominio privare, non ſufficit qualibet utilitas publica, ſed requiritur quod publica utilitas ſequi non poſſit, niſi dominium tertio auferatur.
68 Neceſſitas qualibet non ſufficit, ut Princeps nullo dato bono cambio poſſit rem à tertio auferre: ſed debet eſſe talis, & urgens: ut ſi ei non occurratur timeri poſſit periculum in Regni ſtatu.

69 Ne-

69 *Neceſſitas facit licitum, quod aliàs erat illicitum.*

70 *Neceſſitas publica urgens dicitur, non quæ vergit ad ultimam miſeriam, ſed ſufficit, quod periculum immineat, & urgeat.*

71 *Ex cauſis publicæ utilitatis, vel neceſſitatis, de quibus ſupra, poteſt Princeps majoratuum inſtitutiones alterare, & mutare in præjudicium vocatorum.*

72 D. Joann. de Caſtill. *excitat quæſtionem: An ſufficiat in terminis propoſiti; quod interveniat cauſa publica utilitatis, vel neceſſitatis, cui alio modo occurri poteſt. Et ait nullum ex DD. eam tetigiſſe.*

Exiſtimat ſufficere, quod interveniat cauſa publica utilitatis, vel neceſſitatis, licet alio modo ei conſuli poſſit. Ibid. *Sed reprobatur n. 73. & ſeqq.*

74 *Succeſſor majoratus interim dum vivit, dominus eſt pleno jure.*

75 *Succeſſio majoratus non poteſt eſſe in pendenti, neque per momentum, ſed actu veloci tranſit in legitimum ſucceſſorem.*

Dominia rerum non poſſunt eſſe in ſuſpenſo. Ibid.

76 *Spes incerta non dicitur eſſe in bonis, eſt res fallaciſſima, ſomnium vigilantis, & deſiderium.*

77 *Spes certa, & infallibilis eſt in bonis, & in commercio: poteſt in contractu deduci, donari & vendi.*

78 *Remedium* L. 2. C. de reſcind. vend. *procedit in venditione ſpei certæ, & infallibilis.*

Princeps non poteſt ſine publica, & juſta cauſa privare ſubſtitutum ſpe ſuccedendi in majoratu. Ib.

79 *Agitur de intellectu* Ordinat. lib. 4. tit. 100. §. 5. 6. & 7. L. 7. tit. 7. lib. 5. Recop.

80 *Agitur de quæſtione: An diſpoſitio prædicta Ordinationis habeat locum non ſolum quando duo vel plures majoratus conjunguntur per viam matrimonii? Vel etiam quando conjunguntur in eadem perſona per viam ſucceſſionis? Et fundatur opinio affirmativa: ſed negativa verior: ut n. 81.*

82 *Proponitur quæſtio: An Princeps poſſit Primogenito auferre jus ſuccedendi in majoratu, & in ſecundo genitum transferre, ſi Primogenitus ex Magnatibus Regni uxorem duxit ex ſanguine Hebræorum. Quam author reſolvit affirmative n. ſeqq.*

Reipublicæ intereſt, ut Illuſtres familiæ conſerventur. Ibid.

83 *Ex illuſtribus, & Magnatum familiis recipit Monarchia firmamentum.*

Regis honor augetur per dignitatem ſubditorum. Ib.

84 *Civitas dicitur magis beata, quæ majoribus dignitatibus fulcitur ad condecorandos cives.*

85 *Contra bonum Reipublicæ, & ejus authoritatem cenſetur puros, & immaculatos commiſceri.*

Macula ſemel contracta manet in genere indelebilis, & inficit omnes provenientes à radice infecta. Ibid. *Et alia plura.*

86 *Per matrimonium cum maculato, vel maculata denigratur tota familia ejus qui eſt ſanguine clarus, & purus.*

87 *Macula ſanguinis Nobilitatem perimit, & licite, ac impunè ſpernitur.*

88 *Illud cenſetur diſpoſitum, quod veriſimilius eſt teſtatorem diſpoſuiſſe, ſi de eo interrogaretur.*

Macula ſanguinis immutabilis eſt, perpetuaque, poſtquam genus coinquinavit. Ibid.

89 *Bona majoratus nullo pacto poſſunt alienari.*

Proponitur quæſtio: An Princeps concedere poſſit licentiam alienandi bona majoratus. Ibid.

90 *Princeps ſine cauſa concedere non poteſt facultatem ad alienanda bona majoratus.*

Secus interveniente juſta, & publica cauſa; vel quæ concernat majoratus utilitatem. Ibid.

91 *Poteſt Princeps concedere facultatem, ut bona majoratus cenſui ſupponantur ex cauſa publica utilitatis; vel etiam utilitatis ipſius majoratus pro bonis reficiendis.*

92 *Poſſeſſor majoratus non tenetur de fructibus magnas facere expenſas.*

93 *Bona majoratus poſſunt alienari pro ſolvendo ære alieno inſtitutoris.*

94 *Pro cauſa dotis, vel donationis propter nuptias deſcendentium inſtitutoris fideicommiſſi bona poſſunt alienari.*

95 *Non ſolum quando alienandi prohibitio tacita intervenit, ſed etiam ſi expreſſa.*

96 *Tam pro matrimonio carnali poſſunt alienari bona fideicommiſſi, quam pro ſpirituali.*

Amplia, ut poſſint alienari pro conſtitutione dotis, & pro reſtitutione illius. Ibid.

97 *Intellige: ſi conſtat de vera numeratione dotis; quia confeſſio de recepta dote non præjudicat fideicommiſſario niſi in caſibus, in quibus probat contra creditores.*

98 *Limita: ut procedat concluſio tantum reſpectu deſcendentium ab inſtitutore fideicommiſſi; non reſpectu tranſverſalium.*

99 *Secundo limita: ut poſſit fieri alienatio fideicommiſſi ex cauſa dotis; quando alia non extant bona.*

100 *Tertio limita: ut non poſſint alienari bona fideicommiſſi, ſi ex fructibus dos conſtitui, aut reſtitui poteſt.*

101 *Quid in bonis majoratus: An poſſint alienari ex cauſa dotis; Diſtinguit* Molina.

102 *Referuntur DD. contrariam opinionem tenentes: Sed approbatur communis diſtinctio, de qua n. 81.*

103 *Bona majoratus poſſunt obligari à poſſeſſore pro reſtitutione dotis cum Regia facultate, dummodo majoratus bona non alienentur. Quod maxime procedit inter Magnates ex rationibus de quibus ibi.*

104 *Conceſſa facultate à Principe ad alienanda bona majoratus, ut expreſſe aliquid fiat, emptor ſolvendo pretium ſecurus manet; quamvis id factum non ſit.*

105 *Si facultas ad alienanda, vel obliganda bona majoratus fuit obtenta per obreptionem, vel ſubreptionem, alienatio nulla eſt.*

Et quæ requirantur ad validitatem facultatis? Remiſſive. Ibid.

106 *In impetratione harum facultatum ad alienanda, vel obliganda bona majoratus fraudes committi ſolent. Et quia ſunt odioſæ non ſunt facile concedendæ.*

107 *Princeps non poteſt revocare privilegium conceſſum non ſubdito; neque conceſſum Eccleſiæ: ut n. 109.*

109 *Privilegium Regi conceſſum per Summum Pontificem non cenſetur Pontifex derogare; niſi id expreſſerit.*

NOn poteſt Princeps contra jus Divinum aliquid ſtatuere; injurius enim erit in Deum, qui illud tollere velit; cum inferior violare nequeat jura ſuperioris. *Clement. Romani in princ. de elect. cap. cum inferior ubi gloſſ. verb. ligare de majorit. & obed.* Surd. *conſ.* 58. *num.* 6. Azeved. *in L.* 2. *tit.* 14. *lib.* 4. *Recopilat. num.* 56. Cravet. *conſ.* 238. *n.* 5. Cardoſ. *in praxi verb. lex num.* 9. Mench. *illuſtr. c.* 25. *n.* 10. *& ſeqq.* Auguſt. Barb. *in d. c. cum inferior n.* 3. Unde cum Reges ſint omnino inferiores Divino Numini juxta illud: *Per me Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt:* nullo modo poſſunt jus Divinum tollere, aut minuere: qui enim alterius leges corrigit, aut illas iniquitatis accuſat, aut

ſe ſapientiorem facit: quod de Principe circa leges
divinas aſſerere, vel inſaniæ vel ignorantiæ ſupinæ,
aut ſuperbiæ vitium eſt. Debet igitur Princeps Divi-
nas colere, & ſervare leges, non adverſus eas ſtatuere;
ne Dei Optimi Maximi indignationem ſentiat: ut eve-
nit Achab, qui Nabotho vineam eripuit contra dupli-
cem legem Divinam: ſiquidem prohibitum erat *Nu-
mer. c. ult.* agros de Tribu in Tribum transferre: &
neſas erat poſſeſſionem alicui ſine cauſa eripere: ſed
Achab contra legem tumidus invehens delicti pœnas
luit. Et quidem læſæ Majeſtatis pœnam incurrit
quicunque ſubditus, qui evertendi leges Principis,
3 ſumit audaciam juxta illud Imperatoris apud Gun-
ther. *lib.* 8.

—— Non me regnante licebit.
Has cuique noſtras impune laceſſere leges,
At ſiquis tumidus præſumpſerit obvius ire,
Supplicium præſens, manifeſtaque pœna docebit
Non magis invictum bello, quam legibus eſſe.

4 Deinde non poteſt Princeps contra jus naturale le-
ges condere; ſive agatur de jure naturali primævo,
quod omnibus animantibus commune eſt, de quo *in
L.* 1. §. *hujus ſtudii ff. de orig. juris* §. *jus autem na-
turale Inſtit. de jure natur. gent. & civili:* ſive de
jure naturali ſecundario, id eſt de jure gentium, quod
ſolis hominibus convenit. Et illud dicitur, quod na-
turalis ratio inter homines conſtituit: & apud omnes
peræque cuſtoditur *L.* 9. *ff. de orig. juris* eleganter
Soarez *de legib. lib.* 2. *c.* 17. *n.* 3. §. *jus gentium Inſ-
tit. de jure natur.* Quod idem eſſe cum jure naturali
5 probat Donel. *lib.* 1. *commens. c.* 6. Greg. Lop. *in
L.* 31. *tit.* 18. *partit.* 3. *gloſſ.* 1. ibi: *Ius gentium apud
omnes generaliter dicitur jus naturale, quia natura-
li ratione inductum L. omnes C. ſi contra jus, vel uti-
lit. public.* Larrea *allegat.* 115. *num.* 6. latè deſendit
Mendoça *de pactis cap.* 1. *n.* 4. & poſt longam diſpu-
6 tationem Bened. Ægid. *in L. hoc jure ff. de juſt. &
jure* 1. *p. c.* 1. n. 6. *verſ. ſed hac de re* Valaſc. *de jure
emphyt. q.* 3. *n.* 1. Cumque prædictum jus tanquam
recta ratio, & fundamentum virtutum immutabile ſit
§. *naturalia Inſt. de jure naturali L. eas* 8. *ff. de ca-
pite minut.* D. Thomas 1. 2. *q.* 54. *art.* 4. Covarr. *in
reg. peccatum p.* 2. *c.* 6. §. 9. *nu.* 3. Soarez *de legib.
7 lib.* 2. *c.* 14. *n.* 5. Sanches *de matr. lib.* 8. *diſput.* 6.
n. 4. Barſil Ponce *eod. tract. lib.* 8. *cap.* 2. *n.* 4. Caſ-
tro Palao 1. *p. tract.* 3. *diſp.* 6, *punct.* 2. *n.* 5. Quid-
quid fit contra illud, utique vitioſum eſt, & con-
tra rectam rationem: & ideo naturale jus tollere non
licet, neque quod naturalem æquitatem ſapit, im-
mutare, Cravet. *de antiquit. tempor.* 1. *p. princ. nu.*
45. Menoch. *de arbitr. q.* 7. *num.* 71. Covarr. *lib.* 3.
var. c. 1. *n.* 8. Curt. Jun. *conſ.* 138. *n.* 5. Quando enim
unum contrariorum eſt bonum, aliud cenſetur eſſe
malum *c. Hoſpitalium* 12. *diſtinct.*

8 Ex quo ſequitur, quod Princeps non poteſt con-
tractus à ſe geſtos cum ſubditis reſcindere, neque
de plenitudine poteſtatis: docent Canoniſtæ *in c.* 1.
de probat. Bald. *in c.* 1. §. *ad hac de pac. juram fir-
mand. in uſib. feudor.* Socin. Jun. *conſ.* 86. *nu.* 14.
vol. 4. Caſtald. *de Imper. q.* 111. *verſ. octuageſimo pri-
mo*, Larrea *allegat.* 3. *n.* 8. Roland. à Valle *conſ.* 1.
n. 28. *vol.* 2. Valenz. *conſ.* 2. *n.* 70. Cæphal. *conſ.* 549. *n.*
46. *vol.* 4. Auguſt. Barboſ. *clanſ.* 41. *n.* 26. Rodulph.
de abſolut. Princip. poteſt. c. 6. *n.* 170. Arniſ. *de jure
Majeſt. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 12. Ex eo, quod contractus
9 à jure gentium deſcendunt *L. ex hoc jure ff. de juſt.
& jure*, ubi Bened. Ægid. 1. *p. c.* 10. *nu.* 2. & quia
de jure naturali eſt fidem ſervare *L.* 1. *ff. de pact. L.*
1. *ff. de conſtit. pecun. L. exemplo* 11. *ff. de actionib.
empt.* ſcribunt Bart. *in L. ſi id quod ff. de condict. in-
debiti*, Larrea *allegat.* 119. *n.* 24. Valenz. *conſ.* 2.
n. 54. Magiſter Marques *in Gubernat. Chriſt lib.* 2.
cap. 23. §. 2. Unde dicitur, quod licet Deus Prin-
cipibus ſubjecerit leges; immo, & univerſum mun- 10
dum, dixit Iſern. *in uſib. feudor.* Roland. *conſ.* 66.
n. 33. *& ſeqq. vol.* 2. Petra *de poteſt. Princip. c.* 32.
nu. 145. Tamen non illis ſubjecit contractus Jaſ. *in
L.* 1. *in princ. n.* 22. *&* 23. *ff. d. condict. cauſa data*
Zazius *in L.* 2. §. *eodem tempore n.* 21. *ff. de orig. ju-
ris*, Mench. *illuſtr. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 1. Carol. Tapia *in
L. fin. p.* 2. *cap.* 9. *n.* 5. *ff. de conſtit. Princip.* Gram-
mat. *deciſ.* 65. *n.* 27. Gratian. *c.* 891. *nu.* 12. Paul.
de Caſtr. *in L. digna vox C. de legib.* Larrea *allegat.* 11
3. *n.* 3. Valenz. *conſ.* 2. *n.* 65. Arniſæus *de jure Ma-
jeſt. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 12. Valaſc. *conſult.* 120. *n.* 10.
Gabr. Pereyr. *deciſ.* 120. à *n.* 3. Quod idem proce-
dit in Romano Pontifice, qui etiam de plenitudine
poteſtatis contractus à ſe geſtos reſcindere nequit
Jaſ. *conſ.* 86. n. 9. *vol.* 3. Grammat. *deciſ.* 65. *n.* 27.
Burſat. *conſ.* 160. *n.* 66. *vol.* 2. Larrea *allegat.* 119.
n. 8. omnino videndus Rodulph. *de abſol. Princip.
poteſt. c.* 6. *n.* 175. *&* 176. Nec mirum, quia Prin-
ceps in contractibus utitur jure communi Felin. *in
c.* 1. *de probat. col.* 4. poſt alios Valaſc. *conſult.* 120. 12
n. 7. Phæbus 1. *p.* 3. *arreſt.* 46. Larrea *allegat.* 119.
n. 7. Valenz. *conſ.* 2. à *n.* 51. *cum ſeqq.* Cyriac. *con-
trov.* 13. *n.* 66. Giurb. *de ſucceſſ. feud.* §. 1. *gloſſ.* 3.
n. 26. Capyc. Latro *deciſ.* 188. *nu.* 5. *&* 8. Immo
contrahens habetur, ut quilibet privatus Valaſc.
conſult. 132. *n.* 6. *& conſult.* 120. *n.* 7. 8. *&* 9. Phæb.
2. *p. deciſ.* 113. Larrea *d. allegat.* 119. *n.* 7. Capyc.
Latro *deciſ.* 188. *n.* 8. Aug. Barb. *clauſ.* 41. *nu.* 28.
Rodulph. *d. c.* 6. *n.* 171. Ideoque Princeps efficaci- 13
ter obligatur ex contractu geſto cum ſubdito Anton.
Gomez. 2. *tom. var. cap.* 2. *n.* 1. Valaſc. *conſult.* 120.
n. 10. Pereyr. *deciſ.* 120. à *n.* 8. Larrea *allegat.* 3. à *n.*
1. *& allegat.* 40. *n.* 5. *& allegat.* 119. *n.* 6. Carol. Tapia
dec. 10. *n.* 120. Cyriac. *contr.* 13. *n.* 66. Tondut. *de præ-
vent.* 1. *p. c.* 11. *n.* 13. Capyc. Latro *dec.* 188. *n.* 6. *&* 9.
Valenz. *conſ.* 2. *n.* 51. Barb. *d. clauſ.* 41. *n.* 26. Gratian.
c. 959. *n.* 16. Rodulph. *d. c.* 6. *n.* 173. *& ſeqq.* Proin-
deque clauſula de plenitudine poteſtatis appoſita in
contractu Principis nulla eſt, & nullum operatur ef-
fectum Joſeph. de Seſſe *deciſ.* 187. *n.* 3. Aug. Barb.
d. clauſ. 41. *n.* 27.

Plane contractus Principis ſemper dicitur bonæ 14
fidei, licet alias eſſet juris ſtricti Valaſc. *conſult.* 132.
n. 8. Paul. Pariſ. *conſ.* 22. n. 47. *&* 48. *lib.* 1. Gratian. *c.*
818. *n.* 17. *& c.* 891. *n.* 11. & fuit doctrina Bald. *in c. uni-
co* §. *ſiquis de pace Conſtantia*, Creſp. de Valdaura *ob-
ſervat.* 103. *n.* 60. *&* 61. Arniſ. *de jure Majeſt. lib.* 3. *c.*
3. *n.* 12. *in fin.* Omnis namque malitia à Principe exu-
lare debet, & cenſetur remota §. *illud in Auth. conſ-
titutio qua de dignitatibus Novell.* 81. Cravet. *de an-
tiq. tempor.* 1. *p. princ. in princ. n.* 13. Gotofred. *ad No-
vell.* 105. *c.* 2. *in fin.* Zazius *conſ.* 10. *n.* 5. *&* 6. *lib.* 2. Me-
noch. *de arbitr. q.* 7. *n.* 72. quoniam Princeps neque fal- 15
lit; neque fallitur *L. ult. C. de ponderat. auri lib.* 10.
Jacob. Bonand. *in paneg. ad Regem Franciæ in princ.*
Bald. *in c. inveſtitura n.* 3. *de nova form. fidelitat. in
uſib. feudor.* Valenz. *conſ.* 4. *n.* 121. Siquidem fidem
fallere gravibus grave eſt, gravioribus gravius; &
viris exemplaribus graviſſimum: & ſic in Regibus, &
Principibus pluſquam grave erit: ut notanter dixit
Roland à Valle *conſ.* 1. *n.* 34. *lib.* 2. quem ſequitur
Valenz. *conſ.* 2. *n.* 259.

Debet enim Princeps eſſe ſicut polus in Cælo, & 16
ſicut lapis angularis in terra, & habere unam lin-
guam, & unum calamum, non plures, Molin. *de Pri-
mog. lib.* 4. *c.* 3. *n.* 19. & illi convenit illud verbum:
*Semel locutus eſt Deus, & qua proceſſerunt de labiis
meis non faciam irrita*, Bald. *conſ.* 371. *incipit pridie
enim lib.* 1. Roland. *conſ.* 2. 152. *& ſeqq. vol.* 1. Va-
lenz. *conſ.* 2. *n.* 60. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 226. Rodulph.
d. c. 6. *n.* 185. *&* 186.

Deinde

17 Deinde contractus Principis vicem legis obtinent
§. ſed, & quod Principi Iuſtit. de jure natur. poſt plu-
res Larrea allegat. 3. n. 7. & allegat. 119. n. 9. Be-
ned. Ægid. in d. L. ex hoc jure 2. p. c. 8. n. 21. Auguſt.
Barb. in L. donationes 26. n. 7. C. de donat. inter.
Capyc. Latro dec. 188. n. 4. Valenz. conſ. 2. n. 62.
Menoch. conſ. 1. n. 241. poſt Bart. in L. Caſar. per il-
lum text. ff. de publican. & vectigal. Gratian. c. 310.
n. 9. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 127. n. 8. Oſuald. ad
Donel. lib. 2. c. 22. litt. Z. Quod adeo verum eſt, ut
ſi Princeps contrahat contra leges, cenſeatur illas
18 abrogare, dummodo ſcienter hoc faciat, L. quidam
conſulebant ff. de re judic. L. donationes, quas Divus
C. de donat. inter, Anton. Gomez lib. 2. var. c. 1. n.
2. Sanch. de Matrim lib. 3. diſput. 4. à n. 2. Seſſe de-
ciſ. 264. n. 8. & 9. Menoch. lib. 2. præſumpt. 20. Lar-
rea allegat 23. n. 9. Mantic. de tacit. & ambig. lib.
3. tit. 10. n. 52. Quod intelligendum eſt, niſi ex con-
tractu inito contra legem aliquid iniquum, vel inju-
ſtum ſequatur; vel continens peccatum: quia tunc
nulla datur diſpenſandi facultas, c. ſuper eo de uſur. ibi.
19 Super hoc diſpenſationem aliquam poſſe fieri non vide-
mus: c. fin. de præſcript. c. non liceat. 10. diſtinct. Covarr.
lib. 3. vari. 1. n. 8. Molin. de juſt. & jure diſp. 304. n. 17.
ad fin. Gaſpar. Rodriguez de annuis redditib. lib. 3. q.
4. ex n. 103. Larrea allegat. 23. n. 42.
20 Ex quibus bene concluditur, Principem ex ſuo
contractu recte obligari non tantum vi directiva; ut
voluerunt Petr. Greg. de Republ. lib. 8. cap. 8. Mench.
illuſtr. lib. 1. c. 3. Gregor. Lopez Madera animadverſ.
juriſ. c. 8. & alii, cum quibus Larrea allegat. 42. n.
20. Sed etiam vi coactiva, ut tradunt Azor. lib. 5. p.
1. c. 11. q. 1. Salas de legib. diſp. 14. ſect. 2. n. 27. Bonacin.
de legib. diſp. 1. q. 1. punct. 6. n. 14. Reginald. & Baldell.
quos refert, & ſequitur Salzed. de lege Polit. lib. 1. c.
7. n. 10. Et probat in terminis Valenz. conſ. 2. n. 61.
& 62. Ubi docet, quod cum Princeps uti privatus
habeatur in contractu, ita, ut quilibet privatus,
vi coactiva compelli poteſt; & quod hoc reſpectu
21 habet locum in Principe regula text. in L. ſicut
ab initio C. de action. & obligat. refert Laurent.
Calcan. conſ. 65. n. 9. Et quidem, ſi Princeps non te-
neretur ad obſervantiam contractus, utique ex ad-
verſo poſſet etiam non obſervari: quia frangenti fidem
fides ſervanda non eſt L. 1. ff. de loco public. fruend. L.
cum proponas, C. de pact. c. ſi infidelis 28. q. 2. c. præ-
venit. 2. de jurejur. Speculat. tit. de actore n. 17. Anton.
de Butr. in c. ſicut 29. n. 1. de jurejur. Valenz. conſ.
22 2. n. 56. & 57. Et tunc Princeps deterioris conditionis
remaneret, & extra commercium; etenim nemo cum
illo contraheret, ut dixit Bald. in L. Princeps lect.
23 1. ff. de legib. Roland. conſ. 43. n. 10. vol. 3. Jaſ. in L.
1. ff. de pact. Capyc Latro deciſ. 88. n. 7. Carol. Ta-
pia deciſ. 5. n. 38. Ramon. conſ. 4. n. 81. circa
fin. Decius conſ. 286. n. 7. Roland. conſ. 13. n. 32.
& 33. & conſ. 45. n. 8. Auguſt. Barboſ. clauſ. 21. n.
28. Rodulph. de abſolut. Princip. poteſt. c. 6. n. 187.
Immo eo caſu omnes fugerent Principis contractus;
& ille cum ſit omnium Præſul, eſſet omnium exul.
Pereg. de jure fiſc. lib. 1. tit. 3. n. 44. Tapia deciſ.
23. n. 103. Larrea allegat. 119. n. 10. Valenz.
conſ. 2. num. 57. Unde conveniens, & neceſſarium fuit
Principis contractus hanc habere authoritatem; nihil
enim tam naturale eſt, quam fidem ſervare d. L. 1. ff.
de pact. Coraz. lib. 2. miſcellan. c. ult. n. 5. Adeo, ut
ipſe Deus ſuis promiſſis ſeſe adſtrinxerit Bald. in L.
24 qui ſe patris col. penult. C. unde vi, Decius conſ. 28.
n. 7. ibi: Nil mirum eſt, quod Princeps ex ſuo contra-
ctu obligetur, cum & Deus Optimus Maximus ſi con-
traheret, ex ſua promiſſione, & contractu teneretur.
Cravet. conſ. 241. n. 12. Larrea allegat. 119. n. 7.
Barb. clauſ. 241. n. 28. Et idcirco dicitur Hierem.
c. 45. Cogite populos omnes tetius Orbis terrarum,
ns inter me, è Populum meum judicent, ſi quid à me,
fieri debuit, quod non fecerim: & alibi Hierem. c.
11. ibi: ut ſervem juramentum, quod juravi Patribus
veſtris. Ex quo Salomon lib. 3 Reg. cap 8. ita inquit:
Domine Deus Iſrael, qui cuſtodis pactum, & miſeri-
cordiam ſervis tuis, qui ambulant coram te in toto corde
ſuo. Qui cuſtodiſti ſervo tuo David, quæ locutus es ei:
ore tuo locutus es, & manibus perfeciſti. Quapropter
Princeps, qui Vicarius Dei eſt in terra, illius exem-
plum ſecutus promiſſis ſtare debet, & contractus ini-
tos, fidemque ſervare: maxime ſi promiſſio fiat ſub
fide Principis, quæ habet vim juramenti; & non tam
Principem, qui contraxit, ſed ejus ſucceſſorem obli-
gat Gratian. diſcept. forenſ. c. 824. n. 23. Capyc. Latro
deciſ. 188. n. 12. & n. 5. Valaſc. conſult. 120. n. 7. 8. & 9.
Surd. deciſ. 326. n. 5. Riminald. Jun. conſ. 63. n. 32.
Gacheran. deciſ. 139. n. 11. verſ. attamen in his.
Prædictam reſolutionem temperabis, ut procedat in
contractibus juſtis, & ab iniquitate alienis quia ſi ini-
quitatem continerent, bene poteſt Princeps eos reſ-
cindere, revocare, & ab eis recedere Lucas de Pæ- 25
na in L. fin. C. de locat. præd civil. lib. 11. n. 4. Petra
de poteſt. Princip. c. 22. dubit. 2. princ. ante n. 194.
& 208. & 240. Larrea allegat. 3. n. 27. & 28. Capy.
Latro deciſ. 188. n. 107.
Secundo limita, ut ex cauſa publicæ utilitatis be- 26
ne poſſit Princeps contractum tollere, vel reformare,
puta pro bono pacis, L. quod ſemel, ff. de decret ab
ordine faciend. c. in noſtra de injur. Alciat. conſ. 165.
nu. 5. lib. 6. Anton. Gabr. lib. 3. tit. de jure quæ ſit
non tollend. concl. 2. nu. 14. Hieronym. Leo deciſ.
34. n. 28. Valenz. conſ. 99. nu. 34. Larrea alleg. 3.
nu. 8. cum ſeqq. Capyc. Latro deciſ. 188. n. 58. &
ſeqq. Cravet. conſ. 76. nu. 7. Mexia ad pragm. Tole-
ti concl. 6. n. 60. Vel propter vitandum ſcandalum,
vel aliam quamlibet evidentem utilitatem; etenim
ſemper utilitas, & cauſa publica præfertur privatæ,
argumento text. in L. ſi verberatum, ff. de rei ven- 27
dicat. L. ult. C. de primipil. lib. 12. L. Lucius de
evictiou. L. cotem ferro §. fin. ff. de publican. & vecti-
gal. L. venditor §. ſi conſtat. ff. commun. præd. Larrea al-
legat. 3. n. 9. & allegat. 59. n. 8. & allegat. 77. n. 10. cum
ſeqq. Cabed. 1. p. deciſ. 151. n. 7. & deciſ. 92. n. 6.
Franc. Vivius deciſ. 28. nu. 8. Capyc. Latro deciſ.
188. n. 59. & cum Peregr. Socin. & aliis Rodulph.
d. cap. 6. n. 199. Ubi n. 200. ait quod cauſa revo-
candi contractum erit juſta, ſi Principi non imple-
tur quod implerit debet Anton. Gabr. d. tit. de jure quæ-
ſito concl. 5. n. 42. Et inſuper ſi cauſæ, quæ move-
re poſſunt Principem, ut contractum reformaret,
vel juri tertii detraheret, de novo emerſerint, &
à Principe fuerint ignoratæ tempore contractus; ſi
enim ex cauſa, quæ ſupervenit, deprehenditur ini-
quitas contractus, licite ipſe poterit reformari Cæ-
phal. conſ. 302. n. 138. & 139. cujus verba refert
Larrea allegat. 3. n. 14. Rodulph. d. c. 6. n. 199. in
fin. Ubi ex Peregr. refert, quod juſta cauſa erit 28
illa; quæ de novo ſupervenit, aut retro à Principe
fuit ignorata. Obſervabis tamen, quod non quælibet
juſta cauſa ſufficiens eſt ad revocandum contractum;
ſed requiritur, quod hujuſmodi juſta cauſa concer-
nat favorem publicum, qui evidens ſit Albenſ. conſ.
185. n. 17. Cæphal. conſ. 302. n. 136. & 138. vol. 29
3. cum aliis Larrea d. allegat. 3. num. 10. Neque
mirum, quia multa conceduntur in damnum, & in
commodum privatorum propter publicam utilita-
tem, quæ aliàs non concederentur Petr. Caball. re-
ſolut. criminal. caſu 149. nu. 2. Franc. Vivius deciſ.
28. num. 10. Immo ex cauſa publicæ utilitatis mul-
toties contra naturalem æquitatem ſtatuitur gloſſ.
in L. 1. ff. de uſucapion. Lotred. conſ. 14. num. 22.
Valenz. conſ. 99. num. 3. Ultra quod utilitas pu-
blica omnino attendenda eſt, & etiam præferen-

da Eccleſiæ favori, & commodis illius L. jubemus
10.C. de ſacroſanct. Eccleſ. ubi Auguſt. Barboſ. num.
4. Franc. Marc. deciſ. 458. n. 21. p. 1. Oſaſch. deciſ. 108.
n. 5. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 32. n. 7. & obſerv.
52. n. 1. Mench. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 21. limit. 10.
n. 182. Petr. Caball. d. caſu 149. n. 3. Oliva de foro Ec-
cleſ. 2. p. q. 17. n. 80. Girond. de privileg. n. 902. Atque
ita ſi poſt contractum ſupervenerit juſta cauſa utilita-
tis publicæ, recte poteſt Princeps à contractu rece-
30 dere: tum quia in quacunque diſpoſitione utilitas
publica ſemper cenſetur excepta L. fin. Cod. de curſu
publico lib. 12. L. jubemus C. de navib. non excuſand.
lib. 11. L. in Provinciali §. fin. cum ſeq. ff. de novi ope-
ris nunciat. Afflict. dec. 289. n. 29. Girond. de privi-
leg. n. 97. Cum etiam, quippe contractus, & quæli-
bet alia diſpoſitio ſemper intelligitur rebus ſic ſtanti-
bus, L. quod Servius ff. de condict. cauſa data, Tiraq.
in L. ſi unquam in præfat. n. 166. & ſeqq. C. de revocand.
donat. Gratian. c. 90. n. 23. Cabed. 1. p. deciſ. 110. nn. 2.
Surd. deciſ. 236. n. 13. & deciſ. 289. n. 12. Valenz. conſ.
16. n. 39. Cyriac. controv. 481. n. 39. & controv. 378. n.
44. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 4. n. 68. Giurb. ad conſue-
tud. Meſſan. cap. 2. gloſſ. 3. num. 15. Fachin. lib. 12.
controv. c. 24. Larrea allegat. 3. n. 20. Quapropter,
ſi cauſa juſta ſuperveniat, licitum eſt Principi à
contractu recedere: ut præter ſupra citatos tenent
Cancer. lib. 2. var. c. 1. num. 253. Cyriac. controv.
481. nn. 35. & 36. Et ea de cauſa contractus geſ-
ti cum Principe ſub ea conditione intelliguntur,
niſi juſta, atque publica cauſa, & utilitas superve-
niat.

31 Quod adeo verum eſt, ut etiam locum obtineat in
contractu per Principem jurato; quoniam in omni
juramento ſemper cenſetur excepta authoritas legis
tam Canonicæ, quam Civilis, quando datur publica
utilitas Alex. conſ. 38. n. 11. vol. 3. Gutierr. in Auth.
Sacramenta puberum n. 46. Anton. Gabr. tit. de jurejur.
concl. 5. n. 30. Petra de poteſt. Princip. q. 7. princ. §. ſupe-
reſt. modo videre n. 26. Menoch. conſ. 224. n. 24. Larrea
allegat. 3. n. 11. Capyc. Latro deciſ. 188. n. 62. Quò per-
tinet, quod juramentum ſemper intelligitur præſti-
tum rebus in eodem ſtatu permanentibus, c. quemad-
modum de jurejur. ubi Auguſt. Barboſ. plures laudat,
Capyc. deciſ. 51. num. 13. Valer Reginald. in
prax. fori pœnitent. lib. 18. n. 34. verſ. quinto, Lar-
rea allegat. 3. num. 12. Capyc. Latro deciſ. 188.
num. 63.

32 Intellige tamen ſupradicta procedere data juſta
cauſa publicæ utilitatis, quæ principaliter ſuadeat re-
vocationem contractus; ſecus ſi ſecundario, & in con-
ſequentiam: ita ut non attendatur cauſa utilitatis pa-
33 trimonii fiſci, vel privati, ſed quæ principaliter bo-
num commune, & publicum reſpiciat: Jaſon. in L.
Barbarius Philippus n. 44. ff. de offic. Prætor. Bart. in L.
toties §. ſi cui ff. de pollicitationib. Matienç. in L. 6. tit.
15. gloſſ. 9. lib. 5. Recopilat. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3.
c. 4. n. 346. Cujus verba trancripſit Larrea allegat. 3.
num. 46.

34 Ex dictis infertur ad quæſtionem, quæ quotidie
habetur præmanibus in Conſilio Regii Patrimonii,
ubi jurium, & reddituum Regalium fiunt locationes
Accidere enim ſolet, quod poſt factam ſubhaſtatio-
nem alii apparent licitatores plus offerentes, & me-
liorem fiſci conditionem facientes. Et tunc dubitatur,
An reciſſa ſubhaſtatione ſint admittendi? In qua quæſ-
tione diſtinguendum eſt inter caſum, quo ſubhaſta-
tio facta fuit non ritè, & non ſervatis juris ſolenni-
tatibus; & inter eum, quo cum omnibus ſolennitati-
bus, & congruo tempore ſubhaſtatio fuit expedita.
Et eſt obſervandum vectigalia atque jura Regalia
non aliter locari poſſe, niſi in ſubhaſtationibus: ut do-
cuerunt Afflict. deciſ. 340. in princ. & in conſtit. ſi
35 quando contingit, Fab. de Anna conſ. 56. n. 25. lib. 1.
Gutierrez pract. lib. 4. q. 58. & de gabell. q. 135. n. 2.
Peregr. de jure fiſc. lib. 6. tit. 4. ſub n. 5. verſ. quarto.
Ponte de poteſt. Pro Reg. tit. 4. de Regal. impoſition.
§. 5. n. 30. & 31. Riccius collect. 1726. Mantic. de
tacit. & ambig. lib. 4. tit. 8. nu. 22. Antonin. Amat.
reſolut. 38. n. 14. Et ita ſervari in Regno pluſquam
certum, & manifeſtum eſt.

In ſubhaſtationibus autem ſervanda eſt forma tra- 36
dita in L. 1. C. de fide, & jure haſtæ fiſcal. lib. 10.
qua non ſervata corruit actus L. eum his §. ſi Præ-
tor, ff. de tranſact. Et in terminis Amaya in d. L.
1. C. de fide, & jure haſtæ fiſcal. lib. 10. num. 13.
Unde in primo caſu, quando ſubhaſtatio non ritè
facta fuit, novum licitatorem admittendum eſſe
probarunt Gregor. Lopez in L. 5. tit. 19. partit. 6. 37
Avil. in c. 31. Prætor. n. 11. verſ. fin. Cald. Pereyr.
in L. ſi curatorem verb. minoribus n. 4. Maſtrill. deciſ.
84. & de Magiſtr. lib. 5. c. 9. n. 21. Valaſc. conſult.
109. n. 8. verſ. quando vero, Hermoſill. in L. 52. tit.
5. partit. 5. gloſſ. 7. nu. 46. Anton. de Marin. quoti-
dian. reſolut. c. 46. n. 9. Poſtius de ſubhaſt. 1. p. inſ-
pect. 57. n. 48. eleganter Amaya in d. L. 1. C. de fi-
de, & jure haſt. fiſcal. n. 13. & 20. Qui d. n. 23. &
ſeqq. tradit conductorem, qui contra legem, & ſine
ſolemnitatibus conduxit eſſe in mala fide, & teneri
ad fructus etiam percipiendos. Quod etiam procedit
caſu, quo fieret ad Principem relatio licitationum, 38
ipſe plures diligentias fieri mandaſſet: ut hoc anno
evenit ſuper locatione reddituum vini, quorum ſub-
haſtatio facta fuit nulla amplius prævia diligentia: &
cum poſtea alius appareret major licitator interroga-
tus, An eſſet admittendus? Reſpondi admiſſioni lo-
cum eſſe. Et ita juſſu Principis fuit executum. Juſtè
quidem, quia cum Principis placitum legis habeat
vigorem §. ſed, & quod Principi Inſtit. de jur. natur.
gent. & civil. geſtum in contrarium fuit nullum L.
non dubium C. de legib. Et ſic ſubhaſtatio nulliter facta
non potuit producere effectum validum, c. non præſ-
tat de reg. jur. in 6.

In ſecundo vero caſu perfecta ſubhaſtatione cum
ſolennitatibus juris novus licitator plus offerens ad- 39
mitti non debet: tum quia per ſubhaſtationem legiti-
mè factam contractus remanet in totum abſolutus, &
perfectus L. contractus C. de fide inſtrum. L. incivi-
le, ff. de legib. L. ſi voluntate Cod. de reſcind. vend.
Surd. conſ. 217. n. 11. & conſ. 722. n. 6. & deciſ. 82. n.
6. Auguſt. Barboſ. voto 34. num. 4. & 5. Merlin. de
pignorib. lib. 4. q. 4. n. 15. Capyc. Latro deciſ. 197.
n. 38. Anton. Hering. de fidejuſſ. cap. 20. §. 33. n. 6.
Tum etiam, quoniam authoritas haſtæ publicæ con-
velli, aut minui non debet L. ſi hypothecas C. de re-
miſſ. pignor. L. ult. C. ſi propter public. penſit. L. ult. 40
C. ne fiſc. rem, quam vend. lib. 10. Valaſc. conſult.
37. n. 1. Cancer. lib. 2. var. de reſtit. ſpoli. & n. 18.
Arias de Meſa d. lib. 2. c. 20. n. 4. Guſman. de evict.
q. 34. n. 37. Carlieu. de judic. lib. 1. tit. 3. diſp. 22.
n. 3. Atque ita cum ex addictione jus eſſet quæſitum
primo licitatori, ſine ejus facto ab eo auferri haud
debet, nec novus licitator admitti: ut probat text.
in d. L. ſi tempora ubi Bart. n. 6. Valaſc. conſult. 109. 41
num. 4. & ſeqq. Menoch. conſ. 844. num. 36. lib. 9.
& conſ. 1121. num. 2. & 3. Peregr. de jure fiſc. lib.
6. tit. 2. nu. 10. & 13. Veriorem dicit Amato reſol.
38. num. 18. 19. & 20. Arias de Meſa lib. 2. cap. 20.
à num. 12. cum ſeqq. Poſtius de ſubhaſt. 1. p. inſpect.
57. à num. 46. Phæbus 2. deciſ. 135. à n. 6. & ar-
reſt. 66. Ubi ita ſervari in locationibus redituum Rega-
lium teſtatur. Et quamvis jura, in quibus fundatur 42
Doctores, loquantur in venditione rerum fiſcalium,
etiam procedit reſolutio in locationibus: leges
enim de locationibus loquentes, vel de vendi-
tionibus pertinent ad utraſque ex prudentum
interpretatione, ut in L. item ſi 17. §. ult. ff.
lo-

locati melior text. *in L. Lucius* 21. §. *ult. ff. ad mu-
nicipal.* ibi: *Non poſſe recedi à locatione, vel vendi-
tione.* Ita Plotus *de in lit. jurand.* §. 4. *n.*82. Urſill.
ad Afflict. *deciſ.*238.*n.*6. Mangil. *de ſubbaſt.* q.34.*n.*
6. Novarr. *deciſ.*37. Barboſ. *in L. ſi conſtante* 25. *in
prin.* à *n.*98. *cum ſeqq. ff. ſolut. Matrim.* & poſt alios
Arias de Meſa *d.c.*20.*n.*20. Emptor autem, ſeu con-
ductor perſecta ſubhaſtatione ſecurus manet *L. eos C.
de diviſ. prad. urban. lib.* 11. Riccius *collect.* 1726.
Franciſc. Marc. 1.*p. deciſ.*565. Amato *d. reſol.*38.*n.*
1. Capyc. Latro *deciſ.* 158. *n.* 1.
Contrariam tamen ſententiam tenent alii ex text.
43 *in L. Lucius* 21. §. *ult. ff. ad municip. d. L. ſi tempo-
ra, C. de fide, & jude baſt. fiſcal. lib.*10. Quibus pro-
bari videtur venditiones, & locationes rerum fiſca-
lium celebratas videri ſub pacto adjectionis in diem.
Et ita tenent Guid.Pap.*deciſ.*302.& 336. Bertachin.
de gabell. 2. *p.q.*8. & alii relati à Ponte *de poteſt. Pro
Reg. tit.*4.§.5. à *n.*48.& *n.*50. Parlad. *l.2.rer.quotid.
c.fin.5.p.*§.13.*n.*14. Peregr. *d. lib.*6.*tit.*2.*n.*10. Arias
de Meſa *d.c.*20. *n.*2. Capyc. Latro *d. deciſ.*158.*n.*4.
Qui *n.* 5. ait hoc procedere ex privilegio fiſcali: Et
ſic contra opinionem Afflict.*deciſ.*340. multoties ju-
dicatum fuiſſe tradit Capyc. Latro ubi ſupra *n.* 6. &
7. Quibus reſpondet Valaſc. *conſult.* 109. *n.* 4. ubi
refert iniquum eſſe, & pernicioſum, & contra Rei-
publicæ quietem novum licitatorem admittere. Se-
quitur Amato *d. reſolut.* 38. *n.* 19. Arias de Meſa *d.
c.* 20. *n.* 4.
44 Tota dubitatio eſt, An ſaltem reſtitutionis auxi-
lio admittenda ſit nova, & major licitatio ad fiſci fa-
vorem; Et eſſe admittendam probatur, quia fiſcus uti-
tur jure minoris; prout Reſpublica, & Eccleſia *L.
Rempublicam Cod. de jur. Reipub. lib.*11. Oſuald. ad
Douel. *lib.*21. *comment. c.*7. *lit. E.* Larrea *deciſ.*59.
*n.*10. Hermoſill. *in L.*3. *tit.*1. *partit.*5. *gloſſ.* 6. *n.*14.
15. & 20. Petr. Gregor. *de Rep. lib.*3. *c.* 8. Layman.
*lib.*3. *tract.*4. *c.* 11. *n.*5. Capyc. Latro *deciſ.* 188. *n.*
45 101. At vero juxta text. *in L. ait Prætor.*7. *alias L.
& ſi fine* 8. *quæſitum ff. de minorib.* competit minori
reſtitutio, ut admittatur, qui plus licitetur poſt ſub-
haſtationem perfectam: docent *DD. communi d.* §.
quæſitum, & Bald. *in L.* 1. *Cod. ſi adverſ. fiſc.* Morla
*in Empor. jur. tit.*5.*q.*1.*n.*46. Aretin. & Jaſ. *in L.*3.§.
Labeo n. 15. *ff. de adquir. poſſeſſ.* Parlador. *d.* §. 13.
n. 18. Salgad. *in labyrinth. cred.* 3. *p. c.* 2. *num.* 7.
Gutierrez *pract. lib.* 1. *q.* 38. Phæb. 2. *p. areſt.* 66.
in fin. Hermoſ. *in d. L.* 52. *tit.* 5. *partit.* 5. *gloſſ.* 7.
num. 43. Ergo idem dicendum in fiſco Guid. Pap.
deciſ. 536.
46 Cæterum verius eſt neque minorem, neque fiſ-
cum ex eo ſolum, quod novus licitator plus offerens
apparet, reſtituendum eſſe adverſus ſubhaſtationem
perfectam; quando res fuit vendita, aut locata juſto
pretio ex text. *in c. de empt. & vendit.* Et ex eo, quod
ad conſequendam reſtitutionem probari debet læſio-
nem interveniſſe facilitate minoris, vel dolo adverſa-
rii *L. verum* §. *ſciendum L. non omnia, L. quod ſi mi-*
47 *nor.* §.1. *ff. de minorib.* Cald. Pereyr. *in L. ſi curato-
rem verb. vel adverſarii dolo n.*1. *C. de integr. reſtit.*
Larrea *deciſ.*70. à *n.*13. Atque hæc probanda eſt de
tempore contractus *L. ſi voluntate Cod. de reſcind.
vend.* Anton. Gom. *lib.*2. *var. c.*2. *n.*22. Gama *deciſ.*
323. *n.*2. Gratian *cap* 45. *n.*9. & 10. Valaſc. *conſult.*
43.*n.*28. Pinel. *in L.*2.*C. de reſcind. vend.* 3.*p.c.*4.*n.*15.
Larrea *deciſ.*69.*n.*4. Leotard, *de uſur. q.*9.*n.*33. Can-
cer. *lib.*1.*var. c.*13.12. Caſſanat. *conſ.*7 *n.*19. Giurb. *de-
ciſ.*105.*n.*2. Cyriac. *controv* 68. *n.*9. & *controv.* 160.
*n.*69. Et in terminis S.fortia *de reſtit. q.*57.*n.*18.& 19.
Arias de Meſa *d.c.*20.*n.* 12. *in fin.* Cum autem res
minoris, vel fiſci ſit in ſubhaſtatione locata, vel
vendita plus licitanti; & nemo plus offerens appa-
ruerit, juſtoque pretio ſit diſtracta; nulla læſio po-

teſt conſiderari, ut reſtitutionis auxilio novus ad-
mittatur licitator propter lucrum, quod poſtea con- 48
tigit per text. *in L. fin. C. de. in integr. reſtit.* Si
enim minor vendidit, vel locavit tempore, & loco
opportuno in ſubhaſtatione juſto pretio, & fecit il-
lud, quod diligens paterfamilias faceret, non po-
teſt nova licitatio plus offerentis admitti; niſi de for-
de, vel gratia primæ ſubhaſtationis doceatur; vel
de dolo adverſarii: ut per Maugil. *de ſubhaſt. q.* 28.
n. 12. & *ſeqq.* & *n.* 25. Valaſc. *d. conſult.* 109. *n.* 5.
& 6. Maſtrill. 1. *p. deciſ.* 84. *n.* 6. Arias de Meſa *d.
c.*20.*n.* 5. & 6. Ludovic. Poſt. *de ſubhaſt.*1.*p. inſpect.*
57.*n.*46. Sſortia *d.q.* 57. à *n.* 18. Et ut bene advertit 49
Arias de Meſa *d. c.* 20. *n.*13. text. *in d.* §. *quæſitum*,
loquitur eo caſu, quo tempore ſubhaſtationis major
extitit licitator, & minor læſus fuit; quia ſi adhuc
venditio celebrata fuit juſto pretio, & communi, non
admittitur licitator ex rationibus, de quibus ſupra.
Si vero pretium juſtum non fuit, tunc reſtitutioni lo-
cus ſit, & novo licitatori; dummodo etiam concur-
rant, ſcilicet, quod res ſit vendita ſub haſta, non ta-
men juſto, & communi pretio. Item quod illo tem-
pore erat, qui plus licitaretur: Et denique, quod
non fuit adhibitus facilitate minoris, vel dolo adver-
ſarii: prout bene conſiderant Valaſc. *d. conſult.*109.
*n.*6. Arias de Meſa *d. c.* 20. *n.* 15. & 16. Poſtius *d.
inſpect.* 57. *n.* 22. & 23. Ubi *n.* 25. ait, quod niſi
probetur rem diſtractam valere pluſquam fuerit ven-
ditio non reſcinditur, etiamſi extet, qui plus offerat.
Donatur Anton. de Marin. *d. c.* 46. *n.* 9. Et *n.* 26. 50
tradit ſubhaſtationibus factis, & re majori licitatori
deliberata, neque minori, neque piæ cauſæ, nec
fiſco reſtitutionem competere, & allegat Bald. *in L.
fin. Cod. de in integr. reſtit.* & Mart. *conſ.*95. *n.*2.10.
& 11. Morotius *de jure offer. n.* 25.
Textum verò *in d.* §. *quæſitum* non habere locum 51
in civitate, & fiſco tradunt Albericus ibi, & Afflict.
*deciſ.*340. Avendañ. *de exeq. mand. lib.*2. *p.*2. *c.*12.
*n.*12. Valaſc. *conſult.*109. à *n.*4. Gutierr. *lib.*1. *pract.
q.*38. Amato *d. reſol.*38. *n.*19. ubi plures laudat No-
var. *lib.*1. *forenſ. q.*63. *n.*15. Arias de Meſa *d. c.*20.
*num.*7. Neque obſtat text. *in L. Lucius* 21. §. *ultim.
verſ. idem reſpondit ff. ad municip.* & *in d. L. ſi tem-
pora C. de fide, & jur. baſt. fiſcal. lib.*10. quia illa ju-
ra non loquuntur de reſtitutione, per quam fiſcus
contendit plus offerentem eſſe admittendum poſt 52
ſubhaſtationem perfectam, ſed de quodam privile-
gio fiſci, ut intra certum tempus poſt addictionem
poſſit nova licitatio admitti, de quo ſatis non conſtat:
ut advertit Arias de Meſa *d. c.* 20. *n.* 10. & 11. Se-
cundum quod poſſunt procedere reſoluta apud Ca-
ſtellanos ex lege ſui Regni: Apud Nos vero nulla
lege Regia cavetur; quod poſt ſubhaſtationem intra
aliquod tempus admittatur nova licitatio. Et jam con-
ſuetudine, & ſtylo obſervatur novas licitationes non
eſſe admittendas in locationibus reddituum Rega-
lium. Et ſic contractus geſti obſervandi ſunt ne Reſ-
publica, & publica quies perturbetur, contrahenteſ-
que ſecuri licitentur.
An autem per oblationem majoris quantitatis fac- 53
tam à ſecundo licitatore liberetur primus? Vide
Amaya *in L.*1.*C. de fid. & jur. baſt. fiſcal. lib.*10.*n.*18.
39. 40. & 41. Phæb. *p.* 2. *deciſ.* 136.
Præterea privilegium conceſſum per viam contra- 54
ctus nec debet, ne poteſt per Principem revocari jux-
ta doctrinam Bald. *in L. ſi cum mihi ff. de dolo*, cum
plurib. Phæb. *deciſ.* 33. *n.*5. Pereyr. *deciſ.* 120. *n.*7.
Valenz. *conſ.* 2. *n.*68. Giurb. *conſ.*94. *n.*5. & *de ſuc-
ceſſ. feud.* §.1. *gloſſ.*3. *n.*26. *verſ. contrarium*, Mierez *de
Major.*1.*p.q.*20.*n.*5. Roſentald. *de feud. c.*3. *concluſ.*21.
*n.*2. Cabed. *dec.*95.*n.*14.*p.*2. Valaſc. *conſult.*72.*n.*5. &
*conſult.*120.*n.*9. Dicitur autem privilegium tranſire in
vim contractus, quando conceditur ob benemerita, 55

Tiraq. *in L. ſi unquam verb. donatione largitus num.*
24. Phæb. *dec.*33.*n.*3.*&* 34.Pereyr.*deciſ.*120. *nu.* 7.
Valaſc. *conſult.* 72. *n.* 5. vel cum conceditur ex ali-
qua juſta cauſa, vel ob factum commenſuratum, im-
pletum, vel implendum ab eo, cui conceditur Af-
flict. *deciſ.* 128. *n.* 10. Cancer.*l.*3. *var. c.* 3. *n.* 153.
Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4.*gloſſ.*10.*p.*2.*n.*92.Qua-
re prædictum privileginm per generalem revocatio-
nem non derogatur Sanch. *de Matrim.lib.*8.*diſp.* 22.
56 *n.*8.Phæb.*d.deciſ.*32.*n.*4.*in fin.* Flores de Mena *l.* 1.
*var.q.*10.*n.*46.Fontan.*dict.gl.*10.*p.*2.*n.*89. Gutierr.*in
repetit. L. nemo poteſt nu.* 175. *& ſeqq ff. de legat.* 1.
Maxime, ſi privilegium babet efficaciſſimas clauſulas
derogatorias; quia tunc non cenſetur Princeps il-
lud per legem generalem derogare Salgad.*de proteſt.*
57 3.*p.c.*10.*n.*93.*& ſeqq.*Hieron.Gonçales *gloſſ.*36.*n.*37.
Et nota, quod privilegium adeptum mediante pe-
cunia, vel ob benemerita eatenus fit irrevocabile,
quatenus pecunia, vel merita habent commenſura-
tionem, & æquivalent conceſſioni: ſi enim conceſſio
excedit valorem, vel canſam, in exceſſu dicitur eſſe
gratuitum, & continere gratiam Tiraq. *d.verb. dona-
tione largitus n.* 9. *&* 97. Menoch. *conſ.* 112. *n.*15.*&
& ſeqq.*Aug.Barb.*in collect. ad text. in c.relatum* 12.
*n.*7.*de teſtam.*Capyc.Galeota *reſponſ.fiſcal.c.*23.*n.*14.
Ant. Gabr. *tit. de donat. concluſ.* 1. *n.* 63. Molin. *de
Primog.lib.* 2. *c.*8.*n.*16. Creſp.de Valdaura *obſervat.*
101. *n.* 20. Larrea *allegat.* 77. *n.*23.*&* 24. Ubi tra-
dit, quod etiamſi privilegium concedatur mediante
pecunia, ſi illa non æquivaleat conceſſioni: non tran-
ſit conceſſio in contractum, ſed remanet in terminis
gratiæ, & privilegii Peregr. *de jure fiſc. lib.*1.*tit.*3. *n.*
28.*&* 29.
58 Obſerva etiam, quod omnia privilegia revocari
poſſunt, quando ſunt contra jus publicum, vel utili-
tatem publicam *L.jus publicum.ff.de pact. L.* 2. §. *jus
Reipublicæ ff.de adminiſtr. rerum. ad civit. pertinent.*
Surd.*dec.*7.*per totam* Valenz.*conſ.*99.*num.* 7. 8.*&* 9.
Larrea *allegat.* 77. *n.* 10. *& ſeqq.* Aug.Barb. *in c.* 1.
*n.*11.*de probat.*Miercz *de Major.* 1.*p.q.*20.*n.* 6. Canc.
*l.*3.*var.c.*3.*n.*152.*&* 424.*&* 425. Creſp. de Valdaura
*d. obſervat.*101.*n.*23.Ad quam revocationem ſufficit
lex generalis revocatoria, quamvis privilegiorum non
fiat ſpecialis mentio: ſufficit enim, quod ſaltem in ge-
nere de illis Princeps cogitaverit. Menoch. *l.* 6. *præ-
ſumpt.* 39.*n.* 8. *& præſumpt.* 49. *per totam* Sanch. *de
Matrim.l.*8.*diſp.*33.*n.*8.Soar.*de legib.l.*8.*c.*38. *per to-*
59 *tum.* Larrea *d.allega.*77.*n.*16.Cabed. 2.*p.deciſ.*94.*n.*
3. Atque ita privilegium eo uſque obſervari debet,
quo Reipublicæ nocivum eſſe apparuerit; tunc enim
60 eo ipſo quod fuerit nocivum, ſervandum non eſt; ne-
que tranſgredientes puniri debent *gloſſ. celebris in c.
Alma Mater. verb. commutat de ſen. excommun.* &
probat. *text. in L.ex facto* 43.*ff. de vulgari* ibi: *Inci-
pit enim fieri iniquum beneficium Principis, ſi adhuc
illud valere dicamus:* facit text. *in L.*2.§.*ſiquis, ff.
de doli except.* ibi: *Et ſi certa fuit cauſa ſtipulationis,
quæ tamen, vel non eſt ſecuta, vel finita eſt, dicen-
dum erit nocere exceptionem* Larrea *allegat.* 77. *n.*
11. optime Creſp. de Valdaura *d. obſervat.* 101. *nu.*
29. 30. *&* 31.
61 Modo reſtat videre: An Princeps poſſit contractus
geſtos à ſubditis, vel teſtatorum ultimas voluntates
tollere, vel mutare? In qua quæſtione conveniunt
omnes DD.Principem de poteſtate ordinaria non poſ-
ſe tollere contractus, neque ultimas teſtatorum diſ-
poſitiones: ut reſpectu contractus probat Imperator
*in L. ſi à te C. de pact.inter emptor.*ibi: *Remitti hanc
conventionem reſcripto noſtro non jure petis: L. ſi do-
nationem* 3.*C.de revocand. donat.*ibi: *Si donationem
jure feciſti, hanc authoritate reſcripti noſtri reſcindi
non oportet:* faciunt text. *in L. reſcripta L. nec dam-
noſa, C. de precib. Imper. offerend. L. jubemus C. de
ſacroſanct. Eccleſ. L. omnes C. ſi contra jus, vel utilit.
publ.* Et quoad ultimas voluntates probat text. *in L.
ſi teſtamentum* 10. *C. de teſtam.* ibi: *Si teſtamentum* 62
*jure factum ſit, & hæres ſit capax, authoritate reſ-
cripti noſtri reſcindi non oportet: Auth. de nupt.* §.
diſponat. Collat. 4. Ex quo textu deducitur diſpoſi-
nem teſtatoris vim legis habere, niſi legibus contraria
ſit Valaſc. *conſult.* 105. *n.* 2. Molin. *de Primog. lib.*
1. *c.* 2. *n.* 27. Spino *in rubr. de teſtam.p.*1.*gloſſ.n.*17.
poſt alios idem Valaſc. *conſult.* 174. *n.* 2. Giurb. *dec.*
69. *nu.* 10.
Quod ex ea ratione procedit, quia dominia rerum 63
reſultantia ex contractibus, & ultimis voluntatibus à
jure gentium proveniunt *L. ex hoc jure ff. de juſt. &
jure*, ubi Bened. Ægid. 1.*p. cap.*10.*n.*2. Et quidem
jus à Principe tolli non poteſt Larrea *allegat.* 115.
*n.*6. & diximus ſupra *n.*4.*&* 6. Neque enim Princeps
jus tertio quæſitum tollere poteſt Salgad. *de protect.
p.*3.*c.*10.*n* 92.Arias de Meſa *lib.*2.*c.*50. *nu.*14. Lar-
rea *allegat.* 3. *nu.* 6. *& deciſ.* 8.*nu.* 45. Pinel.*in rubr.
C. de reſcind. vendit.* 1. *p. c.* 3. *num.* 4. *cum ſexcent.
aliis.*
Tota dubitatio eſt: An Princeps de plenitudine 64
poteſtatis poſſit tollere contractus, & ultimarum vo-
luntatum diſpoſitiones? In qua quæſtione duæ re-
periuntur contrariæ DD. opiniones. Prima tenet non
poſſe Principem de plenitudine poteſtis tollere teſta-
mentum, neque voluntati teſtatoris derogare; quia
teſtamenti inventio eſt de jure gentium; ſolemnitates
verò in eo requiſitæ ſunt de jure Civili, & Præto-
rio: ut tenet Clar. *in* §. *teſtamentum q.*2. Qui teſtatur
de magis communi opinione Jaſ. *in L. admonendi ff.
de jure jur. in* 2. *lect. n.* 171. Dec.*conſ.*557.*accm.ne
n.* 5. *verſ. & ad hoc bene facit:* & eam ſecutus eſt
Pinel *in rub. C. de reſcind. vendit.* 1. *p. c.* 2. *nu.* 19.
verſ. infertur ex eiſdem, Fortun. Garcia *in L. Gallus*
§. *& quid ſi tantum à n.*28. *ff.de liber. & poſth.*Anton.
Gom. *in L.* 40. *Tauri n.* 89. Anton. Gabr. *lib.* 2.*tit.
de jure non quæſito concluſ.* 1. *num.* 1. Roſentald. *de
feud. c.* 7. *concl.* 46. *nu.* 8. Sarmiento *lib.* 1. *ſelect.
c.* 8. *n.* 13. *&* 22. Molin. *de Primog. lib.* 1. *c.* 8. *nu.*
31. *& lib.* 3. *c.* 3. *nu.* 27. *& lib.* 4. *c.* 3. Larrea *alle-
gat.* 115. *n.* 12. *&* 13. plures congerunt Addent. ad
Molin. *d. c.* 8. *nu.* 28. innumeros citat Hermoſ. *ad
L.* 53. *tit.* 5. *partit.* 5. *gloſſ.* 1. *nu.* 14. Molin. *de juſt.
diſput.* 134. 649. Valenz. *conſ.* 69. *n.* 102. Solorz.
de jure Indiar. tom. 2. *lib.* 2.*cap.*9.*n.*40. Covarr. *lib.*
3. *var.c.*6. Valenz *conſ.*69.*n.*102. cum pluribus Caſ-
till. *lib.*2.*c.*28.*& lib.*3.*cap.*6.*n.*5.*&* 6.*& c.*28. Peregr.
*de fideicommiſſ.art.*52.*à n.*117.*verſ.verum*, Arias de
Meſa *lib.*2.*var.c.*50.*n.*14.Burg.de Paz *conſ.*9.*nu.* 29.
Thuſc. *litt. P. concluſ.* 680. *n.* 57. Giurb. *de ſucceſſ.
feud. prælud.* 1. *n.* 22. Mierez *de Major.*2.*p. in initio
à n.* 260. Salzed. *de leg. Polit. lib.* 2. *c.* 14.*n.* 29.
Sed quamvis hæc ſententia communis ſit, non ta-
men deſunt alii, & magnæ authoritatis DD. qui
contrariam ſententiam probant; aſſerentes Principem
ex ſua plenitudine poteſtatis poſſe contra teſtamen-
tum reſcribere & teſtatorum voluntates mutare An-
gel. *in d. L.item ſi verberatum* §.1.*ff.de rei vendicat.*
Bald. *in d.L.ſi teſtamentum n.* 1. ſequuntur Menoch.
conſ. 956. *n.* 9.*& ſeq.* Fuſar.*q.*623.*n.*7.& plures lau-
dati à Larrea *allegat.*115.*n.*14. Rodulph. *de abſolut.
Princ. poteſt. c.* 6. *n.* 139. *verſ. contrarium* & tennit
Bart. *in d.L.ex hoc jure ſub n.*5.*verſ. ulterius oppono.*
Quorum fundamentum in eo conſiſtit, quod teſta-
mentum fuit introductum de jure Civili; quod Prin-
ceps tollere poteſt, & ſuper eo diſpenſare: & illam
rationem comprobat, & latè examinat Bello. *in* §.
teſtamentum in princ. n. 3. *verſ. primo igitur eſt vi-
dendum uſque ad fin. Inſtit. de teſtam.* Ubi concludit
teſtamentum non fuiſſe inventum de jure naturali
primævo; neque de jure gentium ſecundario: ſe-
qui-

quitur Thob. Nonius *in d.* §. *teſtamentum n.* 7. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 52. *n.* 112. *verſ. præſcripta communis* : & latè diſputando veriorem dicit Bened. Ægid. *in præfatt. L.1.C.de ſacroſanct. Eccl.n.*4.

65 Hæc vero ſententia communiter reprobatur teſtibus Peregr. *d.art.*52.*n.*127.Molin.*d. lib.* 1.*c.* 8.*n.*31. Caſtill. *lib.* 3. *controv.c.* 6.*n.* 5.*& ſeqq.* ſequitur Rodulph. *d. cap.* 6. *n.* 140. *&* 142. Poſſunt tamen diſſidentes hujuſmodi opiniones diſtinctionis fœdere concordari. Ita ut prima ſententia procedat regulariter, & abſolute loquendo, quando Princeps ſine cauſa velit tollere contractus, aut ultimas diſpoſitiones; vel eas mutare, aut alterare: quia tunc nullo modo id efficere poterit, etiam de plenitudine poteſtatis, quæ tunc damnatur in Principe Valaſc. *de jure emphyt. q.* 3. *n.* 10. Cabed. *deciſ.*12.*n.*9. Caſtill. *lib.* 3. *c.*6.*n.* 7. & alii relati ſupra n. 8. quibus addo Amaya *lib.* 1. *obſervat. c.* 1. *n.*46. Et ſi Princeps ea abutatur, dicitur Diabolica poteſtas Thuſc. *litt. P. concl.* 669.*n.* 17. Amaya *d.c.*1.*n.*48. *in fin.* Quare ſi abſque legitima cauſa Princeps contractus, vel ultimas voluntates vellit tollere, hoc certè facere non poterit, & peccatum committet reſtitutione dignum : & non valebit reſcriptum, vel ejus conceſſio. In quibus terminis procedere primam ſententiam docet Larrea *allegat.* 115. *n.* 35.

66 Cæterum interveniente juſta, & publica cauſa bene poterit Princeps contractus, & ultimas teſtatorum diſpoſitiones mutare, & modificare in præjudicium ſucceſſorum : ut tenent Peregr. *d art.* 52. *nu.* 127. Menoch. *conſ.* 993. Fachin. *lib.* 8. *contr. c.* 63. *verſ. ſupra quo*, Caſtill.*lib.* 2. *c.*28.*& lib.*3.*c.*6. *n.* 5. *& ſeqq.* Larrea *allegat* 115.*à n.*35.*cum ſeqq.*Addent. ad Molin.*d.lib.*1.*cap.* 8.n.28.idem Larrea *deciſ.*8. *n.* 74. *&* 75. Giurb. *de ſucceſſ. feud. præl.* 1. *n.* 24. Solorz. *d. lib.* 2. *c.* 16. *n.*37. Molin.*d. c.* 8. *n.* 31. *verſ. ex quibus*, Cancer. *lib.* 3. *var. cap.* 3. *nu.* 66. Marius Cutell. *de donat. tract.* 2. *partic.* 6. *n.* 44.*&* 45. Fuſar. *d. q.*623.*n.*7.Salzed.*de leg. Polit.lib.* 2. *c.* 14.*nu.* 33. Prout etiam exiſtente legitima cauſa poterit tertium jure ſuo, & dominio privare : ut diximus ſupra hac *part.* 2. *c.* 2. *n.* 16. *&* 17. Ubi videre potes, quæ cauſa legitima dicatur, ut Princeps illa poteſtate uti poſſit. Et adde, quod non ſufficit quædam utilitas publica,ut Princeps poſſit tertium rebus ſuis, & dominio privare ; ſed requiritur quod non poſſit ſequi
67 utilitas publica, niſi dominium tertio auferatur. Jaſ. *in L. Gallus* §. *& quid ſi tantum in* 2. *lect. n.* 28. *ff. de liber. & poſth. & conſ.* 233. *col.* 7. *vol.* 2. Thuſc. *litt. P. concl.*680.*n.* 65.Gratus *conſ.* 147. *n. fin. vol.* 2. Ruin. *conſ.* 108. *n.* 29. Anton.Gabr. *lib.* 3. *tit. de jure quæſit. non tollendo.*

68 Et inſuper non ſufficit quælibet neceſſitas, ut Princeps nulla data ſatisfactione, & bono cambio valeat rem à tertio auferre; ſed requiritur, quod neceſſitas ſit adeo urgens, ut niſi ei occurratur, poſſit timeri periculum in publico Regni ſtatu:quo caſu dicitur extrema : ut ex D. Thom. 2. 2. *q.* 2. *art.* 5. *in corpore*, tradunt Vaſques *de eleemoſyna c.* 1. *dub.* 3. Larrea *allegat.* 59. *n.* 25.Sanfel. *in diſp. de donativo in addit. ad n.*37.*verſ. ex quo neceſſitas.* Tunc namque cum neceſſitas careat lege, immo neceſſitati lex ſubjiciatur *L.* 1.*C. de operis libert.L.* 2. *ff. de offic. Proconſul.* Tiraq.*de pæn. temperand. cauſa* 33.*à n.* 4.Valaſc. *conſult.* 117. *n.* 21. Larrea *allegat.* 25. *n.* 15. *& allegat.* 59. *n.*25.Salgad. *de protect.* 1. *p. c.*1. *præl.* 3. *n.*103.Creſp.de Valdaura *obſerv.* 1.*n.*53.Nil mirum, ſi Princeps,ut Rempublicam conſervet,abſque ſatis-
69 ſactione, valeat ſubditum dominio privare : ſiquidem neceſſitas facit licitum,quod aliàs erat illicitum : immo caſus neceſſitatis in qualibet prohibitione ſemper cenſetur exceptus *L.alienationes.ff.famil.erciſcund. L.*1.*ff.de feud.dot.L. pater filium*, *ff. de legat.* 3. Hypolit.de Marſil.*in L.*1.§.*præterea n.*87. *ff.de quæſt.*Tiraq. *d. cauſa* 33.à n.4. *cum ſeqq.* Salgad.*d.præl.* 3.*n.* 105.Larrea *alleg.*25. *n.* 24.Petr. Caball. *caſu* 149. *n.* 12. Sanfel.*in d.addit. ad n.* 37. *verſ. ex quo neceſſitas.* Multoties namque propter neceſſitatem licitum eſt à juris regulis recedere, Hieronym.Leo *dec* 34. *n.* 26.

Sed advertere oportet, quod quando de urgenti 70
neceſſitate publica verba facimus, non intelligimus de ea neceſſitate, quæ ad ultimam vergit miſeriam; ut Princeps ad eam ſublevandam valeat rem à tertio auferre. Ita ut prius de extrema neceſſitate conſtet; ſed ſufficit, quod immineat, vel probabiliter timeatur: ac urgeat argum. text. *in L. fin. C. ex quibus cauſis in integr. reſtit.* ibi : *Non etiam expectandum, ut inſula ruat; & ſic deinceps agi poſſit* : poſt alios Valenz. *conſ.* 99. Bobad. *in ſua Polit. lib.* 5. *c.* 5. Solorz. *de jure Indiar.* 2. *tom. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 24. Larrea *allegat.* 59. *n.* 25. *circa fin.*

Proindeque ita ut Princeps ex publica, & juſta 71
cauſa, neceſſitateve publica bona ſubditis auferre valet : ita etiam ex eiſdem cauſis poterit contractus, & ultimas voluntates tollere, mutare, & modificare ; immo, & ſucceſſiones Majoratuum alterare in præjudicium ſucceſſorum, & vocatorum, Molin. *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 31. *& lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 10. Caſtill. *lib.* 2. *controv. c.* 28. *& lib.* 3. *cap* 28. Sylveſt. Aldobrand. *conſ.* 1. *per totum*, Matienç. *in L.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilat. gloſſ.* 1. *&* 7. Fachin. *conſ.* 2. *n.* 22. *uſque ad n.* 61. Thuſc. *litt. P. concluſ.* 680. Addent ad Molin. *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 28. *& lib.* 4. *c.* 3. *n.* 7.

Quocirca Caſtill. *lib.* 3.*contr.c.* 28. *n.* 2. *&* 3. excitat quæſtionem : An, ſcilicet, quando tractatur de mutanda ſubſtitutione fideicommiſſi, ſufficiat, quod interveniat cauſa publicæ utilitatis ; vel neceſſitatis, licet alio modo ei conſuli, & occurri poſſit? 72
Et in hoc dubio, quod nullum ex DD. excitaſſe dicit, reſolvit Caſtill. ad mutandas ſubſtitutiones majoratus, vel fideicommiſſi ſufficere, quod interveniat cauſa publicæ utilitatis, vel neceſſitatis, quamvis alio modo ei conſuli valeret. & tradit rationem, quia cum maxima ſit Principis poteſtas; quando aliquid facit ex cauſa publicæ utilitatis, non debet trahi in diſputationem, neque negari ſufficere, quod mutatio fiat ex cauſa publicæ utilitatis, etiamſi aliter ei occurri ei poſſit. Et in hac reſidet opinione.

Verum Caſtill. nullam reddit differentiæ rationem 73
inter caſum, quo tractatur de auferendo dominio, in quo reſtringendam dicit Principis poteſtatem ; ut ea uti non poſſit, niſi talis fuerit publica utilitas, vel neceſſitas ; ut alio modo ei occurri non poſſit, niſi auferendo dominium, vel rem à tertio. Et inter eum caſum, quo agitur de mutatione inſtitutionis Majoratus, vel fideicommiſſi in præjudicium vocatorum. Et quidem tam in uno, quam in alio caſu vere tractatus de auferendo jure, & etiam dominio : quia Majoratus ſucceſſor interim dum vivit, dominus eſt pleno jure *L. fin.* §. *ſed quia noſtra C. commun. de legat. L. generaliter* §. 1. *ff. qui, & à quibus L. ſpecies ff. de auro, & argent.* 2. *legat.* Anton.Gom. 74
in L. 40. *Tauri n.* 76. Valaſc. *conſult.* 116. *n.* 5. & melius *conſult.* 194. *n.* 22. Larrea *dec.* 38. *n.* 19.Molina *lib.* 1. *c.* 19. *n.* 4. *&* 16. Salgad. *in labyrinth.* 1. *p.c.*14. *n.* 59. Giurb. *deciſ.* 79.*n.*37. *& ſeqq.* Cyriac. *contr.* 23. *n.*14. *& controv.* 99. *n.* 13. Hermoſ. *in L.* 3. *tit.* 4. *partit.* 5. *gloſſ.* 3. *n.* 20. Tondut. *reſolut. Civil. c.* 139. *n.* 18. Unde in uno, & altero caſu idem jus ſervandum eſt ; quia eadem militat ratio.

Maxime, quippe ſi agitur de auferendo jure voca- 75
ti, cui jam Majoratus ſucceſſio delata eſt, inficias ire non poteſt ; quod ex mutatione vocationis reſultat dominii ablatio; quoniam Majoratus ſucceſſio neque per momentum poteſt eſſe in pendenti ; ſed actu veloci tranſit in ſequentem legitimum ſucceſſorem Mo-

lin. de juſtit.& jure tract. 2. diſp. 634. Solorz. de ju-
re Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 2. nu. 35. Alph. de Olea
de ceſſion. jurium tit. 3. q. 4. n. 14. Præceptor meus
nunquam ſatis laudatus Melchior de Valent. illuſtr.
lib. 3. tract. 4. c. 2. n. 9. Prout etiam domina rerum
non poſſunt eſſe in ſuſpenſo, L. ſi ex duobus §. ſed, &
Marcellus, ff.de in diem addict. L.fin.in fin. ff. com-
mun.præd. L.denique L. neque utilem, ff. ex quibus
cauſ. Majores, gloſſ. & DD. commun. in L. ſi ego ff.
de ſolut. Vincent. Fuſer. de ſubſtit.q.38.n.66. Molin.
lib.1.c.19.n.9.& 10. Solorz. d. c. 2. n. 35. Quare,
cum iſte talis, cui ſucceſſio auſertur, dominiu prive-
tur; dicendum eſt Principis poteſtatem reſtringen-
dam ed utilitatem publicam, vel neceſſitatem, cui
alio modo provideri non poteſt, quam auſerendo
vocato jus ſucceſſionis. Siqnidem ipſe Caſtillo fate-
tur, ad auſerendum dominium non ſufficere cauſam
publicæ utilitatis, ſi ei alio modo conſuli poteſt.
76 Si verò agatur de auferendo jure ſequentibus
ſucceſſoribus vocatis ad Majoratum; idem jus con-
ſtitui oportet, quia licet ſpes incerta non dicetur
eſſe in bonis L. fin. ubi DD. C. de pact. L. unica §.
ſin autem aliquid C.de caduc.tollend. Creſp. de Val-
daura obſerv. 24. num. 24. & dicetur res ſallaciſſima
ſomnium vigilantis, & deſiderium, immo ſerè nihil
ut cum Tiraq. Hermoſ. & aliis docet Olea de ceſſion.
jurium tit. 3. q. 10. n. 12. Tamen ſi ſpes eſt certa, &
inſallibilis idem eſt quid eſſe noſtrum, quam in ſpe
inſallibilis L. ſpem ibi Bald. C. de donat. L. neque
emptio.ff.de contrah. empt. Tiraq.de retract.lignag.§.
26. gloſſ. 3.n.5.& poſt. leges connubial. gloſſ.2.n.26.
77 Caſtanat. conſ. 7. n. 29. Hæc nemque ſpes dicitur
eſſe in commercio & poteſt in contractum deduci,
donari, & vendi L. 1. L. nam hoc modo ff. de hæ-
red. vel act. vend. L. exempto 11. alias L. empto-
rem §. ult.ff.de action. empti de L. neque emptio, d.
L.ſpem C. de donat. Anton. Gom. l. 2.var. c.2.n.7.
Solorz. d.tom. 2. lib. 1. c. 17. n.24.& 35. Larrea
deciſ. 39. n. 10. & allegat. 11. n. 31. Leotard. de
uſur. q. 26. n.23. & q.72.à n.18.Olea d. tit.3.q.10.n.
14. Valaſc.conſ. 135.n.12.& 13. Capyc. Latro deciſ.
2. n.10. & 11. Adeo ut in venditione ſpei habeet
locum remedium L. 2. C. de reſcind. vendit. ubi Pi-
nel. 2.p.n.6. Giurb.de ſucceſſ. feud.§.2.gloſſ.10.n.60.
Unde cum ſpes, quam habet ſubſtitutus, ſeu voca-
78 tus ad ſucceſſionem Majoratus, ſit probabilis, & quo-
dammodo inſallibilis, & ſic jus conſiderabile illi
competat ex vocatione, ſive proveniat ex contractu,
ſive ex teſtamento, non poteſt eo jure per Principem
privari ſine publica; & juſta cauſa Moliu. lib. 1. c. 8.
n.31.& lib.3.c.3.n 11. 12. & 22.Larrea dec. 8. n. 74.
& 75. Mierez de Major. in init. 2. p. nn. 47. 48. &
51. dicit communem Purpurat. conſ. 490. nu. 28. &
conſ. 500.Boſſius tit. de Princip. n. 22. 197. & 200.
Cald. Per. in L. ſi curatorem verb. in integrum n.31.
Addent. ad Molin. d. lib. 1. c. 8. n. 28. verſ. & cum
Authore hic.
Cum igitur par, & eadem verſetur ratio in caſu,
quo auſertur dominium, & in eo, quo tollitur jus
ſuccedendi in ſpe probabili; eadem, quæ in uno cau-
ſa publicæ utilitatis, & neceſſitatis deſideratur, re-
quiritur in alio: Et ſic talis eſſe debet ut ebſque mu-
tatione vocetionum utilitas publica ſequi non vale-
ret, vel publicæ neceſſitati conſuleret. Prout eam
requirunt DD. in caſu privationis dominii: ut ipſe
Caſtill. fatetur. Et ideo recte oſteuditur lapſum fuiſ-
ſe Caſtill. in d. cap. 28. n. 2. & 3.
79 Ex dictis infertur intellectus ad Ordinat. lib. 4.
tit.100.§.5. 6. & ſeqq. ubi ex cauſa publicæ utilitatis
diſponitur, quod ſi in una, & eedem perſona jun-
guntur duo, vel plures Majoratus; quorum quilibet
aſcendat ad valorem reddituum quatuor millium du-
catorum, vel amplius; tunc ſi per viam Matrimonii
conjungantur prædicti Majoratus, eligat Primoge-
nitus unum, & alter ſecundogenito deſeratur; quam-
vis juxta ſormam inſtitutionum Primogenitus ad u-
triuſque ſucceſſionem vocatus ſit. Quod ita diſpoſi-
tum declarat. Ordinat. d. §. 5. eſt cauſa publicæ uti-
litatis, quæ verſatur in eo, quod ſint plures Vaſſal-
li divites qui Regi, & Regno veleant inſervire; &
ne fundatorum memoria extinguatur, & confunda-
tur, ſi in una, & eadem perſona conjungantur duo
Majoratus provenientes ex diverſis ſamiliis. Et apud
Caſtellanos idem diſpoſitum fuit in L. 7. tit. 7. lib. 5.
Recopilat. quam exornat Caſtill. lib. 66. 145. à nu.
38. Larrea allegat. 115. n. 32. 51. & ſeqq. & deciſ. 51.
& 52. Phæb. 2. part. deciſ. 151. Gama deciſ. 27. So-
lorz. de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 22. n. 57. Et no-
viſſime Roxas de incompatib. Majorat. p. 8. c. 1. Ubi
latiſſime rationes decidendi ad dictam Ordinationem
expendit.
Sed an lex Regiá procedat eo tantum caſu, quo 80
loquitur? Nempe, quando duo vel plures Majora-
tus conjunguntur per viam Matrimonii: vel etiam
caſu quo jungantur in eadem perſona per viam ſuc-
ceſſionis, Dubium eſt? Et pro parte affirmativa ſtant
Parledor. rerum quotid. lib. 3. q. 5. Caſtill. Sotomay.
lib.3.c.28.à n.20.uſque ad 25.& lib.5.2.p.c.177.n.7.
Larrea deciſ. 51. num. 20. Solorz. d. lib. 2. c. 18. à num.
42. Et late conſequitur Roxas d.c.1.à n.37.cum ſeqq.
Qui conſideratis utriuſque partis ſundamentis ait n.
47. quæſtionem eſſe ambiguam, ac dubitabilem,
immo graviſſimam: prout etiam ſatetur Caſtill. d. c.
177. Ubi n. 38. aſſerit quod hoc dubium Regia de-
claratione indiget: Et ipſe Roxas nu. 49. veritetem
quæſtionis examinare recuſet; dicit tamen Reipubli-
cæ utilius eſſe affirmativam partem tueri.
Vetum enim vero negativem contrariam ſenten- 81
tiam emplectuntur Mierez de Major. 1.p.q. 30. n 84.
& 2.p.q. 4. illat. 8. n. 327. Lara de anniverſ. lib. 1.
c.5.n.13. & ſeqq. Valenz. conſ. 69. à n. 46. uſque ad
50. Paz de tenuta cap. 37. à n. 189. uſque ad 201.
Et pro hac parte judicavit noſter Senatus teſte Phæ-
bo 2. tom. dec. 151. ubi late: & cum ea tranſit Lar-
rea alleg. 115. n. 54. Quapropter tam ex ſundamen-
tis, quæ ſuperius citatis adducunt pro negative ſen-
tentia, quam propter authoritatem Senatus ab ee re-
cedere non auderem.
Deinde dicendum arbitror Principem poſſe jus 82
ſuccedendi Primogenito auſerre, & in ſecundogeni-
tum Majoratum transſerre; ſi Primogenitus, qui ſit
ex Magnatibus Regni, uxorem duxerit ex ſanguine
Hebræorum in deducus ſuæ illuſtris ſamiliæ. Et
hanc reputo juſtem, & publicem cauſam: quia in-
tereſt Reipublicæ, ut magnæ, & illuſtres familiæ
conſerventur: ut ex veriis Sacræ Scripturæ locis
tradit Teſtat. in q. 11. fol. 292. col. 3. verſ. iſta ta-
men certitudo, & in c. fin. n. 17. in comment. in lib.
Judic. quem reſert & ſequitur Capyc. Latro deciſ.
192. nu. 6. & 7. Et veriſſimum eſt, quod ab illuſtri-
bus, & Magnatum ſemiliis recipit Monarchia firma-
mentum Ulpian. in L. 1. §. ſed, & ſi ſervus ff. de 83
ventre inſpiciend. ibi: Ut Ordinum dignitas, fami-
liarumque ſalva ſit: notat Annæus Robert. lib. 2.
rerum judicat. cap. 4. cujus verba ſunt: Nos autem
Monarchia vis, & robur, ac Regalis potentia firma-
mentum ex illuſtrium, & Nobilium familiarum di-
gnitate reputamus. Decian. conſ. 53. n. 21. & conſ. 1.
n. 289. & 290. lib. 1. Molin. lib. 1. c. 2. nu. 3. & c.
18. Capyc. Latro dec. 192. n. 2. Et dixit Bald. in c.
intellecto verſ. præterea de jurejur. quod honor Regis
augetur per dignitatem ſubditorum, Boterus in lib.
de ration. ſtatus in proœm. Caſſiod. lib. 3. c. 6. Caſſan.
in Catal glor. mund. p. 5. conſid. 15. & 19. Hieron.
Roman. de Repub. gentil. lib. 4. cap. 13. Ideoque
Civitas megis beata dicitur, quæ majoribus dignita-
tibus

tibus fulcitur ad condecorandos honore Cives Va-
lenz.conſ.82.n. 33. Eſcob. de purit. ſang. 1. p. q. 3.§.
2. n. 37.

Plane puros, & maculatos commiſceri contra bo-
85 num Reipublicæ, & ejus authoritatem cenſetur : Ita
L.1.§.& ſi ſervus, ff. de ventr. inſpic. L. ſuper ſtatu 9.
C.de quaſt. Eſcob.d. 1.p.q.2. nu. 33. quia macula ſe-
mel contracta manet in genere indelebilis, L. fin. ff.
de ſtatu liber. Eſcob.d. 1. p.q. 4. §. 7. n. 88. & inficit
omnes, qui proveniunt à maculato, & radice inſec-
ta, argum. text. in L. ſi viva matre C. de bon. ma-
tern. L.fin.C. de verb. ſignificat. c. 1. §. hae autem de
bis, quæ in feud. dari poſſ. L.ult. ubi gloſſ. C.de natur. li-
ber. Tiraq. de primog. q. 12. nu. 13. Mantic. de tacit. lib.
23. tit. 17. n. 10. Decius conſ. 424. n. 20. Eſcob. de pu-
rit. ſang. 1.p.q.4.§.4.n.144. Eſt enim ſanguinis impu-
ritas velut quædam ſervitus realis in genere, & ſami-
lia conſtituta; quæ ſicut tota reſidet in toto, ita tota
reſidet in qualibet ejus parte juxta text. in L. ſicut. 9.
ff. de ſervit. L. certo generi 13. §. 1. L. via conſtitui. 21.
§. fin. ff. de ſerv. ruſtic. ita ſimiliter macula toto reſidet
in ſingulis de ſamilia ; ſicut conſtituta eſt individua-
liter in univerſo genere : eleganter Eſcob. d. 1. p. q.
13. §. 3. n. 4. Ubi n. 55. quod macula eſt ſicut jus
reale toti deſcendentiæ inhærens.

Unde indecorum eſt parentibus & cæteris con-
ſanguineis ; quod is, qui ex claro, mundo, & poro
ſanguine natus eſt, matrimonium contrahat cum eo
86 vel ea, qui deſcendit à genere Hebræorum, vel alte-
rius nationis infectæ, per hujuſmodi namque Matri-
monium denigratur tota ſamilia illius, qui eſt ſanguine
clarus, & purus : optime Fontan. de pact. nupt. clauſ.
5. p. 1. n. 103. Eſcob. de purit. ſang. 1.p. q. 4. §. n. 88.

Et inſuper, ut Regis honor augetur ex dignitate
ſubditorum ; ut diximus ſupra n. 83. ita ex dignita-
te, & impuritate Nobilium, & magnaminuitur &
quodammodo dehoneſtatur. Unde intereſt Reipu-
blicæ, Regis & Monarchiæ ob publicam utilita-
tem, ut Nobilium familiæ in ſanguinis puritate
conſerventur. Quod fieri non poterit ; ſi hæc Matri-
monia permittantur. Atque ita nulla poteſt juſtior, &
utilior Reipublicæ cauſa conſiderari ad privationem
Majoratus in eo, qui degener voluit inſtitutorum Ma-
joratus familiam denigrare. Maxime ſi caſus occurre-
rit, quo is indignus in bonis Regiæ Coronæ eſſet ſuc-
ceſſurus.

Vos autem ô Nobiles, & Regni Magnates, quos
ſumme ex corde diligo, moneo quidem, ut omnia
hæc turpia connubia ſugiatis ; ita enim, ut puritaa
ſanguinis ſaltem acceſſorie nobilitati ineſt; ſi quidem
qui impurus eſt maxime ex parte patris non poteſt no-
bilis declarari, Gutier. lib. 3. pract. q. 14. n. 99. Va-
lenz. conſ. 92. n. 36. Chriſtoph. de Pax de tenuta c. 32.
n. 48. Eſcob. d. p. 1. q. 13. §. 3. n. 21. & 35. Ita macula
87 ſanguinis nobilitatem perimit, quia turpis eſt, & con-
tra bonos mores judicatur, liciteque, ac impune ſper-
nitur L. reprehendenda C. de inſtit. & ſubſtit. Socin.
Jun. conſ. 52. n. 2. l. 1. Eſcob. d. 1. p. 4. §. 7. n. 93. Immo
acerbiſſimæ generis nota dicitur à Farin. deciſ. 267.
n. 13. Eſcob de purit. ſang. 2. p. q. 4. art. 1. n. 32. Qua
ratione cum ad Principem ſpectet vaſſallos, & ma-
xime Magnates in bonis moribus continere juſte po-
terit degenerem Majoratus ſucceſſione privare.
Quod quidem menti inſtitutorum congruens, & con-
veniens judicandum eſt ; & credendum, quod ſi ca-
ſu cogitarent, ita diſpoſuiſſent, ſi interrogarentur.
88 Quo ſit, ut tanquam veriſimilius diſpoſitum cenſea-
tur : L. eum. res 47. ff. de legat. 1. L. non aliter 79.
ff. de legat. 3. Jaſ. in L. ſi extraneus n. 4. ff. de condict.
cauſa data, Gama deciſ. 206. n. 12. & deciſ. 224. n.
13. Spin. de teſtam. in rubr. 1. p. gloſſ. n. 48. Valaſc.
conſult. 193. nu. 5. Cyriac. contr. 415. n. 13. 14. &
ſeqq. Sanſelic. deciſ. 193. n. 4. Solorz. d. 2. tom. l. 2.
c. 6. n. 2. Caſſanat. conſ. 4. n. 16. Valenz. conſ. 116.
n. 114. Unde Princeps ſequendo veriſimilem mentem
teſtatoris juſte poterit Primogenitum ſucceſſione pri-
vare ob prædictam cauſam. Vos iterum Magnates, &
nobiles moneo, ut qui nobilitate quaſi innata juſte
gloriamini, avorum veſtigia, & mores inſequamini ;
ne partam ab eis Nobilitatem ob egregia ſacinora
maculetis. Fugite turpes, & caducas divitias, quæ
ſacile conſumuntur manente in æternum inſamia, &
macula, quæ immutabilis eſt, & perpetua poſtquam
genus coinquinavit Eſcob. d. 2. p. q. 6. §. 3. n. 23.

Modo venit in conſequentiam reſolvenda quæſ-
tio : An Princeps poſſit concedere licentiam alienan-
di bona Majoratus, vel fideicommiſſi; Qua in re ſup-
ponendum eſt, bona Majoratus, & ſuppoſita reſti-
tutioni, nullo pacto poſſe alienari Anton. Gomez in 89
L. 40. Tauri n. 81. Pinel. in L. 1. C. de bon. matern. p.
3. n. 102. Molin. de Primog. lib. 4. c. 1. n. 2. Noguer. al-
legat. 19. à n. 77. Solorz. d. 2. tom. l. 2. c. 14. n. 9. Cyriac.
controv. 23. n. 14. & ſeqq. niſi in caſibus, de quibus
videndi ſunt Valenz. conſ. 134. n. 14. Creſp. de Val-
daura obſervat. 106. n. 8. Fuſar. q. 541. & 530. 531. 532.
533. 534. & 538. Hieronym. Leo deciſ. 60. Tapia de-
ciſ. 20. Quare deveniendo ad quæſtionem propoſi-
tam conſtituo eam excitaſſe Molin. de Primogen. lib.
4. c. 3. Qui eam reſolvendo autumat, quod ſcilicet, 90
ita ut Princeps ſine cauſa non poteſt mutare ſubſti-
tutiones, & vocationes Majoratum, vel earum for-
mas mutare; ita etiam ſine cauſa non poſſit concede-
re ſacultates ad alienanda bona Majoratus. At vero
ſubſiſtente juſta & publica cauſa, vel quæ concernat
utilitatem Majoratus, tunc valeat alienandi licentiaa
concedere ; per ea quæ ſupra notavimus : & ita pra-
xis obſervat Anton. Gom. in L. 40. Tauri n. 89. Spino
in rubr. de teſtam. 2. p. gloſſ. n. 24. Et in Regno Caſtel-
læ de Regalibus eſſe dare licentiam alienandi bona
ſubjecta fideicommiſſo : tradit Ripol. de Regalib. c.
46. n. 2. & illam publicam eſſe dicit Molin. d. c. 3. n.
2. Si Majoratus poſſeſſor ſacultatem petierit ad alie-
nanda, vel hypothecanda bona Majoratus, ut Regi
in bello deſerviat, vel eundem comitetur in publica
aliqua expeditione, quæ Regni publicam utilitatem
contingat. Et pro eadem cauſa cum ſacultate Regis
poſſe bona Majoratus cenſui ſupponi docent Molin.
l. 1. c. 8. n. 28. Larrea allegat. 115. n. 48. Noguer. alleg.
32. n. 148. & 178. Corol. Tapia deciſ. 20. n. 14. 15. & 16. 91
Caſtill. l. 5. controv. c. 161. n. 33. verſ. è contrario. Item
erit legitima cauſa, quæ utilitatem, vel neceſſitatem
ipſius Majoratus concernit, ut puta ſi ad reficiendas
res majoratus concedatur ; vel ad eas augendas, vel
meliorandas, aut pro debitis inſtitutoris ſolvendia
Majoratus enim poſſeſſor non tenetur de fructibua
facere magnas expenſas, quamvis ad modicas obli-
getur Valaſc. conſult. 116. à n. 6. Molin. lib. 5. c. 27.
n. 7. Giurb. ad conſuet. Meſſan. c. 15. gloſſ. 4. n. 27. &
28. ſequitur Caſtill. de alim. c. 45. n. 7. Unde pro 92
reficiendis & conſervandis domibus, aut rebus Ma-
joratus juſtiſſima erit licentia aliqua bona alienandi,
ut totum conſervetur.

Similiter ſi urgeant creditores inſtitutoris Majo-
ratus, non ſolum ex licentia Regis, ſed etiam abſque
illa valebit rerum Majoratus venditio L. filius fami-
lias §. Divio 2. ff. de legat. 1. L. cum fidei ff. de fidei- 93
commiſſ. libertat. L. peto. §. prædium, ff. de legat. 2. Mo-
lin. lib. 1. c. 10. à n. 2. & lib. 4. c. 6. n. 1. ſive emptor
fuerit ſciens, ſive ignorans inſtitutionis Majoratus
Alphonſ. de Olea de ceſſion. jurium tit. 1. q. 1. n. 38.
Giurb. de ſucceſſ. feudor. §. 1. gloſſ. 5. n. 24. Valenz. conſ.
134. n. 14. Creſp. de Valdaura obſervat. 106. n. 8. Fuſar
de ſubſtit. q. 541. & facit Ordinat. lib. 3. tit. 93. in princ.

An vero dos dicatur juſta cauſa ad concedendum
ſacultatem ad alienanda bona Majoratus, vel ſubji- 94
cienda cenſui, vel hypothecæ? Dubium eſt. Si enim
agatur

agatur de bonis fideicommiſſi uon dubitatur poſſe alie-
uari ob cauſam dotis, vel donationis propter nuptias
deſceudentium inſtitutoris: *Auth. res qua Commnn.
de legat. L. mulier. §. cnm proponeretur, L. à filia ff.
ad S.C.Trebell.* Anton. Gomez *in L.* 40. *Tauri n.* 87.
Covarr. *lib.* 3. *var. c.* 6. *n.* 10. Palac. Rub. *in rubr. de do-
nat. inter* §. 56. Molin. *d. lib.* 4. *c.* 6. *à n.* 2. Surd. *deciſ.*
62. *à n.* 1. *cum ſeqq.* Camunç. *deciſ.* 35. *n.* 5. & 6. Peregr.
de fideicomm. art. 42. *n.* 86. Noguer. *alleg.* 17. *n.* 22.
Cancer. *lib.* 1. *var. c.* 9. *n.* 164. Franc. Vivius *deciſ.* 18.
n. 1. & 26. Caſtill. *de alim. c.* 36. *à n.* 34. Intrigliol. *de
ſubſtit. cent* 3. *q.* 73. *n.* 154. Sanſelic. *deciſ.* 99. *n.* 4.
Quod procedit non tantum, qnando ſola prohibitio
legis alienandi intervenerit; ſed etiam quando ex-
preſſa fuerit à teſtatore Covarr. *d. c.* 6. *n.* 10. Ant. Gom.
95 *d. n.* 87. ubi communem dicit Tiraq. *de primog. q.* 61.
n. 7. Moliu. *d. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 10. Surd. *d. dec.* 62. *n.* 5. Can-
cer. *d. c.* 9. *n.* 172. Caſtill. *d. c.* 36. *n* 53. & 54. Franc.
Vivius *d. n.* 26. Cevall. *q.* 743. Caſſanat. *conſ.* 34. *n.* 30.
& 31. Sanſelic. *deciſ.* 199. *n.* 20.
96 Deinde procedunt ſuperius dicta reſpectu dotis
jam in Matrimonio carnali, quam ſpirituali Gratian.
c. 533. *n.* 21. Fontan. *de pact. nupt. clanſ.* 5. *gloſſ.* 1. *p.* 1.
n. 60. Fuſar. *d. q.* 531. *n.* 28. Sanch. de Matrim. *lib.* 4.
97 *diſp.* 26. *n.* 7. Caſtill. *d. alim. c.* 36. §. 8. *n.* 1. Tondut *reſol.
Civil. c.* 180. *n.* 7. Iterum procedit prædicta reſolutio
tam in conſtitutione, quam in reſtitutione dotis; quia
propter eam permittitur alienatio rei ſubjectæ reſti-
tutioni Covarr. *d. c.* 6. *n.* 10. Molin. *d. c.* 6. *n.* 7. poſt plu-
tes Surd. *deciſ.* 62. *n.* 1. Caſtill. *d. c.* 36. *n.* 50. & *ſeqq.* Ubi
quod hæc eſt verior opinio. Foutan. *de pact. nupt.
clanſ.* 7. *gl.* 3. *p.* 14. *à n.* 2. Fuſar. *q.* 532. *à n.* 2. Hoc tamen
caſu conſtare debet de vera numeratione dotis; ita
ut confeſſio de recepta dote non præjudicet fidei-
commiſſario Cancer. *d. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 182. & 183. Ubi,
quod confeſſio nocebit fideicommiſſario in his caſi-
bus, in quibus probat contra creditores Caſſan. *conſ.*
54. *n.* 34. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 42. *n.* 83. Caſtill.
d. c. 36. §. 6. *n.* 1. Fontan. *d. gloſſ.* 3. *p.* 14. *n.* 30.
98 Limitanda tamen eſt prædicta concluſio reſpectu
deſcendentium à teſtatore inſtitutora fideicommiſſi;
uon reſpectu tranſverſalium, aut extraneorum Co-
varr. *d. c.* 6. *n.* 10. Ant. Gom. *in d. L.* 40. *n.* 87. optime
Molin. *d. lib.* 4. *c.* 6. *à n.* 3. ubi communem dicit Cancer.
d. c. 9. *n.* 164. Caſtill. *d. c.* 36. *n.* 30. & *ſeqq.* Tondut. *reſo-
lut. Civil. c.* 180. *n.* 1. & 2. Antonin. Amat. *reſol.* 75. *n.* 45.
& 46. Intrig. *d. q.* 73. *n.* 172. & *ſeqq.* Foutan. *d. clauſ.* 5.
gloſſ. 1. *p.* 2. *n.* 118. Creſp. de Valdaura *obſerv.* 22. *n.* 188.
99 Secundo intellige, nt poſſit fieri alienatio ex cauſa
dotis eo tantum caſu, quo non extant alia bona li-
bera: ſecus ſi extarent §. *ſi vero in Auth. de reſtit.* &
ea, quæ parit. d. Auth. res quæ, Molin. *d. c.* 6. *n.* 15. &
ſeqq. Tiraq. *de Primog. q.* 61. *n.* 13. Surd. *deciſ.* 62. *n.* 4.
Caucer. *d. c.* 9. *n.* 170. 173. Caſtill. *d. c.* 36. *n.* 43. Franc.
Vivius *deciſ.* 18. *n.* 27. Tondut. *d. c.* 180. *n.* 11. Fuſar. *q.*
531. *n.* 108. Intrigl. *d. q.* 73. *n.* 163.
Tertio intellige, ut bona fideicommiſſi alienari ue-
100 queant; ſi ex fructibus fideicommiſſi dos conſtitui, ant
reſtitui poteſt; dummodo fructus extent tempore
conſtitutionis, aut reſtitutionis dotis. Molin. *d. c.* 6.
n. 15. Caſtill. *d. c.* 36. *n.* 42. Sanſelic. *deciſ.* 199. *n.* 24.
Fuſar. *q.* 531. *n.* 119. *cum ſeqq.* Barboſ. *in L.* 1. *ff. ſolut. Ma-
trim.* 4. *p. ex n.* 20.
101 An autem dicta diſpoſitio text. *in Auth. res quæ*,
procedat in Majoratibus Hiſpaniæ; ita ut bona pro
dote, vel reſtitutione dotis poſſint alienari? Dubium
eſt. In quo Molin. *lib.* 4. *c.* 6. *n.* 19. Diſtinguit inter
dotes, quas tempore mortis inſtitutor Majoratus ſol-
vere erat adſtrictus; & inter eas, quas uon tenebatur
ſolvere tempore, quo mortuus fuit: ſed eſt veriſimi-
le, quod ſi viveret, eas ſolviſſet, vel etiam certum
ſit, quod ſi viveret, ſolvere teueretur. Et an primo
caſu non extantibus bonis Majoratus liberis, vel fruc-
tibus poſſe bona Majoratus in hanc cauſam alienari,
quaſi debita dotium; & alimentorum, inſtitutoris
debita cenſeantur: Secundo verò caſu non procedat
diſpoſitio, *d. Auth. res qua.* Et adducit rationem diſ-
ferentiæ, nempe, quod in ſpecie text. *in d. Auth. res
qua*, tantum loquitur de fideicommiſſis, in quibus
privata utilitas verſatur. Unde ad Hiſpanorum Pri-
mogenia trahi non valet, cum in illis non ſavor pri-
vatorum, ſed publicus verſetur. Et cum Molina vi-
dentur ſentire Pinel. *in L.* 1. *C. de bon. matern.* 3. *p.
n.* 102. Barb. *in L.* 1. *ff. ſolut. Matrim.* 4. *p. n.* 130.
verſ. contrarium attamen, Cevall. *commun. contra
commun. q.* 743. & Molinæ opinionem tuetur Caſtill.
d. c. 36. *à n.* 57. uſque ad *n.* 68. quam conſuetudine ap-
probatam tradunt Pinel & Barboſ. ubi ſupra.
Contrariam tamen opinionem defendunt Menoch. 102
& ab eo relati *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *n.* 175. *cum ſeqq.*
Theſaur. *deciſ.* 192. *n.* 4. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.*
5. *gloſſ.* 1. *p.* 2. *n.* 102. & *ſeqq.* Quæ opinio mihi magis
arridet; quam etiam tenet Sanſelic. *deciſ.* 199. *n.* 20.
Sed à recepta Hiſpanorum ſenteutia recedere non
auderem.
Nihilominus tamen Majoratus bona pro dote ſeu 103
reſtitutione dotis poſſeſſoris, vel ſucceſſoris Majora-
tus cum Regia facultate obligari quotidie videmus.
Et ita fieri poſſe compertum eſt; dummodo ipſius
Majoratus bona non alienantur. Quod optima cum
ratione fieri uon eſt dubium: Intereſt namque Rei-
publicæ Magnates, & Nobiles, poſſeſſores, vel ſuc-
ceſſores Majoratuum, vel bonorum Regiæ Coronæ,
ut ſimiles ſibi nobiles uxores ducant, ut integra Fa-
miliarum Nobilitas conſervetur, quod conſequi cum
difficultate poterit, ſi Poſſeſſor, vel Succeſſor Ma-
joratus, qui alia bona non habet præter vinculata,
nulla data ſecuritate ad reſtitutionem dotis, & ſatiſ-
factionem arrharum uxorem quærat Atque ita validas
cenſeo facultates, quæ à Principe coucedi ſolent ad
obliganda bona Majoratus iu hanc cauſam, ut
ex illius redditibus dotis reſtitutio fiat, & arrhæ ſol-
vantur; ſi tempore reſtitutionis, & ſolutionis arrharum,
uulla alia maritus bona poſſideat libera. Quæ reſolutio
probatur ex dictis ſupra, dum diximus *nu.* 81. poſſe
bona Majoratus alienari ex cauſa dotis, vel reſtitu-
tionis eorum, quos Inſtitutor Majoratus tempore mor-
tis dotare tenebatur: hæc enim ratio fortius adſtringit
reſpectu poſſeſſoris, vel ſucceſſoris Majoratus, quam
aliorum. Et notabis, quod conceſſa facultate alie-
uandi bona majoratus, ut expreſſe aliquid fiat, emp-
tor ſolvendo pretium ſecurus manet, quamvis id
factum uon ſit *L.* 1. §. *non autem*, *L. fin. ff. de exer-* 104
citor, action. L. liberto in princip. ff. de negot. geſt.
Molin. *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 22. Surd. *deciſ.* 156. Lar. *alleg.* 75.
n. 16. Caſſanat. *conſ.* 9. *n.* 55. Maldonad. ad Molin. *d.
c.* 4. *n.* 22. Noguer. *allegat.* 14. *n.* 55. Vide tamen Caſ-
till. *de aliment. c.* 36. §. 3. Et obſerva, quod ſi facul-
tas ad alienanda, vel obliganda bona Majoratus fuit
per ſubreptionem obtenta, utique alienatio nulla erit:
ut tenent Carleval. *de judic. tit.* 3. *diſp.* 22. *n.* 8. & 10.
Salgad *in labyrinth. p.* 1. *c.* 37. *n.* 14. Et ita judicavit 105
Senatus me refereute die 17. Auguſti anno 1668. in
lite Egas Moniz de Sylva cum Joanne de Siqueira da
Cunha, Scriba Dominico Luis de Oliveira Et viden-
dus Valeron. *de tranſact. tit.* 4. *q.* 2. *n.* 26. Quæ au-
tem requirantur ad validitatem facultatis à Rege ob-
tentæ: Et an ſequens ſucceſſor majoratus audiendus
ſit ante conceſſionem? Videndi ſunt Molin. *lib.* 1.
capite 8. *n.* 33. ubi latiſſime Addentes Caſtill. *lib.* 5.
cap. 22. & Sarmient. *ſelectar. lib.* 7. *c.* 9. *n.* 3. Et de 106
pluribus quæſtionibus circa prædictas facultates vi-
dendus Salgad. *in labyrint. p.* 1. *cap.* 39. Adverto
tamen, quod in impetratione harum facultatum ſolent
paſſim fraudes committi: & ideo magna cum circunſ-
pectione debeut Palatini Senatores procedere, & po-
tius

tius eas denegare, quam concedere, quia valde odioſæ ſunt Salgad. *in labyrint. p. 2. c. 10. n. 73.*

Pro eadem cauſa dotis ſolet Princeps donatariis bonorum Coronæ licentiam concedere ad obligan-da bona Coronæ, ita ut, & bona majoratus, de quo latius alibi agendum erit Deo dante.

107 Et pro coronide dicendum eſt, quod Princeps non poteſt revocare privilegium conceſſum non ſub-dito juxta doctrinam Bartol. *in L. qui ſe patris C. unde liberi*, Decius *conſ.* 286. *n.* 6. Cardinal. *in repetit. c. perpendibus in princ. de ſentent. excommunicat.* Caſtr. *L. digna vox, C. de legib. circa med. verſ. nota pro terris Eccleſiæ*, Cevall. *de cognit. per viam violentiæ c.*

108 10. *in proœm.* Salgad *de protect. p.* 1. *c.* 1. *prælud.* 5. *n.* 358. Gabr. Pereyr. *deciſ.* 200. *n.* 23. Cyriac. *contr.* 13. *n.* 60. Unde privilegio conceſſo Regi per Summum Pontificem non cenſetur Pontifex derogare, niſi id expreſſerit, Farinac. *deciſ.* 48. *n.* 8. *p.* 1. Caſtill. *de tert. cap.* 36. *n.* 28. Noguet. *allegat.* 39. *nu.* 32. *&* 33. Diana

109 *reſolut. moral. p.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 6. Salzed. *de leg. polit. lib.* 1. *c.* 7. *nu.* 31. Neque Princeps revocare poteſt privilegium conceſſum Eccleſiæ Luc. de Pæna *in L. fin n.* 64. *C. de locat. præd. Civil. lib.* 11. Felin. *in c. ad Apoſtolicam. n.* 1. *de ſimonia*: A qua opinione non eſſe recedendum in judicando, & conſulendo tradit Jaſon. *in L. non amplius §. ſi certum n.* 14. *ff. de legat.* 1. Mart. *de juriſd.* 4. *p. cent.* 1. *caſu* 51. *à n.* 15. *cum ſeqq.* Salgad. *de protect. p.* 1. *c.* 1. *præl.* 5. *n.* 355.

Caput XII.

De poteſtate creandi Magiſtratus.

SUMMARIUM.

1 *Antiquitus antequam eſſent leges, non erant Magiſtratus, ſed populus Regis arbitrio regebatur, & poſt leges Magiſtratus introducti fuere.*

2 *Magiſtratus ſunt executores legum*

3 *Romulus lege lata creandorum Magiſtratuum poteſtatem Populo conceſſit. Et quid poſtea obſervatum exactis Regibus.*

4 *Tranſlato Imperio in Imperatorem ſolus Imperator Magiſtratuum creandorum poteſtatem aſſumpſit.*

5 *Poteſtas creandorum Magiſtratum eſt de Regalibus, & quidem majoribus: ut n. 6.*

7 *Reus eſt læſæ Majeſtatis, qui propria authoritate Magiſtratum in ſe ſumit, & tanquam talis dolo malo gerit.*

8 *Læſæ Majeſtatis reus eſt ille, qui injuſſu Principis exercitum comparavit: & qui ſucceſſorem datum non admiſit.*

9 *Magiſtratum ſuſcipere ab alio, qui Rex non fuerit, nemo poteſt.*

10 *Intereſt Reipublicæ, quod omnis juriſdictio ſit penes unam Majeſtatem à qua derivatur in omnes tanquam à fonte.*

11 *Juriſdictionem etiam minimam nemo habere poteſt: niſi à Principe non recognoſcente ſuperiorem, ſive mediate, ſive immediate.*

12 *Conceſſa per Principem juriſdictione alicui non poteſt donatarius conſtituere Judicem foraneum; neque Judices, & Tabelliones ejus nomine poſſunt vocari, niſi id expreſſe in donatione contineatur.*

Electio Judicum, & Decurionum pertinet ad populum, non ad dominum juriſdictionis. Ibid.

13 *Judices, & officiales electi à populo juriſdictionem exercere nequeunt, niſi obtenta confirmatione à Præſide, vel Senatoribus Palatii.*

Electi, non à populo, ſed à Rege juriſdictionem accipiunt. Ibid.

14 *Electionem confirmans eam facere videtur.*

Judices electi, & Decuriones ad annum tantum inſervire poſſunt. Ibid.

15 *Magiſtratus, vel ſunt majores, vel minores Majores dicebantur qui habent merum, & mixtum imperium, Minores, quibus minus imperium conceſſum eſt.*

16 *In Regno neque Judices Ordinarii, vel Foranei; neque Præſides Provinciarum in criminibus pœnas ordinarias imponere poſſunt: ſed lata ſententia tenentur appellare ad Senatum.*

Senatores tantum in hoc Regno ſunt Judices majores, cæteri inferiores. Ibid.

17 *Regis cura maxima eſſe debet in deligendis optimis Magiſtratibus.*

18 *Magiſtratus debet eſſe vir bonus.*

19 *Princeps bonos ad Magiſtratus eligere tenetur.*

20 *Ad Senatoriam dignitatem debet eligere viros jam probatos, non probandos.*

21 *Juſtitia eſt omnium virtutum præclariſſima.*

Et vide plura de laudibus juſtitiæ Ibid.

22 *Principem nihil magis decet, quam juſtitiam colere, & ſua cuique jure ſervare: quia ſine illa nihil poteſt conſiſtere.*

Juſtitiæ adminiſtratio magis neceſſaria eſt, quam belli. Ibid.

23 *Judex debet habere duplicem ſalem, ſcilicet ſcientiæ, & conſcientiæ in mente ſua ſecundum* Baldum.

24 *Magiſtratus ſcientia legalis debet eſſe peritus, & habere notitiam boni, & æqui.*

25 *Ignorantia Judicis maximum Reipublicæ infert detrimentum.*

Et eſt calamitas innocentis. Ibid.

Judex omni tempore, & ætate ſtudiis incumbere debet. Ibid.

26 *In Magiſtratu non ſolum ſcientia, ſed & experientia deſideratur.*

Praxis dicitur ſcientia digeſtiva. Ibid.

Leges in ſcholis diſcutiuntur, in Palatiis digeruntur Ibid.

27 *Qui eligi debent in Senatores. Et qui ſint magis idonei.*

28 *Senes potius eligendi ſunt in Senatores quam juvenes.*

29 *Senes cenſentur prudentiſſimi, & quo quiſque ſenior eſt, eo prudentior.*

30 *Senes ad regimen Reipublicæ juvenibus ſunt præferendi.*

Senatus dictus fuit à ſenibus & à patribus, qui Senatores dicti ſunt: & patres ex ætate Senatores vocabantur. Ibid.

31 *Conſiliarii Principis ſenes eſſe debent, non tamen jam decrepiti, & omni ſenſu, ac ratione deſtituti.*

32 *Periculoſum exiſtimatur juvenes gubernationi Reipublicæ præponere; ſed non reprobatur, quod in Senatu admittatur inter ſenes unus vel alter juvenis.*

Cujus ætatis ad Senatum quis eligendus ſit: Remiſſive. Ibid. *Apud nos viginti quinque annorum ætas ſufficit.*

33 *Hominis naturale eſt timere hominem, & jacturam ſavoris, atque gratiam ipſorum.*

Sed Magiſtratus debet habere fortitudinem, & patientiam. Ibid.

34 *Peccat mortaliter, qui ſe impotentem agnoſcit ad reſiſtendum potentioribus, & judicandi munere ſe ſe ingerit.*

35 *Sapientia omnem expellit timorem.*

36 *Ambitus pluribus legibus punitur.*

Et interpretatur text. in L. unica, ff. ad L. Iul. de ambitu. Ibid.

37 *Simoniam dicitur committere, qui pretio, vel muneribus officia obtinet.*

Vendi-

Venditiones Magiſtratuum, ambitiones; & nundinationes ſemper fuere Reipublicæ lethales. Ib.
Et qua ex his ſequatur. Ib.

38 *Qui mittuntur ad officia Magiſtratus, jurare debent neque dediſſe quidpiam, neque daturos fore per ſe, nec per interpoſitam perſonam pro adminiſtrationibus ſortiendis.*

39 *Licitum eſt à Rege petere officia, & Magiſtratus extra illos caſus, de quibus ſupra.*
Maximè, ſi ſuis litteris, virtutibus & bonis moribus nixi petierint.

40 *Princeps non debet conferre Magiſtratus, & honores ad ſuffragium potentiorum, eorumque, qui ad latus ejus aſſiſtunt.*

41 *Magiſtratus divites eſſe debent, & non pauperes.*

42 *Pauperes, qui digni ſunt, & probatæ, ac ſpectetæ eruditionis; ſi ex vita anteacta conſtat eſſe probos, non ſunt repellendi.*

43 *Clerici. An ſint eligendi ad Senatoriam dignitatem? Diſputant DD. Apud nos de conſuetudine eliguntur. Sed Princeps paucos admittere debet.*

44 *Magiſtratibus tam jure divino, quam humano omnis avaritia, rapacitas, ac munerum acceptio eſt interdicta.*
Judex debet eſſe incorruptus, & à receptione munerum ſe abſtinere. Ibid.

45 *Princeps tenetur Magiſtratibus congruum ſalarium conſtituere à publico, & Regiis redditibus, & n. 47. & 48.*

46 *Præcipua cauſa conſtituendorum tributorum Principibus fuit ob adminiſtrationem Iuſtitiæ, & ut ſubditos in pace continerent; & ab injuriis vendicarent.*

47 *Princeps tenetur ſubditis Juſtitiam gratis miniſtrare, non eorum expenſis.*

49 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum. Spes præmij, eſt laboris ſolatium.* Ibid.
Præmio excitantur homines ad Regis ſervitium. Ibid.

50 *Salarium debet conſtitui congruum Magiſtratibus, ut honorificè vivere poſſint.*
Congruum non dicitur ſalarium, quod ſufficit pro vita & ſuſtentatione; ſed debet conſtitui, ut ex eo quotannis aliquam ſummam reponere valeant, ut ſenectuti conſulant. Ib.

51 *Homicida æquiparatur, qui Magiſtratus ſalaria aufert; vel minuit.*
Pretia rerum varia ſunt, & aucta ſecundùm copiam, & inopiam pecuniæ. Ib.
Monet Author Principem, ut ſalaria Magiſtratibus, & Senatoribus augeat. Ib.

1 AB initio antequam leges eſſent conditæ, ita ut
non aderant leges, ita nulli erant Magiſtratus;
ſed Populus ſolo Regis arbitrio regebatur, ut notatur *in L. 2. ff. de orig. juris*, Alex. *in L. 1. n. 3. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd.* Mirand. *de ord. judic. p. 3.* Cagnol. *ad rubr. ff. de origi. juris* Maſtrill. *de Magiſt. lib. 1. c. n. 12.* Et probatur *lib. 1. Reg. c. 8.* ibi: *Da nobis Regem, qui judicet nos.* Poſtquam autem leges conditæ fuerunt, ſtatim Magiſtratus ſunt introducti ad juſtitiam miniſtrandam, atque expediendam Camill. Borell. *de præſt. Reg. Cathol. c. 21. n. 21.* obſervatur *in rubr. & in L. 2. ff. de orig. juris.* & probatur *in c. 1. in tit. quæ ſint Regalia*, ibi: *Poteſtas creandorum Magiſtratuum ad juſtitiam expediendam.* Vanum enim eſſet leges, vel ſtatuta eſſe in Civitate, niſi eſſent qui jura reddere poſſent, & leges adaptarent, ſecundom caſuum contingentiam: ut dixit Pompon. *in lib. 1. Enchiridii*, & notant Salas *de legib. diſp. 6. ſect. 2.* Simanc. *de Repub. lib. 5. c. 1.* Petr. Greg. *eod. tract. 4 cap. 5. in princ.* Maſtrill.
2 *de Magiſtr. lib. 1. c. 1. n. 14.* Sunt autem Magiſtratus legum executores *L. 2. §. poſt originem, ff. de orig. juris*, & legum quidem fidi cuſtodes: ut ex Ariſt. 5. *Æthic* tradit Paul Xamar. *de offic. Judic. q. 16. n. 34. p. 1.* Ubi quod lex humana per ora Judicum loquitur; & qood prudens Judex eſt anima legis; quia per Magiſtratus conſequuntur homines effectum legis; hoc eſt, finem juris, ad quam leges conditæ fuerunt. Maſtrill. *d. cap. 1. n. 16.* Et quidem juſtitia bonum feliciſſimum Salzed. *de leg. Polit. lib. 1. c. 7. n. 15.*

Romulus com Patritios in Senatorum Ordinem 3
optaret; ne Patritiis videretur eſſe propenſior; lege
lata creandorum Magiſtratuum poteſtatem Populo
conceſſit: ut tradunt Dionyſ. Halicarnaſ. *lib. 2.* Paul.
Manut. *in lib. de legib. Romanor.* & Prætajus *in juriſprud. veteris* legem quintam Romuli tranſcribit his
verbis: *Populus Magiſtratus creanto, leges ſciſcunto,*
bella decernunto. Et ſic ex poteſtate commiſſa Populum Magiſtratus creabat: Ejectis verò à Roma Regibus, Populus ſummam Imperii aſſumpſit & creatis duobus Conſulibus annualibus quibus totius regiminis curam commiſit; legeque lata à Valerio Publicola Conſule poteſtas creandorum Magiſtratuum eiſdem data fuit; ita ot nemini, niſi à Populo Magiſtratum habere liceret: ut ex Prateio, Pompon. Feneſt. & aliis docet Camil. Borrell. *de præſt. Reg. Cath. c. 21. à n. 3. cum ſeqq.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 15. n. 1. & 2.* Ubi de ſimili lege Venetorum verba facit. Et tunc temporis prædictam poteſtatem fuiſſe
penes Populum probat Modeſt. *in L. unica ff. ad L.*
Jul. de ambitu. Translato autem à Populo in Impe- 4
ratorem omni imperio, & poteſtate ut *in L. 1. ff.*
de conſtit. Princ. ſoli Imperatori creandorum Magiſtratuum poteſtas pertinere cœpit; prout totius Imperii regimen, *L. 1. C. de veteri jure enucleand. L. 1. poteſt. princ. C. de offic. Præfect. Prat. L. fin. C. de legib. c. ad Apoſtolica de re judic. in 6. c. venerabilem de elect. Clement. 1. de jurejur. c. 1. §. Judices, & ad decus de pace juram. firm.* Quapropter creatio Magiſtratuum inter Regalia connumeratur *in c. 1. quæ ſint Regalia c. 1. §. homicidium* ibi: *Ab Imperatore,*
vel ejus voluntate confirmati: de pace tenend. Quod 5
antea probaverat Modeſtin. *in d. L. unica ff. ad L. Iuliam de ambitu* in illis verbis ibi: *Hæc lex in Urbe hodie ceſſat, quia ad curam Principis creatio Magiſtratuum pertinet, non ad Populi favorem:* facit text. *in L. quidam conſulebant ff. de re judic.* ibi: *Princeps enim, qui ei Magiſtratum dedit.* Et quod ſit de Regalibus probat etiam *Ordinat. lib. 2. tit. 26. §. 1.* ibi: *Item poder fazer officiales de juſtiça, aſſim como ſam Corregedores, Ouvidores, Iuizes, Meyrinhos, Alcaides, Taballiaens, Eſcrivaẽs, & quaeſquer outros officiaos deputados para adminiſtrar juſtiça.* Et quod hæc poteſtas ſit de Regalibus majoribus, quæ ad ſupremam juriſdictionem pertinent; ſcribunt Sixtin. *de*
Regal. lib. 2. c. 15. n. 3. & 23. Maſtrill. *de Magiſt.* 6
lib. 1. c. 1. n. 1. & c. 4. n. 31. Camill. Borell. *de præſt. Reg. Cath. c. 21. à n. 14 & c. 36. n. 23. & c. 71. n. 42. & ſeqq.* Avendañ. *de exeq. mandat. p. 1. c. 1. n. 11.* Cabed. *2. p. dec. 43. n. 1.* Azeved. *ad rubr. tit. 1. lib. 2. Recopil. n. 2. & in L. 3. tit. 5. lib. 3. ſub n. 5.* Bovad. *in ſua Polit lib. 1. c. 2. n. 17. & 18.* Giurb. *conſ. 65. n. 11. & 12.* Caſtill. *de tert. c. 41. à n. 17.* D. Joſeph. Vela *2. tom. diſſert. 44. n. 35.* Salgad. *de retent. Bullar. 1. p. c. 14. n. 2.* Solorz. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. c. 10. n. 21.* Horat. Montan. *de Regal. verb. poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum n. 2.* Ripol. *eod. tract. c. 35. n. 143.* Arniſæus *de jure Majeſt. lib. 2. c. 4. n. 11.*

Unde fit, quod cum nemo niſi à Majeſtate Ma- 7
giſtratum habere valeat, reus erit criminis læſæ Majeſtatis, qui propria auctoritate in ſe ſumpſerit Magiſtratum, & dolo malo tanquam talis aliquid geſſerit *L. 3. §. fin. ff. ad L. Jul. Majeſt.* Capella Toloſ. *q. 402.* Capyc. *deciſ. 130. n. 21.* Gratian. *diſcept. forenſ. c. 10. n. 18.* Guid. Pap. *conſ. 29. verſ. incipit ille incarceratus,*

ceratus, Caſſan. *in conſuet. Burgund. des Juſtices verſ. & droicts veles n.*14. Repugnat enim conditioni Magiſtratus poteſtatem habere à ſeipſo; cum Magiſtratus à Magiſtro derivetur; id eſt à gubernio, quaſi Magiſtratus ab alio gubernatus dicatur: ut ait Feſtus. Et ideo teſte Tit. Liv. *lib.* 9. Appius Claudius accuſatus à Tribuno Plebis, quod triennium, & ſex menſes ultra quam liceret, lege Æmilia, Cenſuram, & quidem ſolus gereret. Quod jam Regno ſimile erat. Et inſuper illi objecit Decemvirum ex eadem familia, qui in annum creatus, altero anno ſe ipſum creaverit. Tertio nec à ſe, nec ab ullo creatus; privatus, faſces, & Imperium obtinuerit, nec ante continuando abſtiterit Magiſtratu, quam obruerent eum: male parta, male geſta, male retenta Imperia: Et Plutarch. *in Pelop.* Pelopidas, & Epaminondas capitis accuſati ſunt, ex eo, quod Magiſtratum quatuor menſes, quam lege licuiſſet rei melius gerendæ cauſa injuſſu Populi retinerent. Idem namque eſt exercitum proprio authoritate conſcribere, aut traditum ultra legi[illegible] tempus retinere. Qua de cauſa lege Julia Ma[illegible] tenetur ille, qui injuſſu Principis exercitum comparavit, & qui ſucceſſorem datum non admiſit *L.*3.§. *eadem lege, ff. ad L. Jul. Majeſt. Ordinat. lib.*5. *tit.*6.§. 2. ubi Emman. Barb. Decian. *in tract. crimin. lib.* 7. *c.* 9. *n.*14. *& c.*33. *n.*7. Cabed. 2. *p. deciſ.*82. *n.*6. Capyc. *deciſ.* 130. *n.* 9.

9 Deinde non poterit quis Magiſtratum ſuſcipere ab alio, qui Rex, ſeu Princeps non fuerit: quia tunc potius dicetur Magiſtratus illius, qui conceſſit, quam Principis, qui nullo modo patietur, ut externæ Majeſtati Imperium, aut juriſdictio concedatur in ſuos ſubditos: Nam ut dixit Saluſtius ad Liviam eam eſſe conditionem impetrandi, ut non aliter conſtet ratio, quam ſi uni reddatur, Tacit. *lib.* 1. *annal. in princip.* Neque duo in ſubditos unius ſimul imperare poſſunt. Cum, ut dicitur in ſacra Pagina, nemo poſſit duobus dominis ſervire. Prout neque dominium apud duos in ſolidum eſſe poteſt. Qua ratione intereſt Reipu-
10 blicæ, quod omnis juriſdictio ſit penes unam Majeſtatem, & ab ea derivetur, ſeu promanet in omnes tam Magiſtratus, quam Dominos vaſſallorum, tanquam à fonte: *Auth. conſtitutio, qua de dignitatibus* §. *præterea collat.*6. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 6. *gloſſ. in L. ſi quis Decurio verb. Judici C. Decur. lib.* 10. Camill. Borrell. *de Præſt. Reg. Cath. c.* 21. *n.* 17. *& ſeqq.* & cum Petr. Greg. Covarr. Menoch. Greg. Lopez, & alii Larrea *allegat.* 70. *n.* 3. Bovad. *lib.* 1. *c.* 12. *n.* 21. Ripol. *de Regal. c.* 35. *n.* 12. Cabed. 2. *p. deciſ.* 9. *n.* 8. *& deciſ.* 15. *n.* 2. *& deciſ.* 43. *n.* 2. Adeo ut nemo juriſdictionem etiam minimam habere poſſit, niſi à Principe non recognoſcente ſuperiorem, vel mediate, vel immediate Afflict. *in c.* 1. *n.* 1. *in tit. quis dicatur Dux, Comes, &c.*
11 *& in c. ad hoc de pace juram firm.* Horat. Montan. *de Regal. verb. poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum n.* 13. *pag.* 136. Alex. *in L.* 1. *ff. de juriſd. omn. Judic. n.* 11. *in fin. & in L. Imperium n.* 9. Camill. Borell. *de præſt. Reg. Cath. cap.* 21. *n.* 14.

12 Unde dicendum eſt, quod quamvis Princeps alicui Magnati concedat Civitatem, vel oppidum cum juriſdictione, tamen ipſe non poterit in Civitate Judicem, quem dicimus Foraneum, conſtituere *ex Ordinat. lib.* 2. *tit.* 45. §. 13. Neque Donatarius appellari poterit Dominus terrarum neque Judices, & Tabelliones ejus nomine poterunt vocari; niſi id expreſſe in donatione contineatur *Ordinat. d. tit.* 45. §. 3. quia licet juriſdictio ſit conceſſa, tamen Judicum ordinariorum, Decurionumque, & cæterorum officialium electio non ad Dominum juriſdictionis, ſed ad ipſum Populum ſpectat, *Ordinat. tit.* 45. §. 1. *&* 13. *juncta Ordinat. lib.* 1. *tit.* 67. Quod idem in Caſtella obſervari probat *L.* 2. *tit.* 2. *lib.* 7. *Recopil.* Qui Judices Ordinarii à Populo electi juriſdictionem exercere nequeunt, niſi obtenta electionis confirmatione à Præ- 13
ſide Provinciæ, vel à Senatoribus Palatii juxta *Ordinat. de tit.* 67. §. 8. Quod etiam probatur ex text. *in c. avaritia de elect. lib.* 6. Palac. Rubr. *in rubr. de donat. inter* §. 29. *n.* 3. Phæb. 1. *p. deciſ.* 66. *n.* 12. *&* 13. Et eſt notandum quod licet prædicti Judices Ordinarii eligantur à Populo, tamen à Rege juriſdictionem accipiunt: ut plene probat Larrea *allegat.* 70. Et fortaſſis ob eam rationem electiones indigent confirmatione Præſidis, vel Senatorum Palatii, ut dignoſcatur juriſdictionem eſſe Regis, non Populorum, vel Donatariorum; cum enim confirmatio ab officialibus Regiis fiat, ab eis nomine Regis accipiunt juriſdictionem, ſiquidem confirmans electionem eam facere videtur *c. cum nobis c. nihil de elect. c. fin. ead. tit. lib.* 6. Natta *conſ.* 244. *n.* 1. *vol.* 2. Larrea *deciſ.* 41. *n.* 15. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 10 *p.* 1. *n.* 137. Hi autem Judices Ordinarii, & Decuriones à Popu- 14
lis eliguntur ad annum tantum juxta *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 67. In quo Ordinatio ſecuta eſt doctrinam Iſocratis in Nicloſe *Orat.* 3. Ariſtot. *lib.* 2. *Polit. c.* 3. qui Magiſtratus non perpetuos, ſed temporales eſſe eligendos docuerunt: Camill. Borrell. *de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 12. *per totum*, Larrea *d. alleg.* 70. *n.* 1.

Notabis etiam, quod Magiſtratus vel ſunt majo- 15
res, vel minores, Majores dicuntur de jure communi hi, quibus judicii publici adminiſtratio eſt commiſſa, id eſt, qui habent merum, & mixtum imperium *L.* 1. *ff. de offic. Præfect. Prat. L.* 2. *ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd.* Minores verò, quibus minus imperium conceſſum eſt: ut in *L. fin. C. de pedan. Jud.* notant Paul. Montan. *de tutor. & curat. c.* 35. *n.* 101. *&* 102. Et videntur ſentire Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 96. *n.* 10. *juncto n.* 18. Barboſ. *in L. cum Prætor.* 12. §. 1. *n.* 247. *ff. de judic.* noviſſime Gabr. Alvares de Velaſc. *de Judice perfect. rubr.* 11. *annot.* 2. *n.* 25. Qui tamen *n.* 26. Ordinarios Judices, & Aſſeſſores inter majores Magiſtratus connumerat; quia habent merum, & mixtum imperium. In quo ei aſſentire non poſſum: maxime in hoc Luſitaniæ Regno, ubi neque Judices Or- 16
dinarii, vel Foranei, neque etiam Præſides Provinciarum in criminibus poſſunt ordinarias pœnas imponere: ut eas exequi valeant; ſed prolata ſententia ipſi pro parte juſtitiæ ad Senatum appellare tenentur juxta *Ordinat. lib.* 5. *tit.* 122. quamvis partes ſententiis acquieſcant: & delato proceſſu ad Senatum ultima profertur ſententia, quæ executioni mandatur. Præterquam in aliquibus caſibus levioribus, quorum omnis juriſdictio Judicibus Foraneis, & Præſidibus demandata eſt. Unde verius puto. Senatores tantum dici Judices majores; cæteri verò inferiores, & minores: ut per Roland à Valle *conſ.* 7. *n.* 17. *& ſeq.* Jaſ. *in L.* 1. *n.* 8. *C. de precib. Imper. offerend.*

Cum autem ad juſtitiam miniſtrandam Magiſtra- 17
tus ſint creandi; nemini dubium eſt, ut dixit Plato *lib.* 5. *de legib.* quòd cum magna res legum latio ſit, ſiquis civitati per leges bene paratæ non idoneos Magiſtratus conſtituat quamvis leges bene poſitæ ſint, tamen non modo id nihil proderit, riſumque movebit, verum etiam calamitates maximas civitatibus pariet: refert Simanc. *de Repub. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 4. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 16. Oportet igitur, quod Principis ſit maxima cura in deligendis optimis Magiſtratibus: nam ut ait Plato *in primo Alcibiade:* Virtute prius ornatus ipſe debet eſſe, quicunque, non ſibi tantum, ac ſuis, ſed Reipublicæ etiam, & iis, quæ ad eam ſpectant, imperaturus eſt: idem Simanc. *de Repub. lib.* 5. *c.* 4. *n.* 5. Et quidem, ut ait ipſe Plato *lib.* 1. *de Repub.* Qui Magiſtratum gerere debent, probi electique ſint: nam ut oculi propria virtute privati male vident; ità anima propriâ virtute deſtituta male ſuum opus peragit. Neceſſe eſt igitur malam animam male imperare, atque curare,

bonam verò hæc omnia bene facere. Simanc. *d. lib.* 1. *n.* 4. *num.* 6. Sed ut recte dixit Camill. Borell. *de praſt. Reg. Cath. c.* 21. *num.* 21. in eligendis talibus Magiſtratibus, qui juſtitiam expediant, hoc opus, hic labor eſt. Cum dicete poſſimus cum Virgil. *lib.* 1. *Æneid.*

Apparent rari nantes in gurgite vaſto:

18 Proindeque debet Princeps imprimis advertere circa electionem Magiſtratuum, ſecundum Ariſtot. *lib.* 6. *Æthic. cap.* 12. quod bonum niſi à viro bono videtur; pravitas enim pervertit intellectum, efficitque, ut circa principia rerum agendarum improbus homo fallatur. Et ſic Magiſtratus debet eſſe vir bonus: prout talis dicitur in *L. vir bonus* 18. *ff. judicatum ſolvi L. continuus* 137. §. *cum ita ff. de verbor. obligat.* ubi Imol. n. 2. Aretin. n. 3. *L. cætero* §. 1. *ff. famil. erciſc. L.* 31. *tit. fin. partit.* 7. Alciat. *de præſumpt.* 9. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 17. Paul. Xamar. *de offic. Judic.* 1. *p. c.* 1. *n.* 1. Gabr. Alvares de Velaſc. *de Judic. perfect. rubr.*
19 1. *annot.* 1. *n.* 8. Bonos itaque ad Magiſtratum eligere tenetur Princeps, & qui ut tales ſe præbeant; quantum ſinit humana fragilitas. Si quidem undique, & ex omni parte bonus homo eſſe non poteſt; cum boni appellatio ſoli Deo conveniat Matth. *c.* 19. *verſ.* 17 ibi: *Unus eſt bonus Deus* Et Lucæ *cap.* 18. *verſ.* 19. ibi: *Nemo Bonus, niſi ſolus Deus.* Et *Pſalmo* 118. *verſ.* 69. ibi: *Bonus es tu:* Nemo namque hominum ſine crimine vivit Gabr. Alvares de Velaſc. *de privil. miſerab. perſon.* 3. *p. q.* 2. *n.* 10. Sed ſua cuique ſunt vitia, ut Quintil. *lib.* 11. *Inſtitut. c.* 3. Qua de cauſa Concil. Trident. *ſeſſ.* 6. *Canon.* 23. ſtatuit, quod ſi quis dixerit poſſe in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei privilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Eccleſia, anathema ſit. Atque ideo cum nemo inveniatur, qui in aliquo dignus reprehenſione non ſit: ut dixit Quintill. *Inſtit. lib.* 10. *c.* 2. ibi: *In his, quos maximos adhuc novimus, nemo ſit inventus,*
20 *in quo nihil aut deſideretur, aut reprehendatur.* Sufficiet, quod talis eligatur ad Magiſtratum, qui bene inſtructus nulla vi, aut neceſſitate à bono recedere; aut malum facere ſibi licere intelligatur. Itaque curet Princeps ad Senatoriam dignitatem eligere viros jam probatos, non probandos juxta ſententiam D. Bernardi *lib.* 4. *de conſiderat ad Eugen. c.* 5. ibi. *In monaſteria admitti poſſe homines ſpe proficiendi, officia verò bonos facilius recipere, quam facere: & hac propter ad ea viros probatos oportere deligi, non probandos: ut juſtitiam colant, & diligant.* Nam ſecundum Bernardum *lib.* 3. *de conſiderat. ad Eugen.* ibi: *Diligite,* inquit, *juſtitiam, qui judicatis terram. Parum eſt juſtitiam tenere, niſi & diligat. Qui tenent, tenent: qui diligunt, zelantur. Amator juſtitiæ inquirit juſtitiam & proſequitur eam, porro omnem injuſtitiam perſequitur.*

21 Equidem juſtitia virtus eſt, quam fides Populorum maxime ſequitur. Nec enim dumtaxat in honore habent juſtos, quemadmodum fortes, neque admirantur, quemadmodum ſapientes; verum etiam amant, & eis confidunt: ut dixit Plutarch. *in Canon. Uticenſ.* refert Simanc. *de Repub. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 7. Quippe juſtitia eſt omnium virtutum præclariſſima, immò ipſa eſt virtus, non pars virtutis: ut dixit Ariſtot. *lib.* 5. *Æthic. c.* 1. *paulo ante fin.* Quia omnes virtutes complectitur animi affectio, qua ad legum obſervationem apti ſumus, quaque res juſtas, & facimus, & facere volumus: ut pluribus authoritatibus comprobat Velaſc. *de judic. perfect. rubr.* 1. *annot* 1. *n.* 5. Plura de Juſtitiæ commendatione cumulat Doctiſſimus Solorz. *emblem.* 64. Hæc firmat Regnum juxta illud *Proverb. cap.* 16. & ex Greg. Lopez Giurb. *conſ.* 1. Salgad. *de Reg. poteſt. p.* 1. *c.* 1. *n.* 103. Et poſt alios Salzed. *de leg. Polit. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 29. & multum affert utilitatis, ut cum pluribus notat Salzed. *d. c.* 7. *à n.* 117. Eſtque juſtitia divina quædam lex, vinculum ſocietatis humanæ nectens, quæ ſua cuique, & ſervat, & tribuit, videlicet Deo, & ſibi, & proximo. Simanc. *d. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 15. Unde dixit Tullius *lib.* 3. *offic.* ibi: *Fundamentum perpetuæ commendationis, & famæ Juſtitia eſt, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile: & qui veram gloriam adipiſci vult, Juſtitiæ fungatur officiis.* Proptereaque nil magis decet Principem quam juſtitiam colere, & ſua cuique jure ſervare: ut dixit D. Gregor. *lib.* 7. *Epiſt.* 20. Cum vere ſit rerum publicarum 22
fundamentum, & ſine illa nihil poſſit conſiſtere: Et ait Plato *in Minoe* quod Juſtitia Civitates, & reliqua omnia ſervat; injuſtitia verò pervertit, atque corrumpit. Ita ut ſine Juſtitia non ſolum Reſpublica, ſed neque exiguum hominum cætus, nec quidem parva domus conſtabit Macrob. *lib.* 1. *de ſomn. Scipion. c.* 1. Velaſc. *de Judic. perfect. rubr.* 9. *annot.* 1. n. 2. Ideoque cum omnino ſit neceſſaria, & in ea adminiſtranda principale Regum officium conſiſtat: magis neceſſariam eſſe Reipublicæ adminiſtrationem Juſtitiæ, quam bellum probat Horat. Montan. *de Regal. verb. poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum ſub* n. 1. *pag.* 231. Atque cum Princeps per ſe omnibus Juſtitiam adminiſtrare non poſſit, eligere debet tales ad Magiſtratus, qui aliis ſapientia, & litteris præſtantiores ſint: quoniam ut dixit Bald. *in L.* 1. *C. de ſentent. ex breviloque recitand.* Judex debet habere duplicem 23
ſalem, ſcilicet ſcientiæ & conſcientiæ in mente ſua; quia ſine ſcientia eſſet inſipidus, & ſine conſcientia diabolicus: refert, & ſequitur Caliſt. Ramir. *de leg. Reg. c.* 10. n. 3. 4. & 7. Cervant. *in L.* 2. *Taurin.* 3. Azeved. *conſ.* 58. n. 10. Octav. Cachet. *deciſ.* 1. *n.* 43. Velaſc. *de Judic. perfect. rubr.* 15. *annot.* 1. *n.* 5. Paul. Xamar. *de offic. Judic.* 1. *p. q.* 1. *n.* 6.

Debet itaque Magiſtratus ſcientiæ legalis eſſe pe- 24
ritus DD. *in c. ab omni de vita, & honeſt. Cler.* Summa Ang. *verb. Judex. n.* 16. Lanfranc. *de ſalario q.* 4. n. 12. & habere notitiam boni, & æqui, ut æquum ab iniquo ſeparare valeat *L.* 1. *in princ. ff. de juſt. & jure:* ut enim inquit Juſtinian. *in Auth. de Iudic.* §. *illi autem*, ſine legali ſcientia Juſtitia reddi non poteſt: & dixit D. Auguſt. *ſerm.* 35. *Decet Iudices doctiſſimos eſſe, ne dicere valeant tanquam legem ſanctam ignorantes, bonum malum, & malum bonum.* Item S. Greg. *lib.* 27. *moral. Quomodo Iudex recte judicabit, ſi legem, per quam judicaturus eſt, ignorat?* Et Baſil. Magn. *in initium Proverbior. ait: Impoſſibile eſt enim, qui non præ eruditus ſit, in Iuſtitiæ cognitione ambiguas res recte judicare poſſe.* Unde dicitur *Eccleſ. c.* 10. *Iudex ſapiens judicabit Populum ſuum: & Pſalm.* 10. *verſ.* 10. *Erudimini, qui judicatis terram.* Quare Juſtin. in *procemio Inſtitutionum* §. *fin.* requirit in Judice ſcientiam *L.* 18. *tit.* 9. *partit.* 2. *L.* 3. *tit.* 4. *part.* 3. & *L.* 1. *tit.* 4. *l.* 2. *Recop.*

Namque Judicis ignorantia maximum Reipubli- 25
cæ generatur detrimentum: ut ex Ulcuruno *de regim. mund. p.* 4. *q.* 1. *n.* 16. tradit Paul. Xamar. *d. p.* 1. *c.* 1. *n.* 11. *in fin.* Matienç. *in dialog. relator.* 3. *p. c.* 7. Curia Philippic. 1. *p.* §. 2. Unde dicit. *Exod. c.* 28. *Provide de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam: & conſtituo ex eis Tribunos, qui judicent Populum omni tempore:* Simanc. *de Repub. lib.* 5. *c.* 4. n. 1. Quia ignorantia Judicis plerumque eſt calamitas innocentis: ut dixit Aug. *de Civitat. Dei. c.* 6. *lib.* 16. Petr. Greg. in *præl. optimi Juriſconſulti lib.* 2. *c.* 35. Velaſc. *de Judic. perfect. rubr.* 15. *annot.* 3. *n.* 4. Et ea de cauſa depingitur Juſtitia Præſes librorum cumulo circunſtante, ut demonſtret indefeſſum, anxiumque laborem; quem legalis diſciplina requirit; & ut diligentiam in eorum revolutione ad judicium rectum, & ad litium expeditionem effigies ſuadeat, & nullum

tempus

tempus vacuum otioſumve ab hujuſmodi exercitio relinquat juxta text. in *L. 1. C. de Aſſeſſorib.* & § *quorum*, & §. *fin in proœm. Inſtit.* & *utrobique gloſ.* eleganter Velaſc. *d. rubr.* 15. *n.* 1. Ubi & n. *ſeqq.* monet, quod Judex ſemper, & omni tempore, ac ætate ſtudiis incumbere debet. Et plures enumerat, qui ſenili ætate legum ſcientiam ſtuduerunt.

26 Non ſolum autem in Magiſtratu deſideratur ſcientia; ſed etiam experientia *L. 1. §. ſed cum, C. de Iuſtin. Cod. confirm.* ibi: *Electis viris glorioſiſſimis tam doctrina legum, quam experientia rerum, ſtudioque Reipublicæ indefeſſo, & laudabili propoſito pollentibus. Auth. de Iudic. & ut nulla poſt princ. verſ. non enim exiſtimavimus.* Ubi Imperator illorum Judicum nomina deteſtatur, qui cauſarum experientiam non habent. Eſt namque praxis ſcientia digeſtiva: ut dixit Bald. *in L. Æmilius ff. de minoribus.* & Pinel. *in l. 2. C. de reſcind. vend. p. 2. c. 4. n. 2.* quod leges in ſcholis diſcuntur in Palatiis digeruntur Cevall. *commun. contra* 27 *commun. in præfat. à n. 71.* Paul. Xam. *d. q. 1. n. 15.* Atque ita cum Senatores majores ſint Judices, à quibus lites in ultima provocatione finiuntur, à quorum ſententiis nulla admittitur appellatio; cautius ſe gerere Princeps in eorum electione, & ex viris ſapientibus, & in foro verſatis ad ſenatoriam dignitatem magis idoneos vocare debet Solorz. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. c. 4. nu.* 8. qui citat Joannem Brantium: Non verò ex tyrunculis, & non expertis: quod optimo comprobat exemplo: Sicut enim bonus miles non eſt, qui nunquam in acie ſtetit, nunquam caſtra vidit, nunquam tubarum ſolitum; niſi in ſpectaculis audivit: ita neque juriſconſultus neque cauſarum Patronus dici valet, qui nunquam egit cauſa, nunquam forum, nunquam ullum judicium adſpexit, nunquam ullius publici muneris minimam partem attigit. Qua ratione in hoc Regno rite ſtatutum eſt, ut nullus ad Magiſtratum eligi valeat, niſi qui poſt peractos octo Univerſitatis Conimbricenſis curſus, & adepto Bachalaureatus gradu per duos annos advocationis munere functus ſit (quod tamen male ſervatur;) Nullus in Senatorem coopretur, qui Præſidis Provinciæ munere non fuiſſet decoratus *Ordinat. lib. 1. tit.* 35. §. 2. Ubi etiam admittendos dicit Advocatos Domus Supplicationis Ioannes Martinus à Coſta in tract. Dom. Suppl. *annot. à 7. n. 8.* In quo ad experientiam Advocatorum conſideratio habita fuit: Eligi etiam debent Collegiorum majorum Conimbricenſis Academiæ alumni, licet Cathedratici non fuiſſent; hos enim proponendos in conſultationibus decernit Regium reſcriptum, ſeu diploma, de quo Gabr. Pereyr. *de Man. Reg. 1. p. reſol.* 79. Quod quidem rite, & recte ſtatutum fuiſſe cenſeo; quamvis enim in praxi verſati non ſint, tamen brevi tempore eximii evadunt Senatores, ut apud Nos experientia docet: & notavit Solorz. *d. cap. 4. num.* 11.

28 Deinde potius ſenes, quam juvenes in Senatores ſunt eligendi; quia illi varia fortuna exerciti quale, quid, optimum ſit longo tempore didicerunt: ut de ſe ipſo teſtatur Mithridates apud Saluſt. *in fragment.* ibi: *Mihi fortuna multis rebus ereptis uſum dedit beneſuadendi.* Et dubium non eſt rerum viciſſitudines adeo homines inſtituere, & erudire, ut inde prudentiores evadant teſte Plat. *lib. 3. de Repub.* Unde dixit Cicer *in Caton. Major Mens, ratio, & conſilium in ſenibus eſt: qui ſi nulli fuiſſent, nullæ omnino Civitates eſſent.* Et verè ſenes regulariter ſunt prudentes juxta illud Iob. *c.* 12. *verſ.* 12. ibi: *In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia:* Narbon *de ætat. anno 50. q. 5. n. 3.* Quare Uliſſes Homerum *Iliad.* 9. Achille ſe prudentiorem jactat his carminibus:

Præſtantior es me, & fortior non parum quidem
Haſta, ego autem te prudentia ſuperaverim
Plurimum, quoniam prior natus ſum, & plura novi.

Et Ariſtot. *de longitud. & brevit. vitæ c.* 3. negat juvenem poſſe eſſe ſapientem: quia inquit, *Prudentia requirit experientiam, quæ indiget tempore:* Quæ cum in ſenibus reperiatur, inde eſt eos ut ſapientes frequenter reputari Paul. Zach. *de medic. legat. lib. 1. tit. 1. q. 1. n. quæſt.* 41. Quo fit, ut ſenes prudentiſſimi cenſeantur: & quo quiſque ſenior eſt, eo prudentior: ut docet Bald. *in c. 1. in princip. de renunt.* Et probatur ex text. *in cap. porro 684 diſtinct.* Ti- 29 raq. *de primog. in præfat. n.* 98. quem ſequitur Matienç. in *dialogo prælator. cap. 6. n.* 19. Narbon. *de ætat. anno 30. q. 2. n. 7.* Ubi ex D. Roderico à Cunha Archiepiſcopo Bracharenſi, & Hiſpaniarum Primati *in. d. c. porro n. 4. & 5.* tradit, quod adeo ſenex præſumitur prudens, ut contrarium non probetur, niſi quindecim teſtibus argum. text. *L. unicuique in princ. C. de proxim. ſacror. ſcrinior. lib.* 12. Quare ſenes ad regimen Reipublicæ juvenibus ſunt præferendi ad text. in *L. & qui originem §. Præſes ff. de muner. & honorib. L. 1. C. de primicer. lib. 12. L. ſancimus C. conſulib. lib.* 12. Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 2. c. 5. n. 4. 11. 22.* 30 *&* 36. Immo lege lata à Lucio Julio Tribuno Plebis, Quinto Fulvio Flacco, & Lucio Manio Alcedino Conſulibus prohibitum fuit, ne cura Reipublicæ juvenibus temere committeretur. Quodque in electione Senatorum majori cum ratione obſervandum, ſuadet Senatum à ſenibus, & à Patribus, qui & Senatores dicti ſunt, nomen accepiſſe. Plutarch. *in lib. de ſenib. Reipub. gerend. & in vita Romuli* Petr. Gregor. *ſyntagm. lib. 47. cap.* 9. n. 20. Lucius Flor. *lib. 1. cap.* 1. Qui loquens de Romulo inquit: *Concilium Reipublicæ penes ſenes eſſe voluit, qui ex authoritate Patres, ex ætate Senatores vocabantur.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 2. c. 5. n.* 19. Paulus Xamar. *de offic. Judic. 1. p. q. 1. n.* 22.

Et quidem Deus Optimus Maximus cum Senatum 31 vellet conſtituere, juſſit Moyſi, ut ſenes eligeret. *Numer. cap.* 11. ibi: *Quos tu noſti, quod ſenes Populi ſunt, & magiſtri.* Ideoque ex ſenibus prudentibus eligi debent Senatores, maxime ſi fuerint Conſiliarii Principis: ut probat text. *in L. verum* 11. §. *ex facto ff. de minorib.* ibi: *Vel ii, qui circa Principem ſunt occupati; ut in Conſiliarii Menandri. Arri perſona eſt indultum, L. Iuriſperitos 30. ff. de excuſat. tutor.* ibi: *Quoniam circa latus eorum agerent, ætatis provectæ eſſe debent.* Ut ſic intelligenda ſint prædicta jura contendit Narbona *de ætat. anno 20. q. 3. nu.* 11. *&* 13.

Prædicta tamen non habent locum in ſenibus jam 32 decrepitis omni ſenſu, & ratione deſtitutis qui repueraſcere videntur, Maſtrill. *d. lib. 2. cap. 5. n.* 68. *&* 69. Narbon. *de ætat. anno 30. q. 2. num.* 8. Verum quamvis juvenes gubernationi Reipublicæ præponere ſatis periculoſum exiſtimetur juxta doctrinam Oldrad. *conſ.* 51. Bald. *in L. cum antiquioribus col. penult. C. de jure deliber.* Azeved. *in L. 6. tit. 3. n. 10. in fin. lib. 3. Recopil.* Fr. Emmanuel. Rodr. *tom. 3. quæſt. regul. q. 34. art. 2.* Corſet. *de poteſt. Reg. 5. p. q.* 86. Tamen non reprobatur, quod inter ſenes admittatur in Senatu unus, vel alter juvenis: docet P. Joann. Marques *in gubern. Chriſt. 1. p. cap.* 5. Menoch. *de arbitr. caſu 540. n.* 13. Xamar. *de offic. Iudic. 1. p. q. 1. n.* 23. Plures enim juvenes ſunt moribus ſenes, non ætate, & labori in expediendis cauſis aptiores dicuntur. Cujus autem ætatis quis ad Senatum ſit eligendus; videndi ſunt Maſtrill. *d. lib. 2. cap. 5.* n. 37. *& ſeqq.* Narbon. *de ætat. anno 20. q.* 3. Qui varias referunt ſententias. Apud Nos verò minores viginti quinque annorum ad Senatum, aliumve Magiſtratum, ſeu publicum officium admitti nequeunt *Ordinat. lib. 1. tit.* 93.

33 Præterea talis in Senatorem, & Magiſtratum eligendus eſt, qui hominem exuat, & humanum timorem, ſitque fortis, ut Juſtitiam adminiſtret, juſque ſuum unicuique reddat abſque timore: quamvis enim homini naturale ſit timere homines, & jacturam favoris, atque gratiam ipſorum, ut inquit Valer. Reginald. *in 2. p. prax. fori pœnit. lib. 17. c. 23. ſect. 3. n. 222.* quem refert, & ſequitur Gabr. Alver. de Velaſc. *de Judic. perfect. rubr. 13. annot. unica n. 15.* Tamen juxta illud *Pſalmi 7. Deus juſtus, fortis, & patiens*, ad illius exemplum Judices, & Magiſtratus ſortitudinem habere debent, & patientiam Simanc. *de Repub. lib. 5. cap. 7. n. 1. Eccleſiaſt. cap. 7.* ita dicitur: *Noli quærere fieri Judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua:* Id eſt ne Judex, aut Magiſtratus ſis, niſi vir fortis & conſtans fueris, ne timiditate, & inconſtantia tua offendas ſubditos; & à Juſtitiæ via metu potentium recedas: Simanc. *d. cap. 7. n. 2.* Qui enim ſe impotentem agnoſcit ad reſiſtendum potentioribus, & judicandi munere ſe ingerit, mortaliter peccat. Navarr. *in relect. c. inter verba 11. q. 3. concluſ. 1. coro-*
34 *lar. 14.* & inſcius injuſtuſque haberi vult Velaſc. *d. rubr. 13. annot. unica n. 5.* Unde dixit Plutarch. *in Pelopid. Timor qualis nunquam antea Bœotiam invaſerat: Tum Pelopidas domo exiens lachrimante uxore, atque, orante, ut ſeipſum vellet ſervare, hæc inquit: O mulier oportet ſemper privatis viris perſuadere, non his, qui Magiſtratus gerunt, ut alios ſalvos faciant.* Atque hæc quidem eſt conſtans illa, & perpetua voluntas jus ſuum unicuique tribuens, quæ nec potentia frangitur, nec vi, aut metu flectitur.

35 Sapientia omnem expellit timorem, & fortitudinem introducit: ut inquit Ambroſ. *Pſalm. 104. Sapiens non metu frangitur, non poteſtate mutatur, non attollitur proſperis, non triſtibus mergitur, ubi enim ſapientia, ibi virtus animi, ibi conſtantia, & fortitudo: quæ in Magiſtratu omnino neceſſaria eſt. Quid enim prodeſt ſapientia, ſi fortitudo deficit? Scire quippe, quod non poteſt facere, cuique pœna magis, quam virtus eſt.* Paul. Xamar. *de offic. Judic. 1. p. q. 1. n. 24.*

36 Sed an ambitioſi ad Magiſtratus ſint eligendi? Videndum eſt. Et quidem ambitus pluribus legibus punitus fuit Calphurnia, ſcilicet, Tullia, & Julia; quæ à Julio Cæſare lata fuit: ut late proſequitur Decian. *in tract. crimin. tom. 2. lib. 8. c. 22. à n. 1.* Gabr. Alver. de Velaſc. *de Judic. perfect. rubr. 1. annot. 3. §. 2. n. 3. cum ſeqq.* Et quamvis Pompon. *in L. unica, ff. ad L. Jul. de ambitu* illam legem in urbe ceſſare dixerit, poſtquam conſtituendorum Magiſtratuum poteſtas ad Principem competere cœpit; tamen reſpectu Civitatum, & oppidorum, in quibus per electionem Magiſtratus conſtituuntur, non ceſſavit illius legis pœna, & diſpoſitio: docent Accurſ. *in d. L. unica verb. municipio*, Decian. *d. lib. 8. cap. 25. n. 2.* Menoch. *de arbitr. caſu 301. n. 23. & ſeqq.* Velaſc. *d. annot. 3. §. 2. n. 9.* Quod idem dicendum eſt caſu; quo à Principe Magiſtratuum fit electio per ſuffragia: ut apud Nos fieri adſolet facta conſultatione *in* Palatino Senatu; quæ poſtea ad Principem defertur, ut unum ex ſibi propoſitis eligat: ut ſcribunt Salicet *in rubr. C. ad L. Jul. de ambit.* Boſſius *in pract. crimin. tit. de ambitioſ. n. 2.* Gabr. Alver. *d. §. 2. n. 10.* Et nota, quod in hoc Regno in electionibus, quæ fiunt in Civitatibus, & oppidis Judicum Ordinariorum, & Decurionum ſtatutum eſt lege Regia, quod per Præſidem fiat inquiſitio de ambitu, & ambitioſis, ut metu pœnæ ab ambitu arceantur.

37 Verum hoc ambitus vitium tunc punibile eſt, cum officia prece, vel muneribus datis aſſequuntur: ut dixit Solorz. *de Jur. Indiar. 2. tom. lib. 4. c. 4. n. 17.* quaſi ſimoniæ vitium committant, quod nos ambitum appellamus ad text. *in c. lege Julia cap. fin. 1. q. 1. gloſſ. verb. conſuetudines in cap. 1. de Magiſtr. c. accepimus in fin. de purgat. canon. gloſſ. in L. 1. ff. ad L. Iul. de ambit.* Bovad. *in ſua Polit. lib. 1. c. 11. & c. 14. n. 15. & 16.* Franc. Marc. *deciſ. 749. p. 1.* Maſtrill. *de Magiſt. lib. 1. cap. 20. n. 49.* Hæ autem Magiſtratuum venditiones, ambitiones, & nundinationes ſemper fuere Reipublicæ lethales: ut ex Lucan. docet Solorz. *d. lib. 4. c. 4. n. 13.* quia ille, qui emit officium, quod emerat, vendit, & à ſubditis pretium cum uſuris extorquendo recuperare intendit cum magno Reipublicæ detrimento *d. L. 1. ff. de ambit. L. 1. in princ. C. de offic. Præf. Prat. Afric. §. hoc etiam 7.* ibi: *Qui ſi ipſi diſpendiis læſi non fuerint, nullam habebunt neceſſitatem ejuſdem noſtræ Africæ tributarios prægravandi: Auth. ut Iudices ſine quoquo ſuffragio in princ. collat. 2.* Et ut dixit Alexander Severus teſte Lampridio *in ejus vita: Neceſſe eſt, ut qui emit, & vendat:* & D. Auguſt. *tract. 10. in Ioann.* de illo Simone Mago ita ait: *Simon ille ideo volebat emere Spiritum Sanctum, quia volebat vendere Spiritum ſanctum.* Et ideo qui his mediis officia ambiunt, univerſum jus deſtruunt, illiuſque ſubvertunt præcepta ad text. *in L. ad ſplendidioris 7. C. de diverſ. offic. lib. 12.* Quid enim æque in Magiſtratu facere poſſunt, qui inique ad Magiſtratum ingrediuntur; quamvis enim in adminiſtratione ceſſet offenſio, tamen Principatus, quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupavit; etiamſi moribus, atque actibus non offendat, ipſius tamen initii ſui eſt pernicioſus exemplo *c. Principatus 1. q. 1.* optime Solorz. *d. lib. 4. cap. 4. n. 14.* Velaſc. *de Iudic. perfect. rubr. 1. annot. 1. §. 2. n. 18.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 15. n. 32.* Et ut ſcribit Bodin. *de Repub. lib. 6. cap. 2. Omnium ſordidorum mercatura generum, quæ multa, ac varia ſunt, nullum ſordidius, nullum turpius, nullum deteſtabilius Magiſtratuum, & honorum mercatura: quæ nunquam tolerabilis eſſe poteſt.*

Idcirco Imperator *in l. fin. C. ad l. Iul. repetund.* 38
ſtatuit eos, qui ad officia adminiſtranda admittuntur jurare, ſe pro adminiſtrationibus ſortiendis neque dediſſe quidpiam, neque daturos unquam poſtmodum fore, neque per ſe, neque per interpoſitam perſonam. De cujus juramenti forma extat *Auth. ut Iudices ſine quoque ſuffragio §. ſic igitur* Quæ eſt eadem, quæ apud nos ſervatur, & deſcripta invenitur in libro Senatus. Domus Supplicationis, & in alio, qui eſt in officio Cancellarii Majoris: ſimilis juramenti forma extat *in Auth. juris jurandum, quod præſtatur ab his, qui juriſdictionem accipiunt §. juro quoque.* Quod idem in Gallia ſanxit Carolus Octavus anno 1468. *art. 68.* teſte Petr. Greg. *ſyntagm. juris univerſ. lib. 56. c. 20. n. 20.* Sixtin. *d. c. 15. n. 33. & 34.*

Extra verò illos caſus non ex prohibitum, immo 39
licitum petere à Rege officia, & Magiſtratus *d. L. 1. ff. ad. L. Iul. de ambit. Auth. ut Iudices ſine quo ſuffragio §. illud videlicet. Auth. de defenſoribus civitatum §. nos igitur collat. 3.* Cald. Pereyr. *de inoffic. teſtam. cap. 1. n. 11.* & poſt alios Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 1. cap. 30. n. 1.* Decian. *d. tom. 2. cap. 23. n. 2. & 3.* Quamvis idem Maſtrill. *d. c. 30. n. 3.* cenſeat illos, qui immoderate Magiſtratus appeterent, atque ambirent repellendos eſſe Hi enim, ut dixit Innocentius de vilitate conditionis humanæ: *Immoderate ambitioſi ſemper ſunt pavidi, ſemper attenti ne dicant, quod diſpliceat, humilitatem ſimulant honeſtatem mentiuntur, affabilitatem exhibent, benignitatem oſtendunt, ſubſequuntur & obſequuntur, cunctos honorant, univerſis inclinant, frequentant Curias, viſitant Optimates, aſſurgunt, & amplexantur, applaudunt, & adulantur.* Maſtrill. *d. c. 30. n. 11.* Attamen non ſunt reprehendendi qui ſuis litteris, virtutibus, & bonis moribus nixi, atque confiſi ſe cognoſcendos præbent, & Magiſtratus petunt. His namque hoc lici-

licitum eſſe tradunt Oldrat. *in L. Barbarius ff. de offic. Prætor.* Salicet *in L. 1. C. ad L. Iul. de ambitu* Caſſan. *in Catal. glor. mund. 1. p. conſid.* 60. Maſtrill. *d. c.* 30. *n.* 6. *&* 7. Joann. Brant. *in tract. de Senatorib. lib.* 1. *c.* 2. Solorz. *d. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 15. Alias namque ſumma ingenia ſæpe in occulto laterent juxta illud Senec. *in Thyeſt.*

Nulla nota Quiritibus
Ætas per tacitum fluit.

Licitum igitur cenſeri debet, quod quis ſalva dignitate, & honore vias quærat, quibus ſe valeat tollere humo: nam ut dicebat Quintus Curt. *lib.* 8. *Eximiam quoque gloriam ſæpius fortuna quam virtutis eſſe beneficium:* & Plin. Junior. *ib.* 6. *Epiſt.* 23. *Nullum cuiquam tam clarum ſtatim ingenium eſſe ut poſſit emergere, niſi illi materia, occaſio, fautor etiam, commendatorque contingat:* Sequitur Solorz. *d. c.* 4. *n.* 16.
40 Maſtrill. *d. cap.* 30. *n.* 6. *&* 7. Neque item Magiſtratus, & honores conferendi ſunt à Principe ad ſuffragium Potentiorum, eorumque, qui ad latus Principis aſſiſtunt; ad quod Princeps maxime advertere debet. Sæpe enim ab his imperiti, & incapaces commendantur, & ex eorum electione Reipublicæ vita ſubvertitur, & intolerabile reſultat nocumentum, Magiſtratus namque, & dignitatis augmentatio non ſuffragio, ſed laboribus convenit adipiſci *L. contra publicam, C. de re milit. lib.* 12. ubi Joan. de Platea *n.* 1. *L.* 1. *C. de Princip. agent in rebus lib.* 10. Avill. *in cap.* 4. *Prætorum verb. por ruego.* Qui ſumma conqueritur ratione, quod horum jurium diſpoſitio hodie non ſervetur: & in ejus querela nos etiam comites habet; videmus enim fere omnia Iuſtitiæ officia ad ſuffragium Potentiorum concedi, benemerenteſque jacere in humo, quia hominem non habent, neque fautorem, ſeu commendatorem.

41 Deinde Magiſtratus divites eſſe debent, non pauperes *L. ad ſubeunda C. de Decurionib. lib.* 10. *L. cura §. inopes, L. honor, verſ. facultates quoque, L. reſcripto, ff. de muner. & honor.* ibi: *Cæterum ſi ita tenues, & exhauſti ſunt, ut non modo publicis honoribus pares non ſint, ſed & vix de ſua victum ſuſtinere non poſſunt: L. paupertas ff. de excuſ. tutor.* Luc. de Pæn. *in L. ult. C. qui num. liber. ſe excuſare volunt. l.* 10. Tiber. Deciam. *in tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 8. *c.* 36. *n.* 34. Tiraq. *de nobilit. c.* 3. *n.* 18. Bovad. *lib.* 1. *c.* 12. *n.* 22. *&* 23. Et facit *Ordinat. lib.* 1. *tit. princ.* ibi. *E aſſim deve ſer abaſtado de bens temporaes, que ſua particular neceſſidado naõ ſeja cauſa de em algũa couſa perverecr a inteireza, & conſtantia, com que nos deve ſervir.* Quod jam ita cautum erat apud Carthaginenſes, Athenienſes, & Indes: ut cum Dionyſ. Halicarnaſ. *lib.* 2. Plin. & Ariſtot. ſcribunt Bovad. *d. c.* 12. *n.* 21. Maſtrill. *d. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 10. *& ſeqq.* Unde in electione ad Magiſtratus divites pauperibus eſſe præferendos probat Conſultus *in L. honor §. de honoribus, ff. de muner. & honorib.* & Imperator *in Auth. de Iudicibus §. his qui cauſas collat.* 6. & ſcribunt Lucas de Pæna *ind. L. ad ſubeunda.* Platea *in L. nequis C. de dignitat. lib.* 1. Tiraq. *de Nobil. c.* 3. *n.* 18. *& ſeqq.* Avill. *in c.* 4. *Prætorum verb. le cumplo n.* 10. Maſtrill. *d. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 21. Avend. *de exeq. mandat. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 17. late Decian. *lib.* 8. *c.* 36. *n.* 34. *t.* 1.

42 Sed quamvis Lucas de Pæna *in L. ult. C. de his qui n. lib. ſe excuſ. lib.* 10. dicat pauperem licet doctiſſimum ad Magiſtratus honorem non eſſe admittendum, tamen cum paupertas cum honeſtate vitæ, morumque probitate non ſit ſpernenda; neque etiam ita facile præſumendum contra pauperem, Decian. *tract. crimin. lib.* 3. *c.* 22. *n.* 19. *&* 20. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 14. *num.* 110. Non omnimo pauperes repellerem, ſed abjectos tantum, & eos, qui ob nimiam paupertatem venales præſumuntur; non vero eos, qui digni ſunt, & probatæ, ac ſpectatæ eruditionis, & fide, & ex vita antacta conſtat probos eſſe viros; ii enim ad Magiſtratus admitti debent: ut ſentit Maſtrill. *d. c.* 12. *n.* 27. *&* 28. Bovad. *lib.* 1. *c.* 12. *nu. fin.* Dum tamen dives æqualis eruditionis, & probitatis præferatur juxta ſuperius tradita.

An vero Clerici ad Senatoriam dignitatem ſint 43
promovendi? Diſputant Solorz. *d. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 42. *& ſeqq.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 2. *c.* 6. Aug. Barb. *ad text. in c. Sacerdotibus* 2. *ne Clerici, vel Monachi.* Cammill. Borrell. *de præſt. Reg. Cath. c.* 73. *n.* 4. 5. *&* 6. Apud nos vero de conſuetudine Clerici ad prædictam promoventur dignitatem; & ut in criminalibus cauſis ſuffragium ferre valeant abſque irregularitatis nota, habetur in Senatu Pontificium reſcriptum. Quod vero ex eorum electionibus frequenter plura bona ſequantur, edocent Bovad. *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 31. Navarret. *in diſc. polit.* 29. *per totum.* Solorz. *d. c* 4. *n.* 42. Nihilominus taman Princeps paucos ex Eccleſiaſticis ad Senatoriam dignitatem admittere debet; non enim ſunt apti ad plurima officia Senatus exarcenda.

Sed quia Magiſtratibus tam jure Divino, quam hu- 44
mano omnis avaritia, rapacitas, & munerum acceptatio eſt indicta D. Tom. *de regim. Princ. lib.* 4. *c.* 3. 4. *& ſeqq.* Soto *de Inſt. lib* 1. *q.* 6. *art.* 6. Azor. *inſtit. moral. lib.* 4. *c.* 21. Azeved. *in l.* 5. *tit.* 9. *n.* 4. *& in L.* 1. *tit.* 6. *n.* 17. *lib.* 3. *Recopil.* Bovad. *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 31. Simanc. *de Repub. lib.* 6. *c.* 3. *&* 4. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 4. *c.* 2. Camill. Borrell. *de Magiſtr. lib.* 1. *c.* 1. *à n.* 75. poſt plures Solorz. *tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 17. *Ordinat. lib.* 5. *tit.* 72. ſub pœnis, de quibus ibi, & legum juris communis, quas recenſet, & late explicat Gabr. Alver. Velaſc. *de Iudic. perfect. rubr.* 9. *annot.* 2. Debet enim Judex eſſe incorruptus, ut plena manu docet Simanc. *d. lib.* 6. *cap.* 3. *&* 4. & ſcribit Gabr. Alver. *d. rubr.* 9. *annot.* 1. Ubi tam ex juribus, quam Patrum, Pœtarumque authoritatibus optime comprobat Prout etiam debet à receptione munerum abſtinere, quæ pervertunt Juſtitiam, & oculos etiam juſtorum excæcant, univerſumque judicium conturbant Paul. Xamar. *de offic. Iudic.* 1. *p. q.* 20. *à n.* 1. Alver. *d. rubr.* 9 *annot.* 1. *à n.* 1. Ubi pulchre Judicum avaritiam deteſtatur, quæ quidem leges perimit, Camill. Borel. *de præſt. Reg. Cath. cap.* 21. *n.* 34. cum mali Judices non merita cauſarum, ſed pecuniarum, non jura, ſed munera, non Juſtitiam, ſed pecuniam attendant: ut ait Innocent. Papa *in lib. de miſer. hominis* Unde ſi Magiſtratus peſſimi Reipublicæ præficiuntur, nullum majus malum illi contingere poteſt, ut dixit Cicer. *in* 4. *in Verr. act. Eam reddens rationem, quod omnes omnium facultates poſitæ ſunt in poteſtate judicantium, nemoque quidquam ſe obtinere dicere poterit, cum ad judicandum Iudex datus nequam, & avarus eſt:* refert, & ſequitur Solorz. *d. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 7. Et ideo *L. Iul. repetund.* tenetur Iudex qui juſtitiam venalem facit, & etiam ob ſpem ſolam aliquid conſequendi judicat.

Et ea propter, ut peſſimi hujus criminis ceſſet oc- 45
caſio, tenatur Princeps Magiſtatibus ſalarium congruum conſtituere per text. *in L. unica Cod. de præbend. ſalar. lib.* 10. ubi Ioan. de Plat. & Rebuff. de Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de abundant. Civis* Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 1. Borell. *eod tract. lib.* 2. *cap.* 3. Bovad. *lib.* 1. *c.* 11. Menoch. *de arbitr. caſu* 514. Caſſiod. *lib.* 6. *epiſt.* 22. *&* 23. Solorz. *d. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 15. *& c.* 4. *n.* 28. Quod ſalarium à publico, & Regiis redditibus habere debent *L.* 2. *§. hoc autem ad verſ. hoc jubemus, C. de offic. Præfect. Afric. L. annonas C. de erogat. milit. annon. lib.* 12. ubi Lucas de Pæna *Auth. ut Iudices ſine quoquo ſuffragio §. cogitatio, & §. illud tamen verſ. nos autem* Myſinger.

centur.2. obſervat.75. ſub n. 6. verſ. haud volo, Lan-
franc. *de ſalar. q.72. n.6. 8. & 10.* Maſtrill. *d. lib.1.*
cap. 21. n. 17. Cum enim præcipua cauſa conſti-
46 tuendorum tributorum Principibus fuerit, ut Juſti-
tiam adminiſtrarent, ſubditoſque in pace contine-
rent, & eos ab injuriis vendicarent D. Thom. *2.2.q.*
67. art.7. verſ. ſciendum. & ad tertium, Rebello *de*
obligat. Iuſt. 2. p. lib.18.q.20. poſt plures Solorz. *de*
jure Iudiar. lib. 1. c. 21. n. 59. & cum Cicer. & aliis
Gabriel. Alver. *in d. tract. de Judic. perfect. rubr.1.*
annot.3. §. 3. n. 5. Salgad. *de retent. Bullar. 1.p. c.*
1. n.41. Gratis Juſtitiam ſubditis miniſtrare debent,
non eorum expenſis Maſtrill. *d. c. 21. n. 18. & 20.*
Siquidem à principio Reges per ſe ipſos Magiſtratus
47 officium exercebant Annæus Robert. *rerum judicat.*
lib.2. c.111. Xamar. *de offic. Judic. 1. p. q.2. n.1.* Et
probat text. *in c. Regum officium 23. q. 5.* ibi: *Ipſi*
Reges olim judiciis præerant, & illuſtre, ac vene-
randum Magiſtratus officium ipſi per ſe exercebant:
Et plures fuerunt, qui per ſe ipſos judicarunt, quos
recenſet Gabr. Alver. *d. annot. 3. §. 3. n.6.* Cum
vero aucto Populo Princeps unus multitudini ſuper-
eſſe non poſſet, creati fuerunt Magiſtratus, ut no-
mine Principis judicarent: Tamen obligatio ſemper
remanſit in Principe adminiſtrandam Juſtitiam per
ſe, vel per alios: Et ſic optimo jure Octavianus Cæ-
ſar conſtituit, quod de publico Magiſtratibus ſala-
rium præberetur Menoch. *de arbitr. caſu 514. n. 1.*
Maſtrill. *d.lib. 1.c.21.n.7.* Salarz. *de Magiſtrat ſalar.*
n.7. Lanfranc. *de ſalar. in proœm. n. 5.* Amaya *in l.*
1. L.1.C.de prabent. ſalar. lib.10.n.12. Et facit text.
in l.1.§.8.C.de offic.Offic.Praefect.Afric. Quod factum
ſummo cum juris fundamento: rationi namque; re-
pugnat ut ſuis expenſis viveret, quem alieni labores
defatigarent, & qui conferret animam in aliorum ne-
gotia nullum propriæ facultatis ſuſciperet incre-
mentum Dio Caſſius *Roman. hiſtor. lib.3.* Petr.Greg.
ſyntag.3. p. tit. 27. c. 2. n.7. Lanfr. *in d. Proœm. n.*
6. & abhorret rationi homines ſine premio laborioſis
præfici officiis: ut docet Caſ. *lib. 11. epiſt. 37.* ibi:
Bene proviſum eſt, ut laboris ſui pretia recipiant, qui
publicis utilitatibus obſecundant; nam cui officio re-
muneratio ſolveretur, ſi Prætorianis laboribus tarda-
49 *rentur? Quidquid enim in Republica geritur, eorum*
ſtrenuitate completur? Amay. *in d. L.1. n.14. C. de*
prab. ſalar. Nemini officium ſuum debet eſſe dam-
noſum, *L. ſed, & quod ſiquis, ff. quemadmodum teſtam.*
aperiant. L. ſi ſervus §. quod verò, ff. de furt. L. fin.
ff. de inoffic. teſtam Tiraq. *de retract. lignag. §. 1.*
gloſſ. 9. n.142. in fin. Gratian. *c.81. n.18.* Surd. *conſ.*
19. n. 12. Noguer. *allegat. 33. n. 56.* Cyr. *controv.*
57. n. 29. pulchre Anton. Hering. *de fidejuſſ. c. 25.*
n. 1. Merces autem omnium humanarum operatio-
num eſt finis, & ſcopus, immo ſpe præmii eſt labo-
ris ſolatium Senec. *de morib. cap.1.* Ramon. *conſ.103.*
n.14. Giurb. *conſ.11. n. 6.* Lanfranc. *in d. proœm. n.*
9. & præmiis excitantur homines ad Regis ſervitium,
L. lege Cornelia ff. ad Syllan. Bart. *in L. ſiquis §.*
utrum, ff. eod. Greg. Lopez. *in L. 3. tit. 1. gloſſ. 1.*
Giurb. *d. conſ. 11. n.6.* Et ut eſt in proverbio: *Omnis*
labor optat præmium: c. charitatem 2. q. 2. gloſſ. in
c. fin. 8. § q.1. Speculat. *in tit. de depoſit. verſ. ſed po-*
ne §.7. Bald. *in L.2. C. de oper. libert.* Hypol. *ſingul.*
693. Lanfranc. *in d. proœm. n.2.* Et ut ait Ariſtot. *Po-*
lit. cap 7. Naturali quodam inſtinctu homines amant
præmium, & diligentius rebus agendis ſe præbent:
Et de convenientia præmiorum, eorumque fructuum
expectatione plura cumulat Solorz. *emblem. 78.* Et
late diximus ſupra *1. p. c.2. n.4. & ſeqq.*
50 Debet autem ſalarium eſſe congruum, & compe-
tens, ut Magiſtratus honorificè vivere poſſint Me-
noch. *de arbitr. caſu 514. à n.4.* Maſtrill. *de Magiſt.*
lib.1.c.21.n.29. Larrea poſt alios *deciſ.85. n.15.* So-
lorz. *tom.2. lib.4. cap.4. n.28.* Valenz. *conſ.54. n.12.*
Non autem dicetur congruum ſalarium, quod pro
vitæ ſuſtentatione ſufficiat; ſed tale debet conſti-
tui, ut non ſolum ſit pro Magiſtratuum ſuſtentatione
ſufficiens, ſed ex eo quotannis aliquam ſummam re-
ponere valeant, qua ſenectuti conſulant: ut probat
expreſſe text. *in L. hanc §. ſexcenti, C. de Advocat.*
diverſ. Judic. ibi: *Sexcent. autem aurei, quibus pro*
tempore fiſci patronis fori tua Celſitudinis ad exem-
plum priorum temporum ex arca tui judicii conſulaturi
ne poſt decurſum celerem advocationis & labores glo-
rioſos, egeſti egeant. Notar. eleganter Lanfranc. *in*
d. proœm. n. 16. Ubi *& n. 17.* invehitur contra Prin-
cipes, qui laborantibus mercedes ſufficientes non
provident; & magis adversùs eos, qui omnes auſe-
runt, quos homicidis æquiparat. Non enim minus 51
damni creditur inflixiſſe, qui mercedem non ſolvit,
quam qui ſanguinem, & vitam abſtulit: ut habetur
Eccleſiaſt. c. 34. ibi: *Qui effundit ſanguinem, & qui*
fraudem facit mercenario, fratres non ſunt. Notant
Caſſan. *in Catal. glor. mund. p. 3. conſid. 1. n. 8. verſ.*
condeſcendo, Rota Genuæ *deciſ. 115. ſub n. 1.* exor-
nat Lanfranc. *in d. proœm. n.18. & ſeqq.* Cum igitur
ſalaria Senatoribus in hoc Regno antiquitus conſtitu-
ta verè quidem neque ad vitæ ſuſtentationem ſuffi-
cerent, quia temporis progreſſu rerum pretia variata,
& aucta ſunt; ut experientia docet & probat text. *in*
L. pretia rerum §. fin. ff. ad L. Falcid. Boer. *deciſ.*
68. n.6. in fin. Gratian. *c.826. n.57.* Ludovic. Cen-
cius *de cenſib. q.47. n 19. & 20.* Capyc. Latro *deciſ.*
188. n. 16. Ubi *n.18.* pulchre tradit pretia non tan-
tum variari tempore, ſed etiam ſecundùm copiam, &
inopiam pecuniæ. Tenetur de Juſtitia noſter Invic-
tiſſimus Princeps Magiſtratibus ſalaria augere, & ad
congruitatem reducere; ut Senatores honeſte, atque
decenter vivere valeant, à ſordibus ſe abſtineant.
Quod facere voluit ille Optimus Princeps Joannes
Quartus, quem intempeſtive, & cum maximo totius
Regni dolore fatalis ejus abſtulit dies.

CAPUT XIII.

De poteſtate creandi Tabelliones.

SUMMARIUM.

1 *Ad Principis ſupremam juriſdictionem & Majeſta-*
tem ſpectat creare de novo Tabelliones, Nota-
rios, & ceteros Juſtitiæ officiales.
2 *Donatarii Regia Corona nequeunt creare Tabellio-*
nes ſeu Notarios.
3 *Officia hærent oſſibus Principis, & illorum domi-*
nium non tranſit in donatarium.
4 *Princeps ita poteſt augere officia, ut poteſt creare.*
Item diminuere, & ſupprimere. Ibid.
5 *Conceſſa juriſdictione cum poteſtate providendi of-*
ficia in aliqua Civitate, vel oppido, ſi poſtea
Rex officium augeat, An Donatarius illud poſſit
providere? Dubitatur. Et ponuntur fundamen-
ta opinionis affirmativa: & n. 6. & 7.
8 *Contraria ſententia ſervatur in praxi: & illius*
fundamenta proponuntur.
Diſpoſitio, ſeu locutio indefinita ſine præfinitione tem-
poris futura comprehendi: ut n. 5.
At cum temporis adjectione reſtringitur ad præſentia.
Ibid.
9 *In conceſſione Principis ſemper intelligitur clauſu-*
la ſalvo jure tertii.
10 *Damni qui cauſam dat, damnum dediſſe vide-*
tur, & tenetur ad intereſſe, etiamſi cauſa dam-
ni non ſit immediata.

11 *Dam-*

Digitized by Google

11 Damnum eſt omnis diminutio, & læſio.

12 Princeps, qui conceſſit officium Titio, vel ad vitam, vel ad beneplacitum, ſi illud aufert abſque demerito poſſidentis, tenetur ſatisfactionem præſtare

Concluditur, quod ſi quatuor ſint Tabelliones in una civitate: & Princeps de novo creat aliud officium ex quo redditus aliorum diminuuntur, tenetur prioribus detrimentum reſarcire: ut n. 9. 10. & 11.

13 Si princeps in aliorum officialium præjudicium, aliis æqualitatem conceſſit in diſtributione, iſti tenentur damnum reſarcire, non Princeps.

14 Officia conferenda ſunt viris benemeritis integræ famæ, & opinionis.

15 Officia parentum, qui bene adminiſtrarunt, filiis conferenda ſunt à Principe. Quod in hoc Regno tranſiit in obligationem. Ibid.

16 Rex faceret injuſtitiam, ſi alii, quam officialis filio Officium conferret.

17 Conceſſio officii facta alii, quam filio officialis nulla eſt & ſubreptitia: etiamſi filius fuerit poſthumus.

18 Senatorum filii, ſi ſunt idonei, præferendi ſunt ad Magiſtratus, & Senatoriam dignitatem: quamvis alii idoniores appareant.

19 Princeps poteſt ampliare officium, & patri concedere facultatem, ut illud nominare valeat in filio, vel extraneo.

Nominatus officium habere cenſetur à Rege mediante perſona nominantis. Ibid.

In Regno ſolet Princeps patri licentiam concedere, quando recte per viginti annos officium exercuit ut poſſit nominare ad officium unum ex filiis, ſeu filiabus. Ibid.

20 Proponitur quæſtio, An ſi pater, qui nominare poterat, deceſſerit nulla facta nominatione, pertineat officium ad filium majorem? Phœbus pro negativa judicatum dicit.

Officium ex ſui natura non tranſmittitur ad hæredes. Et conceſſio perſonalis eſt. Ibid.

21 Facultas Principis conceſſa ad inſtituendum majoratum perſonalis eſt, & mortuo eo, cui fuit facta conceſſio, extinguitur facultas.

Facultate nominandi conceſſa tibi cenſetur electa induſtria perſonæ, ut idoneum eligat. Ibid.

22 Qui habet facultatem diſponendi de aliqua re, debet expreſſe, & ſpecialiter diſponere. Sed contra verius: ut n. 29.

23 Proponitur contraria ſententia.

Filius cenſetur nominatus ab emphyteuta, qui abſque nominatione deceſſit. Ib.

24 Mortuo poſſeſſore majoratus, qui ſucceſſorem eligere poterat, nulla facta nominatione, ſucceſſio pertinet filio majori, vel conſanguineo proximiori.

25 Inteſtatus cenſetur relinquere hæreditatem venientibus ab inteſtato, qui ſuccedunt ex voluntate defuncti.

26 Reſolvitur filium nominatum cenſeri ad officium decedente patre ſine nominatione.

27 Interpretatur Ordinat. lib. 4. tit. 36. §. 2.

28 Beneficium Principis latiſſimè eſt interpretandum.

30 Uſusfructus transferri non poteſt ad alium conſtituendum: actio verò ad uſumfructum conſtituendum transferri valet.

31 Facultas nominandi conceſſa à Principe non extinguitur, ſi Princeps præmoriatur ante nominationem.

32 Mortuo patre, qui nominare poterat ad officium cum teſtamento, in quo filium hæredem inſtituit, iſte nominatus cenſetur ad officium, niſi pater alium filium minorem nominaſſet.

33 Si pater, cui facta fuit conceſſio nominandi filium ad officium, poſt factam nominationem deliquit in officio, ita ut illo ſit privandus: patris delictum filio nocet, Sed contrarium verius, ut n. 34.

34 Nominans ad officium ex facultate Regia cenſetur procurator Principis, & eligit tanquam nudus miniſter.

35 Nominatio ad officium, in quo pater deliquit, facta poſt delictum patris inutilis eſt.

36 Officia publica in hoc Regno non poſſunt renuntiari ſine licentia Principis.

Renunciatio in caſu facultatis gratis fieri debet nulla recepta pecunia. Ibid.

37 Contractus non æſtimantur à nomine, ſed ab effectu: & ſi natura repugnant nomini à contrahentibus inſito, contractus judicatur ſecundum ipſius naturam.

38 Qui ex facultate ſemel nominavit, variare poteſt. Sed contrarium.

Qui ſemel nominavit, non poteſt iterum eligere. Ib.

39 Declara, ut reſolutio procedat, ſi eligendi facultas conceſſa fuit ſimpliciter. Secus ſi fuit collecta in actum ultimæ voluntatis: quia nominans poterit variare.

40 Secundo intellige, ut eligens iterum nominare poſſit: ſi nominatus præmoriatur nominanti.

Quæ carent effectu, nomen non merentur. Et idem eſt aliquid non habere, vel eſſe, quod habetur inefficax. Ibid.

41 Electio vel nominatio, qua quis frui non potuit, pro non facta habetur.

42 Si nominans filium nominavit, & in caſu, quo ſuccedere non poſſit, alium elegit, ſi primo nominatus non poteſt ſuccedere in officio, ſecundò nominatus illud obtinebit.

43 Qui habet facultatem nominandi, non poteſt ſub conditione alium nominare: neque primo ſubſtitutum dare. Intellige ut n. 41.

44 Procurator non poteſt alium ſubſtituere, niſi expreſſe in mandato conceſſum ſit.

45 Donatur verò intellectu ſententia Senatus, de qua Phæb. deciſ. 128. n. 9. Et verum fundamentum illius adducitur rejectis fundamentis, de quibus Phæbus.

46 Si prima nominatio patris facta fuit per actum nullum, pater iterum nominare poteſt.

47 Nominatio facta in teſtamento nullo inutilis eſt, quocunque modo teſtamentum annulletur, vel revocetur: etiamſi per præteritionem.

48 Poteſtas nominandi ad officium neque cedi, neque tranſmitti poteſt: quia perſonalis: & n. 51.

49 Facultas declarandi voluntatem defuncti neque cedi, neque tranſmitti poteſt: quia perſonalis.

Neque jus arbitrandi ceſſibile eſt, neque tranſmiſſibile. Ibid.

50 Intellige, ſi eligendi facultas conceſſa fuit ad utilitatem tertii.

51 Si electio competit jure proprio ad utilitatem ejus, qui eligere debet, bene poteſt poteſtas eligendi cedi, & in alium transferri.

53 Qui habet facultatem nominandi ad officium, non poteſt per procuratorem nominare.

54 Intellige, niſi procurator ſpecialis fuerit conſtitus ad nominandum.

Subintellige, ut declaratio procedat, quando in mandato expreſſa fuerit perſona nominanda.

55 Hæreditatem adiiſſe dicitur hæres per conſtitutionem procuratoris ad illam adeundam.

56 Si facultas nominandi ad officium fuit gratis conceſſa, bene poteſt Princeps eam ad libitum revocare: ſi verò fuit conceſſa mediante pecunia, vel ob benemerita, non poterit revocari niſi interveniente juſta, & publica cauſa, aut neceſſitate: vel ſi nominans deliquerit in officio.

57 Proponitur quæſtio, an Princeps concedere valeat expectativas ad officia vacatura, ſive in genere,

re, ſive in ſpecie? Et referuntur fundamenta partis negativæ: & n. ſeqq.

Valet argumentum de officio ad Beneficium. Et è contra Ibid.

58 Officia, & Beneficia æquiparantur.

Officia ſæcularia quoad electionem, & Beneficia eiſdem reguntur regulis. Ibid.

59 Expectativa ad officia vacatura concedi non poſſunt.

60 Æquiparatorum idem eſt judicium.

Quando militat eadem ratio, diſpoſitum in uno ex æquiparatis, etiam in alio cenſetur diſpoſitum; quamvis materia ſit odioſa. Ibid.

61 Prohibitio circa expectativas Beneficiorum renovata fuit per Concilium Tridentinum.

Hæc prohibitio præſertim viget in patronis qui Beneficia nondum vacantia promittere nequeunt. Ib.

62 Princeps expectativas officiorum concedere poteſt; quia prohibitio quæ datur in Beneficiis provenit à jure poſitivo.

63 Pactum de hæreditate viventis reprobatur ſine conſenſu ejus, de cujus hæreditate agitur. Secus ſi ipſe conſentiat.

65 Neque Papa, neque Princeps poteſtatem habet diſpenſandi contra bonos mores.

Non eſt ſimpliciter verum per viam expectativæ induci votum captandæ mortis alienæ; quia illa reſolutio fundatur in præſumptione. Ibid.

66 Ita ut Rex poteſt concedere expectativas ad Beneficia vacatura, ita & ad officia vacatura.

67 Donatarii, & Duces non poſſunt concedere expectativas ad officia vacatura.

68 Prælati inferiores, & Gubernatores temporales, & Decuriones non poſſunt concedere expectativas ad officia vacatura tempore ſuorum ſucceſſorum.

69 Gubernatores temporales Prælati inferiores, & ſimiles ſolum poſſunt tractare præſentia, non futura; neque ſucceſſoribus præjudicium inferre.

Proviſiones officiorum facta ab Epiſcopis, Proregibus, & Gubernatoribus temporalibus eatenus durant, quatenus ipſorum juriſdictio. Et ſucceſſores poſſunt officia providere. Ibid.

70 Proviſio officii facta à ſupradictis ad certum tempus, puta per annum, durat pro illo tempore.

Limita: ſi conceſſio facta à Prorege ad vitam confirmata fuerit per Regem; quia ſuſtinetur. Ibid.

71 Conceſſio officii facta à Prælato ad vitam conceſſionarii de conſenſu Capituli ſuſtinetur.

72 Proponitur quæſtio; An Princeps poſſit concedere expectativas ad Beneficia vacatura Regiæ Coronæ? Et adducuntur fundamenta ſententiæ negativæ.

Patronus non habet in actu jus præſentandi, niſi à tempore vacationis. Ibid.

73 In his Regnis conſuetudo induxit, quod Princeps poſſit concedere expectativas ad Beneficia vacatura patronatus Regiæ Coronæ.

Quod ſolitum eſt fieri intelligitur actum ex diſpenſatione, ſeu privilegio. Ibid.

74 Prohibitio juris Canonici quo ad Reges contraria conſuetudine extat abrogata.

Veruntamen Author ſuadet Principem, ut raro Beneficiorum expectativas concedat neque officiorum, aut honorum Regiæ Coronæ. Ibid.

75 Rex noſter tanquam Magiſter Ordinum Militarium poteſt concedere expectativas tam generales, quam ſpeciales ad Commendas vacaturas.

76 Commendatarii, & Equites Ordinum Militarium ſunt vere Religioſi ſecundum unam opinionẽ.

77 Contraria tamen ſententia, quæ habet non eſſe veros Religioſos, ſed improprie, & ſecundum quid, tenent DD. de quibus ibi.

78 Commendæ non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica ſecundum veriorem opinionem.

79 Commendæ per ampliationem vitarum ſunt quaſi hæreditariæ in magnum Reipublicæ detrimentum.

80 Si princeps concedat Titio expectativam generalem officii & Commendæ primo vacaturæ, vel expectativam certi officii & Commendæ; An poſſit Sejum Titio præferre, & huic officium, vel Commendam conferre?

Diſtingue: ut ibi & n. 81. Ubi probatur, quod ſi expectativæ ſint generales, bene poteſt Princeps, vel Commendam conferre, non obſtante, expectiva ſi verò expectativa fuit ſpecialis certi officii, vel Commendæ, non poteſt Princeps alii concedere. Ibid.

82 Interveniente legitima cauſa publicæ utilitatis poteſt Princeps officium, ſeu Commendam uni promiſſam alteri conferre.

83 Concurrentibus pluribus cum expectativis ad officium primo vacaturum, vel Commendam præfertur prior in data; licet poſterior litteras ſuas prius præſentaverit.

84 Si Officium; vel Commenda non obſtantibus expectativis uni conferatur, valebit conceſſio.

85 Finis, à quo omnia regulantur, ſemper inſpiciendus eſt.

Benemeritus præfertur, ei qui minoribus meritis, & magna importunitate à Rege expectativam impetravit. Ibid.

86 Multa conceduntur à Principe propter importunitatem petentium, quæ ille nec debet; nec voluit concedere.

Obtenta præ nimia importunitate nullitatis vitio laborant. Ibid.

87 Teſtamentum factum ab uxore ad favorem mariti nullum eſt, ſi importunæ preces, & ſuaſiones intervenerunt juncto metu reverentiali.

Conceſſa per improbitatem, & importunitatem precum dicuntur fieri invito concedente, & non valent. Ibid.

88 Concurrentibus duobus, quorum primus habet expectativam generalem Commendæ vacaturæ? & altero, qui habet expectativam ſpecialem certæ Commendæ; is, quamvis poſterior preferendus eſt in dicta Commenda.

Generi ſpeciem derogatur. Ibid.

Quando expectativa dicantur generales, vel ſpeciales? Remiſſivè. Ibid.

89 Proponitur quæſtio: An ſi Princeps conceſſit Sejo primum officium vacaturum in tali Conſilio, & poſtea Titio, qui erat unus ex officialibus Conſilii facultatem dedit renunciandi officium in extraneum, valida ſit conceſſio in præjudicium Seji? Et afferuntur fundamenta pro parte affirmativa, n. 90. & ſeqq.

90 Officiorum dominium eſt penes Principem, officiales verò eorum adminiſtratio.

Officia ſunt in libera diſpoſitione Principis, ſicut Beneficia in diſpoſitione Papæ Ibid.

91 Princeps poteſt præjudicare tertio in his quæ ab ipſo habet privilegio.

92 Qui utitur jure ſuo nemini injuriam facit.

93 Proponuntur fundamenta partis negative.

Ex gratia facta Sejo ad officium primo vacaturum jus ad rem ei fuit quæſitum. Ibid.

94 Princeps non præſumitur tollere jus ad rem, & interpretatio facienda eſt, quod noluit alteri præjudicare, etiamſi verba improprientur.

95 Qui habet actionem ad rem, ipſam rem habere videtur.

Gratia, quæ non facit mentionem de alia prius facta tertio, dicitur ſubreptitia. Ibid.

96 Subreptionem probant falſi expreſſio, aut veri taciturnitas; ſi talis eſt, quæ Principem removeret

Digitized by Google

veret vel tardiorem redderet ad concedendum.

97 Vacatura officii ita contingit morte, ut renuntiatione; quia caſus mortis, & renuntiationis æquiparantur in jure. Intellige in præjudicium renuntiantis, non tertii.

De differentia inter renuntiationem, & conceſſionem. Ibid.

98 Aliud pro alio invito creditore ſolvi non poteſt.

Una conditio pro alia invito creditore apponi nequit. Ibid.

99 Dies mortis conditionem inducit.

100 Conditio in ſpecifica forma eſt adimplenda.

101 Non præſumitur filium moriturū, priuſquam pater.

Senes ex eo, quod ſunt in ſenectute, præſumuntur infirmi. Ibid.

102 Diluuntur fundamenta partis affirmativæ.

103 Renuntiare jura ſua cuilibet eſt permiſſum, & renuntianti amplius non datur regreſſus.

104 Officia, & Beneficia renuntiari poſſunt: ita ut Papa renuntiare valeat Summo Pontificatui.

105 Officium, qui acceptaverit, virtualiter obligatur ad exercitium illius & invito Principe renuntiare nequit: Et ideo renunciatio officii facienda eſt in manibus Regis concedentis: ut n. 106.

Beneficii renuntiatio fieri debet coram ſuperiori. Ibid.

107 Renuntians officium poteſt illud exercere ante acceptationem.

108 Renuntians officium in manibus ejus, qui acceptare non poteſt, non amittit officium, aut illius proprietatem.

Donatarii, quibus à Rege conceſſa eſt data, & proviſio officiorum, non poſſunt recipere reſignationem eorum, quæ fieri debet in manibus Regis. Ibid.

109 Donatarii, qui habent datas officiorum, illa providere poſſunt, quocunque modo vacaverint.

110 Officium conceſſum ad vitam, ſive ad beneplacitum dicitur perpetuum.

Amplia in officio conceſſo ab inferiori, qui facultatem habet conferendi officia. Ibid.

111 Officio nemo debet privari abſque legitima cauſa: & n. 114.

112 Mutatio officialium vergit in magnum Reipublicæ detrimentum & ejus intereſt potius retinere Judices, quam novos creare.

Remotus ab officio præſumitur ob culpam, & malam adminiſtrationem. Ibid.

113 Semel aprobatus amplius reprobari nequit, niſi detur juſta cauſa.

114 Medicus approbatus poteſt poſtea reprobari ob publicam utilitatem, & ſanitatem.

115 Probatur affirmativa ſententia, quæ habet Principem ad nutum poſſe officia tollere, & officiales removere.

116 Officia ſive perpetua ſive ad tempus quoad Principem ſunt amovibilia ad nutum.

117 Reges noſtri non ſolent officiales ſine cauſa removere ante tempus: & quando caſus occurrit, ex quo ita fieri expediat, id faciunt cum magna cauſa cognitione.

Principi non licet officialem ignominia afficere ſine cauſa. Ibid.

Interpretatur Ordinat. lib. 2. tit. 98. Ibid.

118 Donatarii, qui habent facultatem conferendi officia, non poſſunt officiales removere, ſive electus ſit ad vitam, ſive ad beneplacitum.

In Regno non ſufficit cauſa ad removendum officialem cum privatione officii; ſed eſt neceſſaria ſententia. Ibid.

119 Rex concedendo inferiori aliquid de ſibi reſervatis, intelligitur ſemper, ut exerceat cum debita cauſæ cognitione, non ex plenitudine poteſtatis.

120 Capitulum, ſeu Prælatus non poſſunt removere officialem ſine juſta cauſa.

121 Officiali remoto ſine cauſa ab inferiore, vel Epiſcopo, aut Capitulo competunt remedia poſſeſſoria.

Officialis Epiſcopi, vel Capituli remotus habet recurſum ad Judicium Regiæ Coronæ ob illatam violentiam. Ibid.

122 Judex qui procedit juris ordine non ſervato, ſpoliare cenſetur.

Remotus ab Epiſcopo ſine cauſa poteſt intra annum coram Judice ſæculari agere interdicto, unde vi. Ib.

123 Qualitate appoſita in libello, quæ Judici juriſdictionem tribuit, ſuſtinetur libello, ut Judex de cauſa cognoſcere poſſit; neque ante omnia de qualitate cognoſcendum eſt.

124 Interpretatur Ordinat. lib. 2. tit. 1. §. 2. Et, An annus de quo dicta Ordinatio, ſit utilis, vel continuus: ut n. 132.

125 Capitulum Sede vacante repræſentat Prælatum in his, quæ ad Prælatum ſpectant.

Sede vacante omnis juriſdictio remanet apud Capitulum. Ibid.

126 Capitulū ſuccedit in adminiſtratione omnium, quæ ad Archiepiſcopum pertinent tanquam talem.

Capitulum poteſt omnia exercere, quæ poterat Archiepiſcopus ſi ei non ſunt ſpecialiter interdicta. Ibid.

Capitulo debetur idem honor, quam Prælato. Ibid.

127 Capitulum repræſentans Prælatum conveniri debet coram eodem Judice, apud quem Prælatus cōveniendus erat. Et ſic coram Præſide Curiali.

128 In Capitulum Sede vacante non ſolum tranſit juriſdictio ordinaria, ſed etiam Metropolitana.

Capitulum Metropolitanū ſuperius eſt inferioribus. Ib.

129 Una, & eadem perſona diverſis reſpectibus fungitur vice duarum perſonarum.

130 Perſona repræſentans non attenditur; ſed perſona repræſentata.

Non attenditur is, per quem actus expeditur, ſed in quem effectus dirigitur Ibid.

131 Perſona ficta continetur appellatione perſonæ vera.

Statuta loquentia in caſu verò extenduntur ad caſum fictum eandem rationem habentem. Ibid.

132 Annus, de quo in interdicto unde vi, utilis eſt, non continuus.

133 Annus utilis dicitur, poſtquam nullum datur agendi impedimentum, tam ex parte actionis, & rei, ac Judicis.

Non currit, niſi a tempore, quo quis potuit agere. Ibid.

134 Eiſdem verbis concluditur libellus in interdicto unde vi; & in remedio text. in c. redintegranda 3. q. 1.

Remedium text. in d. c. redintegranda eſt perpetuum. Ib.

135 Impedimentum proveniens ex facto partis facit, ut non currat tempus utile; neque tempus à jure, vel ab homine præfinitum.

136 Impedito agere non currit tempus.

Impedito facto Judicis non currit tempus. Ibid.

Ut impedimentum relevet, non requiritur partis proteſtatio. Ibid.

137 Proteſtatio conſervat jus proteſtantis.

Debet fieri in ipſo actu, vel incontinenti quia ex intervallo non prodeſt. Ibid.

138 In his, quæ pendent ab animo partis, aſſertioni ſtandum eſt.

139 Poſſeſſio civilis ſolo animo retinetur.

Poſſeſſio, vel quaſi non amittitur per non uſus, quia uſus à poſſeſſione diſtat; maxime incorporalibus. Ib.

140 Princeps non poteſt officialem privare officio, quod obtinuit mediante pecunia ſine juſta cauſa. Et ita limitatur. Ordin. lib. 1. tit. 98.

141 Secundo limitatur in officio conceſſo propter benemerita.

142 Officium conceſſum Titio poſt mortem Caii dicitur conceſſum, ſi vacaverit per remotionem Caii, vel alio modo.

Caſus

*Caſut mortis, & renuntiationis aquiparantur. Et pa-
ria ſunt non extare per mortem vel per remotio-
nem.* Ib.
143 *Proviſus in officio durante abſentia officialis
proprietarii, eo mortuo poteſt proviſus exercere.*
144 *Proviſus, ſeu electus de officio ad ſemeſtre dici-
tur proviſus pro primo ſemeſtre.*
*Electus ad ſemeſtre, ſi non exercuit officium in primo
ſemeſtre, eo elapſo non admittitur; neque tem-
pus elapſum redintegratur ex alio.* Ib.
145 *Conceſſum ad tempus non extenditur ultra.*
146 *Ea eſt vis temporis limitati, ut prater, vel poſt
illud contrariam inducat diſpoſitionem.*
147 *Si Princeps Titio concedat, ut poſſit ſervire offi-
cium Seij; quouſque proprietarius ſit legitima
atatis, in ejus prajudicium non operabitur venia
atatis poſtea conceſſa proprietario. Secus ſi in gra-
tia dictum fuerit, quod poſſit ſervire, quouſque
proprietarius fuerit atatis ad inſerviendum.*
148 *Officium conceſſum alicui, dummodo intra men-
ſem cum Seja nupſerit, ſi illa requiſita nolit,
pertinet ad gravatum.*
*Conditio nuptiarum habetur pro impleta, quando non
ſtat per eum, qui implere debet quo minus im-
pleatur.* Ib.
149 *Officium conceſſum Titio ſub conditione, ſi con-
traxerit matrimonium cum una ex filiabus Sem-
pronii, una requiſita, qua noluit nubere, aliam
non tenetur requirere.*
150 *In pradicto caſu ſi Titio nupſit Seja, cui officium
erat conceſſum, ut nubat, ſi poſtea matrimonium
nullum fuit declaratum ob aliquod juris impedi-
mentum, officium non pertinet ad Titium.*
*Legatum relictum Titio, ut nubat Seja, non debetur
legatario, ſi cum effectu non nupſerit,* Ibidem.
151 *Legatum non remanet apud legatarium, quan-
do matrimonium nullum fuit declaratum.*
152 *Si conditio nubendi non ſit appoſita in perſona
Titii, ſed dictum fuerit, quod conceditur Titio,
ſi cum Seja nupſerit, & illa recuſaverit, non de-
betur officium Titio.*
153 *Si officium concedatur Seja, ut illud exerceat is,
cum quo matrimonium contraxerit, ſi primus
maritus gratia uſus non fuit, pertinebit officium
ad ſecundum virum.*
154 *Officium cenſetur conceſſum juxta conſuetudi-
nem, & poſſeſſionem, in qua fuerunt anteceſſores,
& cum eodem ſalario, licet non exprimatur.*
*Qui officium acceptavit, illud ſervire tenetur juxta
obſervantiam, & conſuetudinem.* Ibid.

ITem ad ſupremam Principis juriſdictionem, &
1 Majeſtatem ſpectat creare de novo Tabelliones,
Notarios, & cæteros Iuſtitiæ Officiales. Quod qoi-
dem jus eſt de majoribus Regalibus, & ſolum com-
petit Principi, qui ſuperiorem non recognoſcit *cap.* 1.
& 2. *c. P. Tabellio de fide inſtrum.* ubi Innocent. *n.* 1.
verſ. nobis autem videtur, Jaſ. *in L. Imperium n.* 28.
ff. de juriſd. omn. Judic. Camet. *in c. Imperialem de
probib. alienat. per Feder. pag.* 641. *verſ. ſeptima
concluſio.* Afflict. *in c.* 1. *quæ ſint Regalia verb. Rega-
lia n.* 32. Roſentald. *de feud. c.* 5. *concluſ.* 5. *n.* 2. Ol-
drad. *conſ.* 75. Boer, *deciſ.* 50. *n.* 16. poſt plures Ca-
mill. Borrell. *de praſt. Reg. Cath. c.* 70. *n.* 1. *& ſeqq.*
Sixtin. *de Regalib. lib.* 2. *cap* 15. *nn.* 11, 14. *&* 15.
Grammat. *deciſ.* 46. Solorzan. *tom.* 2. *lib.* 5. *c. unico
n.* 100. optime Horat. Montan. *de Regal. verb. pote-
ſtas conſtituendorum Magiſtratuum n.* 8. *pag.* 134. Ri-
pol. *eod. tract. c.* 5. *n.* 63. & 77. Cabed. 2. *p. deciſ.*
33. *n.* 1. Phæb. *deciſ.* 20. *n.* 5. Et probat *Ordinat. lib.*
2. *tit.* 26. §. 1. *& tit.* 45. §. 15. ibi: *Crear. de novo
Tabelliados à Nos ſemente pertence:* Barb. *ad Ordi-
nat. d.* §. 1. *& tit.* 45. §. 10. *n.* 2.

Unde Domini inſeriores, & Donatarii Regiæ Co- 2
ronæ Tabelliones, ſeu Notarios creare nequeunt,
Innocent. *in d. c. cum P. Tabellio de fide inſtrum.* §.
reſtat videre verſ. ſed quis poteſt facere Tabellionem,
Bellam. *conſ.* 42. Camill. Borell. *de praſt. Reg. Cath.
c.* 30. *n.* 36. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 4. *c.* 16. *n.* 14.
Officia enim hærent oſſibus Principis, & illorum do-
minium non tranſit in conceſſionarium Capyc. *deciſ.*
121. *n.* 5. ſed remanet penes Principem Andr. *in
c.* 1. *de feud. Marcb.* Horat. Montan. *verb. de Re-* 3
galibus officiis num. 11. *pag.* 175. Quando autem
Domini terrarum, Duces, Marchiones, & Comites
Tabellionatus officium dare poſſint? Dicemus in-
fra, cum de donationibus juriſdictionum acturi ſue-
rimus.

Ita ut Principi competit officia creare, ita, & illa 4
augere; quia qui valet facere, & augere poteſt Ca-
bed. 2. *p. dec.* 22. & 1. *p. dec.* 132. Larrea *allegat.* 119. Et
eodem modo poteſt officia diminuere, & ſupprimere
diminutio namque, & augmentum pari paſſu am-
bulant, & ad eum ſpectat augere; cujus eſt diminoe-
re; & è contra *L. plerumque* §. *ſi pradiis, L. ſi man-
cipia, ff. de jure dot. L. ſecundum naturam, ff. de re-
gul. jur.* Menoch. *conſ.* 26 *n.* 14. *& conſ.* 142. *n.* 14.
& conſ. 201. *n.* 165. Capyc. Latro *conſult.* 124. *num.*
57. & 58.

Unde quæritor, An ſi Princeps conceſſit alicui 5
Magnati facultatem providendi officia in aliqua Ci-
vitate, iſta conceſſio comprehendat officia, quæ poſt
donationem fuerunt à Rege de novo creata, & auc-
ta, ita ut Donatarius illa providere poſſit? An verò
ad Principem ſpectet eorum proviſio? In qua quæſ-
tione pro parte affirmativa ad favorem donatarii fa-
cit. Primo: quod indiffinita diſpoſitio, ſeu locutio
ſimpliciter facta, aut ſine aliqua temporis adjectione
futura comprehendit, *c. quia circa de privil.* Ubi
exempti decimarum Epiſcopaliom facta per verba in-
definita comprehendit etiam prædia futura, & de no-
vo acquiſita: tradunt poſt antiqoiores Cabed. *deciſ.*
95. *n.* 1. 2. *p.* & plures laudati à Pinel. *in rubr. C. de
reſcind. vendit.* 1. *p. cap.* 3. *n.* 24. Albert. Brun. *in
tract. de augm. concluſ.* 9. & 16. Valaſc. *conſult.*
58. *n.* 10. Dueñ. *regul.* 73. Ricc. *collect.* 365. Arias
de Meſa *lib.* 3. *var. cap.* 13. *n.* 2. Confirmatur ex deci-
ſione text. *in L. ſi ſervitus* 23. *ff. de ſervit. urban.* Ubi
indefinita, ut lumina ita ſint de futuris quoque lu-
minibus intelligitur. Et inſuper confirmatur ex *L. cum
aurum* 20. *ff. de auro, & arg. leg.* Ubi in legato au-
ri, vel tritici continetur omne aurum, vel triticum,
quod teſtator reliquit tempore mortis. Et regulariter
indiffinita locutio ad futura extenditur Aug. Barboſ.
axiom. 123. *n.* 7. *& ſeqq.* Ubi quod verba indefinita
æquipolleant univerſalibus.

Si verò diſpoſitio indefinita concepta fuerit, cum 6
temporis adjectione, aut pronominis, meum, reſ-
tringitur ad præſentia tantum, & futura non compre-
hendit, *d. c. quia circa de privileg.* quippe tunc prono-
men, meum, tempus præſens demonſtrat. *L. ſi ita* 7. *L.
fin. in princ. ff. de auro, & arg. leg. L. nuper.* 8. *verſ. ſi vero
ff. de legat.* 3. Menoch. 106. *à nu.* 192. *& à n.* 267.
Garcia *de expenſ. c.* 22. *n.* 32. *& ſeqq.* Arias de Meſa
lib. 3. *var. c.* 13. *n.* 5.

Secundo facit: Quia donatio Principis tanquam 7
illius beneficium latiſſime eſt interpretanda; maxime
contra concedentem Bald. *in L. beneficium* 2. *lect. C.
de conſtit. Princip.* Decius *conſ.* 32. *n.* 2. Joſeph. de
Seſſe *deciſ.* 160. *nu.* 2. Giurb. *deciſ.* 23. *n.* 10. Lar-
rea *allegat.* 43. *n.* 2. Amaya *in L. unica n.* 6. *C. de col-
lat. donator. lib* 10. Cabed. 2. *p. deciſ.* 95. *n.* 1. So-
lorz. *tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 10. *nu.* 40. Subindeque cum
in caſu propoſito ſolus Princeps præjudicium ſen-
tire videatur, & hoc non ſit nimis grave, donatio
facta per verba indefinita, non tantum ad provi-
ſionem

ſionem officiorum, quæ jam erant creata, ſed etiam
ad futura extendi debet. Propter quæ, & alia fun-
damenta ab eo conſiderata hanc partem tuetur Inſi-
gnis Barb. *in L. divortio §. quod in anno nu. 17. ff. de*
ſolut. Matrim. quem refert, & ſequitur Caſtill. So-
tomay. *de tert. cap. 14. nu.* 38. *& ſeqq.* P. Emman.
Rodriquez t. *tom. de regal. q.* 20. *art.* 8. Auguſt.
Barboſ. *in d. cap. quia circa nn.* 16. *&* 17.

8 Contrariam tamen ſententiam tenet Afflict. *lib.*
conſtit. rubr. 4. *nu.* 10. Cabed. qui judicatum teſta-
tur *deciſ.* 22. 2. *p.* Et in eam partem inclinare vide-
tur Arias de Meſa *lib. 3. var. c.* 14. *à n.* 25. *cum ſeqq.*
Mierez. *de Major.* 1. *p. q.* 10. *n.* 144. late, & optime
Larrea *alleg.* 89. *nu.* 4. *cum ſeqq.* Ubi bene exornat.
ex text. *in L. Rutilia Pola* 69 *ff. de contrah. empt.*
& ex text, *in cap. fin. de ſepult. Clem. fin. de reſcript.*
pluraque in confirmationem adducit, *& à num.* 11.
contrariæ ſententiæ fundamentis ſatisfacit. Et hæc
pars in praxi verior eſt, & ſequenda: Et pro ea fa-
cit *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 27. §. 2. ibi: *As rendas, & tri-*
butos que o Rey, & a Coroa deſtes Reynos ao tempo do
contrato no tal lugar havia. Et confirmatur, quia ita
ut officia Tabellionatus data, non cenſetur conceſ-
ſa, niſi id in donatione exprimatur Cabed. 2. *p. de-*
ciſ. 14. *n.* 3. *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 45. §. 1. *&* §. 16. ita
& neceſſario exprimendum erat in donatione, quod
futura officia concedebantur. Et inſuper ut provi-
dere poſſint officia non vacantia ad tempus, quod di-
citur *De ſerventia,* requiritur ſpecialis conceſſio *Ord.*
lib. 1. *tit.* 96. §. 7. *& lib.* 2. *tit.* 45. §. 24.

9 Huic affinis eſt alia quæſtio, An ſi in una Civita-
te ſint quatuor Tabelliones, & Princeps unum, vel
duos auget, & de novo creat, qua de cauſa reddi-
tus, & proventus aliorum officiorum diminuuntur,
teneatur Princeps antiquis officialibus detrimentum
reſarcire? Et videtur dicendum teneri ad reſarcien-
dum damnum; quia regulariter Princeps non poteſt
tertio jus quæſitum auferre, etiam per legem gene-
ralem Salgad. *de protect. p.* 3. *c.* 10. *n.* 92. Et dixi-
mus ſupra pluribus in locis. Adeo, ut in conceſſione
Principis ſemper intelligatur appoſita clauſula ſalvo
jure tertii Seraphin. *deciſ.* 398. *n.* 18. Menoch. *conſ.*
1033. *n.* 21. per text. *in L.* 2. §. *ſiquis à Principe, ff.*
ne quid in loco publico c. ſuper eo de offic. deleg. De-
cius *conſ.* 15. *n.* 4. Auguſt. Barboſ. *clauſ.* 157. *n.* 1.
2. *&* 3. Capyc. Latro *deciſ.* 174. *nu.* 13. Atque ita
auferendo redditus, & proventus aliorum officiorum
10 cum augmento novi officii tenetur Princeps ad ſatiſ-
factionem damni tanquam ille, qui cauſam damni
dedit, & ad intereſſe obligatur, etiamſi non fuerit
immediata cauſa damni *c. fin. de injur. L. nam & ſer-*
vius 22. *in princ. ubi gloſſ & DD. ff. de negot. geſt.*
L. ſi vero 5. §. *cum autem ubi gloſſ. ff. de his qui effu-*
derunt, vel dejecerunt, L. ſi merces §. *culpa ff. locati.*
Cyriac. *controv.* 184. *num.* 1. Hieronym. Leo *deciſ.*
41. *nu.* 20. Thuſc. *litter. D. concluſ.* 6. Cumque dam-
num ſit omnis diminutio, ſeu læſio: ut ſcribunt Paul.
in L. 3. *in fin. ff. de damno infect.* Burg. de Paz. *in*
proœm. leg. Tauri n. 148. Salgad. *de protect.* 4. *p. c.*
9. *n.* 194. Cyriac. *controv.* 62. *nu.* 12. *&* 14. Socin.
Jun. *conſ.* 78. *nu.* 1. *& ſeqq. vol.* 2. Recte dicendum
eſt teneri Principem ad ſatisfactionem diminutionis
redditum aliorum officiorum.

11 Confirmatur, quia licet Princeps ob bonum pu-
blicum, publicamque utilitatem poſſit tertium rei
ſuæ dominio privare; tamen tenetur condignam ſa-
tisfactionem, & bonum cambium præſtare *L. vendi-*
tor §. *ſi conſtat. ff commun. præd.* Bart. *in proœm. Di-*
geſt. in 1. *conſtit. in princ. n.* 4. *&* 5. Valaſc. *conſult.*
72. *n.* 10. Anton. Gom. *in L.* 1. *Tauri n. fin. & in L.*
40. *n.* 89. Surd. *conſ.* 203. *à n.* 17. *uſque ad nu.* 24.
Phæb. 1. *p. deciſ.* 94. *n.* 3. *&* 4. Caſtill. *lib.* 3. *c.* 6. *n.*
6. Noguer. *allegat.* 5. *nu.* 36. Solorz. 2. *tom. lib.* 2.
cap. 27. *n.* 55. & 80. Oliva *de foro Eccleſ.* 2. *p. q.* 35.
n. 16. Cyriac. *controv.* 121. *nu. fin.* Arias de Meſa
lib. 2. *c.* 50. *n.* 14. Capyc. Latro *deciſ.* 199. *nu.* 23.
Cald. Per. *conſ.* 8. *n.* 69. Atque ita ſive Princeps ex
cauſa publicæ utilitatis officia augeat, ſive abſque
illa, ſemper tenetur ad ſatisfactionem damni.

Deinde confirmatur: quia ſi Princeps alicui offi- 12
cium conceſſit, vel ad vitam, vel ad beneplacitum,
& illud officium aufert ſine cauſa; vel etiam ex cau-
ſa privatæ utilitatis, ſeu publicæ abſque demerito
poſſidentis, tenetur ad ſatisfactionem juxta doctri-
nam *gl. in L. Barbarius ff. de offic. Prætor.* ubi *Jaſ. à*
n. 36. *uſque ad* 44. ſimilia *gloſſ. in L. fin. C. ex quibus*
cauſ. ſervi pro pret. libert. accip. & cum Felin. In-
nocent. & aliis, quos refert, & ſequitur Cabed. 2. *p.*
dec. 20. *n.* 5. Ergo idem dicendum eſt in caſu pro-
poſito.

Si verò Princeps in aliorum officialium, ſeu no- 13
tariorum præjudicium aliis æqualitatem in diſtribu-
tione conceſſit; Hi quidem tenentur damnum da-
tum reſarcire, non Princeps: ut in caſu notabili de-
ciſum teſtatur Phæb. 1. *p. deciſ.* 94.

Debent tamen officia concedi viris integræ fa- 14
mæ, & opinionis, & benemeritis *L. ſiquis ex argen-*
tariis §. 1. *ff. de edendo,* Bart. *in L.* 2. §. *ſi dubitetur*
ff. quemadmodum teſtam. aperiantur; moreſque, &
perſonæ virtutes attendi debent *l. contra publicam,*
Cod de re milit. lib. 12. Phæb. 2. *p. areſt.* 15. & pro-
bat. *Ordin. lib.* 1. *tit.* 96. §. 1. Valaſc. *conſult* 129.
nu. 5. Ubi ait quod mala electio officialium deſtruit
mundum.

Item debet Princeps parentum officia filiis con- 15
ferre eorum, qui in adminiſtratione eorum bene ſe
exhibuerunt ex text. optimo *in L.* 1. *C. de fil. official.*
milit. lib. 12. ibi: *Hi, qui ex officialibus quorumcun-*
que officiorum geniti ſunt, ſive eorumdem parentes
adhuc ſacramento tenentur, ſive jam dimiſſi ſunt, in
parentum militiam vocentur: & ibi Lucas de Pœna,
Plat. & alii. Quod in quaſi obligationem tranſiiſſe
in hoc Regno tradit Valaſc. *conſult.* 129. *num.* 13.
Mendez à Caſtro *in prax. Luſit. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 10.
Pereyr. *deciſ.* 4. *n.* 3. Et in aliis Regnis idem ſerva-
ri docent Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 1. *c.* 28. *n.* 3. *&*
4. Et nihil magis juri conſentaneum eſſe dixit So-
lorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 5. *nu.* 95. Imo
Rex faceret injuſtitiam, ſi alii, quam filio officialis 16
officium conferret Valaſc. *conſult.* 129. *nu.* 13. Au-
guſt. Barboſ. *voto* 16. *nn.* 65. Proindeque filii Offi-
cialium, ſi ſunt idonei, & capaces, præferendi ſunt
aliis æque idoneis: probat Imperator *in L. unicui-*
que, C. de proxim. ſacr. ſcrinior. lib. 12. ibi: *Etenim*
unicuique proximo unum de ſuis filiis, qui temporis
duntaxat ſuffragio nititur, licet parum obſervaſſe mi-
litiam cognoſcatur; in ſequentibus tempore, qui la-
borum meritis muniuntur, anteferri poſſe decernimus:
L. jubemus 3. *C. de Advoc. diverſ. Judic.* ibi: *Et*
filiis Advocatorum, vel adhuc in tali conſtitutorum
officio, vel eorum, qui fiſco Patronatum depoſuerint
ſuperſtitum, vel mortuorum extraneis ad idem offi-
cium accedentibus anteponi, eique gratis & ſine
ſumptibus aſſociari, ſi & ipſi prout diſpoſitum eſt, ſo-
lito tempore legum doctrinam meruerint: Alfar. *de*
offic. fiſcal. gloſſ. 31. *num.* 12. Sarmient. *lib.* 3. *ſelect.*
cap. 7. *nu.* 3. *in fin.* Lara *de vita homin. cap.* 16. *n.*
5. *&* 6. Unde fit, quod ſi Princeps alii, quam filio 17
officium conceſſerit, nulla erit conceſſio, & ſubrep-
titia judicabitur: adeo ut ſi mortuo officiali mulier
prægnans remanſerit, & tertio concedatur officium,
ſi poſtea poſthumus natus ſit, annullabitur conceſſio:
ut optime docet. Valaſc. qui judicatum dicit *conſ.*
129. Quidquid in prædictis caſibus teneat. Cardoſ.
in prax. verb. officium n. 40. *&* 41. Qui tradit Regem
non teneri in puncto juris officia parentum filiis con-
cedere;

çedere ; niſi parentes in bello occubuerint. *d. L.* 1. *C. de fil.official.* Cujus deciſionem reſtringit ad filios militantium : ſed ipſe fatetur de conſuetudine Regni aliud obſervari : *ut n.* 40. *&* 41.

18 Ex quo deſcendit, quod Senatorum filii in aſſignandis Magiſtratibus cæteris extraneis juſte ſunt anteponendi ; dummodo capaces, & idonei reperiantur; quamvis alii idoniores appareant, *d. L. unicuique, C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib.* 12. ibi : *Licet patrum obſervaſſe militiam cognoſcatur : aliquid enim tribuendum eſt parentum laboribus, qui non ſibi, ſed filiis arbores ſerunt.* Et ita Reges noſtros ſemper obſervaſſe in gratiam parentum docet experientia rerum magiſtra ; licet nuviter aliud ſervari videbimus. Verum quia una hirundu non facit ver, juſte confidimus Principem noſtrum inveteratam conſuetudinem juri conformem deſtrui non paſſurum.

19 Poteſt etiam Princeps officia ampliare, ut proprietarius in filium, vel extraneum illud nominare valeat : ut ſcribunt Andr. *in cap. fin. col. penult. de judic.* per text. *in L.* 2. §. *noviſſime, ff. de orig. juris cap. venerabile de elect.* ſequitur Maſtrill. *de Magiſt. lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 1. Quo caſu iſte ſic nominatus officium à Rege habere cenſetur mediante tamen perſona nominantis Iſern. *in cap.* 1. *n.* 50. *de pac. juram. firm.* Freccia *de ſubfend. lib.* 2. *q.* 53. Pont. *de poteſt. Pro Reg. tit. de aſſenſ. Reg.* §. 2. *n.* 50. *& conſ.* 109. *ſub n.* 4. *&* 5. *vol.* 2. ſequitur Ruvit. *conſ.* 104. *n.* 3. Capyc. Latro *deciſ.* 6. *n.* 21. Quæ conceſſio maxime fieri ſolet in favorem filiorum: ut notat Maſtrill. *d. lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 1. *verſ. hujuſmodi*, qui allegat text. *in L. jubemus* §. *pro ſportulis, verſ. & filios, C. de Advoc. diverſ. Iudic.* Et in Regno ſolet Princeps licentiam concedere patri, qui rite, & recte per viginti annos officium exercuit, ut poſſit nominare ad officium unum ex filiis, ſeu filiabus, ut illud exerceat is, qui eam duxerit in uxorem; ſi idoneus apparuerit.

20 Nunc quæro, An ſi pater, qui nominationem facere poterat, deceſſerit non facta nominatione, filius major nominatus cenſeatur, ut officium conſequi poſſit ? In qua quæſtione Phæb. 2. *p. deciſ.* 128. *nu.* 20. *&* 21. *& areſt.* 12. tenet, quod filius major non cenſetur nominatus : & ita deciſum fuiſſe in Senatu coram Rege teſtatur. Præcipuum illius fundamentum in eo conſiſtit, quod quamvis juxta legem Regiam *lib.* 4. *tit.* 36. §. *& finandoſe* emphyteuta, qui ad emphyteuſim poterat nominare, ſi abſque nominatione decedat, ejus filius major nominatus cenſeatur ; tamen deciſio Ordinationis non procedit in officiis. Et licet Phæbus aliud non adducat fundamentum ; attamen deciſio Senatus poteſt ſulciri ; ex eo quod facultas hæc nominandi ſucceſſorem in officio eſt perſonalis, ſiquidem officium ex ſui natura non eſt tranſmiſſibile ad hæredes, Marin. Frec. *de ſubfend. lib.* 2. *q.* 44. Ubi tradit, quod conceſſo tibi officio cum facultate nominandi ſucceſſorem eſt perſonalis. Unde non nominante patre extinguitur facultas per text. *in L. cum pater* §. *hæreditatem, ff. de legat.* 2. *L. ex facto* §. *ſiquis rogatus c.* 2. *ff. ad Trebellian. L. fin.* §. *ſed & ſiquis, C. commun. de legat.*

21 Si facultas Regia conceſſa ad inſtituendum Majoratum perſonalis eſt & ad alium non transfertur. Immo mortua perſona, cui conceſſio facta fuit, extinguitur facultas : ut late, & optime tradit Arias de Meſa *lib.* 2. *cap.* 27. *per tot.* Et in ſpecie quod officium Commiſſarii, ut pote, perſonale morte finiatur : probat text. *in c. Religioſus de teſtam. in* 6. Gregor. Lopez *in L.* 25. *tit.* 9. *partit.* 6. *verb. del año*, Burg. de Pac. *conſ.* 31. *n.* 3. Medices *in tract. mors omnia ſolvit.* 2. *p. concl.* 4. *n.* 109. Et quidem ex hujuſmodi facultate nominandi tibi conceſſa electa cenſetur induſtria tuæ perſonæ ; ut idoneum eligas *c. is, cui* §. *ſed ſi de offic. deleg. in* 6. *cap. ſicut de præb. in* 6. Decius *conſ.* 492. Quapropter non nominante patre extinguitur nominandi facultas. Quod ultra Marin. Frecc. amplectitur Hurat. Muntan. *de Regal. offic. n.* 44.

22 Facit etiam, quod ille, qui habet facultatem diſponendi de aliqua re, debet expreſſe, & ſpecialiter diſponere ; aliàs expirat facultas, & remanet res penes eum, qui facultatem conceſſit : ut tradunt Caſſanat *conſ.* 37. *n.* 27. *&* 29. Et dicit judicatum Theſaur. *deciſ.* 97. & magis juri conſonam opinionem dicit Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 23. *n.* 14.

23 Contrariam tamen opinionem veriorem exiſtimo ; quia ſi proprietarius deceſſit ab inteſtato, filius nominatus cenſeri debet argum. *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 36. §. 2. Et eſt videndus text. *in L. unum ex familia* §. *rogo, ff. de legat.* 2. Quod dicit Cabedu conſultum vidiſſe per graviſſimos, & doctiſſimos Advocatos 2. *p. deciſ.* 23. *num.* 11. Nam ita ut filius mortuo patre nominatus cenſetur ad emphyteuſim Valaſc. *de jure emphyt. q.* 14. Gamma *deciſ.* 229. Cald. Per. *de nominat. q.* 12. *n.* 44. Barb. *ad Ordinat. d. tit.* 36. §. 2. *n.* 5. Ita etiam mortuo patre ſine nominatione ad officium filius major nominatus intelligitur quia de feudis, & emphyteuſi ad officia validum eſt argumentum Maſtril. *de Magiſtr. c.* 28. *n.* 29.

24 Confirmatur, quia decedente poſſeſſore Majoratus, qui ſucceſſorem eligere poterat, nulla facta nominatione, defertur ejus ſucceſſio filio majori, vel proximiori conſanguineo, qui nominatus cenſetur Mulin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 42. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 3. *p.* 5. *nn.* 11. Hieronym. Leo *dec.* 51. *n.* Larrea *deciſ.* 31. *n.* 51. Ergo idem dicendum eſt in officio, quod pater poterat nominare.

25 Tertio, quia ita ut inteſtatus cenſetur relinquere hæreditatem venientibus ab inteſtato, qui ex voluntate defuncti ſuccedere videntur, *L. ſiquis tam nullum, L. conficiuntur* 8. *ff. de jure codicillor. gloſſ. in L. non juſtum verſ. repetitum in fin. C. ad Trebellian. L. codicillis* §. *matre ff. de legat.* 2. Surd. *deciſ.* 272. *n.* 8. *verſ præmiſſis, & in fin.* Hieron Leo *deciſ.* 12. *n.* 17. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 7. *tit.* 7. *n.* 14. Caſſanat. *conſ.* 37. *n.* 28. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 23. *n.* 10. *&* 11. Seſſe *deciſ.* 48. *nn.* 7. *& deciſ.* 53. *n.* 6. Antun. Amat. *reſolut.* 76. *à nu.* 18. *cum ſeqq.* Giurb. *ad conſuet. Meſſan. c.* 6. *gl.* 11. *nn.* 15. Cancer. *lib.* 1. *c.* 2. *n.* 116. *& cap.* 8. *n.* 79. Olea *de ceſſion. jur. tit.* 3. *q.* 1. Ita, & pariter qui nominare poterat filium decedens ab inteſtatu, & ſine nominatione, cenſendus eſt filium nominaſſe.

26 Quarto, quia ille, qui habet poteſtatem diſponendi de aliqua re, decedens ab inteſtato cenſetur diſpoſuiſſe ad favorem venientium ab inteſtato : Ergo idem dicendum eſt in caſu propoſito. Et hæc ſunt hujus partis potiora fundamenta ; quam licet non ita exornatam probant Bald. *in L. cum poſt* §. *gener. in lect. antiqua, ff. de jure dot.* Vincent. de Anna. *ſingul.* 391. ubi plures laudat, Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 53. Et eam amplecti libet; quippe potioribus nititur fundamentis.

27 Neque obſtat, quod *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 36. §. 2. non procedat in nominatione officii, quia hoc non eſt tutum, cum non detur omnimoda ratio differentiæ inter nominationem ad officium, & nominationem ad emphyteuſim. Siquidem ideo filius nominatus cenſetur ab eo, qui ab inteſtato deceſſit, quippe jam in eo conſideratur jus ad obtinendam emphyteuſim, quæ deſcendentibus defertur, & etiam ad renovationem petendam. Quod non ita obſervatur reſpectu conſanguinei ejus, qui nominare noluit. Proindeque cum filius ex conſuetudine Regni jus habeat ad petendum patris officium ; nil mirum ſi idem, quod in emphyteuſi quoad nominationem, procedat etiam in officio. Maxime cum nominatio reſpectu 28

filii

ſilii ſit Principis beneficium, quod latiſſime eſt interpretandum *L. beneficium*, *ff. de conſtit. Princip.* ubi Bald. *in* 2. *lect.* Decius *conſ.* 32. *n.* 2. Seſſe *deciſ.* 160. *n.* 267. Giurb. *deciſ.* 23. *n.* 10. Lartea *allegat.* 43. *n.* 2. Cabed. 2. *p. deciſ.* 95. *n.* 1. Solorz. *d. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 40. Amaya *in L. unica n.* 6. *C. de collat. donat. lib.* 10. Et inſuper tale beneficium debet eſſe perpetuum, & manſurum *d. L. beneficium c. decet. de regul. juris in* 6. Valenz. *conſ.* 69. *n.* 73. Solorz. *d. lib.* 2. *c.* 22. *n.* 15.

29 Neque etiam obſtat aſſerere eum, qui habet poteſtatem nominandi, non tranſmittere ad hæredes rem, de qua poterat diſponere, & non diſpoſuit; quia verior eſt ſententia cenſeri diſpoſuiſſe ad favorem venientium ab inteſtato: ut judicatum dicit Vincent. de Franc. *deciſ.* 45. *& deciſ.* 600. Mantic. *de conject. lib.* 7. *tit.* 7. *n.* 14. Surd. *deciſ.* 272. *n.* 9. *& conſ.* 357. *n.* 8. A qua opinione non eſſe recedendum, tenet Fontan. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 23. *n.* 14. *in fin.* Ricc. ad Franch. *deciſ.* 45. *verſ. ego non diſcedo.* Olea *de ceſſion. jur. tit. q.* 1. *n.* 37.

30 Denique non obſtat nominationem eſſe perſonalem: quia reſpondetur, quod licet uſusfructus ad alium conſtituendum transferri non poſſit; tamen actio ad uſumfructum conſtituendum poteſt in alium transferri: ut dixit Balduin. *in §. finitur Inſtit. de uſufruct. n.* 20. Atque ita cum pater, qui ad nominandum officium habet facultatem, poſſit transferre in filium jus petendi illud officium juxta conſuetudinem Regni: nil mirum quod etiamſi non nominaverit, officium pertineat ad filium.

31 At vero ſi Princeps, qui facultatem nominandi conceſſit, præmoriatur ante nominationem factam non extinguetur nominandi facultas, *c. ſicut de præbend. in* 6. ut in terminis docet Horat. Montan. *de Regal. offic. n.* 44. *in fin.*

32 Item ſi pater, qui à Principe obtinuerat facultatem nominandi in filium, deceſſit cum teſtamento, & filium hæredem inſtituit; hic filius verè nominatus cenſetur, quamvis pater expreſſe illum non nominaverit: *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 36. *in princ.* Caldas *de nominat. q.* 4. *à n.* 1. *& q.* 7. *à n.* 1. *cum ſeqq.* Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 5. *p.* 1. *n.* 63. *& deciſ.* 172. *n.* 24. Boer. *deciſ.* 204. *n.* 32. Menoch. *conſ.* 21. *n.* 67. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 444. *n.* 8. *& q.* 550. *n.* 10. *& q.* 507. Hieronym. Leo *deciſ.* 58. *n.* 11. Et loquens de eo, qui facultatem habeat nominandi in feudum: ita tenet Marin. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *q.* 45. Et in noſtra ſpecie de officio probat Horat. Montan. *de Regal. offic n.* 50. *verſ. attamen adhuc exiſtimo.* Qui inducit text. *in L. unum ex familia §. qui duos ff. de legat.* 2. Et notavit Bart. *in d. §. qui duos*, quod inſtituendo hæredem videtur illom eligere Ruin. *conſ.* 24. *n.* 13. *lib.* 2. Quod tamen eſt intelligendum, ſi nominans præter hæredem alium filium non nominavit juxta terminos *Ordin. d. tit.* 36. *in princ.*

33 Quocirca videndum eſt, An ſi pater, cui conceſſa fuit facultas nominandi filium, & poſt factam nominationem deliquerit in officio; ita ut illo ſit privandus, patris delictum noceat filio? Et quidem non nocere certius eſt juxta doctrinam Bart. *in L.* 2. *§.* 2. *ff. de option. legat.* idem Bart. & Imol. *in L. abſenti ff. de donat.* Roman. *conſ.* 116. *incipit viſis:* quos refert, & ſequitur Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 35. Cæterum, quamvis hæc ſit Bartoli ſententia, & fundetur in ea ratione, quod qui eligit auctoritate Superioris, non ipſe eligit, ſed ſuperior concedens. Unde delictum patris poſt factam electionem, ipſam non poteſt ſubvertere, quoniam ex facto alterius nemo poteſt prægravari, neque delictum patris filio nocere. Tamen contraria ſententia mihi verior videtur, ex eo quia in conceſſione nominandi ad officium ſubintelligitur clauſula, ſi officialis ſe bene geſſerit in officio, cæterum ſe male gerendo cenſetur revocatum privilegium, & nominandi facultas: ut optime tradit Vincent. de Franch. *deciſ.* 457. *n.* 12. De Pont. *deciſ.* 28. ad exemplum mandati, quod 34 cenſetur revocatum, ſi mandatarius ſuſpectus fiat mandanti *L. ſi cum Cornelius ff. de ſolutionib.* Hæc autem facultas nominandi continet mandatum implicite, quo quis conſtituitur Regis procurator in electione ſucceſſoris in officio, dum Rex eligit miniſterio nominantis, & ipſe nominans intervenit, ut nudus miniſter Regis *L. pater ex provincia*, *ff. de manumiſſ. vindict.* Cumque nominans efficiatur ſuſpectus Domino ex delictis commiſſis in officio, ne ſimilem ſibi eligat, deficit tunc illa confidentia, quam Rex habebat in conceſſionario eligendi bonum, & habilem. Atque ita, ſi facultas nominandi fuit conceſſa patri, ut filium nominet, culpa patris nocere debet filio, Capyc. *deciſ.* 121. *n.* 32. Et confirmat Horat. Montan. *de Regal. offic. n.* 52. *&* 77. Et pro hac parte expendo *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 95. § 2. Qua probatur etiam poſſe renuntiantem accuſari de delicto ante renuntiationem commiſſo.

Quod à fortiori locum obtinebit, quando delictum 35 commiſſum fuit ante nominationem; cum enim tunc per delictum reverſum ſit officium ad Principem, non poterit pater in ejus præjudicium nominationem facere: quia per amiſſionem officii etiam nominatio acceſſoria ad Principem revertitur argum. text. *in L.* 1. *&* 2. *ff. de penu. legat.* & ita Bald. & Afflict. *in c.* 1. *§. rurſus de controv. inveſtit.* Atque ita intelligenda eſt *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 95. §. 2. Cabed. 2. *p. deciſ.* 24. *n.* 9.

Officia publica in hoc Regno non poſſunt renun- 36 tiari ſine licentia, & permiſſione Principis, neque in alium transferri *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 95. *in princ.* Cabed. 2. *p. deciſ.* 24. *n.* 5. quoniam perſonalia ſunt, Maſtrill. *de Magiſtr. d. cap.* 28. *n.* 21. 23. 30. *&* 32. Tamen cum licentia Principis bene poſſunt renuntiari, dummodo Regi præſentetur idoneus *Ord. de tit.* 95. Tello Fernand. *in L.* 4. *Tauri n.* 65. Cabed. *d. deciſ.* 24. *n.* 7. Renuntiatio autem debet fieri gratis nulla recepta pecunia *cap.* 1. *§. callidis de prohib. alienat. feud. per Feder.* Soto *de Juſt. lib.* 3. *q.* 6. *art.* 4. *col. penult. ad medium* Cabed. ubi ſupra *n.* 7. quia officialis non poteſt vendere officium ſub pœna *Ordinat. d. tit.* 95. Et idem eſt renuntiare accepta pecunia, quam vendere: etenim contractus non æſti- 37 mantur à nomine, ſed ab effectu. Siquidem ſi rei geſtæ natura, & ſubſtantia repugnat nomini à contrahentibus inſito, illi ſtandum non eſt: ſed contractus juxta ipſius natura in alium transfunditur Cald. Per. *de empt. c.* 3. *n.* 2. *&* 5. Atque ita cum venditionis ſubſtantia in re, & pretio conſiſtat, dum in renuntiatione intervenit pecunia, potius dicendus eſt contractus venditionis, quam renuntiationis.

Quæro autem, An is, cui conceſſa eſt facultas 38 nominandi ad officium, & in effectu nominavit, poſſit poſtea variare, & alium nominare? In qua quæſtione pro parte affirmativa ſtat Juris-Conſulti reſponſum in *L. unum ex familia*, *ff. de legat.* 2. Ubi is, cui electio commiſſa fuit, variare poteſt *text. in L. ſi tibi electio ff. de option. legat.* ibi: *Si non mutaſſem voluntatem.* Cæterum eum, qui ſemel nominavit, amplius nominare, neque eligere poſſe probat expreſſe text. *in L. apud Aufidium ff. de option. legat.* facit text. *in L. ſtatu liberum*, *§. Stichum aut Pamphilum*, *ff. de legat.* 2. *c. ſi compromiſſarius de elect. in* 6. Ex quibus deducunt DD. communiter, quod is, qui electionem ſeu nominationem habet, ea ſemel facta non poteſt iterum eligere: Et poſt antiquiores ſcribunt Gratian. *c.* 58. *n.* 3. *&* 4. Valuſc. *conſult.* 102. *num.* 12. Surd. *conſ.* 264. *num.* 34. Cyriac. *controv.* 227. *num.* 27. *&* 28. Solorz. 2. *tom. lib.* 2. *c.* 22.

nu. 60. & 61. Sanſelic. *dec.* 278. *n.* 1. & 4. Montan.
*de Regal. verb. de Regalib. offic.n.*46. Et probat *Or-
diuat. lib.* 4. *iit.* 37. §. 2. & *lib.* 3. *tit.*5.§.3.*circa fin.*
Molin. *de juſt. tom.* 2. *diſp.* 483. *n.* 2. Et in terminis
hujus quæſtionis Horat. Montan. *de Regal. offic. n.*
46. Confirmaturque, ex eo quod pater, cui conceſſa
fuit nominandi facultas, tanquam Regis procurator,
& cauſa inſtrumentalis, ſeu mediata, concurrit in
nominatione, non tanquam cauſa efficiens; quia non
ipſe tranſmittit officium in filium, ſed mediante mi-
niſterio ſuæ nominationis Rex tranſmittit officium:
ut optime dixit Montan. *de Regal. offic. nu.* 39. At-
que ita, ſimul atque pater unum filium nominat, non
39 poteſt amplius variare. Declaranda tamen venit præ-
dicta reſolutio; ut eo caſu procedat, quando ſimpli-
citer nominatio conceſſa fuit, non verò, quando fuit
collata in actum ultimæ voluntatis; tunc enim no-
minatio facta virtute prædictæ facultatis, poterit
pluries mutari, & variari, prout ipſa ultima voluntas
uſque ad mortem Valaſc. *conſult.* 102. *n.* 25. & *ſeqq.*
Molin *diſp.*483.*n.*1. Tondut. *reſolut. civil. c.* 50. *n.*
48. Montan. *de Regal.offic.d.n.*40. Et in his terminis
procedit *L. unum ex familia*: ubi electio conceſſa
fuit in tempus mortis.

40 Limita ſecundo, ut eligens iterum nominare poſ-
ſit, ſi primo nominatus præmoriatur nominanti. Et
ſic non habuit effectum nominatio Gam. *deciſ.* 382.
Molin. *d. diſp* 483. *n.* 2. Gratian. *cap.*58.*à n.*5. Flor.
de Mena *lib.* 3. *var. q.* 22. *n.* 31. Montan. *d. tit. de
Regal. offic. n.* 46. *in fin. Ordin. d. tit.* 37. §. 5. Car-
doſ. *verb. emphyteuſis n.* 42. Quæ enim carent effe-
ctu, nomen non merentur. *L.* 2. §. *teſtamentum, ff.
quemadmodum.teſtam. aperiant. L. ſiquis aliquid.* 38.
§. *teſtamentum ff. de pœn.* Gratian. *c.*213.*n.*20. Surd.
conſ. 3. *n.* 30. & *conſ.* 179. *n.* 49. Tiraq. *de tract. li-*
41 *gnag.* §. 1. *gloſſ.* 2. *n.* 9. Et idem eſt aliquid non ha-
bere; vel eſſe, quod habetur, inefficax *gloſſ. in L.* 2. §.
*ſed ſi dedi verſ. ſed hic quoque, ff. de condict. ob. turp.
cauſ.* Bald. *in cap.*1.§.*ſiquis damnoſo de controv. inveſt.*
Larrea *allegat.* 33. *n.* 14. & *deciſ.* 45. *n.* 4. Proin-
deque ſi electus deceſſit, electio, qua frui non potuit,
pro non facta exiſtimanda eſt *c. ſi electio* 16. *de elect.
in* 6. ibi: *Aut forte diem clauſit extremum*: unde eli-
gens poterit iterum eligere Gratian. *c.*58.*n.*5.& *ſeqq.*
& *n.* 12. Quæ reſolutio licet loquatur in beneficiali-
bus, tamen eam ad omnes caſus extendunt interpre-
tes: optime Larrea *deciſ.* 45. *n.* 8. Et ſic mortuo no-
minato bene poteſt nominans iterum eligere.

42 Unde etiam infertur, quod ſi habens facultatem
nominandi filium nominavit; & in caſu, quo ſuc-
cedere non poſſit, alium filium elegit; ſi primo no-
minatus, vel propter abſentiam longinquam vel quia
deceſſit, antequam ſuccedere poſſet in officio, illud
non obtinuit, ſecundo nominatus officium obtinebit;
quamvis pater interim mortuus eſſet. Quod ex ea
ratione procedit, quippe nominatio non potuit ha-
bere effectum & illa, quæ effectum ſortiri non po-
tuit, pro non facta habetur ex dictis ſupra. Et addo
Phæb. 2. *p. dec.* 128. *nn.* 17. & 18. Pro qua reſo-
lutione facit dictum Cald. Per. *de poteſt eligendi c.*
10. *nu.* 51. Ubi tenet, quod ſi contingat quem à
principio, Titium v. g. nominaſſe, & poſtea Sem-
pronium, illa ſecunda nominatio erit in ſuſpenſo,
dum primo nominatus illi contradicere velit; adve-
niente verò caſu, quo primus non contradixerit, ſuſ-
tinebitur ſecunda nominatio. Quod ſi ita eſt, à for-
tiori, valebit ſecunda nominatio, quando prima ef-
fectum non fuit ſortita.

43 Sed fortiter obſtat, quod habens poteſtatem no-
minandi ad officium; non poteſt ſub conditione a-
lium nominare, ita ut ea deficiente ſecunda nomi-
natio valida ſit; non enim aliud importat prædicta
diſpoſitio, quam ſubſtitutionem, cui locus eſſe non
poteſt in propoſita ſpecie: ut bene tradit Segura *in
d. l. unum ex familia* §. *ſed ſi fundum fol.* 51. *col.* 3.
verſ. decimatertia differentia: ſequitur Horat. Mon-
tan. *de Regal. offic. nu.* 48. Eſt enim ſubſtitutio ſe-
cundus actus: ut tenet *gloſſ. in rubr. Inſt. de vulg.
ſubſtit.* Alciat. *lib.* 4. *Parergon. cap.* 6. Cumque pa-
ter, qui habet facultatem nominandi, Principis pro-
curator exiſtimetur ut diximus ſupra, non potuit fi-
nes mandati excedere, ſi nominato alium ſubſtitue-
rit; non enim procurator alium ſubſtituere valet,
niſi expreſſe in mandato illi ſit conceſſum Alex.
conſ. 17. *viſis, & conſideratis col.* 1. *in fin.n.* 6. *verſ.* 44
*pro hoc benefacit vol.*2. Roman. *conſ.*214. *verſ. tu ſcis.*
Gratian. *cap.*201.*n.*89. Surd. *deciſ.*195. *n.*9. Noguer.
allegat. 36.*n.* 58. Quare dum nominans primam exe-
quitur nominationem, functus eſt officio ſuo ex regu-
la text. *in L. bove* §. *hoc ſermone, ff. de verb. ſignific.*
maxime cum ſubſtitutio in officiis, tanquam exorbi-
tans reſtringenda ſit. Sed non obſtat proxima objec-
tio, quamvis enim vera ſit, non poteſt procedere reſ-
pectu nominationis quæ nullum produxit effectum:
& ea de cauſa cenſetur prima, licet caſus evenerit
poſt factam nominationem, quæ effectum ſortita non
fuit. Quibus in terminis intelligenda eſt deciſio, de
qua Phæb. *deciſ.*128.*n.*19. Cujus fundamentum con-
ſiſtit in eo, quod primo nominatus erat impeditus, &
non potuit officium obtinere: ut dicitur in ſententia
ibi: *O que viſto, & como o embargado he obſente, im-* 45
pedido com ſua abſencia para ſerviro dito officio. In
quo conſiſtebat juris fundamentum dictæ deciſionis;
non verò quod nominatio facta Valentino fuerit
conditionalis, & cauſa mortis. Neque, quod *Or-
dinat. l.* 4 *tit.* 37. §. 2. non procedit in nominatio-
nibus officiorum, quoniam nulla congrua ratio à Phæ-
bo adducitur; neque illa, quæ aſſignatur. *n.* 14. bo-
na eſt: nempe quod nominatio pendet à voluntate
Principis, & ejus ſuprema poteſtate, quia tantum
probat patrem non poſſe variare nominationem ſe-
mel factam, quando facultas conceſſa fuit abſque
mortis mentione: ſiquidem quoad poteſtatem nomi-
nandi parificantur nominatio ad officium & nomina-
tio ad empyteuſim: Etenim utraque à Dominica
conceſſione provenit; & abſque illa fieri non eſt per-
miſſum. Neque reiterari cum perſonalis ſit; neque
tranſmiſſibilis. Proindeque ſententia non poteſt ſub-
ſtineri ex Phæbi fundamentis; ſed ex eo, quod pri-
ma nominatio non fuit ſortita effectum. Ultra quod
Ordinat. d. §. 2. ſolum prohibet nominanti ſemel fa-
ctam nominationem revocare, & aliam facere non
poſſe, per quam primo nominato jus auferatur ibi:
*Nam podera mais revogar eſſa no meaçam, nem fa-
zer outra, per que a primeira ſeja revogada.* Cæte-
rum ſi nominatio efficiatur caduca propter mortem
nominati, ita ut pater aliam facere poterat, ita ſi in
vita nominaverit unum filium, & alium in ejus de-
fectum, in quo non potuit verificari nominatio; ſe-
cunda locum obtinere debet; ne gratia Principis
illuſoria redderetur.

Deinde nominatio patris in unum collata non obe- 46
rit ſecundo nominato, ſi prima per actum nullum
effecta fuerit; quia ea non obſtante poterit pater ite-
rum nominare Bart. *in L. ſerv. electione ff. de legat.*
1. *n.* 1. Valaſc. *conſult.* 102.*n.*33. Gratian. *c.* 58.*n.*6.
Solorz. *d. lib.*2.*c.* 22.*n.*61. Montan. *de Regal. offic. n.*
47. Cardoſ. *verb. emphiteuſis n.* 4. quippe actus nulli
perinde habentur, ac ſi facti non eſſent.

Ex quibus ſequitur, quod nominatio facta in te- 47
ſtamento nullo inutilis eſt, quocunque modo teſta-
mentum annulletur, vel revocetur *Ordinat. lib.*4.*tit.*
37. §. 4. Quamvis Barboſa ad dictam Ordinationem
controverſam dicat hanc opinionem. Valaſc. *conſult.*
61. *n.* 6. Cald. *de nominat. q.*10. Bened. Ægid. *in L.*
1. *C. de ſacroſ. Eccleſ. p.* 2. *in init. n.*26. *in fin.* & 27.

Molin.

Molin. *de Juſt. & jure lib.* 1. *diſp.* 175. *n.* 10. *ad fin.*
48 *verſ. quando autem*, Thom. Valaſc. *allegat.* 61. *n.* 8.
17. & 21. Phæb. *deciſ.* 30. *n.* 17. Cald. *forenſ. q.* 26. *n.* 3.
& *de poteſt. eligendi cap.* 8. *à princip.* Flor. de Mena
lib. 3. *var. q.* 22. *à n.* 5. Gama *deciſ.* 173. Coſta *in L. ſi ex*
cautione fallent. 12. *n.* 3. *in fin.* Quæ reſolutio proce-
dit, ſive teſtamentum annulletur ea cauſa præteritio-
nis, ſive ex alia quacunque. Quidquid dicat Phæb.
2. *p. deciſ.* 124. *à n.* 9. *cum ſeqq.* Ubi agit de teſta-
mento, ex quo adita non fuit hæreditas. Caldas ſibi
contrarius *conſ.* 10. *à n.* 44. 51. & 74. & *de poteſt. eli-*
gendi c. 16. *n.* 44. & 45. Quia contra eos ſtat verior,
& communior opinio, quæ fundatur in *Ordinat. d. tit.*
37. §. 4. de qua Valaſc. *d. conſult.* 61. *n.* 6.
49 Quocirca in diſputationem venit, An poteſtas no-
minandi ad officium cedi, vel tranſmitti poſſit? In
qua quæſtione dicendum eſt eligendi, ſeu nominandi
poteſtatem perſonalem eſſe, & neque cedi neque
tranſmitti poſſe *L. ſi ſtipulatus fuerim* 76. *ff. de verb.*
obligat. L. fin. ff. eod. ibi: *Magis probandum eſt à perſo-*
na non eſſe recedendum ejus, cujus arbitrium inſertum
eſt: c. 1. *de eo, qui finem fecit agnationi in uſib. feud.*
Ubi facta conceſſione pro ſe, & deſcendentibus, & eo
cui dederit, ſi ille non elegerit, pactum ac ſi non ad-
jectum habetur, & electio ad hæredes non tranſit:
prout neque facultas declarandi voluntatem defunc-
ti, quia perſonalis eſt, & perſonam non egreditur *gloſſ.*
verb. appareat. in L. idem Pomponius 5. §. *fin. ff. de*
rei vendicat, ubi Bald. & commun. ſcribentes *gloſſ. in*
L. inter ſtipulantem §. *ſi Stichum, verb. actori, ff. de*
verb. obligat. Larrea *deciſ.* 31. *n.* 3. Jaſon. *in L. natura-*
liter, §. *nihil commune n.* 13. *ff. de adquir. poſſeſſ.* Ni-
col. Noal. *de tranſmiſſ. caſu* 16. *n.* 1. Ex ea ratione
quia ſecretum voluntatis ſoli Deo patet, qui cordis,
& intentionis hominum eſt ſcrutator *gloſſ. in L.* 2. *ff. de*
interrog. actionib. Noal. *d. caſu* 16. *n.* 2. Neque jus ar-
bitrandi ceſſibile eſt, neque tranſmiſſibile *L. qui arbi-*
tratu 43. *ff. de verb. obligat.* Bald. *in L. fin. n.* 26. *ff. de*
contrah. empt. Petr. Pechius *de teſtam. conjug. lib.* 1. *c.*
3. *n.* 2. & 3. Larrea *d. deciſ.* 31. *n.* 4. *Ordinat. lib.* 4. *tit.*
2. §. 1. *verſ. mas ſe eſſe* ibi: *Mas ſe eſſe, que ouveſſe de*
pôr o preço, morreſſe antes que o declaraſſe, nam va-
lerà a venda: & *lib.* 3. *tit.* 16. §. 6.
50 Quæ reſolutio abſque dubio procedit, quando eli-
gendi, ſeu nominandi facultas conceſſa eſt ad com-
modum, ſeu utilitatem tertii, veluti quando concedi-
tur poteſtas nominandi, ſeu eligendi ad officium, Ma-
joratum, ſeu Capellaniam; quoniam tunc non habet
locum ceſſio, neque tranſmiſſio; quia perſonalis eſt:
& reſtricta cenſetur ad induſtriam, & diſpoſitionem
ejus, cui commiſſa eſt *d. L. ſi arbitratu, L. cum qui-*
dam 24. *L. unum ex familia* §. *ſed etſi ff. de legat.* Mo-
lin. *de Primog. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 62. & 63. Cald. *de nomi-*
nat. q. 6. *n.* 22. Noal. *de tranſmiſſ. c.* 36. *n.* 28. Mier. *de*
Major. 1. *p. q.* 44. *n.* 96. & *q.* 48. *à n.* 187. Alex. Ludoviſ.
deciſ. 456. *n.* 4. Carpio *de execut. teſtam. lib.* 2. *c.* 9. *à*
n. 3. Anton. Gomez *lib.* 2. *var. cap.* 11. 41. ubi Aylon.
n. 42. Amaya *in L. nullus à n.* 17. *C. de Decurionib.*
lib. 10. Olea *de ceſſion. jur. tit.* 3. *q.* 1. *n.* 42. Proinde-
que cum nominandi facultas ad officium reſpiciat uti-
litatem tertii, neque cedi, neque in alium tranſmitti
poſſit; recte ſequitur non valere ceſſionem, neque
tranſmiſſionem: ut in individuo tradunt Marin. Frecc.
de ſubfeud. lib. 2. *q.* 44. Horat. Montan. *de Regal. of-*
fic. n. 4. quippe electa fuit induſtria perſonæ, ut ido-
neum eligeret *c. is cui*, §. *ſed ſi de offic. delegati in* 6.
c. ſicut de præb. in 6. Decius *conſ.* 492.
51 Si verò electio competit jure proprio ad utilita-
tem ejus, qui eligere debet; veluti ſi ſtipulatus ſim
Stichum, aut decem, utrum ego vellem; bene poſſum
obligationem illam in alium transfundere in quem ſi-
mul poteſtas eligendi transfertur *L. ſi ſic legatum* 75.
§. *ſi quis ita, ff. de legat.* 1. ibi: *Siquis ita ſtipulatus*
Stichum, aut decem, utrum ego velim legaverit, quod
ei debetur, tenebitur hæres ejus, ut præſtet legatario
actionem, electionem habituro, utrum Stichum, aut de-
cem perſequi malit: Ea quo textu bene elicitur, quod
ſtipulatio alternativa ceditur per hæredem legatario,
qui eligendi facultatem, & jus habet, ſicut haberet
cedens: & ita docent ibi Gotofred. & Alex. Ludo-
viſ. *deciſ.* 456. *n.* 5. faciunt jura *in L. illud aut illud*
ff. de optim. legat. 1. *L. hujuſmodi* §. *fin. ff. de legat.* 1. *L.* 52
fin. in princ. Cod. commun. de legat. §. *optionis Inſtit. de*
legat. De quorum jurium interpretatione *cum L. ſi*
ſtipulatus fuerim ff. verb. obligat. videndi ſunt ultra
Bart. Cujac. *lib.* 18. *Pauli ad edict. in d. L. ſi ſtipulatus*
fuerim. Jaſon. *in d. L. ſi ſic legatum* §. *ſiquis ita.* An-
ton. Gomez *lib.* 2. *var. c.* 11. *n.* 41. & ibi Aylon. *n.* 41.
Amaya *in d. L. nullus* 60. *C. de Decur. lib.* 10. *à n.* 19.
Arias de Meſa *lib.* 1. *var. c.* 28. *à n.* 11. Larrea *deciſ.*
31. *à n.* 58. D. Martin. à Lareategi *ſelectar. lib.* 5. *c.* 4.
à n. 1. Optime Olea *tit.* 3. *q.* 1. *à n.* 27. *cum ſeqq.* qui
varias refert interpretationes, & aliam noviter addu-
cit *n.* 36. Salgad. *de protect.* 4. *p. c.* 12. *n.* 6. 44. & *per*
totum, Caſtill. *controv. lib.* 5. *c.* 87. & *lib.* 6. *c.* 183.
Ea prædicta reſolutione, quæ habet nominatio- 53
nem ad officium neque cedi, neque tranſmitti poſſe,
infertur eum, cui facultas nominandi conceſſa fuit
poſſe nominare per procuratorem, quia ejus, non
procuratoris induſtria electa fuit: & quippe nomi-
nandi facultas perſonalis eſt, perſonæque inhæret: &
quæ perſonalia ſunt jura cedi non poſſunt: ut poſt
Alex. tradit Jaſon *in L.* 1. §. *fin. n.* 5. *ff. de novi operis*
nunt. Cald. *de nomin. q.* 6. *n.* 21. Qui ibi *n.* 22. docet non
poſſe fieri nominationem per procuratorem: facit text.
in cap. is, cui in fin. de offic. delegat. in 6. Et in ter-
minis hujus quæſtionis tenet Horat. Montan. *de Reg.*
offic. n. 44. Quod tamen limitandum aſſerit Cald. *d. q.*
6 *n.* 22. ſi procurator ſpecialis fuerit conſtitutus, quo-
niam per eum fieri valebit nominatio ex Bart. *in L. ſi*
ſtipulatus fuerim ff. de verb. obligat. & idem poſt eum
docet Marin. Frecc. *q.* 47. *de ſubfeud.* Et facit *gloſſ. in c.* 54
ſiquis juſto §. *porro verſ. de certa elect. in* 6. Quæ re-
ſolutio tunc ſubſtineri poteſt, quando in mandato ex-
preſſa fuerit perſona nominanda, purà, Titius: Ea ea
ratione, quia tunc procuratoris induſtria defecit: &
ita rem componit Montan. *d. n.* 44. Et eo ipſo, quod
is, qui nominandi habet facultatem, procuratorem ſpe-
cialem conſtituit ad nominandam certam, & determi-
natam perſonam, elegiſſe cenſetur: prout hæres
conſtituendo procuratorem ad adeundam hæredita-
tem adiſſe dicitur. *gloſſ. in L. Paulus alias L. per*
procuratorem verb. per procuratorem verſ. ſtatim enim
ff. de adquir. hæred. ubi Bart. Paul. de Caſtr. & Are- 55
tin. idem Bart. *in L. filio in fin. verſ. non poſſum fa-*
cere, ubi Bald. *in tert. oppoſit. C. qui admitti gloſſ. in*
L. ſervi electione, ff. de legat. 1. Marc. Anton. Ca-
munc. *deciſ.* 37. *n.* 1. Mantic. *de conject. lib.* 12. *tit.*
11. *n.* 5. Joan. de Brunell. *in tract. de ſponſalib.* &
matrim. concluſ. 2. *caſu* 2. *n.* 22. Ea quibus Montani
opinioni adhæreo, & ſecundum eam intelligendus eſt
Caldas *d. q.* 6. *n.* 22.
Eſt tamen pulchra quæſtio, An Princeps, qui no- 56
minandi facultatem conceſſit, poſſit etiam revoca-
re? In qua dicendum eſt, quod ſi facultas fuerit
gratis conceſſa, poterit ad libitum revocari: ut te-
nent *gloſſ. ſingularis in c. decet in fin. de regul. juris*
in 6. Andr. *in tit. de Capitaneo, qui Curiam vendidit*
§. *ſimiliter n.* 28. & 30. Montan. *de Regal. offic. n.*
77. *in princ.* Covarr. *lib.* 3. *var. c.* 6. *n.* 1. Peregr. *de*
jure fiſc. lib. 1. *tit.* 3. *n.* 19. Ang. Barboſ. *in d. c. decet*
16. *n.* 4. *de regul. juris in* 6. Creſp. de Valdaura *ob-*
ſervat. 7. *num.* 110. Ubi quod privilegium gratio-
ſum poteſt ad libitum revocari: ſi vero facultas con-
ceſſa ſit mediante pecunia, vel ob benemerita in ſa-
tisfactionem ſervitiorum, non poterit abſque legitima

cauſa revocati, cum tranſeat in contractum; ad cujus
obſervantiam Princeps tenetur, cum ex jure gentium
proveniat: ut late probavimus ſupra c.11.n.8.& 9. Et
in ſpecie docet Montan.d.§.de Regal.offic.n. 77. Ubi
quod cauſa legitima erit neceſſitas publica ad revo-
candum privilegium, vel conceſſionem, cui alias ſub-
veniri nequit Et inſuper erit legitima revocandi cau-
ſa ſi is cui facultas nominandi conceſſa fuit, poſtea
in officio deliquerit Cum enim in facultate nominan-
di implicite mandatum contineatur; & is, cui nomi-
nandi facultas data eſt, Regis procurator cenſeatur,
qui tanquam nudus miniſter intervenit in electione
ſucceſſoris: ut jam diximus ſupra n.34. illa nominan-
di poteſtas officiali conceſſa dicitur, dum in officio
ſe bene gerit. At vero ſe male gerendo facultas non
intelligitur conceſſa.

57 Item quæritur, An Princeps concedere valeat ex-
pectativas ad officia vacatura, ſive in genere, ſive
in ſpecie? Et pro parte negativa facit, quod valet
argumentum de officio ad Beneficium, & è contra
Cabed.1.p.deciſ.182.n.1.& 2.p.deciſ.20.n.1.& deciſ.
91.n.4.Auguſt.Barboſ.voto 14.& 76. Larrea allegat.
50 n. 32.Immo officia, & Beneficia æquiparari tradit
58 Rebuffus ad leges Galliæ tit. ut Beneficia ante vaca-
turam art.1.gloſſ.2.ad medium. Et quoad electionem
officia ſæcularia, & Beneficia Eccleſiaſtica eiſdem
reguntur regulis Cabed. 2.p.deciſ.91. n.4.Molin. lib.
1.c.4.n.39.Spin.de teſtam. gloſſ. 4. n. 86. Fontan. de
pact. nupt.clauſ.4. gloſſ. 10.p.1. n. 42.Atqui expecta-
tivæ ad Beneficia vacatura concedi non poſſunt; ne
59 deſiderare quis mortem alterius videatur c.2.de con-
ceſſ. Præb. c. deteſtandas, c. nec optanda conceſſ.
Præb. in 6.Solorz. de jur. Ind. tom.2. lib.2.c.6.n.20.
Giurb.de feud.§.1.gl.7.n.3.Flamin. de reſignat l.6.q.
4.n.104. Valer. Regin. in prax.for.pœnit lib. 30 tit.
247.Garcia de Benefic.p.10.c.1.n.1.Coraſ.de Benefic.
1.p.c.7.n.1.Sylveſt. in ſumma verb.Beneficium 2.n.5.
Aug. Barb.in d.c.2.de conceſſ.Præb.n. 2. Ergo neque
ad officia, cum æquiparatorum idem ſit judicium L.
60 ſiquis ſervo, C.de furt.c. quanquam c.quamvis de elect.
in 6. Rom. conſ. 221. n.4. Valenz. conſ. 172. n. 28.
Cujac.controv.202.n.21.Salgad.de proteſt. 2.p.c.5.n.
55.& 56. Adeo ut diſpoſitum in non ex æquiparatis,
in alio etiam cenſeatur diſpoſitum, quamvis materia
ſit odioſa; dummodo militet eadem ratio Salgad. d.
n.55.& 56. Valenz. conſ. 83. n. 139. Franc. Vivius
deciſ.34. D. Joſeph. Vela diſſertat. 5. n.21.

61 Confirmatur, quia ex diſpoſitione Sacri Concilii
Tridentini ſeſſ.24.de reformat.c.19.& ſeſſ. 25. de re-
format.c.7.Antiqua prohibitio circa expectativas Be-
neficiorum renovata eſt: ut notarunt Aug. Barboſ.
in d.c.19.n.1.2.3.& d.c.7.n.46.& in d.c.2.de conceſſ.
Præb.n.2.D. Chriſt. Creſp. obſerv. 65.n.5. Quæ qui-
dem prohibitio ſummopere viget in Patronis, qui nul-
lo modo Beneficia adhuc non vacantia promittere va-
lent c. fin.de conceſſ. Præb. Lambert. de jure Patron.
1 p.lib.2.q.6.art.1.& 19.Didac.Perez in L.1.tit.6.lib.
1. Ordin.gloſſ.2.verſ.non minus elegans, & ſeq.Roch.
de jure Patron. verb. honorificum n. 25. & verb.com-
petens n 63.Vivian. in prax.juris Patron.p.2.l.10.c.
2. Spin.de teſtam gl.4.n.102.Nicol.Garc de Benefic.
p.10.c.1.à n.4. Cabed. de Patr. Reg. Coron.c.14.n.1.
poſt plures Aug. Barboſ.in collect.ad d.cap.fin.de con-
ceſſ.Præb.n.3.Lulius Mananus juris controverſi.tom.1.
diſſert.n.23.per totam. D. Chriſt. Creſp. d. obſervat.
65. n.1. Quæ prohibitio ita inferiores Patronos com-
prehendit, ut etiam Reges, & Principes Creſp. d. ob-
ſerv.65.n.6.Unde neque Princeps officiorum expec-
tativas concedere poſſe dicendum videtur: vide om-
nino Maſtrill. lib.1.c. 25. Nihilominus tamen ve-
rius eſt Principem prædictas expectativas officiorum
62 concedere poſſe. Ex ea ratione, quia prohibitio, quæ
datur in Beneficiis non provenit à jure naturali, ne-
que à lege Divina, neque eſt contra præcepta De-
calogi: Et ſic à jure poſitivo deſcendit; ſecundum 63
quod pactum de hæreditate viventis ſine ejus conſen-
ſu reprobatur; ne detur occaſio captandæ mortis alie-
næ L. fin. C. de pact. L. quidam §. 1. cum ſeqq. ff.
de donat. Solorz.lib.2.c.6.n.21.L.ex eo, C. de inu-
til. ſtipulat. Cabed. 1. p. deciſ. 164. n. 5. Phæb.1.p.
deciſ.5.n.2.poſt plures Caſtill. lib.3.controv.c.9.n.2.&
ſeqq.Vincent de Franc. deciſ.89.ubi Addentes Her-
moſ.in L.9.tit.4.part 5.gloſſ.1.à n.29.Cyriac.controv.
88.Giurb.de feud.§.1.gloſſ.7.à n.1.Olea de ceſſion.jur.
tit.3.q.3.n.8. Atque ita Princeps, qui eſt ſupra jus po-
ſitivum, concedendo prædictas expectativas illud
abrogare cenſetur: notant Phæb.1.p.deciſ. 2. per to-
tam. Ubi judicatum teſtatur: Barb. ad Ordinat. lib. 64
1.tit.98.& ejus filius Auguſt. Barboſ.in collect.ad d.
c.2.de conceſſ.Præb.n.5 Didac à Britt.in reſponſ. pro
Comite de Salinas q.1.n.11.Gratian.c.818.n.38. So-
lorz. lib.2.c.6.n.31.verſ. & in officiis.

Neque dici poteſt promiſſiones ſeu conceſſiones 65
prædictas inducere votum captandæ mortis alienæ:
ut declaratum fuit in Concilio Lateranenſi, & in Con-
ſtantienſi, Caſſad.deciſ.2.n.2.de reſtit.Spoliator.Man-
doſ.reg.32.q.3.n.6.& q.30.n.1. Et neque Papa, neque
Princeps poteſtatem habent diſponendi contra bonos
mores Guillielm.Bened.in q.de Epiſc.à n.13.Creſp.d.
obſervat.65. n. 7. quia non eſt ſimpliciter certum per
viam expectativæ votum captandæ mortis locum ha-
bere; ſiquidem tam text.in d.c.2.de conceſſ.Præb.cum
ſimilib.qua m decisio L. fin.C.de pact.in præſumptione
fundantur: ut bene notat Phæb. d.deciſ. 2. n. 2. Et ſi
quid tale evenire contingat, erit præter Regis con-
cedentis intentionem, ut per Afflict. dec. 292. n. 6.
in fin. Thuſc. litter. E. concluſ. 590. n.7. Et ſic non
eſt in conſiderationem trahendum.

Confirmatur, quia ita ut Papa poteſt expectativas 66
ad Beneficia vacatura concedere, c.2. de Præb. in 6.
Solorz. lib.2.c. 6. n. 21. in fin. Maſtrill. de Magiſtr.
lib.1.c.25.n.28.& 29.ita Princeps de poteſtate abſo-
luta officia vacatura concedere valet, Maſtrill. d.c.
25. n.27.

Non tamen poſſunt Donatarii, Barones, Duces, 67
& cæteri expectativas ad officia vacatura concedere;
hoc enim ſoli Regi competit Cabed. p. 2. dec. 24. n.
10. Giurb. de feud. §. 1. gloſſ.7. n. 3. Phæb. deciſ. 2.
Maſtrill. d.lib.1.c.25.n.12. Fontan.deciſ 213. Creſp.
obſervat.65.n.15.& de Barone dixit Andr. in c. mo-
ribus ſi de feudis defunct.milit. Afflict.dec.292.n. 5.&
in c.quæ ſint Regalia n.63.Urſill.ad d.deciſ.292.n.2.

Inde etiam Prælati inferiores, Proreges, Guber- 68
natores temporales, & Decuriones non poſſunt ex-
pectativas concedere ad officia vacatura tempore
ſuorum ſuceſſorum, Vincent. de Franch.deciſ.393.n.
5.ubi allegat. Bald.in c.1.col.2. verſ.& adde qui ſuc-
ceſſores teneantur Afflict. deciſ.101.n.2. Maſtrill.d.c.
25.n.14.& 15.& 19. Socin.conſ. 53. n. 4. Creſp. d.
obſervat.65.n.16.Solorz.d.lib.2.c.6. n. 25. non enim
ſucceſſoribus præjudicium inferre poſſunt, immo 69
præſentia tantum tractare valent, non futura L. om-
nium ff.de procurat.L.item eorum §.ſed ſi ita, ff. quod
cujuſque univerſit.nom. Innocent.in c. 1. de major. &
obedient.Maſtrill.d.c.25.n.17. Afflict. d.deciſ.101.n.
2.& 3. Unde fit, quod officiorum proviſiones factæ ab
Epiſcopis, Proregibus, & aliis Gubernatoribus tempo-
ralibus eatenus durant, quatenus juriſdictio ipſorum,
& ea finita expirant. Et ſic poſſunt ſucceſſores pro-
viſos removere, & aliis officia conferre argum. text.
in cap.cum non liceat de præſcript.c.acceſſorium de re-
gul.juris in 6.Afflict. deciſ.101. ubi Urſill. Gama deciſ.
353.n.2.& ſeqq.Cabed.p.2.dec.21.Phæbus dec.27 n.
8. Capyc.deciſ. 436. Molin. de Primog. lib. 1.c.25.à
n.4.Solorz.lib.4.c.1.n.46.& 47.Vincent. de Franch.
deciſ. 165. ubi Addentes, Maſtrill. de Magiſtr.
lib.

lib. 5. cap. 6. n. 195. & 196. Qui loquitur in officiali
conſtituto à Prorege ad beneplacitum, quia hic finito
Proregis tempore ſpirat: ſecus ſi conſtituius fuerit per
70 certum tempus, puta, per annum, quoniam pro illo
tempore durabit officium: ur ibi per eum, quem ſe-
quitur Solorz *d. cap. 6. nn. 46. in fin.* qui dicit ita in-
relligendos Capyc. & Cabed. *d. deciſ.* 21. Si vero
conceſſio officii facta à Prorege ad vitam confirmata
fuerir per Regem ſubſtinebitur Cabed. 2. *p. deciſ.* 21.
n. 5. Creſp. *obſervat.* 65. *n.* 19. Maſtrill. *lib.* 5. *c.* 6.
n. 197. quippe Rex confirmando dare videtur, cum
dare poſſit Felin. *in cap. inter dilectos n.* 16. *de fid.*
inſtrum. Decius *conſ.* 341. *n.* 7. Bart. *in L. more nn.*
5. *ff. juriſdict. omn. Judic.* Cabed. *p.* 2. *deciſ.* 22. *n.* 5.
Gratian. *c.* 8. *n.* 19. Larrea *allegat.* 73. *n.* 1. Solorz.
lib. 2. *c.* 26. *nn.* 43. *& ſeqq.* Ubi late de hac reſolu-
tione, & quomodo intelligatur. Amat. *reſolut.*
100. *numer.* 16. Capyc. Latro *conſ.* 80. *nume.* 81.
& conſ. 41. *numer.* 29. Andr. Gail. *lib.* 2. *obſer-
vat.* 1.

71 Et inſuper circa officia conceſſa à Prælatis ad vi-
tam conceſſionarii etiam ſuſtinebitur conceſſio, ſi
facta fuerit à Prælato de conſenſu Capituli; tunc
enim ipſa Eccleſia videtur contrahere, quæ nunquam
moritur *c. liberti* 12. *q.* 2. ita Joan. de Anan. *in c. fin.
ne Prælati vices ſuas*, Cardinal. *conſ.* 95. *verſ. ſed
etiam ex alio capite*, Abb. & Alex. quos refert, &
ſeqoitur Afflict. *deciſ.* 101. *n.* 3. Cæſar Urſil. Phæb.
deciſ. 27. *n.* 9.

Cum igitur in hanc expectativarum materiam inci-
derimus, non abs re erit inquirere, An Princeps poſ-
ſit illas concedere ad Beneficia vacatura Patronatus
Regiæ Coronæ? Et videtur dicendum quod non, ex
regula text. *in c. fin. de conceſſ. Præb.* quæ etiam Reges
72 Patronos comprehendit: ut diximus ſupra *n.* 61. ex
Creſp. *obſervat.* 65. *n.* 6. Neque aliqua differentiæ
ratio aſſignari poteſt, cur Regibus id permitti debeat,
quod cæteris Patronis denegatur: in omnibus nam-
que urget prohibitionis ratio, quæ conſiſtit in voto
captandæ mortis alienæ *c.* 2. *de conceſſ. Præb. c. deteſ-
tanda ne captanda eod. tit. n.* 6. Patronus habet in actu
jus præſentandi, niſi à tempore vacationis Beneficii
Dueñas *reg.* 279. Auguſt. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. p.*
3. *allegat.* 72. *n.* 5. *& in d. c. fin. de conceſſ. Præb. n.* 5.
Unde neque Rex ante vacationem poteſt præſenta-
re, neque abſque injuria id facere poteſt; cum dif-
ficile regulis Juſtitiæ diſtributivæ ſatisfacere poſſit
præveniendo præſentationem, ad quam tempore va-
cationis merita perſonæ accurare inſpici: & exami-
nari debent, & non eſt perſonarum acceptio haben-
da, quæ maxime opponitur Juſtitiæ: ut per Natal.
Schitin. *de Juſt. diſtrib. lib.* 2. *diſp.* 1. *art.* 2. Fontan.
deciſ. 212. *n.* 11. *&* 12.

Cæterum his non obſtantibus in his Regnis contra-
73 rium induxit conſuetudo, de qua Cabed. *de Patron.
Reg. Coron. c.* 14. *n.* 2. 3. & 4. Ubi eam tuetur ex
præſumpto privilegio Sedis Apoſtolicæ, & toleran-
tia per tanti temporis ſpatium, ut hominum memo-
ria non ſit in contrarium ex quo privilegium, præ-
ſumi probant text. *in L. hoc jure §. ductus aquæ ff. aquæ
quotid. & æſtivæ, c. ſuper quibuſdam §. præterea de ver-
bor. ſign.* ſequitur Aug. Barb. *in d. c. fin. de conceſſ.
Præbend. n.* 4. Quæ cum ita conſuetudine introducta
reperiantur, & praxi recepta, minime mutanda ſunt
L. minime ff. de legibus: immo quod ſolitum eſt fieri,
intelligitur tacite actum in contractu, diſpenſatione,
ſeu privilegio: Sebaſt. Vant. *de nullit. ex defectu ci-
tationis n.* 75. Cavalcan. 1. *p. deciſ.* 2. *n.* 16. *&* 17.
Er injoſte actum diceretur, ſi quod ſolitum eſt non
fierer Cavalcan. *d.* 1. *p. deciſ.* 1. *n.* 16. Quare jam
dubitari non licet de Regis noſtri poteſtate.

Neqne obſtat juris Canonici prohibitio, quia ea
74 quoad Reges noſtros contraria conſuetudine imme-
moriali abrogata cenſetur vel uſu non recepta; atque
ita ſervari non deber. Sed qnamvis hæc ita ſe habe-
ant, debent Principes noſtri à conceſſione harum ex-
pectativarum ſe abſtinere, & per rarò eas concedere,
non tam ad Beneficia Eccleſiaſtica vacatura, ſed
etiam ad officia ſæcularia nondum vacantia, bonaque
Coronæ ab aliis poſſeſſa: nam ultra damna, quæ inde
ſeqnuntur, quia etſi Principi liceat, non tamen ex-
pedit Eccleſiis, in quibus præfici videmus illiteratos,
& indignos, & his abuſibus fruſtrari ſacroſancti Conci-
lii Tridentini decreta: Et quoad officia, & bona
Coronæ votum captandæ mortis alienæ licet in Re-
gibus ſuſpicari, aut præſumi non debeat, in expec-
tantibus dubitari non poteſt: quod hoc periculum
veteri valeamus: cum etiam filiis interdum diuturna
parentum vita ſit gravis, quorum exoptant mortem,
dum eorum hæreditatibus inhiant, & ſæpe contra pa-
rentes moliuntur: ut exemplis, & Doctorum autho-
ritatibus probat Solorzan *d. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 39. *& ſeqq.*

Poteſt etiam Rex noſter tanquam Ordinum Mili- 75
tarium gubernator Commendarum, ſeu præceptoria-
rum prædictorum Ordinum expectivas concedere
tam generales, quam ſpeciales, ut quotidie fieri vi-
demus: & probant Cabed. *de Patron. Regia Coronæ
c.* 15. *n.* 15. Reynoſ. *obſervat. n.* 17. Solorz. *de jure
Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 6. *n.* 37. Aug. Barb. *in col-
lect. ad c. fin. de conceſſ. Præbend. n.* 4. D. Chriſtoph.
Creſp. *obſerv.* 5. *n.* 9. *&* 10. Qui omnes docent in
expectativis Commendatum non eſſe locum prohibi-
tioni text. *in d. c.* 2. *de conceſſ. Præbend.* quamvis enim 76
valde controverſum ſit, An Commendatarii dicto-
rum Ordinum ſint vere Religioſi; & affirmativam
partem teneant Valaſc. *conſ.* 180. *n.* 2. Reynoſ. *ob-
ſerv.* 1. *à n.* 26. *cum ſeqq.* innumeros citat Illuſtriſſi-
mus D. Carolus à Noronha *in ſua aurea allegatione
pro privilegiis Commendatorum n.* 10. *& ſeqq. & nu.*
199. *cum ſeqq.* Gabr. Pereyr. *deciſ.* 58. *à n.* 1. *& de
Manu Regia* 2. *p. c.* 38. *n.* 23. Larrea *allegat.* 64. *à
n.* 1. Sanch. *ad præcepta Decalogi lib.* 4. *c.* 16. *n.* 11.
& lib. 7. *c.* 29. *n.* 105. plures, Cened *ad Decretales
collect.* 29. *n.* 4. Gutierr. *practicar. lib.* 2. *q.* 111. *n.*
2. Diana *moral. reſolut. p.* 1. *tract. de immunit. re-
ſol.* 49. Lezana *in ſumma quæſt. regular. c.* 2. *n.* 2. Mend.
à Caſtro *in praxi l.* 2. *c.* 1. *n.* 10. & plures alii quos lau-
dat Aug. Barb. *de poteſt. Epiſcopi p.* 2. *allegat.* 12. *n.* 48.

Tamen contrariam ſententiam, immo non eſſe ve- 77
ros Religioſos, ſed improprie, & ſecundum quid te-
nent Sarmient. *de redditibus Eccleſ. p.* 4. *c.* 1. *n.* 23. Fr.
Ludovic. à Cruce *in expoſit. Bullæ diſp.* 1. *c.* 6. *dub.* 111.
n. 5. Azeved *in L.* 14. *n.* 3. *tit.* 5. *lib.* 3. *Recop.* Nicol.
Garc. *de Benefic. p.* 1. *c.* 4. *n.* 15. Matth. *de juriſdict. p.* 2.
caſu 31. *n.* 4. *&* 15. *& caſu* 113. *n.* 33. Pereyr. de Caſtro
deciſ. 58. *n.* 1. Burgos Salon de Pace *conſ.* 17. *à n.* 2.
Molin. *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 69. alter Molin. *de juſt. tract.* 2. *diſ-
put.* 141. Phæb. *p.* 1. *deciſ.* 85. *à n.* 10. poſt alios Reynoſ.
d. obſervat. 1. *n.* 1.

Et inſuper quamvis ſit controverſum, An Com- 78
mendæ ſint Beneficia Eccleſiaſtica? Tamen verior
eſt ſententia, quod non ſint Eccleſiaſtica Beneficia:
ut per Cabed. *de Patron. Regia Coronæ c.* 15. *n.* 15.
Fr. Emmanuel. Roder. *tom.* 1. *q.* 1. *art.* 6. *de regul.*
& fuit ſententia *gloſſa in c. nemo verbo commendare
de elect. in* 6. *ſimilis gloſſ. in cap. qui plures* 21. *q.* 1.
Joann. Andreas Dominicus, & Franch. *in d. c. ne-
mo n.* 4. plures antiquos refert Phæb. *deciſ.* 85. *n.*
10. Valaſc. *conſ.* 68. *n.* 5. *&* 6. *& conſ.* 148. *n.* 5. Cancer.
lib. 3. *c.* 14. *n.* 68. Pereyr. *deciſ.* 58. *à n.* 1. Mendez à Ca-
ſtro *in praxi l.* 2. *c.* 1. *n.* 10. Gutierr. *pract. lib.* 2. *c. q.* 111.
n. 2. Solorz. *d. l.* 2. *c.* 6. *n.* 37. Aug. Barb. *in d. c. fin. de
conceſſ. Præbend. n.* 4. *verſ. ſimiliter.* Et ipſe Phæb. *dec.*
85. *n.* 22. fatetur Commendas non eſſe proprie Bene-
ficia, Anſald. *con.* 11. *n.* 20. dixit veriorem Creſp. *d.
obſerv. n.* 10. Ac proinde de Commendarum expectati-

vis non procedit prohibitio *d. c.2.& c. fin.de conceſſ.*
Præbend. Ut in ſpecie docent ſupra citati *n.75.*Unde
conſuetudo concedendi à Rege prædictas expectati-
vas valida eſt, quamvis Princeps ea raró uti debet,&
79 quidem maxime ſe abſtinere à conceſſionibus, quas
quotidie magnatibus fieri videmus,per quas amplian-
tur Commendæ ad unam, & plures vitas Commenda-
tarii: quo fit ut quaſi hæreditariæ ſint in magnum
Reipublicæ detrimentum, & ipſius Regis, qua de
cauſa benemeritorum ſervitia remunerare nequit,
abdicando à ſe liberam diſponendi de Commendis
facultatem. Ex quo vaſſalli, qui ſpe præmii egregia
intentant facinora, ſublata dicta ſpe, non tam alacri,
& audaci animo hoſtium turmas invadere curabunt:
ultra quod Commendæ ad hoc fuerunt inventæ, ut
milites Ordinum Militarium adverſus infideles dimi-
carent, & iis tantum concedi ſolebant, quod non
abſque omnium dolore in deſuetudinem abiiſſe cer-
nimus, & Commendas quaſi in perpetuum conceſ-
ſas conſpicimus Solorzan. *lib. 2. c. 30. n. 75.*
80 Suppoſito igitur, quod expectativas Princeps po-
teſt concedere tam ad officia ſecularia, quam ad be-
neficia Regii patronatus, & demum ad Commendas
Ordinum Militarium, ut ſupra probatum manet, &
non tantum generales, ſed etiam ſpeciales. Quæri-
tur, An ſi Princeps concedat Titio expectativam ge-
neralem officii, Beneficii, ſeu Commendæ primò
vacaturæ, vel expectativam certi, & determinati
officii, Beneficii, vel Commendæ, poſſit alium, ſci-
licet Sejum præferre, & illi officium, Beneficium,
ſeu Commendam conferre? In qua quæſtione quoad
primam partem dicendum eſt non obſtante generali
expectativa poſſe Regem Sejo officium,vel quid aliud
Titio promiſſum conferre: ex ea ratione; quia Prin-
ceps in jure quærendo poteſt tertio præjudicare
Ant. Gabr. *lib.3.tit.de jure quæſito non toll. limit.* 12.
nu. 31. Surd. *conſ.* 308 *nu.* 39. *conſ.* 407. *n.* 40. *&*
conſ. 571. Molin. *de Primogen.lib.* 1.*c.* 8. *n.* 28. Ca-
bed.*de Patron.c.* 7. *n.* 1. Peregr *de fideicommiſſ. art.*
51.*n.*48. Giurb. *de feud.*§.1.*gloſſ.*3. *n.*59. *&* 60. Non
enim ex dicta promiſſione Princeps manus ſibi ligat,
& ſemper ei remanet poteſtas dandi, cui voluerit *c.*
dudum de Præbend. in 6. *gloſſ. in c. quamvis eodem*
tit. Cabed. *d. c.* 17.*n.* 3. Et ideo quando gratiæ præ-
dicto modo factæ ſunt, poteſt Summus Pontifex da-
re aliam cum clauſula anteſerri, quæ quidem præ-
valebit, & aliæ ſuo tempore habebunt ſuum effec-
tum Doctores *in c. pæn. de præbend. in* 6. & ita hanc
partem tenet Cabed. *de patron. c.* 17. & eum ſequi-
tur D. Chriſtoph. Creſp. *obſerv.* 110. *n.* 1.
81 Verum cum in Principe una lingua, & onus cala-
mus eſſe debeat; cum de illo dicatur: *Semel loqu-
tus eſt Deus*: quidquid ſit de rigore juſtitiæ, ſemper
dicerem, quod Princeps debet promiſſa adimplere,
nec credendum gratiam conceſſiſſe, ut non perduca-
tur ad effectum, cum Principis beneficium debeat
eſſe manſurum *L.* 3.*ff. conſt. Princip. cap. decet. de
reg. jur in* 6. & nemo Principali authoritate decipi
debeat *L.*1.*C.de his qui ven.ætat.* Atque ideo potius
conſulerem,ut promiſſa ſervare procuret,nõ abrogare.
In ſecunda verò parte quando ſpecialis de certo
officio, aut Commenda data fuit expectativa, non po-
terit Princeps eam vacantem alteri concedere ſine
cauſa, quia conceſſionario jus quæſitum eſt, quod
Princeps non præſumitur velle auferre, nec de ordi-
naria poteſtate poteſt, *L.* 2. §. *merito,* & §. *ſiquis à
Principe, ff. ne quid in loco publico, L.* 1. *ff. de pactis,*
*L.impuberi ff. de admin. tutor. c. ſuper eo de offic. de-
leg.* Valaſc. *conſ.* 72. *n.* 10. *& de partit. c.* 13. *n.* 37.
Gutierr. *c.* 167.*n.*49. Cyriac. *contr.* 59. *n.* 6. Solor-
zan. *lib.* 2. *c.* 26. *n.* 62. Propter quæ ſupra dictam re-
ſolutionem tenent Cabed. *de Patron.c.*17. *n.* 5. Tur-
rian. *ſelect. diſp. p.* 1. *diſp.* 29. *dub.* 6. veriorem dicit

Creſp. *d. obſervat* 110. *n.* 2. Quidquid contrarium
velint Diana, & ab eo laudati *p.* 2. *tract.* 3. *miſcel-
lan. reſol.* 9. *& p.* 4. *tract.* 4. *reſolut.* 122.
At vero interveniente legitima cauſa bene poterit 82
Princeps officium, vel Commendam uni promiſſam,
alteri conferre: ita enim ut poteſt cum cauſa auferre
officium ſeu quodlibet aliud Beneficium in alium
collatum cum cauſa ut diximus ſupra *n.* 80. *&* 81. Et
probat Creſp. *obſervat.* 110. *n.* 4. *& obſervat.* 7. *per
tot.* maxime *n.* 6. *cum ſeqq.* is enim, qui poteſt rem
ipſam auferre, multo magis ejus ſpem Coſta *de re in-
tegra diſtinct.* 84.*n.*1.ita promiſſionem ad certum offi-
cium, vel Commendam poterit cum cauſa revocare.
Unde alia venit reſolvenda quæſtio in materia, 83
utrum, ſcilicet, ſi plures concurrant cum expecta-
tivis ad officium primo vacaturum, ſeu Commendam,
quis præferatur? Et præferendum priorem in data
probat in terminis Solorzan. *lib.* 2. *c.* 8. *nu.* 17. *& c.*
9.*n.*11. *& ſeqq.* Valenz. *conſ.* 34. *n.*40. *cum ſeqq.* per
text. *in c. ſi duobus, c. ſi pro te, c. ſi tibi qui de reſcript.
in* 6. *c. eam te, ubi gloſſ. verbo datam, c. ad aures,
c. mandatum de reſcript. c. conſtitutus, c. ſi aliquando
de ſentent. excommunic. Clem. litteras de reſcript.*
Paul. Æmil. *p.*1.*deciſ.*86.*n.*2. *& p.* 2. *deciſ.* 188. *nu.*
3. Felin. *in d.c.eam te n.*18.Rebuff. *in concord. rubr.
de mandatis Apoſtolicis* §. 1. *gloſſa litteras,* Staphil.
*de litteris gratiæ, & juſt. tit. de mandat.de providen-
do* §. *idem dico ſi duæ gratiæ* poſt alios Valenz. *conſ.*
104. *nu.* 6. Vincent de Franch. *deciſ.* 62. ubi Ad-
dente Solorz. 2. *tom. lib.*2. *c.* 8.*n.*17. plene Arias de
Meſa *lib.* 3. *c.* 41. *n.* 1. 2. *&* 5. Capyc. Latro *deciſ.*
154. *n.* 22. Qui omnes tradunt in reſcriptis gratioſis
attendendum eſſe tempus datæ,quod procedit,etiamſi
poſterior in data prius litteras ſuas præſentaverit Sta-
phil. *de litteris gratiæ tit. de mandato de providendo*
§. *idem dico,* Valenz. *conſ.* 34. *& n.* 40. *& ſeqq.* So-
lorz. *d.c.* 8. *n.* 7. *& c.* 9. *n.* 12.Navarr. *conſ.* 10. *de
majorit. & obedient. n.* 1. Rebuff. *in praxi in tom. de
mandat. Apoſtol. verbo datum, & in repetit. c. nulla
de conceſſ. Præbend. verſ.* 16. *quæritur:* & facit opti-
mus text. *in c. ſi tibi abſenti* 17. *de Præbend. in* 6. &
optimus text. *in L. in operis* 26. *ff. locati.* ibi: *In ope-
ris duobus ſimul locatis convenit prior, conductori an-
te ſatisfieri, c. ex parte N. de offic. Judic. deleg.*
Si vero Commenda, ſeu officium in terminis pro- 84
poſitis datum, ſeu collatum fuerit uni eorum, qui ex-
pectativas habent ad vacaturum etiam poſteriori in
data, valebit collatio *c. dilectus, c. ſi capitulo, & c. ſi
ſoli de conceſſ. Præbend. in* 6. Ubi probatur, quod non
obſtante mandato de providendo de primo Benefi-
cio vacaturo in tali Eccleſia, ſi Ordinarius alteri
Beneficium conferat, valebit collatio, licet Epiſ-
copus puniatur: ex ea ratione quia ex tali expectati-
va nullum jus in rem, neque ad rem tribuitur ei, in
cujus favorem fuit facta conceſſio ſimpliciter, ſed
tantum jus implorandi officium Judicis, cui manda-
tum datum fuit, ut illud adimpleat, & quandam
ſpem executionis mandati: Gonçales *ad regul.* 8.
Cancell. gloſſ. 26. *n.* 20. Caſſador. *deciſ.* 3. *tit. de
Præbendis,* Jacob. Aurelianenſis *in tract. de man-
dat. Apoſt. n.* 17. *in princip.* quos refert, & ſequitur
Solorz. 2. *tom. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 11. *& ſeqq.* Quod ſi ita
eſt quando alicui committuntur expectativarum exe-
cutiones, à fortiori idem dicendum in noſtro Regno,
ubi Princeps eſt ipſe, qui expectativas concedit,
& ipſe, qui eas exequitur: nullum enim officium,
neque Beneficium, aut Commenda ab alio, quam
ab ipſo Principe haberi poſſunt: neque ipſe aliis
providendi facultatem concedit. Unde ſi plures
reperiantur cum expectativis Commendarum, ſeu
officiorum, & Rex alteri conferat, valebit colla-
tio, licet Princeps non bene ſe gerat, quando
non implet promiſſa: atque ita ei non conſule-
rem,

rem, ut omiſſis promiſſionibus à ſe, vel à prædeceſſoribus factis ob remunerationem ſervitiorum, officium vel Commendem alteri concedat, niſi expectativæ fuiſſent conceſſæ non tam ex meritis, quam ex importunitate petentium; & alius eccederet, cujus tanta eſſent merita, ut Princeps illa prius ſatisfe-
85 cere teneretur; tunc enim is præferendus eſt, tum quia ſemper inſpiciendus eſt finis, à quo omnia regulantur ergum. text. *in L. ſiquis nec cauſam, ff. ſi cert. pet. L. diximus ff. excuſ. tut.* Everard. *in Topic. legal. loco* 100. Alvares de Velaſco *in locis commun. litt. F. n.* 144. Giurb. *ad ſtat. Meſſ. cap.* 1. *gloſſ.* 4. *n.* 112. Cumque officia, & Commendæ in benemeritorum gretificationem ab initio ſint conſtitutæ, & hic earum finis ſuerit, nil mirum quod benemeritus præferatur eis,
86 qui minoribus meritis, & magna importunitate à Principe expectativas impetrarunt; nam propter importunitatem multa à Principe extorquentur, quæ ille, nec voluit, nec debuit concedere *L.* 1. *C. de petit. bonor. ſublat. lib.* 10. ibi: *Sed quoniam plerumque ita in nonnullis cauſis inverecunda petentium inhiatione conſtringimur, ut etiam non concedenda tribuamus, nec reſcripto quidem noſtro adverſus formam lata legis loci aliquid relinquatur, L.* 1. *C. fundis limitroph. lib.* 11. *L.* 1. *&* 2. *C. ſi nuptia ex reſcripto potantur, L.* 2. *C. de ſumma Trinit. L.* 3. *C. de pagan. c. fin. de reſcript. in* 6. *L.* 3. *in princ. ff. de minoribus, c. ſi quando de reſcriptis,* notat. Cravet. *conſ.* 10. *n.* 13. *&* 17. Sench. *de Matrim. lib.* 4. *diſput.* 7. *per tot.* Navarret. *in diſcurſ. polit. diſcurſ.* 24. *ad finem* Annæus Robert. *rerum judicat. lib.* 2. *c.* 11. Sotto *de juſt. lib.* 3. *q.* 6. Azeved. *in L.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop. nu.* 44. *&* 45. Bobadill. *lib.* 3. *c.* 10. Ameya *in L. unica C. de collat. donator. lib.* 10. *n.* 56. Et ee propter ite obtenta per importunitatem nimiem nulliteris vitio labotant, *c.* 2. *de conceſſ. Præbend. in* 6. qui loquitur de expectativis ibi: *Per præmiſſiones hujuſmodi quæ per importunitatem nimiam (per quam non conecdenda multoties conceduntur) & per ambitionem improbam, ut plurimum extorquentur, c.* 1. *de Relioſis dominibus lib.* 6. ibi: *Sed quia non ſolum importuna petentium inhiatio illarum poſt modum multiplicationem extorſit. c. cum in juventute de purgatione Canonica, cap. tuæ fraternitatis* 20. *de præbendis cum ſimilibus.* Ubi gloſſa notet electionem ad importunum clamorem factam non valere: Solorzan. *d. lib.* 2. *c.* 8. *nu.* 26. & dixit Bart. *in tract. de tyrannide q.* 6. Afflict. *deciſ.* 69. *nu.* 4. *&* 5. Ubi tenet non valere legatum ab uxore relictum marito, qui illud importunis precibus, & ſua-
87 ſionibus extorſit, Amaye *in d. L. unica, C. de collat. donator. lib.* 101. *n.* 57. Prout etiem non valet teſtamentum factum eb uxore in mariti favorem, ſi importunæ preces, & ſuaſiones intervenerunt juncto metu reverentiali Afflict. *d. deciſ.* 69. *n.* 4. *&* 5. Phæb. *deciſ.* 25. *n.* 6. Bernard. Dias *regul.* 798. *in fine,* Petrus Pecbius *de teſtamento conjugal. lib.* 1. *c.* 3. *ex n.* 4. Caſtill. *lib.* 3. *var. c.* 1. *n.* 180. Carol. Tap. *deciſ.* 16. *n.* 30. Sanch. *de Matrimon. l.* 4. *diſp.* 7. *n.* 5. 6. *&* 7. Altograd. *conſ.* 50. *n.* 19. Mentic. *de conjectur. lib.* 2. *tit.* 7. *à n.* 1. Capyc. Latro *conſ.* 71. *n.* 18. *& ſeqq.* Ex ea ratione, quia ea, quæ per improbitatem, & importunitatem precum conceſſa ſunt, dicuntur fieri invito concedente: & ideo non valent quaſi non ex libera voluntate conceſſa argumento eorum, quæ tradit Caſtrenſ. *in L. jubemus Cod. deteſtam, & conſ.* 155. *lib.* 1. Corneus *conſ.* 73. *& conſ.* 304 *in fine lib.* 1. Marſill. *ſing.* 6. Perez *in L.* 1. *tit.* 12. *lib.* 3. *Ordin. & in L.* 24. *tit.* 3. *lib.* 2. *verbo ni erraren,* Azeved. *in L.* 1. *tit.* 14. *lib.* 4. *Recop. à n.* 1. Matienç. *in L.* 10. *tit.* 1. *lib.* 5. *Recopil. gloſſ.* 1. *n.* 11. Baſilius de Ponce de Leon *lib.* 4. *de Matrim. c.* 5. *n.* 17. Ameye *in L. unic. C. de collat. donat. lib.* 10. *n.* 67. Quare in prædicto caſu bene poterit Princeps non obſtantibus expectativis Commendam, vel officium alteri magis benemerito conferre.

Attamen concurrentibus uno qui hebet expectati- 88
vam generalem ad Commendam primo vecaturam, vel officium, & altero qui habet expectativam ſpecialem certæ, & determinatæ Commendæ, licet poſterior in data iſte præferendus erit in aſſecutione Commendæ ſpecialiter deſignatæ: probant text. *d. c. quamvis* 58. *de præb. c. dudum eod. tit. in* 6. *c. paſtoralis* 14. §. *quoniam de reſcript gl. in reg. generi de jure jur. in* 6. Ludovic. Gomez *de mandat. de provid. nu.* 113. poſt antiquiores Velaſc. *conſult.* 72. *n.* 2. *&* 3. Rebuff. *ad leg. Gall.* 2. *tom. tit. de reſcript. in præfat. à n.* 103. Solorn. *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 3. *& ſeqq.* poſt plures Caſtill. *lib.* 5. *c.* 95. *nn.* 18. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. c.* 15. *n.* 5. D. Chriſtophor. Creſp. *obſerv.* 110. *n.* 1. *&* 2. Aug. Barb. *in c. dudum n.* 11. *de Præb. in* 6. Quod procedit etiamſi privilegium ſpeciale ſit poſterius, & non faciat mentionem de primo: ut per ſupra citatos. Ex ea ratione, quia in toto jure generi per ſpeciem derogatur *L. in toto ff. de reg. jur. c. generi* 34. *de reg. in* 6. Ubi notant omnes & Auguſt Barboſ. *n.* 1. ubi plures laudat. *& axiom.* 19. *à n.* 1. *cum ſeqq.* lete Caſtill. *d. lib.* 5. *c.* 95. *à. n.* 1. Surdus *de alim. tit.* 2. *q.* 15. *n.* 130. Solorz. *d. c.* 8. *n.* 4. *& ſeqq.* Quando autem proviſiones hujuſmodi expectativerum ſint generales, vel ſpeciales dicentur? Vide per Valaſc. *d. conſult.* 72. *à n.* 14. *cum ſeqq.* Ubi perbelle notat, quando duæ expectativæ ſunt æque ſpeciales, præfertur prior in deta; & ſecunda dicitur ſubreptitia, nec præjudicet juri priori quæſito ed rem; niſi de contraria Pincipis voluntate conſtet.

Succedanea erit quæſtio. Utrum ſi filius hebet of-
ficium, vel annuam penſionem in Regiis redditibus 89
quæ apud nos nuncupatur *Tença* & Princeps Sejo conceſſit expectativam de primo officio vacaturo in tali Conſilio, vel penſionis, quæ vacaverit in tali Baſilica Ragiorum redditnum Titiuſque petierit à Rege facultatem renuntiandi officium illius Conſilii, ſeu penſionem illius Baſilicæ, valeet conceſſio in præjudicium Seij? Hæc quæſtio contigit, dum hæc ſcriberem, inter duos Secretarios Conſilii Regii Patrimonii Titium, & Sejum: erat entem Titius ſanio confectus, & liberis orbatus, qui habebat officium de numero cum repartitione; Sejus verò extravagens, & ſine repartitione; illi autem concesseret Rex diploma, quod vocemus *Alvarà de lembrança* de primo officio Conſilii vacaturo cum repartitione. Poſtea Titius impetravit à Principe facultatem ed renuntiendum officium. Et quæritur, An gretia Sejo præjudicium inſerre poſſit.

Pro Titio facit, quod dominium officiorum om-
nium eſt penes Princiipem Maſtrill. *l.* 1. *cap.* 14. *nu.* 90
37. officialibus verò eorum edminiſtratio conceſſa dicitur: ut tenent Franc. Amicis *in c.* 1. *de his, qui feud. dare poſſ. fol.* 62. *col.* 2. Pont. *deciſ.* 28. poſt alios Montan. *de Regal.* §. *de Regalib. offic. n.* 2. Atque ita recte poteſt Princeps de illis ed libitum diſponere *L. in re mandata, C. mandati.* Sunt enim officia in libera diſpoſitione Principis, ſicut Beneficia in libera diſpoſitione Pepæ; & ille poteſt, cui voluerit donare *cap.* 2. *de Præb. in* 6. *Clement.* 1. *ut lite pendente,* Palac. Rub. *in introduct. rubr. de donat. inter nn.* 92
7. *&* 8. Cebed. 2. *p. deciſ.* 33. *num.* 4. Secundo quia Princeps poteſt præjudicare tertio in his, quæ ab ipſo habet ex privilegio Peul. de Caſtro *in L. reſcripta C. de precib. Imper offer.* Soarez *alleg.* 12. Cabed. *d. deciſ.* 33. *n.* 4. maxime in jure quærendo Surd. *conſ.* 308. *n.* 39. *& conſ.* 571. Molin. *l.* 1. *c.* 8. Giurb. *de feud.* §. 1. *gloſſ.* 8. *n.* 59. *&* 60. Unde cum tempore facultatis ad renuntiandum Sejus in officio Titii nullum jus haberet, nullo modo renuntiationem poteſt impedire Tertio quia gratia conceſſa Sejo eſt generalis ad officium primo vacaturum, & gratia Titio

 facta

ſacta ad renuntiandum ſuum officium eſt ſpecialis. Atque ita licet poſterior prævalere debet ex regula text. in d. cap. quamvis de præb. c. dudum eod. tit. in 6. Et quæ diximus ſupra n. 80. & 81. Quarto: quia ſolus Rex poteſt facultatem concedere ad renuntiandum officium Ordin. lib. 1. tit. 95. in princ. Cabed. 2.p. deciſ. 24. n. 3. Adeo ut renuntiatio facta abſque Regis aſſenſu omnino inutilis ſit; & invalida. Propterea que ex illo actus non amiſit proprietatem nec poſſeſſionem Cabed. proxime nu. 6. Ac proinde Rex concedendo Titio facultatem ad renuntiandum
92 officium, uſus eſt jure ſuo, & à lege ſibi permiſſo. Et ſic nemini injuriam fecit, etiam ſi Sejum lædat; & illi in conſequentiam præjudicium inferat L. nullus 66. ff. de regul. juris, L. quod autem §. ſciendum ff. quæ in fraud. cred. L. inter eos §. cum inter ff. de fidejuſſ. L. fin. de in integr. reſtit. Gaſpar. Theſaur. lib. 2. forenſ. q. 6. n. 15. Larrea alleg. 22. n. 76. & 77. Valenz. conſ. 2. n. 12. Solorzan. lib. 2. c. 18. n. 30. Unde cum prædicta facultas non fuiſſet conceſſa principaliter ad præjudicium Seij, & in fraudem ejus juris non attenditur ipſius intereſſe. Quod advenit ſecundario ad text. in L. ſiquis nec cauſam, ff. ſi cert. pet. L. 1. ff. de author. tutor. Montan. d. §. de Regal. offic. n. 60.

93 Pro contraria tamen ſententia non levia urgent fundamenta. Et eſt primum: quod ex gratia facta Sejo ad primum officium vacaturum Conſilii ordinarium, & cum repartitione, illi ſaltem jus ad rem fuit quæſitum: ut notat Valaſc. d. conſ. 72. n. 10. Et non præſumitur Princeps tollere jus ad rem Valaſc. d. n. 10. ex gloſſ. verb. præjudicium in cap. cum olim de conſuetud. Quam extollit Felin. in c. cauſam quæ n. 10.
94 de reſcript. & alii laudati à Gomez in regul. de non tollend. verb. quæſitum q. 1. verſ. 28. & 43. Immo potius interpretatio ſemper fieri debet, ne Princeps voluerit alteri præjudicare L. 2. §. merito, & §. ſiquis à Principe ff. ne quid. in loco public. Surd. conſ. 205. n. 28. Cyriac. controv. 59. n. 6. Et ſubdit Surdus d. n. 28. quod verba potius debent impropriari, quam quod Princeps voluerit tertio præjudicare, Cyriac. proxime nu. 7. Et quando Princeps reſcribit cum intentione præjudicandi, ſi non conſtet de quantitate, in qua voluit præjudicare, interpretantur verba de modico præjudicio Valaſc. conſult. 72. num. 23. Cyriac. d. controv. 59. num. 23. Auguſt. Barboſ. in d. c. cum olim. de conſuetud. num. 9. Quia Principi non præſumitur placere, niſi juſtum, & verum Cyriac. d. controv. 59. num. 10. Atqui is, qui jus habet ad rem, vel actionem, ipſam rem habere videtur. L. fundi partem, ff. de contrah. empt. L. qui actio-
95 nem, ff. de regul. juris, Tiraq. de retract. convent. in præfat. n. 70. Alex. conſ. 27. lib. 3. Decius conſ. 9. n. 76. Maſtrill. deciſ. 118. n. 2. Caſſanat. conſ. 10. n. 15. plurea de more Antonin Amato reſolut. 19. n. 9. & 10. Et ſic Princeps non intelligitur voluiſſe præjudicare Sejo, cui ad primum officium vacaturum Conſilii ex prædicta gratia jus jam erat quæſitum; maxime cum de illius intentione non conſtet, & jus ad rem non ſit modici præjudicii; immo valde conſiderabile.

96 Secundum: quia gratia conceſſa Titio ſubreptionis vitio laborat; quoniam in ea non fuit facta mentio de gratia & privilegio Seii interiori: quo caſu ſecunda gratia dicitur ſupreptitia c. ex parte ibi: Nulla de prioribus facta mentione de offic. deleg. Valaſc. d. conſ. 72. n. 6. Et non eſt dubium, quod ſi Principi exponeretur Regem conceſſiſſe Sejo expectativam officii de numero Conſilii primi vacaturi, non concederet Titio facultatem renuntiandi in prejudicium Seii. Subreptionem autem probant falſi expreſſio, aut veri taciturnitas, ſi ea eſt, quæ Principem removeret, vel tardiorem redderet ad concedendum Valaſc. conſult. 60. n. 5. & conſult. 72. n. 8. & conſult. 130. n. 8. Pereyr. deciſ. 60. à n. 1. late Larrea alleg. 90. per totam. Solorzan tom. 2. lib. 2. c. 8. à n. 55. cum ſeqq. & n. 70. Et in litteria gratiæ ſubreptio ipſo jure vitiat actum. Felin. in cap. ad audientiam n. 22. de reſcript. Socin. Jun. conſ. 77. n. 83. & 84. lib. 1. Cravetta conſ. 68. n. 2. Menoch. de arbitr. caſu 201. n. 2. Sanches de Matrim. lib. 8. diſp. 21. n. 3. Valenz. conſ. 69. n. 90. Solorz. d. lib. 2. c. 8. n. 56. Giurb. de feud. §. 1. gloſſ. 5. n. 28. verſ. reſpondeo primo.

Tertium: quia gratia facta Sejo ſpecialis eſt, non 97
generalis; reſtringitur enim ad primum officium vacaturum: & ſic in eo verificanda eſt, quod primo vacaverit. Nulli autem dubium, quod vacatio ita contingit morte, quam renuntiatione Solorz. lib. 2. c. 6. n. 45. & ſeqq. ſiquidem caſus renuntiationis, & mortis æquiparantur in jure argum. text. in L. Gallus. §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum. L. ſi necem §. ſi deportatus ff. de bon. libert. Molin. lib. 3. c. 13. n. 50. Giurb. de feud. §. 2. gloſſ. 10. n. 28. Olea de ceſſ. jur. tit. 3. q. 4. nu. 10. intelligendo quoad præjudicium renuntiantis, non tertii Gutierr. pract. lib. 3. q. 71. n. 13. Giurb. d. §. 2. gloſſ. 12. n. 8. circa finem, Olea d. q. 4. n. 32. Addent ad Molin. lib. 3. c. 10. n. 44. Ea adhibita differentia, quod ſi renuntiatio eſt extinctiva, nempe quando ſimpliciter jus renuntiatur, dicitur propria, & à ceſſione differt. Si vero eſt tranſlativa, quæ contingit, quando quis à ſe jus, & actionem abdicat, & ſimul transfert in beneficium ejus, in cujus favorem fit renuntiatio, hæc nil à ceſſione differt Seſſe deciſ. 289. n. 7. poſt alios Olea tit. 1. q. 2. à n. 15.

Plane officium, nec renuntiari in alium poteſt, neque cedi abſque Regis licentia, ut dictum extat; & quamvis cum licentia in alium transferatur, jam in illius perſona, novum non antiquum dicitur officium: ut perbelle notat Montan. in d. §. de Regal. offic. n. 27. & 42. in fin. Et ſic in effectu dicitur vocare in perſona renuntiantis. Unde renuntiatio, & facultas ad renuntiandum dicitur obtenta in fraudem Seii. Quapropter eſt nulla, & effectum ſortiri non debet: maxime ſi conſideres Titium ſenio confectum, & per ejus mortem vacaturam expectari; renuntiatio autem beneficii, quod de proximo ſperabatur vacare, nullius eſt momenti, quia in fraudem dicitur facta Andr. Sicul. conſ. 11. verſ. & ad declarationem vol. 1. Valenz. conſ. 128. num. 5. Quare facultas ad renuntiandum tanquam fraudulenta ſuſtineri non debet.

Denique: quia ita ut aliud pro alio invito credi- 98
tore ſolvi non poteſt L. 2. §. mutuus datio, ff. mand. princ. Inſtit. quib. mod. toll. ubi gloſſ. & Joan. Fab. n. 2. Gratian. c. 94. n. 70. Cancer. 2. var. cap. 6. n. 85. & ſeqq. Hering. de fidejuſſ. c. 18. num. 72. & ſeqq. Creſp. de Valdaura obſerv. 110. nu. 7. ita etiam nolente creditore alia conditio pro alia apponi nequit L. vera 12. §. alia cauſa eſt, ff. de ſolut. ibi: Quia certam conditionem habuit ſtipulatio, quam immutare non potuit ſtipulator: L. perfecta donatio C. de donat. quæ ſub modo. Unde Sejus cui officium debetur poſt mortem Titii, compelli non poteſt, ut accipiat poſt mortem ejus, in quem illud renuntiaverit. Plane gratia Seii de primo officio vacaturo habet in conſequentiam conditionem mortis Titii, ſeu alterius officialis; quippe officia ad hæredes non tranſmit-
tuntur; dies autem mortis conditionem inducit: 99
quoniam incertus eſt L. dies incertus ff. de cond. & demonſtrat. Et ſic cum dicta gratia facta fuiſſet habito reſpectu ad officiales Conſilii tunc exiſtentes, & ſub conditione mortis cujuſlibet ex eis, ſi conditio gratiæ implenda eſſet morte illius, in quem facta fuerit renuntiatio, jam alia erit conditio; non illa mortis Titii, ſeu alterius ex officialibus Conſilii. Alia enim eſt conditio, ſi Titio Sejus ſupervivat, alia ſi ſuper-

ſupervivat alteri: ut probat Ulpian. *in L. 4. ff. quando dies leg. ced. & L. cum hi* 8. §. *modus quoque ff. de tranſaction. L. filius* 28. §. *ſi quis ex certa uxore, ff. de liber. & poſthum.* Ergo non poteſt commutari vita Titii in vitam alterius nolente, & ignorante Sejo.

100 Confirmatur: quia conditio debet impleri in forma ſpecifica *L. Mævius l. qui heredi, ff. de condit. & de monſt.* Surdus *deciſ.* 209. *n.* 2. & 3. Phæb. *dec.* 9. *n.* 1. Valaſc. *conſult.* 82. *n.* 11. Larrea *alleg.* 40. *n.* 26. Cyriac. *controv.* 424. *n.* 10. & *n.* & *contr.* 546. *n.* 72. Caſſanat. *conſ.* 4. *n.* 42. & *ſeqq.* Adeo ut qui domino debet dare in conditionis implementum, non adimpleat conditionem dando ejus ſervo, niſi dominus conſenſerit: probat Paul. *in d. L. qui hæredi, ff. de condit. & demonſtr.* Cum tamen certum ſit, quod quidquid acquirit ſervus, domino acquirit *L. placet, ff. de acquir. hered.* Et reddit Paulus rationem *in d. L. qui hæredi.* Nemo enim in tali ſpecie conditionem neſciente me, vel nolente implere poteſt. Ergo etiam conditio mutari nequit ad innovandam obligationem, quando alterius præjudicium verſatur.

101 Nec dici poteſt, quod æqualiter datur vitæ incertitudo in uno, quam in alio quia quoad omnes ventus eſt, & velut umbra fugit. Reſpondetur enim aliud dicendum ex juris præſumptione, juxta quam non præſumitur filium moriturum prius quam patrem *L. quandiu* §. 1. *ff. de reb. dub.* licet paſſim videamus mortalitatis ordinem turbari *L. nam & ſi parentibus* 15. *ff. de inoffic. teſtam.* & cum ſenes ex eo ſolum, quod in ſenectute ſint, præſumantur infirmi *L. civitatibus* 122. *ff. de legat.* 1. ubi Gothofred. Alciat. *præſumpt.* 53. Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 8. *n.* 3. & *ſeqq.* Baeça *de inope debit. c.* 7. *n.* 11. Camuncul. *deciſ.* 41. *n.* 1. ubi plures laudat. Gratia facta Sejo poſt mortem ſenis non debet mutari in mortem juvenis. Et ita pro hac parte judicatum fuit in Senatu ſupremo Aragoniæ: ut tradit Creſp. de Valdaura *obſervat.* 110. *n.* 16. Et fundat ibi à *n.* 7. etiamſi non ita, ut ſupra fundavimus.

102 Hæc ſunt utriuſque partis fundamenta, quæ difficilem reddunt quæſtionis deciſionem. In qua animi ſenſum non licet aperire; quia ſub Judice lis eſt. Tu cogita.

103 Ita ut cuilibet licitum eſt omnia jura ſibi competentia renuntiare *L. ſi quis in conſcribendo Cod. de pact.* Thuſc. *litt. R. concluſ.* 170. Larrea *deciſ.* 15. *n.* 1. Gregor. Lopez *in L.* 3. *tit.* 13. *partit.* 5. *gl.* 5. Valenz. *conſ.* 2. *n.* 7. Solorzan. *lib.* 2. *c.* 6. *n.* 50. Capyc. Latro *deciſ.* 187. *n.* 20. Adeo ut renuntianti amplius non detur regreſſus *L. quæritur* §. *venditor, ff. de ædilit. edict. c. quam periculoſum* 7. *q.* 1. Velaſc. *conſultatione* 51. *n.* 36. & *conſultatione* 132. *n.* 3. Gratian. *c.* 960. *n.* 4. Reynoſ. *obſerv.* 9. *n.* 11. Petr. Caball.

104 *reſolut. crimin. caſu* 56. *n.* 17. Carol. Tapia *deciſ.* 30. *n.* 11. Cyriac. *contr.* 128. *n.* 31. Noguerol. *alleg.* 6. *n.* 2. Anton. Niger. *de exceptionib. cap.* 13 §. 5. *nu.* 3. D. Joſeph. de Vela *diſſert.* 2. *n.* 56. ita etiam officia quis renuntiare & reſignare valet Solorz. *d. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 48. prout Beneficia reſignari poſſunt à poſſidente *c. ex parte c.* 1. *de offic. deleg. c. ſuſceptum*, ubi *gloſſ. verb. expreſſe de reſcript, in* 6. *gloſſ. in c. cupientes verb. vacationis de elect. cap. quia ſæpe de præb. cap.* 2. *de renunt. lib.* 6. Gomez *ad reg. Cancell. de infirm. reſign. q.* 49. Selva *de Benefic.* 2. *p. q.* 12. *n.* 21. Felin. *in cap. ad petitionem notab.* 1. *de accuſ.* Adeo ut etiam Papa libere renuntiare poſſit Summo Pontificatui *c.* 1. *renunt.* ubi commun. DD. cum

105 quibus Solorz. *d. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 48. Ita etiam officia publica renuntiari valent Solorz. *d. c.* 6. *n.* 48. Sed quia is, cui conceſſum eſt officium, & illud acceptavit, virtualiter obligatur ad exercitium illius argum. text. *in* §. *fin. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contractu.* Ubi qui hæreditatem adivit, dicitur quaſi contrahere, & acceptans officium illud tenetur ſervire Noguer. *allegat.* 33. *n.* 18. Sic ex quaſi contractu virtualiter obligatus invito Principe renuntiare nequit; quod obligatio eſt neceſſitatis & abſque utriuſque conſenſu non diſſolvitur *L. ſicut ab initio, Cod. de action. & obligat.* Ideoque renuntiationes officiorum fieri nequeunt, niſi in manu Regis concedentis *L. Legatus penult. ff. de offic. Præſid. ubi gloſſ. & DD.* Cabed. 2. *p. deciſ.* 91. *num.* 4. Maſtrill. *de Magiſtr.* 106 *lib.* 1. *c.* 24. *n.* 11. *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 95. *in princ.* Cabed. 2. *p. deciſ.* 23. Olea *de ceſſion. jur. tit.* 2. *q.* 5. *n.* 10. Salgad. *in labyr. credit.* 1. *p. c.* 35. *n.* 32. Et eadem ratione Beneficii reſignatio fieri debet coram ſuperiore, *c. admonet*, ubi Butr. *notab.* 3. *n.* 4. Zabarel *in c. quod in dubiis eod. tit. c. denique* 6. *q.* 3. Covarr. *de Benefic. c.* 5. *nu.* 56. &c. 8. *n.* 14. poſt alios Maſtrill. *d. cap.* 24. *n.* 11. Proindeque officialis, qui reſignavit officium ante Regis acceptationem; bene poteſt illud exercere; quia ante acceptationem reſi- 107 gnationis non amittitur juriſdictio *d. L. legatus, C. de offic. Præſ.* Cabed. 2. *p. deciſ.* 23. *n.* 5. Solorz. *tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 26. *n.* 70. & *ſeqq.* Valenz. *conſ.* 32. *num.* 4. & *ſeqq.* Olea *d. tit.* 2. *q.* 5. *n.* 20. Salgad. *in labyrint. credit.* 1. *p. c.* 35. *n.* 43. & 44. Eſt namque in poteſtate Principis reſignationem non admittere.

Unde, fit, quod reſignans officium in manibus 108 ejus, qui illud acceptare non poteſt, non dicitur amittere officium, jus, aut proprietatem illius, prout in Beneficio reſignato in manibus ejus, qui non habet poteſtatem acceptandi: dixit Rota *deciſ.* 1. & 3. *in antiquis ſub tit. de renunt.* Ubi quod Beneficium non dicitur vacare Solorz. *d. lib.* 3. *c.* 26. *n.* 77. Valenz. *conſ.* 32. *n.* 4. Et conſequenter dicendum Donatarios, quibus à Rege conceſſa eſt data, & proviſio officiorum non poſſe recipere reſignationes officiorum Cabed. *p.* 2. *deciſ.* 23. Reynoſ. *obſervat.* 5. à *n.* 20. Montan. *d.* §. *de Regal. offic. n.* 55. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 5. Et ex ea ratione, quia differunt inter ſe proviſio, & reſignationis admiſſio. & ideo conceſſo uno non cenſetur aliud conceſſum niſi utrumque ſimul donetur *cap. dudum in princ. de Præb. lib.* 6. licet enim alicui concedatur poteſtas providendi officia vacantia; tamen non cenſetur conceſſa facultas recipiendi reſignationes Rota Nova *deciſ.* 5. *de renunt.* Cabed. *d. deciſ.* 23. *n.* 8. Quare officiales Donatariorum Regiæ Coronæ, qui officia poſſunt conferre, reſignationes facere debent in manibus 109 Regis; quod ſi ab eo receptæ fuerint, jam officia vacare dicuntur, eum vacatio tam morte, quam reſignatione contingat Cabed. *d. dec.* 23. *n.* 10. & diximus ſupra *n.* 97. Quocunque autem modo vacaverint officia, poſſunt à Donatario provideri Cabed. *d. n.* 10. *Ord. l.* 1. *tit.* 45. §. 16. & 19.

Similiter ſciendum eſt officia concedi ſolere ad vitam, vel ad beneplacitum (& ut apud Nos dicitur, 110 *Em quanto for noſſa merce*) Vel denique ad certum, determinatumque tempus. Quando autem conceditur ad vitam, vel ad beneplacitum, officium dicitur perpetuum *L. Juriſperitos, ff. de excuſ. tutor. L. ſervus C. de pœnis*; *L. Præſidis ff. ſi cert. pet.* Alvares de Velaſc. *de Judic. perfect. rubr.* 9. *annot.* 9. *n.* 12. Ripol. *c.* 35. *n.* 64. & *ſeq.* Oſaſch. *deciſ.* 144. *n.* 15. Azeved. *in L.* 2 *tit* 3. *lib.* 2. *Recopil.* Petr. Barboſ. *in L. quia tale n.* 19. *ff. ſolut. Matrim.* Solorz. *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 53. Tondut. *de prævent. p. c.* 26. *nu.* 31. 32. & 33. Mart. *de clauſ. p.* 2. *clauſ.* 2. *n.* 2. & 6. Giurb. *de feud. præl.* 1. *n.* 27. Creſp. *obſervat.* 7. *n.* 8. Cabed. 2. *p. deciſ.* 20. *n.* 6. Reynoſ. *obſervat.* 38. *n.* 10. Gratian. *c.* 167. *n.* 47. Fontan. *de pact. clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *p.* 1. *n.* 147. Valenz. *con.* 130. *n.* 30. & 31. Quod eo vel maxime locum habet in officio conceſſo ab inferiore à Principe qui facultatem habet con-

conferendi officia Menoch. de arbit. q. 55. n. 5. in addit. Gratian. d. cap. 167. n. 41. & ſeqq. Solorz. lib. 2. c. 22. n. 15. & 16. Tondut. proxime n. 33. & 34. Reynoſ. abſerv. 38. n. 10. Ordin. lib. 2. tit. 45. §. 23. prout etiam feudum conceſſum ad beneplacitum Giurb. d. præl. 1. n. 26. & 27.

111 Item quæſtionis eſt, An officium ita datum à Rege poſſit auferri ſine cauſa; In qua quæſtione pro parte negativa facit: Primo, quod nemo debet privari officio, niſi cum legitima cauſa L. ſi duas 6. §. ſed & reprobari, ff. excuſat. tutar. cap. exore in fin. de his, quæ fiunt à majori parte Capituli, c. horrendus 32. q. 5. gloſſ. fin. in c. fin. de jure Patron. & in Clement. 2. verb. ſuſpenſus de vita, & honeſt. Cleric. Secundo facit: quod Principis Beneficium debet eſſe manſurum, & perpetuum L. Beneficium C. de conſtit. Princip. c. decet de Regul. jur. in 6. Valenz. conſ. 69. n. 73. Solorzan. lib. 2. c. 22. n. 15. atque ita non debet ſine cauſa revocari. Tertio: quia officialis ex proviſione adquirit jus quoad adminiſtrationem officii; Princeps autem non poteſt ſine cauſa jus quæſitum tollere Covarr. lib. 3. var. c. 6. n. 6. Pinel. in rubr. C. reſcind. vendit. p. 1. c. 2. n. 1. & ſeqq. Quarto: quia Dignitatem, ſeu officium ſemel conceſſum Princeps ſine cauſa non tollit Pinel. d. c. 2. n. 31. Bellug. in ſpec. Princip. rubr. 16. §. Princeps. n. 5. c. 16. Quinto, quia utilitati publicæ maxime conveniens eſt officia in conceſſionariis conſervari; ſiquidem mutatio officialium vergit in magnum Reipublicæ damnum: ut dixit Maſtrill. lib. 1. c. 27. n. 18. In-
112 tereſt enim Reipublicæ potius retinere Judices, qui ſemel cognoverunt, quam novos creare L. Prætor. 15. §. fin. ff. vocat. & excuſat. muner. Creſp. obſervat. 7. n. 10. Officialis enim, qui removetur, injuria afficitur, & honoris patitur detrimentum, quia præſumitur remotus, ob culpam & malam adminiſtrationem, quaſi de eo Dominus non confidat gloſſ. in L. teſtamento Centurio, ff. manumiſſ. teſt. ibi: Minuitur exiſtimatio, quando quis ordine movetur: L. fin. in fine offic. Procur. Caſ. Platea in L. Judices n. 3. in fin. C. annon. & trib. lib. 10. & in L. quicunque, Cod diverſ. offic. lib. 11. Maſtrill. lib. 1. de Magiſtr. cap. 27. n. 18. & 19. Boer. deciſ. 149. Anton. Fab. in C. lib. 8. tit. 38. de revoc. donat. diffinit. 18. Et denique quia
113 ſemel approbatus amplius reprobari nequit Dec. in c. cum venerabilis n. 38. col. ult. in fin. verſ. in tertia oppoſition de exceptionib. Gratian. c. 167. n. 42. Menoch. conſ. 993. n. 25. & conſ. 364. n. 1. Capyc. dec. 121. n. 5. Tiraq. de Nobilitat. c. 37. n. 58. Maſtrill. d. lib. 1. c. 25. num. 23. Cabed. p. 2. deciſ. 20. num. 1. Bovad. lib. 1. c. 16. n. 28. niſi detur juſta cauſa Boër. deciſ. 149. n. 16. Gratian. c. 167. n. 43. Prout dicitur de Medico approbato; qui tamen poteſt poſtea reprobari ob publicam utilitatem, & ſanitatem L. 2.
114 C. profeſſor. & Medic. lib. 10. L. ut gradatim. §. reprobari, ff. de muner & honor. Et ita intelligendus eſt Modeſtin. in ſi L. duas §. 6. ſed reprobari, ff. excuſat. tutor. Ubi Gotofred. in gloſſ. inquit, cur poteſt reprobari Medicus ſemel approbatus? Publicæ utilitati debetur: ſequuntur Bald. ibidem Puteus de ſyndic. verb. ſalarium c. 6. n. 17. Bovad. d. lib. 1. c. 16. n. 31. Menoch. de arbitr. q. 55. n. 8. Creſp. abſervat. 7. n. 7. Ultra quod ſi abſque legitima cauſa Princeps removeret officialem notaretur de levitate; cum tamen debeat eſſe immobilis, ſicut polus in Cœlo, & tanquam lapis angularis. Proter quæ hanc tenuerunt opininionem Pinel. in d. rubr. C. reſcind. p. 1. c. 2. n. 31. Bart. conſ. 229. lib. 3. Xamar. 1. p. q. 12. n. 101. & 102. Peguer. deciſ. 227. n. 12. Ponte de poteſt. Prareg. tit. de elect. offic. Molin. lib. 4. cap. 3. n. 18. Bovad. lib. 1. c. 16. nu. 27. & plures alii laudati ab Hermoſ. ad L. 53. tit. 5. partit. 5. gloſſ. 6. n. 25. Qui n. 27. ab hac opinione non eſſe recedendum dixit ex L. 2. tit. 2. partit. 2. Caſtill. de tert. c. 41. nu. 22. verſ. cæterum contrariam: Vide fundamenta Montan. in §. poteſtas n. 16. fol. 136. & Larr. deciſ. 2. num. 5.

Affirmativam, tamen ſententiam, immo quod Princeps ad nutum poteſt officia tollere, & officiales 115
removere tenent gloſſ. in c. 1. verb. procurator de procurat. in 6. & in eo ſuper quæſtionem §. porro verb. transfert circa medium de offic. deleg. ſimilis gloſſ. verb. dandi in L. à Judice, C. de judic. Afflict. in c. 1. quæ ſint Regalia verb. poteſtas conſtituendarum Magiſtratuum n. 22. Barboſ. in L. quia tale n. 87. ff. ſolut. Matrim. Bellug. in ſpec. Princ. rubr. 9. n. 31. & 36. & in rubr. de privat. official. §. Princeps n. 4. Puteus de ſynd. verb. Judices ad ſyndicatum qui ſint c. 2. n. 16. Bald. in L. reſcripta n. 13. C. precib. Imper. offerend. Innoc. in c. intimaſti de appellat. Covarr. pract. cap. 9. n. 5. verſ. quinto deducitur in fin. Boer. de authorit. Magn. Conc. n. 138. & dec. 149. n. 18. Ant. Gabr. lib. 3. tit. de jura quæſt. non tollend. concl. 7. n. 7. Cabed. p. 2. deciſ. 20. n. 1. ubi communem dicit Roderic. Suar. allegat. 12. n. 52. Gratian. cap. 167. n. 40. plures laudat Hermoſ. ad d. L. 53. tit. 5. partit. 5. gloſſ. 6. n. 26. Montan. de Regal. §. poteſtas creandorum Magiſtratuum nn. 16. verſ. igitur contrariam. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. c. 27. à n. 1. cum ſeqq. Creſp. abſerv. 7. n. 12. & ſeqq. Larrea allegat. 70. n. 9.

Fundamenta hujus ſententiæ ſunt. Primo: quia officia, ſive perpetua, ſive ad tempus quoad Principem concedentem ſunt amovibilia ad nutum jux- 116
ta ſententiam Joan. Fabr. in §. cum autem Inſtit. quib. mod jus part. poteſt. ſolvitur, Maſtrill. d. c. 27. n. 1. Et ſunt precaria Maſtrill. d. cap. 72. n. 34. Bale. in L. qui ſe patris n. 34. ff. unde liberi, Creſp. obſervat. 7. 19. Caſſanat. conſ. 43. durantque tantum ad voluntatem concedantis L. 1. cum ſeqq. ff. de precar & facit Ordinat. lib. 1. tit. 98. Secundo probatur ex text. in L. judicium ſolvitur ff. de Judic. Tertio: quia Princeps eſt Dominus officiorum; & ita ut poteſt illa concedere, ita & illa tollere. Et denique in hoc Regno hæc eſt tenenda ſententia ex Ordinat. d. tit. 98. & clauſula nunc in privilegiis apponi juſſa, nempe: Que ſe eu auver por bem lho tirar, lhe naõ ficarà a minha fazenda obrigada. Et facit, quod Papa poteſt auferre Beneficia, & ſine aliqua cauſa poſſeſſorem Beneficio privare: ut tradunt commun. DD. per text. ibi in c. 1. in princ. de Præb. lib. 6. & in fin. ut lite pendente gloſſ. verb. ad nos in c. per principalem 9. q. 3. Quam reſolutionem de juris rigore veram eſſe docet Anton. Gabr. lib. 3. commun. tit. de jure quæſ. non tollendo concluſ. 1. n. 9. Gonçal. ad regul. 8. Cancellar. §. 1. proœm. à n. 36. Auguſt. Barb. in cap. cum olim 12. de ſentent. & rejudic. n. 4.

Sed quamvis hæc de juris rigore, & diſpoſitione 117
Ordinat. d. tit. 98. ita ſe habeant: Non ſolent Reges noſtri Invictiſſimi officiales ſine cauſa removere ante tempus Reynoſ. obſervat. 38. à n. 10. & ſi caſus occurrerit, ex quo ita fieri expediat, prævia informatione, & cum magna cauſæ cognitione procedunt. Quod quam juſtum, & honeſtum ſit, ſuadent ſolida fundamenta negativæ primæ opinionis; non enim licèt Principi officialem ignominia afficere ſine cauſa Andr. Georg. allegat. 46. nu. 47. & alii citati à Cancer. lib. 5. c. 12. num. 198. Xamar. d. q. 12. Et ideo ita temperanda eſt diſpoſitio Ordinat. d. lib. 1. tit. 98. ut remotio locum habeat cum juſta cauſa maxime reſpectu Magiſtratuum, quibus honor à Rege decernendus eſt, & facile non debent amoveri. Ita ut ſi à Principe officium conceſſum auferatur ſine juſta cauſa tangenti officialem, condignam ſatisfactionem præſtare teneatur ex his, quæ Cabed. 2. p. deciſ. 20. n. 2. & diximus ſupra nu. 12.

Advertendum tamen eſt prædicta procedere in 118
Principe, qui nullum recognoſcit ſuperiorem; quia ad nutum officia poteſt auferre, ſive ea conceſſerit

ad

ad vitam ſive ad beneplacitum : (*E em quanto for
uoſſa merce :*) quoniam ob ejus ſupremam poteſta-
tem non eſt requirenda cauſa illius quod facit , cum
ſemper præſumatur facere cum cauſa : ut per Creſp.
d. obſ. 7.*n.*19. & 20. At verò Donatarii , qui ad con-
ferenda officia habent facultatem, non poſſunt remo-
vere officialem ſemel proviſum ; ſive officia conce-
dant in perpetuum , ſive ad beneplacitum : quippe
ſemper officia ab inferioribus collata dicuntur eſſe
perpetua. Et ſic non poſſunt officia auſerre ſine cau-
ſæ cognitione Montan. *d.* §. *poteſtas u.* 16. *verſ. ego
verò adverti* Et quod magis eſt in hoc Regno , non
ſufficit cauſa , ſed eſt neceſſaria ſententia *Ordinat.
lib.* 1. *tit.* 45. §. 23. Reynoſ. *obſervat.* 5. *n.* 10. Fon-
tan. *de pact. clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *p.* 1. 147. Solorz. *lib.*
2. *cap.* 22. *n.* 15. & 16. Tondut. *de prævent. p.* 1. *c.*
26. *n.* 33. & 34. Menoch. *de arbitr. q.* 55. *n.* 5. *in ad-
dit.* Gratian. *cap.* 167. 41. & *ſeqq.* Larrea *deciſ.* 2.
n. 6. Maſtrill. *d. c.* 27. *n.* 41. Xamar. *p.* 1. *q.* 12. *n.*
95. Caſtill. *de tert. c.* 41. *n.* 23. & *ſeqq.*

119 Quod nedum procedit in Donatariis , ſed etiam in
Proregibus , & Gubernatoribus , qui proviſum in
officio removere nequeunt ſine cauſa juſta , & cum
cauſæ cognitione Montan. *ubi proxime verſ. ego verò
adverti.* Ex ea ratione , quia Rex concedendo infe-
riori aliquid de ſibi reſervatis , intelligitur ſemper
concedere , ut ea exerceat cum debita cauſæ cogni-
tione ; & non cum illa plenitudine poteſtatis , quam
habet concedens Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum
col.* 12. *verſ. & hinc eſt de conſtit.* qui allegat Inno-
cent. *in c. cum ad monaſterium gloſſ. niſi ex cauſa in
fin. de ſtat. Monach.* ſequitur Capyc. *in L. Imperialem
col.* 63. *verſ. decimo notandum de prohibit. alienat.
feud. per Federic.* Montan. *d.* §. *poteſtas ſub. n.* 16. Et
rurſus in officialibus deputatis à Capitulo vel ab E-
120 piſcopo, ut in Vicario Epiſcopi , & aliis officialibus,
qui non poſſunt removeri ſine juſta cauſa Gutierr.
de juram. confirmat. p. 1. *c.* 1. *nu.* 86. Gratian. *cap.*
167. *n.* 23. Bovad. *lib.* 1. *c.* 16. *u.* 9. *lit. D.* Ricc. *p.*
5. *collect.* 1602. *in fin. & in praxi Epiſcop. deciſ.*
482. *n.* 1. Auguſt. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.*
54. *n.* 171. Larrea *deciſ.* 2. *u.* 8.

121 Unde fit , quod officiali remoto ſine cauſa ab in-
feriori , vel Epiſcopo , aut Capitulo competunt re-
media poſſeſſoria *c. ex tenore de reſtit. ſpoliator.* Guil-
lelm. Bened. *in c. Raynucius verb. duas habens filias,*
Franc. Marc. *deciſ.* 795. *u.* 2. & 3. Capyc. *deciſ.* 121.
n. 26. Cævall. *commun. q.* 425. *n.* 19. Maſtrill. *de Ma-
giſt. lib.* 1. 27. *n.* 33. Gratian. *c.* 590. *u.* 12. & 13. Bar-
boſ. *in L. quia tale u.* 85. *ff. ſolut. Matrim.* Salgad.
de Reg. protect. p. 3. *c.* 2. *n.* 61. Larrea *deciſ.* 2. *n.* 7.
Ubi *n.* 9. judicatum teſtatur : Reynoſ. *obſervat.* 38. *u.*
10. Solorzan. *lib.* 2. *c.* 22. *nu.* 17. Valenz. *conſ.* 130.
nu. 33. Ideoque ſi officialis Capituli , vel Epiſ-
copi removetur ſine cauſa , ſolet ab eo interponi gra-
vamen ad Regium Coronæ Judicium per viam
recurſus ob illatam violentiam ; & in eo Judicio pro-
viſio conceditur , ut per Larream *d. deciſ.* 2. *n.* 9. Et
ita praxis obſervari , quia Judex , qui procedit juris
ordine non ſervato, tanquam privatus ſpoliari cenſe-
tur *c. conquerente* 7. *ex conqueſtione d. reſtit. ſpo-*
122 *liator.* Covarr. *lib.* 1. *var. cap.* 2. *n.* 13. poſt plures Lar-
rea *deciſ.* 3. *n.* 9. Oliva *de foro Eccleſ.* 1. *p. q.* 16. *n.* 26.
& *ſeqq.* Solorz. *lib.* 2. *c.* 28. *n.* 76. & *ſeqq.* Poſtius
poſt tract. deciſ. 155. *n.* 6. Andr. Gail. *lib.* 2. *obſer-
vat.* Deinde poterit remotus ſine cauſa intentare
interdictum, unde vi, intra annum coram Judice ſæ-
culari ex preſcripto *lib.* 2. *tit.* 1. §. 1. ut evenit in cauſa
Doctoris Emmanuelis de Eſcobar cum Capitulo Me-
tropolitano hujus Civitatis Uliſſiponenſis : cum enim
à Capitulo fuiſſet electus in Senatorem Senatus Ar-
chiepiſcopalis , poſtea ſine cauſæ cognitione à Ca-
pitulo remotus fuit ab officio , & ea de cauſa inter-
dictum reſtitutorium propoſuit adverſus Capitulum ;
& tandem obtinuit ut reſtitueretur cum damnis , &
intereſſe, me Judice cum Doctiſſimo Senatore Fran-
ciſco da Cruz Freyre die vigeſimo ſexto Auguſti
anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſexto. Et
quia in illo proceſſu à Capitulo variæ fuerunt de-
ductæ oppoſitiones, non abs re erit illius cauſæ fun-
damenta , & dubia proponere Quæ ſe ſic habent.

Imprimis oppoſitum fuit à Capitulo tranſactum
eſſe tempus unius anni , & diei , intra quod Clericus
poteſt conveniri coram ſæculari Judice pro violen-
tiis ab eo commiſſis contra laicum ex *Ordinat. lib.* 2.
tit. 1. §. 2. Quam exornat Emman. Barb. ibi *nu.* 2.
Sed obtinuit exceptionem eſſe rejiciendam pro tunc,
quia cum in libello qualitas temporis , & violentiæ
eſſet deducta , ſubſtinetur libellus , & Judex de cau-
ſa cognoſcit , ita ut ante omnia non debeat de qua-
litate juriſdictionis cognoſci *L. cum quadam puella
§. quoties ff. de juriſd. omn. Judic.* Cancer. *lib.* 2. *cap.*
2. *n.* 202. Giurb. *conſ.* 96. *n.* 39. Noguer. *alleg.* 31.
n. 12. Afflict. *deciſ.* 297 Cavalcan. *p.* 1. *deciſ.* 3. *n.* 27.

Quare reſervata fuit hujus dubii deciſio in tem- 123
pus , quo facta concluſione in cauſa Præſes judica-
ret , an eſſet tranſactum tempus anni , intra quod
cognoſcere potuerit de violentia ; ita ut ſi conſtitiſ-
ſet annum eſſe tranſactum , remitteretur cauſa ad Ju-
dicium Eccleſiaſticum , ut ibi quæſtio terminaretur:
Sin vero non apparuiſſet clare , & liquide tempus
eſſe tranſactum , tunc deciſio pertineret ad Judicem
ſecularem.

Unde venit dubium, An annus de quo in *d. Ordi-
nat. tit.* 1. §. 2. continuus ſit , vel utilis ? Quia ſi
continuus , oppoſuit Capitulum tempus anni jam
fuiſſe tranſactum. Quod ſi annus non eſſet conti-
nuus , deduxit Actor adhuc durare tam ex cauſa cu-
juſdam proteſtationis emiſſæ , quam ex eo quod tunc
temporis Actor ſe habuit pro ſpoliato , quando Ca-
pitulum potius elegit litem ſubſtinere , quam Acto-
rem ad exercitium ſui officii admittere. Et ſic ope-
re pretium erit inquirere , quis juſtius induerit arma.

Verum antequam illam aggrediamur quæſtionem. 124
videbatur dicendum , quod reſpectu juriſdictionis
Præſidis Curialis ; diſputatio illa , an annus ſit con-
tinuus , vel utilis , neceſſaria non eſt quoad præ-
ſentem ſpeciem : quia *Ordinat. d. lib.* 2. *tit.* 1. §. 2.
diſponit, reſpectu cujuſlibet Clerici particularis , qui
convenitur in Judicio ſeculari intra annum : Nos ve-
rò agimus de cauſa , in qua convenitur Capitulum
Sedis Metropolitanæ , quod Sede vacante officium
contulit tanquam Prælatus , & officialem creatum
ad beneplacitum amovit abſque juſtæ cauſæ proba-
tione. Quibus in terminis etiam ſemota diſpoſitione
d. §. 2. Capitulum conveniri poteſt coram Præſide
Curiali.

Probatur ex eo quod ſi Archiepiſcopus ſpolium 125
committeret , vel aliud damnum daret , convenien-
dus erat coram Præſide Curiali *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 1.
in princ. Ergo eodem modo Capitulum Sede vacan-
te pro his , quæ geſſit tanquam Prælatus in eodem
Judicio conveniri debet. Quia Capitulum Sede va-
cante defectum Prælatum repræſentat : ideoque om-
nis juriſdictio apud Capitulum remanet , *c. cum olim
de majorit. & obedient. ubi gloſſ. notabilis verb. Ca-
pitulo , c. his quæ ubi gloſſ. verb. pro bono : eod. tit. c.*
1. & 2. ne Sede vacante aliquid innovetur. Ubi de-
ciditur , quod Sede vacante Capitulum habet juriſ-
dictionalia, veluti collationes Beneficiorum Valenz.
conſ. 107. *n.* 10. Gutierr. *lib.* 1. *Canonic. cap.* 11. *u.*
10. Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *n.*
2. & 3. Giurb. *conſ.* 74. *n.* 21. Prout etiam Capitu-
lum ſuccedit in adminiſtratione omnium , quæ ſpec-
tant ad Archiepiſcopum , tanquam talem *c. quoniam*
75. *diſtinct. cap. fin. de ſupplend. negl. Prælat. in* 6.

Tri-

Trident. *ſeſſ.* 24.*c.*16. Theſaur. *decif.*131. à *nu.* 1. *uſque ad* 6. Bovad. *in ſua Polit. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 23. Solorzan. *d. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 1. Qua ratione Capitulum poteſt ea omnia exercere, quæ poterat Archiepiſcopus, ſi ei non ſunt ſpecialiter interdicta Garc. *de Benefic.* 5. *p. c.* 7. *num.* 4. Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *diſp.*2.10.*in fin.* quamvis aliqua Archiepiſcopo competant de jure ſpeciali Emman. Rodrig. *de Regul. t.* 1. *q.* 61. *art.*9. Giurb. *conſ.*74.*n.* 22. Et ideo idem honos, Capitulo debetur, quam Prælato Valenz. *conſ.* 184. *n.* 56.

Si igitur Capitulum Prælatum repræſentat conveniri debet coram eodem Judice, apud quem Archiepiſcopus conveniendus erat: Et ſic coram Præſide Curiali. Et ita in terminis tradit Andr. Gail. poſt hæc ſcripta viſus *lib.* 1. *obſerv.* 30. *num.* 10. & *ſeqq.* Qui loquitur in ſimili lege imperii.

126 Facit, quod Capitulum Sede vacante quatenus Prælatum repræſentat nullum habet ſuperiorem in Regno: ut per ſe patet. Et conſtat ea eo, quod in Capitulum Metropolitanum non ſolum tranſit juriſ-
127 dictio ordinaria, ſed & Metropolitana Franc. Marc. *decif.*483. *n.* 2. *p.* Zerola *in prax. verb. Vicarius*, & *verb. Capitulum n.* 10. Gratian. *c.* 969. *n.* 16. & *c.* 111. *n.* 19. & 20. Solorz. *d. lib.* 3. *c.*13.*n.*53. Et eſt text. *in c. Romana* §. *Officialis de offic. Ordin.* Et ſic Capitulum Metropolitanum ſuperius eſt inferioribus: ut declarat Garc. *d. cap.* 7. *n.* 22. *verſ. & cum requiritur*: non tamen Metropolitanum habet ſuperiorem. Atque ita in his, quæ gerit tanquam Prælatus, conveniri debet coram Præſide Curiali ex *ordin. d. tit.* 1. *in princ.*

128 Non obſtat Capitulum habere ſuum Judicem Ordinarium, puta, Vicarium Generalem, ſeu Judicem Capituli. Quia reſpondetur, quod Capitulum Sede vacante gerit vicem duarum perſonarum, Capituli ſcilicet, quæ eſt vera, & Archiepiſcopi, quæ eſt ficta. Et non eſt novum, quod una, & eadem perſona diverſis reſpectibus duarum vice fungatur *L. ſicut* §. *fin. ff. quod cujuſque univerſit. nomine L. non eſt novum ff. de actionib. empt. L. qui cum tutoribus ff. de tranſact.* Didac. à Brito. *in Conſil. Majorat. Regia Coronæ n.* 13. Valenz. *conſ.* 56. *n.* 81. Dum ergo Capitulum convenitur tanquam Capitulum, coram ſuo Judice conveniri debet. At verò ſi convenitur tanquam Prælatus, coram Judice ſæculari pulſari debet ex *reg. d. Ordinat. tit.* 2. *in princ.* Sunt namque in eodem Capitulo diverſa jura diſtincta, quæ tan-
129 quam in diverſis perſonis concurrunt. *L. tutorem*, *ff. de his quib. ut indign. L. ſi plures, ff. de pact.* Unde ſi Capitulum convenitur tanquam Prælatus, quem repræſentat, attenditur perſona repræſentata non repræſentans *L. denique* §. *fin. ff. de minorib.* Surd. *conſ.* 140. *n.* 6. Quidquid enim facit perſona repræ-
130 ſentans, cenſetur fieri à repræſentata Florian. *L. Titia* §. *ſi ea conditio n.* 3. *ff. legat.* 2. Ideoque non attenditur, is, per quem actus expeditur; ſed in quem effectus dirigitur *L. ſi legatarius C. de legat. L. cum filio ff. legat.* 1. Atque ita cum Capitulum tanquam Prælatus officium contuliſſet, & poſtea Actorem illo privaſſet; & reſpectu hujus amotionis, conveniatur, illud judicium ſequi tenetur, quo Prælatus conveniendus erat, cum illius vice fungatur: Et tanquam perſona ficta contineatur appellatione perſonæ veræ *L. item ait juncta L. ergo in fin. ff. ex quibus cauſ. major. L. ubi gloſſ. verb. perſona ff. de juriſd. omn. Judic.* Gabr. Per. *de manu Reg.* 2. *p. c.*61. *n.*46.
131 Et ſic bene procedit in hac ſpecie diſpoſitio *Ordin. d. tit.* 1. *in princ.* Statuta enim loquentia in caſu verò extenduntur ad caſum fictum eandem rationem habentem: ut tradunt DD. text. *in c. ad Audientiam de Cleric. non reſident.* Flores de Mena *lib.* 2. *var. q.* 21. *num.* 201. Giurb. *ad ſtat. Meſſan. c.* 1. *gloſſ.* 4. *nu.* 95. Ex quibus bene apparet, quod in caſu, quo Capitulum convenitur tanquam Prælatus, reſpondere tenebatur coram Præſide Curiali pro ſpolio, & damno dato.

Ultra quod in interdicto, unde vi annus utilis eſt, 132
non continuus *L.* 1. §. *annus ff. de vi, & vi armata, L. vi pulſos, C. unde vi*, Menoch. *de recuper. remed.* 1. *n.*447. Thom. Valaſc. *allegat.*58. à *n.*1. Gabr. Pereyr. *de Man. Reg.*2.*p.c.*29.*n.*8. *verſ. tertia quæſtione.* Quidquid aliter cenſeat Cabed. 1. *p. decif.*82.*n.*6. dum in ſpecie *Ordinat. d. lib.*2.*tit.*1.§.2. annum eſſe continuum aſſeruit; ita ut poſt illum Clericus non poſſit conveniri pro ſpolio coram Judice ſæculari: reprobatur enim à Gabriel. Pereyr. ubi ſupra. Et ab eo dictis addi poteſt interdictum unde vi, eodem modo; & juxta eaſdem regulas procedere ſecundum jus Civile, & ſecundum jus Canonicum: ut conſtat ea *tit. de reſtit. ſpoliat.* Cumque ſi de ſpolio ageretur contra Clericum in judicio Eccleſiaſtico annus utilis cenſendus erat; non enim judicium mutat naturam interdicti, neque ſubſtantia cauſæ variantur propter judiciorum varietatem. Et ſic intrepidus cenſeo annum,
& diem, de quo *in d. Ordinat.* §.2. utilem eſſe à prin- 133
cipio, licet in progreſſu continuus ſit. Utilis autem dicitur annus, poſtquam nullum datur agendi impedimentum, tam ex parte Actoris, quam Rei, & Judicis: tradunt Menoch. *de recuper. remed.* 1. *n.* 450. Thom. Velaſc. *de allegat.*58.*n.*1. Pereyr. *d. n.*8. *verſ. in tertia quæſtione.* Et quod utilis annus non currit, niſi à tempore, quo quis potuit agere, docet *gl. in c. quoniam frequenter verb. intra annum, ut lite non conteſtata*, ubi Panormitan. & Andr. Gail. *lib.*2.*obſervat.*92 *n.*5. Proindeque videndum reſtat, An in terminis actioni propoſitæ locum habeat reſtitutio poſtulata?

Adverſùs actionem opponit Capitulum. Primo: 135
quod in Supplicatione *fol.*5. non fuit intentatum interdictum ſummarium unde vi, quia de anno, intra quem agi oportebat, non fuit facta mentio. Secundo: quod anni tempus jam erat elapſum. Tertio: quod ipſe Actor ſuo facto, & conſenſu cecidit à poſſeſſione: Proindeque venit repellendus Actor vero ſe ſpoliatum allegat, & à Reo fuiſſe impeditum; ita ut agere non valeret: Et tandem de jure ſuo fuiſſe proteſtatum: ac ideo poſſeſſionem Civilem retinuiſſe, dum Reus licentiam continuandi in officio denegavit. Et ſic juridicè egiſſe contendit. Et ſane hinc inde ſatis docte, & ingenioſe ab utroque Patrono dubiam reddunt hujus inſpectionis deciſionem. Et quidem prima Rei oppoſitio anſam præbebat dubitandi, quod remedium, poſſeſſorium cenſetur deductum impræſentiarum, an ſcilicet interdictum unde vi, an remedium text. *in c. redintegranda* 3. *q.* 1. quoniam in utroque eiſdem verbis libellus concluditur; videlicet, quare peto ſpoliatum ad meam poſſeſſionem reſtitui: ut advertit Menoch. *de recuper. remed.* 15. *n.* 8. Cumque in actione *fol.*5. ita concludatur, & Reus interdictum ſummarium unde vi non fuiſſe deductum contendat, videbatur dicendum fuiſſe intentatum remedium *c. redintegranda* perpetuum: Et cum opponatur annum fuiſſe elapſum prædictæ Conſtitutionis Apoſtolicæ remedium deductum dici debet, & juxta illud cum antiqua Actoris quaſi poſſeſſio probetur, & injuſta illius privatio à Reo facta, Actor reſtituendus eſt *d. c. redintegranda ubi DD. commun. & in c. ſæpe de reſtit. ſpoliator.* Gratian. *c.* 173. Ubi etiam *n.* 9. tradit prædictum remedium eſſe perpetuum nihil movente in contrarium allegatione defectus juriſdictionis: quia ut jam dictum eſt Capitulum quatenus Prælatum repræſentat, coram ſæculari Judice conveniendum erat; non ſolum reſpectu ſpolii, ſed damnorum, & aliorum caſuum, de quibus *Ordinat. lib.*2.*tit.*1. *in princip.* Proindeque ex hoc capite meritiſſimi

Digitized by Google

ritiſſimi Præſidis ſententia confirmanda venit.

Et eſto, quod interdictum unde vi deductum fuiſſet, adhuc Actor reſtituendus erat; quoniam, ut ſatis probatum manet, Capitulum officium contulit Actori ad beneplacitum, quando Actor illud exercere nequibat propter obligationem reſidentiæ in Beneficio Curato, quod ſuerat adeptua in Oppido da Chamuſca ratione incompatibilitatis, Capitulum per ſuum decretum *fol.* 135. officium Actori reſervavit, ut ſi Bullæ reſignationis intra ſemeſtre in hanc urbem eſſent tranſvectæ, Actor officium prædictum occupare valeret. Quod decretum ſcriptum apparet die 30. Julii anni 1660. Plane *fol.* 137. expoſuit Actor in ſupplicatione Bullas reſignationis jam adveniſſe, & petiit declarari à Capitulo licere Actori officium ſuũ exercere. Annuit Capitulum *fol.* 137. die 10. Decembris anni 1660. Et hujus conceſſionis virtute Actor officium exercuit uſque ad tempus notificationis *fol.* 196. prout deponunt teſtes *fol.* 93. *& ſeqq.*

Mota controverſia circa puritatem ſanguinis reſignatarii, Capitulum officiali Proviſori dedit in mandato, ut Actorem notificari faceret ut intra octo dierum ſpatium in prædictum oppidum ſe conſerret, & in Eccleſia reſideret. Et eo quia reſignaverat Beneficium in perſonam inhabilem, tali adjecta declaratione, quod à die notificationis ab officii exercitio ſe abſtineret ex cauſa incompatibilitatis propter obligationem reſidentiæ in Beneficio: ut conſtat *folio* 195. Quæ notificatio executa apparet die 28. Januarii anni 1661. non vero 18. Februarii, ut Actor deducit motus proteſtatione emiſſa eadem die *fol.* 139. Quia ex relatione facta ab Epiſcopo Proviſore *fol.* 195. *in fin. die* 3. Februarii roboratur fides ſcribæ *fol* 96. Et conſtat manifeſte proteſtationem emiſſam ex Intervallo Actoremque paruiſſe præcepto Capituli, & reſidentiam feciſſe in Eccleſia uſque ad diem 25. Julii anni 1662. In qua ſub cenſuris in mandato comminatis à Judice delegato poſſeſſio data fuit, & Actori interdictum uti poſſeſſione Beneficii, & juſſum fuit quod illud dimitteret, & delegati præcepto timore cenſurarum obedire fuit coactas cum proteſtatione, donec Capitulum certiorem reddere. Erat reſignatarius detentus in carcere juſſu Capituli, & cum neque Actor ex cauſa cenſurarum Judicis delegati; neque reſignatarius ex cauſa incarcerationis Eccleſiæ inſervirent, curam illius Capitulum cuidam Sacerdoti commendavit aſſignato ſalario centum mille teruntiorum. Unde exorta fuit alia controverſia inter Actorem, & Capitulum circa ſalarii quantitatem, quam Actor impugnavit, tanquam exceſſivam factis proteſtationibus die 28. Julii & 8. Auguſti & jua ſuum proſequendo Capitulum adiit ſupplicatione porrecta die 6. Septembris 1662. cui Capitulum detulit 17. Martii anni 1663. Et replicatione facta menſe Aprilis pronuntiatum fuit die 7. Maii anni 1663. cum denegatione ejus quod petebatur.

Interim Capitulum appellationem interpoſuit à ſententia Judicis delegati, & à collatione, emiſſioneque in poſſeſſionem reſignatarii, & quia delegatus appellationi non detulit; Capitulum per viam recurſus gravamen interpoſuit ad Judicem Regiæ Coronæ. Et quamvis gravamen illatum fuiſſe. Judex declaravit, tamen poſtea in ſacro Palatino Senatu contrarium fuit deciſum die 8. Maii anni 1663. Et tunc reſignatarius à carcere liberatus Beneficii poſſeſſionem continuavit. Et controverſiarum tempeſtas ceſſavit, & ſedata eſt.

Qua ratione paret Actorem fuiſſe impeditum ex cauſa neceſſaria reſidentiæ in Beneficio 28. die Januarii anni 1661. uſque ad 25. diem Julii anni 1662. & ex cauſa ſequeſtrationis fructuum Beneficii; nec non aſſignationis ſalarii ſubſtituti uſque ad 7. diem
Maii anni 1663. Reſignatio namque ſuum effectum
non habuit, niſi poſt die 8. Maii ejuſdem anni: Pe-
rindeque utilis anni terminum à die 8. Maii princi-
pium habuiſſe in materia interdicti propoſiti conſtat,
atque ita cum late probetur Actorem poſtea per ſe-
meſtre multiplicatis ſupplicationibus, & interceſſioni-
bus Capitulum interpellaſſe, ut ſibi licentiam con-
cederet ad exercendum officium, nulla ſuper hoc
adepta pronuntiatione: Et ea propter Præſidem adi-
iſſe die 19. Februarii anni 1664. & actionem pro-
poſuiſſe die 13. Martii ejuſdem anni, manifeſtum
fit interdictum legitimo tempore, & intra annum
fuiſſe intentatum. Eſt enim certi juris, quod inter-
dicti unde vi utilis eſt annus, & quod non currit;
niſi ſemotis impedimentis, & à tempore, quo ſpo-
liatus agere potuit: ut ſuperius dictum fuit. Idcircò
cum Actor impeditus fuiſſet facto Rei lapſus tempo-
ris ei officere non poteſt; quoniam impedimentum
proveniens ex facto partis efficit, ut non currat tem-
pus utile: Docent Cæpol. *in L. ſex menſes n.* 8. *ff.*
ædil. edict. Flamin. *de reſignat. lib.* 1. *q.* 13. *n.* 2. *&* 135
ſeqq. Valenz. *conſ.* 44. *n.* 26. Neque tempus ſtatu-
tum à jure, vel ab homine *c.* 1. *de præſcrit. c. quia*
diverſitatem de conceſſ. prab. Clement. ſicut de appel-
lat. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 3. *gloſſ.* 4. *n* 5. Velaſc.
conſ. 130. *n.* 31. ex aliis Valenz. *conſ.* 4. *n.* 76. *& conſ.*
44. *n.* 28. *& conſ.* 55. *n.* 87. Poſtius *de manuten. deciſ.*
255. *n.* 10. Et ideo in totum impeditus excuſatur
Surd. *conſ* 374. *n.* 4. & non dicitur negligens *d. c.*
quia diverſitatem, Flamin. *d. lib.* 11. *q.* 13. *n.* 4. Va- 136
lenz. *conſ.* 4. *n.* 73. Immo ſi impedimentum proveniat
ex facto Judicis, tempus non currit, *L. ſed ſi per Præ-*
torem in princ. & in §. *ait Prætor. ff. ex quib. cauſ.*
major. Boer. *deciſ.* 247. *n.* 3. *& ſeqq.* Valenz. *d. conſ.*
4. *n.* 25. neque ut revelet, requirit proteſtationem
partis Afflict. *deciſ.* 50. *n.* 5. Vant. *de nullitat. ex de-*
fect. juriſdict. ordinar. n. 136. Gratian. *c.* 63. *n.* 9. Va-
lenz. *conſ.* 4. *n.* 78. *circa fin.* Et in principio numeri
tradit ex pluribus, quod impeditus regulariter non
tenetur proteſtari, maximè ſi impedimentum eſt no-
torium Menoch. *conſ.* 246. *n.* 30. & provenis à ſupe-
riore, contra quem impedito non eſt opus proteſtari
ex aliis Valenz. *conſ.* 44. *n.* 29.

Unde cum Actor facto ſuperioris fuerit impeditus, ut oſtenſum manet, & dum reſidentia durabat, ſequeſtrum & litigium ſuper habilitate reſignatarii, neque agere, neque exercere officium valebat. In comperto eſt, quod anni utilis tempus elapſum non fuit, & quod initium cœpit à die 8. Maii anni 1663. Et quod intra annum deductum fuerit interdictum coram Præſide Curiali: ultra quod Actor vere proteſtatus fuit de jure ſuo. Et verum eſt; quod proteſtatio conſervavit jus proteſtantis Gama *deciſ.* 148. *num.* 3. Mendez *in praxi lib.* 2. *c.* 1. *num.* 3. Amat. *deciſ.* 50. *n.* 9. 10. *&* 16. Valenz. *conſ.* 63. *n.* 27. *&*
conſ. 64. *n.* 55. Et quamvis proteſtatio, ut opere-
tur, debeat fieri in ipſo actu, vel incontinenti;
quia ex intervallo non poteſt. *L. pro hærede* §. *Pa-*
pinianus, ff. acquir. hæred. Menoch. *conſ.* 1221. *n.* 137
8. Angel. Boſſ. *de dote c.* 4. §. 6. *n.* 39. & poſt actum
perfectum non operetur Poſtius *de manuten. obſer-*
vat. 98. *n.* 3. proteſtatioque facta eſſet non ſolum
poſt notificationem, ſed ex longo intervallo: Ta-
men jam dictum extat neceſſarium non fuiſſe, & eſto
quod non operaretur ſaltem ex ea declaratur ani-
mus Actoris retinendi, ſcilicet officii jus; & poſſeſ-
ſionem civilem: ut ipſe Actor aſſerit, & daclaravit:
quod autem poſſidendi animum retinuerit, ejus de-
clarationi ſtandum eſt Maſcard. *concluſ.* 1178. *n.* 23. 138
Poſtius *obſervat.* 17. *n.* 23. Cyriac. *controv.* 10. *n.* 8.
Ubi, quod in his quæ dependent ab animo, ſtatur
aſſertioni partis, ita ut aſſerenti contrarium incum-
bat onus probandi.

139 Plane dubium non eſt eum, qui nactus eſt rei poſſeſſionem, licet corporaliter rei non inſiſtat, retinere poſſe civilem poſſeſſionem ſolo animo: ut docent Poſtius *de manuten. obſervat.* 17. *n.*18. Mareſcot. *lib.*2. *var c.*74.*n.*5. Optime Præceptor meus Melch. Valĕt. illuſtr. *lib.*1.*tract.*2.*c.*3. Ubi *n.*6. juſtam poſſeſſionem eſſe dicit cum Donel. Connan Fabr. Greg. Lop. Madera, *& d. lib.*1.*tract.* 2.*c.*2. *n.* 27. & 28. Non enim amittitur poſſeſſio per non uſum *L.*3.§.*in amittenda*, *& §§. & ſeqq. ff. de acquir. poſſeſſ. L. clam poſſidere §. qui ad nundinas, ff. eodem:* optime Poſtius *obſervat.* 17. *n.* 21. & 22. quia uſus à poſſeſſione longe diſtat *L.*1. *ff. de furt.* egregie Valent. *d. cap.* 2. *n* 4. Unde Actor, qui compulſus juſſu ſuperioris diſceſſit, & peregre profectus fuit intuitu reſidentiæ, bene potuit officii quaſi poſſeſſionem civilem animo retinere, dum impedimentum duravit, quo ceſſante bene potuit petere à Capitulo licentiam ad continuandum exercitium officii; prout aliàs petierat poſt adventum Bullarum reſignationis. Ex quo patet, quod Actor ſe non habuit pro ſpoliato, niſi quando deſperatus Præſidem adiit, ut juberet denuntiari Capitulo; quod Actorem admitteret, ſin minus citatio ad cauſam fieret. Et ſic uſque ad tempus litis, poſſeſſionem continuavit & animo retinuit Poſtius *d. obſervat.* 17. *n.* 25. *& ſeqq.* Et hoc præcipue ſibi locum facit in poſſeſſione incorporalium; hæc enim ſemper præſumitur durare, quouſque probetur denegatio, vel quod alius occupaverit naturalem poſſeſſionem Fontan *de pact. nupt clauſ.*7.*gloſſ.*3.*p.*9.*n.*55. Poſtius *obſervat.* 58.*n.*16.

Proindeque cùm Capitulum non ſervato juris ordine Actorem ad abſentiam compelleret, & ab officio propter abſentiam amoveret, nulla juſta cauſa probata, & actorem revertentem non admitteret, certum manet, quod ſpolium admiſit: ut diximus in principio. Et probatur ex eo, quod etiamſi Capitulum judicialiter procederet, ſi tamen juris ordinem non ſervaret, ſpoliare diceretur *c. conquæreate c. ex conqueſtione de reſtit. ſpoliat.* Covarr. *lib.* 1. *var. cap* 2. *num.* 13. Larrea *deciſ.* 2. *num.* 9. Oliva *de foro Eccleſ.* 1. *p. quæſt.* 16. *n.* 26. *& ſeqq.* Poſtius *deciſ.* 151. *n.* 6. Solorz. *tom* 2. *lib.* 2.*c.*28. *n.* 76. *& ſeqq.* Et ſic juſte Capitulum à Præſide eſt condemnatum: & ita in Senatu judicatum fuit: Et quamvis in Cancellaria oppoſita fuere impedimenta, Senatus à prima opinione non diſceſſit.

140 Redeundo igitur ad materiam, à qua digreſſi fumus. Illa affirmativa ſententia, quam veriorem eſſe diximus, ut ſcilicet Princeps ſupremus officialem etiam ſina cauſa poſſit removere, de juris rigore limitanda eſt, ut non procedat: neque *Ordinat. lib.* 1. *tit.*98. in officio conceſſo à Principe mediante pecunia, quod ſina juſta cauſa auferre nequit: ex his, quæ Guillielm. Bened. *in d. c. Raynucius verb. duas habeas filias* Bald. *in L. qui ſe patris, C. unde liberi* Palac. Rub. *in rubr. de donat. inter* §.10.*n.* 5. Decius *conſ.* 292. *n.* 7. *& conſ.* 390. *n.* 7. Pinel. *in rubr. C. de reſcind. vendit. p.*1.*c.* 2. *n.* 31. Cabed. 2. *p. deciſ.* 20.*n.*2. Maſtrill. *d. lib.* 1.*c.* 27. *n.* 35. *uſque ad* 41. Caſtill. *d.c.*41.*n.*22. *ad fin.*

141 Prout etiam limitatur in officio conceſſo in remunerationem ſervitiorum, Afflict. *in tit. quæ ſint Regalia verb. poteſtas conſtituendorum n.* 3. Capic. *deciſ.* 121. *n.* 15. Roderic. Suarez *allegat.* 9. *col.* 3. *verſ.* t. Palac. *in d. rubr.* §. 50. Tiraq. *in L. ſi unquam verb. donatione largitas n.* 13. Pinel. *d.c.*2.*n. fin.* Cabed. *d. deciſ.*20.*n.*3. Maſtrill. *d. c.* 27. *n.*30. Afflict. *deciſ.* 128. *n.* 10. Caſtill. *d. cap.* 41. *n.*22. *verſ. ampliant ſecando.* Ex ea ratione, quia in utroque caſu conceſſio tranſit in contractum, qui Principem ligat: ut diximus ſupra *c.* 11.*n.*8.*& ſeq.*

142 Quæritur etiam in materia ſubjecta, An ſi Rex conceſſit Titio officium poſt mortem Caii, an cenſeatur conceſſum, ſi vacaverit per remotionem Caii, vel alio modo? Hanc quæſtionem diſputat ad partes Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 26. & affirmative reſolvit à *n.* 16. *cum ſeqq.* ſequitur Alphonſ. de Olea *de ceſſione jurium tit.* 3.*q.* 4.*n.*12. per text. *in L.* 1. *C. de primicer. lib.* 12. Ex eo quod caſus mortis, remotionis, ſeu renuntiationis æquiparantur arg. text. *in L. Gallus §. & quid ſi tantum* ibi: *Ut ad ſimilitudinem mortis cæteri caſus admittendi ſint, ff. de liber. & poſthum. L. ſi uxorem §. ſi deportatus* ibi *Qui mortuus loco habetur, ff. de bon. libertor.* Molin. *lib.* 3.*c.*13.*n.*59. Olea *de ceſſion. jurium tit.*3.*q.*4.*n.*10. Giurb. *de feud.* §.1.*gloſſ.* 13.*n.*44. *& §.*2. *gloſſ.* 10. *n.* 28. Et idem eſt removeri ab officio, quod mori *gloſſ. in Clement.* 1. *verb. mori ut lite pendente ſimilis gloſſ. verb. moriatur in c. ſicut de præbend. in* 6. Maſtrill. *d. lib.*1.*c.*26.*n.* 30 Et paria ſunt non extare per mortem, vel per remotionem Ruin. *conſ.*87.*n.*1. *vol.* 2. Franciſc. Vivius *deciſ.*2.*n.*10.*&* 43. Surd. *deciſ.* 202. *n.*1.*&* 2. Carol. Tapia *in L. fin. ff. de juriſdict. omn. Iudic p.*2.*c.*11.*n.* 80. Maſtrill. *d.c.*26. *n.* 31.

Confirmatur ex eo, quod ſi aliquis ſit ſubrogatus 134
in officio, ut illud ſerviret durante abſentia officialis, eo mortuo, poteſt officium exercere Vincent. de Franch. *deciſ.* 255. *n.* 4. ſequitur Petra ad Capyc. *deciſ.*151. *littera A* Alberic. *in L. quæſitam de tutel.* Boer. *deciſ.*149.*n.*15. Giurb. *deciſ.* 98. *& conſ.* 19. *n.* 83. *in fin.* Amaya *in L. nullus n.* 39.*&* 41. *C. de Decur. lib.* 10. Olea *d. tit.* 3.*q.* 4. *n.* 13. quia ſubſtitutus datus in caſu abſentiæ datus cenſetur in caſu mortis, cum abſentia morti æquiparetur *c. ult. §. fi. ne Sede vacante* Et ideo etiam mors debet abſentiæ æquiparari, cum eadem in utroque caſu vigeat ratio, & mortuus abeſſe dicatur *gloſſ. verb. abeſſet in cap. ſi delegatus de offic. deleg. in* 6. *L. multa in princ. ff. de condit. & demonſtrat.* Bertazol. *conſ. crim.* 30. *n.* 21. *& conſ.* 85. *n.* 9. Bald. *in L. mater col. ult. ff. de condit. & demonſtr.* Giurb. *d. deciſ.* 9.*n.*8.*&* 9. Vivius *deciſ.*2.*n.*5. Amaya *in d. L. nullus n.* 39.

Si vero quis electus ſit, vel proviſus ad ſemeſtre, 144
ut per illud officio incumbat, intelligitur pro primo ſemeſtri, & intra illud tantum inſervire valet juxta doctrinam Bart. *in L. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te col.* 2.*n.*2. *ff. de verb. obligat.* Valaſc. *conſult.* 155.*n.* 1. Vincent de Franch. *deciſ.* 419. Salgad. *de protect. p.* 4. *c.* 11. *n.* 54. Ita ut ſi electus in primo ſemeſtri non exercuit officium elapſo prædicto tempore non admittatur, neque tempus elapſum redintegretur ex alio quamvis culpa tertii fuiſſet impeditus Valaſc. *d. conſult.* 155. *n.*4. *& ſeqq.* Salgad. *d.c.*11.*n.*54. & 55. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.*4.*gloſſ.*10.*p.*1.*n.* 103. 104.*&* 105. Cabed. *p.*2. *deciſ.*84. *n.* 5. Noguer. *alle-* 145
*gat.*33.*n.*65. Solorzan. *tom.*2.*lib.*2.*c.*16.*n.*100.*&* 105. Valenz. *conſ.*44. *num.* 15. D. Chriſtoph. Creſp. *obſervat.* 11. *num.* 6. Quod ex eo confirmatur, quia conceſſum ad tempus non extenditur, ultra illud, ſed prohibitum dicitur *L. in tempus, ff. de hæredib. inſtituend.* Decius *conſ.* 386. *num.* 3. Tiraq. *de retract. convent.* §. 1. *gloſſ.* 2.*nu.* 47. Gratian. *c.* 41. *n.* 3. Reynoſ. *obſervat.* 11. *nu.* 9. Surd. *conſ.* 8. *num.* 7. Caſſanat. *conſ.* 4. *n.* 83. Surd. *deciſ.* 75. *num.* 1. & 3. Cacheran. *deciſ.* 85. *num.* 13. Cyriac. *controv.* 187. *n.* 2. Auguſt. Barboſ. *lib.* 1. *voto* 4. *n.* 9. Talis enim eſt vis temporis limitati, ut præter, vel poſt illud contrariam diſpoſitionem inducat *L. Imperator,*
ff. de poſtul. L. ſi unus §. 1. *ff. de pact. L. ſtatim liberum* 146
§. Stichum, L. Titia cum teſtamento §. fin. ff. de legat. 2. Surd. *deciſ.*75.*n.*1. Larrea *allegat.* 12. *n.* 22. *p.* 1. Surd. *conſ.* 371. *n.*11. *& conſ.*403. *n.*57. *& ſeqq.* Larrea *allegat.*29. *n.* 35. Giurb. *deciſ* 9. *n.* 3. Noguer. *allegat* 11. *n.* 114. Nihilominus tamen tenetur impediens ad intereſſe Salgad. *d.c.*11.*n.*55. Creſp. *d. obſ. n.*11.

Rurſus,

147 Rurſus, ſi alicui concedatur, ut poſſit ſervire officium quouſque proprietarius ſit legitimæ ætatis, licet Princeps poſtea concedat proprietario, ut ante vigeſimum quintum ætatis annum valeat exercere officium: & ſic ætatis veniam nihilominus in præjudicium conceſſionarii inſervire non valebit Phæb. *decis.* 92. *n.* 6. Tunc namque requiritur, quod proprietarius perveniat ad ætatem viginti quinque annorum: ut teſtatur Præbus ubi ſupra. Si vero in gratia dictum ſit, quod poſſit, ſervire, quouſque proprietarius fuerit ætatis ad inſerviendum, obtenta à proprietario venia ætatis, ut poſſit ſervire, tollitur jus conceſſionario quæſitum Phæb. *d. dec.* 92. *n.* 7. & 8.

148 Inſuper, ſi alicui concedatur officium, dummodo intra menſem, vel aliud certum tempus cum Seja nubat, ſi illa requiſita nolit nubere officium pertinet ad gravatum Phæb. *deciſ.* 92. *nu* 9. prout dicitur de legato relicto Titio, ut nubat Sejæ, quæ requiſita noluit nubere *L.* 1. & 2. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Gama *deciſ.* 314. *n.* 2. Phæb. *d. deciſ.* 92. *n.* 9. Mareſcot. *lib.*1.*var. cap.* 73.*n.*13. quia conditio nuptiarum habetur pro impleta, quando, non ſtat per eum, qui implere debet, quominus impleatur *L. ſi idem* §. *præſente ff. de eviction. d. L.* 1. & 2. *C. de inſtit. & ſubſtit. L. uter fratribus cum L. ſeqq. ff. de condit. Inſt. L. Mævia nepotem ff. de annuis legat.* Mantic. *de conject. ultimar. lib.*11. *tit.*18. *n.* 34. Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*183. *n.*25. Molin. *lib.*2. *de Primog.* 6. 13. *n.*14. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 16. *nu.* 154. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.*4. *gloſſ.*1.*n.*60. Si vero officium concedatur Titio ſub conditione, ſi contra-
149 xerit matrimonium cum una ex filiabus Sempronii. An teneatur Titius una requiſita, quæ noluit nubere, aliam inſuper requirere? Quæſtionis eſt. Quam negative reſolvit Mareſcot. *lib.* 1. *c.* 44.

150 Sed dubium eſt, An ſi Titius nupſit Sejæ, cui officium erat conceſſum, ut nuberet; poſtea vero Matrimonium nullum fuit declaratum ob aliquod juris impedimentum, quod vetaret illud contrahi, An officium remanere debeat apud Titium? In qua quæſtione reſolutivè dico, quod officium Titio adjudicari non debet; quia neque legatum relictum Titio, ut nubat Sejæ, Titio debetur, ſi cum effectu non nupſerit *L. Titio centum* §. *Titio centum, ff. de condition. & demonſtrat.* Gama *deciſ.* 314. *n.*2. Covarr. *de ſponſal.* 2.*p. cap.*3.§. 3. *n.*6.& 7 Sanch. *de Matrim. lib.*1.*diſp.*33.*n.* 7. Mareſcot. *lib.*1.*var. cap.*73. *nn.*10. & 11. Sanſelic. qui plures laudat *deciſ.* 289. à *nu.* 6. Omnino videndus Capyc. Latro *conſult.* 72. Et eſt text. *in L. legatum* 62. *ff. de condit. & demonſtrat.* Atqui paria ſunt aliquid non fieri, vel minus legitime fieri, *L. hæc conditio, ff. de condit. & demonſtrat. L. quoties ff. qui ſatiſd. cogant.* Andreas Gail. *lib.* 1. *obſervat.*105.*nu.* 13. Ergo matrimonio nulliter contracto conditio nuptiarum impleta dici nequit. Et
151 ita ut legatum non remanet apud legatarium, ſi relictum fuit ſub illa conditione nuptiarum, quando matrimonium nullum fuit declaratum *L. ſi ex voluntate C. de donat. inter vir. & uxor. L. cum hic ſtatus* §. *fin. verſ. ſiquis ſponſam, ff. eod.* Sanch. *de matrim. lib.* 6. *diſp.*2. *n.*8. & 9. Fontan. *clauſ.*4. *gloſſ.*1. *nu.* 64. Ita officium apud Titium manere non debet. Porro ſi conditio nubendi appoſita non ſit in perſona Titii,
152 ſed dictum fuerit, quod conceditur officium, ſi cum eo Seja nupſerit, & illa recuſaverit nubere, cenſebitur conditio caſualis, & defecta: ac proinde Titius officium non habebit juxta ſententiam gloſſæ communiter receptæ *in L. inde Neracius verb. defecit conditio, ff. ad L. Aquil.* Phæb. *d. deciſ.* 92. *nu.* 9. Et rurſus, ſi officium concedatur Sejæ, ut illud exerceat is, cum quo matrimonium contraxerit, &
153 primus maritus gratia uſus non fuit, habebit effectum in ſecundo marito. Ex his, quæ Cabed. 1. *p.* Portugal. de Donat. *Tom. I.*
areſt. 94. videndus omnino Capyc. Latro *deciſ.* 182.
Denique ſciendum eſt, quod officium cenſetur 153
conceſſum juxta conſuetudinem, & poſſeſſionem, in qua fuerunt anteceſſores ex doct. Bart. *in L. Magiſtratus nu.* 2. *ff. ad municipal.* Phæb. 1. *p. areſt.* 15. dummodo poſſeſſio juſta ſit, non vero injuſta Gratian. *c.*397. *n.*41. Larrea *allegat.* 74. Et item cenſetur conceſſum cum eodem ſalario, licet non exprimatur Noguer. *allegat.* 5. *n.*10. & 11. & *allegat.* 33. *n.*18. & 20. Immo cenſetur conceſſum cum omnibus qualitatibus, & præeminentiis, quæ ad illud ſpectant Noguerol. *allegat.*33. *n.*19. Giurb. *conſ.* 96. *n.* 9. Eſcob. *de ratiocin. c.*29. *n.*12. Ideoq; ille, qui officium acceptavit, illud ſervire tenetur juxta conſuetudinem, & obſervantiam Noguer. *alleg.* 33. *nu.*18. quia conceſſo officio venit omne illud, quod eidem eſt ordinatum Surd. *conſ.*460.*n.*28. Cyriac. *contr.*426. *n.* 47. & 48. & officiali cenſetur demandata cura officio annexa: ut late fundat Cyriac. *controv.* 433.

Caput XIV.

An Princeps publica officia vendere poſſit.

SUMMARIUM.

1 *Officiorum venditiones prohibuerunt Imperatores.*
2 *Secundum communem opinionem Princeps poteſt officia vendere, quia illorum dominus eſt.*
3 *Officia qui vendit, juſtitiam ipſam vendere cenſetur, quæ non eſt in commercio.*
Principi tributa præſtantur pro adminiſtratione juſtitiæ, quam gratis reddere debet. Ibid.
4 *Officiorum juriſdictio, & adminiſtratio pendet à Principe.*
5 *Princeps poteſt vendere officia, quæ habent juriſdictionem annexam, dummodo venditio fiat tribus concurrentibus; nempe: quod venditio fiat idoneis, moderato pretio, & ex cauſa publica.*
6 *Prædicta procedunt de juris rigore: congruentius tamen eſt, ut non vendantur officia, maxime quæ habent juriſdictionem annexam.*
Princeps debet ſe abſtinere ab hujuſmodi venditionibus. Ibid.
Principi indecens eſt, & indecorum vendere officia. Ib.
7 *Reipublicæ valde expedit, ne vendantur officia.*
Officia dum ſunt venalia, non penduntur perſonæ meritis, ſed pecunia. Et conferuntur Magiſtratus viris avaritia corruptis, & ſanguine infamibus. Ibid.
8 *Officium qui emit vendit juſtitiam.*
Ex venditione officiorum, quæ habent adminiſtrationem juſtitiæ provenit Reipublicæ infelicitas.
9 *Principi licet vendere officia habentia adminiſtrationem juſtitiæ urgente publica neceſſitate, cui aliter occurri non poteſt: dummodo venditio fiat tribus concurrentibus, de quibus ſupra n.* 5.
10 *Caſus neceſſitatis in quacunque prohibitione ſemper cenſetur exceptus.*
11 *Res alienari prohibita ex cauſa neceſſitatis poteſt alienari.*
12 *Officia Tabellionatus, & ſimilia, quæ non habent adminiſtrationem juſtitiæ cum minori cauſa poſſunt à Principe alienari.*
13 *Princeps poteſt concedere officiali facultatem ad vendendum officium; quam tamen Princeps concedere non debet.*
14 *Officialis, cui conceſſa eſt facultas ad renuntiandum, non poteſt accepta pecunia renuntiare.*
Conceſſa facultas renuntiandi non cenſetur facultas conceſſa vendendi. Ibid.
15 *Limita in facultate renuntiandi conceſſa mulieri,*

vel patris ut filiam dotare poſſit ad ingreſſum Re-
ligionis : Vel ſi officium conferatur Nobili cum
facultate renuntiandi ; quia tunc accepta pecu-
nia fieri poteſt renuntiatio.
Donatarii Regiæ Coronæ, qui officia poſſunt conferre,
non poſſunt illa vendere.

1 QUamvis Imperator Theodoſius *in L. fin. C. ad*
L. Iul. repetund. & Juſtinianus *in Auth. ut Iu-*
dices ſine quoquo ſuffragio prohibuerint publicorum
officiorum venditiones : quod idem probatur ex text.
in L.2.C.de muri legul. 11.*c.*1.*ubi gloſſ.verb. conſuetu-*
dinis extra de magiſ. & ita obſervaſſe Alex. Severum
teſtatur Lamprid. *in ejus vita*, Trajanum, qui in ven-
ditores officiorum acerrime animadvertit : ut ait Pli-
2 nius in Panegyr. Tamen communis, & conſtans eſt
DD. traditio Principem officia publica vendere poſ-
ſe. Ex eo, quod illorum dominus eſt, & officia tem-
poralia ſunt nihilque ſpiritualitatia continent, & ſunt
pretio æſtimabilia : docent D. Thom *in Epiſtol. ad*
*Duciſſam Brabantia opuſ.*21.*dub.* 5. Soto *de Juſt. &*
jure q.6.art.4. Navarr. in *Manual.c.* 15 *n.7.*Cajetan.
in ſumma verb. officiorum publicorum venalitas, Syl-
veſt. *verb. Dominus q.* 4. Cordub. *in ſumma caſuum*
q. 127. Azor. *inſtit. moral.* 3.*p.lib.* 8.*c.*7.*in princ.*
Valer. Regin. 2.*p.ſumm. lib.*23.*c.*3.*ſect.*3.*n.* 38. Et
ultra Theologos ex noſtris tenent Bald. *in l. Bar-*
barius,ff.de offic.Prator. ubi etiam Bart. & Cynus *in*
*L.*1.*C.ad L.Iul.de ambitu*, Menchac. *illuſtr.c* 43.*n.*1.
Card. 2.*p.dec.*24.*n.*3. Caſtill. Soto Major. *de tert.c.*
41. *n.* 21. Maſtrill. *de Magiſtr.lib.* 1.*c.*20. *à n.* 1.*cum*
ſeqq. Cald. Per. *ad tit. Inſtit. de inoffic. teſtam c.*2.*n.*
13. Larrea *allegat.* 119. *n.* 3. Paul. Xamar. *de offic.*
*Indic.*1.*p.q.*21.*n.*14.Gabr. Alver. de Velaſc. *de Iudic.*
*perfect.rubr.*1.*annot* 3.§.3.*n.*2. Ripol. *de Regal.c.*14.
*n.*7.Ubi *n.*8. dicit quod ita reſpectu Papæ non poteſt
conſiderari ſimonia, ita nec reſpectu Domini Regis
poteſt conſiderari prohibitio in hac materia Bobad. *in*
*ſua Polit.lib.*1.*c.*14.*n.*7. Et hæc eſt communis opinio:
quamvis contrariam teneant Adrian. *in* 4. *de reſtit. in*
q. quæ incipit Ex his ſuboritur alia dubitatio Salon 2.
2.*q.*63. *art.*1.*controv.* 7. *concluſ.*1. Medin. Torres &
Sanch. cum quibus Paul. Xamar. *d.q.*21.*n.*15.Gabr.
Alver. *d. añot.*3.§.3 *n.*3.Hermoſ. *in L.*22.*tit.*5.*partit.*
5.*gloſſ.*5.*n.* 50. quia contra eos eſt communis opinio.
3 Prædicta communis opinio procedit etiam in offi-
cii juriſdictionem annexam habentibus ; quoniam li-
cet qui juriſdictionale officium vendit, ipſam juſtitiam
vendere cenſeatur , quæ vere in commercio non eſt
c. vendentes 1.*q.*3.*L.*1.§.*proinde.ff.de var. & extra-*
ord.cognit. L.ſi in emptione 34.§.*omniũ ff.de contrab.*
empt. L inter ſtipulantem §. *ſacram, ff.de verb. obli-*
gat. Eſt enim juſtitia cæleſtis, ut dicitur *Pſal.* 84.*verſ.*
12. & quidem ſanctiſſima *L.*1.*ff.de juſt. & jur.* Et rur-
ſus, quamvis præcipua conſtituendorum tributorum
Principibus cauſa fuerit , ut ipſi juſtitiam adminiſtra-
rent Solorz. *de jure Indiar. lib.* 1. *c.*21.*n.* 59. & eam
gratis reddere debeant. Qua de cauſa juriſdictionem
vendi non poſſe dixit *gloſſ. in c.* 1. *verb. conferendi*
extra ne Prælati vices ſuas. Attamen, cum officiorum
4 juriſdictio, exercitium, & adminiſtratio à Principe
pendeat Azeved. *conſ.*8.*n* 6. Bovad. *d.lib.* 1.*c.*14.*n.*
47. Mench. *illuſt. lib.*1.*cap.* 42. & 43. *n.*9. Maſtrill.
de Magiſt. lib. 1.*c.* 20. *n.* 18. Et qui alios laudat ; &
in Principem tranſlatum ſit omne jus, & Imperium *L.*
1. *ff.de conſtit. Princ.* & Rex de jure naturæ ſit Do-
minus officiorum , & juriſdictionis Maſtrill. *d. c.* 20.
*n.*2. Recte poterit prædicta officia vendere, etiamſi
annexam habeant juriſdictionem , dum tamen ven-
ditio fiat tribus concurrentibus videlicet, quod ven-
ditio fiat idoneis, moderato pretio, & ex cauſa publi-
cæ neceſſitatis : ut ſcribunt D. Thom. *ad Duciſſ.Bra-*
bant.d.opuſc, 21.& cum Leonard. Leſſio, Aragonio,
& aliis Maſtrill. *de c.*20.*n.*15. Paul. Xamar. *d.q.*21. 5
*n.*26. & 27. Caſtill. *de tert.d. c.* 21. *n.* 21. *circa. fin.*
Larrea *allegat.* 119. *n.* 3. *in fin.*
Sed quamvis prædicta vera ſint de juris rigore : ta- 6
men negari non poteſt convenientius quidem & con-
gruentius eſſe , ut non vendantur officia ; præſertim
quæ juriſditionem habent annexam , ut puta Magiſ-
tratum & ſimilia Soto *de juſt. & jure q.* 6. *art.* 4. *col.*
4. Innocent. Abbas , & alii plures *in cap.* 1. *ne Præ-*
lati vices ſuas , Cabed. 2.*p. deciſ.* 24. *n.* 4. Maſtrill.
d. lib. 1. *cap.* 20. *n.*27. Caſtill. *de tert. cap.*41.*n.*21.
ubi tradit , quod Reges, & Principes , quantum poſ-
ſibile ſit , ab hujuſmodi venditionibus ſe abſtinere
debent , tùm quia indecens, & indecorum illis eſt :
ut per Afflict. *ad conſtit. rubr.*91. *n.* 6. Rebuff. *in L.*
*unica, gloſſ.*1. *n.* 131. *C. de ſentent. quæ pro eo, quod*
intereſt , Cabed. *d. decis.* 24. *n.* 4. Xamar. *d. q.*21.*n.*
19. Cum etiam , quoniam Reipublicæ valde expe-
dit , ne prædicta vendantur officia propter gravia ma-
la , quæ ex eorum venditione naſcuntur Cajetan.
in ſumma verb. venalitas, Soto *de juſt.lib.* 3.*q.*6.*art.* 7
4.*in reſponſ. ad* 2. *concluſ.*2. Gregor. de Valent. *in* 2.
2. *D. Thom. q.*7. *diſp.*5. *principal.* 2.*q.*5. *in fin. verſ.*
tertio dico Bovad. *lib.*1.*c.*14. *n.*18. Maſtrill. *d. lib.*1.
*c.*20.*n.* 27. Caſtill. *d.c.*21. *n.*41. Quæ ſane periculo-
ſam reddunt prædictam venditionem , & penitus è
Republica exterminandam ſuadent; quippe dum ve-
nalia ſunt officia , non pendunt perſonæ, quibus ven-
duntur, meritis, ſed pecunia, Maſtrill. *d.c.*20. *n.* 33.
& ſeqq. Et tunc ſæpiſſime conſeruntur Magiſtratus
viris ambitione , & avaritia corruptis , ſanguine infa-
mibus , abſque litteris , & prudentia qui pecuniis
ſupplent, quod deeſt meritis. Probi enim , & littera-
ti viri vel tantis pecuniis carent , vel indecorum cen-
ſent hac via ad officia promoveri. Atque ita Magiſ-
tratus, alioquin in Republica ſummo honore habiti,
vileſcunt : ut bene conſiderat Xamar. *d.q.* 21. *n.* 19.
Ultra quod, ut dicebat Alexander Severus apud 8
Lampridium in ejus vita , qui officium emit, juſtitiam
vendit. Et ideo dicebat : *Ego non patiar mercatores*
poteſtatum, quos ſi patiar damnare non poſſum, erubeſ-
co enim punire eum hominem , qui emit, & vendit :
teſte eodem Lampridio. Unde bene dixit Gabriel
Alveres *d. annot. c.*13.§.3.*n.* 18. quod ex venditio-
ne officiorum habentium adminiſtrationem juſtitiæ
provenit Reipublicæ inſelicitas : at vero ex gratuita
illorum diſtributione pro meritis felicitas, & incre-
mentum Reipublicæ conſpicitur *Auth. ut Judices ſi-*
ne quoquo ſuffragio §. *cogitatio.* Et inde dicitur Ro-
mam, quæ univerſo dominabatur orbi, floruiſſe, dum
officia publica ſecundum merita diſtribuebantur, ac
tunc interjiſſe, & ſubjectam fuiſſe poſtmodum, quan-
do officia venalia fuere. Quare Saluſtius ita affatur:
O Urbem venalem, & cito perituram, ſi emptorem in-
veneris: refert , & ſequitur Maſtrill. *d.c.* 20.*n.*28. &
Platonis authoritate confirmat.
Cæterum urgente publica neceſſitate, cui aliter 9
occurri non poteſt, licebit Principi hæc vendere offi-
cia , dummodo, ut ſupra diximus, venditio fiat di-
gno , & pretio moderato, Leſſius *de juſt. & jure lib.*
2.*c.*32. *dub.* 4. *n.* 29. *& ſeqq.* Villalob. *in ſumma*
tom 2. *tract.*8.*diffic.* 7.*n.* 3. Arag. 2. 2. *c.* 63. *art.* 2.
Joann. Bapt. Coſta *de rem. ſubſidiar. rem.* 78. *n.* 14.
cum quibus, & aliis Maſtrill. Xamar. Caſtil. & Lar-
rea *ubi ſupra n.*3. Immo Nav. *in manual. c.*25.*n.* 7.
verſ. decimo octavo, docet non eſſe damnandos Reges,
qui officia publica cõferunt pro pecunia, quãdo aliter
Regni neceſſitatibus, & belli continuis ſũptibus ſuc-
currere nõ poſſunt Gabr. Alv. *d. ann.*3.§.3.*n.*20. Nec
mirũ , quia neceſſitas facit licitũ, quod aliàs erat illi-
citum *c. quod non eſt licitũ* 4. *de regul. juris:* & ſemper
in omni prohibitione caſus neceſſitatis cẽſetur excep-
tus *l. alienationes.ff.famil. erciſcũd.l.*1.*ff.de fũd. dotal.*
l. pater

10 *l. pater filium ff. de legat.* 3. Hyppolit. de Marſill. *in l.* 1. §. *præterea n.* 87. *ff. de quaſt.* Tiraq. *de pœn. temperand. cauſa* 33. *à n.* 4. *cum ſeqq.* Larrea *allegat.* 25. *n.*
11 14. *& allegat.* 59. *n.* 25. Salgad. *de protect.* 1. *p. c. præl.* 3. *n.* 105. Petr. Caball. *reſolut. crimin. caſu* 149. *n.* 12. Sanfelic. *in addit. ad diſp. de donat. ad n.* 37. *verſ. ex quo neceſſitas*, quæ extat poſt primam partem deciſiooom, Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 63. Et dubium non eſt quod res prohibita alienari, ex cauſa neceſſitatis alieoari valet *l. ſancimus verſ. excepta videlicet cauſa, C. de ſacroſanct. Eccl. c. ſicut omnino, c. aurum. c. gloria Epiſcopi* 12. *q.* 2. Gab. Alver. *d.* §. 3. *n.* 21. *& de privileg. pauper. p.* 1. *q.* 22. *n.* 41. *& ſeqq.* Et quidem neceſſitas caret lege, immo lex oeceſſitati ſubjicitur *l.* 1. *C. de operib. libert. l.* 2. *ff. de offic. Proconſul.* Valaſc. *conſult.* 117. *n.* 21. Tiraq. *d. cauſa* 33. *à n.* 4. Larrea *allegat.* 25. *n.* 15. *& allegat.* 59. *à n.* 25. Salgad. *d.* 1. *p. c.* 1. *præl.* 3. *n.* 103. Sanfelic. *ubi proxime d. verſ. ex quo neceſſitas*, Gabriel. *d.* §. 3. *n.* 21.

12 Facilius vero, & cum minori cauſa poterit Princeps vendere officia Tabellionatus, & ſimilia, quæ non habent adminiſtrationem juſtitiæ annexam, Hermoſ. *in l.* 22. *tit.* 5. *partit.* 5. *gloſſ.* 5. *n.* 51. Avend. *reſponſ.*
13 9. *n.* 2. Cabed. 2. *p. decis.* 24. *n.* 24. *in fin.* Maſtrill. *d. lib.* 1. *c.* 20. *n.* 22. 24. *&* 25. & facit *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 95. Ubi Regi reſervatur poteſtas concedendi facultatem ad vendenda officia. Et qui authoritatem actui poteſt conferre, actum etiam conficere valet: At vero ita ut non expedit officia Judicum vendere, & Magiſtratuum juxta ſuperius tradita, ita hac Tabellionum, & aliorum miniſtrorum officia Rex vendere oon debet propter multa mala, quæ ex ſimilibus venditionibus, Reipublicæ parantur. Immo neque Princeps concedere debet officiali licentiam, ut officium alteri vendat; ſi enim ad Principi indecens eſt, cur non erit indecorum facultatem alii concedere ad vendendum. Præſertim, qua ille, cui conceſſa eſt facultas ad renuntiandum officium, non poteſt accepta pecunia illud renuntiare, *c.* 1. §. *callidis de probib. feud. alienat.*
14 *per Feder.* Soto *de juſt. lib.* 3. *q.* 6. *art.* 4. *col. penult. ad. med.* Tello *in l.* 26. *Tauri n.* 13. Cabed. 2. *p. dec.* 24. *n.* 7. Differunt nuoquã inter ſe facultas renuntiandi, & facultas vendendi. Et ideo una conceſſa altera data nõ videtur argũ. text. *in c. ſuſceptum de reſcript. in* 6. Salõ. 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. *contr.* 8. *concluſ.* 4. Azor. *inſtitut. moral. p.* 3. *lib.* 8. *cap.* 7. *verſ. ſexto. quæritur* Soto *d. q.* 6. *art. verſ. hoc autem eſt hic apprime*, Cabed. *d. dec.* 24. *n.* 7. Paul. Xam. *d. q.* 21. *n.* 33.

Si vero facultas renontiandi concedatur mulieri,
15 vel patri, ut filiam dotare valeat ad ingreſſum Religionis, vel officium conferatur Nobili, cojus conditione officium eſt inferius cum facultate renuntiandi; tunc bene poterit renuntiatio fieri accepta pecunia; quia tacite cenſetur data facultas ad veodendom. Et in hac materia tantum operatur tacita, quam expreſſa conceſſio. Azor. *c.* 7. *verſ. quinto quæritur* Cordub. *in ſumma q.* 117. Xamar *d. q.* 21. *n.* 32.

16 Soperius tradita circa poteſtatem vendendi officia locum, ſibi vendicant in Principe ſopremo, qui nullum recognoſcit ſuperiorem; noo vero in inferioribus, ſcilicet Comitibus, Baronibus, Marchionibus, & Ducibus, qui licet ex donatione poſſint officia conferre, non tamen illa vendere poſſunt: quia non ſunt Domini officiorum, ſed eorum meri diſpenſatores; & ſi vendere poſſent, dicerentor ſuffragia ſua vendere io proprium, privatumque commodum Soto *d. q.* 6. *art.* 4. *col.* 3. *ad fin. verſ. hoc autem eſt apprime conſiderandum, & in verſ. ſubjecerim præterea quartam, & verſ. hinc fit quod Magnates, & Domini, qui ſub ditione Regia ſunt, & verſ. ſed eſt differentia inter Regem, & illos.* Leonard. Leſſ. *de juſt. lib.* 2. *c.* 32. *dub.* 4. *nu.* 29. Cabed. 2. *p. decis.* 24. *nn.* 2. Maſtrill. *de Magiſt. lib.* 1. *c.* 20. *num.* 45. Paul. Xamar. *d. q.*
21. *n.* 7. Azeved. *conſ.* 8. *n.* 6. Mench. *illuſtr. c.* 43 *n.* 1. *&* 10. Cald. Pereyr. *ad tit. Inſtit. de inoffic. teſtam. cap.* 2. *n.* 17. Et apud nos probat *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 46.

Caput XV.

An ſoli Principi competat jus naturalitatis, & civilitatis exteris concedere?

SUMMARIUM.

1 *Qui in Regno natus non eſt, illius naturalis non dicitur, quamuis in Regno habitet, & naturalem uxorem ducat, domiciliumque perpetuum contrahat.*
2 *Natus in loco, illius dicitur naturalis ſive nativitas quieta ſit, ſive per tranſitum contingat. Sed contraria num.* 6. *quæ de jure Regio verior eſt: ut num.* 7.
3 *Civilitas originis immutabilis eſt.*
Iura ſanguinis neque dominui, neq; mutari poſſunt. Ib.
4 *Qui receſſit à patria, & alio ſe tranſtulit, originem retinet.*
Naſcimur parentibus, & patriæ, cui hypothecati ſumus. Ib.
5 *Per Baptiſmum quis efficitur civis illius loci, in quo baptiſatus eſt, tam quoad ſpiritualia, quam quoad temporalia.*
6 *Ex nativitate caſuali non efficitur quis civis originarius loci in quo natus eſt, ſed originem contrahit in loco domicilii paterni.*
7 *Ex nativitate per tranſitum filius non dicitur naturalis illius loci, in quo natus eſt juxta aliquorum ſententiam. At fatetur* Author *articulum eſſe valde dubium.*
8 *De jure Regio amplectenda eſt ſecunda opinio.*
Natus in Regno ex patre extero, & matre naturali, eo tantum caſu dicitur naturalis Regni, quo pater per decenniũ in Regno habuit domiciliũ. Ib.
9 *Ut filius exteri natus in Regno ex matre naturali efficiatur naturalis, quando pater per decennium domicilium conſtituit, neceſſario deſideratur, quod habitatio per decennium præcedat nativitatem, & non ſufficit, quod ſubſequatur.*
10 *Verbum præteriti temporis requirit conſummationem actus, & quando adjicitur diſpoſitioni ſtatuti, formam inducit, & importat conditionem.*
11 *Conceſſum ſub temporis conditione cenſetur ademptum ſub contraria.*
Dictio eo caſu denotat temporis extremitatem, & reſtringit diſpoſitionem ad caſum expreſſum. Ib.
Rejicitur opinio D. Franciſc. de Amaya.
13 *Filius retinet originem ſui patris, licet alibi naſcatur. Et eſt cenſendus civis ejus loci, ex quo pater originem duxit.*
14 *In filio qui natus eſt extra patriam patris, conſideratur duplex origo, alia paterna, alia propria: & in utraque ſortitur forum.*
Origo paterna potior eſt propria. Ib.
15 *Filius tenetur ſequi originem patris, non avi, niſi vivente avo conceptus ſit. Secus ſi eo mortuo.*
Declara, quod nepos non ſequitur originem aliorum aſcendentium præter avi originem. Ibid.
16 *Filius non ſequitur originem matris* Ib.
Mulier conjugata transfertur in domicilium mariti, & efficitur de ejus foro Ib.
17 *Filius ſpurius, qui non habet patrem certum natus in Regno ex matre naturali dicitur naturalis.*
Idem, ſi mater ſit extera, quæ in Regno habuit domicilium per decennium. Ib.
18 *Filia nupta extra propriam originem non poteſt ibi*

onera ſubire: quia civis eſt illius loci, in quo nupſit.

Vir, & uxor per matrimonium efficiuntur una caro, & unumcorpur, ac unam domum conſtituunt. Ib.

19 *Verius eſt mulierem nupeam non amittere propriam originem: ſed forum originis ſuſpendi, dum matrimonium durat. At vero quo ad alios effectus retinet originem.*

20 *Uxor ſequitur viri familiam, & gaudet privilegiis, & nobilitate viri, atque illius forum ſortitur.*

Ignobilir nupta viro nobili efficitur nobilis: & ſi Regi nupſit vocatur Regina. Ibid.

21 *Mulier nobilis copulata viro ignobili nobilitatem amittit.*

Mulier ſortitur forum mariti, non ſolum quo ad forum competens de jure communi: ſed etiam ex ſpeciali privilegio. Ibid.

22 *Uxor Commendatarii Trium Ordinum Militarium in criminalibus conveniri debet coram Judice Equitum illorum Militarium.*

Privilegium perſonale non egreditur perſonam illiur, cui fuir conceſſum. Ibid.

23 *Limita reſpectu fori, quod uxori communicatur, dum maritus vivit.*

Qualitates viri in uxorem derivantur. Ibid.

Vir, & uxor non debent ad imparia judicari. Ibid.

24 *Uxor Clerici in minoribus gaudet privilegio fori ipſius mariti. Et hæc opinio verior eſt in puncto juris.*

25 *Filii nati extra Regnum ex Luſitano, quia ad aliud. ſe contulit animo perpetuo ibi habitandi, cenſentur exteri: & non gaudent privilegiis Regni: ut n. 28.*

Duo domicilia quir poteſt habere, aliud originis, aliud habitationis:

Senatores quamvis in urbe domiciliũ habeant, tamẽ in loco originis aliud. habere intelliguntur. Ib.

27 *Intellige ſupra dicta, ut hic.*

Immunitati, quæ ſequitur ex ſui origine, poteſt quis renuntiare in ipſius præjudicium; non in præjudicium Regni, & Civitatis ſuæ originis. Ibid.

28 *Declara dicta ſupra n. 25. ut filii nati ante patrir diſceſſum ad aliud Regnum naturales hujus Regni dicantur.*

29 *Alleganti filium Luſitani eſſe externum, quia in alio Regno natur eſt, incumbit onus probandi natum fuiſſe poſt quam pater ſua voluntate propriam originem deſervit.*

Is, qui ad aliud Regnum ſe contulit animo ibi permanendi, non amittit originem regulariter.

Origo ſemel amiſſa non recuperatur per patrem revertentem ad Regnum, niſi obtenta reſtitutione, vel privilegio. Ibid.

31 *Princeps poteſt exteris jus naturalitatis concedere. Quod ei ſoli competit: quia de Regalibus majoribus: ut n. 54.*

32 *Quod probatur* ex ſacra Pagina: *& n. 33. ex conſuetudine Romanorum.*

33 *Naturaliſatur Principis reſcripto perinde habendus, ac vere originarius. Et ideo continetur appellatione civium originalium.*

Gaudet omnibus privilegiis conceſſis originariis: & poteſt ad honores promoveri. Ibid.

36 *Exterus nullo tempore conſequitur jur naturalitatis: neque gaudet privilegiis civium naturalium; licet in Regno domicilium conſtituat.*

37 *Incolà dicitur, qui cum ſit advena, in civitate habet domicilium, quod animo permanendi conſtituit: vel per decennium ibi habitavit. Et de jure Regio per quadriennium.*

38 *Inter incolam exterum, & originarium Regni illa datur differentia, quod naturalis, ſi de una Civitate Regni in aliam ſe contulit, per quadriennium efficitur domiciliarius & civis illius Civitatis: & poteſt ad honores, & munera promoveri: Exterus tamen, quamvis domiciliarius efficiatur, nunquam pro naturali eſt habendus, & non continetur appellatione civium.*

Explicatur Ordinat. lib. 2. tit. 55. & 56. Ib.

39 *Exteri ad officia ſæcularia admittendi non ſunt Et confirmatur n. 40. Ubi rationes proponuntur, 41. & 42.*

41 *Peregrinis Spartam adire prohibitum erat. Ubi rationes ponuntur: & n. 42.*

42 *Princepr non debet ferre, quod vaſſalli exteris utantur cognominibus naturalibus incognitis.*

43 *An exteri in hoc Regno poſſint habere, & poſſidere terras, & juriſdictiones Regiæ Coronæ? Remiſſive.*

REgia lex *lib. 2. tit. 55.* agens de naturalibus Re- 1
gni ſtatui in principio eos, qui in Regno nati ſunt, illius naturales non eſſe, quamvis in Regno habitent, & naturales uxores ducant, & perpetuo ibi commorentur, domiciliumque contrahant. Et qua diſpoſitione elicitur per argumentum à contrario ſenſu (quod validum eſt in jure *Auth. ex teſtamento, C. de collat L. 2. C. de condit. incert.* Gomez *in L. 29. Taur. n. 3.* Gama *deciſ. 16. n. 4.* Reynoſ. *obſerv. 42. n. 12.*) natum in Regno pro cive originario habendum eſſe: Quod etiam probatur ex text. *in L. 1. ff. ad municip. L. cives 7. C. de incol. & origin. lib.* 10. Sed tota controverſia verſatur, An prædicta procedant tantum eo caſſu, quo quis natus eſt loco. ubi pater fixum habet domicilium, quam nativitatem quietam dixit Carleu *de judic. tit. 1. diſp. 2. n.* 89. Vel etiam quando nativitas fuit caſualis, ſeu fortuita? Quam & alias quæſtiones in materia explicare conſtitui, antequam accedamus ad conceſſionem juris naturalitatis à Principe fieri ſolitam.

In qua quæſtione magna inter Doctores reperitur 2
diſſentio: Quidam enim tenent quem dici naturalem loci, in quo natus eſt, ſive nativitas quieta ſit, ſive per tranſitum; & quomodocumque nativitas contingat: Hanc partem tuentur Imol. & Alex. *in L. hujuſmodi, §. legatum, ff. de legat. 1. n. 9.* & cæteri cum Paul. de Caſtro. *in lect. Patav. n. 4.* Jaſ. *ibi n. 14. & ſeqq.* Narb. *in L. 20. tit. 1. l. 4. Recopilat. gloſſ. 2. n. 32. & 33. & n. 138.* Cald. *in reſponſ. pro Dom. Ioann. de Taſſis poſt tract. de in integr. reſtit. n. 6. & ſeqq. & n. 13.* Barboſ. *in L. hæres abſens, §. proinde in art. de for. origin. n. 3. 12. 22. & 23* Gratian. *cap. 75. n. 1. & ſeqq.* Grammat. *voto 10. n. 14.* Carleu. *de judic. tit. 1. diſputation. 2. num. 91.* per text. *in L. 1. C. de incol. libro 10. L. 1. ff. ad municipal.* Quam ſententiam ut poveriorem nervoſe defendit Præceptor Amaya *in L. Cives, C. de incol. lib. 10. à n. 43. & ſeqq.* Ubi quod iſte ſic caſualiter natus pro cive habendus eſt, ſi ibi habitaverit; ita ut admittendus ſit ad officia, & Beneficia, quæ exteris denegantur: *ut n. 44.* Boer. *deciſ. 13. n. 1. 13. & 15.* Gutierr. *conſ. 7. n. 1.*

Probatur hæc ſententia ultra jura *in d. L. 1. ff. ad* 3
municip. & in d. L. Civer, C. de incol. ex ea ratione, quia civilitatis originis immutabilis eſt *L. aſſumptio, L. fin. §. penult. ff. ad municip. L. origine, Cod. de municip. & origin. lib.* 10. Alex. *in d. L. hujuſmodi §. legatum, ff. de legat. 1.* Afflict. *deciſ. 384. n. 2.* Cald. Pereyr. *in d. reſponſ. pro Dom. Ioann. de Taſſis n.* 10. Novar. *forenſ. q. 19. n. 8.* Gratian. *c. 75. n. 7.* Carleu. *d. diſp. 2. n. 124.* Petr. Barboſ. *in L. hæres abſens §. proinde art de foro orig. n. 6.* D. Chriſtoph. Creſp. de Valdaura *obſervat. 6. n. 104.* & iterum hujuſmodi civilitas originis eſt omni alia potentior *d. L. Civer, C. de incol. lib. 10.* Grammat. *conſ. 5. n. 3.* Alex. *conſ. 34. n. 3. lib. 4.* Cald. Pereyr. *ubi ſupra n. 6.* Barb. *in d. L. hæres abſens §. proinde art. de for. origin d. n. 6.*

ita

ita ut renuntiari non poſſit. *d. L. aſſumptio*, ubi Bart. *& d. L. origine*, Alex. *conſ.* 34. *n.* 5. *lib.* 4. Daciua *conſ.* 284.*n.*11. Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 30 *n.* 32. *& conſ.*80.*n.* 9.*&* 10.Andr.Gail. *lib.* 2. *obſervat.* 36. *n.*5. Maſcard. *concluſ.* 1141. *n.*2. Carleu. *d. diſp.*2. *n.* 124. Barboſ. ſupra *d.n.*6.26.41.*&* 87. Sicut enim
4 jura ſanguinia diminui non poſſunt, neque mutari *L. jura ſanguinis. ff. de regul. juris*, *L.jus cognationis, ff. de pact.* ita etiam neque naturalis origo Gail. *d. n.* 5. Unde etiam ſiquis à patria receſſerit, & quocumque ſe transferat, originem retinet *d. L. origine, C. de municip. & origin.lib.*10. Gail. *d.n.* 5. Barboſ. *d.n.*87. Ubi quod ſi Hiſpanus in Franciam ſe contulerit, non ob id deſinit eſſe Hiſpanus Novar. *forenſ. q.* 19. *n.* 8.Socin.Jun. *conſ.* 37. *n.* 2. *lib.* 1. ita enim, ut parentibus, ita, & patriæ naſcimur, & quodammodo velut patriæ bypothecati, *L.* 1. §. *& generaliter, ff. de ventr. inſpiciend.L. Cicero ff.de pœn.L. poſt liminium* §.*filius, ff.de capt.& poſt lim.reverſ.*Spin.*de teſtam.gloſſ.*14.*n.*69.Bald.*in L. adoptionem ad fin. C. de adopt.*Giurb. *ad ſtatut.Meſſan, cap.*1.*gloſſ.* 4. n.1.

5 Deinde facit pro bac ſententia, quod per Baptiſmum efficitur quis Civis illius loci, in quo baptiſatus, eſt; quia Baptiſmus eſt nativitas ſpiritualis, & de ea ad naturalem validum eſt argumentum *c. debitum de Baptiſm. juncto c. inter corporalia de translatione Epiſc.* Gratian.*cap.*75.*n.*16. Gonçales *in reg.* 8. *Cancell.gloſſ.*9.§.1.*n.* 106. *& ſeqq.* Carleu. *d. diſp.* 2.*n.*111.Amaya *in d. L.Cives nu.*47. Otter. *de paſc. c.* 4. *n.* 6. Aug.Barb. *de offic. Paroch. cap.* 7. *nu.* 5. Quod extenditur tam quoad ſpiritualia, quam quoad temporalia Lucas de Pæna *in d. L. Cives, C.de incol. lib.*10.*nu.*3.*verſ.nam præter.cauſam originis*, Rebuff. *de pacif.poſſeſſ.nu.*17. Et pluries judicatum in Senatu Neapolitano tradit Novar. *de immunit.Neap.pragm.* 1. *collect.* 2. *n.* 14. Gratian. *d. c.* 75, *n.* 16. Unde ſi Baptiſmus inducit originem, etiam naturalia nativitas eam inducit. Ita argumentatur Amaya *in d. L. Cives*, *n.* 47.

6 Contraria ſententia, nempe nativitate caſuali non effici quem originarium civem, ſed contrahi originem propriam ex nativitate filii in loco in quo pater domicilium babebat, probatur ex text. *in L. filios, C. de municip. & origin.* cujus verba ſunt: *Filios originem patris non in materna civitate, & ſi ibi nati ſint (ſi modo non domiciliis retineantur) ad honores, ſeu munera poſſe compelli explorati juris eſt.* Ex quo textu bene elicitur natum in materna civitate non poſſe compelli ad munera, & honores niſi ibi domicilium habeat: ergo dici non poteſt civis originarius, cum de jure originarius teneatur munera, & honores ſubire *L.* 1. *& fin. C. de municip. & origin. lib.* 10. *L. libertus* 17. §. *præſcriptio in fin. L. incola* 29. *ff. ad municip. L. & qui originem, ff. muner. & honor. L. privilegio, C. de incol. lib.* 10.

7 Facit *gloſſ. in L. aſſumptio* §. *filius verb. domicilium ff. ad municip. verſ. judic.* Ubi tradit, quod ad hoc ut quia originarius loci dicatur ad onera, & honorea, non ſufficit ſola nativitas ſed etiam requiritur, quod in loco illius domicilium habeat, ergo ratione originis tantum non poteſt filius cenſeri naturalis loci, in quo natus eſt. Conducit alia *gloſſ. in d. L. filios.* Ubi quod filius natus per tranſitum in loco, ubi pater non habet domicilium, non ſubit onera in illo loco; quia alibi babet domicilium ſcilicet in loco paterni domicilii. Quapropter iſte filius caſualiter natus originarius, & naturalia dici non poteſt. Ex quibus & aliis fundamentis hanc partem tuentur Bart. *in d.L. filios n.*4. Ubi Joannas de Platea *n.*2.Bald.*in L. hujuſmodi* §.*legatum n.*1.*ff. de legat.*1. Abbas *in c. Rodulphus n.* 9. *de reſcript.*Gregor.Lopez *in L.*2.*tit.* 24.*partit.* 4. *gloſſ. ult.* Sylvan. *conſ.* 1. *n* 90. *&* 91. Honded. *conſ.*5. *nu.*5. *vol.* 1. Salzed. *ad pract. Bernard.Dias c.*54.*n.*27. late Afflict. *deciſ.*384. Anton. Faber. *lib.*6.*tit.*19.*diffinit.* 20. *nu.*4. Boer. *deciſ.* 13. *n.*50.*&* 51. Maſcard. *concluſ.* 1141.*n.*5. Menoch. *lib.* 6.*præſumpt.* 30.n.13.*& conſ.*80.*n.*13. Gutierr. *conſ.* 7. *n.*7.Cevall. *q.*458. *nu.*17.*& ſeqq.* Sanch. *de Matrim. lib.*3.*diſp.*23. *n.*3. poſt alios Carleu. *d. diſp.* 2. *n.* 92. Et hanc communem, & ſequendam dixit D.Chriſtoph. Creſp.*obſervat.*6.*n.*98. Giurb. *obſervat.*75.*n.*11. Ubi eam exornat: *& obſ.* 76. *nu.* 2. Ubi reprobat Cald. & Gratian. contrarium tanentes Valenz. *conſ.* 73. *num.* 41.

Veruntamen Maſcard. *dict. concluſ.* 1141. *nu.* 6. adeo arduam reputat quæſtionem propter tot, tantorumque Doctorum diſſentientium authoritatem, ut fateatur, cui parti adhærere debeat, dijudicare non facile poſſe; Et ſic diſſidentes opiniones componere voluerunt idem Maſcard. *n.* 7. Barb. aliis concordiis exploſis *in d. art. de foro origin.n.*18. *& ſeqq.* Giurb. *d.obſervat.*75. *n.* 13. *&* 14. Super quibus lectori cogitandum relinquo.

De jure autem Regio ſecunda opinio tenenda eſt 8
propter diſpoſitionem *Ordin. lib.* 2. *tit.* 55. §. 1. Ubi ad hoc, ut quis dicatur naturalis bujus Regni, requiritur, quod ex patre naturali in eo natus ſit, ſi enim ax patre extero, & matre naturali editus ſit; eo tantum caſu originarius reputabitur, quo pater domicilium contraxit in Regno, & ibi per decennium habitavit: Cujus verba ſunt: *Item, nam ſeia avidó por natural o naſcido neſtes Reynos de pay eſtrangeiro, & mãy natural delles, ſalvo quando o pay eſtrangeiro tiver ſeu domicilio, & bens no Reyno, & nelle viveo des annos continuos: porque em tal caſo os filbos, que lbe naſcerẽ no Reyno ſeraõ avidos por naturaes.* Quod idem diſponit apud Caſtellanos *lib.* 19. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.* De cujus interpretatione videndi ſunt Azeved. & Ignat. del Villar *reſponſ. juris reſponſ.* 7. *p.* 4. *à num.* 19. Salzed. *ad Bernardi Dias in prax. c.*54. *n.* 23. *& ſeqq.*

Unde nil mirum, quod natus à patre extero caſualiter in Regno per tranſitum; vel ab eo, qui ex alia cauſa in eo inventus, eſt, & originarius, Regni non cenſeatur: ſi enim natus ab extero, & matre naturali non dicitur naturalis, niſi domicilium contraxiſſet in Regno, & ibi per decennium continuum habitaſſet: à fortiori non erit originarius, qui fortuito, & caſualiter ad extero natus fuit in Regno Barboſ. *in d. art. de for. orig. n.* 73. *&* 79. Et ut bene advertit Carleu. *d. diſp.* 2. n. 98. non ſufficit, quod poſt nativitatem filii à patre impleatur decennalis habitationis ſpatium, ut filius originarius ſit; ſed neceſſarium erit, quod nativitatem præcedat decenna-
lis habitatio. Quidquid contrarium cenſeant Aze- 9
ved. *in d. L.* 19. *n.* 7. Salzed. *in d. c.* 54. *n.* 38. Hevia Bolan *de commerc. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. Quos juſte reprobat Carleu. *ubi proxime.* Quia *Ordinat. d.* §. 1. habitationem decenni completam deſiderat ibi: *Salvo quando o pay eſtrangeiro tiver ſeu domicilio no Reyno, & nelle viveo dez annos continuos.* Plane verbum illud *viveo* eſt præteriti temporis, quod requirit conſummationem actus juxta ſententiam Bart. *in L. boc articulo nu.* 2. *ff. de bæred. inſtit.* Marſill. *conſ.* 105. *nu.* 26. Gratian. *c* 41. *nu.* 1.10. *& c.* 78. *num.* 30. *& c.* 372. *nu.* 19. Salgad. *de protect. p.* 3. *c.* 9. *num.* 88. & cum diſpoſitioni ſtatutariæ ſit adjectum, formam inducit Surd. *conſ.* 97. *nu.* 25. *& conſ.* 375. *nu.* 38. Larrea *allegat.* 29. *nu.* 36. Caſſanat. *conſ.* 4. *n.* 83. Noguer. *allegat.* 11. *n.* 114. prout etiam conditionem importat Surd. *conſ.* 139. *n.* 32. Larrea *d. n.* 36. Proindeque conceſſum ſub illa temporia conditione ſub contraria dicitur ademptum *L. ſi legatum pure, ff. de adimend. legat. L. quod pure, ff. quando dies leg. ced. L. aliquando ff. de conſtit. & demonſtrat.* Surdus *deciſ.* 7. *n.*19. Caſſanat.

S 4 *conſ.*

*conſ.*2.*n.*30. Valenz. *conſ.*133.*n.* 6.Maxime cum Ordinario poſt deſignationem temporis præteriti adjungat dictionem (*Ea caſu*) ibi: *Porqae em tal caſo as filhos, que lhe aaſcerem ao Regno, par naturaes ſeraom avidos:* dictio autem (*Eo caſa*) denotat temporis extremitatem Mareſcot.*lib.* 1.*cap.*66. *n.* 12. impeditque extenſionem, & reſtringit diſpoſitionem ad caſum expreſſum Mareſc. *lib.* 1. *cap.*99.*n.* 3. Anton. Amat. *var. reſolut.* 1. *n.* 72. Capyc. Latro *deciſ.* 108. *n.* 15. & 67. Atque ita filii nati in Regno, antequam completum ſit tempus habitationis decennalis, non erunt Regni naturales, ſed hi, qui poſtea nati fuerint.

12 Non obſtant tradita per Amaya *in d. L. cives, C. de incol. lib.* 10. *n.*45.& 46. quatenus reſtringit diſpoſitionem *d. L.*19. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recopilat.* ad caſum, quo Hiſpanus per tranſitum extra Hiſpaniam filium habuit, quia iſte filius naturalis Hiſpaniæ cenſendus eſt ad hoc, ut Beneficia exteris prohibita poſſit obtinere: ita ut in hoc particulari tantum non dicatur originarius loci, in quo natus eſt, quippe confunditur ex ipſa *L.* 19. quæ prout *Ordinat. d.tit.* 55. §. 1. naturalem non reputat natum in Regno ex patre exte o, niſi contracto domicilio, & poſt lapſum decennalis habitationis filium procreavit ut ſupra diximus. Idcirco quæ neque natum per tranſitum naturalem effici loci originis declarat non præcedentibus prædictis requiſitis, & in confirmationem caſum proponit in eo, qui cauſa Reipublicæ extra Regnum filium habuit, quem Regni naturalem dicit. Et idem decidit *Ordinat. d. tit.* 55. §. 2. Carleu. *d. diſp.* 2. *n.* 102. Barboſ. *in d. art. de for. origin. n.* 90, 91. & 92. Greg. Lopez *in L.* 2. *tit.* 24. *partit.* 4. *gloſſ.* 5. *col.*2. *ad fin.* Salzed. *ad Bernard. Dias c.*54. *n.* 27. *ad fin.* & *n* 32. Joſeph. de Seſſe *deciſ.* 9. Hodierna ad Surd. *deciſ.* 329. Giurb. *obſervat.* 75. *nu.* 19. & *obſervat.* 76. *n.*4. Hieronym. Leo *deciſ.* 199.*n.* 7. Cætera contrariæ ſententiæ fundamenta diluit Caleu. *d. diſp.* 2.*n.* 96. Et cum his inconcuſſa manet prædicta ſecunda opinio.

13 Pro qua etiam facit, quod filius retinet originem ſui patris, licet alibi naſcatur *L. aſſumpto* §. *filius ff. ad municip. L. origine, C. de muaicip. lib.* 10. *gloſſ. verb. alienigena c.*1. *de aſaris in* 6. *gloſſ.* & *DD. in L. libertus* §. *patris, ff. ad manicip.* Boer. *deciſ.* 13.*n.* 5. Bald. *conſ.* 294. *iſta cauſa val.* 4. Cæphal. *conſ.* 246. *n.*1.*val.*2. Maſcard. *concluſ.*1141.*n.* 8. Giurb. *obſervat.* 75. *n.* 23. filius enim ſemper eſt cenſendus civis ejus loci, ex quo pater originem duxit, quamvis in alio naſcatur. Et ideo qui Campano patre natus eſt, Campanus eſt: ut dixit Ulpian *in L.* 1. *ff. ad municip. L.* 3. *C. de municip. lib.* 10. *junct. text. in L. municipes ff. de verb. ſigniſ.* Ac proinde in filio, qui natus eſt extra patriam patris duplex conſideratur origo; alia

14 ſcilicet paterna, alia propria: & in utraque ſortitur quis forum Barboſ. *in d. art. de for. orig. n.* 24. & 25. Carleu. *d. diſp.* 2. *num.* 50. Gutierr. *conſ.* 7. *num.* 1. Amaya *in d. L. cives n.* 3. Ea tamen declaratione, quod origo paterna potior eſt propria Unde dixit Cujac. *lib.* 1. *reſponſ. Papin. in d. L. libertus* §. *patris*, quod quando in jure fit mentio loci, intelligi debet de loco originis paternæ *d. L. aſſumptio, L. penult. ff. ad muaicip. L. relegatorum* 7. §. *interdicere ff. de iaterdict.* & *relegat. L. Divus* 24. *ff. de tutor* & *curator.* Sequitur Amaya *in d. L. cives a.* 7. Ubi late agit. & in *n.* 8. de interpretatione *L. provinciales* 190. *ff. de verb. ſignif.*

15 Sed an avitam originem ſequatur nepos; Dubitari ſolet. Et in hac quæſtione illa vera eſt reſolntio: Quod filius ſequi tenetur originem paternam, non avitam; niſi vivo avo conceptus ſit, per text *in L. libertus* §. *in adoptiva, ff. ad municip.* Et ita tenent Cynus, Bald. Bart, Salicet. Plat. & Marian. laudati à Barboſ. *in d. art. de far. orig. n.*38. Carleu. *d. diſp.* 2. *a.* 53. Si enim mortuo avo conceptus fuit, non avitam, ſed paternam ſequitur originem Felin. *in c. poſtulaſti n.* 1. *ad fin. de for. compet.* Alex. *conſ.* 16. *n.* 9. *lib.* 5. Barboſ. *d. n.* 28. Amaya *in d. L. cives n.* 24. Et quamvis Bartolus, quem ſequitur Amaya *d. n.* 24. ultra conceptionem nepotis in vita avi requirat, quod nepos ſit in ejus poteſtate; tamen verius eſt ſufficere, quod vivo avo ſit conceptus per text. *in d. L. libertus*, §. *ia adoptiva.* Ubi nepos ſequitur originem avi naturalis, etiamſi natus ſit in adoptiva familia. Et tamen verum eſt non naſci in poteſtate avi naturalis §. *penult. Inſtit. qaib. mod. jus patr. poteſt. ſolvit.* Qua de cauſa dicendum eſt ad hoc, nt nepos avitam originem ſequatur, ſufficere, quod, vivo avo conceptus ſit, licet in ejus poteſtate non fuerit: optime Barboſ. *in d. art. de fora arig. n.* 30. & 31. quem ſequitur Carleu. *d. diſp.* 2.*n.* 55. Non vero ſequitur nepos aliorum aſcendentium, præter avi originem, ut infinitas vitetur juxta doctrinam *gloſſ. in d. L. aſſumptia* §. *filias*, & *ia L. filios, C. de manicip. lib.* 10. Quæ illam tradit rationem, quod ſi aliud foret, teneremur ſequi originem Adami communis parentis, qui in Campo Damaſceno creatus fertur: ſequuntur Archidiacon. *in cap. illud diſtinct.* 40. *n.* 4. Barboſ. *d. art de ſor. arig. n.* 32. Carleu. *d. diſp.* 2.*n.* 52. Amaya *in d. L. cives n.* 21. Greg. Lopez *in L.* 32. *tit.* 2. *partit.* 3. *verb. natural.*

Non tamen ſequetur filius matris originem, cum 16
patris, non matris, familiam ſequatur, & mulier conjugata in domicilium mariti transferatur, & de foro mariti efficiatur, & amittat proprium forum originis Cevall. *commun. q.* 458. *a.* 5. *L. fin. C. de incol. lib.* 10. *L. fin.* §. *item reſcripſerunt. ff. ad municip. L. exigere* 65. *ff. de judic. L. unica C. de mulierib.* & *in quo loca lib.* 10. Tiraq. *in L.* 1. *connub.* à *n.*28. Gutierr. *conſ.* 7. *num.* 8. Caleu. *d. diſp.* 2. *a.* 65. & 101. Otter. *de paſc. c.* 4. *num.* 14. Narbon. *in L.* 20. *gloſſ.* 2. *n.* 163. & *ſeqq. tit.* 1. *lib.* 4. *Recopil.* Amaya *in d. L. cives n.* 26. & *ſeqq.* poſt alios Barboſ. *in d. art. de ſor. orig. n.* 40. Et aperte videtur probari ſuperior reſolutio quoad naturalitatem ex *Ordinat. l.* 2. *tit.* 55. §. 1. quæ procedit in filiis naturalibus, & legitimis.

Spurius verò filius, & vulgò quæſitus, qui non 17
habet patrem certum, tunc dicetur naturalis Regni, quando ex matre naturali in eo natus eſt; vel mater extera in Regno domicilium habuit, & per decennium in eo habitavit juxta diſpoſitionem *Ordinat. d.* §. 1. ad quam refertur §. *ultim. ejuſd. tit.* Vide omnino Carleu. *d. diſp.* 2. *n.* 101.

Filia verò nupta extra propriam originem, & pa- 18
triam, ibi onera ſubire non poteſt. *L. fin.* §. *item reſcripſerunt, ff. ad municip. L. fin. C. de incol.* Et ſic videtur originem amiſiſſe, quia dicitur proprie civis, & originaria illius loci, in quo nupſit Bald. *conſ.* 100. *conſideratis, lib.* 5. & *conſ.* 62. *eod. lib.* Socin. *in L. cum quædam puella notab.* 1. *ff. de juriſd. omn. Judic.* Theſaur. *deciſ.* 123. *n.* 9. Tiraq. *ad leges connub. p.* 1. *gloſſ.* 1. *n.* 30. Barb. *d. art. de for. arig. n.* 40. Surd. *deciſ.* 330. *n.* 16. Carleu. *diſp.* 2. *n.* 65. Amaya *ia d. L. cives n.* 27. & 28. Ex ea ratione, quia vir, & uxor per ſacramentum Matrimonii efficiuntur una caro, & unum corpus juxta illud *Geneſ. c.* 1. *Et erunt duo in carne una: c. idanei* 4. *q.* 1. Baldaxar. *in L.* 1. *n.* 13. *C. de in jus vocanda*: & unam domum conſtituunt *L.* 4. *C. de crim. expil. hæred.* ſuntque ſocii Divinæ, & humanæ domus *L.* 1. *ff. de ritu nupt. L.* 1. §. *ſi vir, ff. ad Syllan. L.* 4. *C. de crim. expil hæred.* Cujac. *in tit. C. de expil. hæred.* & *in tit. Cod. de nupt.* Amaya *in L. fin. na.* 3. *C. de incol. lib.* 10. & uxor tranſit in familiam mariti, *L. quicunque, C. de re milit. lib.* 10. Baldaxar.

ſupra

ſupra n. 4. & ligatur ſtatutis viri Bald. conſ. 439. col. 2. verſ. ſed dicet lib. 4. Gratus conſ. 112. n. 11. lib. 2. Theſaur. d. deciſ. 123. n. 10.

19 Nihilominus tamen verius eſt mulierem nupta non amittere propriam originem, quæ immutabilis eſt, l. aſſumptio, ff. ad municip. l. origine Cod. de municip. lib. 10. ſed forum originis ſuſpendi per Matrimonium, & dum illud dura, liberari ab honoribus, & muneribus proprioque originis foro, ne impediatur à ſervitio, & cohabitatione viri: cæterum quoad alios effectus bene retinet originem, & oneribus illius manet obnoxia: ita Bart. in d. l. fin. §. item reſcripſerunt n. 5. ff. ad municip. & in l. unica n. 1. C. de mulier. & in quo loco lib. 10. Decius in l. 1. n. 17. C. inde vir, & uxor, Tiraq. d. gloſſ. 1. n. 30. & 37. Greg. Lopex in l. 32. tit. 2. partit. 3. gloſſ. 7. Barboſ. in d. art. de for. orig. n. 41. & 42. Paul. de Caſtr. conſ. 89. n. 3. lib. 2. poſt alios Carleu. d. diſp. 2. num. 60.

20 Atque ita, cum uxor familiam viri ſequatur privilegiis Nobilitatis viri gaudere certum eſt, & ejus forum ſortiri l. fin. C. de incol. lib. 10. ibi: Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus: l. fœmina ff. de Senator. l. Cum te, l. ult. C. de nupt. l. mulieres, C. de dignitat. lib. 12. Barboſ. in l. quia tale n. 24. Tiraq. de Nobil. c. 18. n. 1. & ſeqq. Adeo ut ignobilis nupta viro Nobili efficiatur Nobilis gloſſ. in c. ubicumque verb. maſculinam de pœn. lib. 6. Abb. in c. ſuper eo col. 1. de teſtib. Barbacia conſ. 6. ſcriptum eſt praclare col. 4. lib. 1. Decius in l. 1. col. 3. Cod. de in jus vocando, poſt plures. Tiraq. d. c. 8. n. 3. Surd. deciſ. 330. n. 15. Amaya in d. l. fin. C. de incol. lib. 10. n. 6. Maſtrill. de Magiſtr lib. 4. c. 13. n. 20. in tantum ut ſi Regi nubat, Regina vocabitur l. 7. tit. 2. part. 4. l. 9. tit. 11. lib. 2. Recopilat. ſequitur enim mariti conditionem l. ingenua C. de murileg. lib. 11. Tiraq. d. c. 18. n. 18. c. nunquaque murileg. 13. q. 2.

21 Prout è contra: Mulier Nobilis quæ viro ignobili copulata eſt Matrimonio, nobilitatem amittit, & efficitur conditionis viri l. 1. C. de dignit. lib. 12 l. fæminæ in princ. ff. de Senator. l. nupta, ff. eod. l. enm, qui §. & ſi nupta, ff. de injur. l. 4. C. de Fabricenſ. lib. 11. l. 3. l. edicimus, C. de murileg. lib. 11. l. 1. & 2. C. de uxorib. milit. l. eum te, Cod. de nupt. Anton. Gom. in l. 79. Tau. [illegible] fin. Tiraq. d. c. 18. n. 16. Paleot. de noth. & ſpur. c. 61. n. 2. Thom Valaſc. allegat. 29. n. 10 Carvalh. in c. Raynucius de teſtam. p. 1. n. 232. 239. & 475. Proinque mulier participat eorum, quæ viro competunt, & mariti forum ſortitur d. l. fin. C. de incol. lib. 10. l. penult. C. de ſilentiar. lib. 11 gloſſ. in c. eos, qui 32. diſtinct. Imol. in cap. 2. ubi Abb. de for compet. Tiraq. ad leg. connub. gloſſ. 2. p. 1. n. 54. Carleu. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. n. 66. Amaya in d. l. fin. n. 1. C. de incol. lib. 10. Greg. Lopez in l. 32. gloſſ. 7. tit. 2. partit. 3. Barboſ. in l. quia tale n. 24. Optime Decian. crimin. lib. 4. c. 9. n. 53. Quod non tantum procedit quoad forum competens marito de jure communi; ſed etiam quod competit ex privilegio ſpeciali ratione alicujus artis, & privilegii perſonalis: ut per gloſſ. & DD. in l. penult. C. de Fabricenſ lib. 11. Decian. d. n. 53. Ubi dicit, quod ſi maritus non poteſt conveniri, niſi coram tali Judice, non poterit etiam ejus uxor Tiraq. d. gloſſ. 2. p. 1. n. 54.

22 Unde fluit, quod uxor Commendatarii Militiæ Domini noſtri Jeſu Chriſti, Avicenſis, vel Beati Jacobi de Spata in criminalibus convenienda eſt coram Judice Equitum; prout maritus ibi erat convenientibus, & accuſandus; quamvis enim privilegium fori competens Equiti perſonale ſit, & uti tale regulariter non egrediatur perſonam illius, cui fuit conceſſum l. 1. in fin. ff. de conſtit. Princ. l. non tantum, ff. de liber. legat. l. in omnibus juris articulis, ff. de regul. juris l. repeti, §. morte, ff. quib. modis uſusfruct. amittatur, Solorz. de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 14. nu. 2. Arias de Meſa lib. 2. var. cap. 27. n. 10. Noal. de tranſmiſſ. caſu 21. n. 23. & caſu 27. nu. 14. Olea de ceſſion. jur. tit. 3. q. 1. n. 21. Giurb. de feud. §. 1. gloſſ. 3. n. 30. & 42. Tamen limitatur reſpectu fori, quod uxori communicabile eſt, dum maritus vivit Barboſ. in d. l. quia tale n. 24. quia uxor tam in civili, quam in criminali gaudet privilegio viri Bart. in l. nec adverſa, C. de re milit. lib. 12. Baldax. in prato ad l. 1. C. de in jus vocand. n. 6. & hoc propter unionem, quæ datur inter virum & uxorem; reputatur enim origo viri, origo uxoris, & mulier jungitur viro tanquam digniori, cum maritus ſit caput uxoris c. eſt ordo, c. mulierem 33. q. 5. c. duo pueri de deſponſat impub. Paulus ad Theſſalon. cap. 2. & ad Epheſ. c. 5. Quare ita ut caput influit in cætera membra, ita oportet qualitates viri in uxorem derivari Bald. conſ. 439. col. 2. verſ. quæritur, quod juris vol. 4. Decian. d. c. 9. n. 53. Proptereaque vir, & uxor non debent ad imparia judicari Mantic. deciſ. 50. n. 10. Baldax. in d. L. 1. C. de in jus vocand. n. 12. Et ita ut Commendator in criminalibus accuſari nequit coram alio, quam Judice Equitum, ita nec uxor dum maritus vivit.

Confirmatur ex eo quod uxor Clerici in minoribus gaudet privilegio fori ejus mariti, ut accuſari, & conveniri debeat in Judicio Eccleſiaſtico: ut ſcribunt gloſſ. in c. eos 32. diſtinct. & in c. Clericum 11. q. 2. dicit communem Greg. Lopez in L. 32. tit. 2. partit. 3. gloſſ. 7. & eam nervosè defendit Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 9. nu. 53. Avilez in c. Prætorum in proœm. gloſſ. 1. nu. 18. Quam etiam amplexus eſt Præceptor Ludovic. Correa in privatis ſcholiis ad text. in cap. inter alia de immunit. Eccleſ. p. 2. n. 33. Amay. in L. fin. C. de incolis lib. 10. num. 22. Qui reprobat Auguſtinum Barboſam contrarium tenentem de jure Eccleſiaſtico 1. p. c. 39. n. 62. Sanchez de Matrim. lib. 7. diſp. 47. Et vere hæc noſtra ſententia in puncto juris mihi verior videtur ex text. in L. penult. C. de ſilent. L. non tantum 20. ff. de re judic. Quidquid aliter doceat Barboſ. in collect. ad L. 2. C. de Epiſc. & Cleric. n. 9. Cujus fundamentis bene ſatisfacit Amaya in d. L. fin. C. de incol. lib. 10. n. 20. & duob. ſeqq. 24

Redeundo igitur unde digreſſi ſumus: ſciendum eſt, 25 quod ſi Luſitanus ſponte Regnum, & patriam deſeruit, & in alium Regnum ſe contulit animo perpetuo ibi commorandi, domiciliumque ibi conſtituit, filii poſtea in eo regno nati, & procreati exteri cenſebuntur, & non gaudebunt privilegiis hujus Regni conceſſis naturalibus illius: ut in terminis probat Ordinat. lib. 2. tit. 55. §. 2. In qua Legiſlator rationem reddit ibi: Pois o pay ſe auſentou por ſua vontade do Reyno, em que naſceo, & os filhos naõ naſceraõ nelle: Quod etiam apud Caſtellanos diſponit L. 6. & 7. tit. 3. lib. 5. Recopilat. Obſervat Gregor. Lopez in L. 5. tit. 24. partit. verb. ſon quatro. Ubi allegat gloſſam ſecundùm unam expoſitionem in L. in adoptione, Cod. de adopt. & Bald. in Auth. ſed. omnino col. 5. C. ne uxor pro marito, idem Gregor. Lopez in L. 2. tit. 24. partit. 4. gloſſ. fin. col. fin. Barboſ. in d. art. de for. orig. n. 88. & ſeqq. Carlev. d. diſp. 2. n. 104. & 121. Qui prædictam reſolutionem extendunt etiam ad caſum, quo pater, & filii in patriam redierunt.

Sed obſtat neminem voluntate ſua originem à ſe 26 eximere poſſe: ut diximus ſupra num. 3. Et probat Gregor. Lopez in d. L. 5. tit. 24. partit. 4. verb. ſon quatro. Ubi tradit, quod poteſt quis habere duo domicilia, alterum originis, aliud habitationis L. aſſumpto §. Juriſprudentibus, L. ſi quis, L. Labeo, ff. ad municip. Bart. in d. §. Juriſprudentibus: & tenent Phæb. 1. p. deciſ. 39 n. 10. & 11. Larrea deciſ. 34. n. 5. D. Chriſtoph. Creſp. obſervat. 6. n. 105. Surd. conſ. 313. n.

313. nu. 72. Unde fit, quod Senatores licet in urbe domicilium habeant, tamen etiam in loco unde oriundi ſunt, domicilium habere intelliguntur. L. Senatores penult. ff. de Senatorib. L. fin. Cod. de munic. & origin. lib. 10. Ubi habetur, quod etiam ſiquis à loco originis transferat domicilium in alium locum, ubi vult facere incolatum, non perdit locum originis, & in utroque munera ſubit Ancarran. conſ. 87. n. 7. Alex. conſ. 100. muner. 1. lib. 3. Barboſ. in d. art. de for. origin. nu. 87.

27 Sed reſpondetur prædicta procedere eo caſu, quo quis tranſtulit domicilium à loco originis in alium locum ejuſdem Regni; non vero quando patriam deſeruit & in aliud Regnum propria voluntate ſe tranſtulit, & ibi domicilium conſtituit ut voluit Bald. in d. Auth. ſed omnino C. ne uxor pro marito: iſte enim, qui diſceſſit à Regno, cum in patria onera non ſuſtineat, privilegiis Regni potiri non poteſt; & videtur renuntiare favoribus, & privilegiis Regni argum. text. in L. privilegio, C. de Decurion. lib. 10. Namque juri, & immunitati, quæ ſequitur ex origine poteſt quis renuntiare in ſui præjudicium, quamvis renuntiare non poſſit in præjudicium Civitatis, & Regni ſuæ originis d. L. aſſumptio, ff. ad municip. L. penult. & ult. C. de municip. lib. 10. Ita pulchrè Gregor. Lopex in d. L. 5. tit. 20. partit. 4. verb. ſon quatro circa fin. Barboſ. in d. art. de for. orig. n. 34. & 504. Carleval. d. diſp. 2. n. 103. & 137. Boſſius de crim. læſa Majeſt. n. 94. Surd. conſ. 313. n. 64. & conſ. 346. n. 13. Et quod immunitatis jura amittat originarius, qui à loco originis diſceſſit & in aliud Regnum ſe tranſtulit conſtituendo ibi domicilium tradit Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 36. num. 9. Surd. d. conſ. 313. nu. 64.

28 Ex quibus confirmatur Ordinationis Regiæ diſpoſitio d. tit. 55. §. 2. quatenus filios procreatos ab originario hujus Regni, qui ſponte illud deſeruit, & in Caſtellam, vel Franciam ſe contulit, ibique domicilium conſtituit, exteros declaravit, ut Regni privilegiis potiri non poſſint. Quæ legis Regiæ diſpoſitio declaranda eſt, ut non comprehendat filios natos ante patris diſceſſum, vel procreatos in Regno extero antequam pater ibi domicilium contraxit: ut optime tradunt Bart. in d. art. de for. orig. n. 99. & 100. Carlev. d. diſp. 2. n. 104. Non enim potuit pater præjudicare filijs in jure originis ab eis quæſito argum. text. in L. emancipatus 7. §. fin. ff. de Senatorib. L. ſervorum 5. §. ingenui ff. de ſtat. homin. neque facto alterius quis poteſt prægravari L. paterfamilias 44. ff. de hared. inſtit. L. ſiquis in ſuo §. legis C. de inoffic. teſtam. Cyriac. contr. 291. n. 27. Carlev. de judic. tit. 1. diſp. 5. n. 6. in fin. & n. 26. Surd. conſ. 173. n. 84. L. non debet 74. ff. de regul. jur.

29 Igitur ut bene advertit Carleval. d. diſp. 2. n. 194. cum natus à Luſitano extra Regnum eo tantum caſu alienigena cenſeatur, quo pater ſua voluntate ad aliud Regnum tranſlatus ibi domicilium conſtituit, & poſtea filios habuit; allegantí eſſe exterum, incumbit prædictas qualitates probare, tanquam fundamentum ſuæ intentionis L. ab ea parte L. verius ff. de probat. aliàs filii Luſitani etiam Luſitani præſumuntur, & ſuccumbet actor, etiamſi reus nihil probet; non enim curamus de jure petitoris L. fin. ubi Bald. C. de rei vendicat. Surd. conſ. 12. n. 1. Cyriac. controv. 426. n. 64. & 63. Noguer. allegat. 12. nu. 134. Poſtius de manuten. obſervat. 1. n. 14. 15. & 17. Caſſanat. conſ. 4. n. 9. Salgad. in labyrint. p. 1. c. 11. n. 104. Arias de Meſa lib. 1. var. cap. 16. n. 12.

30 An autem, pater qui Regnum, & patriam deſeruit, & in Caſtellam, ſeu Franciam ſe tranſtulit, ibique domicilium conſtituit, originem amiſerit; Diſputat plene Carleu d. diſp. 2. à n. 120. cum ſeqq. ubi pro regula conſtituit non amittere originem: & eam limitat à n. 131. cum ſeqq. Barboſ. in d. art. de for. origin. n. 107. Et an origo ſemel amiſſa in caſibus limitationum poſſit recuperari per Luſitanum revertentem ad Regnum? Reſolvit n. 142. recuperari non poſſe; niſi per reſtitutionem, vel privilegium; & ita procedere in Regno Caſtellæ. At verò in Portugallia, & Aragonia aliud dicendum ex legibus eorum Regnorum: ita ut patre reverſo recuperet filius natus extra Regnum naturalitatem, quod ipſum tradit Barboſ. in d. art. de for. orig. n. 85. & 86. qui citat Ordinat. d. tit. 55. Sed ſalva pace tanti viri prædicta Ordinatio tale non diſponit; & tantum in §. 1. natum extra Ragnum per tranſitum, vel ex patre, qui erat in ſervitio Regis originarium declarat; non verò natum ex patre, qui ſponte à Regno diſceſſit; & poſt domicilium conſtitutum in alio Regno procreatus fuit. Unde etiamſi in Regnum redierit, non ex eo filius originem paternam recuperabit, niſi obtenta reſtitutione, vel privilegio.

31 His præhabitis accedendo ad noſtram quæſtionem prænotare oportet, quod originis conſtitutio, licet ſit juxta naturam, non tamen eſt à natura, ſed à jure Civili; Gabriel Pereyr. de Man. Reg. p. 2. c. 56. n. 7. verſ. unde fit, Carleu d. diſp. 2. n. 131. Atque ita bene poteſt à Principe exteris naturalitatis jus concedi, ut originarii naturalitatis jure privari valent. Prima pars probatur ex text. in L. privilegio 6. C. de incol. lib. 10. L. 1. ff. ad municip. ibi: Niſi fortè privilegio aliquo: d. L. cives, C. de colon, ibi: Allectio: L. 15. & ſeqq. tit. 3. lib. 1. Recopilat. Notat Gregor. Lopez in L. 2. tit. 24. partit. 4. verb. maguer. Garcia de Benefic. p. 7. cap. 9. nu. 1. Azeved. in L. 1. tit. 1. lib. 6. Recopilat. n. 55. & 56. Mier. de Majorat. p. 1. q. 51. n. 76. & ſeqq. Amaya in L. cives, C. de incol. lib. 10. n. 63. Salzed. de leg. Polit. lib. 2. c. 18. n. 15. & 25. Barboſ. d. art. de for. orig. nu. 69. Ubi dicit, quod Princeps ſæpius litteras naturalitatis concedere ſolet exteris, ut poſſint obtinere Beneficia, & officia quæ ſolis naturalibus concedi debent.

32 Hoc naturalitatis jus primo à Deo conceſſum fuit Raab Jerochintæ, quæ privilegio Dei fuit allecta, ſeu adjecta Populo Iſraël, in quo nupſit Salmon: ut conſtat Matth. 1. Ubi Lyra ibi: Tunc diſpenſabatur, ut poſſet conjungi in matrimonium cum filiis Iſrael, & ibi: Fuit diſpenſatum quoad vitam, & cohabitationem, cum tamen prohibitum eſſet filiis Iſrael alterius gentis connubium; & inſuper ne bona hæreditaria tranſirent de una Tribu ad aliam: Numer. c. fin.

33 Sic Romani Civitatis jura quampluribus provinciis contulerunt: teſtibus Valer. Max. lib. 9. c. 5. Alexand. ab Alexandr. lib. 4. Dier. Genial. c. 10. col. 7. p. 203. Rozin. antiquit. Romanar. lib. 8. c. 2. Et quod Julius Cæſar. Narbonenſibus jus Civitatis conceſſit Oratione ad id habita in Senatu tradit Tacit lib. 11. Annal. n. 7.

34 Qua propter dicendum eſt Regi, in quem Populus omne jus, & poteſtatem tranſtulit, naturaliſandi jus competere, & exteros in cives alliciendi, & adjiciendi. Quod quidem ad ſupremæ poteſtatis faſtigiũ tantum ſpectat, ut ſit de Regalibus inſeparabilibus à Regia Corona d. L. 1. ff. ad municip. L. unica, C. ad L. Vicelliam ibi: Niſi jure aureorum annulorum impetrato à Principe ſuſtentenur: L. 1. C. de natal. reſtit. L. ſed ſi §. ſed & ſi. ff. de in jus vocand. Proſequitur Salxed. de leg. Polit. lib. 2. c. 18. n. 15. & ſeqq. maximè n. 25. & 27. Quam ſupremam poteſtatem Princeps à ſe abdicare nequit, & alii concedere: ut cautum fuit in lege Claudia à Claudio Conſule, & à Tito Sempronio edita, quæ ſoli Senatui jus hoc reſervavit. Et ideo effectum non fuit ſortita lex de Civitate Italis danda edita à Marco Fulco Flacco Conſule cum P. Plauto anno ab Urbe condita 629. ut tradit Valer. Max. lib. 9. cap. 5. Rozin. antiquit. Roman.

*man. lib.*8. *cap.* 2. Refert, & ſequitur Salzed. *de leg. Polit. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 17.

35 Et notaudum eſt, quod hic ſic allectus, & uaturaliſatus Principis reſcripto perinde habendus eſt ac verè origiuarius Bart. *in L. ſi maritus* §. *legis Iuliæ poſt princ.* Salzed. *ad pract. Beruard. Dias cap.* 54. *à u.* 14. Catellian. Corta *in memorab. verb. Civem eſſe, & verb. ſtatuto cavetur iu multis.* Et ita diſputando quæſtionem ad partes reſolvit Barboſ. *d. art. de for. orig. n.* 62. Et appellatioue Civium originalium comprehenditur ita, quod pœna per ſtatutum irrogata offendenti civem habeat locum in offendente civem ex privilegio: ut poſt Joanu. de Turrecrem. Alex. Cardin. & Romau. tradit Boer. *deciſ.* 260. *u.* 23. Azeved. *in L.* 1. *tit.* 1. *lib.* 6. *Recopilat. uu.* 56. *&* 57. Amaya *iu d. L. cives u.* 65. *C. de iucol lib.* 10. Bald. *conſ.* 409. *vol.* 5. Cæphal. *couſ.* 451. *n.* 16. *& ſeqq.* Surd. *couſ.* 437. *n.* 1. Ideoque gaudet omni privilegio originarius conceſſo ad hoc, ut poſſit promoveri ad houores, munera, officia, & Beneficia; quæ ſolis originariis concedi poſſunt *L. liberos. C. de collat. L. cum ex oratione* §. *fin. ff. de excuſat, tutor.* Decius. *conſ.* 28. *n.* 1. Boer. *deciſ.* 260. *n.* 23. *&* 31. Rebuff. *ac leg. Gallia tom.* 2. *tit. de litter. naturalit. gloſſ.* 2. *u.* 2. *&* 14. Boer. *deciſ.* 13. *u.* 18. Barboſ. *in d. art de for. orig. n.* 62. Mierez *de Major.* 1. *p. q.* 51. *n.* 76. *& ſeqq.* Salzed. *in d. cap.* 18. *n.* 28.

36 Deinde notandum eſt, quod exterus uullo tempore conſequitur naturalitatis jus, nec gaudere poteſt privilegis civium naturalium, quamvis in Regno conſtituat domicilium ut probat *Ordinat. d. lib.* 2. *tit.* 55. §. 1. cujus verba ſunt: *Mas o pay eſtrangeiro nunca podera ſer avido por natural poſto que us Reyuo viva, & tenba ſeu domicilio por qualquer tempo que ſeja: como fica dito.* Et in hac parte lex Regia ſecuta fuit diſpoſitionem juris communis ſecundum quam originarii vere dicuntur, qui in civitate naſcuntur, vel aliis modis in jus Civitatis adciſcuntur *L. cives, C. de incol. lib.* 10. *L.* 1. *C. de muuicip. C. eod. lib.* 10. *ubi gloſſ.* Paul. de Caſtro *conſ.* 209. *col.* 2. *in fin. verſ. & ſi dicatur*, Alex *conſ.* 160. *viſo proceſſu lib.* 5. Thuſc. *litt. C. concluſ.* 274. *n.* 18 *&* 21. Barboſ. *iu d. art. de for. orig. n.* 44. Amaya *in rubr. C. de incol. lib.* 10. *n.* 8. *&* 9. Plane inter incolam, & civem
37 ea datur differentia, inter incolam exterum, & iucolam Regni naturalem, quod incola ille dicitur, qui cum ſit advena, in civitate habet domicilium, & ibi animo permanendi illud conſtituit, vel ſi non conſtat de animo, in civitate habitavit per decennium *L.* 2. *C. de incol. lib.* 10. Gregor. Lo. ez *iu L.* 2. *tit.* 24. *partit.* 4. *verb. diez años*, Barboſ. *iu d. art. de for. orig. n.* 45. Et probant jura *iu L. incola* 29. *L. iucola* 34. *cum L. ſeqq. ff. ad municip. L. pupilus* 239. §. *incola eſt, ff. de verb. ſignif. L. reſcripto* 6. *in fin. ff. de muner. & bonor. L. beret* 19. §. 1. *ff. de judic.* Amaya *in d. Rubr. C. de incol. n.* 7. De jure autem Regni per quadrieunium domicilium conſtituitur *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 56. §. 1.

38 Rurſus inter exterum, & naturalem incolam differentia conſtituitur: hic euim naturalis ſi de una civitate Regni in aliam ſe contulit, per quadriennium efficitur domiciliarius, & Civis illius Civitatis; ut in ea poſſit ad honores, & muuera promoveri: at vero exterus, qui domicilium in civitate contraxit, vere quidem domiciliarius erit illius civitatis; ſed nunquam pro uaturali erit habendus, ut gaudeat privilegiis naturalibus Regni conceſſis ex *Ordiuat. d. lib.* 2. *tit.* 55. §. 1. Ac proinde quando de civibus mentio facta fuerit; talis exterus domiciliarius non comprebendetur, quia vere civis uon eſt *gloſſ. in L.* 1. *C. de tutor. & curat. dat. ab bis.* Aretin. *conſ.* 77. *à n.* 1. Sylvan. *conſ.* 1. *à n.* 98. Barboſ. *ſupra n.* 46. Qui tamen *n.* 47. *&* 48. tradit de jure Caſtellæ, & Portugaliæ ſublatam eſſe prædictam differentiam inter Cives, & incolas quia incolæ appellatione Civium contineutur ex *Ordinat. d. lib.* 2. *tit.* 56. Quod ita abſolutè dictum verum non eſt; quoniam *Ordiuat. d. lib* 2. *tit.* 55. de Civibus originariis agit, & *tit.* 56. de incolis, & iu §. 1. exterum, qui uxorem duxit in Civitate, incolam declarat ad hoc, ut privilegiis, & oneribus Civitatis potiatur & ſubjiciatur; non vero inde ſequitur, quod habeatur pro cive originario. Immo *Ordiuat. d. tit.* 55. §. 1. exterum, qui uaturalem Regni mulierem duxit, nunquam pro cive naturali habendum diſponit. Atque ita adhuc manet prædicta differentia, quoad exterum, qui quoquo modo domicilium conſtituit: Et ſic dictum Petri Barboſæ locum habere poterit quoad naturales Regni, qui in civitate per quadriennium conſtituerunt domicilium; bi enim appellatione Civium continebuntur: uon ſic erit dicendum in extero, qui licet domiciliarius ſit, & incola civitatis quoad privilegia, & onera incolarum; non tamen pro cive habendus erit, ut poſſit obtinere officia, & Beneficia ſolis originariis competentia. De quo omnino videndus eſt Salzed. *d. lib.* 2. *cap.* 18. *u.* 33. *& ſeqq.* Ubi bene probat, quod exterus per reſcriptum Principis naturalis effectus ad officia, & Beneficia non eſt admittendus, niſi in reſcripto id expreſſe fuerit conceſſum.

Confirmatur: quoniam ita ut Beneficia exteris 39
conferri non poſſunt: ut dicemus infra *c.* 31. *de Tuitiva n.* 61 *& c.* 28. *u.* 182. & ultra ibi relatos tradunt Auguſt. Barboſ. *in remiſſionib. ad Concil. Trideut. ſeſſ* 24 *de reformat. cap.* 18. *n.* 27. Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 19. *n.* 5. Ita exteri ad officia ſæcularia admittendi uon ſuut per text. *in L. Divus ff. de tutor. & curat. dat. ab bis.* Ubi in tutela præferuntur originarii exteris *L. fiu. C. de offic. Prætor.* Ubi in Prætura naturales exteris præferri debent *L. unica C. ſi Curialis relict. civit. lib.* 10. L. *fin.* ibi: *Civibus noſtris debere couferri, Cod. de annon. civil. lib.* 11. *L.* 1. *C. non lic babit. in Metrop. lib.* 11. *L. iu Eccleſiis, C. de Epiſc. & Cler.* facit text. *in c. obitum* 61. *diſtinct.* & ſcribunt Caſſan. *in Catal. glor. muud. p.* 1. *conſiderat.* 22. Vincent. de Franch. *deciſ.* 179. Valenz. *conſ.* 34. *u.* 71. *& ſeqq. & conſ.* 105. *n.* 88. Thoro *in compeud deciſ. verb. regeus pag.* 45. Cened. *ad Decretal. collect.* 56. *u.* 7. Salzed. *de leg. Polit. lib.* 2. *cap.* 15. *u.* 28. 31. *&* 66. Solorz. *d. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 7. *& lib.* 4. *c.* 4. *u.* 50. Ramirez de Præd. *de conſil. & conſiliar. lib.* 3. *c* 6. *per tot.* D. Roder. à Cunha Archiepiſc. Bracharenſ. *in c. nec emeris* 61. *diſtiuct. n.* 2. Gabr. Pereyr. *de Man. Reg.* 2. *p. c.* 64. *n.* 30. Quod ita apud omnes geutes uſu eſſe receptum tradunt Ramir. *ubi ſupra*, & Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 2. *c.* 7. *uum.* 68. Et ita conſtitutum eſt in Regno Caſtellæ *in L.* 10. *tit.* 2. *L.* 4. *tit.* 6. *lib.* 4. *Recopil.*

Sic apud Romanos honores ſolis naturalibus de- 40
cernebantur, non exteris, contra quos lata fuit lex Papia, quæ de Civitate nuncupatur: in qua cautum fuit, quod peregrini, qui furtim officia, & Magiſtratus fuiſſent adepti, re comperta gradum cum toto Civitatis honore amitterent: ut per Valenz. *conſ.* 34. *n.* 65 & poſt Cicer. Roſin. Anton. Auguſtin. & alios Salzed. *d. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 42. Et quidem maxima cum ratione id ſtatutum fuiſſe cernitur; quia potiores nobis ſunt Cives, quam peregnini Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 12. *n.* 5. Valenz. *d. conſ.* 34. *n.* 64. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 2. *c.* 7. *u.* 44. Naturales, & indigenæ melius mores ſciunt, & conſuetudines Regni, ſecundũ quas judicare tenentur *L.* 2. *C. quemadmod. teſtã. aperiantur, L. ſi fundus* ubi Barb. *ff. de evict.* DD. *in L.* 1. *Cod. de ſumma Trinitate,* Maſtrill. *d. c.* 7. *n.* 40 *&* 67. Quapropter Imperatores *in L.* 2. *C. d. offic. Prætor.* ſtatuerunt originarios in Magiſtratus eſſe

eli-

eligendos, in verbis ibi: *Tres Prætores, qui proprium larem habent in Urbe non ex Provinciis eligantur.* Item defenſores Civitatis de illa eſſe eligendos probatur *in Auth. interim, & in L. 2. & 3. C. de defenſ. Civit. L. reſcripto L. ſiquis Magiſtratibus, ff. de muner. & honor.* Maſtrill. *d. cap.7. n.28. & 29.* Alienigenæ namque pro bono Regni proſpicere non ſolent, & nil præter proprium negotium agere intendunt, divitiaſque ex Regno exhauriunt: ut docet Cicer. *lib. 1. offic.* Maſtrill. *d. c.7. n.62.* & ex Saluſtio *obſervat.* D. Ferdinand. Pizaro *virorum Illuſtr. vita 1. c.5. obſervat.* 8. ibi: *Que como dize Saluſtio, non ſirven de otra coſa en las Republicas, mas que de llevarſe los aprovechamientos, ſin que jamas traten del bien, y augmento dellas.* Et quod pejus eſt, exterì ſunt ſeditionum origo: ut dixit Ariſt. Polit. *lib. 5. cap. 3.* ibi: *Seditiones concitat peregrinitas: & cap. 5.* ibi: *Qui inquilinos, & advenas ante hac in Civitatem receperunt, hi magna ex parte ſeditionibus jactati ſunt* Maſtrill. *d. cap.7. n.62.* Unde dicitur *Eccleſ. c. 11. Admitte alienigenam ad te, & ipſe te evertet in turbidine, & alienabit te à viris tuis propriis.*

41 Hæc in cauſa fuere, ut peregrinis Spartam adire non licuerit, immo apud eam ſtatutum, quod ſi Civis à Sparta diſcederet, & apud exteros moreretur, capitis pœnam lueret; non licebat enim Civibus Spartæ perigrinari; ne verſutias, & dolos à peregrinis haurirent: ut notat Alex. ab Alex. *Dier. Gen. lib. 4. c.10. col.6.* Qui *eod. cap.10.* Lacedemonios, Athenienſes, & alios à peregrinorum commercio abſtinuiſſe tradit.

42 Ob eaſdem rationes Valer. Max. *lib. 1. de auſpicio*, ita ait: *Auſpiciis enim patriis, non alienigenis Rempublicam adminiſtrare oportere antiqui judicabant; idque ob rerum patriarum experientiam:* Et Annæus Robert. *lib.4. rer. judicat. c.11.* ibi: *Nullæ unquam Politia, aut Reſpublica fuerunt, quæ Civitatis ſua jura exteris, & peregrinis paſſim, aut facile conceſſerint.* Salzed. *de L. Polit. lib. 2. cap.15. n.41.* Ex quibus ſatis probatum manet exteros in Regno ab officiis, maxime Magiſtratu arceri debere. Sed prohdolor! Quamvis aliæ nationes nos tanquam exteros nedum ad Magiſtratus, ſed neque ad mechanica miniſteria admittant: in hoc Regno Magiſtratus, & etiam Senatorum Dignitate videmus inſignitos non tantum procreatos extra Regnum à parentibus exteris, & alios etiam natos ab exteris in Regno exteris cognomentis nuncupatos. Quos Invictiſſimus Princeps admittere non debet, neque ferre, quod exteris utantur cognominibus indigenis, & naturalibus incognitis: præcipue ſi advertimus, quod Claudius Cæſar peregrinos Gentilia Romanorum nomina ferre vetuit edicto teſte Alex. ab Alex. *d. l.4. Dier. Genial. c. 10. col. 9. in fin.*

43 Nunc opportune quæritur, An exterus in hoc Regno habere, & poſſidere poſſit terras, juriſdictiones Regiæ Coronæ, vel in eis ſuccedere? Et hanc quæſtionem late proſequar infra *hac ſecunda parte c. 28. de jure faciendi pacem, & illius fœderibus n. 178. uſque ad n. 179.* ubi Videre potes.

Caput XVI.

De jure, & poteſtate legitimandi illegitime natos.

SUMMARIUM.

1 *Legitimandi jus ad ſupremam Principis poteſtatem pertinet: & ab inferioribus legitimationes concedi non poſſe in hoc Regno defenditur n. 25. & 26.*

3 *Legitimandi poteſtas non eſt de reſervatis Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis ſecundum* Petr. Barboſ. n. 4.

4 *Domini terrarum, Duces, & Marchiones poſſunt in terris ſuis legitimare quo ad bona ibi ſita.*

Legitimandi poteſtas poteſt à Principe alteri concedi, donari, & committi. Ib.

5 *In Regno poteſtas legitimandi donari nequit n. & n. ſeqq.*

6 *Juxta primæva jura omnes indifferenter naſcebantur ex commixtione maris, & fæminæ.*

7 *Jure Civili conſtituta fuit differentia inter legitimos, & illegitimos.*

Filius legitimus dicitur, qui ex nuptiis procreatus fuit. Ib.

Illegitimus dicitur ille, qui non ex juſtis nuptiis vere, vel putative natus eſt. Ib.

8 *Legitimationem introducere neceſſarium viſum fuit Imperatoribus, ut illegitime natus primis natalibus reſtitueretur reſecando juris Civilis impedimentum.*

9 *Legitimatio eſt quoddam privilegium conceſſum illegitimo, & actus juris Civilis, quod à ſolo Principe derogari poteſt, non ab inferiore.*

10 *Legitimatio eſt ſolius Principis donum, qui committere poteſt hanc legitimandi poteſtatem: non tamen donare.*

11 *Natalium reſtitutio tripliciter contingit, de quibus ibi.*

12 *Legitimatio, quæ fiebat per oblationem Curiæ, receſſit ab Aula.*

Inter legitimationem, & diſpenſationem datur differentia: quia vera, & propria legitimatio filium naturalem, ſeu ſpurium reddit uti legitimum: Et ſic legitimatus nihil differt à legitimo. Ib.

13 *Legitimato vere debetur legitima, & ſuccedit cum legitimis: poteſt agere ad ſupplementum legitimæ, & omnia facere, quæ legitimus.*

14 *Legitimationes, quæ hodie fiunt à Principe, non ſunt vere legitimationes, ſed diſpenſationes: maxime in noſtro Regno, ubi legitimatus cenſetur diſpenſatus quo ad aliquos ſuccedendi modos.*

15 *Legitimatus non poteſt facere, quæ legitimus: & juxta Regni conſuetudinem nihil capere poteſt ex bonis patris, præter ejus voluntatem.*

Non poteſt impugnare teſtamentum patris, neque legitimam petere. Ib.

16 *Legitimatus quo ad omnia, quamvis ſucceſſio ſit limitata, efficitur legitimus quo ad integritatem perſonæ. Et interpretatur* Cabed. dec. 69. n. 9.

17 *Legitimatus per reſcriptum, & à patre inſtitutus poteſt gravari per fideicommiſſum de reſtituenda hæreditate, vel quota ſibi relicta.*

18 *Inſtituto cum onere fideicommiſſi, vel alio tantum minus teſtator cenſetur relinquere voluiſſe, quantum eſt in gravamine.*

19 *Iſte legitimatus gravatus onere fideicommiſſi non poteſt quartam Trebellianicam deducere.*

Teſtator Trebellianicam prohibere poteſt. Ib.

20 *Pater non poteſt filiis primi gradus quartam Trebellianicam prohibere.*

21 *Clauſula legitimationis ſine præjudicio legitimorum hæredum reſpicit tantum deſcendentes, vel aſcendentes patris legitimantis: non vero tranſverſales.*

22 *Intellige, ut legitimatus non poſſit admitti ad ſucceſſionem ab inteſtato extantibus deſcendentibus, vel aſcendentibus legitimis. Secus ex teſtamento: quia poteſt capere relicta, ſi legitimorum legitima ſalva ſit: Et ſic tertiam parentis habere poteſt.*

23 *Iſte legitimatus non ſuccedit in fideicommiſſo majorum: quod reſervatur legitimis.*

Neque

Neque ſuccedit in majoratu antiquo in præjudicium tranſverſalium. Ibid.

Clauſula ſucceſſionis, quòd poſſit ſuccedere in majoratibus, intelligitur de majoratibus inſtitutis à legitimante, non de antiquis. Ib.

24 Ad validitatem legitimationis requiritur impetrantis voluntas, & legitimantis poteſtas.

In quocunque actu ultra voluntatem requiritur poteſtas. Ib.

25 Actus non ſuſtinetur ex poteſtate, qua quis uſus non fuit.

26 Princeps tantum legitimare poteſt ſubditos, & vaſſallos.

Legitimatio facta à Principe non extenditur ad bona exiſtentia extra illius territorium: neque aliquid operatur, niſi Princeps, in cujus territorio bona ſunt ſita, conſentiat expreſſe, vel tacite. Ibid.

27 Summus Pontifex non poteſt legitimare ſpurio, ad temporalia in terris alterius Principis, qui ſuperiorem non recognoſcit.

28 Legitimatio Principis ſæcularis non operatur quo ad ſpiritualia.

29 Quamvis Papa non poſſit legitimare laicum directè quod ad temporalia extra terras Eccleſiæ: bene poteſt indirecte, caſualiter, & per conſequentiam.

30 Diſpenſatus à Papa per diſpenſationem in radice matrimonii dicitur legitimatus in conſequentiam, etiam quo ad temporalia.

31 Adducitur contraria opinio DD. ſed à priori non eſſe recedendum exiſtimat. Author. num. 32.

33 Limitatur communis ſententia, ut procedat eo caſu, quo præceſſit matrimonium, nullum tamen propter impedimentum juris Canonici.

Si vero nullum detur matrimonium, nulla dari poteſt diſpenſatio in radice quoad temporalia.

34 Declara non eſſe neceſſarium ad diſpenſationem in radice conſtare Pontifici de radice Matrimonii quia ſufficit maritalis affectus, & dubium præſumptum, ut juſta dicatur diſpenſandi cauſa. Qui maritalis affectus deprehenditur ex diſpenſatione obtenta, & nuptiis ſecutis.

35 Secundo limitatur, ut non procedat communis ſententia, quando impedimentū erat juris naturalis.

36 Intellige, ut ſic legitimatus in radice admittatur ad ſucceſſiones hæreditarias, majoratum, & fideicommiſſum relictum deſcendentibus legitimis, & de legitimo matrimonio natis.

37 Per diſpenſationem in radice verum, & legitimum matrimonium conſurgit.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium admittitur ad majoratum, in quo vocantur legitimi, & de legitimo matrimonio nati. Ib.

38 Legitimatio in radice adæquatur legitimationi per ſubſequens matrimonium.

39 Diſpenſatio in radice obtenta ab uno ex conjugibus altero mortuo integros producit effectus.

Si conjugibus mortuis filius diſpenſationem in radice obtinuerit, non præjudicabit conſanguineo, cui hæreditas jam eſt quæſita: niſi Papa expreſſerit. Ib.

40 Princeps bene poteſt legitimationem concedere in præjudicium venientium ab inteſtato, ſi pater in vita præordinavit legitimationem: vel petendo, vel inſtituendo filium ſub conditione, ſi legitimationem impetraverit.

41 Si vero non præceſſit patris petitio, vel præordinatio legitimationis, neque inſtitutio ſub conditione illius: non poteſt Princeps legitimationem concedere in præjudicium eorum, quibus jus erat quæſitum.

42 Intellige reſolutionem, de qua n. 40. procedere etiamſi venientes ab inteſtato ad legitimationem citati non ſint: ut num. 44.

Citatio agnatorum requiritur ad legitimationem impetrandam, ſi eis ſaltem in ſpe jus erat quæſitum.

43 In legitimatione ad patris inſtantiam ſtat pro ratione patris voluntas.

44 Citatio agnatorum, vel ſubſtitutorum, quibus jus ſaltem in ſpe erat quæſitum requiritur ad concedendam legitimationem, & cauſa legitima intervenire debet. Aliàs erit nulla.

Princeps non præſumitur velle jus tertio quæſitum tollere, neq; de poteſtate ordinaria id facere poteſt: niſi juſta, & publica cauſa interveniat: ut n. 45.

46 Princeps uti non ſolet plenitudine poteſtatis, niſi hoc exprimat.

Hæc clauſula apponi non poteſt, niſi cum cauſæ cognitione, neque illa præſumitur. Ib.

47 Clauſula de plenitudine poteſtatis ex certa ſcientia, vel motu proprio appoſita in legitimatione expedita per Senatores Palatinos non operatur in præjudicium ſucceſſorum majoratus, qui non fuerunt citati, neque auditi.

48 Poteſtas abſoluta, quæ jure Divino, aut humano non regulatur, damnatur in Principe.

Hæc plenitudo poteſtatis Senatoribus Palatinis demandata non cenſetur. Ib.

49 Diſputare, vel dubitare de poteſtate Principis ad inſtar ſacrilegii eſt.

Stante clauſula de plenitudine poteſtatis non eſt neceſſaria proximiorum citatio: ſi publica: & juſta cauſa interveniat. Ib.

50 Quæ dicatur publica, & juſta cauſa, ut Princeps poſſit legitimare ſpurium ad ſuccedendum in majoratu? Vide hic.

51 Reipublicæ intereſt benemeritos remunerare.

52 Ut valeat legitimatio, conſtare debet, quo legitimatus eſt filius ejus, qui legitimationem poſtulavit.

Ex quibus cauſis legitimatio nulla, & ſubreptitia reddatur? Remiſſive. Ib.

53 Princeps non poteſt legitimare filios ſuos illegitimos, ſed Summus Pontifex.

54 Legitimationis ad validitatem requiritur conſenſus filii, & patris legitimationem petentis.

55 Limita in infante: abſente, vel furioſo, qui poſſunt legitimari abſque eorum conſenſu: dum tamen poſtea ſequatur ratificatio.

Sufficit tacita ratificatio, & non conſtare de diſſenſu filii. Ib.

56 Ut legitimatio valida ſit, requiritur, ut exprimatur ſpurietatis qualitas.

HOc jus ſpurios, & illegitimè natos legitimandi ad ſupremam Principis poteſtatem ſpectare, & eſſe de Regalibus majoribus tradit ex Afflict. Montan. Zaz. & Caſtald. Regner. Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 2. n. 20.* Pariſ. *conſ. 2. n. 7.* ibi: *Certum eſt, quod legitimare ſpurios, vel alios illegitime natos eſt de reſervatis in ſignum ſupremæ poteſtatis Papæ, ſeu Imperatoris: neque ab aliis poteſt fieri, niſi ab eis, quibus Papa, vel Imperator commiſit: ut in §. illud in Anth. quib. mod. natur. effic. ſui*, Ripol. *de Regal. c. 22. n. 11. & 12.* Cabed. *2. p. deciſ. 69. n. 1.* Pereyr. *de Man. Reg. p. 2. cap. 37. n. 28.* Qui allegant *Ordinat. lib. 1. tit. 3. §. 1.* Petr. Barboſ. *ad L. ſicut 3. n. 136. ff. de judic.* Arniſ. *de jur. Majeſt. c. 3. de poteſt. fer. leg. n. 17. col. fin.* ibi: *Utrumque tamen Majeſtatis proprium eſt:* allegat optimum text. *in L. qui in provincia 57. in fin. ff. de ritu nupt.* Ubi D. Marcus, & Lucius Imperatores Flaviæ, Tertullæ liberos in eo ſtatu confirmant, ac ſi legitime concepti fuiſſent: ſequuntur Capyc. Latro *deciſ. 166. n. 1.* Cald. *conſ. 4. n. 33.* Maſcard. *concluſ. 324. n. 2.* Surd. *conſ. 1. n. 25.* Barboſ. *in cap. per venerabilem n. 8. qui filii ſint legitimi.* 1

2 Fajard. *de legitimat. per ſubſeq. matrim. n.* 88. Balthaſ. Thomas *de legit. tit.* 1.*n*.2.*& tit.* 5. *n.* 1. Unde videtur dicendum non poſſe Principem hanc legitimandi poteſtatem alteri ſubdito per donationem concedere per ea, quæ ſæpius dicta ſunt de concernentibus ſupremam Regis poteſtatem.

3 Verum Petrus Barboſ. *in L.*1. *art*.4.*n*.37. ſibi contrarius edocet, quod legitimatio non eſt de reſervatis Principi in ſignum ſupremæ Poteſtatis, & ſubjectionis vaſſallorum, ſed de reſervatis Principi in ſignum Dignitatis Regalis. Et inde infert *n* 39. *&* 40. quod poteſt præſcribi legitimandi poteſtas ex eo, quia conceſſibilis eſt, ſi enim conceſſibilis non eſſet, utique nec præſcriptibilis foret Caſtill. *de text.c.* 21. *n*.2. Sixtin. *de Regal.c.*5.*n*.1.*&* 130. Confirmatur ex doctrina Paul. de Caſtro *conſ.* 196. *incipit ſuper primo.* Ubi quod Dimini terrarum habent poteſtatem legitimandi in terris ſibi ſubjectis Caſſaneus *in conſuetud. Victuriæ in tit. de inceſt. de baſtard.* §.3. *verſ. ab inteſtato n*.27. *&* §. 5. *verb. anteguard desboens mor n.* 40. *&* 49. Et quod Duces, Marchiones, Comites, & Barones legitimare poſſint quoad bona exiſtentia in ſua juriſdictione tradunt Caſtr. *conſ.* 34. *n.* 2. *lib.* 2. Thuſc. *litt. E. concluſ.* 218. *nu.* 21. Decius *conſ.* 403. *n.* 6. *& ſeqq.* Natta *conſ.* 402. *n.*2. *&* 6. Maſtrill. *de Magiſtr. l.* 3. *c.*10. *n*.52. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 23. *n*.21. *&* 22. Quod etiam licere Comiti Palatino tenent Thuſc. *litt. L.concluſ.* 218.*n.*
4 19.*&* 27. Menoch. *conſ.* 842.*n*.24. Maſtrill. *d. c.* 10. *n.* 53. Pereyr. *de Man. Reg. p.* 2. *cap.* 37. *n.* 28. Cald. *conſ.* 4. *n.* 34. Ac proinde certum manet, quo legitimandi poteſtas poteſt à Principe alteri concedi, donari, & committi Decius *conſ.* 288. *n.* 6. Camill. Borrell. *de praſt. Reg. Cath. c.* 35. *n.*10. Alex. *conſ.*60 *viſa legitimatione n.* 20. *lib.* 2. Capyc. Latro *deciſ.* 166. *n.*1. Peregr.*c.*23.*n*.90. Roblés *lib.* 2. *c.* 9. *n.* 3. Sixtin. *lib.* 1. *c.* 2. *n*.10. Surd. *conſ.* 1. *n.* 25. *& conſ.* 210. *n*.42. Thuſc. *d. concluſ.* 218. *n*.16. Quapropter Regem donare poſſe, & concedere hanc legitimandi facultatem verius videtur.

5 Attamen in noſtro Regno contrarium dicendum eſt, nempe legitimandi poteſtatem à Regia Corona ſeparari non poſſe. Ex ea ratione, quia nunquam vidimus, neque audivimus in Regno illud jus titulo donationis, conceſſionis, aut contractus in aliquem fuiſſe tranſlatum: ut bene obſervat Pereyr. *d. cap.*37. *n.* 28. neque à Ducibus, Marchionibus, aut Comitibus talem poteſtatem fuiſſe obtentam. Unde cum ſemper apud Coronam fuiſſet illa poteſtas retenta, inſeparabilis eſt, & oſſibus Regis inhæret.

6 Confirmatur, quia juxta primæva jura omnes indifferenter naſcebantur ex commixtione maris, & fæminæ *Auth. quib. mod. natural. effic. ſui* §. *natura ſiquidem* ibi: *Natura ſiquidem ab initio dum de filiorum procreatione ſanciret ſcriptis non dum poſitis legibus, omnes ſimiliter quidem liberos ſimiliter autem produxit ingenuos. Primis namque parentibus primi filii ſimiliter quidem liberi, ſimiliter autem legitimi à natura fiebant: bella vero, & lites, atque libidines & concupiſcentia cauſam depoſuerunt ad aliud ſchema* Feder. de Sen. *conſ.*276.*n*.1. *&* 2. Balthaſ. Thomas *de legitim. tit.* 3. *verſ. omnes.* poſtea vero jure Civili conſtituta fuit differentia inter legitimos, & il-
7 legitimos; ita ut legitimus, & naturalis ſit tantum filius, qui ex legitimis nuptiis procreatus fuit *princip. Inſtit. de patr.poteſt.L. filium definimus, ff. de his, qui ſunt ſui Auth. quib. mod.natural. offic. ſui* §. *natura verſ. legitimi ſiquidem collat.* 7. notant Paleot. *de noth.& ſpur. c.*3.*n*.3. Roxas *in Epitom. ſucceſſ. c.* 1. *à n.* 8. Fuſar. *q.* 480 *n.* 16. Petr. Greg. *ſyntagm.l.* 10. *c*.3.*n*.6. Auguſt. Barboſ. *ad rubr. tit. qui fil. ſint legitimi n.* 13. Illegitimus autem dicitur omnis ille qui non ex juſtis nuptiis vere, vel putative natus eſt; probat. Imperaror *in d. Auth.quib.mod. natural.offic. ſui* §. *quod vero Paleot. d. cap.* 3. Barb. *ſupra n.* 14. Sed quia, ut ſupra dictum eſt, bella, lites & libidines, concupiſcentiæque cauſam dederunt ad aliud ſchema, ut dicitur *in d.* §. *natura*, neceſſarium viſum fuit Imperatoribus legitimationem introducere, 8
ut illegitime natus primis natalibus reſtitueretur, & legitimatus ea capere poſſet, quæ leges Civiles illegitimis interdicebant. Ad hoc enim legitimatio inducta fuit, ut filii naturales, ſeu ſpurii filiorum jura, & agnationem recuperarent in parentū ſolarium filios legitimos non habentium §. *ſi igitur licentia in Auth. quib. mod. natur. offic.ſui*, Surd. *conſ.*337.*n*.20. Covarr. *de ſponſal.*2.*p.cap.* 8.§.9. *n.* 7. *verſ. ex quo* Balthaſ. Thom. *de legitim. tit.*4.*n*.1.*L.cum quis in fin.C. de natural. liber.* Thuſc. *litt. L. concluſ.* 215.*n.* 14. Cald. Pereyr. *conſ.*4.*n*.27. Et ut in ſucceſſionibus legitimatio cauſam reduceret ad primæva jura reſecando juris Civilis impedimentum Fuſar. *q.* 408. *n.* 7. Quia legitimatio eſt remotio impedimenti juris Civilis, per quod nuptiæ: & patria poteſtas introductæ ſunt Thuſc. *Litt. L. concluſ.*215.*n*.1. Et eſt quædam reſtitutio priorum natalium, Pariſ. *conſ.*1.*n*.54.*lib*.2. Balthaſ. Thom. *de legitim. tit.*1.*n*.1. Gabr. Per. *d.c.* 37. *n.* 28. Thuſc. *proxime n.* 3. Et inſuper eſt quoddam privilegium conceſſum illegitimo: & ſic quædam Lex privata Bald. *conſ.* 100. *circa fin. verſ.item legitimatio l.*4. Thuſc. *d. concluſ.* 215 *n*.1. Cumque 9
legitimatio ſit actus juris Civilis Fuſar *q.* 408. *n.* 13. nil mirum, quod à ſolo Principe concedit poſſit, non autem ab inferiore, utpote qui Leges Civiles latas contras illegitimos derogare non valet; cum ſolum Principis poteſtati conveniat leges condere & abrogare argum. text. *in L. qui damnare L. qui juſſit. ff. de re judic.* Quare dicendum venit non poſſe Principem hoc poteſtatis jus donare Cabed. *p.*2. *deciſ.* 66. *n.* 1. *junct. n*.2. *Ord. lib*.2. *tit*.45.§. 40.*& lib.* 1. *tit*.3.§.1. maxime quia talis poteſtas nunquam in Regno fuit à Principe conceſſa, & quæ non conſueverunt donari, concedi non valent argumento eorum, quæ Cabed *d.dec.* 66. *n.* 4. ibi: *Vel conſuetudine.*

Non obſtant in contrarium adducta; jam enim ex 10
dictis corruit Pauli, & aliorum aſſertio, quatenus tradunt Duces, Marchiones, & alios de jure ordinario poſſe legitimare; quia verius eſt legitimationes eſſe proprium ſolius Principis donum Bald. *in L.*1.*n.* 2. *C. de jur. aureor. annulor.* Camill. Borrell. *de praſt. Cath. c.* 35. *n.* 5. Neque etiam in contrarium facit poteſtas Comitis Palatini. Quia reſpondetur Camitem legitimando poteſtate uti ex commiſſione Imperatoris. Et in his terminis loquuntur Doctores; qui de poteſtate Comitis agunt, optime Balthaſ. Thomas *legitimat. tit.* 5. *cap.* 4. *per tot.* Nos autem non negamus Principem poſſe delegare prædictam poteſtatem Camill. Borrell. *d.c.*35.*n*.10. Et ita apud Nos illa poteſtas demandata eſt Palatinis Senatoribus *Ordinat. lib.*1.*tit.* 3.§.1. qui ea poteſtate utuntur nomine Regis: & ſic litteræ legitimationis expediuntur, ut notum eſt.

Sed quoniam de legitimationibus verba facimus, 11
non erit incongruum aliqua circa eas prænotare Et primo conſtituendum eſt reſtitutionem natalium, cui cauſam dedit concupiſcentia, & libidinis vitium in triplici eſſe differentia. Vel enim legitimatio contingit per ſecutas parentum nuptias. De qua Deo dante dicemus *in* 4. *p. ad legem Mentalem* Secundo modo per reſcriptum Principis ex text. *in l.qui in provincia* 57.*ff.de ritu nuptiar.l.fin.*§.1.*ff.de natal.reſtituend. Auth.quib. mod. natural.effic.ſui conſ.*9. Tertio modo per oblationem Curiæ §.*fin. Inſtit. de nupt.de Auth. quib. mod. c.* 2. Cui affinis eſt legitimatio, quæ fit per ingreſſum Religionis tanquam per oblationem Curiæ cæleſtis Mart. *de ſucceſſ. legal. par.* 2. *q.* 18.

art.

art.9.n.33.& 34. Fajard. de legitim. per ſubſeq. ma-
trim.mẽbr.1.n.2. Balthaſ. Thom. de legitim. tit. 2.n.5.
12 Legitimatio vero, quæ fiebat per oblationem Cu-
riæ, receſſit ab Aula, ut per Thuſc. litt. l.concl. 228.
n. 1.& 5. Atque ita de legitimatione per reſcriptum
Principis tantum agendum eſt.

Secundo eſt notandum magnam dari differentiam
inter legitimationem, & diſpenſationem, legitimatio
enim vera, & propria, reddit filium naturalem, ſeu
ſpurium, uti legitimum: adeo ut nihil differat à legi-
timo Bart. in L. nuper in fin. C. de natural. liber. &
in L. is qui pro emptore q.3. verſ. item quæritur, ff. de
uſucapion. Alex. conſ. 51. viſo themate n.2.verſ. item
probatur lib.2.& conſ.2.n.1.lib.3. Fuſar.q.408.n.2.&
& 5. Carvalh. in c. Raynaldus de teſtam.1.p.n. 256.
Cabed.2.p.deciſ.69.n.2. Thuſc.litt.L.concluſ.216.n.1.
Malvaz conſ.18.n.33.& ſeqq.vol.1 Molin. de Primog.
lib.3.c.3.n.1. Marc.Anton.Eugen.conſ.57.n.16.& 21.
Cald.Pereyr.de nomin.q.21.n.25.& 26.plures de mo
re cumulat Caſtill. lib.4.controv.cap.22.à n 40. cum
ſeqq. Qui in hac reſidet opinione n.56. Quamvis con-
tractam, immo quod legitimati non poſſunt dici vere
legitimi, ſed ex privilegio, aut fictione, tueantur
Bald. in L. eam, quam n.45.& 46.C.de fideicommiſſ.
Decius conſ.284.n.15. Tiraq.q.34.n.58.& in L.ſi un-
quam verb. ſuſceperit. Liberos. n.79.Cod.de revocand.
donat. Molin. d.c.3. n.5. & ſeqq. Et alii relati à Caſ-
till. ſupra n.47.quos cõciliare conatur fœdere diſtinc-
tionis Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.11.tit.10.
n.46.10.13.14.15.& 31. Et hanc concordiam veram
fatetur Caſtill. ſupra n.48.quamvis poſtea n.56. abſo-
lute primam ſententiam amplectatur, ut ſcilicet legi-
timatus perinde habendus, ac ſi vere eſſet legitimus.

Diſpenſatio autem eſt, quando in legitimatione
quis quod ad quædam diſpenſatur non obſtante ille-
gitimitate DD. in c. per venerabilem qui filii ſin. le-
gitimi ubi Butrius n.16. Beroius conſ.172.n.42.& 43.
& conſ. 174. n. 11.lib.2. Octavian. Cacheran. deciſ.
Pedemont. 119.n.21. Socin Junior. conſ.93.n.40.lib.
3. Peregrin. de fideicommiſſ. art.23.n.32. & conſ. 7.
n.11.lib.2. Balthaſ.Thom. de legitim. tit. 2. verſ.diſ-
penſativa eſt. Differentias inter legitimationem, &
diſpenſationem vide apud Balthaſ. Thom. de legitim.
tit. 7. ubi plene.
13 Ex quibus deſcendit vere legitimatu debere legiti-
mam, ſuccedere cum legitimis, poſſeque agere ad
ſuplementum legitimæ, ſi integra ei non relinquatur,
habereque jus dicendi nullum teſtamentum patris,
in quo præterius eſt, omnia facere, quæ legitimus Ca-
bed. d.deciſ. 69. n. 2. Peregr.de fideicommiſſ.art.23.
n.27. Mant. d.tit.10. n. 29. Gom. in L. 11. Tauri n.
66. Valaſc. de partit. c.12.n. 39. & ſeqq. poſt plures
Caſtill. d.c.22.n. 57. & 58.
14 Hæc quamvis de jure communi ita ſe habeant, ta-
men hodie omnes legitimationes, quæ fiunt à Prin-
cipe, non ſunt veræ legitimationes ſed diſpenſationes:
ut notant Paul. Caſtrenſ. conſ. 4. ſuper primo n. 1. in
fin. verſ. non dico, Thuſc. litt. L. concluſ.220.n.14.
Et in noſtro Regno id eſt indubitatum Gama dec 11.
n.3.& deciſ.134.n.11.& deciſ.383.n.5. Valaſc. con-
ſult. 165.n.7.& de partit.c.12.n.42. Gom. in 9.Tau-
ri n.fin. Cabed. p.2. deciſ. 69.n.3. & 9. Cald. in L.ſi
curatorem verb. ſine curatore n. 52.& 53. Carvalh. in
c. Raynaldus 1.p. n. 531. Nam in legitimatione ea
ſolet apponi clauſula quod legitimatus ſuccedere va-
leat in eo, quod pater illi relinquere voluerit Cabed.
ſupra n. 3. vel ab inteſtato Valaſc. conſult.165. n.6.
Atque ita legitimatus diſpenſatus cenſetur quoad ali-
quos ſuccedendi modos Alex.conſ.25.circa primum n.
5.lib. 1.ubi apoſtila in verbo diſpenſatio. Paul de Caſtr.
conſ.200.viſa ſupra dicta col.2.poſt. med. verſ. præte-
rea notandum eſt. lib.2. Thuſc. d. concluſ. 220. n. 3,
15 Proindeque legitimatus non poteſt omnia facere,

ac ſi legitimus eſſet; quia virtute diſpenſationis, ſeu
legitimationis factæ juxta Regni conſuetudinem le-
gitimatus nihil capere poteſt ex bonis patris præter
ejus voluntatem, ſed habilitatur ad ſuccedẽdum ex te-
ſtamento, in eo, quod pater illi relinquere voluerit,
vel ab inteſtato: tradunt Gama ubi proxime, Valaſc. &
Cabed. quibus addo Phæb. 1. p.deciſ.97.n.28. Cald.
Pereyr. in L. ſi curatorem verb. ſine curatore n. 56.
C. de integr. reſtit. Oliva de for Eccleſ. 2.p.q. 33. n.
20. & 30. D. Chriſtoph. Creſp. de Valdaur. obſer-
vat. 37. n. 25. Et ita non poterit lagitimatus patris
teſtamentum impugnare Alex. conſ. 199. n. 6. verſ.
& per hæc lib. 5. & conſ. 30. lib. 4. in fin. Thuſc. d.
concluſ. 220.n. 4. Coſta in 3. & quid ſi tantum 2. p.
n.152. Carvalh. in c. Raynaldus 1. p. n. 532. Gama
deciſ.11. n.4. Ubi Flores de Mena n. 4. qui plures
laudat: neque legitimam petere, ſi ei à patre non
fuerit relicta Mandel conſ.7. n. 4. & ſeqq. Alex. conſ.
30.lib.4. Thuſc.d.concluſ. 220.n.6. Joan Garc.de No- 16
bil. gloſſ.21.n. 84. verſ. dum tamen intelligamus Me-
noch. lib.4.præſumpt 79.n.51. ibi: Hoc in caſu dici-
tur diſpenſatus. Ac propterea ſi pater, vel minus legiti-
ma, vel nihil reliquerit, conqueri non poteſt filius: Cæ-
phal conſ.117.lib.1. Tell. Fernand. in L. 22. Tauri n.
24. Marienç. in L.10.tit.8. lib.5. Recopil. gloſſ. 1. n.
2.& 6. Peregr. de fideicommiſſ. art 39. n. 9. & poſt
longam diſputationem Caſtill. d.lib.4. c. 22. n. 160.
Qui differentiam conſtituit intra naturalem qui præ-
dicto modo legitimatur, & inter ſpurium: traditque
naturalem vere legitimatum eſſe quoad alia præter
ſucceſſionem, ſpurium vero etiam legitimatum in
ampliſſima forma ſemper cenſeri diſpenſatum. Sed
hæc diſtinctio in hoc Regno procedere nequit; quia
legitimationes in alia forma fieri non conſueverunt
Valaſc. de partit.c.12.n.43. Ea declaratione adjecta,
quod legitimatus ſic quoad omnia, & natalibus re-
ſtitutus, & efficitur legitimus quoad integritatem
perſonæ, licet ſucceſſio limitata ſit Socin. conſ.240.
Decius conſ. 258. Cabed. d. deciſ 69. n 8. Caſtill.d.
c.22.n 149. & 150. Et quamvis Cabed. deciſ. 69. n.
9. dicat, quod in noſtro Regno legitimatus etiam
in prædicto caſu integritatis perſonæ non poteſt fa-
cere omnia, quæ legitimus. Tamen hæc opinio ita
abſolute ſumpta vera non eſt, quippe in legitima-
tione, ſeu diſpenſatione illegitimus non ſolum ha-
bilitatur ad ſuccedendum juxta patris voluntatem;
ſed etiam ad honores, & alia contenta in legitima-
tione. Et ſic licet patri non ſuccedat in hæreditate,
quoniam pater aliter diſpoſuit, tamen quoad hono-
res & reliqua legitimatio ſuum producit effectum no-
tat Carvalh d.1.p.n.332

Deinde ex dictis infertur ita legitimatum per reſ- 17
criptum Principis, & à patre inſtitutum poſſe per fi-
deicommiſſum gravari de reſtituenda hæreditate, vel
quieta ſibi relicta: ut contra Decium tenent Alex.
conſ 30.lib.4. Jaſon.conſ.162.n.2.& 3. Garcia de No-
bil.gloſſ.21.n.84. verſ. dum tamen intelligamus, & n.
85. verſ. ad quod plurimũ. Peregr.de fideicommiſſ.art.
36.n.9. fundat. & exornat Caſtill. lib. 4. c.22.n. 165.
Et hæc vera reſolutio eo inconvincibili fundamento
ſubſtinenda eſt; quia ſi pater nihil filio legitimato
relinquere tenebatur, cum ei legitima non debeatur:
à fortiori fatendum eſt patrem, qui filium inſti-
tuit, vel ei legatum reliquit, potuiſſe cum onere
fideicommiſſi prægravare; tantum enim minus voluit
relinquere, quantum erat in gravamine Tello Fern. 18
in L.12.Tauri n.27. Covarr de teſtam. in rubr. 2. p.
2.c.8.n.2. verb. hæc minime probant: & facit text. in
L.1. §. ſi hæres percepto, ff. ad Trebell. Ubi probatur
quod onus fideicommiſſi à principio minuit ſucceſſio-
nem. Proindeque pater, qui legitimatum inſtituit,
& fideicommiſſo oneravit, id ſolum relinquere vi-
ſus fuit, quod dempto fideicommiſſo apud filium

remanſit; ita ut ſi nihil ex bonis retinere filius poteſt, fructus medii temporis pater reliquiſſe cenſetur. Multum poſt hæc ſcripta ad manus meas pervenit liber Commentariorum Noſtratis Emman. Alvar. Pegaz, ad Ordinat. lib. 1. tit. 3. §. 1. c. 15. n. 123. hanc adducit quæſtionem, & juxta ſuperiora reſolvit. non tamen ex prædictis authoritatibus, & fundamentis.

19 Ex dictis ſequitur, quod iſte legitimatus, & onere fideicommiſſi gravatus quartam Trebellianicam deducere non poteſt, nec retinere; quia Trebellianica deducitur miniſterio Senatus Conſulti contra voluntatem teſtatoris Carvalh. in c. Raynaldus de teſtam. 4. p. c. 3. n. 4. Teſtator autem Trebellianicam deducere prohibere poteſt Auth. ſed cum teſtator. C. ad L. Falcid. Auth. de hæredibus, & Falcid. §. ſi vero expreſſim, Covarr. in c. Raynaldus §. 13. n. 9. Anton. Gomez lib. 1. var. c. 5. n. 11. Jul. Clar. in §. teſtamentum q. 62. & 73. Pichard. in §. ſed quia n. 11. Inſtit. de fideicommiſſ. hæreditat. Surd. conſ. 92. n. 15. Maſcard. concluſ. 1390. n. 1. Carvalh. in d. c. Raynald. 2. p. n. 51. & ſeqq. qui n. 70. hanc opinionem, ut puta, communem amplectendam eſſe dixit. Quidquid contrariam ſequentes dicant laudati à Carvalh. proxime n. 57. & ſeqq. Quorum opinio procedere poteſt in filiis primi gradus, quibus pater gravans non valet
20 quartam prohibere L. jubemus, C. ad Trebell. Covarr. in d. c. Raynaldus §. 11. n. 7. Molin. de Primog. lib. 1. c. 17. n. 12. Peregr. de fideicommiſſ. art. 3. n. 107. & 108. late Carvalh. d. 2. p. n. 83. & ſeqq. Et hæc ſententia, quæ communis eſt, in praxi venit amplectenda. Etiamſi contraria magis placuerit Carvalh. 2. p. à n. 86. Quapropter pater qui nihil relinquere tenebatur ſic legitimato, & cum inſtituit, fideicommiſſique onere gravavit, cenſetur voluiſſe, ut ipſius diſpoſitio integra, & plene ſervaretur, ac proinde Trebellianicam prohibere judicatur; ac filius aliquid habere poſſe contra patris voluntatem, & legitimationis tenorem dicatur: ita Ruin. conſ. 86. n. 19. lib. 3. Alciat. in L. nemo poteſt, ff. de legat. 1. n. 34. Mantic. de conject. ult. lib. 7. tit. 11. n. 11.

21 In noſtris legitimationibus ſolet apponi clauſula ſine præjudicio legitimorum hæredum, quæ idem importat, ac clauſula ſine præjudicio venientium ab inteſtato Corneus conſ. 93. n. 29. lib. 2. Thuſch. litt. C. concluſ. 356. n. 18. Auguſt. Barboſ. clauſ. 158. n. 3. Tamen notandum eſt, quod prædicta clauſula reſpicit tantum deſcendentes legitimos patris legitimantis, vel aſcendentes; non verò tranſverſales. Et ſic legitimatus eo tantum caſu excluditur à ſucceſſione patris ab inteſtato, quando tempore mortis ſupereſſent deſcendentes, vel aſcendentes legitimi patris defuncti. Eis vero deficientibus, licet extent tranſverſales, legitimatus anteponendus eſt, & parenti ſuccedit: ut optime docet Gama, qui contrariam opinionem reprobat deciſ. 278. nn. 3. & 4. ubi Flores de Mena varios caſus diſtinguit. Cald. Pereyrr. in L. ſi curatorem verb. ſine curatore n. 36. & 37. & conſ. 4. n. 16. Valaſc. de partit. c. 12. n. 26. & 43. Cabed. 2. p. deciſ. 69. n. 4. & 5. Molin. de juſt. & jur diſp. 174. n. 16. 17. 18. & 19. Fragoſ. de regim. Reipub. lib. 3. diſp. 6. §. 6. à nu. 83. Auguſt. Barboſ. d. clauſ. 158. nu. 6. Phæb. deciſ. 97. n. 26. Creſp. de Valdaura obſervat. 37. n. 26. Et hæc eſt verior opinio, quam etiam amplectitur Pegas poſt hæc ſcripta viſus in d. tit. 3. §. 1. c. 10. num. 69. plures laudat Balthaſ. Thom. de legitimat. tit. 15. nu. 31. Menoch. conſ. 19. nu. 27. & conſ. 306. per totum. Lupus de illegitim. tom. 3. §. 1. num. 56.

22 Prædicta autem reſolutio intelligenda eſt reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato, ad quam legitimatus admitti non poteſt extantibus deſcendentibus, vel aſcendentibus legitimis defuncti: non verò reſpectus ſucceſſionis teſtamentariæ: bene enim poterit legitimatus ex patris teſtamento capere ea, quæ ipſe in teſtamento illi reliquerit Paſchal. de virib. patr. poteſt. 2. p. c. 4. n. 113. Gratiam. diſcept. forenſ. c. 958. n. 15. & c. 496. n. 20. Peregr. de fideicommiſſ. art. 23. n. 82. Marta de clauſ. 1. p. clauſ. 162. & 2. p. clauſ. 69. n. 5. Tandut reſolut. civil. cap. 124. n. 12. Auguſt. Barboſ. d. clauſ. 158. n. 16. Dummodo ex patris diſpoſitione legitima filiorum legitimorum, vel aſcendentium non diminuatur; quia ſalva ſemper debet manere Paul. de Caſtro in L. Gallus §. & quid ſi tantum n. 16. in fin. ff. de liber. & poſth. & conſ. 180. col. 2. lib. 1. Decian. conſ. 19. n. 4. lib. 1. poſt alios Auguſt. Barboſ. d. clauſ. 158. n. 9. Unde cum in hoc Regno poſſit pater de tertia bonorum libere diſponere extantibus filiis legitimis, vel aſcendentibus; quorum legitima ſunt tantum duæ partes bonorum Ordinat. lib. 4. tit. 82. rite, & recte legitimatus tertiam bonorum poterit capere, ſi à patre illi fuerit relicta Decius conſ. 393. n. 1. & conſ. 476. n. 6. verſ. ita enim verba Gozadin. conſ. 6. n. 33. & 78. Gabr. conſ. 29. n. 7. lib. 4. Barboſ. d. clauſ. 158. n. 10.

Et cum hujuſmodi legitimatio ſuffragetur tantum 23
legitimato in his, in quibus nullum paratur præjudicium aſcendentibus, & deſcendentibus legitimis Hieronim. Gabr. conſ. 24. n. 29. lib 2. Barboſ. proxime n. 8. Sequitur quod per dictam clauſulam excluditur legitimatus à ſucceſſione ex fideicommiſſo, pacto, & providentia, vel ex qua alia diſpoſitione majorum, quæ legitimis præſervatur Alex. conſ. 187. n. 12. verſ. item poſſet intelligi lib. 5. Honded. conſ. 64. n. 22. lib. 1. & conſ. 59. n. 15. & 16. lib. 4. Rot. apud Farinac. p. 1. recentiorum deciſ. 667. n. 3. Auguſt. Barboſ. d. clauſ. 158. n. 7. Rota Romana deciſ. 145. n. 16. 1. p. in recentiorib. Tondut. d. c. 124. n. 3. Ex quibus conſequenter dicendum videbatur legitimatum non ſuccedere in Majoratu antiquo in præjudicium tranſverſalium, etiam ſtante clauſula legitimationis, quod poſſit ſuccedere in Majoratibus; quia intelligitur de Majoratibus inſtitutis à legitimante, non de his, qui à majoribus fuerunt inſtituti Tiraq. de Primog. q. 34. n. 48. Gama deciſ. 278. per totam, & præcipuè n. 16. Cald. in L. ſi curatorem verb. ſine curatore n. 58. Parlad. rer. quotidian. lib. 2. q. 6. n. 6. Caſtill. l. 5. contr. 106. Fuſar. q. 408. De quo, & an naturalis ſuccedere valeat in Majoratu, & an legitimatus faciat deficere conditionem, ſi ſine liberis, agemus plenius, Deo dante, dum egerimus de interpretatione legis Mentalis.

Præterea ad validitatem legitimationis deſiderantur 24
ſimul impetrantis voluntas, & legitimantis poteſtas; quia legitimatio eſt donum patris & actus Principis ut tradit Peregr. de fideicommiſſ. art 23. n. 22. Et regulariter in quocumque actu ultra voluntatem requiritur poteſtas l. cum te, C. de donat. ante nupt. l. multum, C. ſi quis alt. vel ſib. C. cum ſuper de offic. delegat. Decius conſ. 198. n. 5. Surd. deciſ. 62. n. 19. & dec. 93. n. 24. Cald. Pereyr. de poteſt. elig. c. 7. n. 13. Fontan. 1. p. deciſ 38. n. 2. idem Surd. conſ. 27. n. 31. Larrea allegat. 69. n. 21. Molin. de Primog. lib. 1. c. 23. n. 34. Giurb. conſ. 80. n. 1. Salgad. de protect. 4. p. c. 13. n. 7. Valenz. conſ. 86. n. 72. Solorzan. de jur. Indiar. 2. tom. lib. 2. c. 3. n. 86. Hieronym Leo deciſ. Valent. 21. n. 9. Cyriac controv. 128. 25
n. 30. Amat. reſolut. 67. n. 58. Aug. Barboſ. voto 30. n. 11. Creſp. de Valdaura obſervat. 1. q. 2. n. 122. Capyc. Latro conſult. 81. n. 26. Caſtill. controv. lib. 4. cap. 5. Ita ut non ſubſtineatur actus ex poteſtate qua quis uſus non eſt, Stephan. Gratian. deciſ. 149. n. 18. Cyriac. controv. 47. n. 13. Proindeque ita conſideranda eſt voluntas patris, quam poteſtas legitimantis.

Ex quibus fluit legitimationem fieri debere à Prin 26
cipe ſuperiorem non recognoſcente, Cæphal. conſ. 152. n. 47. Balthaſ. Thomas de legitim. tit. 6. c. 10. n. 49.

n. 49. & valete tantum quoad ſubditos, & vaſſallos, quos legitimare poteſt Gama deciſ. 307. n. 4. & 5. non enim valebit legitimatio, niſi in quantum porrigitur Principis legitimantis poteſtas, Proptereaque prodeſſe nequit quoad bona exiſtentia extra illius territorium Præpoſit. in c. per venerabilem col. 69. qui filii ſint legitimi Fulgoſ. conſ. 62. Cabed. 2. p. deciſ. 69. n. 19. Roland. à Valle conſ. 88. lib. 1. Honded. conſ. 63. n. 27. & 28. lib. 1. Afflict. deciſ. 128. Fajard. de legit. per ſubſeq. matrim memb. 2. n. 84. Fuſar. q. 408. n. 129. Abb. in d. c. per venerabilem n. 23. & 25. qui filii ſint legitimi. Dicit communem Imola in c. paſtoralis n. 2. de offic. Ordinar. Anton. Gabr. lib. 6. commun. tit. de legitim. concluſ. 3. n. 7. Boſſius tit. de Princ. n. 183. Oliva de for. Eccleſ. p. 2. q. 33. num. 9. Balthaſ. Thomas d. c. 10. n. 51. Quæ ſententia probatur primo ex L. ult. ff. de juriſd. omn. Jud. ibi: Extra territorium nulla eſt juriſdictio. Secundo probatur ex text. in d. cap. per venerabilem. Ubi Summus Pontifex ait ſe legitimare filios Regis Franciæ quoniam id facit abſque alterius injuria, cum Rex Franciæ nemini ſit ſubjectus. Ergo ſi legitimetur aliquis, qui ſit alicui Principi ſubjectus abſque ejus conſenſu, injuria illi videtur fieri: Et ſic de jure non licet. Quam ſententiam amplecti libet, quia magis communis eſt; ut ex Bald. & Jaſ. docet Oliva d. q. 33. n. 9. & 10: Non obſtante, quod contrariam videatur tenere Anton. à Gama dec. 387. n. 5. Quam, & alios ſequitur Pegas ad d. tit. 3. §. 1. c. 2 nu. 25. & ſeqq. Quoniam eorum fundamenta diluunt Oliva d. q. 33. n. 1. & 12. Fachin. d. lib. 3 c. 58. verſ. ad primum cum ſeqq. Et quamvis verum ſit legitimationem, & legitimandi poteſtatem pertinere ad voluntariam juriſdictionem, quippe aliquis invitus legitimari non poteſt. Tamen, ut quis poſſit legitimationi conſentire, requiritur quod ſit legitimanti ſubjectus: ſi enim alteri ſubjiciatur ſine ejus conſenſu, non poterit juriſdictionem alterius prorogare. Quapropter ita ut unus Princeps non poteſt legitimare alterius ſubditum: ita etiam proprium ſubditum legitimando, non poteſt legitimatio effectum producere ad bona exiſtentia extra territorium legitimantis; qui nullum jus, aut poteſtatem habet in alieno territorio, niſi Princeps alterius territorii conſentiat vel taceat taliter, quod conſentire videatur. Tunc namque conſentiens, vel licentiam concedens, tacite videtur facere legitimationem quoad terras in ejus dominio exiſtentes: ita Angel conſ. 150. nu. 6. Thuſc. litt. L. concluſ. 215. nu. 45. Jaſ. qui communem dicit conſ. 70. vol. 3. Abb. in d. c. per venerabilem n. 25. Anton. Gabr. d. concluſ. 3. n. 11. Oliva d. q. 33. n. 33. Peregr. art. 23. n. 18. Ubi quod Princeps non recognoſcentes ſuperiorem poſſunt in terris ſuis rejicere legitimationes factas ab Imperatore: Et, quo Rex Caſtellæ expreſſe contradicat legitimationibus aliorum Principum quoad terras ſui Regni, probat Faiard. d. membr. n. 84. per L. 4. tit. 15. partit. 4.

27 Infertur ex dictis ad illam celebrem quæſtionem, An ſcilicet poſſit Papa legitimare ſpurios non tam ad ſpiritualia, quam ad temporalia in terris Imperii vel alterius Principis non recognoſcentis ſuperiorem? Quam ad partes diſputant Fajard. de legit. per ſubſeq. matrim. membr. 2. nu. 74. Barboſ. de poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 3. c. 2. à n. 103. In qua, ut brevitati conſulam, illa eſt verior, & ſequenda opinio, quod non poteſt quoad temporalia legitimare extra terras dominio Eccleſiæ ſubjectas Covarr. de ſponſ. p. 2. c. 8. §. 8. n. 14. & ſeqq. Caſtill. lib. 5. c. 105. n. 18. Molin. de Primog. lib 3. c. 2. n. 11. Cabed. p. 2. deciſ. 64. num. 24. Joann. Garc. de Nobilit. gloſſ. 21. n. 42. Sanch. de Matrim. lib. 8. diſp. 7. à n. 1. Peregr. de fideicommiſſ. art. 23. nu. 5. Pater Molina tract. 2. diſp. 173. Joann. Bapt. Lupus de natur. & legit. liber. Comment. 3. §. 3. n. 1. & ſeqq. & n. 26. Thuſc. litt. L. concluſ. 219. n. 52. Fajard. de legit. per ſubſeq. matrim membr. 2. n. 82. & ſeqq. Larrea deciſ. n. 33. Oliva de for. Eccleſ. p. 2. q. 33. n. 16. Balthaſ. Thomas de legitim. tit. 5. cap. 3. n. 2. Peregr. conſ. 1. n. 12. lib. 3. Aug. Barboſ. de poteſt. Epiſ. p. 1. tit. 3. c. 2. n. 103. & in c. per venerabilem n. 3. 28
Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. c. 10. n. 40. Camill. Borrel. de præſt. Reg. Cath. c. 35. n. 16. Prout neque legitimatio Principis ſæcularis operabitur quoad ſpiritualia Sanch. d. diſp. 7. n. 7. Menoch. conſ. 1126. n 43. Oliva q. 33. n. 16. Caſtill. d. c. 105 n. 18. Sanch. d. diſp. 7. n. 11. Cacheran. conſ. 61. nu. 17. Balthaſ. Thomas de legitimat. tit. 10. nu. 14. 15. 16. & ſeqq.

Prædicta tamen concluſio limitanda venit, ut ſci- 29
licet quamvis Summus Pontifex non poſſit laicum legitimare extra terras Eccleſiæ quoad temporalia directe; tamen bene id facere poterit indirecte, & caſualiter, & per conſequentiam cap. per venerabilem qui filii ſint legitimi ex reg. text. in L. quoties C. de judic. c. penult. de in integr. reſtit. Ubi probatur, quod ea, quæ quis non poteſt directe, valeat facere in conſequentiam. Non enim attenduntur quæ in conſequentiam veniunt L. 1. ff. de author. tutor. Unde fit, quod diſpenſatus à Papa per diſpenſationem in radice Matrimonii dicitur legitimatus in conſequentiam, etiam quoad temporalia. Ex ea ratione, quia cum impedimentum Matrimonii ſit juris poſitivi, & ad ſolum Papam competat diſpenſare in dicto impedimento illud auferendo de medio Trident. ſeſſ. 24. Canon. 1. Sanch. de Matrim. lib. 8. diſp. 6. à n. 14. 30
dubium non eſt, quod per diſpenſationem Summi Pontificis in radice matrimonii ſubmovendo impedimentum: quod erat cauſa illegitimitatis Matrimonium alias nullum per diſpenſationem redactum fuit ad terminos priorum conſenſuum, & validum effectum, ac ſi diſpenſatio illud præceſſiſſet Rota apud Farinac. deciſ. 687. n. 8. p. 2. recentior. Abb. in d. c. per venerabilem n. 22. ubi Præpoſit. n. 74. & Cardin. q. 9. Molin. de Primog. lib. 3 cap. 2. n. 19. Sanch. d. lib. 8. diſp 7. n. 4. Mar. Cutell. de donat. inter patr. & fil. tract. 1. diſc. 2. partic. 6. n. 161. Aug. Barboſ. in d. c. per venerabilem n. 4. Ubi nu. 5. & ſeqq. fundamenta hujus ſententiæ jactat: quæ optime coacervavit Fajard. de legitim. per ſubſeqq. matrim. membr. 2. nu. 96. & ſeqq. Garc. de Benefic. p. 7. c. 11. n. 14. Baſil. de Matrim. lib. 11. c. 5. §. 1. n. 8. & 9. Caſtill. lib. 5. c. 105. n. 22. Oliva d. q. 33. n. 34. & duob. ſeqq. Qui omnes tradunt id Papam facere poſſe in præjudicium tertii. Sequitur Creſp. de Vald. obſerv. 23. à n. 146. cum ſeqq. Boer. deciſ. 264. n. 26. & 27. Mangil. de imputat. q. 81. n. 104. & 107. Balthaſ. Thom. d. tit 10. n. 9.

Sed contrariam ſententiam, nempe quod diſpen- 31
ſatio in radice non facit prolem legitimam quoad munera, & officia, aliaque bona temporalia, tenent graviſſimi Authores: & inter alios Anton. de Butr. in d. c. per venerabilem nu. 10. ad fin. Pater Molin. de juſt. & jur. tom. 3. tract. 2. diſp. 624. n. 3. Et alii laudati à Sanch. d. lib. 8. diſp. 7. n. 4. in fin. Suar. de cenſur. tom. 5. diſp. 50. ſect. 5. n. 9. Hurtad. de Matr. diſp. 26. difficult. 1. n. 5. Franc. Ferr. in Conſtit. de les Empubres ſub rubr. de ſubſtit. gloſſ. 6. à n. 109. Qui fundamenta ponit à nu. 112. cum ſeqq. latiſſime Larrea deciſ. Granat. 8. nu. 33. & ſeqq. Fajard. d. membr. 2. nu. 99. & ſeqq. Quæ quidem ſententia in reſtricta diſputandi ratione verior videtur, ſi perpendas fundamenta adducta à Franc. Ferrer. ubi ſupra, & à Fajard. qui contrariis reſpondet à n. 104. cum ſeqq.
Nihilominus tamen à priori ſententia communi re- 32
cedendum non eſt, tam propter authoritatem tot, tantorumque Doctorum illam tenentium, quam ex his, quæ Auguſt. Barboſ. in d. c. per venerabilem nu. 5. Fajard. ſupra n. 114. & ſeqq. qui in dicta opinione reſidet, & contrariæ opinionis fundamenta

diluit. Quam etiam amplectitur Oliva *d. q.* 33. *n.* 34. & 38. Creſp. de Valdaura *d. abſervat.* 23. *n.* 146. & *ſeqq.* ubi *n.* 152. *cum ſeqq.* hanc tenendum eſſe dicit reprobando Larrea *d. deciſ.* 8. Contra quem in illa cauſa judicatum teſtatur in Granatenſi Senatu; & ejus ſundamentis ſatisfacit. Optime Paregr. *de fideicommiſſ. art.* 24. *n.* 77. 79. & 80. ubi bene declarat.

33 Limitanda tameu eſt communis ſententia, ut tantum habeat locum, quando præceſſit Matrimonium, nullum tameu ob impedimentum Juris Canouici; ſi vero nullum præceſſit Matrimonium tunc cum illius radix non detur, uitque neque diſpenſatio in radice dari poteſt quoad temporalia Sanch. *d. lib.* 8. *diſp.* 7. *n.* 7. & Rota apud Ludoviſ. *deciſ.* 19. Larrea *deciſ.* 8. *n.* 8. Joann. Andr. *in d. c. per venerabilem*, Seſſe *dec.* 231. *n.* 54. poſt plures Barboſ. *in d. c. per venerabilem n.* 7. Creſp. *d. abſervat.* 23. *u.* 150. qui *nu.* 151. tradit ad diſpeuſationem non eſſe neceſſarium conſtare Poutifici de radice Matrimonii, ſufficereque affectum maritalem, & dubium præſumptum, ut Pontiſex juſtam cauſam diſpenſandi habere dicatur; qui obtenta diſpenſatione, & ſecutis nuptiis be-
34 ne deprebenditur, Seſſe *d. deciſ.* 231. *n.* 22. Cacheran. *deciſ.* 134. *n.* 4. Baſil. Ponce *de Matrim. l.* 11. *c.* 5. §. 1. *n.* 12. Pro qua ſententia bena facit text. *in L. cum quis à libero, C. de natural. liber.* ibi: *Neque enim veraſimile eſt eum, qui poſtea, vel douationem, vel dotem conſcripſerit ab initio talem effectionem circa mulierem non babuiſſe, qua eam dignam eſſe uxoris nomine faciebat* Oliva *d. q.* 33. *n.* 34. Caſtill. *d. c.* 105. *n.* 25. optime Seſſe *deciſ.* 231. *n.* 64.

35 Secundo limitanda eſt communis ſententia, ut non procedat, quando impedimentum erat juris naturalis, vel Divini, in quo Summus Pontiſex diſpenſare non poteſt, Molin. *d. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 12. Joſeph. de Seſſe *deciſ.* 231. *n.* 1. Oliva *d. q.* 33. *n.* 39. & 40.

36 Tertio, intelligenda eſt prædicta opinio, ut ſic legitimatus in radice Matrimonii admittatur ad ſucceſſioues hæreditarias majoratum, & fideicommiſſum relictum deſcendeutibus legitimis, & de legitimo matrimonio natis, etiam in præjudicium tertii Socin. *in L. Gallus* § *Sejus ſub n.* 5. *verſ. & ad argumentum, ff. de liber. & poſth.* Covarr. *de ſponſal.* 2. *p. c.* 8. *n.* 15. Molin. *d. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 12. *verſ. ſi vero impedimentum*, Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 24. *n.* 80. Caſtill. *d. c.* 105. *n.* 33. & *ſeqq.* Aug. Barboſ. *voto* 27. *nn.* 20. Garc. *p.* 7. *de Beneſic. c.* 2. *n.* 41. & 42. Gutierr. *de Matrim. c.* 84. *n.* 26. 27. & 28. Seſſe *deciſ.* 231. *n.* 63. Ludovic. Lopez 2. *p. inſtruct. cap. fin. de diſpenſ. petend. verb. propterea notandum* Farinac. *deciſ.* 683. *n.* 16. *p.* 2. Fajard. *d. memb.* 2. *n.* 308. Creſp. de Valdaura *d. obſervat.* 23. *n.* 146. & 158. Et eſt ratio, quia ſic legitimatus reputatur, ac ſi de voto, aut legitimo Matrimonio natus eſſet, Farin. *d. deciſ.* 683. *n.* 17. & 18.
37 Seſſe *d. n.* 63. *in fin.* Per diſpeuſationem namque in radice verum, legitimum, & reale matrimonium conſurgit Barboſ. *voto* 27. *n.* 3. & Pontiſex removendo juris impedimentum reducendoque actum ad terminos juris naturalis non efficit prolem legitimam, ſed per relationem ad Jus primævum, eam jure uaturæ legitimam detegit: ut exemplis demonſtrat Barboſ. *d. vot.* 27. *n.* 5. Præſertim, quia certum eſt in jure, quod legitimati per ſubſequeus matrimonium admittuntur ad ſucceſſionem majoratus, ad quam vocantur legitimi, & de legitimo Matrimonio uati, Menoch. *conſ.* 227. *n.* 13. Molin. *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 6. & 10. & *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 23. Franc. Ferr. *ſuper conſtit. de los Empubres gloſſ.* 6. *n.* 100. Fuſar. *q.* 409. à *n.* 1. Garc. *de Beneſic. p.* 7. *cap.* 2. *nu.* 43. Monte alegre *in praxi lib* 2. *c.* 1. §. 3. *n.* 15. & *ſeqq.* & *n.* 28. *cum ſeqq.* Joſeph. de Ruſticiſ. *ad leg. cum avus lib.* 2. *c.* 16. à *n.* 126. *uſque ad* 181. Molin. *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 10. Menoch. *quæſt. uſufreq. cap.* 43. Paſchal, *de virib. patr. poteſt.* 2. *p. c.* 4. *n.* 59. *uſque ad* 62. Caſtill. *l.* 5. *c.* 105. *nu.* 35. Fajard. *d. membr.* 2. *n.* 230. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 17. *n.* 41. & *ſeqq.* Noguer. *allegat.* 23. & 24. Seſſe *dec.* 231. *n.* 94. Creſp. *d. obſervat.* 23. à *n.* 139. *cum ſeqq.* Plane legitimatio in radice Matrimonii adæquatur legitimationi per ſubſequens Matrimonium, Abb. *in d. cap. per venerabilem ſub n.* 25. *in fin.* poſt alios Garc. *de Beneſic.* 7. *p. c.* 2. *n.* 42. Caſtill.
n. 34. Ergo ita ut legitimatus per ſubſequens Matri- 38
monium ſuccedit iu Majoratu tanquam de legitimo Matrimouio natus; ita legitimatus in radice ſuccedere debet, cum æquiparatorum idem ſit judicium.

Deinde notandum eſt diſpenſationem in radice 39
obtentam ab uno ex conjugibus altero mortuo ſuas vires integras ſortiri juxta ſententiam Bart. *in L. Gallus.* §. & *quid ſi tantum n.* 13. *ff. de liber. & poſth.* Puteus *deciſ.* 483. Seraphin. *deciſ.* 1121. *u.* 2. Ancarran. *conſ.* 409. *n.* 6. Navarr. *conſ.* 2. *n.* 20. *ſub tit. qui filii ſint legitimi*, Sanch. *de Matrim. l.* 8. *diſp.* 7. *n.* 6. Aug. Barboſ. *voto* 27. *n.* 15. Qui idem tenent, quando vir & uxor, qui Matrimonium contraxerunt coutra præceptum Eccleſiæ, erant jam mortui; quia adbuc filii ad fiuem legitimationis in radice poterunt impetrare diſpenſationem. Sed an tunc diſpenſatio noceat tertio, cui hæreditas paterna jam erat quæſita? Non aperit Auguſtinus Barboſa. At vero Sanch. *d. n.* 6. relatis opinionibus eam amplectitur ſentantiam; ut ſi Papa id expreſſerit ex certa ſcientia præjudicium tertio inſeratur, ſin minus noluiſſe cenſeatur, cum in reſcriptis Principum ſemper præjudicium tertii cenſeatur exceptum, *L.* 1. §. *meritum*, & §. *ſiquis à Principe, ff. neqnid in loc. public. cum ſimilib.*

Redeundo autem ad materiam legitimationis per 40
reſcriptum, de qua noſter eſt ſermo. Quæritur, Utrum Princeps mortuo patre legitimare poſſit filium naturalem, ſeu ſpurium ad hoc, ut patri ſuccedere valeat? In qua quæſtione diſtinguendum eſt inter eum caſum, quo pater filium hæredem inſtituit ſub conditione, ſi legitimationem impetraverit; vel aliquo modo in vita præordinavit; vel petiit legitimationē: & inter eum quo nulla præceſſit patris præordinatio, petitio, vel inſtitutio. Primo caſu, bene poteſt Princeps filium legitimare in præjudicium venientium ab inteſtato ex regul. text. *in L. in tempus* 62. *ff. de hæred. inſtit.* Ubi Modeſtinus ait: *In tempus capiendæ hæreditatis inſtitui hæredem poſſe benevolentia eſt, veluti Lucius Titius cum capere poterit, hæres eſto, idem in legato.* Et hoc caſu, & ſpecie dici non poteſt dari præjudicium conſanguineorum, cum pendente conditione inſtitutionis nullum jus ſeu hæreditas conſanguineis deferatur *L. antequam* 8. *C. commun. de ſucceſſ. L. quamdiu* 39. *ff. de adquir. hæredit.* Prout etiam eis non fieret præjudicium, ſi hæres fuerit inſtitutus ſub conditione, ſi Titius Conſul, vel Senator factus fuerit, & poſt mortem teſtatoris Titius à Principe fiat Senator, vel Conſul: ita Bart. *in d.* §. & *quid ſi tantum col. ult.* Ruin. *conſ.* 74. *lib.* 3. & *conſ.* 109. *eod. lib.* 3. *n.* 25. Hiaron. Gabr. *conſ.* 29. *n.* 10. *lib.* 1. Peregr. *de fides commiſſ. art.* 23. *n.* 74. *circa fin.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 635. *n.* 21. & *ſeqq.* Caſtill. Sotomay. *lib.* 5. *controv. c.* 67. *n.* 60. *verſ. quarta etiam*, Molin. *de Primog. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 39. Ubi addantes. Joann. Bapt. Lupus *in tract. de illegitim. comment* 2. *n.* 40. Cabed. 2. *p. deciſ.* 69. *n.* 21. Seraphin. *deciſ.* 1331. *nu.* 11. Creſp. de Valdaur. *obſervat.* 37. *n.* 20. & *ſeqq.* Balthaſ. Thom. *de legitim. tit.* 7. *nu.* 12. & *tit.* 13. *c.* 4. *n.* 142. & 166. Et faciunt quæ ſupra de legitimatione in radice obtenta poſt mortem patris. Et videndi ſunt Thuſc. *litt. L. concluſ.* 221. à *nu.* 1. Valaſc. *conſult.* 158. à *nu.* 8. *cum ſeqq.* Capyc. Latro *dec.* 166. *nu.* 4

Secundo verò caſu: Non poteſt Princeps in præ- 41
judicium venientium ab inteſtato poſt mortem patris filium

filium naturalem, ſeu ſpurium legitimare, neque eu-
ferre jus eis jam delatum: ut tradunt ſupra citati, &
Valenz. *conſ.*69. *n.*108. Creſp. *de obſervat.*37. *n.*23.
Balthaſ. Thomas *de legitim. tit.* 13. *c.* 4. *n.* 130. niſi
claris verbis expreſſerit velle præjudicium inferre
conſanguineis ex certa ſcientia, & plenitudine pote-
ſtatis. Geme *deciſ.*278. *n.*6. Valaſc. *conſult.*158. *n.*5.
Capyc. Latro *deciſ.*150. *n.*17. & 18. Cæſar. Barz. *de-
ciſ.*25. *n.*25. & 26. & *deciſ.*116. *n.*7. & 8. Paſch. *de
virib. patr. poteſt. p.* 2. *cap.* 4. *n.*122. Surd. *conſ.*1. *n.*
97. Et ita poſt hæc ſcripte viſus tenet Emman. Al-
var. Pegaz. *ad Ordin. d. lib.*1. *tit.*3. §. 1. *n.*99. & 100.

Intellige primum bujus quæſtionis caſum, & ejus
42 reſolutionem procedere, etiamſi venientes eb inte-
ſtato ad legitimationem conſequendam citati non
ſint; quia licet ad impetrendam legitimationem ci-
tatio requiratur egnatorum, quibus jus ſaltem in ſpe
erat quæſitum per reg. text. *in L. de unoquoque, ff.
de re judic.* in terminis Ruin. *conſ.* 26. *n.* 20. *lib.* 1.
Peul. de Caſtro *conſ.*462. *n.*3. *verſ. ſed quantum vol.*
1. Cæphal. *conſ.* 23. *n.*58. Gama *deciſ.* 278. *n.* 1. &
2. Surd. *conſ.*1. *n.*14. & 15. Menoch. *conſ.*131. An-
ton. de Rocel. *in tract. de legit. tit. de conſ. form. le-
gitim.* Socin. *in d. L. Gallus* §. & *quid ſi tantum n.*
39. Præcipue quando egitur de ſucceſſione fideicom-
miſſi, vel feudi, quoniam tunc ſubſtituti citatio deſi-
deretur Surd. *d. conſ.* 1. *n.*15. Caſtill. *lib.*5. *c.*106. *n.*
43 1. Gama *deciſ.*278. *n.*18. Fuſar. *q.*408. *n.* 133. Te-
men ſi legitimetio ſiat de voluntate petria tam in vi-
ta, quàm poſt illius mortem, citatio venientium ab
inteſtato neceſſaria non eſt quoad bona, de quibus pe-
ter libere diſponere poterat, Cæphal. *conſ.*23. Bart. *in
d.* §. & *quid ſi tantum n.* 14. Molin. *lib.* 3. *c.*3. *n.*10.
Game *deciſ.* 278. *n.*6. & *deciſ.*387. *n.* 6. Valaſc. *con-
ſult.*158. *n.*8 & *ſeqq.* Covarr. *de ſponſal. p.* 2. *c.*8. §.
9. *n.*7. Surd. *conſ.*1. *n.*104. Capyc. Letro *deciſ.*150.
*n.*16. & *deciſ.*166. *n.*6. 86. & *ſeqq.* & *n.*117. Merlin.
controv. 1. *n.* 15. Ex ea ratione quippe in legitime-
tione facta ad patris inſtantiam ſtat pro ratione ejuſ-
dem patria voluntas, & ceſſant omnea ſolennitetes ci-
tationis, & cauſæ cognitionis Gozad. *conſ.*6. *n.*37. &
*conſ.*48. *n.*12. Socin. Jun. *conſ.*97. *n.*33. *lib.* 1. & *conſ.*
93. *n.*63. *lib.* 3. Merlin. *de legitim. lib.*1. *tit.*2. *q.* 8.
Capyc. Latro *deciſ.* 156. *n.* 90. & pluribus citatis
Balth. Thomas *de legitimat. tit.*13. *c.*4. *n.* 221.

44 Si verò egatur de bonis reſtitutioni ſubjectis, tunc
non valebit legitimatio, niſi ex cauſe legitima con-
ceſſa ſit, & de ee cognitum ſit citatis ſubſtitutis, qui-
bus ſaltem ſpe probabili jus erat quæſitum, optime
Molin. *d. c.*3. *n.*10. Ubi Addent. Menocb. *conſ.*181.
*n.*20. *lib.*2. Socin. Jun. *conſ.*95. *n.*88. *lib.*3. Gama *de-
ciſ.*208. *n.*18. & 19. Phæb. *dec.*97. *n.*10. & *ſeqq.* Fu-
ſer *q.*408. *n.*133. & *alii ſupra verſ. præcipue*, Balthaſ.
Thomas *de legitim. tit.*13. *c.*5. *n.*227. Non præſumi-
tur Principem velle jus tertio quæſitum euferre *d. L.*
2. §. *ſiquis à Principe*, & §. *merito*, *ff. ne quid in loco
publico, c. ſuper eo de offic. deleg.* Velaſc. *tom.*1. *con-
ſult.* 72. *n.*10. Phæb. 1. *p. deciſ.*92. *n.*3. & 4. Valeſc.
*de partit. c.*13. *n.*73. Cabed. *p.*1. *deciſ.*5. *n.*3. & *p.*2. *de-
ciſ.*1. *n.*6. Gratian. *c.*167. *n.*49. Solorz. *de jur. Indiar.
tom.*2. *lib.* 2. *c.*36. *n.*62. Cyriac. *controv.* 59. *n.*6. &
controv. 203. *n.* 39. Immo neque de poteſtate ordi-
narie poteſt Princeps jus tertio quæſitum tollere per
reſcriptum, nec per legem generalem: notant ex
pluribus Salgad. *de Reg. protect. p.*3. *c.*10. *n.*62. Lar-
rea *allegat. fiſc.* 3. *n.* 6. *p.*1. Pinel. *in rubr. C. de reſ-
cind. vendit.* 1. *p. c.*3. *n.*4. Larrea *dec.*8. *n.*45. Velenz.
*conſ.*83. *n.*100. vide tamen Tepia *deciſ.*10. *n.*33. ubi
limitet Solorzan *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 26.
n. 62. Arias de Meſa *lib.* 2. *var. cap.* 50. *n.*14.

45 Quod intelligendum, niſi publica, & juſta cau-
ſa interveniat: quie tunc bene poteſt Princeps jus
alteri quæſitum, immo ipſam è tertio poſſeſſam au-
ferre, data condigna ſatisfectione per text. *in L. ven-
ditor* §. *ſi conſtat, ff. commun. prædior.* Bart. *in proœm.
Digeſt. in* 1. *conſtit. in princ. n.*4. & 5. & cum plurib.
Phæb. 1. *p. deciſ.*94. *n.*3. & 4. ubi judicatum dicit:
Valaſc. *tom.* 2. *conſult.*116. *n.*1. plurea Caſtill. *lib.*1.
*controv. c.*6. *n.*6. Noguer. *allegat.*5. *n.*36. Solorzan.
tom. 2. *lib.* 2. *c.* 27. *n.* 55. & 80. Et ſic date magna
cauſe, & publica, bene poterit Princeps legitimare
ſpurium, ut ſuccedat in Majoretu entiquo, & fidei-
commiſſo, conſanguineoſque jure, & ſpe probabili
ſuccedendi privare; dum tamen cauſe probetur in
ectis & ſit publice, & de voluntate Principia appareat
voluiſſe uti dicta poteſtate: Ite Flores ad Gamam
*deciſ.*278. *concluſ.* 6. Quæ videtur deſumpte ex his,
quæ optime tredunt Molin. *d. lib.* 3. *cap.*3. *n.*11. 12.
& 20. Caſtill. *lib.* 5. *c.*106. *n.* 15. Decius *conſ.* 190.
n. 2. & 3. Gama *deciſ.* 278. *n.* 2. Surd. *conſ.*1. *n.*95.
Cum vero prædicta clauſule de plenitudine poteſta-
tis idem importet, quod cleuſula ex certa ſcientia;
& majoris ſit affectus, quam illa, & altera de mo-
tu proprio, ut tradit Auguſt. Barboſ. *clauſ.* 41. *n.* 8.
faciet validam legitimationem, poſt alioa Balthaſ.
Thomas *de legitim. tit.*13. *c.*4. *n.*162.

Nihilominus tamen cum Princeps prædicta pleni- 46
tudine poteſtatis uti non ſoleat, nec præſumatur,
niſi hoc exprimat Valenz. *conſ.* 69. *n.*123. nec præ-
dicta clauſule epponi poſſit, niſi cure ceuſæ cogni-
tione Decius *conſ.* 410. *n.* 21. Molin. *d. c.* 3. *n.* 12.
Barboſ. *d. clauſ.* 41. *n.* 35. Caſtill. *d. c.* 106. *n.* 15.
Neque etiam cauſe præſumetur in præjudicium ter-
tii, ut per Valenz. *conſ.* 69. *n.* 124. dicendum ar-
bitror, quod ſi legitimatio expedietur per Senatores
Palatinos juxta *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 3. §. 1. etiamſi 47
habeat clauſulam de plenitudine poteſtatis ex certa
ſcientia, vel motu proprio, non erit ſufficiens ad
eſclutionem conſanguin orum è ſucceſſione Majo-
retus; niſi citatio proximiorum præcedat. Ex ee
ratione, quia licet eorum Senatorum euthoritas ma-
xima ſit, tamen de ſtylo illius Senatus quando agi-
tur de tertii præjudicio, tertius eudiri ſolet: & co-
pia ſupplicationis alterius illi datur, ut intra triduum
de jure ſuo doceat, quod idem importat, ac cita-
tio. Et ſic ſi legitimatio expediatur etiam cum clau-
ſula de plenitudine poteſtatis in illo Senatu ebſque
prædicta denuntiatione, ſeu citatione non operabi-
tur in præjudicium tertii conſanguinei vocati ad ſuc-
ceſſionem Majoratus, quippe proceſſum fuit abſque
ceuſæ cognitione Aymon. *conſ.*241. *n.*20. Molin. *d.
c.* 3. *n.* 12. Maxime, quod poteſtas abſoluta dam-
natur in Principe, neque ei licet talis, quæ jure Di-
vino, eut humano non regulatur Pinel. *in rubr. C.
de reſcind. vendit.* 1. *p.* à *n.*25. Valaſc. *de jure emphyt.*
1. *p. q.*3. *n.*10. Cabed. *deciſ.*12. *n.*9. Giurb. *conſ.* 1. *n.*
37. Bajard. ad Clarum §. *fin. q.* 59. *n.*71. Coverr. *lib.* 48
3. *var. c.* 6. *n.* 8. Caſtill. *lib.* 3. *controv. cap.* 6. *n.*7.
Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 14. *n.*40. & 41.
Valenz. *conſ.*69. *n.* 123. Ideoque prædicte poteſta-
tis plenitudo Senatoribus Palatinis non cenſetur de-
mandate; quoniem è voluntate Principis dependet:
& ee quæ valde notabilia ſunt, niſi exprimantur,
conceſſa non cenſentur. Quemadmodum enim Co-
mes, qui poteſtetem habet ab Imperatore legiti-
mandi, non poteſt legitimare ad alterius præjudi-
cium, etiam reſpectu ſpei Menoch. *conſ.* 180. *n.* 59.
& *ſeqq.* Cravete *conſ.* 868. *n.* 4. Balthaſ. Thomaſ. *de
legitim. tit.* 5. *c.*4. *n.*33. Ita, & Senatores Peletini in
præjudicium ſucceſſorum in fideicommiſſo, vel Ma-
joretu uti non poſſunt cleuſula de plenitudine po-
teſtatis. Si vero ab ipſo Principe ex certa ſcientia,
& de plenitudine poteſtatis legitimatio expreſſe fa-
cta ſit ob publicam cauſam derogando juri conſan-
guineis quæſito ſaltem in ſpe; tunc quia de pote-
ſtate Principis dubitare eſt ad inſtar ſacrilegii *L.*2. *C.*

49 *de crim. ſacrileg. c.ſiquis ſuadente* 29. §. *qui autem juncta c. ſeq.* 17. q.4. Larrea *dec.* 8. *n.*1. Cyriac. *controv.* 202. *n.* 3. Petr. Caball. *reſolut. crimin caſu* 58. *n.*5. Hieronym. Leo *deciſ.* 34. *nu.* 29. & 33. Capyc. Latro *deciſ.* 174. *n.* 27. dicendum venit legitimationem effectum ſuum producere, etiam ſine citatione conſanguineorum: & procedent authoritates Doctorum, de quibus *ſupra n.* 45. Qui tenent citationem neceſſariam non eſſe extante prædicta clauſula de plenitudine poteſtatis, & interveniente, juſta, & publica cauſa. Et ita conciliandas cenſeo dictas contrarias opiniones propter differentiam; quæ datur inter ipſummet Principem, & ſuos Conſiliarios, quorum placita eundem non habent vigorem, ac Principis conceſſio: ut notarunt Molin. *lib.* 2. *c.* 7. *n.* 59. Caſtill. *lib.*3.*cap.*28.*n.*13. Fuſar. *q.*408. *n.*144. Petr. Gilchen. *in d. L. Gallus* §. & *quid ſi tantum*, Addentes ad Molin. *d. lib.* 3. *n.* 22. & 21.

50 Diximus poſſe Principem ex juſta cauſa ſpurium legitimare in præjudicium agnatorum, & conſanguineorum, quibus competit jus ſuccedendi ſaltem in ſpe probabili in Majoratu, vel hæreditate, ſed quæ in propoſito publica dicatur cauſa, non ſatis conſtat, quia ut notant Addentes ad Molin. *lib.*3. *c.* 3. *n.*20. non ſufficit cauſam eſſe legitimam, ât requiritur, quod concernat publicam utilitatem. Et quamvis Molin. *de Primogen. lib.*4.*c.*3. *nu.*1. & 2. agendo de facultate, quam Princeps ſolet concedere ad alienanda bona Majoratus, vel ea cenſibus ſubjicienda, teneat publicam cauſam in eo conſiſtere ut poſſeſſor Majoratus poſſit Regi in bello ſervire, vel ut Regem comitetur in aliqua expeditione, quæ Regni publicam utilitatem contingat; vel ut Regnum ipſum hoſtium incurſu tueatur, aut quid ſimile: ſequitur Pater Molin. *de juſt. & jur. tract.* 2. *diſp.* 649. *n.* 1. & 2. Tamen reſpectu legitimationis hujuſmodi, non videntur ſupraposita exempla adæquata: quoniam conſanguineus, cui deſerenda eſt Majoratus ſucceſſio eadem onera in publicam utilitatem poteſt ſubire. Et ea propter cauſa à Molina conſiderata, ſufficiens non eſt; ut ſucceſſor jure ſuccedendi privari debeat ad favorem ſpurii. Idcircoque dicendum cenſeo, tunc in propoſito cauſam publicam intervenire, quando ſpuriuss cui legitimatio de plenitudine poteſtatis conceditur, erat ſtrenuus miles, ſeu exercitus Ductor, qui magna, & extraordinaria in Reipublicæ utilitatem ſervitia Regi exhibuerat, ad quorum remunerationem, Princeps eum legitimando conſanguineis præjudicare vult. Tunc namque data condigna ſatisfactione, & bono cambio, rite, & recte legitimare ſpurium ad ſuccedendum Princeps valebit. Conſtat enim apud omnes juſtam cauſam dici publicæ utilitatis bene merentes remunerare, cum id Rei-
51 publicæ valde ſit utile, & neceſſarium, Ponte *conſil.* 151. *n.* 27. *vol.*2. Capyc. Latro *deciſ.* 199. *n.* 32. Et ut aiunt Valenz. *canſ.* 161. *nu.* 42. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 71. benemeritorum remuneratio eſt unicum Reipublicæ fundamentum. Quò pertinet ſententia Caſſiodor. *lib.* 1. *var. Epiſtol.* 42. dicentia: *Remuneratio meritorum juſtum dominantis pradit imperium, apud quem perire neſcit quad quemlibet labaraſſe cantigerit.* Cumque Princeps teneatur benemeritorum ſervitia remunerare Solorzan. *d. c.* 164. & *cap.* 10. *n.* 59. ubi plurea citat Valenz. *canſ.* 82. *nu.* 33. Auguſt. Barboſ. *in cap.* 1. *de donation. n.* 3. Juſta, & publica cauſa erit, ſi Princeps ſpurium benemeritum legitimaverit ad ſuccedendum in Majoratu, excluſis conſanguineis legitimis, quia forte ſpurius ita benemeritus potius majorum ſuorum Majoratum appetit in ſuæ nobilitatis augmentum, quam aliud Principis beneficium, qui quidem de ſuo bonum cambium legitimo ſucceſſori dare tenetur; ut tradunt Doctores relati *nu.* 45. quamvis Blaz Flor. de Mena ad Gam. *deciſ.* 278. *verſ. ſexta concluſio*, dicat, quod de bonis legitimati ſatisfactio danda eſt vero, & legitimo ſucceſſori.

Obſervabis etiam, quod ad hoc ut valeat legiti- 52
matio, conſtare debet, quod legitimatus ſit filius ejus, qui legitimationem poſtulavit; aliàs ſi filiatio non probetur, nulla erit legitimatio: ut ſcripſerunt Signorol. *canſ.* 183. & *conſ.* 221. Pariſ. *conſ.* 20. *nu.* 21. & *canſ.* 11. *nu.* 14. & *canſ.* 12. *nu.* 227. & 240. *lib.* 2. Alciat. *reſponſ.*496. *nu.* 3. poſt alios Menoch. *canſ.* 181. *nu.* 1. Beroius *q.* 60. Capyc. Latro *deciſ.* 150. *nu.* 8. & Pegaz poſt hæc ſcripta viſus *ad Ordinat. lib.* 1. *tit.* 3. §. 1. *c.* 11. *n.* 79. Qui omnes tradunt legitimatum filiationem probare teneri, aliàs erit nulla. Capyc. Latro *deciſ.* 166. *n.* 23. Ex quibus autem cauſis legitimatio nulla, & ſubreptitia reddatur, ſi non exprimantur vitia, & qualitates, quæ illam inutilem reddere poſſunt. Videndi ſunt Valaſc. *conſult.*80. ubi plenè, & *conſult.* 158. Mareſcot. *lib.* 2. *var. c.*87. Menoch. *canſ.*181. *à n.* 3. *cum ſeqq.* Cabed. 2. *p. deciſ.*69. *n.* 17. Capyc. Latr. *deciſ.* 166. late Balthaſ. Thomas *de legitim. tit.* 13. *c.* 5. *à num.* 195. *cum ſeqq.*

Denique notare oportet, quod Rex non poteſt le- 53
gitimare proprios filios illegitimos, quos tamen Summus Pontifex legitimare valet *c. per venerabilem qui filii ſint legitimi*, Cabed. 2. *p. deciſ.* 69. *n.* 20. Aug. Barboſ. *in d. c. per venerabilem n.* 36. & *de jur. Eccleſ.* 1. *p. tit.* 3. *c.* 2. *n.* 102. ubi alios refert. Et noviſſime Emman. Alvar. Pegaz poſt hæc ſcripta viſus *ad Ordinat. lib.* 1. *tit.* 3. §. 1. *c.* 28. *pag.* 84.

Ultra quod ad legitimationis validitatem requiri- 54
tur conſenſus filii legitimati, & patris legitimantis §. *generaliter in Auth. quib. mod. natur. effic. ſui*, Boerius *deciſ.* 160. Corneus *canſ.* 1. *num.* 16. *lib.* 3. Decius *conſ.* 338. *n.* 9. & *conſ.* 579. *nu.* 6. Decian. *conſ.* 19. *n.* 73. *lib.*1. Burſat. *canſ.* 433. *n.*1. Menoch. *conſ.* 19. *nu.* 4. Balthaſ. Thomas *de legitim. tit.* 13. *cap.* 6. *n.* 252. Capyc. Latro *deciſ.* 150. *nu.* 19.

Quod tamen limitatur in infante, & abſente, vel 55
furioſo, qui poſſunt legitimari abſque eorum conſenſu; dum tamen poſtea ſequatur ratihabitio Socin. Junior. *canſ.* 97. *n.* 23. & *canſ.* 154. *n.* 6. & *ſeq. lib.* 1. Boërius *d. deciſ.* 160. Alciat. *reſponſ.* 490. *n.* 16. & 17. Balthaſ. Thomas *d. c.* 6. *n.* 260. Et nota tacitam rationem ſufficere Curtius Junior. *conſ.* 157. *num.* 29. Decius *conſ.* 55. *n.* 7. & poſt alios Balthaſ. Thomas *proxime n.* 263. Qui *nu.* 270. tradit ſat eſſe non conſtare de diſſenſu filii Capyc. *deciſ.* 194. *nu.* 9. Boërius *d. deciſ.* 160. *n.* 4. & 5. Capyc. Latro *d. deciſ.* 150. *nu.* 20. ubi habet ratihabitionem fieri debere in vita patris.

Inſuper ad validitatem legitimationes neceſſario 56
requiritur, quod exprimatur qualitas ſpurietatis Covarr. *de ſponſal.* 2.*p.c.*8.§.9.*n.*4. Menchac. *de ſucceſſ. creat. lib.* 1. §.2.*n.*53. Cacheran. *conſ.* 68. *n.* 9. Balthaſ. Thomas *de legit. tit.* 6. *n.* 30. Qui declarat. *n.* 32. & 33.

Caput XVII.

De jure conferendi Nobilitatem.

SUMMARIUM.

1 *De diviſione Nobilitatis.*
2 *Nobilitas Politica eſt de Regalibus majoribus.*
3 *Solus Princeps Nobiles efficere poteſt.*
4 *Nobilitas à Principe tanquam à fonte derivatur. Modus nobilitandi per reſcriptum receptiſſimus, & uſitatiſſimus eſt.* Ibid.

5 *Pro*

5 *Pro nobili reputandus eſt is, quem Princeps juſſit eſſe nobilem; quamvis indignus eſſet.*

Intellige, ſi Princeps ex certa ſcientia, & non ignorata hominis conditione nobilitatem conferat. Ib.

Peccabit tamen Princeps, qui ſcienter indignum ad nobilitatem promovet. Ib.

6 *Caute Princeps agere debet in concedenda nobilitate plebeis, & indignis.*

7 *Princeps nobilitatis effectus pecunia vendere poteſt: non verò ipſum jus ſanguinis, & à tali venditione debet abſtinere.*

8 *Nobilitatis pretium ſunt clara, & egregia facta, atque virtutes.*

Nobilitas empta in deriſum apud nobiles cedit, & ipſis emptoribus in opprobrium. Ibid.

9 *Princeps non ſolùm expreſſe facit nobilem, ſed etiam tacite.*

Nobiles dicuntur, qui lateri Principis ipſius permiſſione adhærent. Ibid.

10 *Nobiles efficiuntur, & non vulgarem obtinent dignitatem militantes in ſacro Palatio.*

Idem conſequuntur inſervientes in Palatio Excellentiſſimi Ducis Brigantiæ, qui perinde habentur ac ſi ipſi Regi inſervirent. Ibid.

11 *Caveat Princeps, ne vilioris, & humilioris ſortis homines ad ſuum latus admittat; ex hoc enim gravia damna ſequuntur.*

12 *Poteſtatem nobilitandi poteſt Princeps communicare inferioribus: dummodo expreſſa, & ſpecialis ſit conceſſio.*

13 *Plebeis tantum qui virtutibus pollent, & meruerunt ab aliis ſeparari ob res clarè geſtas, tam in bello armis, quàm in pace literis, nobilitas eſt conferenda.*

14 *Plebeius nobilis effectus per privilegium non eſt vere nobilis: neque Princeps eum vere nobilem facere poteſt, ſed eſt principium ſuæ nobilitatis & ab eo ſtatus nobilitatis in poſteros derivatur.*

15 *Plebeius, & ignotus nobilis fieri poteſt.*

Nobilitas non naſcitur in ictu oculi. Ib.

Poteſt adquiri virtutibus, ut à Principe confirmetur nobilitate Politica. Ib.

16 *Nobilitas in virtute conſiſtit: & afferuntur exempla.*

17 *Nobilitas eſt qualitas accidentalis, & quid morale, hominumque figmentum, ac ens rationis.*

18 *Omnes nobilitates provenerunt ab hominibus particularibus.*

Nobilitas dimetienda eſt ex propria virtute. Ib.

19 *Nobilitas recenter incipiens non dicitur perfecta.*

Nobilis eſt ſtirpe tunc clarior redditur, ſi ſimul virtutibus ornatus eſt. Ib.

20 *Nobilitas naturalis, quæ à majoribus provenit, ſuperior eſt, & omnes alias antecellit.*

21 *Nobilitas ſanguinis, & gentilitia eo præſtantior eſt, quo antiquior.*

Hujuſmodi nobilitatis effectus eſt, quod nobilitatem generis famulantur virtutes. Ib.

22 *Nobiles genere ad officia publica eligendi ſunt.*

23 *Nobiles ex ſtirpe non tam ex virtutibus avorum quam ex propriis gloriari debent.*

24 *Nobilitas tempore incipit, & tempore deſinit, virtute claret, vitio ſepelitur.*

25 *Nobilis genere virtutes, moreſque majorum debent imitari.*

Nobiles, vitiis dediti ſunt, genus ſuum deturpant: nobilitatem amittunt. Ib.

26 *Nobiles vitioſi hominibus ſiunt exoſi.*

27 *Nobiles debent vitia fugere, & ſuperbiam.*

Superbia eſt immaniſſima beſtia, & illius actiones ſunt peſſimæ. Quod probatur exemplis. Ib.

28 *Filius nobilis genere, qui ob flagitia nobilitatem amiſit, remanet nobilis ex nobilitate avorum.*

Jura ſanguinis immutabilia ſunt. Ib.

29 *Filius ejus, qui privilegio Principis primus nobilitatem acquiſivit: ſi pater ob ſcelera eam amiſit, filius non remanet nobilis, niſi patri, & filiis à Principe nobilitas fuiſſet conceſſa.*

30 *Filius naturalis ex ſtirpe, qui nobilitatem amiſit, non ſuccedit patri tanquam plebeio.*

Nobilis genere, qui ob delictum nobilitatem amiſit, non efficitur plebeius: ſed medium ſtatum retinet inter nobiles, & plebeios. Ib.

Effectus nobilitatis differunt ab ipſa nobilitate. Ib.

31 *Pater, qui nobilitatem amiſit ob infamiam, vel exercitium artis mechanicæ, redeundo ad bonos mores nobilitatem recuperat.*

32 *Nobilitas generis deſcendit in filios legitimos à patre, avo, & cæteris aſcendentibus.*

33 *Mulier quantumvis nobiliſſima nubens plebeio nobilitatem amittit.*

A matre, quæ nobilitatem amiſit, non transfertur in filios nobilitas. Ib.

34 *Filii quo ad ſtatum matris conditionem ſequuntur.*

35 *In hoc Regno filii matris nobilitatem ſequuntur.*

Inſignia ſunt verum nobilitatis monumentum. Ib.

36 *Nobilitas filiorum etiam ex materno ſanguine creſcit.*

Nobilis ex patre matri præfertur in aſſequendis beneficiis. Ib.

37 *Statuto effici poteſt, ut filius quo ad nobilitatem matris genus ſequatur: & illius conditionem.*

38 *Nobilitas non præſumitur, quia non eſt à natura, & ſic ab allegant probanda. eſt.*

39 *Nobilitas eſt communis hominum loci exiſtimatio, & opinio.*

Ad probandam nobilitatem non ſufficit dicere aliquem eſſe nobilem, niſi addatur, quod pro tali vulgo reputatur. Ib.

40 *Nobilitas dicitur probata per teſtes, qui deponunt ſimpliciter talem fuiſſe, & eſſe communiter nobilem reputatum.*

Limita, niſi à ſtatuto, vel hominis diſpoſitione requiratur ſpecifica probatio nobilitatis: quia non ſufficit generica Ib.

41 *Nobilitas præſumitur ex quaſi poſſeſſione decennali.*

Intellige, ut pendente lite ſuper nobilitate is, qui ante litem munera, & officia nobilium exercebat, in ſua poſſeſſione manutenendus ſit. Ib.

42 *Nobiles ad officia publica, Reipublicæque regimen præferendi ſunt plebeis.*

43 *Amplia, ut non tam in officiis, & dignitatibus ſint præferendi, & eligendi, ſed maxime in rebus bellicis.*

Tempore belli nobilibus commendanda ſunt loca munita; præſertim illis, qui in locis obſeſſis, vel obſidendis pignora ſua habent. Ib.

44 *Nobiles præferendi ſunt in Beneficiis, & electionibus dignitatum ſpiritualium.*

45 *Nobilitas patris de jure communi non derivatur in filium naturalem.*

46 *Naturales, ſeu baſtardi dicuntur ſordes, ſeu abjecti: non ſunt de domo, & familia patris.*

47 *De jure communi naturales portare nequeunt inſignia, & arma majorum.*

48 *Naturales tanquam ignobilee afficiuntur pœnis vilibus.*

49 *De jure Regio, & Caſtellæ filii naturales gaudent nobilitate patris, & illius arma poſſunt portare.*

50 *Filii baſtardi de conſuetudine reputantur nobiles.*

Aliquando propter enormitatem delictorum baſtardi plectuntur pœna, qua ignobiles. Ib.

51 *Filius naturalis matris nobilis gaudet nobilitate materna.*

Intellige, niſi ex alia cauſa nobilitatem amiſerit. Ib.

Mater vivendo luxurioſe tunc nobilitatem amiſit,

quando

quando meretricio more lucrum publice faciebat, non quando ſemel, vel iterum peccavit in corpus ſuum. Ibid.

52 *Meretrix dicitur, quæ palam, & paſſim omnibus patet, tam ſi quæſtum faciat, quam ſino quæſtu.*

Non dicitur meretrix, quæ duos etiam quæſtus cauſa, vel libidinis ad coitum admiſit. Ibid.

53 *Honeſta dicitur mulier, quæ nihil habet turpitudinis.*

Quæ occulte cum aliquo rem habuit libidinis cauſa, quo ad famam dicitur honeſta. Ibid.

54 *Spurius dicitur, qui vulgo quæſitus eſt, & non habet patrem certum.*

Item: Dicitur ſpurius, qui natus eſt ex copula eorum, inter quos matrimonium couſiſtere non poterat. Ib.

55 *Spurius etiam dicitur, qui à nobili natus eſt, & viliſſima fœmina.*

56 *Spurii ſunt in duplici differentia: vel enim ſunt ſimpliciter ſpurii, qui naſcuntur ex conjunctione à lege non approbata: vel procreati ex punibili, & damnato coitu. Et afferuntur exempla.*

57 *Filius Clerici in ſacris gravioribus laborat ſpurietatis defectibus.*

58 *Natus ex Milite Hieroſolymitano nedum eſt ſpurius, ſed inceſtuoſus.*

Filius ejus, qui Commendam habet Ordinum Militarium Jeſu Chriſti, Divi Jacobi, Avicenſis, eſt naturalis, non ſpurius. Ibid.

59 *Decurionatus eſt dignitas.*

60 *Spurii, ſunt infames ſaltem infamia facti,*

61 *Nobilitas patris non deſcendit in filium ſpurium.*

62 *Spurii non continentur appellatione filiorum, nec dicuntur de domo, ſeu caſſata, familia, & agnatione.*

Non ſunt fortes bello, nec fide ſtabiles. Ibid.

63 *Spurius evadit pœnas infamia patris proditoris, ſeu hæretici.*

64 *Spurius non poteſt ad ſacros Ordines promoveri.*

65 *Interpretatur* tex. in L. generaliter §. ſpurios ff. de Decurion.

66 *Explicatur* Valaſc. conſult. 17.

67 *Interpretatur* Ordinat. lib. 5. tit. 92. §. 4. & 5.

Inter naturalem, & ſpurium multa dantur differentia. Ibid.

68 *Baſtardi, & naturales idem ſunt.*

Lex loquens de naturalibus non comprehendit ſpurios. Ibid.

69 *Caſus calificatus non comprehenditur in diſpoſitione ſimplici.*

70 *Interpretatur* Ordinat. lib. 5. tit. 92.

Leges Regiæ non ſolent recedere à communi Doctorum *traditione.* Ibid.

71 *Spurius in hoc Regno non gaudet nobilitate matris.*

72 *Spurius legitimatus in hoc Regno potitur nobilitate paterna.*

73 *Servi habentur pro mortuis, & non conſtituunt ſtatum.*

74 *Filius ſuſceptus ex propria ancilla, vel aliena, cum qua dominus matrimonium contrahere valebat, naturalis eſt.*

75 *Filius ſuſceptus à nobili ex propria ancilla mortuo patre conſequitur libertatem, & gaudet nobilitate paterna, niſi pater ſpecialiter eum reliquerit in ſervitute.*

76 *Suſceptus ex ancilla aliena conſequitur nobilitatem patris, ſi tempore mortis illius jam erat à domino manumiſſus. Secus aliàs.*

77 *Filius nobilis procreatus ex viliſſima fœmina ſpurius eſt quo ad ſucceſſiones: quia patri eſt inſucceſſibilis: neque à patre poteſt hæres inſtitui.*

78 *Quoad nobilitatem filius ex ancilla nobilis eſt.*

79 *Natus in uno Regno, & tranſlatus ad aliud retinet nobilitatem generis: non vero nobilitatem, quam privilegio Principis acquiſivit.*

80 *In unaquaque provincia nobilitas, vel ignobilitas metitur ex conſuetudine.*

In uno Regno poteſt quis eſſe nobilis ex exiſtimatione hominum, qui alibi ignobilis ſit. Ib.

81 *Nobilitatis verbum apud omnes accipitur de nobilitate generis: & ubique pro vera nobilitate agnoſcitur, ac ſequitur perſonā quocunq; vadat.*

82 *Nobilis genere nō poteſt à ſe abdicare nobilitatem.*

83 *Sarraceni nobiles genere, & alii infideles ad fidem converſi retinent nativam nobilitatem.*

84 *Deſcendentes ex Hebræis ad Fidem converſi non ſunt nobiles, & arcentur à publicis officiis, & honoribus.*

85 *Limita, ut non procedat reſolutio, quando coinquinatio ſanguinis procedit ex parte materna, quia ſi pater eſt nobilis filius nobilitatem retinet, quamvis obſcuratam.*

86 *Secundo limita, ut non procedat in Iudæis converſis ab Apoſtolis, vel poſt eos; quia ſunt vetuſtiſſimi Chriſtiani.*

87 *Si iſti probaverint fuiſſe nobiles apud Hebræos, pro nobilibus reputantur.*

88 *Nobilis ex privilegio, qui antea ignobilis erat, tranſlatus ad aliud Regnum pro ignobili erit habendus.*

Nobilitas aut dicitur abſoluta, id eſt generis, aut domi tantum Ib.

89 *Privilegia non extenduntur ultra territorium concedentis: neque lex unius Regni obligat in alio, nec extenditur ad bona exiſtentia in alio Regno.*

90 *Conſuetudo unius Regni non prodeſt, nec nocet ſubdito in alio Regno.*

91 *Interpretatur, quid ſit, Domi nobilis.*

92 *Reprobatur* Auguſt. Barboſ.

93 *Nobilitas ex privilegio, & nobilitas ſanguinis pari paſſu ambulant, & eoſdem producunt juris effectus. Quod intellige in territorio concedentis.*

94 *Ad Regem tantum ſpectat concedere jus inſignium, & armorum.*

Cui Princeps inſignia, & arma conceſſit, tacite efficitur nobilis. Ibid.

95 *Nobilis pro delicto in carcere publico poni non debet, niſi tale ſit delictum, quo probato pœna mortis ſit infligenda: ſed ei debet concedi homagium.*

96 *Pro debito civili nobilis etiam ſuſpectus de fuga in publico carcere non eſt detinendus, neque in homagio conſtituendus eſt.*

Carceratus in domo, & in vinculis publicis æquiparatur in jure. Ibid.

97 *Proponitur quæſtio, An nobilis privilegio nobilitatis renuntiare poſſit? Et afferuntur duæ opiniones.*

Referuntur DD. qui negativam tenent ſententiam. Ibid.

Nobiles pro debito civili non poſſunt excommunicari. Ibid.

98 *Nobiles non poſſunt renuntiare privilegiis, quæ concernunt animam.*

99 *Nobiles poſſunt renuntiare privilegiis nobilitatis expreſſe: tacite namque exercendo artem vilem, dubium non eſt.*

100 *Limita; ut non procedat communis opinio, ſi ex renuntiatione alicujus privilegii derogaretur nobilitati in univerſum, quoad ſupplicium ignominioſum nobili inferendum.*

Privilegium dignitati conceſſum non poteſt renuntiari. Ibid.

101 *Debitori nobili pauperi incarcerato in domo tenetur creditor alimenta præſtare.*

Intellige, ut procedat in iis tantum caſibus, in quibus debitor ceſſionem bonorum facere poteſt. Ib.

102 *Non*

102 *Non procedit prædicta reſolutio, quando debitor habet, unde ſe alat.*

1 IN præſenti de Nobilitate Politica agendum eſt, ne à noſtro diſtrahamur inſtituto. Et breviter prænotandum, quod quamvis à Doctoribus magis communiter nobilitas dividatur quadruplicitar inter Theologicam, naturalem, mixtam, & Politicam, ſeu Civilam ax Ariſt. 4. *Polit.* ut bene tradit Præceptor Carvalh. *in c. Raynald.* t. *p. n.* 190. *& ſeqq.* Tamen banc diviſionem jure optimo improbat idem Carvalh. *d.* 1. *p. n.* 195. Sacutus Azeved. *in rubr. ad lib.* 6. *Ordinam.* qui ax doctrina Bart. *in L.* 1. *C. de dignitat. lib.* 12. triplici tantum jure nobilitatem adquiri dixit: nempe ex virtuta, quæ Theologica dicitur, & omnibue præſtantior eſt: ex ſtirpe, ſeu generatione, quæ naturalis appellatur: Et ex mera libaralitate, ſinceroque Principis affectu, & judicio, quæ Politica dicitur, & Civilis *L.* 3. *C. de Conſul. & ſparg. lib.* 12. *L. reſtituenda ad fin. C. de advoc. diverſ. Judic. L.* 1. *ff. de albo inſerib. L.* 1. *§. his cunabulis ff. de offic. Præf. Prat.* notant Ottalor, *de Nobil. gloſſ* 48. *n.* 1. Paleot. *de noth. & ſpur. c.* 61. *n.* 32. & nemina relato Giurb. *de feud. Præl.* 3. aliam diviſionem nobilitatis, ut ſcilicet Nobilitas ſit aut generie, vel fortunarum, ant maritorum, & virtutis, tradit Theodor. Hœping *de inſignib. cap.* 19. *n.* 145. Plane illa nobilitatis ſpacies ad noſtrum pertinat inſtitutum
2 quæ Civilis aſt. Quemadmodum enim legitimandi poteſtas, de qua in capite præcedenti inter jura Regalia numeratur, ita jus confarandi nobilitatem Politicam de Regalibus eſt: & quidem da majoribus juxta Bart. Doctrinam *in d. L.* 1. *C. de dignitat. lib.* 12. *n.* 12 Bald. *in l. ſacrilegii, C. de diverſ. reſcript.* Caſſian. *in Catal. glor. mund. p.* 8. *conſider.* 16. Cabed. 2. *p. deciſ.* 73. *n.* 1. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 36. *& lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 22. Arniſæus *de jure Majeſt. c.* 3. *de poteſt. fer. leg. n.* 17. Roſentald. *de feud. c* 5. *concluſ.* 2. *n.* 4. Bocer. *de Regal. c.* 2. *n.* 7. *& ſeqq.* Et ea propter Plinius *in Panegyr. ad Trajan.* ait *Cæſaris eſſe, ut Nobiles conſervet, & efficiat: & in lib. Eſt.* dicitur: *Sic honorabitur quemcunque voluerit Rex honorare.* Theod. *d. c.* 8. *n.* 24.

3 Ex quibus fluit, quod ſolus Princeps vare nobiles afficere potaſt: ut ſcribunt Paul. de Caſtr. *in L. quoties n.* 6. *C. ubi Senat. vel clariſſ. & conſ.* 22. *n.* 2. *lib.* 2. poſt alios Tiraq. *de Nobil. c.* 6. *à n.* 1. Joann. Gutierr. *lib.* 3. *pract. q.* 7. *n.* 14. *& q.* 8. *n.* 36. Ubi probat ſolum Principem tribuera poſſa plenam, & univerſam nobilitatem Grag. Lopaz. *verb. de buen linage in L.* 6. *tit.* 27. *partit.* 2. *& in L.* 3. *tit.* 21. *partit.* 2. *verb. con villana.* Guardiol. *de Nobil. Hiſp. cap.* 4. *&* 5. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 26. *n.* 33. Garc. *de Nobil. gloſſ.* 1. *§.* 1. *ſub n.* 50. *& gloſſ.* 35. *n.* 3. Caſtill. *de tert. c.* 42. *n.* 93. Lara *de anniverſ. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 102. Ottalor. *de Nobil.* 4. *p. c.* 1. *à n.* 1. *cum ſeqq.* Azeved. *in rubr. ad lib.* 6. *Recopilat. tit.* 2. *n.* 47. *&* 48. Amaya *in L.* 2. *C. ſi ſerv. vel. libert. lib.* 10. *n.* 64. Et eo non relato Eſcop. *de purit. ſanguin. q.* 4. *§.* 5.
4 *n.* 11. *&* 12. A Principe namque tanquam à fonte nobilitas in omnes nobilas fluit & derivatur Bart. *in L.* 1. *n.* 61. *C. de dignit. lib.* 12. Mierez *de Majorat.* 1. *p. q.* 51. *n.* 84. Valenz. *conſ.* 82. *n.* 22. *& ſeqq.* Pacian. *d. c.* 26. *n.* 33. Eſcob. *d. q.* 4. *§.* 5. *n.* 11. *&* 13. Auguſt. Barboſ. *voto* 23. *concluſ.* 2. *n.* 9. *&* 10. Et quidem hic nobilitandi modus per reſcriptum, ut hodie eſt receptiſſimus, ita, & vetuſtiſſimus §. *filius familias Inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt ſolv.* ibi: *Summa Patriciatus dignitas illico Imperialibus codicillis præſtitis L. Judices* 12. *C. de dignit. lib.* 12. *L. quoties* 3. *§. ſi viros c.* 2. *C. ubi Senat. vel clariſſ. d. L. reſtituenda §.* 2. Petr. Greg. *lib.* 6. *ſyntagmat. c.* 8. *n.* 1. Theod. Hœping. *de inſignib. c.* 8. *n.* 36.

5 Cumque nobilem efficere aliquem ex Principis mara voluntate pendeat, pro nobili reputandus eſt quem Princeps juſſit eſſe nobilem Caſſa. *in d. Catal. glor. mund. p.* 8. *conſider.* 17. Tiraq. *de Nobil. cap.* 6. *n.* 1. *& ſeqq.* Guttierr. *pract. lib.* 3. *q.* 17. *nu.* 132. Auguſt. Barboſ. *d. voto* 23. *nu.* 11. 12. *&* 13. quamvis ita nobilis declaratus indignus eſſet, dummodo Princaps ex certa ſcientia, & non ignorata hominis conditione nobilitatem conferat Bart. *in L.* 1. *C. de dignitat. lib.* 12. *col.* 8. *verſ. ſequitur in diffinitione illata*, Tiraq. *de Nobil. c.* 6. *n.* 24. Arniſæus *d. c.* 13. *n.* 17. Tunc anim videtur Princaps cum indigni moribus diſpanſare *argum. text. in L. quidam conſuluerunt, ff. de re judic.* Quod ex eo procadit, quia ſacrilegii inſtar eſt dubitare an eis dignus ſit, quam Imperator alagerit *L. diſputare* 3. *C. de crim. ſacrileg.* Cum tamen nihil ſit magis pernicioſum, quam ſolo benaficio ex ignobili nobilam facere velle Hyppol. à Collib. *in nobiliar. axiomat.* 12. M. Stephan. *de Nobilit. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 12. Thaod. Hœping. *d. c.* 8. *n.* 32. peccabit Princeps qui ſcienter indignum ad nobilitatem promovet: ut ex Raymundo, & D. Thoma tradit Tiraq. *d. c.* 6. *n.* 24.

Quapropter caute Principem agere oportet in concedanda nobilitate plabeis, & indignis, & potius annuos reddıtus in illos conferra debet, quam nobilitatam. Exemplo illius Ducis, qui homini ſub ruſticis moribus, & vita inculto petenti, ut eum nobilem facaret, reſpondit Divitem te facile poſſem facere, nobilem nunquam poſſem Taſte Tiraq. *d. c.* 6. *n.* 24. *in fin.* Lara *de anniverſ. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 104. 6

Et prænotari oportet, quod ita ut Princeps gratis nobilitatem potaſt confarre, ita, & illius effectus pecunia vendere poteſt: ut bene notat Joann. Gutiarr. *pract. lib.* 4. *q.* 8. *n.* 15. Ubi *& n.* 14. quod privilagia, prærogativas, & immunitatas, quæ nobilibus competunt, à Principibus vendi poſſunt; non tamen ipſum jus ſanguinis, & nobilitatis, quod immutabile eſt: Immo Princeps ab his venditionibus ſe abſtinere debet: Vargit enim in magnum Reipublicæ, & veræ nobilitatis detrimentum ſordidos, & humiles nobilitatis ſplendore decorari, & aam, quæ ex egregiis factis atque virtutibus comparari ſolet, pecunia commutari. Vare namque nobilitatis pretium ſunt clara, 7
& ſtrenua facta, & virtutes: ut videre eſt apud Tiraq. *de Nobil. cap.* 4 Caſſan. *in Catal. glor. mund. p.* 8. *conſid.* 15. Aug. Barboſ. *de poteſt. Epiſc.* 1. *p. tit.* 2. *gloſſ.* 17. *n* 14. *&* 15. Azeved. *in rubr. tit.* 2. *lib.* 6. *Recopil. n.* 31. *& ſeqq.* Hieronym. Salzed. *de regim. Princip. lib.* 3. *cap.* 12. *diſſer.* 42. *n* 209. *&* 210. Non autem nobilitatis pretium debat eſſe pecunia. Tamen verum aſt, quod apud Vanetos neceſſitatis tempore nobilitas vendita fuit: ut tradunt Sabellic. *lib.* 6. *&* 7. *decad.* 2. Lælius Zecch. *lib.* 2. *de Princ. c.* 2. *n.* 1. Theod Hœping. *d. c.* 8. *n.* 33. Sed illud certum. & indubitatum eſt nobilitatam emptam in deriſum apud nobiles ceſſiſſe, & ipſis emptoribus in oprobrium; ſiquidem in illis hæ emptiones ingentiores injiciunt tenebras, non ſplendorem: ut bene dixit Eſcob. *de purit. ſanguin. q.* 4. *§.* 7. *n.* 177. 8

Non ſolum autam Princeps nobilem facere poteſt expreſſe, ſed etiam tacite: ut per Bart. *in L.* 1. *col. fin. C. de dignitat. lib.* 12. notat Tiraq. *d. c.* 6. *n.* 9. Et ita dicuntur nobiles, qui lateri Principis ipſius permiſſione adhærent *L.* 1. *C. de præpoſit. lator lib.* 12. ibi: *Quos noſtri lateris comitatus illuſtrat: L.* 1. *C. de domeſtic. & protect. lib.* 12. ibi: *Si his honorificentia non deferatur, qui contingere noſtram Purpuram digni æſtimati ſunt: L. ult. C. de excuſ. tutor.* ibi: *Circa latus noſtrum militantes* Angal. *in L. omnium col.* 1. ubi Corneus *notab.* 3. Jaſon *notab.* 11. *C. qui teſtam. facere poſſ.* Et poſt Purpurat. Plat & alios Tiraq *d. c.* 6. *n.* 10. Cabed. 2. *p. deciſ.* 73. *n.* 4. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 3. *cap* 10. *n.* 113. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 26. *n.* 70. Caſſan. *d. p.* 8. *conſid.* 19. 9

Prout

10 Prout etiam nobiles efficiuntur, & non in vulgari dignitate conſtituuntur militantes in ſacro Palatio *l. 2. & 3. L. in ſacris 9. L. in ſacris 12. Cod. de prox. ſacror. Scrinior. lib. 12. L. 2. C. de Palat. ſacrar. largit. lib. 12.* Carvalh. *in d. cap. Raynald. 1. p. n. 362. & 382.* Qui *à n. 363. cum ſeqq.* optime de officiis Domus Regiæ, & in ea militantibus ſpecialiter, & eleganter agit: Et *n. 385.* idem nobilitatis, & dignitatis privilegium habere tradit militantes, & inſervientes in Palatio Excellentiſſimi Ducis Brigantiæ. Et perinde habendos eſſe docet, ac ſi ipſi Regi ſervirent. Quod ſummo cum jure à Regibus Luſitaniæ ejus Progenitoribus conceſſum fuit ob maximam ſanguinis conjunctionem, & ob eximiam Dignitatis Excellentiam.

11 Sed caveat Princeps, ne vilioris, & humilioris ſortis homines ad ſuum latus admittat; Sic enim favoribus inflati, & ſuperbia plura crimina admittere ſolent, quæ ſunt in cauſa ut omnibus exoſi habeantur Pacian. *de probat. lib. 2. c. 26. n. 88.* Ubi *n. 89.* refert, quod ex prædicta cauſa ſocietatis vilium, & ſordidorum hominum fuit Antonius Scala privatus dominio Veronæ.

12 Ex prædicta nobilitandi facultate Excellentiſſimo Duci Brigantiæ conceſſa bene colligitur Principem ſupremum poſſe communicare inferioribus facultatem, & poteſtatem nobilitatis conferendæ: ut in terminis tradit Henning. Arniſ. *de jure Majeſt. d. c. 3. n. 17. in princ.* ibi: *Unde harum collationem Princeps ſibi reſervat, aut quibus vult, & quomodo communicat:* Non tamen facile id facere debet; non enim patietur is ut beneficia, & immunitates quæ à nemine præter Principem concedi oportet *L. 1. C. de immunit. à num. conced. lib. 10. L. unica ubi gloſſ. C. de his, qui à Princ. vacat. acceper. lib. 10.* Arniſæus *d. n. 17.* Camill. Borrel. *de præſt. Reg. Cath. c. 33. à n. 3.* Amaya *in L. 1. C. de immunit. à num. conced. lib. 10. n. 2.*) à quovis in ejus præjudicium tribuantur. Propterea que, ut poteſtas nobilitandi data cenſeatur, intervenire debet illius ſpecialis conceſſio Theod. *d. c. 8. n. 71.* ubi de ſimili conceſſione expreſſe facta Archiduci Auſtriaco agit.

13 Itaque Princeps in concedenda plebeis nobilitate animadvertere debet cum judicio, an illi virtutibus polleant, quæ ab aliis plebeis hos ſeparare impellant, ut puta, ſi ignobilis ob res clare geſtas tam in bello armis, quam in Pace litteris in Reipublicæ utilitatem inter alios ſupereminet. Tunc namque juſte venit honorandus, ut principium ſuæ nobilitatis conſtituat, qui meritis, & virtutibus meruit nobilibus aſſociari. Plebeius namque, qui privilegio nobilitatem adquiſivit, vere quidem, & naturaliter nobilis non eſt. Aliud enim eſt eſſe tale, aliud haberi pro tali *L. mercis 207. ff. de verbor. ſignif. junct. L. ſuos ſervos 73. §. fin. ff. de legat. 3.* Neque etiam Princeps poteſt facere ut plebeius vere nobilis ſit, neque naturam mutare, *L.*
14 *jura ſanguinis, ff. de regul. jur. L. eas 8. ff. de capit. minut.* Amaya *in d. L. 1. C. ſi ſerv. aut libert. lib. 10. n. 66.* Atque ita ille, qui plebeius natus eſt per Principis privilegium, quamvis à ſe ipſo incipiat habere ſtatum nobilitatis, vere quidem nobilis non eſt, ſed ſuæ nobilitatis principium Bart. *in d. L. 1. C. de dignitat. lib. 12. n. 52.* Gama *deciſ. 222. n. 5.* Giurb. *de ſucceſſ. feudor. præl. 3. n. 17.* Eſcob. *de purit. ſanguin. q. 4. §. 5. n. 26.* ut nobilitatis ſtatus in ſuos poſteros derivetur argum. text. *in L. unum ex familia, ff. de legat. 2. L. 3. ff. de interdict. & relegat.* Eſcob. *in d. tract. q. 13. §. 1. n. 27.* Tiraq. *de Nobilit. c. 15. n. 1.*

15 Deinde infertur plebeium, & ignotum poſſe fieri Nobilem: ut optime probat Alvar. Ferrer. de vera *in opuſc. de Nobil. c. 7. & 8.* ſed quia nobilitas non naſcitur in ictu oculi, ut notatur *in L. ſtemmata, ff. de gradib.* Decius *conſ. 53. placet mihi col. 2. verſ. quarto facit,* Tiraq. *de Nobil. c. 19. n. 9.* Fulv. Pacian. *de probat. l. 2. c. 38. n. 71.* claris factis, & virtutibus eximiis eam plebeius adquirere poteſt, ut poſtea conceſſa nobilitate Politica à Principe confirmetur: Cum enim nobilitas in virtute conſiſtat juxta illud Juvenal. *ſatyr. 8.*

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, Nobilitas ſola eſt, atque unica virtus.

Virtuoſus, & generoſus animus ita poteſt inveniri 16
in nobili genere, prout in ignobili: ut docet Senec. *epiſt. 31. ad Lucil.* ibi: *Hic animus tam in equitem Romanum, quam in Libertinum, quam in ſervum poteſt cadere.* Et ſic teſtantur monumenta, quod plures humilis genere natos provexit ad æthera virtus: ut de noſtro Viriato tradunt Plutarch. *in ejus vita,* Marian. *p. 1. hiſtor. Hiſpan. l. 3. c. 3.* idem de Sertorio *d. l. 3. c. 12.* Servius Tullius ex ancilla ortus ad Romanorum Regem electus fuit Luc. Flor. *lib. 1. c. 6.* Tullius Hoſtilius cum eſſet paſtor ad Romani Regni Coronam fuit evectus Val. Max. *rer. memorab. lib. 3. cap. 4.* Quod idem evenit Tarquino Priſco filio cujuſdam mercatoris Valer. Max. *d. c. 4.* Ignobilem etiam habuerunt originem Agathocles Siciliæ Rex, Ptolomeus Egypti, Cajus Marius, qui Romæ ſepties Conſul factus fuit, Arſaces Parthorum Rex, & alii plures, quos recenſere otioſum judicamus.

Plane quantum ad jus naturæ omnes pares condi- 17
tione naſcuntur *L. manumiſſiones 4. ff. de inſt. & jur. princ. Inſtit. de libertin.* Nobilitas autem qualitas eſt accidentalis, & quid morale hominumque figmentum, ſedens rationis, ut logici dicunt Salzed. *de regim. Princip. lib. 3. c. 22. diſſert. 42. n. 206.* Quæ quidem jure humano fuit introducta ex variis cauſis Eſcob. *de puritat. ſanguin. q. 8. §. 1. n. 23.* Et ut ſcribit Bald. *in L. Nobiliores, C. de commerc. & mercat.* Alia eſt nobilitas incipiens, alia creſcens, & alia perfecta. Unde nihil mirum, ſi nunc in aliquo ignobili, & plebeio virtutibus prædito nobilitas incipiat, prout antiquitus in jam nobilibus genere incepit. Nam teſte Oſo- 18
rio *de Nobil. lib. 2. verſ. 2. Omnes nobilitates provenerunt ab hominibus particularibus, qui ob res bene geſtas meruerunt præmia, & dignitates à Regibus conſequi. Adeo, ut nulla fere nobilitas ſit, quæ ſceleratum non habeat ortum.* Æneas Sylv. *in hiſtor Eurip. & Lucret. pag. 80. & ſeqq.* Theod. Hœpingi *de inſignib. c. 6. n. 1357.* Et ut aiunt Tacit. *lib. 11. Annal.* & Seneca *controv. 6. Quemcunque volueris revolvere nobilem, invenies humilem:* Vere quidem nobilitas dimetienda eſt ex propria virtute: ut ait D. Hieronym. *ad Celant.* ibi: *Summa nobilitas eſt clarum eſſe virtute.* Et Alexandrinus apud Paron. *tom. 8. anno 600. dicebat: Vera nobilitas non ex ſanguine, aut carne, ſed ex virtute animi accipit formam, & claritatem.* Et hac de cauſa Demoſthenes aiebat: *Bonus vir mihi videtur nobilis, qui verò non juſtus eſt, licet à patre meliori, quam Jupiter ſit, genus ducat, ignobilis mihi videtur.* Et Juſt. Lipſ. *lib. 3. manuduct. ad Philoſoph. diſſert. 17.* ibi: *Illi nobiles habendi ſunt, qui habitum habent aptum ad operationes virtuoſas.* Tiraq. *de nobil. c. 4. n. 3.* Et ut reſpondit Phalaris Agrigentinorum Tyrannus Aprico interroganti quid de nobilitate ſentiret: *Gloriari de nobilitate, ut de alio quovis bono non indecens eſt; ego autem unam nobilitatem virtutem novi, cætera fortunam. Nam humili genere natus, ut bonus, ita Regum, & omnium hominum nobiliſſimus fieri poteſt.* Refert, & ſequitur Tiraq. *de nobil. c. 4. n. 3.* & plura in eam rem cumulat Auguſtin. Barboſ. *voto 23. n. 5.* Proindeque ignobilis, & plebeius virtuoſus, & clarus virtutibus bene poterit nobilis effici, & à Rege declarari, ut à ſe ipſo nobilitas incipiat, & in poſteros derivetur.

Non tamen illa nobilitas recenter incipiens per- 19
fecta dicitur; ut ſentit Bald. *in L. Nobiliores, C. de commerc.*

commerc. & mercat. & notat Tiraq. *d. c.* 19. *n.* 9. Immu Bald. *in L. novit. in fin. C. illo tit.* tripliciter nobilem diſtinguit: Nempa ganare, & ita vulgus accipit, virtute, & ita Philoſophus, tandem utroque modo, quæ quidam eſt nobilitas perſecta. Ex qua eleganti doctrina colligitur perfactam nobilitatem dici eam, quæ ex genere nobili, & virtute componitur: Atque ita Nobilis ex ſtirpe tunc clarior raddatur, ſi ſimul virtutibus ornatus ſit. Nam ut dixit Cicer. *in Orat. pro Sext. Debet quidem valere apud nos clarorum hominum de Republica beno meritorum ſenex memoria, mortuorum quidem, ſed reviviſcentium in filiis.* Et Plin. *in Panegyr. ad Trajan.* ait: *Nobilitatem non imaginibus & ſtatuis, ſed virtute, & meritis propagari.*

20 Eſt itaque naturalis nobilitas, quæ à majoribus provenit, & in poſteros derivatur, ſoperior, & ceteras omnes antecellit *L. ſtemmata 9. ff. de gradib. L. 1. in princ. ff. de cenſib. L. 1. C. aureorum annulor. L. 1 tit. 6. L. 8. 9. &* 12. *tit. 7. L. 2. tit. 21. L. 4. tit. 23. partit.* 2. Caſſan. *in Catal. glor. mund. p. 8. conſid. 6. verſ. dicit tamen, & conſid.* 18. *per totam*, Azevad. *in rubr. tit. 2. lib. 6. Recopil. n. 64.* Garcia *de Nobil. gloſſ. 7 n.* 17. Narbon. *in L. 14. gloſſ. 1. n. 91. tit. 2. nova Recopil. lib.* 6. Auguſt. Barboſ. *voto* 23. *n.* 3. Eſcob. *de purit. ſanguin. q. 4. §. 5. n.* 5. Ubi *n.* 6. tradit, quod hæc nobilitas duplicitar conſideratur; ſcilicet naturaliter qooad proprietatem, civiliter quoad effactus. Et inſuper nobilitas ſanguinis, & gentilitia eo melior eſt, & præſtantior, quo an-
21 tiquior Tiraq. *de Nobilit. cap.* 19. *à n. 1. cum ſeqq.* Gama *deciſ. 1. n.* 21. Valenz. *conſ. 1. n.* 27. Primus autem effectus hujuſmodi nobilitatis eſt, quod nobilitatem regulariter famulantur virtutes Valenz. *conſ.* 166. *n.* 21. Et ſic nobilis ex ſtirpe præſumitur bonis moribus & virtutibus præditus *L. quod ſi nolit. §. mancipia, ff. de adilit, gloſſ. in c. illud 4. diſtinct.* Alciat. *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 48. in princ.* poſt antiquiores Tiraq. *de Nob. c. 20. n.* 20. Menoch. *lib. 5. præſumpt. 4. n. 6. & 7. lib. 6. præſumpt. 59. à n. 1.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 25. c.* 6. Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 2. c. 8. n.* 22. & 23. Bovad. *in ſua Polit. lib. 1. c. 4. n.* 14. Nam teſte Ariſt. *lib. 3. Polit. c.* 8. veriſimile eſt meliores aſſe eos, qui ſunt ex melioribus. Non enim imbellem progenerant aquilæ columbam. Quapropter nobilas ge-
22 nere ad officia publica eligendi ſunt Molin. *lib. 1. cap. 5. n.* 66. Gama *deciſ. 1. n.* 19. Cabed. 1. *p deciſ. 2. n.* 1. Valenz. *conſ. 34. n.* 206. Hermoſ. *ad gloſſ. 2. prolog. ad partit. 5. n. 1.*

23 Dabent tamen nobiles ex ſtirpe non tam ex virtutibus avorum, quam propriis gloriari, is enim aliena laudat, qui genus laudat ſuum: ut dixit Seneca, & Ulyſſes Ajaci Telamonio dicebat apud Ovid. *lib. de Metamorph.*

Et genus, & proavos & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco,

& Lucan. *in Panegyr. Piſon.*

Perit omnis in illo.
Nobilitas, cui laus in origine ſola eſt.

Plura ad hanc rem cumulat Tiraq. *de Nobil. c.* 22. *per totum.*

24 Et quia nobilitas tempore incipit, & tempore deſinit, virtute cleret, vitiu ſepelitur Petr. Gregor. *de Repub. lib. 4. c. 2. n.* 9. Antimachiavel. *lib. 3. theorem. ult.* non ſunt faciendæ daliciæ in nobilitate majorum, ſed propria virtute inclareſcendum ſtemma, & inſignia propaganda Theod. Hœpingi *c. 2. n.* 23. Qui *in c. 6. à n.* 1355. de vana nobilium abſque virtutibus, & armis gloria late agit. Subindeque Nobiles genere virtutes, moreſque majorum dabent imitari Tiraq. *de Nobil. c. 2. n.* 24. ut ſplendorem generis, nobilitatemque conſarvent. Cum enim humana nobilitas
25 ſit tota, & omnis noſter ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtat §. *ut autem lex in Auth. de non alienand.* *reb. Eccleſ.* Creſp. de Valdaura *obſervat. 5. n.* 33. ſæpe accidit, ut ex potentioribus procedant inanes, ex divitibus pauperes, & è contra §. *in Auth. ut omnes obed. Judic.* Atqoe ita nobiles, qui vitiis dediti ſunt, genus ſuum deturpant: uptimè Tiraq. *d. c. 22. n.* 23. & ob ſcelera, turpemque vitam, & infamiam nobilitatem amittunt *L. ſi qua illuſtris, C. de ſecund. nupt.* ibi: *Honeſta, nobiliſque perſona decore privetur: L. 1. C. ubi Senat. vel clariſſ.* ibi: *Omnem enim hujuſmodi honorem reatus excludit: L. quoties, C. de dignitat. lib.* 12. ibi: *Illuſtri dignitate per ſuum facinus privatos: cap. 1. de purgat Canon. cap. Nobilis 2. q. 5. Ordinat. lib. 5. tit.* 139. §. 2. Giurb. *de feud. præl. 3. n.* 12. Creſp. da Valdaura *obſervat.* 22. *n. 6. & 7.* Tiraq. *de Nobil. c. 24. à n. 1.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 3. c. 10. n.* 125. & 126. Gutierr. *conſ.* 13. Baeça *de inop. debit. c.* 16. *n. 2. & 3.* Valenz. *conſ. 91. n.* 21.

Et vera nobiles vitioſi hominibus fiunt exoſi, ut 26
traditur de Tiberio Cæſare tartio Romanorum Imperatore, qui ortus ax Tiberio Nerone, & Livia nobiliſſimis Romanis, ob ſcelera, perverſoſque mores adeo fuit populo exoſus, ut publicæ lætitiæ dies illius obitus extiterit, teſte Sueton. *in ejus vita* ibi: *Morte ejus ita lætatus eſt populus ut ad primum nontium diſcurrentes, pars Tiberium in Tiberim clamitarent, pars terram matrem, Deoſque Manes orarent, ne mortuó ſedem ullam, niſi inter impios, darent.* Propter eadem, & majora vitia Caligula Garmanici filius, & ax ea cauſa omnibus in principio amabilis, poſtea odibilis redditus à ſubditis, uxore, & filia occiſis, anno quarto ſui Imperii inſepultus fuit relictus, ut memoriæ tradit Sueton. *in ejus vita.* Eodem modo Sergius, Sulpicius Galba ex nobiliſſima familia oriundus, propter vitia, & turpem vitam à Romanis foit trucidatus ſeptimo menſe ſui Imperii, ut Author aſt Plutarch. *in vita Galbæ.* Quid dicam da Claudio Nerone nobiliſſimo & flagitioſiſſimo Imperatore, qui poſt immaniſſimas crudelitates, viſceraque matris cæſa, profugus ſe ipſum occidit, & nomen crodelis apud omnes comparavit. Valerius Maxim. *lib. 3 c.* 5. memorat filios Scipionis Africani, Quinti Fabii Maximi, Clodi, Fulviæ, & Ortenſii, qui à parentum nobilitate turpia agando dagenerarunt, & populo, conſanguineiſque odibiles facti fuare. Et vare peſſimom eſt, & civilis diſciplinæ nihil magis adverſum, quam nobilitas, quæ incitamentum eſſe debet ad res præclaras garendas, eam in flagitium conferre, ſceleribuſque anſam præbere: Thaod. Hœp. *de jure Inſig. c. 5. n.* 23.

Debent igitur nobiles vitia fugere, humanoſque ſe 27
exhibere, ut omnium gratiam aſſequantur, & non tam ex naturali nobilitate, ſed etiam ex propriis moribus, virtutibuſque laudabiles evadant. Nam ut ait Ciceró *lib. 1. officior.* *Quanto ſuperiores ſumus, tanto nos ſubmiſſiores gerere debemus.* Et juxta illud *Eccleſiaſt. c.* 4. *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.* Rafert Tiraq. *de Nobil. cap. 23. n.* 7. Fugiant itaque nobiles ſuparbiam, quæ licet juxta aliquorum ſententiam ſit nobilibos quid peculiare, atque domaſticum: ut ſcribunt Hoſtienſ. *in cap. 1. vol. 1. verbo non permittunt de his quæ fiunt à major. part. capit.* Lucas da Pæn. *in L. militaribus ad prin. C. de Decurion. lib. 10. & in L. 2. C. ne ruſtic. ad ulla officia lib.* 11. poſt plures Tiraq. *d. cap.* 23. *n. 3. & ſeqq.* Illud certum atque indubitatum eſt, quod ſuperbia eſt immaniſſima beſtia: ut inquit Caſſian. *de inſtit. renuntiant. lib. 12. c. 1.* quem refart Camill. Bortell. *de præſt. Reg. Cath. c. 2. n.* 12. Et ut dixit Innocent. *in libell. de velit. condit. human. Superbia turrim evertit, linguas confundit, proſtravit gloriam, ſuſpendit Aman, interfecit Nicanorem, peremit Antiochum, Phacionem ſubmerſit, & Sonacherib interemit, ſedes Ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & radices gentium ſuperbarum areſecit.* Et Divus Gregor. *moral. lib.* 14.

c. 91. Qui per ſuperbiam, atque inanem gloriam, proximos juxta ſe deſpiciunt, ſuperiora, quæ ultra illos ſunt, nullatenus apprehendunt. Et ut dixit Claudian. *de quart. Honorii Conſul.*

Inquinat egregios adjuncta ſuperbia mores

Proinde ſuperbiæ actiones peſſimæ dijudicantur Borrell. *de præſt. Reg. Cath. d. cap. 2. n. 13.* Et ipſa fuit in cauſa, ut Alexandri Magni virtutes macularentur Borrell. *c. 41. n. 2.* Et ea propter nobiles à ſuperbia ſe abſtinete debent, ne iram Omnipotentis ſentiant, & grati omnibus exhibeantut.

De ſuperbia notatus legitur M. Fulvius Flaccus, M. Druſius, Pompeius, M. Antonius, Alexandet Magnus, Xerxes, & Annibal apud Valer. Maxim. *lib. 9. c. 5.* Deumque ſuperbiæ habuerunt ultorem Nabucodonoſor, Demetrius, Clitus, Cleatchus Heraclotearum Tyrannus, Herodes, & Caligula, Heliogabalus, & alii Principes, qui ſe ipſos pro Dii adorari juſſerunt: prout ex aliis tradit Arniſ. *de jure Majeſt. lib. 1. c. 3. n. 13.*

28 Sed quia ſupradictum eſt nobilem ob flagitia, turpemque vitam, & infamiam nobilitatem amittere; opportunè quæritur, An filius iſtius, qui ob crimen nobilitatem amiſit, nobilis adhuc remaneat, & nobilitatem originis conſervet? In qua quæſtione, quidquid dicant alii, quos citat Carvalh. *in cap. Raynaldus p. 1. n. 475.* diſtinguendum eſt inter eum caſum, quo is, qui nobilitatem amiſit, erat nobilis ex genere, & eum, qui beneficio Principis, vel privilegio nobilitatem adquiſivit: ita ut primo caſu filius nobilitatem avitam, & aliorum aſcendentium conſervet argum. text. *in L. 3. ff. de interd. & relig.* ibi: *Eum, qui civitatem amiſit, nihil aliud juris adimere liberis, niſi quod ab ipſo proventurum eſſet ad eos, ſi in civitate inteſtatus moreretur (hoc eſt hæreditatem ejus) &c.* Et ibi: *Quæ vero non à patre, ſed à genere, à Civitate, à rerum natura tribuerentur ea incolumia permanere.* Quod ex ea ratione procedit, quia factum patris filio nocere non debet; nec filius ex alieno facto prægravari. Et quia nobilitas ex ſtirpe eſt naturalis, & immutabilis, quaſi in natura habeat fundamentum §. *ſed naturalia Inſtit. de jure natur. L. jura ſanguinis, ff. de regul. juris* Azeved. *in L. 3. tit. 3. lib. 8. novæ Recopil. n. 29.* Sanch. *ad præcept. Decalog. lib. 2. c. 29. n. 2.* Simanc. *de Cathol. tit. 28. n. 18.* Carvalh. *d. p. 1. n. 476. & ſeqq.* noviſſime Theod. Hœpingi poſt hæc ſcripta viſus *in tract. de jure inſign. n. 101.* Diaco *lib. 1. de nobil. c. 7. n. 20.* Anton. Faber. *in Cod. lib. 9. tit. 29. de dignit. & nobilit. diffinit. 1.* Ubi elegantet tradit, quod eſſet abſurdum à ſolo patre auferri filio, quod non à ſolo patre filius habebat: Et ampliat procedere, ſive conceptus filius fuiſſet, antequam pater nobilitatem amitteret, ſive poſtea. Et *diffinit. 25.* optime Tiraq. *de nobilit. c. 35. n. 3.* Habet enim filius eo caſu nobilitatem ſuo jure, & ex propria perſona, qua ex facto patris privari non poteſt Anton Faber. *d. diffinit. 25. n. 6.*

29 Eo verò caſu, quo pater primus ſibi nobilitatem adquiſivit, ſi eam amiſit, nocebit filiis, ut non dicantur nobiles: ut tenent ſupra citati DD. & Carvalh. *d. 1. p. n. 478.* Sanch. *d. c. 29. n. 4.* Tiraq. *d. c. 35. n. 3.* Anton. Faber. *d. diffinit. 15. verſ. non idem eſt ſi pater:* niſi patri & filiis nobilitas à Principe conceſſa fuiſſet; tunc enim privato patre adhuc filii nobiles erunt, quia non à patre, ſed à Principe habent nobilitatem Tiraq. *d. c. 35. n. 4.* Anton. Faber. *d. diffinit. 25.* Theod. *d. c. 16. n. 101.* Unde infert Carvalh. *d. n. 478. 479.* quod licet apud nos filius naturalis plebeii ſuccedat patri unà cum filiis legitimis *Ordinat. lib. 4. tit. 92. in princ.* Phæb. *deciſ. 68. n. 9.* Tamen filius naturalis ejus, qui
30 nobilitatem ex ſtirpe provenientem amiſit, patri ſucceſſibilis non erit tam ex dictis, quam ex eo, quod pater privatus, tantum effectus nobilitatis, & privilegia amiſit: non autem fuit effectus plebeius; ſed medium ſtatum retinuit inter nobiles ſimpliciter, & plebeios. Tiraq. *cap. 23. n. 5. verſ. ſed hoc* Carvalh. *d. n. 479. in fin.* Et confirmatur, quia effectus nobilitatis differunt ab ipſa nobilitate. Unde lex bene poteſt tollere nobilitatis effectus Eſcob. *de puritat. ſanguin. q. 4. §. 4. num. 47. & ſeqq.* non ipſam nobilitatem.

Et nota, quod ſi pater nobilitatem perdidit ob in- 31
famiam, vel exercitium artis mechanicæ, & poſtea redierit ad bonos mores, illam recuperare poteſt juxta ſententiam Bart. *in L. 1. C. de dignit. lib. 22.* Guid. Pap. *q. 89.* ubi ejus Additionator: non enim tam facile nobilitas adquiritur, quam recuperatur amiſſa, Anton. Faber. *in Cod. lib. 9. tit. 29. de dignit. & nobilit. diffin. 2.* quamvis Tiraq. *c. 24. de nobil. n. 3.* Principis reſtitutionem deſideret. Quod Anton. Faber. *d. diffinit. 25. n. fin.* non ſervari in Sabaudia teſtatur, & *diffinit. 1. n. 11.* Et apud nos nunquam talis reſtitutio petita fuit, nec deſideratur.

Item hæc naturalis nobilitas deſcendit à patre, 32
avo, & cæteris aſcendentibus in filios, & poſteros legitimos *L. liberos C. de Senator. L. cum legitim. ff. de ſtat. homin.* Tiraq. *de Nobil. c. 5. & 18. à n. 21.* Ottalor. *de Nobil. p. 2. c. 2. à n. 6.* Garc. *eod. tract. gloſſ. 1. §. 2. à n. 41.* Thom. Valaſc. *alleg. 29. 10.* Cabed. *p. 2. deciſ. 36. n. 14.* Petr. Barboſ. *in L. quia talem 27. ff. ſolut. matrim.* Carvalh. *d. 1. p. n. 229. & 230.* Giurb. *ad ſtatut. Meſſan. c. 1. gloſſ. 7. n. 49.* Sarmient. *lib. 1. ſelect. c. fin.* Molin. *de Primog. lib. 2. cap. 14. n. 39.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſp. 24. n. 1.* Quamvis mater ſit plebeia *L. liberos 10. ff. de Senatorib. L. Senatoris 11. Cod. de dignit.* Tiraq. *de Nobil. cap. 18.* Treutler. *diſp. 2. theſi 10. litt. A.* Theod. Hœping. *de jure inſign. c. 6. n. 1497.*

A matre verò nupta ignobili non deſcendit nobi- 33
litas in filios, & poſteros, ex eo quod mulier quantumvis nobiliſſima nubens plebeio nobilitatem amittit *L. fœminæ in princip. ff. de Senator. L. 1. C. de dignit. lib. 12. L. nuptæ ff. de Senator. L. eum, qui 18. §. ſi nupta, ff. de injur. L. 1. & 2. C. de uxorib. milit. L. cum te 10. C. de nupt.* Tiraq. *de Nobil. c. 18. n. 20.* Paleot. *de noth. & ſpur. c. 61. n. 2.* Anton. Gomez *in L. 78. Tauri num. fin.* Carvalh. *in d. c. Raynaldus 1. p. n. 231.* Thom. Valaſc. *allegat. 29. n. 10.* Pichard. *in repetit. L. 3. C. de murileg. lib. 11. n. 15 & 84.* Et nobilitas uxoris per maritum ignobilem offuſcatur Auguſt. Barboſ. *appellat. 164. num. 13.* Ultra quod filii quoad honores, & dignitates patris, non matrisfamiliam ſequuntur §. 1. *Inſtitut. de legit. agnator. tutel. L. familiæ 196. ff. de regul. juris L. libero ff. de Senatorib.* Celſ. Hugo *conſ. 75. n. 6.* Valenz. *in L. vacuatis n. 1.* Amaya *in L. exemplo C. de Decurion. lib. 10. & 57.* Immo filii in patris, non matris poteſtate exiſtunt. Unde mater in eos transferre nequit nobilitatem, quam non habet, & ex ſuo facto amiſit *L. nemo plus ff. de regul. juris c. quod autem in fin. de jure patron.* Licet verè filii quoad ſtatum matris conditionem ſequantur *L. & ſervorum 5. §. ingenua, L. legitima 19. L. lex natura 24. ff. de* 34
ſtat. homin. L. partum 7. C. de rei vendicat. Amaya *in d. L. exemplo n. 11.* Carvalh. *in d. c. Raynaldus 1. part. n. 233.*

Cæterum in hoc Regno contrarium diſponit *Ordi-* 35
nat. lib. 5. tit. 92. §. 4. ibi: *E ſe quizerem tomar ſomente eſtremes as armas da parte de ſuas mays, podelobaon fazer.* Ubi delatio armorum generis materni filio conceditur, quæ tantum nobilibus ex genere præmiſſa eſt. Sunt enim inſignia verum nobilitatis monumentum Theodor. Hœpingi *de jure inſign. in proœm. n. 12.* Facit *Ordinat. d. tit. 92. §. 6.* ibi: *Ou naon ſendo filhos, nem netos de fidalgos da parte de ſeus pays, ou mãys* Ubi Legiſlator nobiles, id eſt *Fidalgos*, declarat filios ex materna nobilitate. Atque ita in hoc

Regno

Regno jam dubitatum non eſt nobilitatem deſcendere à matre in filios : quia ubi eſt caſus legis, diſputationi locus non datur *L. ancilla ubi gloſſ. L. illam ubi DD. C. de collat.* Bart. *in L. quoad conſtitutum ff. de teſtam. milit.* Decius *in d. L. illam n.* 1. *& conſ.* 503. *nu.* 4. Gratian. *c.*420.*nu.*17. Caſtill. *lib.*3. *controv. cap.*7. *nu.*34. *in fin.* Adeo ut tunc locus non ſit Judicis arbitrio Solorz. *de jure Indiar. tom.*3. *lib.*2. *c.*7.*n.*21. Ant. Hering. *de fide juſſorib. c.*11.*n.*60. Valenx. *conſ.*123.*n.*13. Aug. Barboſ. *axiom.* 136.*n.* 10.

36 Hujuſmodi Ordinationis diſpoſitio bene confirmatur, quia nobilitas filiorum etiam ex materno ſanguine creſcit Joann. Franc. Sanſelic. *deciſ.* 199. *n.* 13. Exornant Riminald. Jun. *in princ. Inſtit. de donat. n.*422. Paſch. *de virib. patr. poteſt. p.*4. *c.*2. *n.*32. *in fin.* Et facit, quod ad prælationem in aſſequendis Beneficiis ſufficit nobilitas ex parte matris Azeved. *in L.* 19. *n.*13. *tit.*3. *lib.*11. *Recopilat.* Cenedo *ad Decret. collect.*150. *n.*7. Aug. Barboſ. *in c. de mulia n.* 13. *de prabend. & dignit.* Et denique confirmatur ex Virg. *Æneid. lib.* 11.

——— Genus huic materna ſuperbum.
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.

Et ex Ovid. *lib.* 1. *Faſtor.*

Hinc fuit Evander, qui quanquam clarus utroque,
Nobilior ſacra ſanguine matris erat.

Videndi Cabed. 2. *p. dec.* 73. *n.*2. Carvalh. *in d. c.* *Raynaldus* 1. *p. n.* 236. *&* 240. Sarmient. *lib.* 1. *ſelectar. c. fin. n.* 5.

37 Sed noſtræ legis Regiæ diſpoſitioni obſtare videtur, quod neque ſtatuto, neque conſuetudine effici poteſt, ut filius matris conditionem ſequatur text. *in L. exemplo C. de Decurion. lib.* 10. ibi : *Nec valeant ſpecialiter delata reſcripta* & ibi : *Neque ulla pro morte referri ſinatur exceptio.* Et facit *L. non tantum §. Llienſibus ubi gloſſ. verb. non ſint in fin. ff. de excuſat. tutor.* Bart. Angel. Plat. & Rebuff. *in d. L. exemplo* Curtili *de Nobil.* 4. *p. n.*228. & aliis relatis Tiraq. *de Nobil. cap.*18. *n.*22. Verum contrariam ſententiam, nempe, quod ſtatuto, & conſuetudine effici poteſt, ut filius quoad nobilitatem, honores, armorum gentilitia, & dignitates matris conditionem ſequatur : melius opinatur Tiraq. *in d. c.* 18. *nu.* 23. Avilex *in proœm. Prætor. gloſſ.*1. *n.*9. Decius *in c. novit. de judic.* Sanch. *de Matrim. lib.*7. *diſp.*24. *n.*2. Sarmient. *ſelectar. lib.*1. *c. fin. n.*5. Palac. Rub. *in rubr. de donat. inter vir. & uxor.* §.32 Carvalh. *in d. c. Raynaldus* 1. *p. nu.* 235. *verſ ſed merito*, Ottalor. *de Nobil.* 2. *p.*2. *n.*7. Amaya *in d. L. exemplo. n.*58. *&* 59. Ubi tradit, quod apud Xanthios lege cavebatur ut à matribus filii generis nomen ſortirentur Plutarch. *de clar. mulierib. c.* 9. Tiraq. *d. c.*18. *n.*25. Sic apud Lyſios lege cautum fuit, quod filii à matribus nomina acciperent. Herodot. *lib.*1. Theod. *de jure inſign. c.*7. *n.*85. Et apud Hetruſcos quidquid filio defuit à genere paterno, maternum ſupplebat. Et apud Caſtellanos deſcendentes Antoniæ Garciæ Taurinenſis, ſive ex maſculis, ſive ex fœminis gaudent privilegiis, & immunitate Nobilium *L.* 31. *cum ſeqq. tit.* 18. *lib.* 9. *Recopilat.* Pichard. *de Nobil. n.* 47.

Prædicta ſententia comprobatur eo, quia conſtitutio, quod filii patris nobilitatem, non maternam ſequantur, fuit juris Civilis inventum. Unde Princeps contraria lege prædictam conſtitutionem poteſt mutare *L. non eſt novum* 26. *& ſeq. L. de quibus, ff. de legib. c. non debet de conſang. & afin.* Donel. *lib.* 1. *commentar. c.* 12. ubi Oſvald. Amay. *in d. L. exemplo n.*59. *circa fin.* Et ex his bene fundata manet legis Regiæ diſpoſitio, quam novem fundamentis comprobat Theod. *d. cap.*7. *à n.*17. *cum ſeqq.* Ubi *n.*90. *&* 91. reſpondet textui *in d. L. exemplo C. de Decurion. lib.* 10.

38 Præterea conſtituendum eſt nobilitatem non præſumi, ſed ab allegante probandam eſſe ; quia non ineſt à natura Tiraq. *de Nobil. c.* 10. *num.* 13. Maſcard. *concluſ.* 1095. *à n.* 1. Gama *deciſ.* 86. *in fin. & deciſ.* 322. *n.* 1. Garcia *de Nobil. gloſſ.* 12. *n.*5. *& gloſſ.*13. *n.*51. Valaſc. *conſult.*191. *n.*21. Cabed. 2. *p. deciſ.*73. *n.*10. Auguſt. Barboſ. *appellat.* 164. *n.* 14. Quibus autem modis probetur, vide per Maſcard. *concluſ.* 1095. & Fulv. Pacian. *lib.* 2. *c.* 26.

39 Eſt autem nobilitas communis hominum loci exiſtimatio, & opinio : Et ſic ille vere nobilis dicitur, qui pro tali apud omnes reputatur *L. Nobiliores, C. de commerc. & mercat gloſſ. in c. nonnulli de reſcript.* Surd. *conſ.* 453. *n.* 9. Maſcard. *concluſ.* 1090. *n.*7.8. *&* 11. Covarr. *lib.*1. *var. c.*16. *n.*10. Tiraq. *de Nobil. c.*10. *n.*2.3. *&* 6. Phæb. *deciſ.* 14. *n.* 8. Pacian. *lib.* 2. *c.*26. *n.*62. Giurb. *ad ſtatut. Meſſan. c.*1. *gloſſ.*7. *n.*41. Guttier. *lib.*5. *pract. q.*13. *n.*30. *& ſeqq. & q.* 14. *n.* 6. *&* 7. Ottalor. *de Nobil. gloſſ.* 7. *n.* 11. Eſcob. *de purit. ſanguin. q.*4. §.7. *n.*20. Quod adeo verum eſt, ut ad probandam nobilitatem non ſufficiat dicere aliquem eſſe nobilem, *niſi* addatur, quod pro tali vulgo reputetur Tiraq. *d. c.* 10. *num.* 7. *&* 8. Maſcard. *concl.* 1095. *n.* 8. Eſcob. *de purit. ſang. q.*10. *n.*16.

40 Quare nobilitas probata dicitur, quando teſtes deponunt ſimpliciter talem fuiſſe, & eſſe communiter habitum, & reputatum nobilem : ut contra Bartol. *in L.* 1. *C. de dignit. lib.*12. *n.*100. *col. penult.* tenet Bonus de Cortili *de Nobil. p.* 6. *nu.* 3. quem ſequitur Pacian. *lib.*2. *c.*26. *n.*59. *verſ. in contrarium.* Ubi numeris ſequentibus hanc opinionem exornat. Quæ tamen intelligenda eſt, ut non procedat, quando nobilitatis requiritur ſpecifica probatio à ſtatuto, vel hominis diſpoſitione : quia tunc generica nobilitatis probatio ſufficiens non erit Puteus *deciſ.* 289. *n.*1. *lib.*1. Farinac. *dec.*535. *n.*2. *p.*2. Eſcob. *de purit. ſanguin. p.* 2. *q.* 4. *art.* 2. *n.* 102.

41 Rurſus nobilitas præſumitur ex quaſi poſſeſſione decennali Maſcard. *concluſ.* 1372. *n.* 108. Flores de Mena *lib.* 3. *var. q. n.* 88. Quæ quaſi poſſeſſio ſufficiens eſt, ut pendente lite ſuper nobilitate ejus, qui nobilis exiſtimabatur, *non* valeat impedire ſubire munera, & officia ad nobiles pertinentia Covarr. *lib.* 1. *var. cap.* 16. *n.* 11. *verſ. quinto* Garcia *de Nobil. gloſſ.* 31. *nu.* 49. Larrea *deciſ.* 41. *nu.* 13. Quod ſubintellige, dummodo iſte ante litem munera, & officia nobilium exercuiſſet, quia tunc manutenendus eſt lite pendente. Et in his terminis loquuntur Covarr. & Joann. Garc. *proxime*, Ottalor. *de nobil.*3. *p. princ. c.*3. *n.*8. ita Avendannum *de exeq. mand. lib.*2. *c.*19. *n.*23. Larrea *d. deciſ.*41. *n.*21.

42 Præterea notandum, quod nobiles ad officia publica, Reipublicæque regimen eligendi ſunt Molin. *lib.* 2. *cap.*5. *n.*66. Gama *deciſ.* 1. *n.*19. Cabed. 1. *p. dec.*2. *n.*1. Valenz. *conſ.*34. *n.*206. plures Hermoſ. *ad gloſſ.* 2. *prolog. partit.*5. *n.*1. & plebeis omnino præferendi, nedum in dignitatibus, & officiis ſæcularibus *L. honor.*14. §. *de honoribus* ibi. *Origo natalium, ff. de munerib. & honorib. L.* 1. *ff. de alb. inſcrib. L.* 1. §. *is qui, ff. de Decurion. Auth. Præſides in princ.* ibi : *Nobiliores civitatum, Cod. de Epiſcop. audient.* §. 1. *in princ. verb. viri obſcuri, & in verſ. interim verb. univerſi nobiliores, & in* §. *ult. verb. unumquemque nobilium Auth. de defenſ. civitat. L. ad ſubeunda C. de Decurion. lib.* 10. *L.* 1. *Cod. de condit. in public. horr. lib.*10. Tiraq. *de Nobil c.*20. *à n.* 1. *cum ſeqq.* Gratian. *c.*284. *n.*24. Larrea *deciſ.* 41. *n.*5. *&* 6. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.*2. *c.*8. *per totum.* Bovad. *lib.* 1. *Polit. c.*4. *ex n.*18. *& n.* 530. plures laudat Barboſ. *in collect. ad text. in c. de multa de prabend. n.*14. Amaya *in L.* 1. *C. de condit. in public. horr. lib.*10. *n.*32. Molin. *lib.* 2. *c.*5. *n.*66. Carvalh. *in d. c. Raynaldus p* 1. *n.*273. Sanſelic. *deciſ.*288. *n.*2. Cabed. *p.*2. *dec.*73. *n.*8. Et comprobatur authori-

tate ſacræ Paginæ *Deuteron. c.1.* ibi: *Tuli de tribubus veſtris viros ſapientes, & nobiles, & conſtitui eos Principes, Tribunos, & Centuriones.*

43 Quod non tam in nfficiis, Magiſtratibus, & Dignitatibus obſervandum eſt, ſed maxime in rebus bellicis; quia nobiliores eligendı ſunt, ex Cæpola *de Imper. milit. delig.* §. *Nobilitatis n.25. & ſeqq.* Bovad. *in ſua Polit. lib.1. c.4. n.15.* Sanſelic. *deciſ.* 288. à *n.* 1. Et nobilibus commendanda ſunt tempore belli loca mnnita: ut optime per Ferrer. *de modo defendendi loca obſeſſa n.27.* ibi: *Quando de ſumma rerum agitur, ſunt mittendi nobiles ad cuſtodiam locorum obſeſſorum, ſeu obſidendorum, qui habeant pignora ſua in locis prædictis, & ſint fideles, & de illis locis, ſeu provinciis, quia pro gloria, & honore, & ſuorum defenſione, & bono nomine fideliter, diligenter cuſtodient, & pugnabunt ſtrenue abſque mortis timore: & omnis ab his ceſſabit ſuſpicio proditionis, quæ eſt crimen, & ſcelus neſandum & abominabile in cœlo & in terra.* Et nobiles prædicti ob genus nobile ſuum, & virtutem fugient turpem calumniam proditionis nmni ævo damnandam, & puniendam in omni ſæculo ſine miſericordia nlla.

44 Verum etiam nobiles præſerendi in Beneficiis, & & electionibus dignitatum ſpiritualium *gloſſ urb. generis claritatem in extravag. execrabilis de conceſſ. præb. gloſſ. in c. de multa eod. tit.* Aug.Barb. *ad text. in c. de multa de præb. n.12. & 13.* Maſtrill. *de Magiſtr. l.2. c.8.n.60.* Tiraq.*d.c.20. n.11. & 13.* Cabed. 2. *p. dec.73 n.8.* Larrea *dec.41. n.6.* Quæ tamen ita temperanda ſunt, ut ſcilicet nobiles præſerantur plebeis, ſi una cum nobilitate virtutibus polleant, non è contra Larrea *dec. 41. n. 28.*

45 Diximus ſupra nobilitatem à parentibus in poſteros derivari legitimos. Nunc videndum An ad filios naturales, & ſpurios extendatur? Et quoad naturales attento jure communi receptior eſt ſententia, quæ habet nobilitatem à patre nobili in filium naturalem non derivari juxta doctrinam, Bart.*in L.1.ad fin.C.de dignit.lib.12.& in L.tutelas, ff. de capit.minut.* Bald. *in L.cum legitima, ff. de ſtat. homin.* Decian.*conſ.14. n.102.vol.4.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.22.n.84. & conſ.20.n.9.lib.5.* Tit. *de Nobil.c.15. n.10.* Bonus de Currili *eod.tract.p.4.à n.3.* Ottalor. *p.2.princ.c.3.n.3.* Garcia *gloſſ.1.§.1.n 46.ad fin.& gloſſ.20.n.36.* Paleot. *de noth.& ſpur.c.61.n.1.* Thuſc.*litt. N. concluſ.48. n.* 12. Giurb. *de feud. præl.3.n.16. & §.1. gloſſ.9. n.10.* Carvalb. *in d.cap.Raynaldus p.1.n.243.* Vide omnino Theod. Hœpingi *c.7. n.95. & ſeqq.* Quidquid in contrarium teneant Gomez *in L.79.Tauri n.6.in mea.* Spino *de teſtam. gloſſ.16. n.24.* Padill. & alii relati à Carval.*d.p.1.n.244.* quia contra eos eſt verior, & communior opinio: ut per Carvalh. *ſupra d.n.244.in fin.*
46 Sanfelic.*deciſ.56.n.13.* Joann.Baptiſt.Lupus *in tract. de illegit. & natural. reſtituend. comment.1.§.3.n.38.* Larrea *deciſ.32.n.42.* Ex ea ratione, quia naturales, ſeu baſtardi dicuntur ſordes, & abjecti; & inter filios non connumerantur *L.filium diffinimus, ff. de his, qui ſunt ſui*, Larrea *deciſ. 32. n. 3. & 42.* neque ſunt de domo, & ſamilia, agnatione, ſeu cognatione parentis *L.ſi ſpurius, ff. unde cognati,* Bart. *in d. L.tutelas n. 4. & in L. pronuntiatio §. familia n.1.ff.de verb.ſignific.* Bald.*in L.ex littera, C.de legitim.hæred.* Decian. *conſ.1.n.6.vol.3.* Menoch.*conſ.117.n.51.* Larrea *d. n.* 42. Giurb.*poſt alios de feud.* §.1. *gl.9. n.* Tiraq. *c.15. n.12.* neque per eos familia conſervatur *L. jure naturæ ff. de ſtat. homin.* Bart. *in d. L. tutelas in princ. ff.de capit. minut.* Fuſar.*q.406. n.65.* Peregr.*de fideicommiſſ.art.22.n.82.* Mantic. *de conject. lib.8. tit.12.*
47 *n.20.* Menoch.*d.conſ.117.n.52.* Mareſcot. *lib.2.c.31. n.7.* Quapropter inſignia, & arma majorum, quæ ſolis nobilibus conceduntur, portare nequeunt Cynus *in L. cum pater §. mater, ff. de legat. 2.* Bart. *in L. fin. C. de verb. ſignific. & in tract. de inſignib. col. 3.* Caſſan. *in Catal. glor. mund. p.11. conſid.15.* Tiraq. *c.15. n.13.* poſt alios Giurb. *d. gl.9. n.10.* Larrea *d. dec.32.n.42.* Immo tanquam ignobiles pœnis vilibus
afficiuntur Tiraq. *de Nobil.c.15.n.10.* Carvalh. *d.p.1.* 48
n.243. circa fin. & ſunt infames, & vilis conditionis: ut ex Azon. tradit Bald. *in L.1.col.1.C.de jur.aureor. annulor.* & innumeris citatis à Tiraq. *d.c.15.n.14.* Et ea propter tanquam ſordes non merentur nominari inter præcipuos *L. humilem C. de inceſt. nupt.* Bart. *in c.innotuit.de elect.col.ult.& in L.cum antiquioribus q. 8.C.de jur.deliber.* Carvalh.*d.n.243.* Tiraq.*d.c.15.n.10.*

Sed quamvis res ita ſe habeat, jure commnni atten- 49
to, tamen tam apud Caſtellanos *ex L.1.tit.17.part.7.* & ex illius Regni conſuetudine, qnam apud nos filii naturales gaudent nobilitate patris *Ordin. l.5.tit.92. §.4.ad fin.* ibi: *Eos baſtardos baon de trazeras armas conquebra de baſtardos juncto* §. 5. Atqui arma portare ſolis nobilibus licet *Ord.d.tit.92.in princ.* Ergo ſi baſtardus arma, & inſignia gentilitia portare poteſt, etiam ſateri nportet in eos paternam nobilitatem derivari; præſertim cum jure commnni eis arma portare prohibitum eſſet: ut diximus ſupra. Et ultra citatos tenent Molin. *lib.1.c.4.n.47.* Spino *de teſtam. gl.16. n.26.* Garcia *de expenſ.c.3.n.21.verſ.immo nec arma.* Guid.Pap.*dec.580.* Farin.*in prax.crim.q.13.n.53.cum ſeqq.* Cald.*conſ.9.n.52.* Carvalh. *d.1.p.n.245.* Ex quibus, & aliis naturalem gaudere nobilitate patris in Caſtella, & in hoc Regnn docent Greg. Lop. *in L.3. tit.13.part.4.gl.1.& 4.& in L.6.tit.33.part.6.gl.4.* Roxas *in epitom.de ſucceſſion.c.10. n.23. & 27.* Garc. *de Benefic.p.7.c.15.n.53.* Cevall.*commun.q.2.n.49.* Ant. Gom. *ad L.79. n.6.* Gam. *dec.312. in fin.* Valaſc. *de part.c.13.n.172.* Carvalh.*d.n.245.* Phæb.*1.p. dec.55. n.10.* Larrea *deciſ.32.n.43.* Solorz. *de jure Indiar.tom. 2. lib.2. c.15. n.10. & 11.*

Et confirmatur, quia quidquid ſit de jure com- 50
muni: tamen de generali conſuetudine filii baſtardi nobilium reputantur nobiles; præſertim ſi ſint familiarum inſignium: ut tradunt DD. laudati à Paſch. *de virib.patr.poteſt.p.3.c.2.n.26.* Sanfelic. *deciſ.56.n. 17.* Atque ita hæc npinio in hoc Regno inconcuſſe ſervatur. Verum aliquando ratione enormitatis delictorum, & qualitatis perſonæ baſtardi plectuntur pœna, qua ignobiles ex dictis per Ba 1. *in L.1.C. de dignit. lib.12.n.49.* per delictum namque inſamatur nobilis, & nobilitatem, dignitatemque perdit *L. Judices Cod. eod.* Ac ſubinde propter enormitatem criminis nobiles ſurcis ſuſpenduntur Grammat. *voto 3. n. 8. & deciſ. 36. n.5.* Petr. Caball. *reſolut. crimin. caſu 99. n. 108. & ſeqq.* Sanfelic. *dec. 56. n.18.* Et probat *Ordinat. lib.5. tit.139. §.2.*

An autem in hoc Regno filius naturalis matris no- 51
bilis materna nobilitate fruatur? Diſſerit Carvalh. *in d. c. Raynaldus p.1. n.246.* Ubi tenet, quod etiam iſte filius materna nobilitate potiatur. Ex eo, quod, ut ſupra diximus, matris nobilitas in filios deſcendit. Sed hoc ita temperandum intelligit, dummodo ex alia cauſa nobilitatem non amiſerit. Et non obſtare, quod mater luxurioſe vivendo nobilitatem amiſiſſe videtur ex text. *in L. Senatoris filia, L. palam, ff. de ritu nupt. ubi DD.* quia procedunt, quando mater meretricio more lucrum publice ſaciebat; non vero quando ſemel, vel iterum inordinatè ſe geſſit peccando in corpus ſuum; quoniam tunc nobilitatem non perdit. Ex his quæ Coſta *in c. ſi pater gl. legavit. n. 39.* Decian. *in tract. crimin. tom. 2. lib.8. c.7. n.11.* Phæb. *d. dec.55. n.9.* Et confirmatur, quippe illa tantum dicitur meretrix quæ palam, & paſſim omnibus patet Alciat.*in L.Maſſurius in fin. verbis ff. de verb. ſignif.* Covarr. *de ſponſal. p. 2. c. 1. §.11. n.4.* ita ut non ſit neceſſe, quod in lupanari, 52
vel alio loco quæſtum faciat, ſed etiam ſine quæſtu

L. pa-

L. palam in princip. & palam antem, & verſ. rectiſ-
ſime, ff. de ritu nupt. c. vidua eſt in fin. 34. diſtinct. c.
meretrices 32. q. 4 Vinc. de Franch. dec. 68. Caball.
reſol. crim. c. 123. n. 9. & 10. Decian. 2. tom. l. 8. c.
7. n. 10. Peguer. deciſ. crim. c. 2. n. non tamen dici-
tur meretrix illa, quæ duos etiam quæſtus cauſa, vel
libidinis ad coitum admiſit Decian. d. c. 7. n. 11. & 12.
Franch. d. dec. 66. n. 8. Covarr. ſupr. verſ. meretri-
53 ces, Caball. d. c. 123. n. 11. Unde quamvis mater,
quæ ſemel, & iterum in corpus ſuum peccavit, ho-
neſta dici non poſſit, quia honeſta dicitur, quæ ni-
hil habet turpitudinis Iſid. 2. etymol. & Alber. in dic-
tionar. Decian. d. c. 7. n. 12. tamen non debet ut me-
retria judicari. Præſertim ſi occulte cum aliquo rem
habuit libidinis cauſa; quia cum peccatum fuerit oc-
cultum; boneſta dicetur quoad famam, ex quo tur-
pitudo erat occulta; ut plus omnium operetur opi-
nio, quam veritas Decian, ſupra n. 12. circa fin.

54 Nunc de ſpuriis agendum. Et an materna, vel pa-
terna nobilitate gaudeant? Et antequam ad reſolu-
tionem quæſtionis deveniamus prænotari oporter cũ
dici ſpurium, qui vulgo quæſitus eſt, & non habet
patrem certum, late ſumpto vocabulo L. vulgo con-
cepti ff. de ſtat. homin Alex. conſ. 471. n. 5. lib. 5. Aug.
Barb. appell. 248. n. 1. Pacian. de probat. l. 2. c. 5. n.
15. Tuſch. litt. S. concl. 409. n. 25. Stricte tamen ille
dicitur ſpurius, qui natus eſt ex copula eorum inter
quos matrimonium non poterat conſiſtere veluti ex
conſanguineis uxoratis, vel ſolemni voto adſtrictis
Covarr. d. ſponſal. p. 2. c. 8. §. 5. à princ. Gama dec.
143. n. 2. Ubi de Flur. de Mena dec. 140. n. 1. Barb. d.
appell. 48. n. 1. Reynoſ. obſ. 53. n. 23. Riccius ad Vinc.
de Franch. dec. 47. Thuſc. d. concl. 409. n. 23. Cald. Pe-
reyr. de nominat. q. 21. n. 13. Pacian. d. cap. 5. n. 15.

55 Dicitur etiam ſpurius ille, qui à nobili natus eſt,
& viliſſima fæmina L. 1. C. de natur. liber. Phæb. dec.
68. n. 5. ubi plures laudat. Et quidem ſpurii in dupli-
ci ſunt differentia: vel enim ſunt ſpurii ſimpliciter, &
naſcuntur ex conjunctione à lege non approbata
56 quam lex humana nulla pœna cœrcet: ut exemplifi-
catur in nato ex uxorato, & ſoluta Valaſc. conſult. 29.
n. 6. & 13. Ant. Gom. in L. 9. Tauri n. 14. Aug. Barb.
ſupr. n. 2. & 3. & in C. conſuluit de ſerv. non ordinand. n.
4. Pacian. d. n. 15. Vel ſpurii procreati ex punibili, &
dãnato coitu, ut ſunt nati ex conſanguinea, uxorata,
vel moniali Auth. quib. mod. natural. effic. ſui §. ult.
Thuſc. d. concl. 409. n. 21. Aug. Barb. proxim. n. 3. & 4.
Pacian. d. c. 5. n. 15. & 16. Eodem modo filius Clerici
ex coitu damnato & punibili dicitur ſpurius Gama dec.
136. Cæphal. cõſ. 409. n. 26. Molin. de juſt. tract. 2. diſp.
167. concl. 4. Gutierr. pract. l. 2. q. 192. Coſta de ration.
rat. q. 40. n. 5. Aug. Barb. ubi ſupra n. 4. Et quidem
filius Clerici ſacris Ordinibus initiati gravioribus la-
57 borat ſpurietatis defectibus gl. penul. in L. 2. ubi
Bald. n. 3. C. de Epiſcop. & Cler. poſt plures Cyriac.
contr. 8. n. 8 Socin. Inn. conſ. 48. n. 2. vol. 4. quamvis
inceſtuoſus non ſit, ſed ſpurius tantũ Vinc. de Frãch.
deciſ. 27. n. 2. Ubi Amendol. n. 12. Quidquid in con-
trarium teneat gl. in d. L. 2. C. de Epiſc. & Cler. &
plures relati à Novar. ad Frãnch. ubi proxime. Eſt in-
ſuper nedum ſpurios, ſed inceſtuoſus filius Militis
58 Hieroſolymitani, Vincent. de Franch. deciſ. 28. ubi
Amendol. n. 4 Phæb. p. 2. dec. 171. n. 17. & 19. Creſp.
de Valdaura obſervat. 18. n. 12. At vero filius ejus qui
Præceptoriam, vel Commendant habet Ordinum
Domini Noſtri Jeſu Chriſti, D. Jacobi, & Avicenſis
naturalis eſt, non ſpurius: ut per Molin. de juſt. tract.
2. diſ. 141. Phæb. 1. p. dec. 68.

Cognito igitur, quis filius ſit ſpurius, ſubintrat
quæſtio, An talis gaudeat nobilitate paterna? Pro af-
59 firmativa facit text. in L. 3. §. ſpurios junct. L. ſpurii. ff.
de Decurion. Ubi probatur ſpurios poſſe munus Decu-
rionis ſubire: Et tamen negari non poteſt Decurionã-
tum eſſe dignitatem L. 1. L. ſpurii 6. de Decurion. ibi:
Non enim impedienda eſt dignitas ejus: L. neque 48.
Cod. de Decurion. lib. 10. Bovad. in ſua Polit. lib. 3. c. 8.
n. 19. Pancir. de Magiſt. municip. c. 1. prout etiam eſ-
ſe honorem probat. text. in L. 1. & 3. Cod. de Decu-
rion. lib. 10. Amaya in L. unic. C. de infamib. lib. 10. n.
93. Ergo ſpurii filii nobilium nobiles dicendi ſunt.

Secundo facit, quod contraria ſententia, eo præ- 60
cipuè nititur, fundamento: quia ſpurii ſunt infames,
ſaltem infamia facti: ut in ſpecie tradunt Tiraq. de
Nobil. c. 15. à n. 10. & 30. Caſſan. in Cat. glor. mund.
p. 11. conſid. 5. Mynſing. centur. 4. obſ. 31. Andr. Gail.
l. 2. obſ. 88. Theſ. dec. 126. n. 2. & ſeqq Solorz. de jur.
Ind. tom. 2. lib. 1. c. 28. n. 35. Gama dec. 143. n. 1. ubi
Flor. de Men. & dec. 167 n. 1. & 2. Reynoſ. ob. 53. n. 18.
Anton. Gom. 1. var. c. 1. n. 38. Oſvald. ad Donel. l.
6. c. 15. lit. B. Amay. in L. unic. Cod. de infamib. n. 93.
At vero Paleot. de noth. & ſpur. c. 55 & 56. late edocet
nullo jure Civili probari ſpurios eſſe infames ſed id tã-
tum, ut legitime natis cedere debeant juxta Ulpiani
reſponſum in L. generaliter 3. §. ſpurios: ff. de Decu-
rion. Atque ita ſpurii non arcentur à dignitatibus, &
honoribus: ut de communi teſtatur Bernard. Dias reg.
364. Gutierr. conſ. 31. n. 1. & 2. Gratian regul. 236.
verb. infamis, Solorz. lib. 2. c. 5. n. 25. & 26. Tiraq. d. c.
1. à n. 15. Quod ex eo provenit, quia nobiles ſunt,
ſiquidẽ plebei dignitates, & honores habere non poſ-
ſunt. Et ideo dicendum videtur nobilitatem patris in
filiũ ſpurium tranſire: Et ſic eam partem ſuquuntur
Anton. Gom. in L. 9. Tauri n. 52. Valaſc. de partit. c.
13. nu. 172. Et videtur probari in Ord. l. 5. tit. 92. §.
4. & 7.

Contraria tamen ſententia verior: & communior 61
eſt; quia ut ſupra diximus, ſpurii ſunt infames, & vi-
lis conditionis: ut præter ſupra relatos probant Azo
in ſumma tit. de infam. Camill. Borrell. de præſt. Reg.
Cath. c. 35. n. 6. Maſtrill. de Magiſtr lib. 2. c. 12. n. 37.
Capyc. deciſ. 32. n. 7. Infames autem nobilitatem ha-
bere nequeunt L. 2. C. de dignit. lib. 12. regula infa-
mibus. de reg. jur. in 6. Carvalh. in d. c. Raynaldus 1.
p. n. 287. Ac proinde in eos à patre nobilitas transfer-
ri non poteſt, tanquam incapaces.

Secundo probatur, quia ſpurii appellatione filio- 62
rum non continentur. L. filium diffinimus, ff. de his,
qui ſunt ſui, neque includuntur ſub conditione, ſi ſine
liberis, L. ex facto §. ſiquis rogatus ad Trebell. L. gene-
raliter §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit. ubi Barb.
n. 4. Roxas in epitom. ſucceſſion. c. 15. Caſſan. in Catal.
glor. mund. p. 11. conſid. 15. Tiraq. d. cap. 15. à n. 14.
Ottalora de Nobilit. 2. p. 3. princ. cap. 3. n. 3. Carvalh.
d. 1. p. n. 248. nec dicuntur de domo, ſeu caſata, fa-
milia, & agnatione Molin. lib. 1. c. 4. nu. 44. Phæb.
deciſ. 34. nu. fin. Gama deciſ. 167. nu. 2. Reynoſ.
obſervat. 53. n. 12. Sanſelic. deciſ. 56. n. 15. Noguer.
allegat. 28. nu. 68. Solorz. 2. tom. lib. 2. c. 17. n. 6.
Giurb. de feud. §. 1. gloſſ. 9. nu. 9. L. ſi ſpurius, ff.
unde agnati. Bart. in L. tutelas n. 4. ff. de capit mi-
nut Azeved. conſ. 24. n. 14. Lupus de illegit. com-
ment. 1. §. 2. n. 5. & §. 3 n. 24. Paleot. de noth. & ſpur.
c. 39. n. 5. neque bello ſunt fortes, nec fide ſtabiles
Gama deciſ. 167 n. 1. & 2. Sanſelic. d. deciſ. 156. n.
15. & non poſſunt portare arma familiæ patri: ut ex
Bart. Bald. Dyn. & Angel. tradit Alex. in L. ex
facto §. ſiquis rogatus n. 54. ff. ad Trebell. Sanſelic.
proxime n. 16. Solorz. d. c. 17. n. 6. Tiraq. d. c. 15.
nu. 13. Unde ad eos nobilitas parentum non potuit
tranſire, cum ſint dignitatum, & honorum incapaces
tam de jure Civili, quam Canonico Mareſcot. l. 2.
var. c. 30. nu. 2.

Inſuper ſpurius evadit pœnas infæmiæ patris prodi- 63
toris, ſeu hæretici Covarr. lib. 3. var. c. 8. n. 3. Villa
Diego de heretic. q. 13. optime Sanch. ad precept.
Decal. l. 2. c. 27. n. 1. circa fin. Eſcob. de puris. ſang.

q. 8. §. 3. *n.* 34. Ergo non poterit babere dignitates, & bonores, quos conſequi aliter non valeret, niſi mediante ſanguine, & bonis parentis qualitatibus.

64 Denique ſpurius non poteſt ad ſacros Ordines promoveri *cap. conſuluit. 5. de ſerv. non ordinand.* ubi Barboſ. *n.* 1. plures laudat: neque ab Beneficia ſine diſpenſatione *c. is qui, de filiis presbyter. in* 6. Garcia *de Benefic. p.* 7. *c.* 2. *n.* 48. *& ſeq.* Auguſt. Barboſ. *in d. c. is, qui n.* 1. *&* 2. Ex ea ratione, quia infamis eſt, quod non eſſet, ſi nobilis, vel honeſtus foret. Atque ita nobilitatem patris in filium non tranſire docent Mynſinger. *centur.* 4. *obſervat.* 31. Bovad. *lib.* 1. *cap.* 4. *& cap.* 12. *n.* 16. plures laudati à Soloz. *d. cap.* 5. *n.* 25. Carvalh. *d. p.* 1. *n.* 248. *& ſeqq.*

65 Neque obſtat text. *in d. L. generaliter §. ſpurios, ff. de Decurion.* Quia dupliciter reſpondetur. Primo: Quod textus ſupponit ſpurios aliàs capaces eſſe, ſcilicet ex nobilitate acquiſita propriis meritis, non paterna, quæ ad illos tranſire non poterat juxta ſuperius tradita. Quapropter vitium ſpurietatis illos inhabiles non reddit ad Decurionatus dignitatem: notat Carvalh. *d.* 1. *p. n.* 249. qui citat Valaſc. *conſult.* 17. *n.* 3. qui licet loquatur in ſpurio ædilitia dignitate jam decorato; non tamen hunc intellectum legis clare expendit.

Secundo reſpondetur, & melius, quod ſpurius non admittitur ad dignitates, & honores Molin. *lib.* 1. *c.* 13. *n.* 16. Paleot. *de noth. & ſpur. cap.* 55. *& ſeqq.* poſſunt tamen admitti ad Decurionatum in defectum aliorum, ſcilicet, ſi alius non reperiatur idoneus: & in his terminis procedit text. *in d. §. ſpurios.* Intereſt namque Reipublicæ, ut aliis idoneis deficientibus etiam ſpurii, & alii non honeſtæ conditionis in ordinem admittantur *L. eos ff. de Decurion.* ibi: *Nam paucitas eorum, qui muneribus publicis fungi debeant, neceſſaria etiam bos ad dignitatem municipalem, ſi facultates babeant, invitet: L. ut gradatim §. & ſi lege, & §. quoties ff. de muner. & bonor. L. bonor. ff. de Decurion.* Cabed. 2. *p. decis.* 84. *n.* 32. Qui quidem intellectus probatur *ex d. §. ſpurios:* quia in ejus ſpecie ſpurius admittitur caſu, quo alius idoneus & legitimus competitor non ſit ratione publicæ utilitatis: & reddit Ulpianus rationem ibi: *Quod utique non ſordi erit ordini, cum ex utilitate ejus ſit ſemper ordinem plenum babere.* Ex quo colligitur ſpurium admittendum in aliorum defectum, *non* aliàs. Et ſic ſpurius in eo textu admiſſus fuit cauſa publicæ utilitatis; nnn ex eo, quod non eſſet infamis. Immo Conſultus eum ſordem ſupponit ibi: *Quod utique non ſordi erit ordini.* Ita eleganter interpretatur Amaya *in d. L. unica C. de infamib. l.* 10. *n.* 97. Et in idem coincidit Molin. *de juſt. tract.* 4. *diſp.* 11.

66 Neque obſtat reſolutio Valaſc. *conſult.* 17. ubi ſpurium honeſtum, & bonis præditum moribus non eſſe perſonam turpem dixit ad boc, ut frater querelare poſſit taſtamentum fratris, in quo talis ſpurius inſtitutus fuit: quem ſequitur Theſaur. *decis.* 126. & Caſtill. *lib.* 2. *controv. c.* 19. *n.* 53. *&* 54. Fachin. *lib.* 4. *controv. c.* 93. Flores de Gam. *decis.* 143. Quia neque Valaſcus, neque alii ſpurium nobilem dicunt ex perſona, & nobilitate patris, ſed non eſſe turpem; namque ex ſua perſona virtutibus, & moribus honeſtus evaſit. Quod non pugnat nobiſcum, qui non inficiamur poſſe ſpurium propriis meritis nobilitatem adquirere: prout evenit Alexandro Magno, Herculi, Romulo, Servio, Tullio, & aliis, de quibus Tiraq. *de Nobil. c.* 15. *n.* 31. Natus enim ex meretrice ſi propria virtute decoretur, parentum non decoloratur opprobriis, *c. nunquam de vitiis diſtinct.* 56. Unde ſpurios ex propriis virtutibus ad dignitates evectos dicitur *in c. Oſius Papa* 56. *diſtinct.*

67 Neque de jure Regio dici poteſt nobilitatem patris in ſpurium tranſire attenta *Ordinat. lib.* 5. *tit.* 92. §. 4. *&* 5. Ubi delatio armorum baſtardis conceditur; quia Ordinatio intelligenda eſt de filiis naturalibus, non de ſpuriis. Dantur namque inter naturalem & vere ſpurium multæ differentiæ; quas congerit addiiio ad Theſaur. *decis.* 126. & obſervant Beccius *conſ.* 3. à *n.* 65. Giurb. *de ſucceſſ. feudor. gloſſ.* 9. *n.* 14. Et bene colliguntur *ex Ordinat. l.* 2. *tit.* 35. §. 12. ibi: *Natural, ou eſpurio.* Plane naturalis non adeo odibilis eſt, quam vere ſpurius *Auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt. Auth. quib. mod. natur. effic. ſui §. fin. c. fin. q.* 7. Spino *de teſtam. gloſſ.* 1. *n.* 6. *&* 7. Paleot. *de noth. & ſpur. cap.* 27. *n.* 27. atqui ſpurius dicitur ſpecies qualificata illegitimorum: ut bene tradit Carvalh. *in d. c. Raynaldus* 1. *p. n.* 251. Et probatur ex differentia, quam inter naturalem, & ſpurium conſtituit *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 92. *&* 93. Et ſic ſpurium non comprehenditur ſub generali diſpoſitione *Ordinat. d. lib.* 68
5. *tit.* 92. §. 4. *&* 5. Quæ de baſtardis loquitur; & intelligi debet de naturalibus. Idem enim ſunt baſtardi, ac naturales ſecundum *gloſſ. in rubr. ff. de concubin.* Et ea propter Bened. de Bart. *in tract. de fil. non legit. nat. n.* 2. & ſalicet. *in Aut. præterea, C. de natural. liber.* ſumant legem loquentem de naturalibus liberis per verbum *Baſtardos,* Sanſelic. *decis.* 56. *n.* 9. Unde lex loquens de naturalibus non comprehendit ſpurios, quaſi illegitimitas eorum tanquam qualificata non comprehendatur in lege de baſtardis, vel na- 69
turalibus loquente; caſus enim qualificatus non comprehenditur in diſpoſitione ſimplici; quia quælibet qualitas illam diverſificat *cap. ſtatutum de elect. in* 6. *L. quæſitum §. illud ff. de legat.* 3. Valaſc. *conſult.* 51. *n.* 11. Petr. Barboſ. *in L.* 1. *&* 2. *n.* 144. *ff. de judic.* Larrea *allegat.* 108. *n.* 4. *& alleg.* 118. *n.* 14. Salgad. *de protect. p.* 2. *c.* 7. *n.* 16.

Confirmatur ex *Ordinat. d. lib.* 5. *tit.* 29. §. 7. ubi 70
etiam baſtardis legitimatis prohibetur denominari de *Dom.* Quæ Ordinatio intelligenda eſt de ſpuriis, qui in Regno ſolent legitimari, non de naturalibus, in quos parentum tranſit nobilitas de jure Regni: ut ſupra dictum eſt. Ultra quod *Ordin. d. tit* 92. §. 4. *&* 5. etiam reſpectu naturalium exorbitans eſt à jure communi: ut oſtenſum manet. Et ſic intelligenda eſt, ut minus lædat jus commune. Quod in noſtria legibus præſertim procedit, quæ non ſolent recedere à communi Doctorum traditione Barboſ. *in L. comperit Cod. de præſcript. triginta, vel quadrag. annor. n.* 175. Unde nobilitatem ad ſpurios non tranſire etiam de jure Regio dicendum eſt: & apud Hiſpanos indubitatum dicit Carvalh. *p.* 1. *n.* 263.

Neque etiam illis competit nobilitas matris in hoc 71
Regno, quia ultra quod ſpurii non poſſunt habere nobilitatem, neque dignitatem, *L. cum legitimæ ff. de ſtat. bomin. gloſſ. verb. liberi in Clement.* 1. *de Bapt. & in L. filium diffinimus ff. de bis qui ſunt ſui:* quoniam copula, ex qua ſpurius naſcitur ſemper matri ignominioſa eſt *L. ſiqua illuſtris, C. ad Orpbician.* Et ita ex præceptoribus Conimbricenſibus tenet Carvalh. *in d. c. Raynald.* 1. *p. n.* 253.

Spurius tamen legitimatus parentum nobilitate po- 72
titur: ut diſputando ad partes docet Carvalh. *d.* 1. *p. n.* 255. *& ſeqq.* & in noſtro Regno abſque dubitatione procedere tradit propter clauſulam legitimationibus adjectam, quæ legitimatum ad nobilitatam reſtituit: *ut n.* 258.

An autem patris nobilitas de jure Regio deſcendat 73
in filium ſuſceptum ex propria ancilla dubitari poteſt? Pro parte negativa facit. Primo, quod filius quoad ſtatum matris ſequitur conditionem; & à ſerva, & ancilla natus ſervus eſt. Atqui ſervi, quod attinet ad jus Civile, pro nihilo reputantur *L. quod attinet, ff. de reg. juris.* Ergo nobilitatem habere nequit, quæ juris civilis eſt. Præſertim, quia ſervi habeutur pro mortuis, & ſtatum non conſtituunt

Jaſon.

Jaſon. *in L. ſi tibi homo §. conſervus n.2.ff.de legat.* 1.
Gregor. Lopez *in princ. tit.5.partit.4.verb. de ſu per-
ſona* Proindeque dignitatem habere non poſſunt *L.
Barbarius, ff.de offic.Prætor c.1.de ſerv.non ordinand.*
Ergo nec nobilitatem, quæ dignitas eſt ſui Bart. *in
L.* 1. *n.* 40. *C. de dignit. lib.* 12. Deinde facit: quia
etiam ſervus manumittatur, fit libertinus *princ. In-
ſtit. de libertin*, hic autem ſtatus ſemper nota, macu-
la, & obſcuritate inficitur, tanquam ille qui priſtinã
refricat ſervitutem. Unde libertinus nobilitatis digni-
tatem habere non debet: propter quæ fundamenta
hanc partem tuetur Carranza *de partu legitimo c.3.§.
3.n.*18. *& ſeqq.*

74 Verum contraria ſententia verior eſt, melioribus
fulcitur fundamentis. Primo: quia filius ſuſceptus ex
propria ancilla, vel aliena, cum qua dominus matri-
monium contrahere valebat, naturalis eſt: ut docent
Tello Fernand. *in L* 11. *Tauri*, Gama *deciſ.* 86. *&*
167. *n.*6. *& deciſ.* 312. Matienç. *in L.9. tit.*8. *gloſſ.*
2.n. 4.*lib.* 5. *Recopilat.* ubi Azeved. *n.*8.*&* 9. Gabr.
Pereyr. *deciſ.* 12.n. 11. *&* 12. Amaya *in L. exem-
plo* 36.*C.de Decurion.lib.* 10.*n.* 35. Socin *in L.ſed eſt
quæſitum n.* 2. *ff. de liber. & poſthum.* Ægid. *de pri-
vil. honeſt. art.* 13. *n.* 60. Et probat text. *in L. ex
facto §. ſiquis rogatus, ff. ad Trebell.* Ubi talis filius
in ſervitute conceptus facit deficere conditionem.
Et apud nos probat *Ordinat.lib.4.tit.*92. *in fin.princ.*
Plane dominus poteſt cum ancilla, ſeu ſerva Matri-
monium contrahere *c.* 1. *& ibi gloſſ. verſ. inter ſervos
c.2.de. conjugio ſervor. c. ſiquis ingenuus* 29. *q.*2. Er-
go filius ex ancilla ſuſceptus naturalis eſt *ex L. ſiquis*
75 *ingenuam* 21. *ff. de capt.* Proindeque, cum natura
lis in hoc Regno nobilitate paterna potiatur; iſte ex
ancilla ſuſceptus nobilis fiet: illa tantum differentia
conſtituta inter ſuſceptum ex propria ancilla, & ſuſ-
ceptum ex aliena; quod ſuſceptus ex propria mor-
tuo patre libertatem illico conſequitur ex tacita ma-
numiſſione, de qua *in L.fin. C. de manumiſſ.* Lara *in
L. ſiquis à liberis, ff. de liber. agnaſ.n.* 82. Azeved.
in d. L. 9. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recopilat. n.* 9. Et ſic omni-
no nobilitate gaudebit; niſi pater ſpecialiter eum re-
liquerit in ſervitute *d.L.fin. C.commun. de manumiſſ.
Ordinat. d. lib.* 4. *tit.* 92. *in fin. princ.* ibi: *Se por
morte de ſeu pay ficar forro* talis enim quem pater non
manumiſerit, pro nihilo habendus eſt. Filius vero
ſuſceptus ex ſerva aliena, tunc nobilitatem patris
conſequetur, quando jam tempore mortis paternæ à
76 domino fuerit manumiſſus, non alias: quia cum ſer-
vus remaneret, quoad Jus Civile pro mortuo haben-
dus eſt *L.intercedit* 59.*in fin.ff.de condit.& demonſtr.*
Ubi probatur, quod ſervitus morti aſſimilatur, &
cum ea comparatur: ut probat text. *in L.cum hic ſta-
tus §. ſi donator, ff. de donat. inter vir. & uxor. L.
ſervitutem* 209.*ff. de reg. juris*, Gabr. Pereyr. *deciſ.*
12.*n.*.11. *in fin. & n.* 13. Carranza *d.c.*3. §. 3. *n.* 21.
Et ita prædictam ſententiam tuentur Sanch. *lib.*7. *de
Matrim. diſp.* 24. *n.* 4. Ubi reſpondet adductis in
contrarium, Et eum ſequitur Amaya *in L. exemplo
C.de Decurion. lib.*10. *n.*31.*& ſeqq.* Mich. de Arella-
no *lib.ſingul. lectian. cap.* 2.*q.*4.*pag.* 73. licet nervo-
ſe contrariam ſequatur opinionem Carranza *d.* §. 3.
num. 19. *& ſeqq.* Sed contra eum ſtat verior opinio,
quæ comprobatur *ex Ordinat.d.lib.*4.*tit.* 92.

77 Cæterum obſtare videtur, quod filius viri nobi-
lis, & in dignitate conſtituti procreatus ex viliſſi-
ma fœmina non dicitur naturalis: ſed ſpurius: ut no-
tant Afflict. *deciſ.* 203. *n.* 1. Phæb. *deciſ.* 68. *n.* 5.
Sed nulla poteſt dici vilior fœmina, quam ancilla,
quæ quoad Jus Civile pro nihilo habetur *d. L. quod.
attinet, ff. de reg. juris.* Ergo in filium natum ex an-
cilla tanquam ſpurium non poteſt tranſire patris nobi-
litas. Sed reſpondetur prædicta procedere quoad
ſucceſſiones, quia talis filius ex nobili, & ancilla
tanquam ſpurius patri eſt inſucceſſibilis; neque à il-
quid ex bonis patris poteſt habere tam in ultima vo-
luntate quam per contractum lucrativum, Anton.
Gomez *in L.9.Tauri n.* 33. *& ſeqq.* Reynoſ. *obſer-
vat.* 53. *num.* 17. *&* 20. Larrea *deciſ.* 96. *à n.* 11
Cyriac. *controv.* 8.*n.*8. *&* 9. Trentacinq. *lib.* 1. *tit.
de noth. & ſpur. reſolut.* 1. *num.* 3. ita ut neque à pa-
tre poſſit hæres inſtitui, etiam non extantibus legi-
timis: ut de veriori teſtatur Parlador. *lib.* 2. *rer.
quotidian. q.* 10. *n.* 2. Trentacinq. *d. nu.* 3. qui re-
probat Anton.Gomez contra ſententiam *in d. L.* 9.
n. 4. Afflict. *d. deciſ.* 203. Et inſinuat *Ordinat. lib.
4.tit.* 92.*in fin. princ.*

At vero quoad nobilitatem talis filius tanquam 78
naturalis cenſendus eſt ex ſupra dictis; & ſufficit,
quod ſit natus ex ancilla, cum qua pater Matrimo-
nium contrahare poterat, ut nobilitatem liber factus
nanciſcatur; quia cum nobilitas ſanguini inhæreat,
ſublato impedimento ſervitutis reviviſcit: ut pungit
Sanch. *d. diſp.* 24. *n.* 4.*in fin.* Nec vilitas matris ea,
quæ naturalia ſunt filio, tollere valet § *ſed natura-
lia Inſti. de jure natur. L. jura natur. L. jura ſanguinis
ff. de reg. jur.*

Inſuper ſuccedit illa quæſtio, An nobilis in uno 79
Regno tranſlatus ad aliud retineat primævam nobi-
litatem? In qua diſtinguendum puto inter nobilita-
tem generis, quæ apud omnes gentes communiter
æſtimatur, & eam, quæ Principis privilegio, vel
patriæ ſtatuto adquiritur: ita ut prima nobilitas æque
coruſcet tam in proprio Regno, quam in extero, ad
quod nobilis fuit tranſlatus. Secundo verò caſu non
extendatur nobilitas extra Imperium Principis no-
bilitantis.

Probatur prima aſſertio, quia unaquæque provin- 80
cia habet quaſdam regulas peculiares, ſeu mores, &
vivendi rationes, ex quibus ejus nobilitas, vel igno-
bilitas meritur; ita ut conſuetudo efficax ſit, ut ali-
quis uno loco ſit nobilis exiſtimatione hominum, qui
alibi ignobilis reputatur Bart. *in L.* 1. *col.* 7. *verſ.
examinemus iſta verba, & col.* 9. *verſ. ex prædictis,
& verſ. quarta infertur, C. de dignit. lib.* 12. ubi
platea *col.* 2. *verſ. & ex his infertur, & cal.* 3. *verſ. ex
quo infertur:* hic latiſſime per Tiraq. *de Nobil.c.* 10.
d.n. 1. *cum ſeqq.* Vincent. Turret, *de Nobil. gentil.
lib.*3.*c.*5. Solorzan. *de jure Indiar.lib.* 1. *c.*27. *n.* 88.
tom. 2. Auguſt Barboſ. *voto* 23. *n.* 38. Eſcob. *de
purit. ſanguin. p.*1. *q.*4.§.5. *n.*4. Sed cum nobilitatis 81
verbum communiter, & apud omnes accipiatur de
nobilitate, quæ provenit à majoribus, & quæ ſan-
guinis eſt Bonus de Curtil 3. *p de Nobil. n.* 179. *&
ſeqq.* Caſſan *in Catal. glor. mund.* 8. *p. conſid.* 16.
verſ. & horum in fin. & conſiderat. 17. *ver. & an ſta-
tutum*, Azeved. *in rubr. tit.* 2. *lib.* 6. *Recop. n.* 38.
Eſcob. *de purit. ſanguin. d.*§.5. *n.* 15. Et ſic cum illa
nobilitas ex jure gentium oriatur, quæ genus, aut
virtutem habet pro fundamento, apud omnes gentes
pro vera, & ſola nobilitate agnoſcatur Arniſæus *de
jure Majeſt.lib* 1.*c.*3. *de poteſt. ferendi leg.n.*17. *verſ.
cum enim* Nil mirum, ſi nobilis ſtirpe apud omnes
nobilis reputetur; eſt enim nobilitas naturalis quæ-
dam qualitas inhærens perſonæ, ſicut ſtellæ fixæ in
firmamento: Et ideo ſequitur perſonam quocunque
vadat argum. text. *in L.* 2.*ff. de alim. & cibar. le-* 82
gat. Cap. ex litteris de pignar. ita ut nobilis genere
non poſſit à ſe abdicare nobilitatem *L. jura ſanguinis
ff. de reg. juris, L. jus agnationis, ff. de pact.* quæ
non circumſcribitur loco, ſed ſemper comitatur per-
ſonam Ottalor. *de Nobil. p.* 2. *c.* 5. *verſ. prima juris
ratio*, Gutierr. *pract.lib.*3.*c.*13. *nu.* 95. Auguſt. Bar-
boſ. *vota* 23. *nu.* 40. Carvalh. *d. t.* Raynaldus *p.* 1.
nu 219. Propter quæ, & alia fundamenta noſtram
ſententiam amplectuntur Baëça *de inop. debitor.
c.* 16. *n.* 112. Gutierr. *lib.* 3. *pract. q.* 17. *nu.* 139.

Garc. *de Nobil.gloſſ.7.n.*18.Carvalh. *d. p.* 1. *nu.* 219.
Auguſt.Barboſ. *d. voto* 3. *à nu.* 39. *cum ſeqq.* Quid-
quid aliud velit Ottalor. *d. cap.* 5. *n.*10. quia contra
eum ſtat communis opinio: ut per ſupra citatòs, qui
ejuſdem ſatisfaciunt fundamentis. Et facit *L.* 2. *tit.* 2.
lib. 4. *Ordinam.* & *L.*2.*tit.*21.*partit.*2. & *L. fin. tit.*
1.*ead.partit.* Qua ratione nobilis in uno Regno poteſt
in alio ſua arma, & inſignia geſtare Theodor. *d. c.*
8.*num.* 58.

83 Unde ſequitur, quod Sarraceni nobiles genere,
& alii infideles ad fidem converſi, & apud nos com-
morantes retinent nativam nobilitatem ex his, quæ
Gutierr. *lib.*3.*pract.* *q.* 14. *n.*98. & *ſeqq.* Garcia *de*
Nobil. Gloſſ. 7. *n.* 19. Carvalh. *d.*1 *p.n.*222.

84 An autem deſcendentes ex Hebræis ad fidem
converſi nobiles debeant reputari? Diſputat Car-
valh. *d.* 1. *p. n.*223. & *ſeqq.* Et expenſis pro utraque
parte ſundamentis tenet eos nobiles non eſſe *n.* 225.
Et latè tradunt Ottalora *de Nobil.* 2. *p.* 3. *princ. c.*
2. *à n.* 16. *uſque ad n.* 26. Montalvaon *ad L.*4.*tit.* 2.
lib. 4. *fori*, Garcia *de Nobil. gloſſ.* 7. *num.* 9. *ad fin.*
Azeved. *ad L.* 22. *tit.* 7. *lib.*1. *Recopil.* Gutierr. *lib.*
3. *pract. q.* 14. *n.* 99. Quibus addo, quod Judæi per
mortem Domini Noſtri Jeſu Chriſti facti ſunt nobis
ſervi *cap.* & *ſi Judæi* 7. *c. conſuluit. de Judæis*, Ca-
mill. Borrell. *de præſt. Reg. Cath. c.* 69. *nn.* 10. Ac
proinde nobiles eſſe nequeunt. Et inſuper, quia iſti
ſic deſcendentes ex Judæis à publicis officiis, & ho-
noribus arcantur: ut apud nos pluribus pragmaticis
ſanctionibus eſt ſtatutum. Sed prob dolor! male ob-
ſervatur. Proindeque neque Rempublicam, neque
Regnum gubernare debent ex Eſcob. *de purit. ſan-*
guin. p. 1. *q.* 2. *n.* 47. tanquam à Chriſto maledicti.
Matth. *cap.* 12. & 17. Eſcob. 1. *p. q.* 3. §. 3. *n.*79.

85 Limitatur tamen prædicta reſolutio, ut non pro-
cedat, quando coinquinatio Hebraici, ſanguinis
procedit tantum ex parte materna; quia tunc ſi fuit
pater nobilis, filius non privabitur nobilitate patris
in totum, licet obſcurata maneat. Et ita obſervari
teſtantur Ottalora. 2. *p.* 3. *princ. c.* 7. *nu.* 28. Garcia
gloſſ. 7. *n.* 19. Gutierr. *d. q.* 14. *n.* 99. Carvalh. *d.*
1. *p. n.* 229.

86 Prædicta procedunt in Hebræis noviter ad Fidem
converſis. Sed quid dicendum de converſis ab Apo-
ſtolis, vel poſt eos, quorum deſcendentes hodie ve-
tuſtiſſimi ſunt Chriſtocolæ habiti. Et quidem hi nul-
la notantur infamia: ut tenet Didac. Valaſquez *in de-*
fenſ. ſtat. Tolet cap. 10. *verſ. confundunt antiquiſſi-*
ma tempora pag. 23. & *c.* 19. *verſ. propterea noſtra*
ſtatuta pag. 45. Fr. Emman. Rodrig. *tom.* 2. *Reg. q.*
11. *art.* 1. *poſt princ.* Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 5.
gloſſ. 1. *p.* 1. *n.* 107. Eſcob. 1. *p. q.* 4. §. 2. *nu.* 23.

87 Hi enim ſi probaverint nobiles fuiſſe apud Hebræos,
maxima quia deſcendunt ex tribu Juda, in quo ſo-
latium erat totius nobilitatis Hebraicæ, pro nobili-
bus reputandi erunt: Immo geniti ex antiquiſſimis
Hebræis converſis, qui nunquam perfidi, aut infi-
deles extiterunt, præferendi ſunt deſcendentibus ex
gentilibus: ut tradit idem Velaſquez *proxime c.* 56.
in princ. Qui rationem reddit *c.* 4. *verſ. n.* & *illud*
adde pag. 98. quem refert, & ſequitur Eſcob. *d. q.* 4.
§. 2. *n.* 24.

88 Secundo verò caſu diſtinctionis, quando nobili-
tas fuit privilegio Principis conceſſa, vel patriæ ſta-
tuto, nobilis ex privilegio, qui antea ignobilis erat,
ſi ad aliud Regnum tranſlatus ſit, ibi pro ignobili
erit habendus, prout erat ante privilegium. Nobi-
litas enim aut dicitur abſoluta, id eſt generis, quæ
naturalis eſt, aut domi tantum, quam dicunt eſſe
qualitatem per Principem illatam, qua quis ultra
honeſtos plebeios acceptus oſtenditur ſecundum
Bart. *in L.* 1. *n.*62. *Cod. de dignit. lib.* 12. Guid.Pap.
deciſ. 196. *n.* 1. *circa med.* Alvator. *in c.* 1. §. *caete-*
ri n. 5. *ad fin. Quis dicatur Dux* Arniſ. *de jure Ma-*
jeſt. lib. 1. *c.* 3. *n.* 17. Abſoluta autem perſonam co-
mitatur: ut dictum extat. Ea vero, quæ competit ex
privilegio, aut ſtatuto, non latius patet quam termi-
nus Reipublicæ, aut poteſtatis Principis conferen-
tis: namque ut ait Boet. *de conſolat. philoſ. Siquis*
multiplici Conſulatu functus, in barbaras forte vene-
rit nationes, venerandumne honor barbaris efficiet?
Vaneſcunt illico, cum ad eos devenerint, qui dignita-
tes non eſſe exiſtimant: quia non poteſt quis alteri Rei-
publicæ leges ponere, jubereve, ut pro nobili habea-
tur, quem ipſe talem eſſe vult, multo minus, ut hono-
res, privilegiaque nobilibus conceſſa, utenda fruenda-
que concedat. Quippe privilegia non extenduntur 89
ultra territorium concedentis, prout neque lex, ſeu
ſtatutum unius Regni obligat in alio; immo neque
extenditur ad bona in alio Regno exiſtentia: ut poſt
antiquiores tenet Alex. *conſ.* 16. *viſo titulo quæſtionis*
col. 1. & 2. *lib.* 1. Valaſc. *conſult.* 182. *n.* 14. Thuſc.
*litter. S. concluſ.*542.*n.*1. Phæb. 2.*p. deciſ.*102.*n.* 26.
& 43. poſt plures Giurb. *ad ſtatut. Meſſan. c.* 1.*gloſſ.*
2. *nu.* 119. Tiraq. *in L. ſi unquam verb. revertatur*
nu. 440. *C. de revoc. donat.* Adhæret namque juriſ-
dictio territorio, ſic ut nebula in tota palude Gregor.
Lopez *in L.* 1. *gloſſ. fin. tit.* 4. *partit.*3. Cabed. 2. *p.*
deciſ. 10. *n* 9. Curt. Jun. *conſ.*41.*n.*9. & *conſ.* 138. *n.*
24. Aug.Barb. *in c.*2.*n.*10. *de conſtit. in* 6. Et rur-
ſus conſuetudo unius Regni neque prodeſt neque no-
cet ſubdito in alio Regno Menchac. *uſufreq. c.* 3.
n. 19. Barboſ. *proxime n.* 11. Salgad. *de retent. Bul-*
*lar. p.*1.*c.*9. *n.* 7. Unde nobilitas ex privilegio, ſta-
tuto, ſeu conſuetudine nullo modo extendi poteſt
ultra territorium concedentis Prout neque legitima- 90
tio facta à Principe comprehendit bona exiſtentia in
dominio alterius, niſi illius accedat conſenſus: ut di-
ximus ſupra *c.* 16. *de legitim. n.* 26. Et in terminis
noſtram ſententiam amplectitur Arniſ. *de jure Majeſt.*
d. c. 3. *n.* 17. Garcia *de Nobilit. gloſſ.* 7. *n.* 17.

Juvat locus Ciceronis *ad Quæ Fratr.* *l.*2. *epiſt.*12. 91
ibi: *Marcum Orfium Equitem Romanum tibi commen-*
do majorem in modum hominem domi ſplendidum,
gratioſum etiam extra domum: & *in* 3.*in Verr. action.*
Unde ortum fuit adagium: *Domi Nobilis* Quod in-
terpretatur Tiraq. *c.fin.n.*145. ſcilicet hi abſolute di-
cantur nobiles ubique, qui naturali nobilitate gau-
dent. Nulla enim eſt gens, quæ non hos nobiles exi-
ſtimet. At vero qui ex privilegio, aut ſtatuto nobiles
ſunt effecti, hi certe domi, id eſt apud ſuos ſunt no-
biles, apud externos minime, licet commendabiles,
& gratioſi ſint. Quod eliciunt Doctores ex Ariſt.
*lib.*1. *Polit.c.*4. quem ſequitur Oſorius noſter *de No-*
bil. Civil. lib. 1. *cap.*4. Arniſ. *d. c.* 3. *n.* 17. Garcia
d. gloſſ. 7. *n.* 18.

Non obſtant quæ Auguſt. Barboſ. *d. voto* 23. *nu.* 92
39. quatenus ait receptiorem eſſe ſententiam, quæ
ait, ubique terrarum nobilem eſſe illum, qui in pro-
pria patria, & Regno talis habetur. Reſpondetur
namque fundamenta Barboſ. illud tantum evincere,
quod vere nobilis, hoc eſt ex genere, ubique terra-
rum nobilis eſt. Quod nos etiam defendimus *ſupra n.*
81. Non autem concludunt, quod nobilis ex privi-
legio in uno Regno ſit nobilis in alio: immo Docto-
res, quos citat, loquuntur in nobilitate naturali, non
in quæſita ex privilegio: ex Gutierr. *lib.* 3. *pract. q.*
17. *n.* 139. ibi: *Preterea quia ut late probat Baça de*
inope debitore cap. 16. *n.* 111. & *ſequentib. Nobilis*
Hiſpanus in tota Hiſpania, in regionibus Regi ſubdi-
tis gaudere debet ſua nobilitate Bæça *d. c.* 16.*n.*115.
ibi: *At Fidalgui Nobiles habentur non ſolum Caſtella,*
verum Luſitania, Aragonia, & Navarra. Et hoc non
tam ex jure communi, quam ex L. 2. *tit.* 2. *lib.* 4.
Ordinam. & *L.* 2. *tit.* 2. *lib.* 6. *Recopil. Quibus ſta-*
tuitur, quod Fidalgui totius Hiſpaniæ in Caſtella No-
bili-

bilitatis privilegiis præfruantur. Quæ leges de nobilibus ex genere intelligendæ ſunt; quia in hoc ſignificatu accipitur verbum nobilitas, ut diximus ſupra *n.* 79. *&* 81. Et his tantum per illas leges conſultum fuiſſe inſinuat Bæça *d. c.* 16. *n.* 112. ibi: *Ex quo infertur hos nobiles, qui Fidalgui appellantur, deſeminatos eſſe per totam Hiſpaniam.* Quod dictum de nobilibus ex ſtirpe intelligitur, qui poſſunt dici deſeminati per totam Hiſpaniam non de nobilibus ex privilegio, qui recentet nobilitatem adquiſierunt.

93 Neque obſtat, quod nobilitas ex privilegio, & nobilitas ſanguinis pari paſſu ambulent, & eoſdem producant juris effectus: ut late comprobat Eſcob. *de purit. ſang. p.* 1. *q.* 4. §. 5. *à nu.* 38. *cum ſeqq. & maxime n.* 51. Garcia *de Nobil. gloſſ.* 1. §. 1. *n.* 43. *&* 50. Mench. *de ſucceſſ. creat.* §. 30. *n.* 291. Gutiert. *lib.* 4. *pract. q.* 7. *nn.* 12. Quia reſpondetur hæc bene procedere in territorio concedentis qui potuit nobilitatem concedere, non ſic extra territorium, ubi non poteſt leges imponere.

94 Similitet ad Regem tantum ſpectat, & his, quibus conceſſerit, poteſtas, & jus inſignium, & armorum, ac nobilitatis dandæ Bart. *in L.* 1. *n.* 61. *verſ. quid ergo dicendum, C. de dignit. lib.* 12. Tiraq. *de Nobil. cap.* 6. *n.* 1. 2. *&* 5. Ottalot. *de Nobil. p.* 4. *princ. c.* 1. *n.* 1. Pacian. *lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 33. Decian. *reſponſ.* 66. *nn.* 1. *vol.* 3. Theod. Hœpingi *de jure inſign. c.* 8. *nu.* 30. *& c.* 8. ita ut is, cui Princeps inſignia, & arma conceſſit, tacite nobilis efficiatur, & pro tali ſit habendus, Theod. Hœpingi *d. c.* 8. *n.* 38. *poſt med.* Et tam arma, quam nobilitatem ad poſteros tranſmittat *L. jus familiarum* 8. *L. jus ſepulchri* 13. *ff. de relig. & ſumpt. funer.* Theod. *d. c.* 8. *n.* 38. *in fin.*

95 Hæc de nobilitate dixiſſe ſufficiat Sed pro coronide adnectere liceat eam quæſtionem. An ſcilicet nobilis poſſit privilegiis nobilitati conceſſis renunciare? Ita ut pro debito civili valeat in carcerem detrudi? Et eſt ſupponendum, quod nobilis pro delicto in publico carcere poni non debet, niſi delictum tale ſit, pro quo probato pœna mortis ſit infligenda; tunc enim recte in publicos carceres mittendus eſt. Et ita diſponit lex noſtra Regia *lib.* 5. *tit.* 120. Ubi quod nobiles ibi numerati debent capi ſub homagio in propria domo, vel arce civitatis, aut in ipſa civitate, vel oppido. Quod Judex poteſt pro
96 carcere aſſignare, & cum hoc ſatisfaciet ſtatuto diſponenti accuſatum ponendum eſſe in carcere: docet Angel. *in L. qui in carcerem, ff. quod metus cauſa, & in L.* 2. *C. de exhib. reis*, ſequitur Tiraq. *de Nobil. c.* 20. *n.* 29. *& ſeqq.* Gregor. Lopez *in L.* 4. *tit.* 29. *partit.* 7. *verb. home de buen lugar*, Avil. *in c.* 25. *Prætorum in gl. diſpenſaren n.* 5. *& ſeqq.* Gutierr. *de juram. confirm.* 1. *p. c.* 16. *n.* 3. Quo ſit, ut à fortiori non poſſit nobilis in carcerem detrudi pro debito civili; etiamſi de fuga ſit ſuſpectus, Covarr. *lib.* 2. *var. c.* 1. *n.* 4. dicit communem Menchac. *de ſucceſſ. creat.* §. 22. *limit.* 17. *n.* 75. Jaſon. *in L. miles ff. de re judic. col.* 2. *n.* 10. Et fuit ſententia Bart. *in L. ſi libertos, ff. de in jus vocand.* immo neque in homagio ponendus eſt pro debito civili; cum enim debitor nobilis ex contractu, vel quaſi carcerari non debeat ex dictis ſupra, neque in homagio conſtituendus eſt, ſiquidem carceratus in domo, & in vinculis publicis æquiparatur in jure, & vere carceratus eſt, tanquam ſi eſſet in carcere publico *L. qui neque §. ſolutum, ff. de verb. ſignif.* Tiraq. *d. c.* 20. *n.* 30. *&* 31. Phæb. *deciſ.* 3. *nu.* 3. *&* 9. Et ſic propter nobilitatis privilegium neque in vinculis publicis, neque in homagio nobilis ponendus eſt.

97 Ex quo venit decidenda quæſtio, An nobilis privilegio nobilitatis renuntiare poſſit. Quam quæſtionem diſputant ad partes Covarr. *in c. quamvis pactum in princ.* 2. *p. à num.* 5. *de pact. lib.* 6. Baeça *de inop. debit. c.* 16. *à n.* 37. latiſſime Joann. Gutierr. *de juram. confirm.* 1. *p. cap.* 16. *n. &* 37. *ſeqq.* Mench. *de ſucceſſ. creat.* §. 22. *n.* 75. *& ſeqq.* Petr. Barboſ. *in L. al a §. eleganter n.* 13. *& ſeqq. ff. ſolut. matrim.* Et plures ex his ſalentur articulum eſſe dubium, & tam pro parte affirmativa, quam negativa plura expendunt fundamenta, quæ apud eos videri poſſunt. Negativam ſententiam, nempe, renuntiationem privilegii non valere tuentur Anton. Gomez *in L.* 79. *Tauri n.* 3. *& lib.* 2. *var. c.* 11. *n.* 54. Ottalor. *de Nobil.* 5. *p. cap. ult. nu.* 2. Paz *in prax.* 4. *p. temp.* 1. *n.* 33. *& p.* 8. *c. unico n.* 20. Gutierr. *d. c.* 16. *n.* 61. *&* 62. ubi eam veriorem profitetur Mench. *d.* §. 22. *n.* 75. *& ſeqq.* & poſt Ciſuentes, & alios Cævall. *commun. contra commun. q.* 688. *num.* 3. *& ſeqq.* Quorum fundamentis addo: Quod ita ut nobiles pro debito civili in carcerem conjici non valent, ut præter ſupradicta, probatur
in L. Medicos 6. *C. de Profeſſor. & Medic. lib.* 10. *L.* 98
miles ubi commun. DD. ff. de re judicata. Ottalor. *d. p.* 5. *c. ult. n.* 2. Paz *in prax.* 4. *p. tempor.* 1. *c.* 2. *n.* 33. Carol. de Tapia *in L. fin. ff. de conſtit. Princ. c.* 6. *p.* 2. *n.* 5. *&* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 328. *n.* 21. Anton. Hering. *de fide juſſ. cap.* 10. *nu.* 370. ita neque pro debito civili excommunicati poſſunt, cum excommunicatio ſit ſervitutis ſpecies; eo quod excommunicatus Diabolo tradatur tanquam in ſervitutem *c. audi denique c. omnis* 11. *q.* 3. Nobiles autem libertate, & ingenuitate maxima potiuntur, non à ſe tantum, ſed à majoribus ducta, cujus ratione omne ſervitutis genus ab eis repellitur. Unde nobiles non poſſe excommunicari pro civili debito late fundat Narbon. *in L.* 14. *gloſſ.* 1. *nu.* 8. *& ſeqq. lib.* 6. *tit.* 2. *novæ Recopil.* Plane nobiles non poſſunt renuntiare privilegiis, quæ concernunt animam, quæ omnibus rebus præſtantior eſt *L. ſancimus, C. de ſacroſ. Eccleſ. cap. cum infirmitas de pœnit. & remiſſ.* Maſcard. *concluſ.* 1162. *n.* 9. Ergo etiam non poſſunt renuntiare privilegiis nobilitatis ratione libertatis, & ingenuitatis conceſſis.

Partem verò affirmativam, nempe, poſſe nobilem 99
renuntiare privilegio ſuæ nobilitatis tenent Covarr. *in d. c. quamvis pactum p.* 2. *n.* 5. Gregor. Lopez *in L.* 34. *tit. fin. partit.* 6. *verb. de ſangre.* Garcia *de Nobil. gloſſ.* 6. *n.* 18. Baeça *de inope debit. n.* 39. *& ſeqq.* Ubi latiſſime Inſignis Petr. Barboſ. *in d. §. eleganter nn.* 16. Ubi hanc opinionem veriorem eſſe tradit: Parlad. *lib.* 2. *rer. quotidian. c. fin. p.* 5. §. 6. *n.* 11. Et perpenſis utriuſque partis fundamentis hæc pars mihi magis arridet: quam etiam tenent Pelaez *de Major. q.* 38. *n.* 2. Gironda *de privileg. n.* 225. Capyc. Latro *deciſ.* 183. *n.* 43. Et confirmatur quia omnes fatentur nobilem tacite poſſe privilegio nobilitatis renuntiare, puta, exercendo artem vilem, & mechanicam Capyc. Latro *ubi proxime n.* 44. Bald. *in L. Nobil. C. de commerc. & mercatur. & in L. nequis C. de dignit. lib.* 10. Tiraq. *de Nobil. c.* 27. *& c.* 33. Ciſuentes *in L.* 79. *Tauri col.* 2. *verſ. ſeptimo fallit*, Gutierr. *pract. lib.* 1. *q.* 137. Narbona *in L.* 14. *tit.* 2. *gloſſ.* 1. *lib.* 6. *Recopilat. n.* 9. *cum ſeqq.* Et eſt text. *in L. milites c.* 2. *cum ſeqq. C. de re milit. lib.* 12. Ergo etiam expreſſe nobilitatis privilegio renuntiare poterit per reg. text. *in L. ſiquis in conſcribendo, Cod. de pact. L. quæritur §. ſi venditor, ff. de ædil. edict.* Gregor. Lopez *in L.* 3. *tit.* 13. *partit.* 5. *gloſſ.* 5. Thuſc. *litter. R. concluſ.* 170. Larrea *deciſ.* 15. *n.* 1. Valenz. *conſ.* 2. *n.* 7. Capyc. Latro *deciſ.* 187. *n.* 20. Ubi probatur quemlibet juri ſuo, & privilegio renuntiare poſſe. Et pro hac opinione judicatum fuiſſe in Granatenſi Prætorio tradit Covarr. *d.* 2. *p. n.* 5. Quam etiam amplectitur Valeron poſt hæc ſcripta viſus *de tranſact. tit.* 3. *q.* 2. *nn.* 20. ubi alios citat: & ibi *n.* 21. dicit ipſam nobilitatem renuntiari non poſſe Valenz. *conſ.* 67. *n.* 34. Garcia *de Nobil. gl.* 6. *n.* 29.

Dice-

100 Dicerem tamen cum eodem Covarr. quod ſi ex renuntiatione alicojus privilegii derogaretur nobilitati in univerſum, nempe, qnoad aliquod ſupplicium ignominioſum nobili inferendom; tunc non erit admittenda prædicta renuotiatio: illud enim privilegium ipſi nobilitati in univerſum fuit conceſſom, & oon eſt perſonale, ſed reale: Et ideo renuntiari nequit ex his, quæ Bened. Ægid. *in L. ex hoc jure 2. p. c. 13. n. 13. & ſeqq.* Quando enim privilegium dignitati conceſſum fuit, non valet illius renuntiatio Thuſc. *litt. R. concluſ.* 171. *n.* 2. & 3. Tondut. *reſolut. civil. c.* 116. *n.* 8. & 9.

101 Et ſic in facti cootingeotia quemdam nobilem pro debito civili fuiſſe in homagio carceratum refert Phæb. 1. *p. deciſ.* 3. *n.* 1. Ubi per totam deciſiooem concludit creditorem debitori nobili inopi carcerato in domo teneri alimeota præſtare: & ita judicatum dicit *n.* 2. Quia debitoribus pauperibus incarceratis, tenentur creditores alimenta miniſtrare, alias relaxantur à carcere *gloſſ. celebris in L. nlt. verb. agnoſcere, C. de erogat. milit. annon. lib.* 12. Valaſc. *conſult.* 1. *n.* 8. Phæb. 1. *p. deciſ.* 3. *n.* 1. Gam. *deciſ.* 261. *n.* 1. & *ſeqq.* Jaſon. *in §. item ſiquis in fraudem n.* 93. *Inſtit. de action.* Cabed. 1. *p. deciſ.* 83. *n.* 1. Beoed. Ægid. *in d. L. ex hoc jure* 2. *p. cap.* 13. *gloſſ.* 7. *nu.* 9. Cancer. *l.* 1. *var. cap.* 16. *n.* 9. & 10. Caſtil. *de alim. c.* 37. §. 3. *n.* 2 4. & 9. Surd. *eod. tract. q.* 71. *n.* 2. Amendol. ad Vincent. de Franch. *deciſ.* 206. *n.* 9. Quod eſt
102 intelligendum, ut procedat eis tantum caſibus, in quibus debitor bonorum ceſſionem facere poteſt Gama *deciſ.* 264. *n.* 3. Phæb. 1. *p. areſt.* 2. Et inſuper non procedit, quando debitor habet, unde ſe alat, Cabed. *deciſ.* 83. vel ſi alatur à Coofraternitate ſanctæ Miſericordiæ, vel Hoſpitali Gama *ubi ſupra nu.* 2. & 3. Licet contrarium ſentiat Valaſc. *d. conſult.* 1. Cujus opinio locum habere poteſt, quando eleemoſynæ noo ſunt ſufficientes ad alimenta: ut optime conſiderat Flores de Mena ad Gama *d. deciſ.* 264. Cabed. *deciſ.* 83. *n.* 5.

Caput XVIII.

De jure indulgendi delicta, & remittendi eorum pœnas.

SUMMARIUM.

1 *Poteſtas indulgendi delicta, & remittendi delinquentium pœnas ad ſolum Principem pertinet: quia eſt de Regalibus majoribus ad ſupremam Principis poteſtatem ſpectantibus.*

2 *Hae poteſtas Coronæ oſſibus inhæret, & ab inferiori exerceri nequit.*

3 *Remittere peccata eſt ſupra legem, Princeps legibus eſt ſolutus. Et is ſolus, qui leges dare, & abrogare valet, remiſſionem delictorum facere.*

4 *In hoc Regno hæc poteſtas inferioribus concedi nequit.*

5 *Poſſunt miniſtri de commiſſiòne Principis delictorum indulgentias concedere, ut in hoc Regno Senatores Palatini eas concedunt. Quod intellige ut hîc.*

6 *Princeps quando delictorum pœnam remittit, liberatur reus à tota pœna.*

Indulgentia habet vicem ſententia abſolutoria Et qui eam obtinuit à Principe pro abſoluta habetur. Ib.

7 *Abolitio differt ab indulgentia; quia delictum non extinguit, ſed inſtantiam judici ſuſpendit.*

8 *Duobus modis indulgentia delictorum conceditur, de quibus ibi.*

9 *Indultum generale quibus in caſibus concedi ſolet.*

10 *Antiquitus filiorum natalitia conviviis, & magno gaudio celebrare moribus erat introductum.*

11 *Princeps ſine cauſa remittere delicta non debet.*

12 *Intereſt Reipublica ne delicta maneant impunita. Et quo graviora ſunt crimina, graviores pœna ſunt infligenda.*

Cum graviora delicta indulgentur, turbatur publicum gaudium, & lætitia. Et ſic excipiuntur in indulto delicta, de quibus ibi. Ib.

13 *In generali indulto comprehenduntur tantum, qui à partibus remiſſionem impetrarunt.*

14 *Ut concedi valeat delictorum indulgentia, requiritur remiſſio partis, non tantum ejus, quæ accuſavit: ſed etiam quando de delicto querelam inſtituit coram Judice, & accuſationem non fuit proſecuta.*

Querela ſucceſſit loco accuſationis: & ſi pars à querela non deſiſtat, accuſare cenſetur. Ibid.

15 *Ad concedendam indulgentiam delicti non requiritur remiſſio delatoris, qui tanquam quilibet de populo accuſationem inſtituit.*

Quilibet de populo publicum delictum denuntiare valet: ſi non fuerit inimicus. Ib.

16 *Officialis querelantis remiſſionem neceſſariam eſſe aliqui tenent.*

17 *Probationis defectus indicat querelæ, & accuſationis dolum.*

Deficiens in probatione delicti, in expenſis, & refectione damnorum condemnatur. Ib.

18 *Abſolutus ex probationis defectu contra accuſatorem agere poteſt actione injuriarum.*

Si accuſator habuerit pro ſe famam publicam, tunc, & ſi non probet, excuſatur. Ib.

19 *Contraria ſententia verior eſt, quæ habet ad validitatem indulti non eſſe neceſſariam remiſſionem officialis denuntiatoris.*

20 *Officialis denuntiator non poteſt deſiſtere ab accuſatione inchoata.*

Neque parem facere. Ib.

Tranſactio facta à delatore non impedit, quominus aliter de populo accuſationem proſequi valeat. Ib.

21 *Verba indulti loquentis de parte intelligenda ſunt in propria, & abſoluta ſignificatione.*

22 *Pœna aſſignata delatori à lege non conſideratur tanquam intereſſe debitum, ſed loco præmii. Et ut præmium conſequatur, neceſſaria eſt condemnatio.*

Pœna non debetur, niſi à tempore condemnationis. Ib.

23 *Pœna quando imponitur ipſo jure, non eſt neceſſaria ſententia condemnatoria: ſed requiritur declaratoria facti.*

Ante declarationem Judicis pœna exequi non poteſt. Ib.

24 *Litis exitus, & ſententia inter caſus fortuitos connumeratur.*

In mixtis illud attenditur, quod eminet, & cauſam alterius occultat. Ib.

25 *Indultum non operatur ſine remiſſione pœnæ delatoris, quando conceſſum fuit poſt ſententiam, in qua illi pars pœnæ fuit applicata.*

26 *In indulto generali comprehenduntur etiam delicta, ſuper quibus jam lata erat ſententia in judicatum tranſacta.*

27 *Indultum generale non extenditur ad delicta futura.*

28 *Dolus præteritus renuntiari poteſt: non tamen dolus futurus.*

29 *Limita, ut non procedat reſolutio, quando tertio remitteretur pœna delicti ab alio committendi, pro quo ipſe alius teneretur. Et ponitur exemplum in eo, qui crimen læſæ Majeſtatis admiſit.*

30 *Indultum, ſi fuerit conceſſum pro bono pacis, & utili-*

utilitate publica, non eſt neceſſaria partis remiſſio.

31 *An ad obtinendam veniam delicti neceſſaria ſit partis remiſſio? Quæſtionis eſt. Et fundatur pars affirmativa. Ibi. n. ſeqq.*

32 *Princeps eſt dominus corporum, & vitæ ſubditorũ.*

33 *Contraria ſententia verior. Et afferuntur fundamenta.*

34 *Princeps multoties fatetur, ſe non poſſe facere ea, quæ contraria ſunt juri poſitivo in præjudicium tertii.*

Princeps non poteſt facere, niſi quæ juſte poteſt. Ib.

35 *Confirmatur prædicta opinio.*

36 *Quando duplex pœna datur ex delicto, una ad vindictam, altera ad damna, & intereſſe, una non tollit alteram.*

37 *Defenditur ſententia ſupra probata.*

Ex delicto triplex parti contingit intereſſe. Primum ad vindictam, secundum expenſarum in curatione, tertium operarum omiſſarum, quando accuſator inutilis factus eſt. Ib.

38 *Intereſſe vindictæ eſt valde conſiderabile.*

39 *Perdere dicitur, qui non facit voluntatem ſuam.*

40 *Princeps neque de poteſtate abſoluta poteſt remittere delicta ſine partis concordia.*

41 *Diſputare de Principis poteſtate eſt ad inſtar ſacrilegii.*

42 *Poteſtas abſoluta, quæ jure Divino, aut humano, non regulatur, damnatur in Principe.*

43 *Poteſtas quamvis abſoluta ſemper intelligitur, nequid turpe, illicitum, aut à jure prohibitum contineat.*

Gratia Principis etiam de plenitude poteſtatis ſine partis remiſſione ſervanda non eſt tanquam vis tempeſtatis. Ib.

44 *Remiſſio partis requiritur, quæ tantum querelavit, & accuſationem non fuit proſecuta.*

Idem dicendum in eo: qui poſt querelam teſtes non adhibuit intra viginti dies Regiæ Ordinationis. Ibid.

Idem dicendum in parte offenſa, quæ neque querelavit, nec denuntiavit, ſed Judex per viam inquiſitionis contra reum proceſſum inſtituit. Ib.

45 *Reipublicæ intereſt non ſolum delicta puniri: ſed etiam quod removeatur delinquendi occaſio.*

46 *Princeps ſine cauſa delicta remittere non debet abſque peccato.*

In Principe neceſſaria eſt ſeveritas circa punitionem delictorum. Ib.

47 *In remiſſione delictorum juſta debet cauſa intervenire; & nimia clementia Principis reprehendenda eſt.*

48 *Ad veniam delicti cauſa legitima, & juſta intervenire debet. Et quæ ſit juſta cauſa.*

49 *Major cauſa requiritur ad concedendam veniam delinquenti conſuetudinario*

Delicti reiteratio impedit gratiam. Ib.

50 *In generali indulto non comprehenduntur delicta reiterata.*

Principis venia impetrata non facta mentione de crimine reiterato nulla eſt. Ib.

51 *Pœna augetur propter reiterationem delictorum: Et quamvis delicta non ſint capitalia, poteſt reus propter conſuetudinem dilinquendi pœna mortis, puniri.*

52 *In ſupplicatione ad veniam debet fieri expreſſa mentio de geminato delicto; ac de qualitatibus illud aggravantibus.*

53 *Oſtenditur, quæ ſit legitima pars, cujus remiſſio neceſſaria eſt.*

54 *Jus vindictæ, & faciendi pacem defertur jure ſanguinis, non hæreditario: E ſic proximioribus: quamvis hæredes non ſint.*

55 *Filius tamquam proximior præfertur tam ad accuſandum, quam ad faciendam pacem ſuper occiſione patris, etiamſi ab hæreditate occiſi ſe abſtineat.*

56 *Filius, & nepos occiſi præfertur hæredi ab eo ſcripto in vindicanda nece avi, & in facienda pace. Eſt communis opinio.*

57 *Proponitur quæſtio, An filius exhæredatus præferatur hæredi ſcripto in vindicanda nece patris Et refertur opinio* Ferdinandi Arias de Meſa *dicentis, hæredẽ præferendũ. Sed reprobatur n. 58.*

59 *Uxor de jure communi admittitur ad accuſandum de nece viri, ac de nece ſoceri*

Uxor inter eos connumeratur, qui in accuſanda nece ſuam, vel ſuorum proſequuntur injuriam, Ib.

60 *Vir, & uxor ſunt una caro, & unum corpus.*

Vidua inter miſerabiles perſonas connumeratur. Ib.

61 *Uxor præfertur omnibus conſanguineis viri, tam in accuſando, quam in faciendo pacem.*

62 *Amplia, ut uxor præferatur parentibus occiſi.*

63 *Proponitur quæſtio, An uxor præferatur filii occiſi in accuſando, & faciendo pacem? Ac referuntur fundamenta partis affirmativæ.*

64 *Vidua dicitur eſſe in matrimonio ejuſdem viri.*

In conjuge major conſideratur amor. Ibid.

65 *Referuntur* Doctores, *& fundamenta partis contrariæ quæ habet filium eſſe preferendum uxori:*

66 *Amplectitur opinio quæ habet tam uxori ſuam filiorum neceſſariam eſſe remiſſionem: & ſimul admittendos.*

67 *Intellige ſupradicta procedere in uxore, quæ viduitatem ſervavit non ſi ſecundo nupſit, quia tunc præferuntur parentes & conſanguinei occiſi.*

68 *Secundo intellige, ut vidua quæ poſt mortem viri luxurioſe vixit, privetur jure vindictæ.*

69 *Si filius ab uxore ſuſceptus ex alio matrimonio occiderit maritum: tunc conſanguinei occiſi præferuntur uxori.*

70 *Sponſa de præſenti poteſt accuſare necem ſponſi, & præfertur conſanguineis illius.*

71 *Maritus in accuſanda nece uxoris præfertur omnibus conſanguineis: & ſi extant filii, maritus, & filii concurrere debent, tam in accuſando, quam in faciendo pacem.*

Si maritus occiderit uxorem, & remiſſionem habuerit à filiis communibus minoribus ætate de nihilo prodeſt remiſſio quæ habenda eſt à proximioribus conſanguineis uxoris Sed contrarium tenent Farinacius*: ut n. 72.*

73 *Metus reverentialis ſolus non eſt ſufficiens ad reſciſionem actus, ſeu contractus.*

74 *Amplectitur priorem ſententiam: & reſpondetur fundamento* Farinacii.

Ad præſumendum metum reverentialem non requiruntur minæ, neque verbera: ſed ſufficit ſola reverentia. Ib.

Metus reverentialis ſufficit ad annullandum contractum geſtum cum eo, cui reverentia debetur in ipſius utilitatem. Ib.

75 *Amplia ſupra poſitam reſolutionem, ut procedat etiam eo caſu, quo uxoris occiſæ extant filii prioris matrimonii, & plures ex homicida: Qui omnes remiſſionem fecerunt: quia adhuc remiſſio non prodeſt.*

76 *Intellige ſupra dicta, quando filii remittentes ſunt minores. Secus ſi majores, vel emancipati, & habitant ſeorſum à patre: Vel ſi mater fuit occiſa ob adulterium.*

77 *Si mater occiderit maritum, valet remiſſio filiorum etiam minorum ad veniam conſequendam.*

78 *Proponitur quæſtio, An filius occiſi minor poſſit valide offenſam remittere? Et, An tutoris remiſſio cæteris conſanguineis accuſandi viam præcludat?*

Tutor

Tutor non poteſt tranſigere ſuper debito minoris liquido. Secus ſuper dubio. Ib.

79 *Minor pubes remiſſionem facere poteſt cum curatoris authoritate: impubes major infante cum tutore, & curatore delictum remittere valet; ſi ſit infans, ſolus tutor remittere poteſt.*

80 *Minor pubes cum authoritate curatoris omnes contractus gerere poteſt ſine decreto Judicis, excepta immobilium alienatio.*

81 *Minoris intereſt non habere rixas, neque ſumptibus, & litibus vexari.*

82 *Concluditur in remiſſione minoris neceſſariam eſſe authoritatem curatoris, vel tutoris: non autem decretum Judicis.*

83 *Reſtitutio non competit minori adverſus remiſſionem injuria factæ ſibi, vel ſuis. Sive remiſſio fiat gratis, ſive pretio recepto.*

84 *Remiſſio facta à tutore non valet, ſi pupillus magnam incurreret verecundiam, & hujus honori præjudicium generetur.*

85 *De jure Regio non obſtante remiſſione tutoris, & venia delicti obtenta à Rege, & non obſtante ſententia, ad quam tutor fuit citatus, poteſt minor delinquentem de novo accuſare: Scilicet maſculus uſque ad ætatem* 24. *annorum, & fœmina uſque ad* 22. *data prius querela.*

86 *Filii naturales, & ſpurii deficientibus legitimis accuſare, & remittere poſſunt necem patris, & præferuntur aſcendentibus, & conſanguineis.*

87 *Proponitur quæſtio, An qui habeat filium, poſtea Monachus factus, fuit occiſus, præferatur filius monaſterio in accuſando, vel remittendo? Vel è contra?*

Reſolvitur monaſterium filio eſſe præferendum. Ib.

88 *Proponitur quæſtio, An pater poſſit remittere injuriam factam filio eo invito?*

Pro injuria illata filio duplex patri datur actio. Ib.

Alia ſuo nomine, altera nomine filii. Ib.

89 *Prædictarum actionum una eſt prætoria, altera civilis, hæc competit filio in tribus caſibus, de quibus ibi.*

90 *Exercitium prædictarum actionum competit patri non filio familias, qui neque in tribus caſibus legis Corneliæ agere poteſt, dum pater vult, aut alius paterno nomine.*

Pater, qui vult intentare actionem injuriarum competentem filiofamilias in dictis caſibus, non ſuo, ſed filii nomine agere debet. Ib.

91 *Prætoriam actionem ſupra dictam poteſt pater ſine filii conſenſu remittere, civilem vero in dictis tribus caſibus ſine filii conſenſu remittere nequit. Sed contrarium verius.*

92 *Pater indiſtinctè poteſt remittere injuriam illatam filio familias eo invito, & ignorante. Sed intellige: ut n.* 92.

93 *Limita, quando pater eſt vilis perſona, filius autem eſt perſona honeſta.*

Secundo, ſi injuria facta fuit filiofamilias à conjuncta perſona. Ib.

Tertio limita, ſi pater dementia, aut furore laborat: vel eſſet abſens. Ib.

Quarto, ſi is, qui injuriam intulit, illum patrem familias eſſe credidiſſet. Ib.

94 *Declara, ut in caſibus legis Corneliæ, & in crimine violati tori filii familias neceſſarius ſit conſenſus filii ad validitatem remiſſionis à patre factæ.*

In cæteris verò injuriis ſufficit patris remiſſio. Ibid.

95 *Maritus agere poteſt pro injuria facta uxori, & eam remittere: ut n.* 97. *&* 98.

Mulier nupta de jure communi remanet in poteſtate patris. Ib.

96 *De jure Regio filius, vel filia per matrimonium exeunt à poteſtate patris.*

97 *Actio injuria illata filio emancipato non competit patri, neque pro injuria facta filiæ nuptæ.*

98 *Accuſare poſſe, & remittere ſunt correlativa: & qui poteſt accuſare, remittere valet.*

Maritus poteſt remittere injuriam factam uxori. Ibid.

99 *Proximiores conſanguinei offenſi, vel occiſi præferuntur in remittendo delicto.*

Impetrata venia à Principe prævia remiſſione conſanguinei proximioris, remotiores accuſare non poſſunt. Ibid.

100 *Refertur ſententia* Molinæ, *quæ habet remiſſionem homicidii in hoc Regno eſſe obtinendam ab omnibus conſanguineis occiſi intra quartum gradum computatione facta ſecundum jus Canonicum: & poſſe remotiores, qui pacem non fecerunt, accuſare delinquentem. Et proponuntur ejus fundamenta.*

101 *Intra Conſanguinei occiſi quartum gradum admittuntur ad accuſandum cum proximioribus in eodem proceſſu ſive remotiores fuerint citati, ſive ultro comparuerunt. Quod probat.* Auth.

Sed, An remiſſio habenda ſit tam à proximioribus, quam remotioribus Dubitat Author? *& plures caſus eſſe conſtituendos cenſet.* Ib.

102 *Primus caſus eſt: Quando tempore, quo agebatur de vindicanda nece defuncti, non erant conſanguinei primi, vel ſecundi gradus ſed tertii tantum, aut quarti: & tunc conſanguinei ulteriores proximiores dicuntur, cum alius eos non præcedat.*

Reus delicti conſanguineos tertii, vel quarti gradus citare non cogitur præciſe: illi tamen etiam poſt ſententiam poſſunt reum accuſare. Ib.

103 *In hoc caſu, ſi reus à Principe gratiam delicti habuerit ſine conſanguineorum remiſſione, nulla erit: & ea non obſtante poterunt relinquentem accuſare.*

104 *Secundus caſus eſt: Quando conſanguinei tertii: vel quarti gradus citati non fuerunt, neque ultro apparuerunt: & tamen proximiores primi, vel ſecundi gradus delinquentem accuſaverunt, qui per ſententiam fuit condemnatus, vel abſolutus. In qua ſpecie conſanguinei tertii, vel quarti gradus non poſſunt de novo reum accuſare. Ut hic probat* Auth.

105 *Limita: niſi ulterior conſanguineus probaverit proximiorem prævaricatum fuiſſe.*

Sententia lata per colluſionem eſt ipſo jure nulla Ib.

106 *Secundo limitatur, ut novus accuſator poſſit admitti, quando ex eodem facto plura oriuntur delicta: Veluti ſi reus de homicidio ſimplici fuerit accuſatus, & novus accuſator addiderit qualitatem parricidii, de qua non eſt actum, ubi aliud ſubjicitur exemplum.*

107 *Interpretatur* Ordinat. l.5.tit.131.§.1. *& n.*108.

108 *Sententia lata parte non citata eſt nulla.*

Quod nullum eſt, nullum producit effectum validum. Ib.

109 *Sententia lata contra unum ex pluribus æquale jus habentibus non nocet, neque prodeſt alteri.*

110 *Explicatur* Ordinat. lib. 5. tit. 124. §. 9. *& n.* 111. 112. *&* 113.

111 *Illi tantum citandi ſunt, quos negotium tangit primo, & principaliter: non illi, ad quos pertinet ſecundario: ut ibidem.*

112 *Statutum debet intelligi, ut minus corrigat jus commune.*

114 *Tertius caſus eſt: Quando conſanguinei primi, vel ſecundi gradus pacem fecerunt cum delinquente, qui veniam à Principe impetravit; tunc namque remotiores non poterunt delinquentem accuſare, neque eorum remiſſio deſideratur ad validitatem gratiæ.*

115 *Accuſantibus conſanguineis primi gradus, & ulterioris, pœna applicatur proximioribus in gradu.*

116 *In-*

116 *Interpretatur* Ordin. lib. 5. tit. 13. 131. §. 1.
117 *Ad indulgentiam homicidii conſequendam neceſſaria eſt remiſſio omnium proximiorum, qui ſunt in eodem gradu, & nō ſufficit majoris partis eorū.*
118 *Major pars creditorum non poteſt præjudicare minori remittendo totum debitum.*
Jus accuſandi, & remittendi competit jure ſanguinis proximioribus, tanquam ſingulis pro ſua parte. Et ideo omnes convenire debent. Ib.
119 *Contradictio unius ex proximioribus ſufficit, ut remiſſio effectum non operetur.*
120 *Remiſſiones tam ab offenſo, quam à conſanguineis occiſi ita poſſunt fieri gratis, vel pretio, & pecunia: ſive delictum ſit homicidii, ſive aliud veniret imponenda pœna mortis aut altera corporis.*
Tranſigere de omni crimine capitali permiſſum eſt excepto adulterio: ſive agatur de crimine publico, ſive de privato. Ib.
121 *Tranſactio in delictis fieri poteſt ſub ea conditione, quod reus in inſulam relegetur, ſed requiritur, quod remiſſio ita facta à Principe confirmetur.*
122 *Remittens delictum ſub conditione non poteſt poſtea ad accuſationem redire, ſi delinquens conditionem non ſervaverit, niſi expreſſe id reſervaſſet in remiſſione. Neque etiam poterit criminaliter reus puniri tanquam violator exilii, niſi à Principe conditio fuerit confirmata.*
123 *Filius, vel conſanguineus, qui pro remiſſione necis defuncti pecuniam accepit, non tenetur ex ea defuncti creditoribus.*
Neque ex eo dicitur adiiſſe hæreditatem. Ib.
124 *Princeps remittere poteſt delicta, & commutare pœnas pro pecunia. Et ita apud nos ſervatur.*
125 *Multa oriuntur mala dum delictorum pœna venduntur. Et ideo in Tribunali Senatus Palatini cautius agendum eſt, ne facilè remiſſiones concedantur in delictis atrocioribus.*
126 *Indulgentia generalis comprehendit reum plurium criminum, ita ut in uno procedat indultum: in aliis vero non juxta formam indulti.*
127 *Reſolutio ſupra tradita, quæ habet Principem non poſſe remittere delicta, niſi interveniente concordia partis, limitatur, ut non procedat in caſu neceſſitatis, vel utilitatis publicæ.*
128 *Intellige, ut non ſufficiat qualibet cauſa publicæ utilitatis, ſed talis eſſe debet, ut publicæ utilitati, vel neceſſitati aliter occurri non poſſit: ut in cauſa pacis, vitandi ſcandali, & cauſa meritorum.*
Intellige de meritis ſingularibus delinquentis, non de aliis. Ibid.
129 *Limita ſecundo non eſſe neceſſariam remiſſionem partis ad obtinendam gratiam contraventionis exilii.*
130 *Proponitur quæſtio, An accuſatus de homicidio, vel alio publico delicto, pro quo pœna mortis erat infligenda, poſſit condemnari in ordinaria pœna delicti non obſtante partis remiſſione?*
In Regno Caſtellæ obtenta partis remiſſionis non poteſt reus pœna capitis, vel corporali puniri. Sed quid in hoc Regno. Ib.
131 *De jure communi duæ contrariæ opiniones repe, riuntur. Prima tenet: quod tranſactione legitimè facta præcluditur via accuſationis tam conſanguineis, quam Judici. Et afferuntur fundamenta. n.* 132.
133 *Contraria ſententia verior eſt, & probatur ibi, & n.* 134. *Ubi fundomenta proponuntur.*
135 *Prædicta ſententia ſine dubio procedit in delictis enormibus.*
136 *Diluuntur fundamenta contrariæ opinionis.*
Interpretatur text. in L. tranſigere, C. de tranſact. & *n.* 137. Ib.

SEquitur agendum de poteſtate, jureque indulgen- 1
di delicta, remittendique delinquentium pœnas.
Quod quidem de Regalibus majoribus eſſe, & pertinentibus ad ſupremam Principis poteſtatem, & à ſolo
Principe exerceri poſſe tradunt Bald. *in L. Imperium*
col. 2. ff. de juriſd. omn. Judic. par text. *in L. ad beſtias*
ff. de pœnis, §. plane Inſtit. de jure natur. Andr. *in*
cap. 1. quæ ſint Regalia, latè Cacheran. *deciſ. Pedemont.* 101. Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 92. n. 3. & 4.* Marta *de juriſd. p. 1. c. 44. n. 1.* Ripol. *de Regal. c. 45. n. 1.*
Farinac. *tom. 1. q. 6.* Surd. *conſ. 35. n. 8. & conſ. 199. n.*
22. Vide omnino Creſp. *obſ. 5. n. 2. & 6.* Caſtill. *de tert.*
c. 41. n. 145. Giurb. *conſ. 74. n. 7. & 8.* Arnil. *de jure Majeſt. lib. 3. c. 3. n. 7.* Et Fuit ſententia gloſſæ communiter receptæ *in L. 2. verb. concedi, C. de in jus vocand.*
Pariſ. *conſ. 1. n. 1. lib. 4.* Tiraq. *de pœn. tempor. in præfat. n. 12.* Seſſe *de inhibit. c. 1. §. 5. n. 1.* obi *n. 7.* tradit, quod cum ita conſuetum, & obſervatum ſemper
fuerit, cenſetur Regnum in Regem ab initio fuiſſe
tranſlatum illa remittendi poteſtate illi reſervata.

Et hæc quidem Coronæ oſſibus inhæret, ita ut ab 2
inferiori donatario nullo modo exerceri poſſit Bart. *in*
l. non omnis §. qui transfugit, ff. de re milit. & in l. ambitioſa n. 8. ff. de decret. ab ordin. faciend. Seſſe *de inhibit. d. §. 5. n. 2.* Bajard. ad Clar. *q. 59. n. 17. & 20.*
Creſp. *obſerv. 5. n. 144.* Caſtill. *de tert. c. 41. n. 146.* Roland. à Valle *conſ. 4. n. 51. & 52. vol. 3.* Decian. *in tract. crimin. om. t. lib. 3. c. 35. n. 94.* Poſt Bart. & alios *in L. acta §. amplianda, ff. de re judic.* Boſſius *tit. de Princ. n. 227. & tit. de remed. ex cauſ. clem. Princ n. 51.* Camill.
Bor. *de Præſt. Reg. Cath. c. 38. n. 9. 10. & 20.* Menoch. *de*
arbit. lib. 1. q. 92. n. 2. Oſaſch. *deciſ. 101. n. 1. 2. & 4.* cum
pluribus Maſtrill. *de indult. c. 2. n. 4.* Ripol. *d. c. 45. n. 7.* 3
& 9. Quo ex ea ratione procedit, quia remittere peccata eſt ſupra legem Marc. *c.* 1. Matthæi. *c.* 10. Lucæ *c.*
5. & contra legem, & naturam Innoc. *in c. cum P. Tabellio de fid. inſtrum. n. 2.* Oſaſch. *d. deciſ.* 101. *n. 4.* Maſtrill. *d. c. 1. n. 5.* Surd. *conſ. 53. n. 8.* cumque ſolus Princeps, qui ſupremam habet poteſtatem, legibus ſit ſolutus *l. Princeps ff. de legib. l. digna vox, C. eod.* Surd. *d. n. 8.* Maſtrill. *d. c. 1. n. 6.* Farin. *tit. de inquiſit. q. 6. n. 2.*
Solus Princeps, qui leges dare, & abrogare poteſt, delictorum remiſſionem facere valet, non Magnates inferiores. Hujus reſolutionis aliam rationem præſtat
Creſp. de Vald. *obſerv. 5. n. 7. & ſeqq.* quem vide.

Et quamvis Doctores præcitati, & plures alii te- 4
neant poſſe hoc jus inferioribus à Principe concedi.
Tamen apud nos nemo unquam vidit, neque audivit
ſimilem fuiſſe factam conceſſionem, neque apud Caſtellanos: ut Azeved. tradit *in l. 8. tit. 25. de los perdones n.* 8. Et cum illud jus nunquam fuerit conceſſum, dicendum, eſt hodie concedi non poſſe tanquam
de Regalibus inſeparabilibus à Corona, Seſſe *d. §. 5.*
n. 7. Facit *Ord. d. lib. 1. tit. 3. §. 7.*

Poterunt tamen miniſtri de commiſſione Principis 5
delictorum indulgentias concedere: ut de Papirio
Curſore, Demoſthene, & Alcibiade dicit Marta *d. 1.*
p. c. 44. n. 3. & 4. Prout in hoc Regno conceſſum legitur Senatoribus Palatinis *per Ordinat. lib. 1. tit. 3. §. &*
in ſuo Regimine §. 18. Verum neque illis poteſtas
pleniſſima conceſſa eſt; ſed tantum examinandi. An
venia ſit concedenda, necne? Et in caſu conceſſionis
eorum ſuffragia ad Regem deferuntur, qui quod ſibi
videtur, exequendum decernit: Et ſic non valat gratia, niſi à Rege concedantur per verbum, *paſſe*, id eſt,
fiat *Ordinat. d. tit. 3. §.* ibi, *E paſſaràm outreſi co... o*
noſſo paſſe as cartas de perdaon: & in Regimine Senatorum Palatii §. 22. ibi: *Para que os que houves por*
bem, que hatam effeito lhe ponha o meu paſſa.

Sed cum in hanc incidamus materiam non abs re 6
erit aliqua circa hanc delictorum indulgentiam remiſſionemque prænotare. Et primo: Quod ſi Rex delictorum pœnam remittit, liberatur reus à tota pœna, *l. 1.*

& per totam.Cod. ſententiam paſſis, L. fin.Cod. de gener. abolit. L.1. §. de qua autem, ff. de poſtul. Habet enim indulgentia vicem ſententiæ abſolutoriæ, & quemadmodum abſolutus per ſententiam amplius de crimine inquietari non poteſt. Ita ſimiliter is, cui delicti venia à Principe fuit conceſſa, quia pro abſoluto habetur Bald. *conſ.20.vol.4.& conſ.204. & 305.* Anton.Gomez *lib.3.var.c.11.n.38.* Plaça *in epitom.delict.l.1.c.38.n.2.& 3.* Pariſ. *conſ.t. n.161. & 67. vol. 4.* Grammat. *deciſ.10. n.10.* Farinac. *de inquiſit. q.6. n.1.* poſt plures Maſtrill. *de indult. cap.45. n.4. & 5.* ubi ampliat *num. ſeqq. & c.7. n.12.* Larrea *deciſ. 26. n.2.* In quo indulgentia ab abolitione differt: quoniam abolitio delictum non extinguit, ſed judicii inſtantiam ſuſpendit: ita ut tranſactis triginta diebus pu-
7 blicæ lætitiæ, poſſit accuſatio inſtaurari *L. ſi interveniente ff. ad Turpill. L.1.C.de general.abolit. L.ſi quis repetere ff. ad Turpill.* Larrea *d. deciſ.26.n.2.* Decian. *in tract. crimin. tom.1. lib.9. c.35. n.4.*

8 Indulgentia autem delictorum duobus modis contingit. Vel quando Princeps generaliter per indultum pœnam delinquentibus inquiſitis, accuſatis, vel condemnatis remittit: Vel pro bono pacis, vel ex particulari venia, & gratia, Anton. Gomez *dec. c. 13. num. 38.*

9 Indultum generale concedi ſolet à Principe nullo requirente: Et tunc dicitur publica abolitio: ut *in L. 2.C. de gener. abolit.* & non unius tantum accuſationis, ſed omnium: Et ſic ex cauſa, pura, vel ob diem inſignem, qui alicujus memorandi facti celebratur memoria: vel ob publicam gratulationem, remque proſpere geſtam, partamque victoriam: de quibus *in L. abolitio cum duab. ſeqq. ff. ad Turpill.* Vel in honorem Domus Divinæ: ut *in L. ſi interveniente, ff. ad Turpill.* Vel ob diem Paſchæ: ut *in L.3. tit. 38. Cod. Theodoſian.* Vel ob natalem filii Regis: prout fecit Conſtantinus imperator *in L.1. de indulg. crimin. lib. 9. tit. 38. C. Theodoſian.* Et idem in hoc Regno pluries fieri conſuevit, & de proximo factum fuit in natali Sereniſſimæ Infantis Eliſabeth, Maxima quidem cauſa, & ratione.

10 Quoniam antiquitus moribus introductum erat filiorum natalitia conviviis, & gaudio magno celebrare: ut ſcribit Alex. ab Alex. *dier. Genial. lib.2.c.22. col.3. ad med. fol. mihi 92. verſ.* ibi: *Non ſolum verbis natalem, ſed ſingulorum dies natalitios pulte, fritillo, mero, libis, floribus, & thure, ſacra Genio ſive animali hoſtia laſi, bibenteſque concelebrarunt, quibus diebus effudiſſe cruorem, aut animal mactaſſe, mali portenti erat, & fœdi auſpicii, namque erant hilaritatis, & lætitiæ pleni dies:* idem Alex. ab Alex. *lib.4. cap. 20. col.4. fol. 233.* ibi: *In qua reproditum memoria eſt Timoleontem Syracuſanorum Ducem præcipuas victorias ſemper Syracuſanis natali ſuo dediſſe, adeo ut ipſius natalis diem omnes Siculi velut multiplicis victoriæ authorem, feſtum agerent: ſicut de Julio Cæſare proditur, qui Idus Julii natalem ſuum fortunatas ſemper habuit, & felices, Xerxes vero diem, qua Rex dictus fuit tanquam Imperii natalem ſingulis annis inſignem celebravit, qua diademate ornatus, gaudiis delibutus cœnam proceribus dabat, cui Titan dixere nomen. Et apud omnes fere gentes cujuſque natalis dies cum conviviis ſolenni, & celebritate lætari conſuevit, exceptis Thracibus, qui diem natalem lachrymis proſequebantur.* Et in ſacra Pagina dicitur Matth. *c. 14. verſ. 6.* ibi: *Die autem natali Herodis ſaltavit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi.* De qua illius diei feſtivitate videndus Joſeph. *de antiquit. lib. 15. c. ult. ad fin.* Ad idem præclarum nobis offert exemplum Camill. Borrell. *de præſt. Reg. Cath. c.39. n.79.* de Meride Rege Ægypti in die natali filii Sephoſis, qui poſt eum regnavit: Hic enim in eo die natos congregari fecit in unum, & nutriri ſuis ſumptibus, ac educari juſſit, eodemque exercitio, ac diſciplinis erudiri. Plura de diebus natalibus congerit Larrea *deciſ. 25. à n. 5. cum ſeqq.*

Et ſic licet Princeps poteſtate remittendi delicta ſine cauſa uti non debeat ut probat Marcian. *in L. relegati 6. ff. de pœn.* ibi: *Et nemo poteſt commeatum,* 11
remeatumve dare exuli, niſi Imperator ex aliqua cauſa: nedum malo parcitur, bono fiat nocumentum: *Auth. de mandatis Principum §. homicidæ,* cum remittere pœnas delictorum peccatum ſit D. Thom. 2. *q. 67. art. 4.* Seſſe *de inhibit. c.1. § 5. n. 11. & 17.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 3. c.7. à n. 17.* Boſſius *de remed. ex ſol. clem. Princ. n. 41.* optime Creſp. de Valdaura *obſerv. 5. n.192. & 193.* ubi reprobat *gloſſ. in d. L. relegati verb. cauſa* dicentem: Quod juſta, & magna cauſa eſt Principis voluntas: ſequitur Maſtrill. *d. c.7. n.42.* Seſſe *d. §. n. 34.* Gomez *lib.3. var. c. 14. n.38.* Vere quidem juſta erit cauſa ſublevandi carceratorum miſerias per generale indultum delinquentium pœnas remittere ex dictis cauſis publicæ lætitiæ.

Sed quia valde Reipublicæ intereſt, ne delicta maneant impunita *L. ita vulneratus ff. ad L. Aquil.* & 12
quo atrociora ſunt delicta, graviores pœnæ ſunt infligendæ; ſiquidem ex impunitione majorum delictorum proveniunt ſcandala, & cum remittuntur, publicum gaudium, & lætitia turbatur: ut ex Guillielm. tradit Cabed. *1. p. deciſ. 75. n. 4.* Ubi quod in gravioribus delictis potius ſeveritas, & rigor adeſſe expedit, quam benignitas, & clementia Pariſ. de Puteo *de ſynd. verb. crudelitas n.4.* Tiraq. *in l. ſi unquam verb. donatione largitus n.38.* Reges noſtri lætitiam, & naturalem clementiam moderantes in prædictis generalibus indultis aliqua ſolent excipere delicta; nempe læſæ Majeſtatis humanæ, & Divinæ reos, monetarum violatores, aſſaſſinos reſiſtentes Magiſtratibus, ſepulchrorum violatores, nefandi criminis reos, ſacrilegos, blaſphemos, veneficos, maleficos, falſarios, homicidas, inſidioſos, & alios, de quibus *Ordinat. in regim. Senat. Palat. §.18. & 19.* Quæ maleficia majori ex parte ſunt incluſa in legibus Codicis Theodoſiani, quæ de generali agunt abolitione: & ad intentum refert Camill. Borrell. *c.38. n.85. & 86.* Bajard. §. ad Clar. *fin. q.56. à n. 99. uſque ad n.108.* Decian. *in tract. crim. tom.1. l.3. c.35. n.18.* Et plura ex illis delictis excipiuntur ad propoſitum *in L. 3. C. de Epiſc. audient.* Cujus elegantia verba tranſcripſit Creſp. *d. obſervat. 5. n. 245.*

Igitur in dicta gratia, ſeu indulto generali comprehenduntur tantum, qui à partibus remiſſionem impe- 13
trarunt: ut dixit Camill. Borrell. *d. c.38. in fin.* & probat *Ordinat. lib.1. tit. 3. §. 9.* & ita in indulto declarari ſolet Larrea *deciſ. 26. n.7.* Maſtrill. *de indult. c.21. n. 2. & c. 45. n.6.* quod idem in particulari remiſſione delicti obſervatur *ex d. Ordin.*

Quæ partis remiſſio deſideratur, nedum quando offenſus ad accuſandum comparuit in judicio, ſed etiam 14
quando de delicto querelam inſtituit coram Judice, non tamen poſtea accuſationem fuit proſecutus; quia tunc in ejus defectum Juſtitiæ Promotor, qui ita apud nos nuncupatur, & ab aliis Fiſcalis dicitur, accuſationem ſuſcipit; namque adhuc offenſi remiſſio deſideratur, ut indulgentia Principis locum habeat: ita Larrea, qui bene fundat *deciſ.26. à n.6. cum ſeqq.* Creſp. *obſervat. 5. n. 226. & 228.* Quod confirmatur ex eo, quia querela ſucceſſit loco accuſationis, & pro accuſatione habetur Decian. *d. tom.1. lib.2. c.1. n.2.3. & 4.* immo ſufficit, quod offenſus à querela non deſiſtat, ut accuſare cenſeatur Decian. *d. c.1. n.5. verſ. quare putarem.* Ac proinde delictum in cujus proceſſu offenſus poſt querelam, & nomen delinquentis poſitum inter reos, dici non poteſt ſine parte. Et ſic non comprehenditur in indulto generali per quod crimina tantum remittuntur, in quibus nulla datur pars offenſa,

offenſa, vel remiſſio partis intervenit. Quod ita in terminis judicatum dicit Larrea *d. deciſ.* 26.*n.* 11. Maſtrill. *de indult.d.c.*7. *n.*14. Quam ſententiam probat noſtra lex Regia *lib.* 1.*tit.*3 . § 9. ibi : *E poſto que as partes digano que nam querem accuſar, ou que deixamo feito à Iuſtiza , & offerezaon diſſo certidano , não lhe ſeraon recibidas as petizoens, nem as tais. certidoen avidas por perduen Mas ſerà neceſſario traxerem expreſſo perdano das partes.* Et eſt videndus De Ponte *de poteſt.Pro regis tit.* 1.*de proviſ.ſier.ſolit.* §.4. *n.*36.

15 Non tamen requiritur delatoris remiſſio , qui tanquam quilibet de populo crimen detulit , & accuſationem inſtituit; quamvis enim quilibet de populo publicum delictum poſſit denuntiare *L.*1.*ff.de public. delict.* Anton. Gom. *lib.*1.*var.c.* 1. *n.*4. ubi Aylon *in additionib. n.* 5. plures laudat : & probat *Ordin. lib.* 5.*tit.*117.§.2. Si delator inimicus non fuerit : ut declarat prædicta Ordinatio : Intereſt namque Reipublicæ ne delicta maneant impunita *d.L.ita vulneratus , ff.ad L. Aquil.* Tamen denuntiator propriam cauſam proſequi non dicitur, ſed totum judicium publicum exiſtimatur *L. fiſcus* 38. §. *delatoris* , *L. delator* 44. *ff.de jure fiſc.* Unde nulla actio in eo judicio conſiderari poteſt : quæ reſpiciat partis offenſæ injuriam, ſeu intereſſe Jul. Clar. *lib.*5.§.*fin.q.*1. *n.*2. *verſ. ego tamen.* Subindeque non erit habenda ratio denuntiationis , ſeu accuſationis ejus , qui ſuam , vel ſuorum injuriam non proſequitur ad impediendam indulti gratiam : ut optime tradit Larrea *deciſ.* 27. ubi *n.* 11. pro hac parte judicatum teſtatur : ſequitur Creſp de Valdaura *d. obſerv.*5. *n.*234. Quidquid aliter ſentiat Amaya *in L.* 1. *Cod. de pæn. fiſcal. lib.* 10. *à n.* 79. Quem conciliare conatur Creſp. *d. n.* 234. cum Joann. Bapt.Larrea *ubi proxime* : ita ut opinio Larreæ vera ſit quoad validitatem gratiæ , non tamen ut ipſi delatoris jus auferatur ad proſequendam accuſationem pro illa parte pœnæ pecuniariæ , quæ ratione delicti legibus adjudicatut accuſatori , ſive delatori : & quoad expenſas ejus ratione factas. Et quidem quoad expenſas cum Creſp. convenire libet non vero quoad partem pœnæ pecuniariæ , quæ omnino tollitur ex Principis indulgentia.

16 At vero idem dicendum ſit eo caſu , quo officialis , qui ratione officii tenetur delictum denuntiate , & per legem aliqua pœnæ pars eis applicatur ? Dubitari poteſt. In qua quæſtione videtur dicendum officialis remiſſionem neceſſariam eſſe ; quia per *Ordinat.lib.*5.*tit.*117.§. 3. etiam officiali inimico capitali pemittitur , quod poſſit querelare de delicto , quando ex eo ultra pœnam corporalem aliqua pecuniaria illi applicantur Quapropter cum officiali detur utilitas in proſequenda accuſatione abſque illius remiſſione , indulto locus eſſe non poteſt *L. fin. Cod. de abolit.* ibi : *Niſi forte ille , qui paſſus eſt , ſuum conſenſum ad petendam abolitionem accommodaverit : L.* 2. *C. de precib. Imper. offer.* Non enim cenſetur Princeps juri tertio quæſito præjudicium facere *L.* 2. §. *ſiquis à Principe ff. neqnid in loc.publ.cum ſimilib.* maxime cum denuntiator pro accuſatore habetur Bart.*in L.Divus n.*7. *ff. de cuſtod. reor.* Gigas *de crim. læſa Majeſt.* tit. *qualiter in crim. proced. q.* 2. *n.* 2. Medices *de diffinit.* 2.*p.c.*2. *n.*2.Larrea *d. dec.* 27. *n.* 4. Et tanquam talis, ſi non probaverit , veniat in expenſis codemnandus Cynus *in L. ſeveriter ad fin. C.de excuſat. tutor.* Gratian. *lib.* 1. *conſ.* 97. *n.*2. Clarus *in* §. *fin. q.*7. *ad fin.* Amaya , *in L.*1 *Cod de pæn. fiſcal.lib.*10.*n.*84.

17 Etenim probationis defectus indicat querelæ, & accuſationis dolum , *L. athletas* , *ff. de calumniat.* Donimic.*in c.*1. *verſ. qui vero n.*4.*de elect.in* 6. Abb. *in c. calumiam nu.* 12. *de pæn.* Hypolit. de Marſill. *in L. patre num.* 18. *ff. de quæſtion.* Anton. Fabet. *in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 14. *deffinit.* 49. Immo ſic deficiens in probatione non tantum in expenſis, ſed etiam ad refectionem damnorum poteſt condemnari *Ordinat. lib.* 5. *tit.* 118. *in princ.* & convictus de malitia, au dolo extraordinaria pœna plectendus erit *Ordinat. d. tit.* 118.§.1.Petr. Caball. *re-* 18
ſolut. crimin. caſu 166. *n.* 2. Et iterum accuſatus , & abſolutus ex probationis defectu poteſt injuriarum actione experiri contra accuſatorem Bald. *in L. privatis , ff. ad Turpill.* Guid. Pap. *dec.* 324. Jul. Clar. *in* §. *injuria n.* 1. Sanſelic. *dec.* 54.*n.*5. & 10. niſi accuſator habuerit pro ſe famam publicam , vel ſimilia indicia ; quia tunc & ſi non probet , excuſabitur Jul. Clar. *in* §.*fin. q.* 62. *n.* 8. Guid. Pap. *dec.* 446. *n.* 1. Cravet. *conſ.* 178. Anton. Faber. *in Cod.lib.*4.*tit.*14. *diffin.* 49. *n.* 1. Bart. *in L. cum quidam* §. *quod dicitur n.*3.*ff. de adquir. hæred.* Afflict.*lib.*2.*conſtit.rubr.*13.Farinac.*q.*16.*n.*33.*& ſeq.& n.*56.*tom.* 1. Amaya *ad tit.de delat.lib.*10.Et ita in facti cõtingẽtia judicavit Senatus me referente, die 25.Junii anni 1664. in lite Franciſci de Olveira apud Actuarium Franciſcum Corroa de Britto. Quod cum ita ſit: ſine denuntiatoris remiſſione indulgentiæ locum non fieri videtur.

Cæterum contraria ſententia tenenda eſt ; tan- 19
quam verior , & magis juri conſentanea; quoniam indultum , & abolitio non de denuntiatore quaſi uno de populo loquitur , ſed de parte offenſa, quæ ſuam, vel ſuorum proſequitur injuriam , & hujus requirit conſanſum , & remiſſionem, non delatoris , *L. fin.C. de abolit.* ibi : *Niſi forte ille , qui paſſus eſt : L.* 2. *de precib.Imper.offer.*ibi : *Sine gravi partis alterius diſpendio convelli non poteſt :* Et regulariter in criminalibus pars dicitur illa, quæ damnum, vel injuriam paſſa eſt, ſive accuſet ſive non, Seſſe *de inhibit.c.*1.§.5. *n.*30. Unde indultum in hunc ſenſum intelligi debet non de delatore aut officiali qui fiſcale judicium proſequitur *d. L. fiſcus* §. *delatoris ff.de jure fiſci.* Et ea propter talis denuntiatot , ſeu accuſator quamvis judicium, & accuſationem inſtituere valeat non tamen ab accuſatione inchoata deſiſtere poteſt : ut ſcribunt Bart.*in l.*1 .*ff.de public judic.* Farinac. *q.*11. *n.*11.Seſſe *de inhibit.c.*1.§.5.*n.*18.& 19. neque pacem facere *l. Arrianus* 42.§.*quia autem ff.de jure fiſc.*Alfar.*de offic. fiſcal.gloſſ.*17.*n.*17.& 52.Peregr. *de jure fiſc.l.*2.*tit.*1. *n.*5.Amaya *in d.l.*1.*C.de pæn.fiſcal.n.* 86. Nihil enim prodeſt tranſactio cum delatore facta, tanquam eo, neque remittere pœnam , neque de delicto tranſigere poteſt, Ant. Gomez. *lib.* 3. *var. c.* 3. *n.*57. Alfar. *de offic. fiſcal. gloſſ.* 17.*privileg.*5.*n.*33.Larrea *deciſ.* 27. 20
*n.*9.Molin. *de juſt & jure tract.*3. *diſp.* 47. *n.*8. Valeron multum poſt hæc ſcripta viſus *de tranſaction. tit.* 4.*q.*7.*n.*11.Proindeque nil proderi tranſactio cum delatore , quominus alter de populo accuſationem proſequi valeat Covarr. *lib.* 2. *var. c.*10.*n.*5. *verſ. nono,* Larrea *conſ.* 27.*n.* 9. Ac ideo neque proderit , neque nocebit, ut indulti gratia valeat , vel non operetur Paſch. *in fin. tract. de virib. patr. poteſt. in addit. nu.* 10. Capyc. Latro *deciſ.* 71. *nu.* 6. Valeron. *d. nn.* 11.

Confirmatur, quia verba indulti loquentis de parte 21
intelligẽda ſunt in propria. & abſoluta ſignificatione, id eſt, de parte ipſa offenſa *L.*1.§.1.*ff.de donat.L. ſi ita quis* §.*fin.ff.de legat.*1.Card.Pereyr.*de nominat.q.*8.*n.* 16.*in fin.* Reynoſ. *obſervat.*12. *n.* 16. Cyriac. *contr.* 8.*n.*43.& 44.Carol.Tapia *dec.*10.*n.*43.Arias de Meſa *l.*2.*var.c.*29.*n.*12.

Et hac opinione retenta non obſtant in contra- 22
rium adducta de utililitate delatotis, & jute quæſito Reſpondetur namque partem pœnarum quæ delatori aſſignatur à lege , non conſtitui tanquam intereſſe debitum, ſed loco præmii *L.*2.*ff. de jure fiſc,* ibi: *Qui non præmii conſequendi: L addicta* 13. §. *cum ante*

apertum, ibi: *Neque dignam eſſe premio tam præcipitem feſtinationem: & §. eos. qui* ibi: *Removendos eſſe ab hujuſmodi pramio, ff. eod.* Larrea *deciſ.* 27. *n.* 14. & ut officialis illud præmium conſequatur, neceſſaria eſt condemnatoria ſententia; non enim debetur pœna, niſi à tempora condemnationis *L. ſi qua pœna, ff. de verbor. ſignif.* Larrea *allegat.* 37. *n.* 8. Petr. Caball. *caſu* 267. *n.* 5. Carlev. *de judic. tit.* 2. *diſp.* 1. *n.* 18. Quod adeo verum eſt, ut pœna non obliget ante ſententiam, neque in conſcientiæ foro Valenz. *conſ.* 128. *n.* 26. Angel. Boſſ. 2. *tom. moral. tit.* 12. *n.* 168. Gutierr. *pract. lib.* 4. *q.* 36. *n.* 21. immo
23 quando pœna ipſo jure imponitur à lege, quamvis ſententia condemnatoria nō deſideretur, tamen requiritur, quod Judex declaret per ſententiam actum fuiſſe factum, ex quo talis irrogatur pœna Tiraq. *in L. ſi unquam verb. revertatur n.* 400. *C. de revoc. donat.* Covarr. *de ſponſal.* 2. *p.* §. 6. *c.* 6 *n.* 10. Gabr. Pereyr. *deciſ.* 95. *n.* 29. Reynoſ. *obſervat.* 40. à *n.* 8. Sanſelic. *deciſ.* 15. *nu.* 23. & *dec.* 210. *n.* 5. & 6. Salgad. *de protect.* 3. *p. c.* 7. à *n.* 1. *cum ſeqq.* Paz. *in prax. tom.* 1. *tempor.* 6 *n.* 27. *part.* 1. Noguer. *allegat.* 12. *n.* 72. & *ſeqq.* Solorz. *tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 25. *n.* 58. Gald. *de extinct. c.* 17. *n.* 25. Hieronym. Leo *deciſ.* 52. *n.* 29. Angel. Boſſ. *d. tit.* 12. *n.* 166. ita ut ante declarationem Iudicis pœna exequi non poſſit Petr. Caball. *caſu* 133. *n.* 1. & 2. Quare cum litis exitus, & ſententia inter caſus fortuitos connumeretur *L. ſervus* 13. *ff. de ſtat.*
24 *homin. L. cos* 6. §. *ſuper his, C. de appellat.* Lara *de vita homin. c.* 25. *n.* 52. Valenz. *conſ.* 175. *n.* 5. & 6. Larrea *deciſ.* 68. *n.* 4. Nullum, aut debile jus officiali per inſtitutionem accuſationis, & querelæ quæſitum dicitur: maxime cum illud præmium, quod delatori per legem deſignatur, veniat in conſequentiam ex pœna fiſcali quaſi appendix publicæ vindictæ. At verò quod principaliter agitur, attendendum eſt, non quod in conſequentiam *L.* 1. *ff. de author. tutor.* Et etiam in mixtis illud attenditur, quod eminet, & cauſam alterius occultat argum. text. *in L. quæritur, ff. de ſtat. homin.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 30. *gloſſ.* 1. *n.* 9. Sarmient. *in L. ſi quis poſthumus n.* 2. *ff. de liber. & poſthum. lib.* 4. *ſelectar.* Anton. Gomez *in L.* 40. *Tauri n.* 61. Donell. *lib.* 11. *comment. c.* 4. Proindeque cum in his delictis Princeps ſolus ſit offenſus & commodum, quod provenire ſperatur ex accuſatione, ſit totum fiſci, à quo provenit præmium officiali deſtinatum, nil mirum, quod Principis indultum operetur abſque officialis remiſſiōe; dum tamen illi reſarciantur expenſæ. & dāna Creſp. *obſerv.* 5. *n.* 234.

25 Intelligenda tamen eſt prædicta reſolutio quando indultum fuit conceſſum ante ſententiam: ſi enim venia daretur; poſtquam reus fuit condemnatus, & pars pœnæ officiali applicata, tunc indultum non operabitur in præjudicium officialis qui jure jam quæſito privati nequibat à Principe. Et pro hac parte faciunt quæ Amaya *in L.* 1. *num.* 79. & *ſeqq. C. de pæn. fiſcal. lib.* 10.

26 Deinde congruenter quæritur, An in indulto generali comprehendantur etiam delicta, ſuper quibus jam lata fuit ſententia, quæ in rem judicatam tranſivit? Et non eſt dubium Principem remittere poſſe pœnas delictorum tam ante, quam poſt ſententiam in judicatum tranſactam: ut eſt omnium concors, & communis opinio teſte Pariſ. *conſ.* 1. *n.* 59. quem ſequitur Clarus *l.* 5. §. *fin. q.* 59. *n.* 2. Seſſe *de inhibit. c.* 1. §. 5. *n.* 48. Caſtill. *de tert. c.* 41. *n.* 146. Cev. *comm. contra comm. q.* 906. *ex n.* 38. Sed dum caſus occurrerit, verba indulti maxime ſunt perpendenda.

27 Notari tamen oportet indulgentiam generalem Principis non extendi ad delicta futura; immo ſi fuerit conceſſa de delicto futuro, nulla eſt juxta text. *in L. ſi unus* § *illud ubi comm. DD. ff. de pact.* Bald. *in L. reſcripta col.* 2. *verſ. ulterius opinio, C. de precib. Imper. offer.* ubi Jaſ. *n.* 8. Decian. *in tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 35. *n.* 48. Anton. Gomez. *in L.* 9. *Tauri n.* 16. *verſ. quarto infero* Bajard. *ad Clar.* §. *fin. q.* 59. *n.* 95. Et poſt alios Maſtrill. *de indult. c.* 6. *n.* 3. quippe indulgentia de futuro delicto læderet publicam utilitatem, & cum ea delinquendi occaſio daretur contra regul. text. *in L. convenire, ff. de pact. dotal.* & ipſa indulgentia ad delinquendum invitaret. Et inſuper non ſolum remitteretur pœna, ſed & reatus. Quod Princeps facere nequit, quamvis bene valeat delictum jam patratum remittere: ut bene docet Decian. *d. c.* 35. *n.* 48. & Maſtrill. *d. c.* 6. *n.* 3. Itaque remiſſio pœnæ intelligitur pro delictis præteritis, non pro futuris juxta doctrinā Bart. *in L. cū lex. ff. de legib.* Et ita ſemper judicatum teſtatur Maſtrill. *d. c.* 6. *n.* 4.

Confirmatur, quia quamvis dolus præteritus renun- 28
tiari, & remitti poſſit Petr. Caball. *reſolut. crimin. caſu* 115. *n.* 12. Tamen dolus futurus remitti nequit Anton Gomez *in L.* 9. *Tauri n.* 16. *verſ. ex quo primo infero*, Menoch. *de arbitr. caſu* 337. *n.* 14. Cyriac. *contr.* 73. *n.* 14. Fachin. *l.* 5. *controv. c.* 51. D. Chriſtoph. Creſpo de Valdaura 2. *tom. obſervat.* 95. *n.* 8. & *obſervat.* 98. *n.* 1. Valeron *de tranſact. tit.* 3. *q.* 5. *n.* 62. quia dolus eſt delictum Jaſon. in §. *item ſi quis in fraudem n.* 108. *Inſtit. de action. gloſſ. in L.* 1. *verb. crimine ſcilicet, dele ff. de fidejuſſ. tutor.* Et eſt text. *in L.* 1. §. *plane, ff. de tutel.* Gutierr. *de juram. confirm.* 1. *p. c.* 16. *n.* 15.

Limitabis proximam reſolutionem; ut non proce- 29
dat, quando tertio remitteretur pœna delicti ab alio committendi, pro quo ipſe aliàs teneretur: ut voluit Bart. *in d. L. reſcripta C. de precib. Imperator. offer.* Aretin. *in L.* 3. *n.* 4 *in fin.* & *n.* 5. *verſ. unde ego videns ff. de teſtam.* Decian. *d. c.* 35. *n.* 49. Ubi ponit exemplum de filio ejus, qui crimen læſæ Majeſtatis admiſit, pro quo etiam filius punitur, & tenetur *per L. quiſquis, C. ad L. Iul. Majeſt.* nam ſi pater fuit ex illo delicto damnatus, & poſtea reſtitutus, poteſt filius impetrare à Principe gratiam, ut ſi pater in tale crimen reinciderit abſque filii conſenſu, vel culpa tale patris delictum nocere debeat: ſequitur Maſtrill. *d. c.* 6. *n.* 5. Quoniam licet lex diſponens aliquid in favorem delinquentis per quod augetur occaſio delinquendi, ſit nulla; tamen ſi diſponat principaliter in ſavoram alterius, qui non eſt particeps delicti, quamvis ex eo teneatur, valida eſt; quaſi attendatur, quod principaliter agitur, non quod in conſequentiam, *L. ſi quis nec cauſam ff. ſi certum petatur, L.* 1 *ff. de author. tutor.* Namque in ſpecie *d. L. quiſquis*, ideo filius punitur, quia contra eum præſumitur, quod ſit patri ſimilis. At vero licet dolus vetus futurus remitti nequeat, bene remitti poteſt dolus præſumptus futurus: ex Bald. *in L.* 1. *in fin. C. de uſufruct.* tenet Decian. *d. c.* 35. *n.* 49. Padill. *in L. cum neceſſitatem* 18. *n.* 4. *C. de fideicomm.* ſequitur Creſp. de Valdaura *obſervat.* 98. *n.* 4. Et quod dolus futurus per indirectum remitti poſſit docent Celſ. Borgal. *de dolo lib.* 2. *c.* 2. à *n.* 9. Valeron *d. q.* 5. *n.* 63.

Rurſus animadvertendum eſt, quod ſi indultum 30
generale fuerit conceſſum pro bono pacis; & ſic in utilitatem publicam non erit neceſſaria partis remiſſio: ut ſcribunt Iul. Clar. §. *fin. q.* 59. *n.* 2. Decian. *d. c.* 35. *n.* 90. Creſp. de Valdaura *obſervat.* 5. *n.* 219. & *ſeqq.* Peguer. *deciſ.* 39. *n.* 11. & 12. & *deciſ.* 65. *n.* 8. Seſſe *de inhibit. c.* 1. §. 5. *n.* 20. & 44. Ripol. *de Regal. c.* 45. *n.* 17.

Secundo autem modo quando ex particulari gra- 31
tia Principis delictorum indulgentia conceditur, verum eſt dicere bene poſſe Principem delicta, & eorum pœnas remittere. Sed an hoc Principem deceat abſque partis concordia, & remiſſione? Quæſtionis eſt. In qua pro parte affirmativa ſtat punitionem delictorum ad jus publicum ſpectare Ripol. *de Regal. c.* 45. *num.* 3. & 4. Et ea propter pœnarum remiſſio ad ſo-

ad ſolum Regem pertinere: ut diximus ſupra *hoc eodem capite n* 1. etenim delictorum remiſſio effectus eſt ſupremæ Principis poteſtatis *L. ad beſtias, ff. de pœn. §. plane Inſtit. de jure natur.* Ripol. *d. c.* 45. *n.* 7. Et tantum pendet à ſola Principis voluntate, quæ indulgendi juſta cauſa dicitur *L.* 1. *&* 2. *C. de ſenten. paſſis* Ripol. *ubi ſupra nu.* 9. Quare ex vi ſupremæ poteſtatis etiam abſque partis conſenſu poterit Princeps veniam, & indulgentiam concedere.

32 Confirmatur, quia Princeps Dominus eſt corporum, & vitæ ſubditorum *L.* 1. *& tot. tit. C. de ſentent. paſſis.* Clar. *in pract. §. fin. q.* 59. Ant. Faber. *in Cod. lib.* 9. *tit.* 25. *de pœn. diffinit.* 1. *n.* 7. Atque ita Princeps ſine partis conſenſu pœnam etiam capitalem poteſt remittere; maxime ſi jam delinquens condemnatus fuerit; & pœna tam reſpectu partis offenſæ quam Principis effecta ſit individua. Quo dato potior eſt Principis cauſa, quam privati *L.* 2. *C. de commun. rer. alienat.* Ant. Faber. *proxime n.* 8. Cumque pœnæ capitalis, ſeu alterius corporalis perſecutio ad vindictam pertineat publicam, non ad privatam utilitatem *L. locatio §. quod illicite, ff. de publican. & vectigal. L. ſi venditor. §.* 1. *ff. de ſerv. export.* Anton. Faber. *ſupra n.* 5. nil mirum ſi Princeps pœnam poſſit indulgere parte non concordata. Ex quibus hanc partem tuentur poſt Iſern. & Afflict. Boſſ. *tit. de remed. ex ſol. clem. Princip. n.* 23. Ant. Faber. *d. tit.* 25. *diffinit.* 9. fundat Joſeph. de Seſſe *de inhibit. c.* 1. *§.* 5. *n.* 27. Et in hanc partem inclinaſſe Senatum Pedemontanum dicit Theſaur. *deciſ.* 21. *n.* 3.

33 Nihilominus tamen contraria ſententia longe verior eſt, æquior, & receptior. Et probatur primo. Quia ex quocunque delicto duplex oritur actio, parti ſcilicet offenſæ tam reſpectu intereſſe, & damni, quam ad vindictam, ut offenſor puniatur in ipſius ſolatium, Seſſe *de inhibit. c.* 1. *§.* 5. *n.* 25. *&* 26. & Reipublicæ ad vindictam, & exemplum, ut alii metu pœnarum delicta fugiant. Atque ita cum parti jam jus ſit quæſitum, non poteſt Princeps illud tollere per gratiam, reſcriptum, aut legem generalem: ut poſt antiquiores tenent Salgad. *de protect. p.* 3. *c.* 10. *n.* 92. Larrea *allegat.* 3. *n.* 6. Pinel. *in rubr. C. de reſcind. vendit. p.* 1. *c.* 3. *n.* 4. idem Larrea *deciſ.* 8. *n.* 25. & in noſtris terminis *deciſ.* 30. *n.* 19. Valenz. *conſ.* 83. *n.* 100. Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 26. *nu.* 62. Arias de Meſa *lib.* 2. *var. c.* 50. *n.* 14. Neque aliquid videtur concedere cum tertii præjudicio *L.* 2. *§. ſiquis à Principe, & §. merito ff. nequid in loc. publ. c. ſuper eo de offic. deleg.* Valaſc. *conſult.* 72. *n.* 10. *& de partition. c.* 13. *n.* 73. Phæb. *deciſ.* 92. *n.* 2. *&* 3. Cabed. 1. *p. deciſ.* 1. *n.* 6. *& p.* 2. *deciſ.* 5. *n.* 3. Gratian. *cap.* 167. *n.* 49. Solorz. *d. c.* 26. *n.* 62. Cyriac. *controv.* 59. *nu.* 6. *& controv.* 205. *nu.* 39. Immo Princeps, qui reſcribit in tertii præjudicium circumventus cenſetur, Menoch. *conſ.* 1007. *n.* 74. Giurb. *de feud. §.* 1. *gloſſ.* 3. *n.* 28. *verſ. ſublatis.* Valenz. *conſ.* 69. *n.* 125. Et quod magis eſt, ip-
34 ſe Princeps multoties fatetur ſe non poſſe facere ea, quæ contraria ſunt juri poſitivo in præjudicium tertii: *ut L. fin. ſentent. reſcind. non poſſe, & in L. cauſas, C. de tranſact. L. authoritate, C. unde vir, & uxor, L.* 2. *C. de inceſt. nupt.* Pinel. *in d. rubr. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 4. Larrea *deciſ.* 8. *n.* 45. quia Princeps facere non poteſt, niſi quæ juſte valet. *L. digna vox. Cod. de legib.* Capyc. Latro *deciſ.* 174. *n.* 2. Unde congruenter dicendum eſt non poſſe Principem remittere delictum in præjudiciũ partis offenſæ, ea non concordata.

35 Confirmatur hæc ſententia ex text. optimo *in L. fin. C. de abolit.* ibi: *Niſi forte, qui hæc paſſus eſt, ſuum conſenſum ad petendam abolitionem accommodaverit.* Propter quæ hanc eſſe communem opinionem tradunt Gram. *voto* 35. *n.* 8. Seſſe *de inhibit. c.* 1. *§.* 5. *n.* 23. Cabed. *p.* 1. *dec.* 75. *n.* 5. Clarus *§. fin. q.* 59. *n.* 4. & ibi Bajard. *n.* 37. Larrea *dec.* 26. *n.* 4. *&* 7. Maſtrill. *de indult. cap.* 21. *n.* 2. *& deciſ.* 205. *n.* 22. Farinac. *tom.* 1. *q.* 5. *nu.* 11. *&* 12. *& q.* 6. *n.* 38. 19. *&* 20. Petr. Caball. *reſolut. crimin. caſu* 58. *n.* 4. Sanſelic. *deciſ.* 51. *nu.* 24. *&* 25. *& deciſ.* 53. *per totam*, Theſaur. *deciſ.* 21. D. Chriſtoph. Creſp. de Valdaura *obſervat.* 5. *nu.* 216. *& ſeqq.* Et probat *Ordinat. lib. tit.* 3. 29. Quorum plures Principem abſqua partis remiſſione indulgentem moraliter peccare docent: Et hanc opinionem generali conſuetudine receptam dicunt Boſſ. *in d. tit. de remed. ex ſola clem. Princ. n.* 24. Farin. *d. q.* 6. *verſ. horum tamen opinio*, Grammat. *voto* 53. *n.* 8. *in fin.* Seſſe *de inhib. d. c.* 1. *§.* 5. *n.* 110. *d. q.* 59. *n.* 4. Ubi Bajard. *n.* 38.

Sed obſtare videtur, quod ita ut pars offenſa po- 36
teſt remittere propriam injuriam, & actionem *L. ſi quis in conſcribendo, Cod. de Epiſcop. & Cleric. L. penult. Cod. de pact.* ita Princeps indulgere valet pœnam tam pecuniariam, quam corporalem, quæ ad fiſcum ſpectat: ut dixit Molin. *ad foros Aragoniæ verb. Rex verſ. Dominus Rex exiſtens extra Regnum.* Ita ut parti jus ſalvum maneat pro ſuo intereſſe. Quod confirmatur, quia quando ex delicto duplex oritur actio, altera ad pœnam, & vindictam, altera ad damna, & intereſſe: una alteram conſumit juxta ſententiam Bart. *in L. Prætor. edixit. §.* 1. *ff. de injur.* Sanſelic. *deciſ.* 53. *n.* 30. Petr. Caball. *caſu* 248. *n.* 3. Unde nil mirum ſi Principis indulgentia valida ſit quoad pœnam Reipublicæ ſpectantem, & non valeat quoad partis intereſſe.

Verum contra hoc Molini dictum bene inſurgit Seſſe *d. cap.* 1. *§.* 5. *num.* 87. *&* 88. Ubi illud reprobat: & quia remittere delicta data parta intereſſata iniquum, perniciofum, & deteſtabile eſt, dicere etiam contra partem legitimam Principem nil poſſe condonare durum videtur. Et rurſus dicere, quod Princeps remittat intereſſe publicum tanquam ſuum; pars vero læſa ſuum intereſſe ſubſtineri poſſe non videtur. Reſolvit *n.* 89. quod Rex poteſt regulariter remittere crimina quoad punitionem, pœnam, & intereſſe Reipublicæ etiam parte non concordata, & pace non obtenta; pars vero ſuum intereſſe, & actionem; ita ut ſi non conſentiat indulgentiæ, agere poſſit adverſus criminis reum.

Prædicta tamen reſolutiona non obſtante amplec- 37
tenda venit noſtra ſupra poſita ſententia. Et adductis per Joſeph. de Seſſe reſpondetur; illum loqui juxta forum Regni Aragoniæ, ut conſtat ex dictis ab eo *n.* 89. 90. At vero de jure communi, & conſuetudine generali procedit prædicta opinio ſuperius bene fundata: Neque dicendum eſt Principem poſſe remittere pœnam, & publicum Reipublicæ intereſſe parte non concordata, & ſalvo jure ſuo; quoniam ex delicto triplex parti contigit intereſſe. Primum vindictæ, quod animi ſævientis dicitur *in L. ſi venditor, §. fin. ff. de ſerv. export.* & poteſt eſſe pecuniarium æſtimando injuriam text. *in L. injuriarum æſtimatio ubi gloſſ.* & Bart. *ff. de injur.* Secundum expenſarum in curatione, & operarum amiſſarum; quia accuſator inutilis factus eſt *L. ex hac lege ubi gloſſ.* citat concordantes *ff. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dic.* Tertium rei familiaris, *ut in L. qui nomine* ubi Bart. *ff. ad L. Cornel. de falſ. L. hodie §.* 1. *ff. eod. L. ſi pro fure, §. is itaque ff. de condict. furt.* Bart. *in L. Prætor edixit §.* 1. *ff. de injur.* Marant. *de ordin. judic.* 4. *p. d. n.* 4. *diſtinct.* 1. Plane quando Princeps remittit pœnam corporalem, licet pecuniariam partis reſervet, juri ad vindictam parti quæſito præjudicat. Et ſic cum tertii damno indulgentia valere non poteſt ex dictis ſupra.

Neque eſt dicendum intereſſe vindictæ non haberi 38
in conſideratione apud veteres Prudentes ex doctrina Iſerniæ, quem ſequitur Joannes Franc. de Pont. *de poteſtat. Proreg. tit.* 3. *de elect. official. §.* 1. *nu.* 14. *&* 15. Quia reſpondetur, immo vindictæ intereſſe valde eſſe conſiderabile, cum offenſi non ſolum re-

compenſationem damni, & honoris reſtitutionem quodammodo in pœnam delinquentis accipiant; ſed occiſi hæredibus, & conſanguineis maximum ſit ſolarium videre homicidam in viam juris debitam pœnam pati *L. capitalium* §. *famoſor.ff. de pœn.* Seſſe.*d. cap.* 1.§.5.*nu.*24. & 25. Petr.Caball. *reſolut. crimin. caſu* 58.*n.*7. perdere enim dicitur, qui non facit voluntatem ſuam *L.fin.ff.de uſu. & habit.L.penult.ff.de condition. ob cauſam.* Alex. Neviſan. & alii, cum quibus Surd. *conſ.* 34. *n.*16. prout lucrare dicitur, qui explet ſuam voluntatem *gloſſ. in L.fin. ff. de uſufr. & in L. penult.ff.de condict.cauſ.dat.* Surd.*conſ.*441.*n.*3. Felicius *de ſociet. c.* 28. *n.* 55. Quare dicendum eſt Principem, qui non concordata parte crimen indulget, licet pecuniariam pœnam reſervet, jus quoad vindictam quæſitum tollere, quod de ordinaria poteſtate facere nequit ex dictis ſupra. Et ita tenet Maſtrill. *de indult. cap.* 24. *n.* 7. Bajard. ad Clar. *q.* 59. *num.* 43.

39 Qua opinione tanquam veriori retenta non obſtant adducta pro prima ſententia: quia reſpondetur procedere Principis poteſtatem, dummodo partis remiſſio interveniat ex text. *in d. L. Cod. de abolit.* Ad adducta vero in confirmationem dicendum eſt, quod Princeps circa corpora, & vitas ſubditorum non poteſt, niſi quæ licite valet: ut diximus *ſupra n.* 34. Atque ita ſubditos prægravare, & jure ſuo privare nequit.

40 Intellige prædictam reſolutionem, ut procedat non tantum de poteſtate ordinaria Principia, ſed etiam de poteſtate abſoluta: quamvis enim Boſſ. *tit. de remed. ex ſol. clem. Princip. nu.* 23. & *ſequentib.* teneat abſque partis remiſſione Principem poſſe delicta, & pœnas remittere: quem refert Caball. *caſu* 58. *n.* 2. Tamen ex doctrina D. Thomæ contrarium tuetur Bajard. ad Clar. *q.* 59. *n.* 43. quem ſequitur Maſtrill. *de indult. cap.*24. *nu.*3. ex ea ratione, quia pars offenſa, vel hæres non recipit honoris ſui recompenſationem, ubi via juris non ponitur injurians, vel offendens. Sed abſque pace Princeps ei gratiam facit: ut ait D. Thom. *art.* 4 & quia talis conceſſio eſſet contra conſuetudinem totius orbis, Maſtrill. *d. n.* 3. Caball. *d. c.* 58. *n.* 6.

41 Sed obſtat, quod diſputare de Principis poteſtate ad inſtar ſacrilegii eſt *L.* 2. *Cod. de crimin.ſacrileg.c.ſiquis ſuadente* §. *qui autem junct. c. ſeq.* 17.*q.*4. Larrea *deciſ.*8.*n.*1. Cyriac. *controv.*202. *n.*3. Caball. *caſu* 58. *n.*5. Hier.Leo *deciſ.*34. *n.*29. & 33. Capyc. Latr. *dec.*174.*n.*27. Princeps autem de poteſtate abſoluta, vel de plenitudine poteſtatis omnia poteſt, quæ vult Nata *conſ.* 512. *n.*19. Ang.Barb. *clauſ.*41. *n.*3. Ergo prædicta reſolutio ſubſtineri non poteſt.

42 Reſpondetur tamen, quod in Principe damnatur abſoluta poteſtas; neque ea, quæ jure Divino, aut humano non regulatur, Principi licet Valaſc. *de jur. emphyt.q.*3.*n.*10. & *conſ.*12.*n.*9. Giurb. *conſ.*1. *n.*37. Bajard. ad Clar. *q.p.*59.*n.*71. Covarr. *lib.*3. *var.cap.* 6. *n.* 7. Caſtill. *lib.* 3. *c.*6. *n.* 7. Fontan. *de pact.nupt. clauſ.*4.*gloſſ.*14.*n.*40. & 42. Valenz. *conſ.* 69. *n.*123. Immo poteſtas quamvis abſoluta ſemper intelligitur, ne quid turpe, illicitum, vel à jure prohibitum contineat Valenz. *conſ.* 130. *n.* 41. Unde cum juri,
43 & conſuetudini ſit contrarium remittere pœnas delinquentibus parte non concordata: ut dictum manet. Gratia etiam de plenitudine poteſtatis facta non interveniente partis remiſſione ſervanda non eſt; & tanquam vis tempeſtatis repellenda, & ab officialibus approbari non debet: ut per Clar. *d. q.*59.*n.*4. Grammat. *ſuper conſtit. Regn.de concord. part. poſt.n.* 4. Boſſ. *de rem.ex ſol.clem.Princ.n.*24. Seſſe *d. c.* 1. §. 5. *n.*109. Camill.Borell. *de praſt.Reg.Cath.c.*38.*n.*52. Maſtrill. *de indult.c.*24. *n.*9. Apud quem à *n.* 2. *cum ſeqq.* ampliatione hujus reſolutionis invenies.

Ultra quas amplianda venit, non tantum in ea 44
parte offenſa, quæ accuſationem fuit proſecuta, ſed etiam ut neceſſaria ſit remiſſio partis, quæ ſolum querelavit, & accuſationem deſeruit Larrea *deciſ.*26. Creſp. *obſervat.* 5. *nu.* 220. Quod idem dicendum in eo, qui poſt querelam intra viginti dies teſtes ad probandam querelam non adhibuit juxta formam *Ordinat. lib.*5. *tit.*117. §.12. quia ſi indulgentiam reus petierit, remiſſio querelantis neceſſaria erit. Ex his, quæ Barboſ. *ad Ordinat. lib.*5. *tit.*122. *n.*4. Et idem procedit in eo, qui offenſus neque querelavit, neque denuntiavit, ſed Judex ex officio per viam inquiſitionis contra reum proceſſum inſtituit argum. *Ordinat.lib.*5. *tit.*122. §.4. Et docet in terminis Pont. *de poteſt.Proreg. tit.*1.*de proviſion. fieri ſolitis* §.4. *n.* 36.

Advertendum tamen eſt, quod cum Reipublicæ 45
interſit, nedum delicta puniri *L. ita vulneratus*, ubi Bald. *ff. ad L. Aquil. L.ſi longius* §.1.*ff. de judic. L. Stichum* §.*tametſi ff.de ſolut.L.capitalium* §. *famoſos, ff.de pœn.* Plaça *in epitom. delict. c.*21. Farin. *conſ.*27. *n.*3. Petr.Caball.*reſolut.crimin.caſu* 230. *n.*7. & *caſu* 288. *n.* 35. Sed etiam quod removeatur delinquendi occaſio Sforcia *de in integr. reſtit.q.* 3. *n.*89. ut ſubditi quieti, & in pace vivant Giurb. *conſ.* 49. *n.*25. licet in indulgendo delicta Principis magna ſit poteſtas; tamen ea uti non debet ſine cauſa: ut probat Marcian. *in L.relegatis* 6.ibi: *Et nemo poteſt commeatum, remeatumve dare exuli, niſi Imperator ex aliqua cauſa ff. de pœn.* Ita ut Princeps ex abſoluto arbitrio 46
indulgentiam concedere non poſſit ſine peccato: ut docet D. Thom. 2.2.*q.*67.*art.*4. Seſſe *de inhibit. c.*1. §.5.*n.*11. & 17. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 3. *c.*7.*n.*17. Sola *ad conſtit. Sabaudia tit. de indulg. & remiſſ. n.* 5. Creſp. *obſerv.*5.*n.*193. quamvis enim in Principe laudanda ſit clementia, tamen in punitione delictorum neceſſaria admodum eſt ſeveritas: quia cum mali impunes evadunt, magnum Reipublicæ nocumentum infertur, creſcunt mali, aut ad malum proni fiunt audaces ad perturbandum, occidendum: & ut dixit Cicero *in Brut. Ubi nulla ſevera judicia exercenter, etiam bona in genia corrumpuntur:* Et ut ait D. Ambroſ. *ſuper Pſal. Beati immaculati in via. Pœna corrigit, emendat errantem, ſi talis eſt, qui emendari non queat, auſertur è medio ne graviora committat:* & ut docuit D. Cyprian. *de duodecim abuſibus* 2 *Juſtitia Regis pax eſt populorum, tutamen patria, immunitas plebis, monimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aëris, ſerenitas maris, terræ jucunditas, ſolatium pauperum, hæreditas filiorum, & ſibimet ipſis ſpes futura Beatitudinis.* Salgad. *de retent. Bullar.* p.1.*c.*1.*n.*96. Unde ut indulgentia delicti juſte fiat legitima debet intervenire cauſa; ne abſque ea injuſta cenſeatur indulgentia. Ju- 47
ſtum namque dicere ſolemus, quod ex lege eſt, illud vero, quod contra ipſam eſt violentum apellatur Tiraq. *ad leg. connub. gloſſ.*9.*princ* Valenz.*conſ.* 170. *n.* 24. Giurb. *conſ.*1.*n.* 16. Et ſic nimia clemenmentia Principis in remittendo delicta reprehenditur ab Arniſ. *de jure Majeſtat. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 6.

Non ſufficit ergo partis remiſſio, ut delicti venia 48
concedatur, niſi cauſa legitima, & juſta interveniat Maſtrill. *d.lib.*3.*c.*7.*n.*20. Cauſas autem ſufficientes, ut Princeps ad indulgentiam moveatur, recenſet Seſſe *de inhib. c.*1.§.3.*n.*15. Caſtr. *de leg.pœn. c.*13. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 40. quos refert & ſequitur Creſp.*d.obſervat.*5.*n.*196. & 197. Ubi *n.*180. cum judicio advertit legitimam & juſtam cauſam eſſe, quæ probata proceſſu Judicem recte moveret ad pœnam in ſententia temperandam. Et ita apud nos ſervari videmus à Rege noſtro Invictiſſimo, qui delicta atrociara, & quæ Reipublicæ magnum ingerunt ſcandalum etiam cum partis remiſſione indulgere non ſolet, ſecutus Imperatorum deciſionem

in L.

in L. nemo 3. C. de Epiſc. audient ibi: *Ubi primus dies Paſchalis exiterit, nullum teneat carcer incluſum, omnium vincula diſſolvantur. Sed ab his ſeceſsimus eos, à quibus contaminari potius gaudia, lætitiamque communem, ſi admittantur, animadvertimus. Quis enim ſacrilego diebus ſanctis indulgeat? Quis adultero, vel ſtupri, inceſtique reo tempore caſtitatis ignoſcat? Quis non raptorem virginis in ſumma quiete, & gaudio communi perſequatur inſtantius? Nullum accipiet vinculorum requiem, qui quieſcere ſepultos quodam ſceleris immanitate non ſinit? Patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulter, violatorque monetæ: homicida, parricidaque quod fecit, ſemper expectet. Reus etiam. Majeſtatis de domino, adverſus quem talia molitus eſt, veniam ſperare non debet.* Et ibi Auguſt. Barboſ. *in collect. n. 4. & ſeqq.*

49 Erit etiam neceſſaria major cauſa; & magis juſta ad concedendam indulgentiam delinquenti conſuetudinario; is enim venia dignus non exiſtimatur Hyppol. *ſingul.* 378. Morl. *in empor. juris tit.* 1. *q.* 10. *n.* 12. Creſp. *obſerv.* 5. *n.* 326. quia reiteratio delicti impedit gratiam Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 10. *n.* 2. *in fin.* Boër. *deciſ.* 217. *n.* 22. Azeved. *in L.* 2. *n.* 13. *&* 16. *tit.* 25. *lib.* 8. *nova Recopil.* Auguſt. Barboſ. *in d. l. C. de Epiſc. au-*
50 *dient. n.* 12. Et ea propter reiterata delicta non comprehenduntur ſub generali remiſſione, vel indulto *L. 3. C. de Epiſc. audient.* Maſtrill. *de indult. c.* 28. *n.* 5. *& ſeqq.* Aug. Barb. *in collect. ad text. in c. ſuper eo de cohabit Cleric. n.* 2. Anton. Gomez *lib.* 3. *var. c.* 14. *n.* 98. Farinac. *tom.* 1. *q.* 11. *n.* 10. *& q.* 6. *n.* 49. *&* 50. Creſp. *obſervat.* 5. *n.* 238. Ideoque venia Principis impetrata non facta mentione de crimine reiterato nulla eſt Plaça *in epitom. delict. c.* 38. *n.* 4. Maſcard. *concluſ.* 838. *n.* 8. Anton. Gomez *lib.* 3. *var. c.* 3. *n.* 60. *& d. c.* 14. *n.* 38. *verſ. item adde*, Vincent. de Franch. *deciſ.* 330. *n.* 3. Thuſc. *litter. S. concluſ.* 730. poſt alios Auguſt. Barboſ. *in d. L.* 3. *C. de Epiſc. audient. n.* 13. Et quidem jure optimo, quippe propter reiterationem delictorum
51 augetur pœna *d. l. capitalium §. ſolent, ff. de pœn.* ita ut, etiamſi delicta non ſint capitalia, poſſit reus propter conſuetudinem delinquendi pœna mortis puniri Bart. *in L.* 1. *n.* 2. *C. de ſuperexactor. lib.* 10. Grammat. *conſ.* 17. *n.* 16. *& voto* 17. Jul. Clar. *§. fin. q.* 84. *n.* 6. ubi Bajard. *n.* 15.

52 Debet igitur de geminato delicto fieri mentio expreſſa, ut indulgentia validum producat effectum; prout de qualitatibus aggravantibus delictum. Auguſt. Barboſ. *d. n.* 13. *in fin.* Maſtrill. *d. c.* 28. *fere per totum.* Caldas *in L. ſi curatorem verb. vel adverſarii dolo n.* 51. ubi plures; & quod gratia eſt ſubreptitia. Tamen facilior debet eſſe Princeps in indulgendo, quando ſemel delictum abſque qualitate aggravante commiſſum fuit; quia tunc levior cauſa ſufficit; quam ſi iteratum ſit delictum.

53 Verum cum ſupra oſtenſum ſit ad impetrandam à Principe delicti veniam neceſſariam eſſe partis remiſſionem. Nunc opportune quæritur. Quænam ad intentum dicatur pars legitima? Et jam diximus ſupra partem dici eam, quæ ſuam, vel ſuorum proſequitur injuriam, & quæ principaliter læſa eſt: puta, qui ex vulnere debilitatus eſt, de filiis, & uxore ejus, qui interfectus patet, & maritus, qui victum eis parabat ſua induſtria, & laboribus, de eo, cui furtum factum eſt, vel injuria illata, & ſimilibus, de quibus intelligendi ſunt Doctores, qui dicunt Principem non poſſe gratiam facere delicti ſine remiſſione partis: ut optime docet Cyriac. *controv.* 341. *n.* 24. Ubi dixit cum myſterio locutum fuiſſe Puteum *de ſyndic. verb. compoſitio c.* 4. *in princ.* in quo ait: *Compoſitio facta de voluntate ejus, ad quem principaliter pertinet vindicta, excludit alios ab accuſatione.*

54 Et ſic quando agitur de homicidio, vel alio ſimili delicto, imprimis advertendum eſt jus vindictæ, & faciendi pacem deferri jure ſanguinis proximioribus occiſi, quamvis hæredes non ſint, non vero jure hæreditario Bart. *in L. damni §. Sabinus n.* 2. *ff. de damn. infect. & in L. pro hærede §. fin. ff. de adquirend. hæredit.* Puteus *de ſyndic. verb. compoſitio in cap. quod incipit ultimo circa prædicta col.* 2. *& ſeq. n.* 26. *verſ. & poſt prædicta.* Farinac. *in tit. de accuſat. q.* 14. *n.* 9. *&* 20. Vinc. de Franch. *deciſ.* 611. ubi additio Riccii. Et eſt communis opinio ex Sanſelic. *deciſ.* 27. *n.* 3. 13. 26. 27. *&* 66. Mantic. *de conject. ultim. voluntat. lib.* 12. *tit.* 9. *n.* 18. *&* 19. Clar. *in §. fin. q.* 58. *verſ. ſed incidentes quæro*, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 101. *n.* 84. *&* 85. Et probat apud nos *Ordinat. lib.* 5. *tit.* 124. *§* 9. ibi: *Naõ ſeja obrigado a citar os parentes do morto, que eſtiverem fora deſte Reyno, & Senhorio: mas ſerà obrigado citar os parentes, que neſte Reyno eſtiverem atè o primeico grao incluſive.* Carol. Tapia *deciſ.* 28. *n.* 23. *& ſeqq.* Et Valeron multum poſt hæc ſcripta viſus *de tranſaction. tit.* 4. *q.* 7. *n* 71.

Atque ita filius tanquam proximior admittendus 55
eſt, & præferendus tam ad accuſandum, quam ad faciendam pacem; etiamſi ab hæreditate patris occiſi ſe abſtinuerit juxta doctrinam Bart. *in L. filius, qui patri n.* 8. *ff. de vulgar.* quem ſequuntur ibi Bald. Cuman. Imol. & Jaſ. *n.* 21. Boer. *deciſ.* 121. *n.* 4. Paſch. *de virib. patr. poteſt. p.* 2. *c.* 1. *n.* 4. Octavian. Vulpel. *de treug. & pace q.* 11. Farinac. *d. q.* 14. *n.* 20. Sanfelic. *deciſ.* 27. *n.* 17. Arias de Meſa *lib.* 3. *var. c.* 8. *n.* 6. Et probatur argum. text. *in L. penult. ff. de ſepulchr. viol.* Clar. *§. fin. q.* 58. *n.* 32. Molin. *tom.* 4. *diſp.* 45. *n.* 9. Parlad. *lib.* 2. *rer. quotidian. different.* 51. *§.* 2. *n.* 5. Pont. *de poteſt. Pro Reg. tit.* 1. *§.* 1. *n.* 20. Valeron. *d. q.* 7. *n.* 72.

Quod adeo verum eſt, ut non tantum filius, ſed 56
etiam nepos præferatur in vindicanda nece avi hæredi ab eo ſcripto tam in accuſando, quam in faciendo: ut deciſum teſtatur Vinc. de Franch. *deciſ.* 611. Carol. Tapia *lib.* 4. *jur. Regn. ſuper pragm.* 8. *de compoſit. à n.* 34. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. p.* 2. *c.* 1. *n.* 4. Arias de Meſa *lib.* 3. *var. c.* 8. *n.* 6. Quidquid contrarium teneat Ripa *in L.* 4. *§. Cato col. ante penult. ff. de verb. obligat.* Anton. Gomez, *lib.* 3. *var. c.* 3. *n.* 64. & alii relati à Joan. de Aylon. *in addit.* ad Anton. Gom. *d. cap.* 3. *n.* 65. Qui aiunt hæredem extraneum eſſe præferendum conſanguineis occiſi; quia contrarium tuetur Farinac. *de accuſat. q.* 141. *n.* 23. *&* 24. Molin. *de juſt. tom.* 4. *diſp.* 45. *n.* 7. Arias de Meſa *d. c.* 8. *n.* 4. dixit communem Sanfelic. *deciſ.* 27. *n.* 13. Et cum ea reſidere videtur Joann. de Aylon. *d. n.* 65. *verſ. ſed contrarium defendit.* Quæ ſententia de plano procedit in filio, nepote, & conſanguineis occiſi, quibus jus ſucceſſionis delatum eſt; quamvis hæreditatem non adierint.

An vero idem dicendum ſit caſu, quo filius à pa- 57
tre fuit exhæredatus? Dubitari poteſt. In qua quæſtione Arias de Meſa *d. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 7. *& ſeqq.* verius eſſe cenſet filio exhæredato præferendum eſſe hæredem extraneum. Movetur ex eo quod pater, cujus officium eſt ex voto omnia filio parare, quando cum exhæredem fecit, & indignum ſucceſſione judicavit, non eſt cenſendus voluiſſe illum dignum reputari ad necem patris vindicandam; ſed potius hæredem admitti, quem teſtator pleniore honore proſecutus eſt argum. text. *in L. filium* 5. *§. ſed ſi portio, ff. de legat. præſt.* Et ſuo voluit eſſe loco *L. cum à matre, Cod. de rei vendic.* & vindictam delicti, aut remiſſionem commendare, cum in eo urgeat & juris neceſſitas, ne hæreditate privetur *L.* 1. *L. hæredem, ff. de his, quib. ut indign.* & propenſioris doloris: ut probat ex Cicer. *in orat. pro Quint.* Quam opinionem aliquibus ſimilibus confirmat.

Sed quamvis prædicta ſententia aliquam videatur 58
habere probabilitatem. Tamen ab ea recedendum cenſeo. Ex eo quia jus vindictæ non eſt hæreditarium,

ſed ſanguinis: Ideoque competit filio, ſeu conſanguineo, non hæredi. *L. quæſitum ff. de ſepulchr. viol.* Farin. *d. q.* 14. *n.* 19. 20. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.* 27. *n.* 13. *&* 26. cum aliis ſupra relatis. Proindeque *Ordinat. d. lib.* 5. *tit.* 124. §. 9. proximiores occiſi ad vindicandam necem citandos decrevit nulla facta mentione hæredum; quaſi conſanguineis hoc jus tribuat, non hæredibus extraneis. Unde nil mirum, ſi filio exhæredato jus vindictæ, & faciendi pacem competat, non hæredi: facit text. *in L. ſororem C. de his quib. ut indign.* & ea, quæ Plaça *de delict. lib.* 1. *cap.* 45. *n.* 3. Farinac. *in prax. q.* 13.

Non obſtant adducta per Arias de Meſa: quia reſpondetur, quod cum jus vindictæ jure ſanguinis deferatur, patris exhæredatio filio nocere non poteſt, neque jura ſanguinis immutare §. *ſed & naturalia Inſtit. de jure natural. l. jura ſanguinis ff. de regul. jur. L. fin. ff. unde legitimi:* ita in terminis Bajard. ad Clar. §. *fin. q.* 58. *n.* 56. Et facit text. *in l. eum qui* 3. *ff. de interdict. & relegat.* in illis verbis ibi: *Quæ vero non à patre, ſed à genere, à civitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia.* Cumque jus vindictæ non à patre competat, ſed à ſanguine, & natura; patris exhæredatio hoc jus à filio auferre non potuit.

59 Deinde notandum eſt, quod uxor de jure communi admittitur ad accuſandum de nece viri: ut probatur per argumentum à majori, quoniam ſi poteſt accuſare de nece ſoceri *L.* 2. *ff. de accuſat. juncta L. lege Julia, ff. de teſtib.* cum tamen ſocer ſibi conjungatur mediante perſona mariti: à fortiori poterit accuſare de nece ipſius mariti, quamvis ejus hæres non ſit, Roman. *in L.* 1. §. *potuiſſe, ff. ad Syllan.* & fuit doctrina Bart. *in d. L.* 2. *n.* 12. *ff. de accuſator.* dicit communem Farinac. 1. *p. tit. de accuſat. q.* 13. *n.* 14. Præſertim quia uxor inter eos connumeratur in accuſanda necelſe mariti, qui ſuam, vel ſuorum injuriam proſequuntur: immo verè ſuam proſequitur injuriam, ſuumque damnum L. *item apud Labeonem* §. *ſiquis virginem verſ. tenetur ff. de injur.* Vulpel. *in tract. de pac. q.* 11. Sunt
60 enim vir, & uxor una caro *cap. gaudemus de divort.* juxta illud *Geneſ. cap.* 2. *Erunt duo in carne una:* & Matth. *cap.* 10. Joann. Cæphal. *conſ.* 577. *n.* 18. *lib.* 4. Paz *in prax. tom.* 1. *p.* 5. *c.* 3. *n.* 14. Caſtill. *de uſufruct. c.* 40. *n.* 13. Ultra quod per necem viri illatum fuit damnum uxori, quæ orbata viro miſerabilis remanſit, & ut vidua inter miſerabiles perſonas connumeratur Innocent. *in cap. ſignificantibus de offic. delegat. L. unic. C. quando Imper. inter pupil. & vid.* Quare dubium non eſt uxorem tam de nece viri accuſare poſſe, quam eam remittere Sanfelic. *dec.* 26. Decian. *lib.* 3. *c.* 7. *n.* 10. Anton. Gomez *lib.* 3. *var. c.* 1. *n.* 32. *& c.* 3. *n.* 65. *in fin.* Caſtill. *de uſufr. c.* 40. *n.*

61 Et quod magis eſt: uxor tam in accuſando, quam in faciendo pacem præfertur omnibus conſanguineis viri per text. *in c. gaudemus* §. *quia vero de divort. L.* 1. §. *ult. L. quamvis indubitati Cod. ad L. Juliam de adulter. junct. L.* 2. §. *ſi ſimul ff. eod. L.* 2. *C. de crim. expil. hæredit.* & ſcribunt Boer. *deciſ.* 233. Anton. Gomez *lib.* 3. *var. cap.* 3. *n.* 65. & ibi cum pluribus Joann. de Aylon. *n.* 66. Cancer. *p.* 2. *c.* 11. *n.* 71. Farinac. *in prax. q.* 13. *n.* 15. *& ſeqq.* Arias de Meſa *lib.* 3. *var. c.* 8. *n.* 16. Creſp. de Valdaura *obſerv.* 5. *n.* 231. *& ſeqq.* Giurb. *conſ.* 61. *n.* 7. *&* 8. *& obſerv.* 27. *n.* 13. Curia Philipp. 3. §. *Accuſador, n.* 8. Bajard. ad Clar. §. *fin. q.* 58. *n.* 61. Flores de Mena *Lib.* 1. *var. q.* 7. *n.* 2. Paſch. *de virib. patr. poteſt. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 13. Plaza *de delict. cap.* 45. *num.* 1. *&* 2.

62 Quod amplia, ut etiam uxor præferatur parentibus occiſi tam in accuſando, quam in remittendo defuncto necẽ Curia Philipp. *d.* §. *Accuſador. n.* 8. Giurb. *conſ.* 61. *c.* 20. Anton. Faber. *in Cod. lib.* 9. *tit.* 1. *diffinit.* 2. Et ita judicatum tradit Creſp. de Valdaura *d. obſerv.* 5. *n.* 231. *&* 232. Non obſtante, quod in materia ſucceſſionis hæreditariæ parentes uxori præferantur *L. unic. C. unde vir, & uxor. L. fin. C. quor. legator.* quia uxoris magis intereſt, quam parentum mariti mors propter illam individuam Matrimonii ſocietatem, quæ mariti morte diſſolvitur: ut bene conſiderat Anton. Faber. *d. diffinit.* 2. & Giurb. *d. conſ.* 61. *n.* 20. Quos ſequitur Valeron *de tranſaction. tit.* 4. *q.* 7. *n.* 44.

Si vero extant filii occiſi, ſive ex illo, ſive ex alio 63
Matrimonio juſte dubitatur, An uxor filiis ſit præferenda? In qua quæſtione diſſidentes reperio Doctorum opiniones. Et pro affirmativa ſtant Plaça *de delict. c.* 45. *n.* 1 *&* 2. Paz *in prax.* 1. *tom. p.* 5. *c.* 3. *n.* 14. Flores de Mena *lib.* 1. *var. q.* 7. *n.* 7. Padill. *in L. tranſigere n.* 57. *Cod. de tranſaction.* Curia Philipp. 3. *p.* §. *Accuſador n.* 8. Villalpand. *in L.* 22. *tit.* 1. *partit.* 7. 2. *p.* §. 40. *n.* 1. *&* 2. & Maſſuer. quem refert Caſtill. *de uſufruct. c.* 40. *n.* 9. Ubi *n.* 10. *& ſeqq.* hujus ſententiæ fundamenta proponit, quæ etiam jactat Giurb. *conſ.* 61. *à n.* 12. & breviter reaſſumpta ſunt: Quod uxor proſequendo ſuam, vel ſuorum injuriam admittitur ad accuſandam mortem mariti, ut diximus ſupra: & cum accuſare poſſit, filiis præferenda eſt; quia vir, & uxor ſunt una caro, & unum corpus. Et ſic vidua in ejuſdem viri Matrimonio eſſe dicitur *L. filii* §. *vidua, ff. ad municip. L. fin. C. de bon. matern. l. cum te C. de nupt. L. fæmina, ff. de Senator.* Giurb. *conſ.* 61. *n.* 9. Subindeque tanquam proximior filiis præferenda eſt: maxime cum ad accuſandum ille ſit præferendus, qui rationem majoris amoris, & doloris: & hæc ſpecialiter in conjuge reperitur juxta illud Proſpert.

Omnis amor magnus, ſed aperte in conjuge major. 64
Prout dolor in conjuge major eſt: ut bene tradit Plaça *de delict. c.* 22. *n.* 30. Et probatur ex Val. Max. *lib.* 4. *c. de amor. conjug. & lib.* 6. *cap.* 8. *de fide uxor.* Demde quia ratione majoris conjunctionis in uxore conſideratur majus damnum, & intereſſe: Et rurſus quippe injuria facta viro cenſetur facta uxori, prout è converſo. Quare uxor in vindicanda nece viri propriam proſequitur injuriam, filii verò patris. Atque ita ipſa uxor magis offenſa præferenda eſt.

Cæterum contrariam ſententiam videtur tueri Pa- 65
pon *lib.* 24. *tit.* 2. § 3. *&* 4. Prout ita eſſe intelligendum dixit Anton Faber *in Cod. lib.* 9. *tit.* 1. *qui accuſare nõ poſſunt diffinit.* 2. *n.* 2. Vincent de Franch. *deciſ.* 382. *ad fin. & ibi additio* Riccii: ſequitur Bajard ad Clar. §. *fin. q.* 14. *n.* 27. *in fin.* Gratian. *dicept. forenſ. c.* 518. *n.* 3. 26. *&* 27. Guazin. *de pac* 1. *q.* 13. Arias de Meſa *lib.* 3. *var. c.* 8. *n.* 16. Paſchal *d.* 2. *p. c.* 1. *n.* 16. & poſt alios Giurb. *conſ.* 61. *n.* 14. *& obſervat.* 27. *n.* 15. Anton. Faber *d. diffinit.* 2. Caſtill. *de uſufr. c.* 40. *n.* 18. Ubi hanc partem veriorem dicit. Fundamenta illius recenſet Caſtill. *d. c.* 40. *à n.* 22. *cum ſeqq.* & Giurb. *d. conſ.* 61. *à n.* 14. Et in eo poſita ſunt, quod eadem eſt perſona filii, & perſona patris. Ideoque injuria facta patri cenſetur facta filio: Item quod filius non alienam patris injuriam, ſed propriam vindicat. Inſuper, quod filius patrem defendere tenetur; quia ejus portio, ſubſtantia, & caro eſt. Deinde quod filius cum patre naturaliter conjungitur, uxor vero accidentaliter. Unde naturalis cauſa accidẽtali ſemper eſt præferenda. Et denique quippe uxor neque eſt conſanguinea, neque propinqua maritis; filius autem propinquior, & proximior eſt: Et ſic tam in accuſatione, quam in remiſſione præferendus eſt.

Et quidem perpenſis utriuſque partis fundamentis 66
valde dubia redditur quæſtionis deciſio. Et eam componere conatur Octavian. Vulpel. *de pace q.* 24. quẽ ſequitur Carrcera *in prax. crim.* §. 29. *n.* 36. ut ſcilicet, uxor, & filii æquale jus habeant tam ad accuſandum, quam ad remittendum: ita ut remiſſio uxoris non præjudicet filiis, nec è contra filiorum remiſſio præjudicium generet uxori. Et ſic ad impetrandam ve-

niam

niam delicti à Principe omnium requiratur remiſſio.
Quam ſententiam amplectuntur Farin. *d. q.* 13. *n.* 5.
Paſchal. *de virib. patr. poteſt.* 2. *p.* 1. *n.* 18. Macera-
tenſ. *lib.* 3. *reſolut.* 41. *n.* 1. Giurb. *d. obſerv.* 27. *n.* 15.
verſ. alii qnod æquale. Et eam amplecti videtur Ca-
ſtill. *d. c.* 40. *n.* 18. *& n. fin.* Ubi in ea reſidet. Cancer.
lib. 2. *var. c.* 11. *n.* 71. Quam in praxi ſervari videmus
apud Tribunalia, in quibus tam uxor, quam filii æqua-
liter, & ſimul admittuntur tam ad accuſaodnm de ne-
ce viri, & patris, quam ad remittendum. Et poſt hæc
ſcripta inveni eam probare, Valeren. *de tranſact. tit.*
4. *q.* 7. *n.* 49. Qui *n.* 43. bene advertit, quod in his ter-
minis compendium ex remiſſione quæſitum, vel ex
condemnatione ab uxore, & filiis ſimul facta debet
communicari inter uxorem, & filios.

67 Intellige ſuperius dicta in uxore, quæ viduitatem
ſervavit; ſi enim ad ſecundas nuptias convolavit, ju-
re vindictæ, & remiſſionis faciendæ privata manet: ut
ſcribunt Tartaglia *ſuper prag.* 8. *de compoſit. n.* 30. Ba-
jard. ad Clar. §. *fin. q.* 58 *n.* 61 t. Farin. *de accuſat. d.*
q. 13. *n.* 16. & 17. Thuſc. *litter. V. concluſ.* 204. *n.* 5.
Giurb. *conſ.* 61. *n.* 9. *verſ. ſecus* Flores de Mena *d. q.* 7.
n. fin. Cancer. *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 72. Lara *de anniverſ. lib.*
1. *c.* 13. *n.* 3. & 6. Thom. Valaſc. *allegat.* 64. *n.* 8. Gi-
rond. *de privileg. n.* 1524. & noviſſime Valeron *d. q.*
7. *n.* 45. & 46. Et boc caſu talis ſecundò nupta ex-
cluditur nedum à parentibus, ſed etiam à conſangui-
neis occiſi Valeron. *d. q.* 7. *n.* 45. *& ſeqq. & n.* 48.

68 Idem dicendum de muliere vidua, quæ poſt mor-
tem viri luxurioſe vixit, hæc enim ſicut privatur filio-
rum tutela, educatione, & aliis privilegiis, quæ ma-
rito competebant, Ant. Gomez *in L.* 14. *Tauri n.* 16.
Surd. *de alim. tit.* 4. *q.* 13. *n.* 21. Sanch. *de Matrim. lib.*
7. *diſp.* 88. *n.* 16. Carol Tapia *deciſ.* 51. *nu.* 8. Cancer.
lib. 2. *var.* 9. *n.* 138. *& ſeqq.* Cyriac. *controv.* 134. ita
privari debet jura accuſandi, & remittendi necem
viri *l. bis ſolis, C. de revoc. donat. gloſſ. in Auth. ſa-*
cramenta, C. quando mulier offic. tutel. fung. poſſ. Plaça
in epitom. delict. c. 45. *n.* 1. Valeron. *d. q.* 7. *n.* 47.

69 Tertiò intellige, ut ſi filius ſuſceptus ex alio ma-
trimonio occiderit maritum, tunc uxor conſangui-
neis occiſi præferenda non ſit, quamvis ipſa nec
conſcia, nec particeps fuerit delicti: præſumptionem
namque inducit colluſionis matris amor, & prædi-
lectio erga filium Anton. Faber. *optime d. diffinit.* 2.
Giurb. *obſerv.* 13. *per totam*, Valeron. *d. q.* 7. *num.*
52. & 53.

70 Quæ de uxora dicta ſunt procedunt in ſponſa de
præſenti, quæ ſponſi necem accuſare poteſt argum.
text. *in L. non ſint C. de bon. quæ liber.* ubi æquipa-
raritur maritus, & ſponſus *L. in legibus ff. de teſtib.*
ubi ſponſus etiam dicitur gener: Docent Alberic.
in L. 1. *ff. de accuſation.* Decian. *in tract. crimin. lib.*
3. *cap.* 3. *n.* 10. Bajard. ad. Clar. *d. q.* 58. *n.* 61. Pa-
dill. *d. l. tranſigere n.* 58. Paſch. *d. p.* 2. *c.* 1. *n.* 14. Gua-
zin. *de pac. p.* 1. *q.* 15. Giurb. *conſ.* 61. *n.* 8. Valeron. *d. q.*
7. *n.* 41. Qui omnes conſanguineis ſponſi occiſi præ-
ferendam aſſe ſponſam tradunt.

71 A fortiori autem, idem. quod in uxore, dicendum
eſt in marito, qui ad accuſandum de nece uxoris om-
nibus præfertur conſanguineis Decian: *conſ.* 35. *n.* 27.
lib. 1. Paſch. *d.* 2. *p. c.* 1. *n.* 18. Joſeph. Ludov. *lib.* 1. *com-*
mun. opin. concluſ. 41. *ampliat.* 3. Arias de Meſa *d. lib.*
3. *c.* 8. *n.* 17. Sed eſt advertendum, quod ſi extant filii
uxoris occiſæ, maritus, & filii concurrere debent
tam ad accuſandum, quam ad remittendum: ut dic-
tum fuit de uxore. Ex his, quæ Vulpel. *de pace q.* 24.
Paſch. *d. c.* 1. *n.* 18. Farinac. *q.* 13. *n.* 15. Valeron. *d. q.* 7.
n. 40. Quidquid aliter ſentiant Decian. & Arias de
Meſa cum Joſeph. Ludovic *ubi proxime*: quia contra
eos ſtat ſententia, quam amplèxi fuimus in uxore, &
quæ in praxi ſervatur. Si tamen maritus ad ſecundas
convolavit nuptias privabitur illo jure accuſandi, &
remittendi necem uxoris Farin. *d. q.* 13. *n.* 16. Giurb.
d. conſ. 61. *n.* 9. Cancer. *lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 72. Valeron.
d. q. 7. *n.* 49. Et facit *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 91. §. 4.

Si vero maritus occiderit uxorem remiſſionemque, 72
& pacem habuerit à filiis communibus minoribus
ætate, de nihilo ei prodeſſe poteſt; quoniam præſu-
mitur per metum reverentialem extorta. Et ſic à pro-
ximioribus conſanguineis uxoris remiſſio habenda eſt:
ita Boſſ. *in tit. de pace n.* 21. Vulpel. *de treng. & pa-*
ce n. 25. Targlia *ad pragm. fin. de compoſit. n.* 51. Et
ita dicit judicatum Iul. Clar. §. *fin. q.* 58. *n.* 31. Ma-
ſtrill. *de indult. c.* 24. *n.* 79. Ubi veriorem dicit hanc
opinionem, & in judicando ſequendam: Bajard. ad
Clar. *q.* 58. *n.* 54. eleganter Petr. Caball. *reſolut.*
crimin. caſu 58. *n.* 8. *& ſeqq.* Ubi quod ita conſuluit
D. Ferdinando de Medices Magno Duci Hetruriæ
Molina de *juſt. & jur. tom.* 4. *diſp.* 45. *n.* 5. Valeron.
d. q. 7. *n.* 55.

Contrariam tamen ſententiam, immo remiſſionem 73
filiorum communium patri prodeſſe, tenet Farinac.
tom. 1. *q.* 14. *n.* 48. Eo nixus fundamento, quod ex ſo-
la reverentia, & ſuperioritate non præſumitur me-
tus, niſi præcedant varbera, vel minæ Alex. *conſ.*
83. *n.* 9. *vol.* 6. Capyc. *deciſ.* 159. *n.* 12. Cæphal.
conſ. 91. *n.* 45. *vol.* 1. Nec ſola reverentia, ſeu reve-
rentialis metus ſufficiens eſt ad reciſionem actus, ſeu
contractus Covarr. *in rubr. de ſponſal. cap.* 3. *n.* 8. & 9.
Gama *deciſ.* 262. *n.* 1. *& deciſ.* 250. *n.* 3. Phœb. qui ju-
dicatum teſtatur *deciſ.* 26. Pereyr. *deciſ.* 30. *n.* 2. Va-
laſc. *conſult.* 130. *n.* 21. Surd. *dec.* 194. *n.* 22. Sanch.
de Matrim. lib. 4. *diſp.* 6. *n.* 7. Larrea *allegat.* 35. *n.* 20.
& ſeqq. Caſtill. *lib.* 3. *controv. cap.* 1. *n.* 150. *& ſequen-*
tib. Et hæc eſt verior opinio ſecundum Arias de Me-
ſa *lib.* 3. 36. *n.* 3. Auguſt Barboſ. *voto* 54. *n.* 55.

Nihilominus tamen à priori ſententia recedendum 74
non eſt quoniam fundamentum Farinacii in terminis
præpoſitis verum non eſt: ſiquidem ad præſumen-
dum metum reverentialem non requiruntur minæ,
neque verbera; ſed ſufficit ſola reverentia conjuncta
cum enormi læſione Grammat. *dec.* 103. *n.* 49 Nevi-
zan. *conſ.* 12. *n.* 20. Capyc. *deciſ.* 159. *n.* 34. dicit com-
munem Alban. *conſ.* 77. *n.* 11. Maſcard. *concluſ.* 1051.
n. 28. Octavian Cacheran. *dec. Pedem.* 172. *n.* 5. Curt.
Jun. *conſ.* 141. *n.* 11. Maſtrill. *de indult. c.* 24. *n.* 79. *verſ.*
prima opinio Bajard. ad Clar. *q.* 58. *n.* 55. Ubi bene
dicit neminem ignorare, quanta ſit læſio filii; qui ma-
tre privatur. Quibus addo tranſactionem, & remiſ-
ſionem delicti factam fuiſſe cum patre, cui reverentia
debetur in ipſius utilitatem. Quo caſu ſolam reve-
rentiam ſufficere ad annullandum actum docent San-
ch. *de Matrim. lib.* 4. *diſp.* 6. *n.* 6. Larrea *allegat.* 35.
n. 24. Ideoque ceſſat Farinacii fundamentum Bajard.
d. n. 55. Maſtrill. *à n.* 79. Caſtill. *lib.* 3. *controv. c.*
1. *n.* 155.

Hæc reſolutio ampliatur, ut procedat etiam eo ca- 75
ſu, quo uxoris occiſæ extant filii alterius Matrimo-
nii, & plures ex homicida, qui omnes remiſſionem
fecerunt; quia etiam tunc remiſſio non prodeſſet ob
rationem reverentialis timoris: ut tenet Petr. Caball.
d. caſu 58. *n.* 13. licet male dicat Boſſium ita ſentire
d. tit. de pace n. 21. Vere enim Boſſius contrarium
tuetur, ut patet ex ipſius verbis ibi: *Quando uxor oc-*
ciditur à viro, quæ habet filios ex ea, & ex alio Matri-
monio, tamen plures ſunt ex homicida qui omnes fe-
cerunt pacem an ſufficiat? Videtur ſufficere: quia ſa-
tis eſt habere pacem à majori parte hæredum, &c. Ex
quibus manifeſte apparet Boſſium tenuiſſe contrarium
ejus, quod ſentit Caballus. Nihilominus tamen Ca-
balli reſolutio vera eſt; quoniam nulla poteſt dari
differentiæ ratio inter unum, & ulterum caſum. In-
telligenda tamen erit prædicta reſolutio, ſi filii re- 76
mittentes aſſent minores; non vero quando erant ma-
jores, vel emancipati, & ſeorſum a patre habitarent,
vel

vel ſi mater ob adulrerium fuit interfecta; tunc enim remiſſio patri prodeſſe poteſt: ut per Octavian. Vulpel. *de pace* q.25. Bajard. *in d.q.58.n.55.in fin.* Maſtrill. *d.c.24.n.*80.

77 Et converſo autem, ſi mater occidit maritum, ſufficiet, & valebit filiorum, etiam miuorum remiſſio; etenim in matre non militat ratio reverentiæ, quæ in patre Jul. Clar. *d.q.58.n.* 30. *in fin.* quem ſequuntur Maſtrill. *d. c.* 24.*n.*81. Bonacoſ. *commun. in ſuis commun. opin. crimin. litter. P. verſ. pax uxoricida lib.* 1. Caball. *de caſu* 58. *num.* 12. Donat. Anton. de Marinis *lib.* 1. *reſolut. c.* 2. *n.* 20. Valeron. *d. q.* 7. *n.* 56.

78 Hinc opportune quæritur, An ſi filius occiſi, aliuſve quicumque, cui accuſare competit, minor ſit, valeat offenſam, ſeu injuriam remittere valide? Et an tutor, ſeu curator id efficere poſſit, ita ut ea remiſſio aliis conſanguineis remotioribus accuſandi viam præcludat? In qua quæſtione dicendum videbatur, quod ſi delicti probatio certa ſit, non liceat minori, ſeu ejus tutori, aut curatori remiſſionem, vel tranſactionem facere: ſi vero dubia ſit probatio, tunc fieri queat argument. text. *in L. pactum curatoris, C. de pact. L. Imperator ff. eod. L. Lucius à* 2. §. *fin. ff. de adminiſtr.tutor. l. qui fundum,* §. *tutor, ff. pro emptore, L. tutor. pupilli. ff. de jure jur. L. præſes, Cod. de tranſact.* Ubi probatur, quod tutor non poteſt tranſigere ſuper debito minoris liquido, quamvis id facere valeat ſuper dubio Auguſt. Barboſ. *in d. L. pactum n.* 1. & 11. *C. de pact.* Ex quo fundamento hanc partem tenet Gaudin. *in tract. de maleſic. fol.*29. *col.*1. & Boniſac. *eod. tract. tit. de pace col. fin.* quos re-
79 fert Anton. Gomez *lib.* 3. *var. c.* 3.*n.*66. Verum his non obſtantibus verior eſt contraria opinio. Et eſt dicendum quod ſi minor ſit pubes, & adultus remiſſionem, & tranſactionem facere poteſt cum curatoria authoritate; ſi vero ſit impubes major inſante valet etiam cum tutore, & curatore delictum remittere ſi autem ſit inſans, ſolus tutor remiſſionem facit, quæ valida eſt: adeo, ut nullæ deſiderentur ſolennitates, nec Judicis decretum. Et hæc eſt communis Doctorum traditio: ut per Anton. de Padill. *in d. L. tranſigere, Cod. de tranſact.* Abb. *conſ.*108.*lib.*2. Anton. Gom. *d. cap.*3.*n.*66. Jul. Clar. *d.q.*58.*n.*27. Paul. de Caſtr. *in L.*1.*in fin. C. de in integr. reſtit. in d. L. pactum curatoris in fin.* ubi Bald. *n.* 5. Plaça *de delict. cap.*45.*n.*6. Joann. de Amicis *conſ.*88. *col.* 1. & 2. late Farinacius *de accuſat. q.*15.*n.*5. & 6. Gratian *cap.* 518. *n.* 7. & 8. Fachin. *lib.*9. *controv. c.* 43. Molin. *de juſt. tom.* 4. *diſp.*45.*n.* 6. Maſtrill. *de indult. c.* 24. *n.* 62. & 63. Et fecit. *Ordinat. lib.* 5. *tit.* 131. §. 1. Valeron. *de tranſact. tit.* 4.*q.*7.*n.*81.& *ſeqq.* poſt hæc ſcripta viſus.

80 Quæ ſententia eo potiſſimum nititur fundamento, quod minor cum authoritate tutoris, vel curatoris omnes contractus gerere poteſt ſine Judicis decreto, excepta bonorum immobilium alienatione: *ut tota tit. ff. de rebus eor. & in tit. C. de prædiis minor. L. puberes C. de verbor. obligat, L. ſi curatorem C. de in integr. reſtit.* Ubi Cald. Pereyr. *in princ n.*1. Anton. Gomez. 2. *var. c.*14. *in princ.* Cancer. *lib.*2. *cap.*1. *de minorib. n.*245. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 7.*p.*3.*n.*43. Scaccia *de judic. lib.* 1. *c.*2. *n.* 266. Sanfel. *deciſ.* 246. *n.* 4. & 5. Poſtius *poſt tract. de manut. deciſ.* 48. *n.* 6. Fachin. *lib.* 9. *c.* 43.
81 *verſ. fundamentum hoc.* Præſertim quia minoris intereſt non habere rixas, neque diſcordias, neque ſumptibus, & litibus vexari *L. minoribus viginti quinque annorum ff. de minor.* Ultra quod de jure Divino, & humano laudatur ille, qui pacem ſervat. *L.*1. *ff. de cenſib.* facit illud Evangelii: *Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderunt vos:* refert Gomez *d. c.* 3. *n.* 69. Propter quæ hanc tuentur opinionem Fachin. *d.c.*43. ubi contrariæ fundamentis ſatisfacit: Gutier. *de tut.* 2.*p.c.*7.*n.*3.& *ſeqq.* Jul. Ferret. *de re milit. c.* 1. *n.* 49.

Verum quamvis prædicta ſententia communis ſit. 82
Tamen verior videtur minorem tam pupillum doli capacem, quam puberem non poſſe injuriam, & mortem patris remittere ſine curatore Speculat. *in tit. de homicid. in princ. col.* 2. *verſ. illud autem quæritur,* & poſt Cyn. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. Anton. Gomez. *lib.*3.*var.c.*3.*n.*66. Plaça *d.cap.*41.*n.*6. Gutier. *de tutel.*2.*c.*7.*n.*3. quam opinionem veriorem dicit Narbon. *de ætat. anno* 25.*q.*19.*n.*17.19.& 20. Decretum vero Judicis non requiritur: ut præcitati docent Licet Gutierr. *d.c.*7.*n.*6. & *ſeqq.* decretum eſſe neceſſarium contendat. Quod idem videtur ſentire Maſtrill. *de indult. cap.* 24. *n.* 62. *verſ. & propterea antequam minor.* Quos intelligo, ut cautius ſit, quod interveniat decretum, non verò præciſe ſit neceſſarium.

Quæ adeo vera ſunt, ut adverſus remiſſionem in- 83
juriæ factæ pupillo, vel ſuis, minori non competat reſtitutionis auxilium: ut voluit Jacob. de Aretio *L.* 1. *C. de in integr. reſtit.* Quem ſequuntur Bald. & Alex. *ibi n.*4. Anton. Gomez *d.c.*3.*n.*66. Farinac. *de accuſat. q.*15.*n.*29. Cler. *d.q.*58.*n.*27. & ibi Bajard. *n.*48. Molin. *d. diſp.* 45.*n.*6. optime Cal. *in L. ſi curatorem verb. læſis n.*27. *verſ. his ſic enarratis,* Mantic. *de tacit. lib.*27.*tit.*3.*n.*9. & 10. Gutierr. *d.cap.*7. *n.* 25. Narbon. *de ætat. anno* 25. *q.* 19. *n.* 16. Quod ampliatur, ſive remiſſio fiat gratis ſive pretio recepto, Gratian. *c.*518.*n.*22. & 23. Cancer. *lib.*1.*c.*1.*n.*248. & *duobus ſeqq.* Gutierr. *de tutel. d.c.*7.*n.*26. Narbon. *de ætat. anno* 25.*q.*19.*n.*16. Ex ea ratione quia injuriarum actio non eſt in bonis, & tendit ad vindictam: Et ſic minor per remiſſionem non dicitur in damno, nec læſus exiſtimatur. Reſtitutionis autem, ſubſtantia in læſione conſiſtit, & ubi illa non intervenit reſtitutio locum habere nequit *L. verum* §. *ſciendum, L. non omnia, L. quod ſi minor* §.1. *ff. de minor.* Cald. *in L. ſi curatorem verb. vel adverſarii dolo nu.* 1. Larrea *deciſ.* 70. *à n.* 13.

Intellige prædicta de remiſſione tutoris, ut locum 84
non habeat, ſi magnam verecundiam incurreret pupillus propter prædictam remiſſionem, & ejus honori præjudicium generetur; quia tunc non valeret remiſſio facta à tutore: Vel ſaltem illi competeret adverſus eam reſtitutio, Molin. *d. diſp* 45.*n.*6. Meneſius *in L. tranſigere n.*64.*C. de tranſaction.* Caſſan. *in conſuet. Burgund. rub.* 1. §. 5.*n.*64. *verb. ſilva grav.* Caldas Pereyr. *in L. ſi curatorem verb. læſis nu.* 27. *verſ. ſed in contrarium.* Clar. *d.q.*58. *n.* 27. Narbon. *de ætate, anno* 25. *q.* 19. *n.* 21.

De jure autem Regio minor, cujus tutor citatus 85
fuit ad accuſandam necem defuncti, & accuſationem non fuit proſequutus; vel quando tutor remiſſionem fecit delicti, cum qua à Rege fuit obtenta indulgentia, non obtenta ſententia, vel Principis venia, poterit de novo accuſare delinquentem: modo maſculus id faciat uſque ad ætatem viginti quatuor annorum; & fœmina uſque ad vigeſimum ſecundum ætatis annum; dummodo prius querelam proponat. Quo caſu iſte indultatus capi non poterit, ſed illi denuntianda erit accuſatio, ut intra ſexaginta dies chartam Securitatis obtineat, vel aufugiat: ſi vero intra ſexaginta dies prædictam chartam non fuerit adeptus; tunc in carcerem mitti poterit. Ita *Ordinat. lib.*3. *tit.*31. §.1. de qua meminit Molina *d. diſp.* 45. *n.* 6. *in fin.* Cujus legis diſpoſitio videtur fundari in ſiniſtra præſumptione, quæ datur contra tutorem non proſequentem accuſationem, vel remittentem delictum.

Quæ de filiis diximus, præcedunt nedum in legi- 86
timis, & naturalibus, ſed etiam in naturalibus tantum;

tum;

tum: Et quod plus eſt in ſpuriis; hi enim in defectum
legitimorum poſſunt accuſare, & remittere necem pa-
tris. Ea ea ratione quia jura ſanguinis, excepto ſuc-
ceſſionis commodo, eis competunt: ita Petr. Belius
de remit. fol. 159. n. 64. quem refert, & ſequitur Jul.
Clar. d. q. 58. n. 26. in fin. Ubi Bajard. n. 42. Anton.
Gomez. lib. 3. var. c. 3. n. 96. verſ. ſed his non obſtan-
tibus, Molin. de juſt. & jure di p. 45. n. 11. Ubi de prac-
tica hujus Regni Dec. in tract. crim. tom. 1. lib. 3. c. 5.
n. 12. Plaça de delict. c. 41. Farin. d. q. 13. à n. 51. cum
plurib. ſeq. Qui tradit naturales, & ſpurio etiam natos
ea damnato coitu poſſe necem parentum accuſare, &
remittere. Anton. de Marinis lib. 2. reſolution. c. 3.
dummodo ſpurii habeant patrem certum. Quod
etiam ſentit. Clar. d. n. 26. quia vulgo quæſiti mor-
tem patris non poſſunt vindicare: at vero matris, quæ
certa eſt, mortem remittere, & accuſare poterunt,
Et hi naturales, & ſpurii præferantur aſcendentibus
patris, & ejus conſanguineis, ut tandunt ſupra rela-
ti, & Boer. deciſ. 121. n. 1. Quibus addo Valeron. d.
tit. 4. q. 7. n. 57.

87 Item quæritur, An ſi quis habens filium, poſtea
Monachus factus, fuit occiſus, præferatur in accuſan-
do, vel remittendo Monaſterio? Vel è contra in hac
quæſtione variæ ſunt Doctorum ſententiæ, quas con-
gerit Sanchez ad præcepta Decalogi l. 6. c. 12. n. 39.
Sed Jul. Clar lib. 5. §. fin. q. 58. n. 25. diſtinctionis fœ-
dere eas componere conatur, aſſerens, quod aut ap-
paret injuriam factam fuiſſe Monacho intuitu Eccle-
ſiæ ſeu Monaſterii, & debet præferri Monaſterium:
aut apparet factam fuiſſe intuitu perſonæ ipſius Mona-
chi, & filius eſt præferendus: aut ſumus in dubio, &
tunc jus accuſandi, & remittendi ſpectat ad utrum-
que. Quam diſtinctionem accepit Clarus à Boetio de-
ciſ. 123. n. 9. Verius tamen eſt Monaſterium præfe-
rendum eſſe filio: ut tenet Padill. in d. L. tranſigere
à n. 28. C. de tranſaction. Guillielm. Benedict. in cap.
Raynucius verb. condidit, c. 2. n. 17. de teſtam. Frat.
Emmanuel. Rober. tom. 2. regul. q. 24. art. 3. Farinac.
de accuſat. q. 13. n. 26. verſ. ſed certe, Sanch. ad
præcep. Decal. lib. 6. c. 12. n. 40. Tapia in Auth. in-
greſſi. cap. 13. n. 26. C. de ſacroſ. Eccleſ. Arias de Meſa
lib. 3. var. cap. 8. n. 18. Maſtrill. d. cap. 42. à n. 75. Va-
leron. d. q. 7. n. 76. & 78. Dicit tamen Clarus d. n. 25.
tutius eſſe, ut Monaſterium, & filius ſimul remiſſio-
nem faciant. Et advertit Bajard. ad Clar. d. q. 58.
n. 38. quod ſi filius vel conſanguinei pacem facere
vellent, & Monaſterium denegaret, tunc favore
pacis filius præferatur: & è contra, ſi Monaſterium
vellet, & filius negaret, Monaſterium præferendum
ſit. Sed hæc Clari, & Bajardi doctrina locum habe-
re nequit ſtante prædicta communi, quod Mona-
ſterium filio præferatur.

88 Conſecutivè quæritur, An pater remittere valeat
injuriam factam filio, etiam eo invito, ita ut remiſſio
patris ſufficiat ad impetrandam à Principe veniam?
Pro cujus quæſtionis dilucidatione præmittendum
eſt pro injuria filio illata duplicem patri dari actio-
nem, aliam ſuo nomine, & alteram nomine filii L.
pater 41. ibi: Duobus judiciis, ff. de injur. Barboſ. in
L. 2. §. fin. n. 35. ff. de ſolut. Matrim. Tondut. de præ-
vent. 2. p. cap. 17. n. 1. ita ut uni illarum per aliam præ-
judicari non poſſit L. 1. §. fin. ff. de injur. Et ea propter
Cravet. conſ. 181. n. 6. tradit quod cauſæ circa injuri-
am filio illatam duæ ſunt diverſæ: una pro injuria
patrem tangente, alia pro injuria filii; quia alio mo-
do uniri poteſt injuria reſpectu patris, & alio mo-
do reſpectu filii, cum contingere poſſit, ut dignior
ſit perſona filii, quam perſona patris. Probat text.
in L. ſervo 30. juncta L. cum poſſit 31. ff. de injur.
Tondut. prævent. p. 2. c. 17. n. 5.

89 Inſuper præmittendum eſt, illarum actionum, quæ
patri competunt ob injuriam filio familias illatam,
unam eſſe Prætoriam, quæ in quocunque injuriarum
genere exerceri poteſt §. ſed, & lex ubi communiter
DD. & præcipue Myuſinger inſtit. de injur. alteram
vero civilem, quæ ea lege Cornelia deſcendit: Et
hæc competit filio in tribus caſibus: primo, ſi pulſa-
tus ſit; ſecundo, ſi verberatus, tertio, ſi quis per 90
vim domum filii fuerit ingreſſus L. lex Cornelia ff.
de injur. Tondut. d. c. 17. 13. Earum autem actio-
num exercitium patri competit, non filiofamilias
L. pater 41. ff. de injur. ita ut filius proprio nomine
pro injuria ſibi illata agere nequeat, quamdiu pater
agere vult, aut alius paterno nomine, L. ſed ſi unius
17. §. ait Prætor, ff. de injur. L. in perſonam 31. in
princ. ff. de pact. L. ſi longius §. ſi filius familias, ff.
de judic. Neque obſtat text. in L. filius familias, ff.
de oblig. & action. quatenus Paulus ait filiumfami-
lias injuriarum actionem ſuo nomine habere, quia in-
telligendus eſt juxta communem Doctorum traditio-
nem, ut licet ea perſona ſua filiofamilias injuriarum
actio competat; tamen exercitium ad patrem ſpec-
tet: vel ut filio competat actio, etiam quoad exer-
citium, quando Pater agere non vult: vel ſit abſens
nec aliquis ſit, qui pro eo agere velit d. L. ſed ſi unius
§. ait Prætor cum ſupra relatis: ita Pichard in §. patitur
inſtit. de injur. n. 17. Si vero pater actionem civilem
filiofamilias competentem intentare voluerit in dictis
tribus capitibus legis Corneliæ, eam non proprio,
ſed filii nomine proponere debet, tanquam illius
legitimus adminiſtrator: ut docet gloſſ. in d. L. in
perſona ff. de pact. Anton. Faber. in C. lib. 8. tit. 32.
de patr. poteſt diffin. 2. gloſſ. 2. Tondut. d. cap. 17. n. 11.
Ex quo fit, ut uſusfructus pœnæ, quam inferens in-
juriam incurrit, ſpectet ad patrem Angel. in L. non
ſolum §. ſi pater ff. de procurator. Tondut. d. c. 17. n. 11.

Itaque accedendo ad reſolutionem quæſtionis, 91
nemo eſt, qui dubitet, patrem ſine filii conſenſu
Prætoriam actionem remittere poſſe: ut probat Ul-
pian. in L. ſed ſi unius §. filio familias ff. de injur. Et
fatetur Tondut. d. cap. 17. n. 13. Si vero agatur de
actione civili deſcendente ea lege Cornelia in tribus
caſibus ſupra dictis, cum actio propria ſit filii d. L.
filiusfamilias, 8. ff. de obligat. & action. non poterit
pater eam ſine filii conſenſu remittere dict. L. lex Cor-
nelia 5. §. illud quæritur, ff. de injur. Et ita judicatum
teſtatur Vincent. de Franch. deciſ. 715. Facin. lib. 9.
controverſ. c. 42. Quod hodie poſt L. 1. C. de bon. ma-
tern. procedere tradunt Azor, & Hoſtienſ, quos re-
fert & ſequitur Pinel. in d. L. 1. p. 3. n. 105. verſ. ſed
hæc. Et idem ſentire videtur Petrus Barboſ. in L. 2.
§. fin. n. 36. in princ. ff. de ſolut. matr. ibi: Sed ſi nomi-
ne filii vellet actionem remittere, neceſſaria erit cau-
tio, ut filius ratum habeat: Farinac. q. 14. n. 37. Donat.
Ant. de Marin. lib. 1. reſol. c. 2. n. 13. & c. 152. n. 9. Ton-
dut. d. c. 17. n. 13. Valeron. de tranſact. tit. 4. q. 7. n. 18.

Verum in contrarium ſtat communis Doctorum opi- 92
nio aſſerentium uno, & altero caſu, patrem remittere
poſſe injuriam filiofamilias illatam, etiam eo invito,
& ignorante. Et hæc fuit ſententia Bartol. in d. L.
ſed ſi unius §. filio familias n. 2. ff. de injur. Ubi A-
lexand. & Alberic. Jaſon. in L. contra juris regulas
§. fin. notab. 6. nu. 15. ff. de pact. Boſſ. in tit. de pace
n. 16. Joſeph. Ludov. commun. opinion. lib. 1. concluſ.
41. per totam, Boer. deciſ. 120. n. 1. & 2. Plaça de de-
lict. c. 7. n. 22. Ant. Gomez lib. var. c. 6. n. 6. & 7. Pinel.
d. 3. nu. 105. Menchac. Illuſtr. c. 16. n. 8. Jul. Clar. §. fin.
q. 58. n. 22. & ibi Bajard. n. 27. Ant. Faber. in C. lib. 8.
tit. 32. diffin. 2. de patr poteſt. Thuſch. lit. I. concluſ.
163. Farinac. de var. & diverſ. crimin. q. 105 n. 254. &
ſeqq. Maſtrill. de indult. c. 124. n. 72. Thom. Valaſc. al-
legat. 64. n. 2. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap. 1.
gloſſ. 3. nu. 28. Pichard. d. §. patitur n. 2. Sard deciſ. 89.
Spin. de teſtam. gloſſ. 20. nu. 75. & poſt hæc ſcripta
viſus Valeron. d. q. 7. n. 17.

93 Limitatur autem primò prædicta reſolutio, ut non
procedat, quando pater aſt vilis perſona, filius autem
perſona honeſta ſit ut declarant ſupradicti, & tenent
Gom. *d. cap.*6. a.6. Anton. Faber. *d. diffin.*2. Tondut.
*d. cap.*17.*n.*15. Valeron. *d. quaeſt.*7.*n.*19. Secundo li-
mitatur, ſi injuria ſecta ſit filiofamilias à conjuncta
perſona, quia gravior reputatur, & à ſolo patre re-
mitti nequit Cravet. *conſ.*168.a.11. Bart. *in L. Lucius*
*n.*3.*ff. de ſolut. matr.* Hyppol. de Marſill. *ſingular.*577.
Joſeph. Ludovic. *d. concl.*41. *limit.* 1. Pinel. *d. p.* 3.
*n.*105. *verſ. reteata*, Tondut. *d. cap.* 17. *n.* 13. *verſ.*
eodem modo: Ubi idem tradit de actione tori violati;
licet hanc non ſequatur opinionem Riccius ad Vin-
cent. de Franch. *deciſ.*715. Tertio limitatur, ut non
procedat, ſi pater dementia, & furore laboret, vel
eſſet abſens. Et inſuper ſi ille, qui filio ſamilias inju-
riam intulit, illum petrem ſemilias, vel emancipa-
tum crediđiſſet ?. quia tunc perſona patris, quam non
conſideravit offendere non potuit *L. cum qui* 18. *ſi in-*
juria, *ff. injur.* Paſchal. *de virib. patr. poteſt. p.*1. *cap.*
10. è *n.*6. *uſque ad n.*15. Farin. *d. q.*105. à *n.*626. Gale-
rat. *de renuntiat. p.*1. *cap.*94. à *n.*13. *cum ſeqq.* Pichard.
in d. § *patitur* a.22. Tondut. *d. c.* 17. a.13.

94 Sed quemvis ita ſe habeat communis opinio: te-
men Jul. Clarus, Vincent. de Franch. & Maſtrill. *lo-*
cis citatis, *& hic n.*73. Farinac. *de accuſat.* q. 14. *n.*
17. Vulpel. *de treug. & pace* q.8. & 9. dicunt, quod
in remiſſione injuriæ ſactæ filiofamilias intervenire
debet conſenſus patris, & filii: & ita in praxi obſer-
vari teſtantur. Quod intelligendum puto in illis tri-
bus capitibus legis Corneliæ, & in crimine violati
tori ipſius filii; cum enim in his caſibus injurio ſit
gravior, illius æſtimetio pecuniaria filio adquirenda
eſt ſaltem quoad proprietatem: & conſequenter foret
in ejus detrimentum remiſſio patris, cum tamen illius
poteſtas ad utilia reſtringatur; non ut filius damnum
ſentiat: ut enm judicio advertit Pinel. *in d. L.*1. *p.*3.
n. 105. *verſ. ſic etiam C. de bon. matern.* Proindeque
iniquum eſſet filium ex remiſſione patris jure ſuo pri-
vari. Subindeque in prædictis caſibus filii conſenſum
adhibendum cenſeo. In aliis vero injuriis, quæ ver-
bis, vel per ſcripturam fiunt quæ etiam verbales ſunt;
ſiquidem ſcriptura loqui dicitur *L. non figura* 37. *ff.*
de actionib. & obligat. L. Arriani, C. de hæretic. &
Manich. Bertach. *verb. ſcriptura verſ. ſcriptura ſem-*
per loquitur, Roman. *conſ.* 378. *n.* 1. Andr. Gail. *lib.*2.
obſervat. 104. *n.* 1. Thom. Valaſc. *alleg.* 64. Sive
etiam in aliis injuriis, quæ filiofamilias ex aliis cauſis
inferuntur, remiſſio patris etiam filio invito utilis, &
valida erit juxta communem ſententiam, quæ in hunc
modum intelligende eſt, ne iniquitatem continere
dicatur.

95 Nunc de remiſſione injuriæ uxori factæ ſequitur
agendum. Et quidem marito competit proſecutio in-
juriæ uxori illatæ *L.* 1. §. *per alias ibi. Aut uxori*, *ff.*
de injur, §. *patitur* §. *fin. ad fin.* ibi: *Aut uxori meæ.*
Inſtit. eod. Cardoſ. *in praxi verb. injuria n.*8. Thom.
Valaſc. *allegat.*64. a.1. Pichard. *in d.* §. *patitur n.* 18.
& ſeqq. quamvis vere ex eadem injuria triplex actio
oriatur: una, quæ competit marito, alia uxori, ter-
tia patri uxoris *L.*1. §. *ult. ff. de injur. l.*2. *tit.*1. *l.*9. *tit.*9.
*partit.*7. Thom. Valaſc. *d. allegat.*64. *n.*2. Quod ta-
men reſpectus patris uxoris in hoc Regno locum ha-
bere nequit; quia licet de jure communi mulier nu-
pta, quæ in manus viri non convenit, ſub patria po-
teſtate remaneat *L. ſi uxorem C. de condit. incert. l.*2.
§. *quod. ſi in patris ff. ſoluto Matrim. l.*1. *in fin. ff. de li-*
ber. hom. exhib. l. patri datur ff. ad L. Juliam de adult.
Thom. Valaſc. *d. alleg.*64. *n.*2. *& allegat.* 29. *n.* 35.
Bart. & Angel. *in d. l.*1. §. *fin. ff. de injur.* Tamen de
jure Regio filius, & filia per Matrimonium exeunt à
96 patria poteſtate *Ordinat. lib.*1. *tit.*87. §. 6. Cald. Pe-
reyr. *de nominat.* q.13. a.15. *ad fin.* Molin. *de juſt. &*
*jure tom.*1. *diſp.*227. *verſ. de jure & diſp.*229. *in princ.*
Petr. Barboſ. *in d. l.*2. §. *quod ſi in patris ante* a.1. *ff.*
ſolut. Matrim. Thom. Valaſc. *d. alleg.*29. *n.*25. *& alleg.*
64. *n.*3. Quod idem in Caſtella obſervatur *l.*47. *Tauri.*
*l.*8. *tit.*1. *lib.*5. *novæ Recopilat.* Unde cum patri non de- 97
tur actio pro injuria illata filio emancipato ex text. *in*
L. ſed. ſi unius §. *ſed ſi lute* ubi Accurt. *ff. de injur.* §. *pa-*
titur. Inſtitut. eod. ubi Pichard. *n.* 24. qui veriorem
dicit. Ergo neque pro injuria facta filiæ nuptæ, quæ
jam non eſt in ejus poteſtate Thom. Velaſc. *d. alle-*
gat. 64. *n.* 5. Immo ſi mulier agere vellet pro inju-
ria ſibi illata, admittenda non eſt abſque viri licen-
tia *Ordinat. lib.*3. *tit.* 97. vel Judicis permiſſione Em-
man. Barboſ. *in remiſſ. ad Ordinat. d. tit.* 47. *n.*6. *&*
7. Palac. Rub. *in l.*55. *Tauri n.* 14. Valaſc. *d. allegat.*
64. a. 13.

Cum autem accuſare, & remittete ſint correlativa, 98
& regulariter qui accuſare poteſt, remittere, & tran-
ſigere valet: ut ſcribunt Anton. Gomez *c.* 3. *n.* 65.
Jul. Clar. *d. quæſt.* 58. *Maſtrill. de indult. c.* 24. *n.*56.
Paſch. *de virib. pater. poteſt.* 2. *p. cap.* 1. *n.*2. Plaça *de*
*delict. lib.*1. *c.*39. *n.*17. Narbon. *de ætat. anno* 25. *q.*
19. *n.* 28. bene ſequitur maritum, qui agere poteſt
ex injuria uxoris, eam remittere valeret: docent Ca-
taldin. *de ſyndic. n.* 128. Azeved. *in l.*8. *tit.* 2. *lib.*5.
*Recop. n.*32. Joſeph. Ludovic. *in commun. opinion. tit.*
de injur. conclus. unic. verſ. amplia tertio Quos lau-
dat, & ſequitur Thom. Valaſc. *d. allegat.*64. *n.*14. &
poſt hæc ſcripta viſus Valeron *d. q.*7. *n.* 23. Plaça *de*
*delict. c.*6. *n.*23. Qui tenet injuriam factam uxori adeo
marito illatam exiſtimari, ut ſi ille ſit Magiſtratus,
vel in alia dignitate conſtitutus, eadem injurianti
pœna ſit imponenda, quæ imponi deberet, ſi ipſi ma-
rito Magiſtratui, illata fuiſſet, Paſc. *de virib. patr.*
*poteſt.*1. *cap.* 10. *n.*22. & cum Jul. Clar. Flores de Me-
na Giurb. & Azeved. Valeron. *d. q.* 7. *n.*24.

Quæro deinde, Quæ dicatur pars, à qua remiſſio 99
eſt obtinenda, ut conceſſa principis indulgentia
aliis accuſandi via præcludatur? Et quidem jam
ſupra diximus partem dici, quæ ſuam, vel ſuorum
proſequitur. Et ad intentum illa dicitur pars legitima
in emittendo, quæ primas, & potiores partes habet
in accuſando Creſp. de Valdaura *obſervat.*5. *n.* 231.
Anton. Gomez *lib.*3. *var. cap.*2. a.61. Atque ita cum
de jure communi omnes illi conſanguinei occiſi poſ-
ſint accuſare proſequendo ſuam, vel ſuorum injuriam,
qui ſunt uſque ad ſeptimum gradum: ut probat text,
& ibi gloſſ. in L. ſi fæmina, *Cod. ad Turpillian.* & de
jure Regio uſque ad quartum gradum, computatio-
ne facta ſecundum jus Canonicum *Ordinat. lib.*5. *tit.*
124. §.9. Et de jure Caſtellæ ita deciſum extat. *in l.*
2. *& in l.* 26. *tit.* 1. *part.*7. Proximiores conſanguinei
tam in accuſando, quam in remittendo ulterioribus
præferendi ſunt. Et ea propter, ſi proximior delictum
remiſerit, & reus veniam à Principe impetraverit,
non poterunt conſanguinei remotiores amplius delin-
quentem accuſare: ut ex Bart. & aliis tradunt Greg.
Lopez. Padill. & Matienç. quos refert, & ſequitur
Pariad. *rer. quotid. differ.*51. §.2. *n.*4. Clar. in §. *fin. q.*
58, ubi Bajard. *n.*60. Anton. Gomez *lib.*3. *c.*3. *n.* 61.
Covarr. *lib.* 2. *var. c.* 10. *n.*4. Valenz. *conſ.*153. *n.* 16.
Giurb. *obſervat.* 17. *n.*17. *verſ. cæterum ſi princ.* novi-
ſſime Valeron. *d. tit.*4. *q.*7. *n.* 62. Et ait Caravita *ſuper*
ritu 172. *n.* 24. *&* 26. quod facta remiſſione principa-
lis offenſi, vel ejus, ad quem jus querelandi princi-
paliter pertinet; neque ex eodem, neque ex novo
proceſſu amplius tractatur de cauſa, ſequitur Clarus
in §. *fin. q.* 58. *n.*12. *& q.* 14. *n.* 6. Baj. *ad d. q.* 58.
*n.*60. Cancer. *lib.*2. *c.*11. *n.*62. Farin. *de inquiſ. q.*6. a.
61. à Maſtrill. *de indult. c.*24. *n.*58. Ex ea ratione, quia
Principis indulgentia cum remiſſione proximiorum ha-
bet vim ſententiæ abſolutoriæ, & extinguit delictum:
ut diximus ſupra *n.*6. Abſolutus vero, & aggratiatus

per

per Principem non poteſt amplius moleſtari *L. 1. C. de abolit.* ibi: *Proſeqni crimina volens non eſt audiendus poſt ceſſionem & abolitionem ſecntam.* Adeo, ut dixerit Maſtrill. *d. c. 24. n. 58. & 59* quod ſi pater remittit necam filii, non admittitur mater ad accuſandum. Sed ejus dictum verum non eſt, & potius ſtandum Saliceto, qui contrarium tuetur *in L. uxor C. qui accuſare non poſſunt* Parlador. *different. 51. §. 2. 6.* Ubi, quod renuente marito concedere licentiam uxori ad accuſandum, poteſt eam impetrare à Judice *Ordinat. lib. 3. tit. 47. §. 5. & lib. 4. tit. 48. §. 2.* Valenz. *conſ. 132. n. 32.*

100 Verum in hoc Regno contrarium dicendum videtur cum Ludovico Molina *de juſt. & jure tom. 4. diſp. 45. n. 4.* Ubi tradit remiſſionem homicidii eſſe obtinendam ab omnibus conſanguineis occiſi intra quartum gradum facta computatione ſecundum jus Canonicum: Et ſic poſſe remotiores qui pacem non fecerunt, accuſare delinquentem, non obſtante remiſſione proximiorum, & ſententia ex ea cauſa habita. Fundatur ejus aſſertio *in Ordinat. lib. 5. tit. 24. §. 9.* juxta quam reus homicidii, qui vel eſt in vinculis, vel habet chartam ſecuritatis, & in judicio defenſionem ſuam proponere vult, citare tenetur conſanguineos occiſi primi gradus; & in eorum defectum exiſtentes in ſecundo gradu: Cæteros tertii, & quarti gradus citare non adſtringitur præciſe; ſed quando reus voluerit: ut ipſa Ordinatio declarat, & probat Phæb. *decif. 9. n. 6* Et tamen declaratione, quod conſanguinei primi, vel ſecundi gradus abſentes extra Regnum, qui citati non fuere, vel conſanguinei tertii, aut quarti gradus præſentes, qui non fuerunt citati, poterunt de novo delinquentem accuſare; ut ſufficienter puniatur juxta *Ordinat. d. lib. 5. tit. 131. §. 1.* juncta *Ordin. d. tit 124. §. 9.* Phæb. *d. dec. 9. n. 7.* Ubi judicatum dixit.

101 Ex quibus Molina duo colligit. Primum in hoc Regno conſanguinaos occiſi intra quartum gradum cum proximioribus admitti ad accuſandum, ſive remotiores citati fuerint, ſive ultro comparuerint, & in eodem proceſſu coram eodem Judice accuſare voluerint: ut judicavit Senatus teſte Præb. *decif. 9. n. 10.* In quo Molinæ aſſentior, Secundum colligit Molina, quod remiſſio delicti habenda eſt non tam à proximioribus quam à remotioribus intra quartum gradum; ita ut etiam remittentibus proximioribus poſſint remotiores da novo accuſare, vel inceptam proſequi accuſationem: Prout conſanguinei non citati poſſunt etiam poſt ſententiam in novo proceſſu accuſationem inſtituere juxta *Ordinat. d. tit. 131. §. 1.* Et vere hæc. Molinæ reſolutio maguam contiuet difficultatem: & ideo pro vera ejus declaratione plures caſus conſtituendos eſſe cenſeo. Et primus eſt:

102 Quando tempore, quo agebatur de viudicanda nece defuncti non erant conſanguinei primi, vel ſecundi gradus, ſed tertii tantum, vel quarti gradus. In qua ſpecie quamvis vere conſanguinei iſti ulteriores proximiores dici debeant, cum alius eos non præcedat Gratian. *cap. 161. n. 10.* Auguſt. Barboſ. *dict. 297. n. 2.* Tondut. *reſolut. civil. c. 23. n. 9.* Tamen, ſi reus homicidii, vel ſi in vinculis, vel cum ſecuritatis charta velit à criminis culpa ſe eximere, non tenetur tertii, & quarti gradus conſanguinei præciſe citare ad inſtituendam accuſationem; licet ultro illos citare poſſit juxta *Ordinat. d. tit. 124. §. 9.* Quid ſi etiam poſt latam ſententiam voluerint conſanguinei reum accuſare, id facere poterunt ex *Ordluat. ad tit. 124. §. 9.*

103 Si vero delinquens in ſpecie propoſita à Principe delicti indulgentiam obtinuerit abſque conſanguineorum prædictorum remiſſione, erit quidem nulla Principis gratia, tanquam facta ſine legitimæ partis concordia: ut ſupra late dictum manet. Siquidem poſt conſanguineos primi, & ſecundi gradus pertinet remittendi jus ad alios conſanguineos ulteriores. Valeron. *d. q. 7. nu. 61.* Unde hoc caſu conſanguinei bene poterunt dalinquentem accuſare, & Principis gratiæ contravenire.

Secundus caſus eſt; Quando exiſtentes in tertio, 104
& quarto gradu citati non fuere, neque ultro apparuerunt ad accuſandum; & tamen proximiores primi, vel ſecundi gradus citati fuere, & accuſationem inſtituerunt adversùs reum homicidii, qui per ſententiam fuit condemnatus, vel abſolutus. Et hoc caſu conſanguineos tertii, vel quarti gradus non poſſe reum de novo accuſare verius cenſeo. Moveor ex eo, quia ſi reus accuſatus de crimine fuit per ſententiam condemnatus, vel abſolutus, quando cauſa agitata eſt cum parte legitima, & legitimo contradictore, noo poteſt de eodem delicto iterum accuſari, ſive à primo accuſatore, ſive ab alio, qui etiam ſuorum injuriam proſequi dicatur, neque etiam à judice ex officio: ut probatur ex text. *in L. ſepulchri violati actio, ff. de ſepulchr. violat. L qui de crimine, Cod. de accuſat. L. anxilium. ff. de minorib. L. ſicut §. eiſdem ff. de accuſat. cap. de his extra eod. tit.* & facit text. *in L. 1. §. ſi quis ultro, ff. de quæſt.* Et ita in ſpecie ſcribunt Boſſ. *in tit. de ſententia* n. 64. Jul. Clar. *§. fin. q. 57. n. 1. & quæſt. 62. n. 2.* Covar. *lib. 2. var. cap. 10. princ.* Anton. Gomez *lib. 3. cap 1. nn. 27.* Boer. *deciſ. 289. n. 6. & 7.* Cenedo *ad Decret. collect. 113. nn. 1.* Joſeph. de Seſſe *deciſ. 106.* Petr. Barboſ. *in L. 1. art. 4. nu. 17. & 29. ff. de judic. & in L. 2. in princip. n. 109. & ſeqq. ff. ſolut. Matrim.* Petr. Caball. *reſolut. crimin. caſu 9. à princip.* Farinac. *in prax. p. 1. q. 1.* nn. 51. *& q. 4. à princ. & n. 4.* plures dat Emman. Barboſ. *ad Ordinat. lib. 1. tit. 131. n. 1* & ejus filius Auguſt. Barboſ. *in collect. ad text. in d. c. de his nn. 2. de accuſat.* Joan. de Aylon. ad Ant. Gomez *in d. cap. 1. n. 28.* Et probat expreſſe *Ordinat. d. lib. 5. tit. 131. in prin.* Cald. Pereyra *in L. unica, C. ex delict. defunct. 2. p. nu. 59.* Unde cum ſic accuſatus à proximioribus, ad quos principaliter pertinebat accuſatio, fuiſſet per ſententiam condemnatus, vel abſolutus, nullo modo à conſanguineis remotioribus poterit iterum accuſari.

Niſi forte conſanguineus ulterior, qui accuſare 105
vult, probaverit, quod primus proximior prævaricatus eſt *gl. in d. c. de his* ubi Aug. Barboſ. *nu. fin.* Covar. *de lib. 2. verſ. c. 10. verſ. tunc demum Ordinat. d. tit. 131. in prin.* ibi: *On por conluio que elle, ou outrem por elle tiveſſe feito na primeira accuſaçaon.* Tunc enim ſententia ita per colluſionem lata eſt ipſo jure nulla, & non habetur pro ſententia, neque nocere valet *L. cum injuſto, ff. de colluſion. deleg.* Ant. Gomez *lib. 2. var. cap. 1. n. 26.* Giurb. *deciſ. 91. n. 15.* Surd. *conſ. 452. n. 78.* Antonin. Amat. *reſol. 79. n. 20.* Molin. *lib. 4. c. 8. n. 9.* Valenz. *conſ. 60. n. 67.* Cald. Pereyr. *lib. 1. forenſ. q. 23. n. 84.* Riccius *in addit.* ad Vincent. de Franch. *dec. 132.* Capyc. Latro *dec. 173. n. 45.*

Item poterit ſecundus accuſator admitti; quando 106
ex eodem facto plura oriuntur delicta, puta, ſi reus fuit accuſatus de homicidio ſimplici, & novus accuſator addiderit qualitatem parricidii, de qua non eſt actum: cum enim hæc qualitas diverſum faciat delictum, & pœnam augeat, recte procedet accuſatio Farinac. *d. q. 4. nn. 4.* Joan. de Aylon. ad Anton. Gomez *d. c. 1. n. 28.* Idem erit dicendum, quando accuſatus de ſimplici adulterio fuit condemnatus, vel abſolutus; cum tamen adulterium fuerit commiſſum cum inceſtu; poterit enim iterum accuſari de inceſtu: ut optime, & late fundat Larrea *deciſ. 50.* Ubi quæſtionem ad partes diſputat: Boër. *deciſ. 289. num. 3.* Quod locum non habebit, ſi qualitas, quæ de novo adjungitur, diverſum non conſtituit delictum, licet ad augendam pænam deſerviat; quia

tunc jàm condemnatus, vel abſolutus iterum moleſtari non debet Joſeph. de Seſſe *decis.* 106. *n.* 7. Faſinac. *d. q.* 4. *n.*4. & *q.*7. *n.*26. Anton. Gomez *d. c. n.* 27. & ibi Joann. de Aylon. *n.* 28. Qualitas enim delicti diverſum non facit delictum.

107 Non obſtat *Ordinat. d. lib.*5. *tit.* 531.§.1. loquitur enim in caſu valde diverſo ab hypotheſi, de qua agimus: nempe, quando aliquis ex proximioribus primi, vel ſecundi gradus citatus non fuit, & per ſententiam reus fuit abſolutus, ibi: *E ſe alguna peſſoa far livre de alguna morte, & por não citar os parentes de morto dentro no primeiro grao, àu os do ſegundo grao, não tendo o morto parentes dentro no primeira grao: & algum dor que nam foraon citados, a quizor deſpois accuſar, &c.* Et infra ibi: *Havemos por bem, que nos dittos caſos os parentes, que não forão citandos, &c.* & ibi: *O poſſaon accuſar livremente, como que nunca fora livre.*

108 Plane in ſpecie à Nobis propoſita conſanguinei primi, vel ſecundi gradus, ad quos accuſatio principaliter ſpectabat, omnes citati fuerunt, & accuſationem proſecuti. Quare lata ſententia remotioribus accuſandi via præcluditur ex dictis ſupra. At vero in ſpecie *d. Ordinat.* §. 1. citatus non fuit unus ex proximioribus primi, vel ſecundi gradus. Atque ita ſententia lata fuit abſque partis legitimæ citatione. Subindeque cum prædicta ſententia nulla fuerit ipſo jure *Ordinat. lib.*3. *tit.*75. *in princ. c.*1. *de re judic. cum simil.* nil mirum, quod non obſtante ſententia, conſanguineus primi, vel ſecundi gradus non citatus valeat reum accuſare. Siquidem ſententia reſpectu partis non citatæ non eſt in conſideratione habenda; neque jus partis potuit extinguere, tanquam nulla Flamin. Pariſ. *de reſignat. l.* 1. *q.*3. *n.*117. Valenz *conſ.*32. *n.*31. Solorz. *de jur Ind. tam.*2. *lib.*2. *c.*3. *n* 84. Quod enim nullum eſt, nullum producere poteſt effectum validum *c. non præſtat de reg. jur. in* 6. *lib.*4. §. *condemnatum, ff. de re judic.* Surd. *conſ.*28. *n.*88. Valenz. *conſ.*32. *n.*37. Cyriac. *contr.* 3. *n.*3. Carlev. *de judic. lib.*1. *tit.*3. *diſp.* 16. *n.*2. & 23. Capyc. Latr. *conſult.* 81. *n.*26. quia habetur perinde, ac ſi factum non eſſet, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*103. *n.*9. Valaſc. *conſult.* 71. *n.*6. Surd. *d. conſ.* 28. *n.*9. idem Gratian. *c.*923. *n.*16. Capyc. Latr. *prax. n.* 22. Immo quamvis in ſententia interfuiſſet accuſator, alter conſanguineus ejuſdem gradus, nunquam ſententia nocere poterat huic non citato. Siquidem ſententia lata contra unum ex pluribus æquale jus habentibus non nocet alteri, etiamſi lata in favorem
109 unius alterius proſit Hermoſ. *in l.* 32. *tit.* 5. *partit.* 5. *gloſſ.*3. & 4. *n.*41. Valenz. *conſ.*152. à *n.*6. Salgado *de protect. p.*4. *c.*18. *n.*357. Olea *de ceſſion. jurium tit.*5. *q.* 12. *n.* 14. Ex quibus bene elicitur *Ordinat. d.* §. 1. jure communi eſſe conformem.

110 Neque etiam obſtat *Ordinat. lib.*5. *tit.* 124. §. 9. Ubi diſponitur delinquentem non teneri citare conſanguineos ultra primum, & ſecundum gradum ibi: *Podera citar, ſe quizer, & naõ querendo, naõ ſera a iſſo obrigada.* Et nihilominus dixit *Ordinatio in verſ. Porem,* quod conſanguinei intra quartum gradum poterunt poſt ſententiam delinquentem accuſare ibi: *Porem os parentes dentro no quarto grao, ou os auzentes, que citados naõ ferão, o poderaõ deſpois accuſar, poſtaque ja ſeja livre per ſentença.* Ex qua Ordinatione probari videtur conſanguineos tertii, vel quarti gradus, qui non fuerunt citati, poſſe accuſare delinquentem jam per ſententiam condemnatum, vel abſolutum; etiamſi à conſanguineis primi, vel ſecundi gradus fuiſſet accuſatus.

111 Sed reſpondetur prædictam *Ordinat. d.* §. 9. diſponere delinquentem adſtringit ad citandos conſanguineos primi gradus, & eis deficientibus alios ſecundi gradus incluſive, qui fuerint in Regno, ibi: *Mas ſera obrigada citar as parentes, que neſta Reyno eſtiverem atè o primeiro grao incluſive. E naõ avendo parentes no primeiro grao, ſera obrigada citar os parentes do ſecundo grao incluſive.* Quos conſanguineos primi, vel ſecundi gradus principaliter negotium tangit: ideoque præcisè citandos decrevit; non vero alios ulterioris gradus ſecuta juris communis diſpoſitione, ſecundum quam illi tantum citandi ſunt, quos principaliter negotium tangit juxta Pauli doctrinam *in L. in concedenda, ff. de aqua pluvia arcenda,* Alex. *conſ.*85. *n.*6. & 7. Gama *deciſ.*207. *n.*2. ubi Flores de Mena, Amat. *reſolut.*82. *n.*2. Creſp. de Valdaura *obſervat.*107. *n.*16. non autem illi ad quos ſecundario negotium pertinet Valaſc. *conſult.*38. *ante n.*17. & melius *de partit. cap.*7. *n.*36. poſt alios Larrea *deciſ.*63. *n.*5. & 8. Hieronym. Leo *deciſ.* 93. *n.* 12. Amat. *ſupra n.*2. Intrigl. *de ſubſtit. cent.*3. *q.*73. *n.*122. Creſp. *d. n.* 16. Molin. *lib.* 4. *c.*8. *n.*3. Canc. *lib.* 2. *var. c.* 16. *n.* 110.

Unde Ordinatio, quæ in accuſando prætulit con- 112
ſanguineos primi, vel ſecundi gradus, & eos præciſe citari juſſit, ſi eſſent in Regno verè quidem excluſit conſanguineos tertii vel quarti gradus, dum eſſent aliqui ex proximioribus. Et ideo remotiorum citationem non deſideravit. Sed quia in voluntate delinquentis reliquit, ut eos citaret, vel non, ſtatuit *in d. verſ. Porem,* quod ſi iſti remotiores citari non fuiſſent, & poſtea vellent accuſare, id facere valerent. Non tamen dicit Ordinatio, quod accuſantibus proximioribus, & lata ſententia, poſſent ulteriores iterum accuſare. Et ſic reſtringenda eſt illius diſpoſitio ad caſum, quo conſanguinei ulterioris gradus citati non fuere, & non extabant conſanguinei primi, vel ſecundi gradus: vel ſi extabant, citati noluerunt accuſationem inſtituere, & ad inſtantiam fiſci ſententia lata fuit: ſi enim proximioribus accuſantibus reus fuit condemnatus, vel abſolutus, nullo modo conſanguinei remotiores quantumvis non citati poſt ſententiam cum legitimo contradictore latam audiri debent per ea, quæ ſupra, ut ſic Ordinatio minus corrigat jus commune *l.*2. *ff. de noxal.* Rum. *conſ.*90. *n.*4. Gratian. *c.*40. *n.*13. Camune *deciſ.*53. *n.*9. & 10. Amat. *reſol.*1. *n.*74. & 75. Arias de Meſa *lib.*2. *var. c.*29. *n.*24. Vincent. de Franch. *deciſ.*71. *n.*10. Giurb. *de ſucceſſ. feudor. præl.*3. *n.*39. Franc. Ferrer. *ſuper conſtit. de las empubers gloſſ.* 2. *n.* 157.

Confirmatur ex eo, quod *Ordinat. d. tit.*131. §.1. 113
poſt latam ſententiam in crimine homicidii tantum admittit ad accuſandum delinquentem illum conſanguineum primi, vel ſecundi gradus, qui citatus non fuit; cum tamen citari deberet; non vero conſanguineos tertii, vel quarti gradus admittit ad accuſandum, quando à proximioribus accuſatio proſecuta fuit. Subindeque *Ordinat. d. tit.*124. §.9. reſtringenda eſt ad prædictum caſum, quando ſcilicet, non erant, conſanguinei primi, vel ſecundi gradus, & delinquens noluit citare ulteriores.

Tertius caſus eſt: Quando occiſi conſanguinei pri- 114
mi, vel ſecundi gradus pacem fecerunt cum delinquentibus extantibus aliis conſanguineis remotioribus, & delictum remiſerunt; homicidaque mediante illorum remiſſione indulgentiam delicti à Principe impetravit. Et in his terminis neque remotiores poterunt accuſare, neque eorum remiſſio neceſſaria eſt ad validitatem indulgentiæ Principis: quia, ut ſupra diximus *n.* 1. ad Principis ſupremam poteſtatem pertinet delictorum pœnas remittere: Et quamvis id ei non liceat abſque Partis remiſſione; tamen illa dicitur legitima pars, quæ in accuſando potiora jura habet: ut utrumque delictum fuit. Unde cum proximiores occiſi præferantur in accuſando etiam præferendi ſunt in remittendo. Parlad. *rer. quotid. differ.* 51. §.2. *n.*4. ubi plures laudat. Et ſic aggratiatus à Principe cum proximiorum remiſſione à remotioribus

mo-

moleſtari, vel accuſari nequit Perez *in L. 2. tit. 11. lib. 1. Ordinat. pag.* 178. Auguſt. Barboſ. *in L. tranſigere n. 19. C. de tranſact.* Anton. Gomez. *lib. 3. c. 3. n.* 61. Valeron *d. q. 7. n.* 61. Ex quibus deprehenditur lapſum fuiſſe Molinam, qui contra opinatus eſt Neque obſtan *Ordinat. d. tit.* 124. §. 9. & quæ Phæb. *dec. 9. n.* 10. Ubi ulteriores conſanguinei cum proximioribus ſimul ad accuſandum admittuntur. Reſpondetur enim, quod etiam tunc pœna pecuniaria proximiori applicatur ex Phæb. *deciſ. 9. n. 10. verſ. ex quo meminiſſe*; quia ulteriores conſanguinei tantum ad-
115 mittuntur ad vindictam. Quo circa ſi intereſſe pertinet ad proximiores, quarum prævia remiſſione Princeps veniam conceſſit, delictum equidem extinctum eſt tam reſpectu partis intereſſe, quam Reipublicæ, & amplius de eo agi nequit Maſtrill. *de indult. c. 24. n. 58. 59. & 83. in fin.* Bajard. ad Clar. *q. 58. n.* 60.

116 Denique non obſtat *Ordinat. d. tit.* 131. §. 1. quatenus diſponit minorem, cujus tutor, vel curator remiſit crimen homicidii paterni, poſſe poſtea uſque ad ætatem viginti quatuor annorum accuſare delinquentem non obſtante Principis indulgentia. Ergo etiam remotiores conſanguinei, qui non remiſerunt, poterunt accuſare non obſtante Principis gratia. Namque reſpondetur Ordinationem id minori tantum conceſſiſſe propter ſiniſtram præſumptionem, quæ in tutore remittente necem defuncti conſideratur. Non vero extendenda eſt ad alios caſus, cum diſponat per verba taxativa ibi: *Havemos por bem que nos dittos caſos:* dictio autem, *ſupradictis*, reſtringit diſpoſitionem ad ſuperiora. Salgad *de protect. 3. p. cap. 7. n.* 63. Caſſanat. *conſ. 4. n.* 139.

117 An vero remiſſio neceſſario ſit habenda ab omnibus conſanguineis proximioribus? Dubitant Doctores, & in varias abiere ſententias, quas recenſet Maſtrill. *de indult. cap.* 24. è *n. 82. cum ſeqq.* Verior tamen eſt opinio remiſſionem neceſſariam eſſe omnium proximiorum, qui ſunt in eodem gradu; & non ſufficere remiſſionem majoris partis: ut contra Bart. tenent. Felin. *in c. cum omnes n. 27. de cenſib.* & poſt antiquiores Covarr. *lib. 1. var. c. 13. poſt n. 8. verſ. quæro hinc*, Plaça *de delict. c. 46. n. 7. verſ. & præter alios.* Clar. *lib. 5. q. 58. n. 34. in fin.* Ubi quod ita obſervatur Mediolani, & ibi Bajard. *n.* 39. Menchac. *uſufreq. c. 30. n.* 39. Maſtrill. *d. c. 24. n. 82. verſ. multi tamen, & n.* 83. Farin. *q. 14. n. 14. de accuſat.* Anton. Gomez *lib. 3. var. cap. 3. n.* 63. Cevall. *commun. contra commun. q. 77. n.* 1. Cancer. *lib. 2. c. 11. n.* 70. Molin. *de juſt. & jur. tom. 1. diſp. 45. n.* 8. Parlad. *d. differ.* 51. §. 2. *n. 2. & 3.* Valeron. multo poſt hæc ſcripta viſus *tit. 3. q. 7. n.* 65.

118 Quæ ſententia probatur. Primo: quia ſicut major pars creditorum in remittendo totum debitum non poteſt præjudicare minori: ut eſt communis Doctorum traditio *in l. 4. §. Cato, ff. de verb. oblig.* Stracca *in tit. de decoctorib. 6. p. n.* 12. Roman. *ſingul. 99. incipit creditores poſſunt.* Maſtrill. *d. c. 24. n. 82. in fin.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. tit. de ſolution. reſolut. 3. n.* 5. Ita neque major pars conſanguineorum ejuſdem gradus poteſt præjudicium inferre alii in remiſſione delicti. Deinde jus accuſandi, & remittendi competit jure ſanguinis proximioribus tanquam ſingulis pro ſua parte *l. 3. §. ſi ad plures, ff. de ſepulch. violat.* Atque ideo ab omnibus remiſſio concedenda eſt. *L. per fundum ff. de ſervit. ruſt. L. fin. Cod. de auth. praſt. L. fin. ff. comm. prædior L. de pupilo §. ſi plurium, ff. de nov. oper nuntiat. l. 1. C. ut indign. c. quod omnes tangit* ubi Auguſt. Barboſ. *n. 1. & 2. de reg. juris in 6.*

119 Immo ſufficit, quod unus contradicat, ut remiſſio effectum non operetur *cap. in re communi de reg. juris n. 6.* ubi Auguſt. Barboſ. *n. 2.* ſequitur Valero, qui alios laudat *d. q. 7. n. 65. & 66.*

120 Ramiſſiones autem tam ab offenſo, quam à conſanguineis occiſi ita gratis, ut pretio, & pecunia interveniente fieri poſſunt, ſive delictum ſit homicidii, ſive aliud, in quo veniret impònenda pœna mortis, vel alia corporalis; quia tranſigere de omni crimine capituli, excepto adulterio prohibitum non eſt, ſed permiſſum *L. tranſige. C. de tranſact. ubi commun.* Scribentes, Conan. *comment. lib. 5. c. 7. n.* 1. Anton. Govean. *lib. 1. lect. juris cap. 30. per totum*, Anton. Gomez. *lib. 3. var. c. 3. n.* 54. Clar. *d. q. 58. à n. 1. cum ſeqq.* Boſſ. *tit. de pace n.* 22. Farinac. *in prax. q.* 4. Fach. *lib. 1 cap.* 8. Gregor. Lopez *in l. 22. tit. 1. pariter. verb. el cuerpo*, Auguſt. Barboſ. *in d. L. tranſigere n.* 1. quod quidem locum habet tam in publicis delictis, quam in privatis ingerentibus pœnam ſanguinis Anton. Gomez *d. n.* 54. & cum Padill. & aliis Clar. *d. q. 58. n.* 6. Cabed. 1. *p. deciſ.* 113. *n.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 26. tit. 8. n.* 25.

Item tranſactio in delictis fieri poteſt eo pacto, & 121
condition, quod reus in inſulam relegetur Gregor. Lopez *in l. 27. tit. 11. partit. 3. gloſſ.* 8. Bajard. ad Clar. §. *fin. q. 67. n.* 20 Gama *deciſ. 63. & 368.* latè Giurb. *conſ. 4. n.* 1. Requiritur tamen, quod remiſſio facta ſub illa conditione confirmetur à Principe 1 nt per ſupra citatos, & Maſtrill. *d. c. 14. n.* 42. Ratio prædictæ reſolutionis eſt: Quia cuilibet licitum eſt ſanguinem ſuum redimere *l. 1. ff. de bon. eor. qui ante ſentent. mort. ſib. conſciver.* & docuit. *gloſſ. in d. L. tranſigere* Anton. Gomez *d. cap. 3. n.* 54. Quidquid aliud ſit in aliis criminibus, in quibus non venit irroganda pœna mortis, vel alia corporalis: ut per Anton. Gomez *d. n.* 54.

Si vero is, cui remiſſio facta eſt ſub conditione
exilii, illud non ſervaverit, non poterit remittens ac- 122
cuſato poſtea ad accuſationem redire, niſi expreſſe id reſervaverit in remiſſione *L. quamvis C. ad Turpilliam.* Parlador. *differ. 51. §. 2. n. 7. & 8.*

Neque etiam poterit puniri criminaliter, tanquam violator exilii Bajard. ad Clar. *q. 67. n. 20. & 21.* Giurb. *conſi. 74. n. 1. 2. 3.* Ubi hoc intelligit, niſi tranſactio à Principe fuerit confirmata.

Bene verum eſt, turpiſſimum, & indecorum eſſe 123
crimina, pecunia remittere. Taliter anim paciſcens infamiæ notam incurrit Bajard. *ad. quæſt. 58. n.* 66. Nihilominus tamen tam de jure, quam de conſuetudine remiſſiones delictorum pretio, & pecunia fiunt. Et quod magis eſt filius, aut conſanguineus qui pro remiſſione necis defuncti pecuniam acceperunt, illius reſpectu non tenentur defuncti creditoribus; quia illa pecunia hæreditaria non eſt Joan. Baptiſt. Thor. *in compend. deciſion. p. 2. verſ. pecunia perventa ex pace, & verſ. pecunia perventa ex remiſſione fol.* 427. & 434. Phanut *de inventar. p. 6. n.* 57. Lara *de anniverſar. lib. 1. c. 23. n.* 1. Arias de Meſa *lib. 3. var. c. 8. n. 5. & 6.* Valeron. *de tranſact. tit. 4. q. 7. n.* 73. Sanſelic. *deciſ. 27. n.* 18. Neque eo, quod iſte remiſionem facit accepta pecunia, dicitur adiiſſe defuncti hæreditatem: ut voluere Padill. *in d. L. tranſigere n. 63. C. de tranſact.* Et poſt Nelum & Brun. Jul. Clar. §. *fin. q. 58. n.* 33. Sanſelic. *deciſ. 27. n.* 18.

Videndum reſtat, An Princeps remittere poſſit 124
delicta, mediante pretio, & pecunia? Et quidem Legiſlator noſter *in Ordin. lib. 1. tit. 3. §. 10. & 11.* remiſſiones fieri ſtatuit; ut delinquentes pro modo culpæ in exilium mitterentur, nulla mentione facta de pecuniaria mulcta. Verùm poſtea in Regimine Senatorum Palatii *ad fin Ordin. l. 1. §. 21. & 23.* diſpoſuit poſſe illum Senatum commutare pœnas delictorum in pecuniarias, ad expenſas illius Senatus, vel alicujus pii operis. Quod fieri poſſe docet Farinac. *in prax. q. 5. n. 10. & 13.*

Sed cum, ut dixit Seſſe *de inhibit. cap. 1. §. 5. n.* 11.
Maſtrill. *de indult. c. 24. n. 24. & 25.* delictorum pœ- 521
næ vendantur, multa oriantur mala Farinac. *d. q. 5.*

n.2. ibi: *Cum enim Judices delinquentes reos ad pecuniariu pœna compoſitionem udmittunt, nou ſcelerum vendictam, ſed ut fiſcus peremptorum ſunguine impleatur, quarere dicuntur, & nutriendo mulctam peſtilentiam augent.* Cautius in illo ſupremo Tribunali agendum eſt; ut non tam facile pro pecunia remiſſionea atrociorum delictorum concedantut in grave Reipublicæ detrimentum. Et ſic præ oculis habenda ſunt vetba aurea, Anton. Fabr. *in rattionul. ud text. in L. null. ff. de trunſac.* ibi: *Verendum fuit ne ſub prætextu trunſuctionem venalem, perfidamque iu eam rem operum praſtaret, aut ſultem ne ea occaſio materium calumniæ pruberet. Quu cum in omnibus Magiſtratibus ſummè euvenda ſit, maxime iu Senatoribus iſtis, qui ſunt domeſtici Cuſaris, cujus domus, nou tam à crimine, ſed etium à criminis ſuſpicione vucare oportet.*

126 Et eſt notandum, quod generalis in iulgentia Principis comprehendi teum plurium criminum: ita ut ſi in unn procedit indulgentia, in aliis vero non proficiat indultum quoad crimina in eo comprehenſa. Ex ea ratione, quia utile per inutile non vitiatur Larrea *deciſ.* 28. *n.* 4. Michaël Angel. Gizzius ad Capyc. Latro *deciſ.* 71. *n.* 3

127 Diximus ſupra, Principem non poſſe pœnas delictorum indulgete, niſi interveniente pattis remiſſione: ſed illa reſolutio limitanda eſt, ut non procedat caſu, quo pro utilitate publica Princeps indulgentiam fecit abſque pattis remiſſione; quia tunc valida: ut ſcribūt Izetnia *in tit. quæ ſiut Regalia verſ. bouæ committentium crimina luſæ Majeſtatis col.* 1. ubi Afflict. *n.* 22. Decian. *in tract. crimin. lib.* 3. *c.* 35. *n.* 90. Peguer. *deciſ.* 30. *n.* 11. & *deciſ.* 65. *n.* 8. Joſeph. de Seſſe *d. c.* 1. §. 5. *n.* 20. & 44. Creſp. de Valdaura *obſervat.* 5. *n.* 219. 220. & 221. Menchac. *Illuſt. c.* 4. *n.* 11. Clarus *d.* §. *fin. q.* 59. *n.* 3. Lucas de Pœna *in L. unicu, C. de public. lætit. n.* 66. Ita enim, ut Princeps poteſt ſubditum jure ſuo, & rebus private ob publicam utilitatem, & ex cauſa publicæ, & utgentis neceſſitatis Covar. *l.* 3. *var. c.* 6. *n.* 6. Capyc. *dec.* 66. *n.* 6. Gregor. Lopez *in lib.* 31. *verbo otro tit.* 18. *purt.* 3. Surd. *conſil.* 203. *à n.* 17. *uſque ad* 24. Capyc. Latto *dec.* 188. *n.* 69. & *deciſ.* 99. *n.* 4. & 28. Ita, & à fortioti poterit delicta, & eorum pœnas indulgere abſque partis remiſſione. Etenim ex cauſa publicæ neceſſitatis, & ob bonum publicum multa conceduntur in damnum, & incommodum privatorum & quæ aliàs non concederunt *L. Barbarius, ff. de offic. Prutor.* ubi Jaſon. plura cumulat. Petr. Caball. *reſol. crimin. cuſ.* 149. *num.* 2. Oliva *de foro Eccleſ. p.* 2. *q.* 17. *à num.* 80. *cum ſeqq.* Capyc. Latro *deciſ.* 194. *num.* 22. Et enim publica utilitas præferenda privatæ Capyc. Latro *deciſ.* 194. *n.* 27. ſiquidem in quacumque diſpoſitione publica utilitas, & neceſſitas ſemper cenſetur excepta *L. fin. C. de curſ. public. lib.* 12. *L. jubemus, C. de navib. non excuſund. lib.* 11. *L. In provinciali* §. *fin. cum L. ſeqq. ff. de nov. oper. nunciation.* Afflict. *deciſ.* 289. *num.* 29. Girond. *de privileg. nu.* 97. & *ſeqq.* Et ob publicum favorem jura, & legea tranſgredi licitum eſt *L. ita vulneratus in fin. ff. ud leg. Aquil.* Petr. Caball. *d. cuſu* 149. *n.* 10.

128 Advertit tamen cum judicio Creſp. de Valdaura *obſerv.* 5. *n.* 214. & melius *n.* 223. & 224. quod non ſufficit quælibet cauſa publicæ utilitatis, ut delicti venia concedatut ſine partis remiſſione: ſed ea talia debet eſſe, ut aliter utilitati, ſeu neceſſitati publicæ ſuccurri, ſeu proſpici nequeat. Et ſic erit juſta cauſa pacis ineundæ, ſcandali vitandi, & cauſa meritorum: ut per Joſeph. de Seſſe *n.* 20. Creſp. *obſerv.* 5. *n.* 220. Sed hæc ultima meritorum cauſa reſtringenda eſt ad merita ſingularia delinquentis, veluti ſi patriam ab hoſtium obſidione liberavit, opprobria abſtulit, vel alio inſigni, & præclaro facinore à ſervitute redemit: ut per exempla David, & Judith probat Creſp. *ſupra n.* 24. Non enim merita ſimplicia, etiam remuneratione digna, ſufficientia erunt ad tollendum jus partis.

Secundo limitanda eſt prædicta reſolutio, ut non 129
ſit neceſſaria partis remiſſio ad obtinendam gratiam contraventionis exilii, ad quod quis fuit pro crimine condemnatus: ut judicatum tradit Sanſelic. *dec.* 219. Quia contraventio exilii dicitur novum delictum Vincent. de Franch. *deciſ.* 395. *in fin.* Petr. Caball. *reſolut. crimin. cuſ.* 198. *n.* 3. *in fin.* Et bene comprobatur *ex L. extravug. Regis Sebaſtiani p.* 1. *tit.* 4. §. 73. ubi declaratur, quod ſi condemnatus ad exilium, in eo fuerit, & ſervierit tempus tertiæ partis relegationis, poterit impetrare veniam alterius temporis abſque partis remiſſione. Et facit. *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 3. §. 12. quod ita de ſtylo ſervari dixit Cabed. *p.* 1. *dec.* 75. *n. fin.* Qui tamen conſulit, id fieri non debere in delictis atrocioribus, refert, & ſequitur. Emman. Barb. *ad Ordin. lib.* 1. *tit.* 3. §. 9. *n.* 2.

Porro, quia in praxi multoties occurrit diſputare 130
pulchram illam quæſtionem, An ſcilicet accuſatus de homicidio, vel alio publico delicto, pro quo pœna ordinaria erat infligenda, obtenta à parte remiſſione poſſit nihilominus condemnari ordinaria pœna delicti? Pro illius reſolutione ſciendum eſt, quod apud Caſtellanos cavetur *l.* 22. *tit.* 1. *partit.* 7. remiſſione partis interveniente non poſſe reum pœna capitis, vel alia corporali puniri. Cujus diſpoſitio defenditur ex doctrina Bald. *in d. L. tranſigere col.* 2. *n.* 6. *C. de tranſact.* Quæ habet bene poſſe fieri per legem, vel ſtatutum, quod facta tranſactione inter partes, amplius de delicto non quæratur: Et Baldum ſequuntur DD. communiter teſte Anton. Gomez *lib.* 3. *var. c.* 3. *n.* 56. Et eam legem in Caſtella obſervari, ultra Anton. Gomez tradunt Molin. *de juſtit. & jur. tom.* 4. *diſput.* 47. *n.* 8. & 9. Padill. *in d. L. tranſigere n.* 50. Gregor. Lopez *in L.* 22. *tit.* 1. *purt.* 7. *verbo en el cuerpo del accuſado*, Cevall. *commun. contru commun. q.* 77. *n.* 4. Avendann. *in cap. Prætorum p.* 2. *c.* 16. *n* 29. *vel* 3. Cum autem in noſtro Regno legem ſimilem non habeamus, diſcutiendum eſt, quid de jure communi ſervandum ſit.

Et in hoc dubio duæ contrariæ DD. opiniones in- 131
veniuntur. Prima tenet, quod ſi tranſactio fiat, legitime, & valide, vel pactum gratuitum cum principali perſona offenſa, vel cum eo, ad quem principaliter ſpectat accuſatio, præcluditur alia via ad agendum, & judici ad procedendum, & hanc partem ſequuntur Bartol. *in d. L. tranſigere n.* 7. & ibi Curtius Jun. *n.* 29. qui communem dicit, Guid. de Suza, & relati per Gandin. & Alberic. quos refert Greg. Lop. *in dict. l.* 22. *verbo en el cuerpo q.* 2. Jul. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 58. *n.* 2. *verſ. verum eſt quod Bartolus* Molin. *de juſtit. t.* 4. *diſput.* 46. *n.* 18. *verſ. contrarium.* Ubi communem profitetur, & ita de conſuetudine ſervari in Caſtella *ex d.* 6. *L.* 22. *tit.* 1. *purtit.* 27.

Fundatur hæc opinio Primo: Quia pactum ſeu 132
tranſactio, quæ in his terminis toleratur à *L. tranſigere C. de tranſaction.* tantam habet efficaciam, etiam Reipublicæ ſubſtuliſſe videatur, quoniam pax ad bonum, & lenitatem tendit *L. unica in princ C. de caduc tollend.* Secundo, quia nemo ſine accuſatore punitur *L. reſcripto* §. *ſi quis ff. de n. & honorib.* Tertio: Quia reus tranſigens authoritate. *d. L. tranſigere* ſi poſſet in pœna ordinaria condemnari, vere quidem legis authoritate deciperetur contra diſpoſitionem text. *in l.* 1. *Cod. de his qui ven. ætat. impetr.* Quarto: Quia ſi reus non obſtante remiſſione à jure permiſſa valeret condemnari, utique *d. l. tranſigere* imponeretur verbis contra text. *in l.* 2. *C. communia de legat.* Denique quia *d. l. tranſigere* loquitur indiſtincte:

& ita

& ita eſt intelligenda *l. de pretio cum ſimilibus, ff. de publican. action.* ut aliquem operetur effectum.

133 Coutraria tamen ſententia, quæ habet Judicem ex officio poſſe procedere, & alium accuſatorem admittere, immo reum poſſe condemnari in pœna ordinaria delicti, non obſtante partis remiſſione, longe verior eſt, & tenenda: quam in terminis probat *gloſſ. verb. prohibitum in d. l. tranſigere* ubi Alex. communem dicit *n. 16.* & cum Paris. & aliis idem teſtatur Clar. *d. q. 58. n. 2.* Padill. *in d. l. tranſigere nn. 51.* Anton. Gomez *d. cap. 3. n. 55.* Farin. *in praxi q. 4. n. 34.* Petr. Barboſ. *in l. 2. in princ. p. 3. nn. 108. & 309. ff. ſolut. matrim.* Boſſ. *in tit. de pace nn. 9.* Covarr. *lib. 2. var. c. 10. n. 5. verſ. nono,* Fechin. *lib. 1. controv. c. 9. verſ. tertia eſt*, ubi communem dicit.

134 Fundamenta hujus ſententiæ ſunt text. *in l. qui catu §. fin. ff. ad L. Jul. de vi publ.* ibi: *Et ſi pater injuriam ſuam precibus exoratus remiſerat, tamen extraneus ſive quinquennii præſcriptione reum poſtulare poterit: l. 2. C. de abolit.* ibi: *Redemptæ miſerationis vox omnime admittatur, ſed adverſus nocentem reum inquiſitione facta competens pꝺna ingeratur. Ordinat. lib. 5. tit. 18. §. 1.* ubi cognoſcens mulierem per vim non liberatur à pœna, quamvis illam ducat in uxorem. Secundo probatur: Quia ex delicto non tantum offenſo jus fuit quæſitum in vindictam, ſed etiam Reipublicæ *l. licitatio §. quod illicite, ff. de publican. & vectigal.* Alex. ab Alex. *lib. 3. dier. Genial. cap. 5. in princ.* Ubi etiam, quod duplex puniendi delicti cauſa eſt. Unde licet pars remittat ſuam injuriam, Reipublicæ jus illæſum manet, nec partis renuntiatio illi obeſſe poteſt. Intereſt enim Reipublicæ, ne delicta remaneant impunita *l. ſi à reo, ff. de fidejuſſ. l. item vulneratus ff. ad l. Aquil.* Itaque cum Reipublicæ jus publicum ſit, non poteſt tolli privatorum pactionibus *l. juris gentium §. ſi paciſcar. l. ſi unus §. pacta l. jus publicum ff. de pact.* Propter quæ ſolida fundamenta hæc ſententia tenenda eſt, maxime in hoc Regno: Ubi ex præſcripto *Ordinationis lib. 3. 64.* in dubio opinionum ſervanda eſt illa, pro qua ſtat gloſſa Accurſii. Et ite in facti contingenti dum Præſidis cauſarum criminalium munere fungerer in Senatu Portuenſi, ſuffragium dedi in cauſa Patri Mateyra ad mortem damnati, quia injuſtè uxorem ictu ſclopi interfecerat: Cum tamen inter Collegas voces fuiſſent æquales, unus ex Dominis, qui fuerat in meo ſuffragio, ſe ipſum retractavit: Et ſic evictum pro contraria opinione. Cæterum in ſupplicationis Senatu anno 1668. in ſimili caſu ſervata fuit opinio gloſſæ, & condemnatus, non obſtante remiſſione patris, ultimum ſubiit ſupplicium, & quidem juſte.

135 Hæc ſententia abſque dubio præcedit in delictis enormibus, in quibus nulla citra pœnam mortis Reipublicæ ſatisfaceret; quia tunc tranſactio pœnam non debet minuere, etiam in terris ubi viget ſtatutum, quod inita tranſactione non poſſit procedi ad pœnam ſanguinis Anton. Gomez *d. c. 3. n. 59.* Farinac. *d. q. 4. nn. 34. verſ. ego dico,* Gregor. Lopez *in d. lib. 22. verb. en el cuerpo limit. 3.* Clar. *d. quæſt. 58. n. 3.* Molin. *tom. 4. diſput. 47. n. 9.*

136 Non obſtant adducta pro contraria opinione: non primum, quia jam dictum extat remiſſionem partis non obeſſe juri quæſito Reipublicæ ad vindictam: Non ſecundum; quippe noſtra ſententia procedit, quando alius apparet accuſator, vel in caſibus, in quibus Judex poteſt, & debet ex officio procedere pro crimine publico: Nam tertium quoniam regula text. *in d. l. tranſigere* in parte aſſimativa dicit tranſactionem permiſſam, non tamen aliud de ejus effectu, niſi quatenus includitur ſub permiſſiva; ita ut leges loquentes de pœna tranſigentis non habeant locum in regule permiſſiva: ſed leges loquentes de aliis effectibus non comprehenduntur in permiſſione. Namque aliud eſt permittere, aliud robur tranſactioni dare. Unde *in d. L. tranſigere* ſolum permittitur tranſactio in publicis delictis, non vero roboratur, ita ut alterius, vel Judicis accuſationem impediat; prout fieret, ſi non tantum permitteiur tranſactio, ſed etiam ſi illi robur, & firmitas fuiſſet conceſſa *L. ſed ſi unius §. ſi ante Judicem, ff. de injur. L. Divus, ff. ad Syllan.* Cum igitur aliud ſit quærere de permiſſione, vel prohibitione, aliud quærere de valentia, & robore tranſactionis: *& in d. L. tranſigere* tantum de permiſſione agatur, nil mirum, ſi tranſactio permiſſa ſit, non tamen extinctiva pœnæ. Ita pulchre Bald. *in d. L. tranſigere col. 2. in princ.* Unde dici non poteſt, quod tranſigens legis authoritate decipitur. Et ceſſat tertium fundamentum.

Non obſtat quartum: Quia reſpondetur tranſactionem poſſa effectum habere, ut primus, qui tranſigit, amplius non poſſit inſtitutam accuſationem proſequi, vel novam inchoare, & in caſu, quo alius accuſator non reperitur, vel Judex ex officio non valeat inquirere, ut in multis caſibus non poteſt: Et cum legis permiſſio aliquo caſu queat verificari, non poteſt dici legem fuiſſe impoſitam verbis: notat Fachin. *lib. 1. cap. 9. in fin.* Denique non obſtat ultimum: Quoniam reſpondetur *d. L. tranſigere* loqui indiſtincte quoad permiſſionem tranſactionis, non vero agere de valentia, & effectu illius extinctivo pœnæ. Et ſic bene firmata manet noſtra, quam ſequimur, opinio. Quid vero dicendum ſit, ſi delictum ſit privatum, An remittente offenſo principali, alius poſſit accuſare, vel Judex inquirere? Vide diſtinguentem Barboſ. *in d. L. in princ. nn. 109. ff. ſolut. Matrim.* 137

CAPUT XIX.

De venia ætatis minoribus concedenda.

SUMMARIUM.

1 *Ad ſupremam Principis juriſdictionem ſpectat jus concedendi minoribus veniam ætatis.*

2 *Duces, Marchiones, & alii Donatarii non poſſunt veniam ætatis concedere.*

3 *Quis dicatur minor.*

4 *Adoleſcentes minores ab impuberibus ſeparantur.*

Verba legis agendo de minoribus comprehendunt minores puberes, non pupillos. Ibid.

5 *Pubertas quando incipiat in maſculo, & in fœmina.*

6 *Tutela finitur pubertatis anno.*

7 *Minor pubes tutorem habere nequit.*

8 *Minor pubes curatorem non cogitur accipere invitus.*

9 *Poteſt reſpuere curatorem datum à patre in teſtamento.*

10 *Minor, qui petiit à Judice confirmationem curatoris à patre dati, illum accipere cogitur.*

11 *Curator datus à patre confirmandus eſt nulla prævia inquiſitione. At vero datus à matre cauſa cognita confirmari debet.*

12 *Pater nihil diſponere poteſt ſuper bonis filii puberis.*

13 *Minor curatorem datum à patre, vel à Judice ſemel acceptatus dimittere nequit ante legitimam ætatem 25. annorum.*

14 *Minor qui in ſuam tutelam venit, habet bonorum ſuorum adminiſtrationem. Sed contra verius? ut num. 15.*

Poteſt contrahere ſine curatore, & naturaliter, atque civiliter obligatur. Ib.

Omnia poteſt facere, ſicut major, ſi non habet curatorem. Ib.

16 *Libera adminiſtratio dicitur illa, cujus effectus extrinſece impediri nequit.*

Et qua non pendet à voluntate, facto, aut conſilio alterius. Ibid.

17 *Minor pubes, qui non habet curatorem, bona immobilia ſine decreto, & curatore alienare non poteſt, neque res mobiles, quæ ſervando ſervari poſſunt.*

Neque poteſt ſine ſolennitatibus ſuper immobilibus compromittere. Ibid.

18 *Minor pubes non poteſt compromittere ſuper immobilibus abſque ſolennitatibus.*

Neque poteſt tranſigere, niſi apud minorem ſit remanſura res, ſuper qua tranſactio fit. Ibid.

19 *Neque poteſt bona immobilia hypothecare.*

Neque cenſum ſuper eis imponere. Ibid.

Neque cambium cum hypotheca conſtituere. Ibid.

20 *Non poteſt bona ſua ad longum tempus locare.*

Neque poteſt poſſeſſionem alienare, & in alium transferre abſque curatore, & ſolemnitatibus Ib.

21 *Contractus à minore, quamvis validi, ſubjacent reſtitutionis beneficio.*

22 *Contractus non debent claudicare.*

Æqualitas in contractibus tanquam eorum naturalis ſervanda eſt Ib.

23 *Princeps diſpenſans in ætate minores facit majores.*

Minores poſt certam ætatem poſſunt habilitari, & haberi pro majoribus per legem, ſeu ſtatutum. Ib.

24 *Ætas 25. annorum dicitur legitima, & perfecta.*

25 *Quando ſit mentio de ætate legitima, intelligitur de ætate legibus diffinita.*

26 *Ad impetrandam ætatis veniam requiritur in maſculo ætas 20. annorum, in fœmina 18. annorum.*

27 *De ratione cur in fœminis minor ætas requiratur, quam in maſculis.*

28 *Interpretatur* Ordinat. lib. 3. tit. 42. in prin. & *in* Regim. Senator. Palat. §. 13.

29 *Secundum* Ordinat. lib. 3. tit. 42. in princ. *petens veniam ætatis debet præſentare inſtrumentum teſtium, qui deponant minorem eſſe aptum ad propria bona adminiſtranda, & eſſe bonis moribus imbutum.*

Ordinatio deviat à jure communi, juxta quod illa probatio erat facienda coram Judice poſt adeptam veniam. Ib.

30 *Minori privilegio, ſeu gratia præſentata debet Judex decernere liberam, & plenam bonorum adminiſtrationem, Et hic eſt primus gratiæ effectus.*

31 *Secundus eſt, quod impetrans veniam habetur pro majori, & talis fingitur: ac poteſt omnia facere, tanquam major 25. annorum.*

32 *Minor poſt veniam ætatis impetratam non reſtituitur adverſus contractus, ac actus geſtos poſt veniam.*

33 *Princeps neque fallit, neque fallitur.*

Nemo debet decipi Principis reſcripto, aut privilegio. Ibid.

34 *Proponitur quæſtio, A quo tempore reſtitutio denegatur impetranti veniam? Et An à die datæ, vel à die præſentationis reſcripti coram Judice? Quod conceſſionis tempus ſit ſpectandum? Fundatur ibi. n. 35.*

35 *In gratioſis ſpectatur tempus datæ, non præſentationis reſcripti.*

36 *Verior eſt ſententia minorem, qui impetravit veniam, & contraxit, antequam illam Judici intimaret, reſtitutionis beneficio juvari.*

Neceſſaria eſt præſentatio reſcripti, coram Judice, ut minori adminiſtrationem bonorum decernat. Ib.

37 *Actum non dicitur, quando aliud ſupereſt agendum.*

38 *Minor, qui impetravit veniam, reſtituitur adverſus actus, ſeu contractus geſtos, antequam fuiſſet diſpenſatus.*

Minor factus major intra quadriennium debet implorare reſtitutionis beneficium adverſus actus à ſe geſtos in minori ætate. Ibid.

39 *Quadriennium ad petendam reſtitutionem adverſus actus geſtos ante veniam currit minori à tempore, quo veniam fuit adeptus.*

40 *Idem dicendum in minore, qui duxit uxorem in ætate 20. annorum, cui currit quadriennium à tempore matrimonii.*

41 *Qui veniam ætatis impetravit, & is, qui matrimonium contraxit in ætate 20. annorum, æquiparantur in omnibus.*

Æquiparatorum idem eſt judicium. Ib.

42 *Minor factus major non poteſt dicere nullum contractum alienationis oneroſum, ſi tacuit per quinquennium.*

43 *Quinquennium prædictum currit ei, qui veniam ætatis impetravit, à tempore præſentationis reſcripti coram Judice, & ei, qui uxorem duxit in anno ætatis vigeſimo à tempore matrimonii. Sed contrarium verius; quia non currit quinquennium: niſi ab anno 23. ætatis. & n. 44.*

45 *Minor, qui veniam impetravit, poteſt alienare immobilia cum decreto Judicis. Et eo caſu non reſtituitur.*

46 *Minor, qui impetravit veniam ætatis, non poteſt ſine decreto Judicis bona immobilia alienare niſi in gratia ſpecialiter declaretur.*

Intellige, niſi in gratia expreſſe declaretur poſſe alienare bona immobilia. Ib.

47 *Alienatio immobilium facta ab eo, qui veniam impetravit, fieri poteſt cum Judicis decreto; ita ut poſtea non reſtituatur adverſus alienationem, quamvis ſit læſus.*

Intellige de modica læſione, quæ ſufficit ad implorandam reſtitutionem Ib.

48 *Si læſio fuerit enormis. vel enormiſſima: de ea agere poteſt, tam is, qui veniam impetravit, quam uxoratus. Videlicet de læſione enormi intra quindecim annos, de enormiſſima uſque ad triginta.*

49 *Decretum judicis alienationem præcedere habet.*

50 *Decretum judicis debet interponi cauſa cognita, & in actis probata.*

Non ſufficit qualibet cauſa colorata, ſed requiritur juſta. Ibid.

Si cauſa juſta non intervenit nullum eſt decretum & alienatio. Ibid.

51 *Decretum debet interponi cum maxima cauſæ cognitione, non properanter, alias erit nullum.*

Ex alienatione ſine decreto non transfertur dominium neque poſſeſſio. Ib.

52 *Decreti cauſa debet eſſe vera: quia falſa reddit decretum nullum ipſo jure, cauſa probata.*

53 *In alienatione facta ab eo, qui veniam impetravit, non ſufficit adhibere curatorem ad litem.*

54 *Minor cogitur accipere curatorem in Judicio ad litem, etiam invitus: & proceſſus geſtus cum eo ſine curatorem eſt ipſo jure nullus.*

55 *Minor, qui veniam impetravit, habet legitimam perſonam ſtandi in judicio ſine curatore, abſque ſpe reſtitutionis.*

56 *Bona relicta minori cum ad legitimam, vel certam ætatem pervenerit, non conſequitur is, qui veniam impetravit.*

Qui veniam impetravit, non dicitur eſſe legitimæ ætatis. Ibid.

57 *Venia ætatis ab emancipatione differt.*

Diverſitas nominis differentiam inducit. Ib.

58 *Emancipatio liberat filium à patria poteſtate venia autem ætatis à patria poteſtate filium non eximit.*

59 *Teſtamentum filii furioſi, qui obtinuit veniam ætatis,*

eſt

eſt nullam: quia furioſus habet filios in poteſtate.
60 *Minor qui impetravit veniam ætatis, non poteſt munera, & officia publica ſervire.*
61 *Limita eo caſu, quo Princeps in conceſſione veniæ ſpecialiter habilitavit minorem ad publica munera, & officia.*
62 *Minor qui ætate viginti annorum uxorem duxit, non poteſt in Regno publica officia exercere.*
63 *Minor qui impetravit veniam, poteſt reſtitui adverſus impetrationem: ſi ſe læſum in ea impetranda probaverit.*
Secus in eo, qui cum eſſet viginti annorum, matrimonium contraxit: quia reſtitui nequit contra legum ſtatuta.

1 SPectat deinde ad ſupremam Principis juriſdictio-
nem, & poteſtatem jus concedendi minoribus ve-
niã ætatis: Et hæc poteſtas ita Coronæ inhæret: ut ab
ea avelli nequeat, quia eſt de reſervatis in ſignum ſu-
premæ poteſtatis ſecundum Bart. in L. imperium n.
14. ff. de juriſd. omn. judic. Paul. de Caſtro in l. 1. Cod.
de his, qui ven. ætat. impetr. Joan. Horacius ad text.
in l. non ambigitur n. 5. & 8. ff. de relig. Ripol. de Re-
gal. cap. 10. n. 24. Mauric. de in integr. reſtit. c. 225. D.
Joſeph. Vela differt. 1. n. 37. Maſtrill. de Magiſtr. lib.
5. c. 6. n. 270. Hieronim. Leo deciſ. 32. n. 2. lib. 3. Creſp.
2 de Valdaura obſerv. 17. n. 21. Et ea propter Magna-
tes, & Dominiom quacumque juriſdictione prædicti
ætatis veniam concedere nequeunt Ordinat. lib. 2.
tit. 45. §. 40. quoniam à ſolo Principe impetranda eſt.
L. 1. C. de his, qui ven. ætat. ibi: A principali clemen-
tia impetrarunt Ordinat. lib. 3. tit. 42. in princ. Con-
ſtantin. Harmenopol. in promptuar. juris Civil. l. 5.
tit. 12. verſ. ſolus Princeps, Jacob. Callic. in marga-
rit. fiſc. dub. 8. prærog. Princip. 14. & 123. Emman.
Barboſ. ad Ordin. d. tit. 52. In princip. n. 3 Menoch.
de arbitr. caſu 57. n. 42. Auguſt. Barboſ. qui plures
refert ad d. L. 1. n. 6. C. de his qui ven. ætat.

3 Quis autem minor veniam ætatis obtinere poteſt,
indagare oportet? Et quidem quamvis minor in jure
varie accipiatur, ut notat Cardoſo in praxi verb. mi-
nor. n. 1. ita ut minor appelletur non tam pupillus, &
& impubes, ſed etiam infans, & omnis ſive maſculus,
ſive fœmina uſq; ad ætatem vinginti quinque anno-
rum: ut probatur in toto tit. ff. de minorib. §. tunc. ad-
monendi juſtit. quibus alienare licet, vel non, l. ſi mi-
nor viginti quinque annis, ff. de minorib. Vveſem-
beq. in paratitla ad tit. ff. de n. 3. Simon Celus in
tract. de decret. in præfat. n. 9. Rebell. de obligat. juſt.
lib. 1. quæſt. 8. ſection. 2. n. 15. Perez de Lara de vita
homin. cap. 22. n. 2. Tamen Sforcia in tract. de reſtit. q.
2. art. 1. bene tradit minorem dupliciter conſiderari,
in genere ſcilicet, & in ſpecie: in genere minorem
dici ait à primordio ætatis uſque ad vigeſimum quin-
tum annum; in ſpecie vero à pubertate, uſque ad
majorem ætatem viginti quinque annorum: ut tra-
dit Sanch. ad præcepta Decalog. lib. 4. cap. 35. n. 3.
quem ſequitur Narbon. de ætat. ad omnes human.
actus requiſ. anno 25. q. 2. n. 3. Et ita in jure accipi-
tur verbum minor: minores enim ſeu adoleſcentes
ab impuberibus ſeparantur l. impuberibus 7. ff. de ſuſ-
4 pect. tutor, & per totum tit. ff. rem pupilli, vel adoleſc.
ſalv. fore Perez de Lara d. c. 22. n. 4. Et ſic verba le-
gis, ſeu ſtatuti regulariter agendo de minoribus com-
prehendunt minores puberes, non popillos Surd. de-
ciſ. 49. n. 9. & 10. Seraphin. deciſ. 676. n. 4. Bueça de
inop. debit. c. 8. n. 5. in fin. Perez de Lara d. c. 22. n. 5.

5 Etenim pubertas incipit in maſculo à decimo quar-
to anno, in fœmina verò à duodecimo princ. Inſtit.
quib. mod. tutel. finit. princ. inſtit. de pupillar. ſubſtit.
l. fin. C. quando tutor, vel curator eſſe deſiſit, l. qua
ætate 5. ff. qui teſtam. facer. poſſ. Anton. Faber. in ju-
riſprud. Papinian. tit. 22. princ. 2. Cujac. in tit. de
minoribus ad fidelitat. feud. non cogendo in uſib. feu-
dor. Cald. in l. ſi curatorem. in princ. n. 2. C. de in in-
teg. reſtit. Sanch. de Matrim. lib. 6. diſp. 38. n. 2.
Tuſch. litt. P. concluſ. 458. n. 1. & innumeris relatis
Narbon. de ætate anno, 14. q. 1. n. 10. & 11. & q. 12. 6
n. 1. & 2. Et eodem ætatis tempore tutelam finiri ob-
tinuit ad vitandam priſcam illam & inhoneſtã puber-
tatis indagationem Probat text. indecorum, C. quan-
do tutor. vel curat. eſſe deſinunt Donell. lib. 3. com-
ment. c. 22. Pet. Greg. ſyntagmat. l. 12. tit. 15. n. 2. Re-
vard. lib. 1. var. c. 10. Menoch. de arbit. caſu 58. Bae-
ça de decima tutor. c. 2. n. 3. Narb. d. tract. de ætate
anno 14. q. 32. n. 2. Et exinde Puberes in ſuam tu-
telam veniſſe dicuntur poſt decimum quartum, vel
duodecimum annum in fœminis in L. hac. 5. §. ait
Prætor, ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur L. cum. filio
familias 50. in princ. ff. de legat. 3. Quod, & in filia
procedit L. filia 51. ff. de legat. Renat, Chopin. de
privileg. lib. 2. cap. 3. n. 3. Narbon d. q. 32 n. 4. Bal-
duin. in princ. Inſtit. quib. mod. tutel. finit. n. 18. ubi
Vveſembeq. n. 1. Quapropter cum pubes in ſuam 7
tutelam venerit, tutorem habere nequit. & quamvis
illi per errorem tutor decernatur, verè tutor non-
erit; namque cum in id deputetur tutor, ut illum
tueatur, qui propter ætatem ſe ipſum defendere non
poteſt l. 1. ff. de tutel. nulla erit tutoris datio in perſo-
na ejus, qui ad ſe tuendum legitimam habet ætatem.
Atque ita pubes tutorem habere nequit.

Et ea propter videtur dicendum puberem, ſeu 8
adoleſcentem finita tutela bonorum ſuorum admini-
ſtrationem fuiſſe conſecutum. Præſertim, quia minor
pubes curatorem accipere non cogitur invitus §. item
inviti Inſtit. de curat. Cancer. lib. 3. c. 2. n. 231.
Quod antea lege lætoria, vel ut alii dicunt, lectoria
prohibitum erat. ut obſervat D. Joſeph. Vela differt.
2. n. 15. faciunt jura in l. ſi impuberi, ſed. ſi pu-lla ibi:
Minoribus deſiderantibus 1 ff. de tutor. & curat. dat.
ab his, l. 2. ver. ſi vero ſine curatore cum duab. ſeqq.
C. de in integr. reſtit. notat poſt antiqoiores Gratian.
c. 225. n. 1. Lara de vita homin. c. 24. n. 1. Eſcob. de
ratiocin. c. 6 n. 21. Vela d. differt. 2. n. 1. cum aliis
Narbon. de ætat. anno 25. quæſt. 3. n. 4. Quidquid Re-
vard. & alii contrarium probare contendant per text.
in lib. 1. §. ult. ff. de minor. De cujus conciliatione
cum d. §. item inviti, videndi ſunt Reverd. lib. 1. var.
ſive de juris ambiguit. cap. 17. Accurſ. in d. l. ſchol.
ult. & in d. §. item invita. ubi late Pichard. Card Pe-
reyr. in d. l. ſi curatorem in princip. n. 6. Donel. lib. 3.
comment. cap. 2. circa fin. Anton. Faber. in ratione.
ad. d. lib. 1. ff. de minor. & in juriſprud. Papinian.
tit. 13. princ. 3. circa fin. verſ. nec huic. principio,
Giphan. in d. §. item inviti latiſſime D. Joſeph. Vela
differt. 2. à n. 8. cum ſeq. uſque ad n. 58. Qui reſpon-
dent ad d. lib. 1. §. ult. Et fere omnes conveniunt mi-
norem adultum non cogi invitum curatorem accipe-
re. Adeo ut datum à patre curatorem in teſtamen- 9
to reſpuere valeat Socin. Jun. conſ. 97. n. 15. vol. 1.
Paſchal. de virib. patr. poteſt. p. 3. cap. 9. n. 51. Giurb.
de ſucceſ. feudor. prælud. 3. n. 52. & 53. ubi reprobat
Gregor. Lopez, & alios contrarium tenentes: ſequi-
tur Cancer. lib. 3. var. c. 2. n. 23. & 231. Sanfelic. dec.
207. n. 12.

Verum eo caſu curatorem minor accipere tenetur, 10
quo ipſe curatoris à patre dati confirmationem petie-
rit à Judice Bald. in l. 1. n. 1. verſ. ſed ratio, ff. de con-
firm. tutor. Corneus conſ. 81. n. 2. circa med. verſ. li-
cet ſit confirmandus vol. 4. Socin. Jun. d. conſ. 97. n.
15. Cald. in l. ſi curaratorem. in princ. num. 4. Pichad.
in princ. Inſtit. de Curator. num. fin. Gratian. diſcep.
foreuſ. cap. 225. num. 1. Paſch. d. 3. p. cap. 9. num.
51. & alii laudati à D. Joſeph. Vela differt. 2. num.
19. Qui n. 20. & ſeq. ab illa extenſione diſcedit con-
tendens minorem curatorem à patre datum accipe-

ra teneri, qui à judice confirmandus eſt nulla prævia
inquiſitione. Si tamen à matre detur cauſa cognita,
11 confirmatio facianda eſt *gloſ. 1. & commun. DD. in l.
filio 6. ff. de confirm. tutor.* Galgan. *de tutor. & curat.
lib. 1. tit. 3. n. 2. in princ. juncto verſ. quod idem erit in
curatore*, Lara *de vita homin. c. 24. n. 15.* & cum Gre-
gor. Lopez, Mieres, Gutier & Galgan. Vela *d. diſ-
ſert. 2. n. 22.* Quibus non obſtantibus à priori ſanten-
tia non recedas, quia curator principalitar datur bo-
nis *l. in capulandis, C. de nup.* pater vero nihil ſuper
bonis filii puberis diſponere poteſt *tot. tit. Inſtit. de*
12 *pupil. ſubſtit.* Sanfalic. *deciſ.* 207. *n.* 10. Et ideo ſe-
cundum jus, commune prædictorum opinionem be-
ne reprobat Giurb. *de feud. prælud. 3. n. 53.*

Si verò minor ſemel curatorem, ſive datum à
Judice, ſive à patre, val matre acceptavit, amplius
illum dimittera non poterit ante legitimam viginti
13 quinque annorum ætatem. Quo in caſu intalligendus
eſt textus *in lib. 1. §. fin. ff. de minor.* ut poſt antiquiores
tenent Gutier. *de tutel. 1. p. c. 19. n. 18.* Molin. *de juſt.
diſp. 220. verſ. curator vero*, Cancer. *lib. 3. c. 2. n. 236.*
Spin. *de teſtam. gloſſ. 29. n. 22.* Giurb. *d. prælud. 3. n.
55.* Vela *d. diſſert. 2. n. 55. & ſeq.* Baeça *de decim. tu-
tor. c. 3. n. 16. & cap. 4. n. 11.* Tuſch. *litter. C. con-
cl. 1112. n. 1.* Narb. *de ætat. anno 25. q. 3. n. 4.* Eſcob.
de ratiocin. c. 6. n. 20. & 21.

14 Proindeque cum minor pubes in ſuam tutelam ve-
nerit, & curatoram accipere non cogatur, bene col-
ligitur bonorum ſuorum adminiſtrationem habere:
Præſertim quia contrahens ſine curatore civilitar, &
naturaliter obligatur *L. ſi curatorem habens, C. de in
integr. reſtit.* Ubi Udoſred. Cynus, & Bart. idem *in
L. fin. §. pupillus, ff. de in integr. reſtit.* Anton. Go-
mez. *lib. 2. cap. 2. var. c. 14. verſ. ſi vero minor.* Can-
cer. *l. 2. c. 1. de minorib.* n. 245. Fontan. *de pact. nup.
clauſ. 4. gloſſ. 7. p. 3. n 4.* Scaccia *de judic. lib. 2. cap.
3. n. 266.* Sanſalic. *dec. 246. n. 4.* Immo ſi curato-
rem non babet, omnia facere poteſt, ſicut major,
Ludovic. Poſth. *poſt. tract. de manuten. deciſ. 48.
num. 6.*

15 Cæterum verium eſt minorem adultum non ha-
bere plenam, liberam bonorum ſuorum adminiſtra-
tionem; hæc enim nemini competit ante vigeſimum
quintum annum *L. 1 ff. de minorib.* ibi: *Ne ante rei
ſuæ adminiſtratio eis committi debebit: quamvis bene
rem ſuam gerentibus* Namque, ut ait Juſtinianus *in
princ. Inſtit. de curatorib.* licet puberes ſint, adhuc
tamen ejus ætatis ſunt, ut ſua negotia tueri non po-
ſſint: facit text. in *L. fin. verſ. diceretis, C. de legit.
tutel.* ibi: *Ftant tutores vel curatores, his qui talis
ætatis ſint, quibus ſuarum rerum adminiſtratio com-
mittitur, l. fin. ff. de condit. & demonſtrat* Petr. Gregor.
ad Decret. lib. 1. c. 22. n. 5. & 6. Bened. Pinal. *lib. 2.
ſelect. cap. 4. n. 26.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 2. c. 5. n.*
14. Narbon. *de ætat. anno 25. q. 3. n. 1.*

16 Et inda fit: quod quamvis minor pubes ſine cura-
tora contrahere valeat; non tamen conſequitur libe-
ram bonorom adminiſtrationem. Etenim. illa tantum
dicitur libara adminiſtratio, cujus effactus axtrinſe-
ce impediri non poteſt *c. 1. ubi gloſ. & DD. d. Regu-
lar. gloſ. in Clement. dudum de ſepultur.* Valaſc. *con-
ſult. 23. n. 8. & 9.* Gratian. *forenſ. cap. 88. n. 3. & 4.* &
ea, quæ non pendet à Voluntata, & facto, aut con-
ſilio alterius Tiraq. *in l. ſi unquam verb. revertatur n.
135. C. de revoc. donat* Salgad. *de regia protect. 3. p.
cap. 7. n. 24.* quia illa vera eſt libera adminiſtratio,
quam quis exercara poteſt diſponendo de rabus ſuis
ad ſuam voluntatem *l. in re mandata cum ſimilibus,
C. mandati.* At varo minor pubas, & ſine curatore
exiſtens bona immobilia ſine decreto, & curatore alie-
17 nara nequit *l. 1. ff. de reb. eor.* Cujus diſpoſitio etiam
in pubere præceſſit ſecundum Pinalim *l. 1. C. de bon
matern. 3. p. n. 53. verſ. antequam*, Tiraq. *de retract.
convent. ad fin. tit. 1. nu. 10.* Merlin. *de pignor. lib.
2. q. 39. n. 4. & 5.* Scaccia *de judic. lib. 2. cap. 2. n. 276.*
Valenz. *conſ. 109.* Narbon. *de ætate q. 5. n. 3.* Caſtill.
Sotomai *lib. 4. controv. cap. 61. n. 21.* Immo neque
res mobilas aliaoare poteſt, quæ ſervando ſervari poſ-
ſunt, niſi adhibitis ſolennitatibus, Scaccia *d. cap. 2.
n. 269.* Neque etiam ſine ſolennitatibus ſuper immo-
bilibus poteſt compromittere *l. non diſtinguemus §.
Julianus, ff. de recip. arb.* Card. Pereyra *de emp.
cap. 13. n. 12.* Narbon. *de ætate anno 25. q. 40. n. 4.*
Hermoſ. *in l. 4. gloſ. 2. n. 14. tit. 5. partit. 5.* Scaccia
d. cap. 2. à n. 275. Inſupar minor pubes tranſactionem
facera nequit Simon Calus *in tract. decret. lib. 2. tit.
6. inſpect.* 10. Bettazol. *clauſ 10. gloſſ. 2. n. 17.* Fachin.
conſ. 36. n. 1. & 10. Card. Pereyr. *d. cap. 13. n. 13.* Pet. 18
Gilchen. *in lib. 4. n. 41. C. de tranſact.* Narbon. *de ætate
anno 25. quæſt. 12. n. 2. & ſeq. & n. 6.* ubi veriorem
dicit Trentacinq. *lib. 2. var. tit. de judic. reſolut. 6.
n. 2.* Seqoitur Valeron. poſt hæc ſcripta viſus *de
tranſact. tit. 4. quæſt. 1. n. 32.* apud minorem ſit reman-
ſura res ſuper, qoa tranſactio fit Jaſon, *in l. 2. ff.
de offic. ejus cui mand. eſt. juriſdict.* Pinal. *in l. 1.
part. 3. n. 46. C. de bon. matrim.* Caldas Pereyr. *d. c.
13. n. 12.* Harmoſill. *in l. 4. gloſſ. 2. n. 15. & 16. tit. 5. par-
tit. 5.* Neque ſuper immobilibus potaſt minor cura- 19
tores carens hypotecham, aut obligationem conſti-
tuera *Ordinat. lib. 1. tit. 87. §. 28. & lib. 3. tit. 42. §.*
2. Cald. *d. c. 13. n. 15.* Narbon. *de ætate anno 25.
q. 4. n. 2.* Caſtill. *d. c. 51. n. 32.* Merlin. *de pignor q. 39.
à n. 5.* Hermoſ. *in lib. 4. gloſ. 2. n. 23. tit. 5. partit. 5.*
Deinde non poteſt minor ſuper dictis bonis cenſum
imponere, *l. lex quæ tutores, C. de adminiſtrat. tutor.*
Felician. *de cenſib. lib. 2. cap. 2. n. 11.* Avendann. *eo-
dem tract. c. 81. n. 5.* Gaſpar. Rodrig. *de annuis red-
ditib. lib. 1. q. 14. n. 14.* Caſtill. *tom. 4. c. 61. n. 28.* Her-
moſ. *in d. l. 4. tit. 5. partit. 5. gloſſ. 2. n. 18.* & pluri-
bus relatis Nerbon. *de ætate anno 25. q. 4. n. 7.* Im-
mo cambium cum hypothaca ſuper dictis bocis conſti-
tuere naquit, Scaccia *de commerc. §. 1. q. 7. p. 17. n.
15. & ſeq.* Et rurſus bona ſua non potaſt minor ad
longum tempus locare *l. ſed ſi pecunia, §. fin. ff. de
reb. eorum*, Valaſc. *de jur. emphit. q. 29. n. 9.* Menchac. 20
de ſucceſſ. creat. §. 10. n. 68. ver. non videndum Card.
Pereyr *d. cap. 13. n. 12.* Narbon. *de ætat. de anno 25.
q. 9. n. 5.* Et denique non poteſt minor poſſeſſionem
alienare, & in alium transferre abſque curatora, &
ſolennitatibus *l. pupillus 11. ff. de acquir. rer. domin.*
Cujus hæc ſunt verba *Alienare vero nullam rem po-
teſt, niſi præſente tutore, authore & nequidem poſſeſſio
nem, quæ eſt naturalis* Cuſch. *litt. M. concluſ. 492. n.
43.* Narbon. *de ætat. anno 25. quæſt. 5. n. 7. & ſeq.*
Ac proinde verum aſt dicere minorem ſine curatora
rerum ſuarum liberam adminiſtrationem non habere.

Præſertim, quia licet minor curatorem non habens 21
contrahere poſſit: ut ultra ſupra allatos tradit Vale-
ron. *d. tit. 4. quæſt. 1. n. 34.* Quo fit ut adminiſtratio-
nem habera dicatur: tamen prædicta bonorum ad-
miniſtratio, & contractus à minore geſti ſubjacent
reſtitutionis beneficio *d. l. ſi curatorem verſ. ſi vero
ſine curatore, de in integr. reſtit.* Anton Gomez *lib.
3. var. cap. 14. num. 1. verſ. ſi vero minor.* Mo-
lin. *de primogen. lib. 2. cap. 9. nu. 8.* Cald. Pereyr.
in l. ſi curatorem in princ. n. 13. Gutier. *de juram,
confirm. p. 1. cap. 13. n. 3. & in Authent. ſacramenta
puberum, num. 104. C. ſi adverſus venditionem* D.
Joſeph. Vela *diſſert. 2. num. 10.* Et ſia contrahens
cum minore ſacurus non manet.

Cum autem contractus non habeant claudicare *l.* 22
*Julianus §. ſi quis, ff. de action. empti, l. ſi cum dies §.
penult. ff. de recop. arbit. l. Labeo, ff. de verbor ſignif.*
Surd. *conſ. 9. num. 10. & 11. & conſ. 457. nu. 26. &
conſ. 469. n. 3.* Card. *in d. l. ſi curatorem verbo hunc
contractum n. 4.* Tuſch. *litt. C. concluſ. 982.* Franciſ.
à Souſa

à Souſa *in* §. *actionum p.* 4. *nu.* 27. *Inſtit. de action.* Menoch.*conſ.*122.*n.*39. Et æqualitas in contractibus, tanquam eorum naturalis ſit ſervanda *l. fin. C.de procurat.l. nihil. tam naturale, ff. de reg. jur.l. quæſitum* §. *& ipſe Papinianus , ff. de feud. inſtruct. l. fin. C. communia utriuſque judicii,* Larrea *allegat.* 17. *n.* 17. neceſſarium fuit minoribus adultis ætatis veniam concedere ; ut contractus ab eis geſti aliquam habereot firmitatem. Ideoque Princeps ætatis ſupplementum concedere ſolet , non omnibus adoleſcentibus , ſed bis tantum , qui capaces reperiuntur rerum ſuarum adminiſtrationis.

23 Etenim diſpenſante Principe in ætate mioores facit majores *l.* 3. *ff. de minor. junct. gloſſ. ibi verb. ipſi ſimilis gloſſ.verb. utimur. in d. l.* 1. *C. de his, qui ven. ætat. impetr.* Ripol. *de Regal. c.* 10. *nu.* 5. proot per legem , vel ſtatutum minores poſt certam ætatem poſſunt habitari,& haberi pro majoribus *Auth. ſi captivi verſ. qui autem , C. de Epiſcop. & Cleric.* ibi: *Qui autem in eam cauſam recte contrahunt , etiamſi minores viginti quinque annis ſint , majores tamen octodecim , qui tamen pro majoribus viginti quinque annis hic accipiuntur.* Cavalcan.*de tutor.& curator.n.*7. Vela *diſſert.*6.*n.*11. Proindeque com ætas legitima ,
24 & perfecta dicatur, quæ eſt viginti quinque annorum *l. ex duobus* 27.*ff.de negot.geſt.l. Aurelio* 20.§.1. *ff. de liberat. leg. l. interdum* 9.§. *Divus quoque ff.de public. & vectigal. l. minor.*32.*ff.de minor. L. ait Divus* 16. *ff. de jur. fiſc. fidejuſſores* 41. *ff. de fidejuſſorib. l. cum filio familias* 50.*in fin.ff.de legat.* 3.*l.*1.*ff. de fidejuſſ.tutor. l. de his* 12.*C.de adminiſtr. tutor.l.*1. *C. de tutor. & curator. qui ſatiſdat. non deder. l.*2. *C. de in integr. reſtit. l.*4.*C.de tranſact.* Simoncel. *de decret. in præfat. n.* 9. Cagnol. *in l.*2.*n.*158. *C. de pact. inter emptor.* Sforcia Oddos *de reſtit. art.* 3. *nu.* 30. Narbon. *de ætat. anno* 25.*q.*1.*n.*15.*& ſeqq.* noviſſime Hieronym. Orozius. *de apicib. juris lib.* 5. *c.* 7. *n.* 5. Auguſt.Barboſ. *in d.l.*4. *C.de his, qui ven. ætat.* Molin. *de juſt.tract.*2.*diſp.*224.*n.*25.*in fin.*Garcia *de Nobil. gloſſ.*21.*n.*29.Cald.Pereyr.*in l. ſi curatorem verb.*
25 *contractum feceſti n.*22.*verſ. hinc nos ſumpta.* Quare quando de legitima ætate fit mentio, intelligitur de ætate legibus diffinita Auguſt. Barboſ. *ubi proxime.* Narbon. *d. q.* 1. *n.* 5. *circa fin.* Quæ etiam major ætas appellatur *gloſſ. in cap. præſentia de probat.* Cagnol. *in l. ſi quis major à n.* 26. *C. de tranſact.* poſt plures Narbon. *d. q.* 1. *n.* 23. minor diſpenſatus per Principem major eſt reputandus.

26 Plene ad impetrandam ætatis veniam in maſculis per legem diffinita eſt ætatis viginti anoorum, in fœminis verò octodecim annorum , ut probat text. *in l.* 1. *C. de his , qui ven. ætat. Ordinat. lib.* 3. *tit.* 42. *in princ.* Ant.Gomez 2.*var. cap.*14. *n.*12. Cujac. *in tit. de minor. in fin. princ.* Donel. *lib.*41. *comment. cap.* 12.Oſuald. *litt. X.*Cardoſ. *in prax.verb.minor. n.* 21. Quintilian.Maodoſ. *de ætat.minor. cap.*5. *n.*86.Narbon. *de ætat. anno* 20.*q.*1. *n.*3. Molin. *de juſt. tract.* 2. *diſp.*224. *nn.*25. *in princ.* Auguſt. Barboſ. *in collect. ad d.l.*2.*nn.*2.Ripol. *c.*10.*n.*7.*&* 8.Creſp.*obſerv.* 17. *n.* 5. Qoæ ætas ideo à legum latoribus ſufficiens viſa fuit, quia hujus ætatis adoleſcentes ſagaces. & induſtrii judicantur Grivel.*decis.Dolan.*150. *n.*11. & illa ipſa ætas ſcientiam denotat. Narbon. *d. anno* 20. *q.*1. *n.* 7. & corporis proceritas poſt annorum vigeſimum frequenter accidit, & perficitur: ut ex Plin. *de natur. hiſter. lib.*11. *cap.* 17. *ad fin.* Et cum aliis tradit Narbon. *anno* 21. *q.*2.*n.*5.*& ſeqq.* exemplo ſacræ Paginæ , *Numer. cap.* 26. Ubi ad bellum corporalis validitas viginti annorum deſiderabatur. Et ſic hanc viginti annorum ætatem diffinitam fuiſſe docet Mandos. *de ætat. minor. c.* 5.*n.*98. Narbon. *de anno* 20. *q.* 1. *à n.* 5. *cum ſeqq.*

27 Ideo autem in fœminis minor ætas octodecim annorum deſideratur; quoniam in eis pubertas præmatura eſt, & ætatis perfectio ſaltem biennio: ut probatur *in C.Theodoſ. l.*1. *de his, qui ven. ætat. impetr.* ibi:*Fæminas quoque quarum ætas biennio viro non ſera pubertate præcedit : ſervato etiam in hoc temporis intervallo decem, & octo annos egreſſas , jus ætatis legitimæ mereri poſſe ſancimus.* Qua de cauſa dicit *gloſſ. verb. octavum in d.l.*2.*C.de his, qui ven. ætat.impetr.* quod fæminæ citius dicuntur ſenes , quam maſculi ; quia mala herba cito creſcit ; & quoniam ſunt ſagaciores, quam maſculi : Et rorſus, quippe fæminæ cum ſint brevioris vitæ , quam maſculi , citius perficiuntur: *gloſſ. in l. qua ætate , ff. de teſtam. verb. completum verſ. ſed quare,* Tiraq. *in l.* 4. *connubial. gloſſ* 1. *p.*9.*n.*43. Gutierr. *in Auth. ſacramenta puberum n.*2. Cald. *in l. ſi curatorem in princ. n.*2. *in fin.* Surd. *de alim. tit.*8. *privileg.*58.*n.*1. Sanch. *de Matrim. lib.*7. *diſp.* 32.*n.*16. Auguſt. Barboſ. *in d.l.*2.*C. de his, qui ven. ætat.n.*8. Aliæ rationes petendæ à Mandoſi , *de ætate minor. cap.*5.*n.*1. Gilchen. *in lib.*4. *n.*5. *C. qui teſtam. facere poſſ.* Borcholten. *in princ. Inſtit. quib. mod. tutel. finit. n.*2. Narbon. *de ætat. anno* 14.*q.*1. *n.* 13. Itaque ad impetrandam veniam ætatis neceſſaria eſt prædicta ætas viginti annorum in maſculis , & octodecim in fœminis.

Verum quoad fœminas correcta videtor *Ordinat.* 28
*lib.*3.*tit.*42. *in princ.* per Regimen Senatorum Palatii *ad fin. lib.*1. *Ordinat.* §. 13. ibi: *Nem outroſi ſe por à deſpacho em petiçaouem , que ſe peça ſupplemento de idade para mulheres , que naon ob gaon à idade de vinte & ſinco annos:* Niſi intelligas, ut ve ius credo, non eſſe correctam juris communis diſpoſitionem, & *Ordinat. d. tit.* 42. *in princ.* ſed tantum prohiberi Palatinis Senatoribus fœminis veniam ætatis concedere: cum eoim mulierum fragile ſit judicium , voluit Rex ſibi quoad fœminas hoc jus , & poteſtatem reſervare.

Non autem ad concedendam veniam prædicta ſolò 29
requiritur ætas , ſed etiam deſideratur , quod in loco domicilii minoris, & ubi illius bona ſunt ſita , coram Judice ordinario probetur per teſtes omni exceptione majores minorem eſſe idoneum , & aptum ad propria bona admioiſtranda, & quod ſcientia, & prudeotia pollet, eſtque honeſtis moribus imbutus; & obtento à Judice inſtrumento, præſentatione Principi, venia ætatis conceditur *Ordinat. d. lib.* 3. *tit.* 42.*in princ.*Qnæ illud inſtrumentom veniam præcedere debere ſtatuit , ibi: *E ſem traherem ò tal inſtrumento , naon lhe ſeja concedida a dua certa.* In quo lex Regia deviat à jure communi , ſecundum quod probatio illa erat facienda coram Judice poſt impetratam veniam *l.* 2. *ubi gloſſ. & DD.C. de his, qui ven.ætat.* Ripol.*d.c.*10.*n.*25. Anton. Gomez. *d. lib.* 2. *c.*14.*n.* 12. Qui prædictam informationem etiam poſſe præcedere gratiam dicit , & ſic practicari : prout apud Nos ex dicta lege Regia.

Effectus hojus gratiæ ſunt ſequentes , Primus eſt : 30
quod præſentatio Jodici privilegio, ſeu gratia Judex minori decernit liberam , & plenam bonorum ſuorum adminiſtrationem *L. ea quæ C. de tempor. integr. reſt. Ordinat. d. tit.* 42. *in princ.* ibi : *Per que lhe ſe anno entregues ſens bens, & bajano delles livre, & cumprida adminiſtraçaon :* Anton. Gomez.*d.c.*14.*n.* 12. *verſ. item adde , quod requiritur.*

Secundus effectos eſt : qood impetrans veniam ha- 31
betur pro majori , & talis fingitur *Ordin. tit.*42. §.1. *ibi : Dahi em diante ſera havido por major de vinte & ſinco annos.* Boer. *deciſ.* 350. *n.*4. *verſ. item ponamus.* Vela *diſſert.* 6. *n.* 56. Valeron. *de tranſact. tit.* 4. *q.* 1. *n.*48. Et ſic cum pro majori habeatur quoad omnes actus, perinde poteſt omnia facere , acſi vere eſſet major ætatis viginti quinque annorum ; Molin. *de juſt. tract.* 2.*diſput.*224.*n.*25. Cald. *in L. ſi curatorem*

Digitized by Google

torem verb. implorare n.47. & verb. minoribus in fin. & verb. Infra legitimum nu. 22. Sforcia de reſtit. in integr. p.1.q.23.art.9. à n.37. Auguſt.Barboſ. in collect. ad text. in l.1.n.3.C.de his, qui ven. ætat. Et ex propter non reſtituitur minor adverſus contractus, &
32 actus geſtos poſt veniam ætatis impetratam. l.1. Cod. de his qui ven.ætat. Ordin. d.tit.42.§.1. Ant.Gomez d.lib.2.c.14. n.12. Maſtrill. deciſ. 13. n.24. Morla in emporio juris tit.5.in prælud. n.9. Molin. d. diſp.224. n.25. Donel. comment. lib. 21. cap.12. col.10. Cald. & d.verb. implorare n.47. & de verb. infra legitimum n.22. Boër. dec.350. ante n.5. Barboſa ad Ordinat. d.tit.41. §.1. & ejus filius Auguſt.Barboſ. in d.l.1.n. 1. & 2. Fortun.Garc. in l.Gallus, §. & quid ſi tantum n.121.ff. de liber. & poſthum. Sforcia de reſtit. 1. p.q. 15.art.1.n.6. & q.23. art.9. n.39. & 40. Vela diſſert. 6.n.12. Ripol. de Regal.c.10.n.13. Creſp.de Valdaura obſervat.27.n.13. Valeron. de tranſact. d.tit.4.q.1. n.48. Ex ea ratione quia Princeps nec fallit, nec fallitur L.fin.C. de ponderat. auri lib.10. Valenz. conſ. 4.n.121. neque etiam debet quis decipi Principis reſ-
33 cripto, aut privilegio d. l. 1. in fin. Cod. de his, qui ven.ætat. L.in commodato §.ſicut. ff. commodati Lar. dec.27. n.3. & 22. Cyr. contr. 291. n.30. Solorz. de jur. Ind. tom. 2. l. 2. c. 4. nu. 74. Interminis D. Joſeph. Vela. diſſert. 9. n. 14.

34 Sed à quo tempore reſtitutio denegetur impetranti veniam ætatis, An ſcilicet, à die conceſſionis, vel à die, quo privilegium fuit præſentatum Judici? Quæſtionis eſt. In qua videbatur dicendum quod conceſſionis tempus ſit ſpectandum ex text. in L.ea, quæ C. de tempor. in integr. reſt. ibi: Et ſi forte quis beneficio noſtro ætatis veniam fuerit conſecutus, ex eo die, quo indulgentia noſtra in judicio competenti fuerit intimata, eique adminiſtratio rei propriæ permiſſa ad perſequendas in integrum reſtitutionem, finiendaſque cauſas jure tempus habeat præſtitutum. quod apertius probat. Ordinat. d. tit. 42.§.1. ibi: E impetrando algum o ſeon menor à dita graça, dahi imediante ſerà avido por major. Ergo adverſùs actus geſtos ante præſentionem reſcripti, & poſt illius expeditionem minor pro majori habendus, & reſtitui non debet. Et nota, quod intimatio Judici, de qua in d.L. ea, quæ, eſt illa, quæ juxta l.1.C.de his, qui ven.ætat. tenebatur facere impetrans ad capiendam informationem ætatis, morum, & capacitatis minoris; quam Ordinatio præcedere voluit d.tit.42. in princ. & in d.l. 2. non excludebatur; ut notant Gomez d.c.14.n.12. Fond. de pact. nupt.clauſ.3.gloſſ.3.n.65. Et ſic ſi informatio præcedere conceſſionem, idem diſponeret d. L. ea, quæ, quod Ordinatio explicare videtur. Confirmat optime Fontan. d. clauſ. 3. gloſſ. 3.n.63. & ſeqq.

35 Et ultra eum facit: Quod in gratioſis tempus datæ ſpectatur, non præſentationis reſcripti c. eam te cap. conſtitutis de reſcrip. cap. ſi eo tempore eod. tit. in 6. Clemen. litteras eod.tit. c. capitulum ſanctæ Crucis de reſcript. c.eum, cui de præbend. in 6. Roman. conſ.298. n.2. Felin. in d.c.eam te n.18. Paul. Æmil. dec.86. n.2.p.1. Molin. de Primog.lib.2.cap.7.n.58. Cabed.1. p. deciſ.3. à n.2. Valenz. conſ.34. à n.37. cum ſeqq. & conſ.104.n.6. Vincent de Franch. deciſ.62.n.1. & 25. Alex. Trentacinq. l.3.var.tit. de ſolut. reſol. 1. n.27. Amat. reſol.24.n.12. Arias de Meſa lib.3.var.41.n.1. & 2. Caſtill. de tert.c.41.n.62. Capyc. Latro deciſ.154. n.22. Atque ita cum ætatis venia ſit gratia Principis l.1.C de his, qui ven. ſtatim ac facta fuit, ſuos operatur effectus Bald. in L. humanum in fin. C. de leg. argum.text. in L.pater filio, ff.de manum. vindicta Sanfelic. deciſ.186.n.4. Ubi tenet, quod gratia, quæ ſola voluntate Principis perficitur, ſtatim ſuos operatur effectus; ſecus quando requireretur actus perficiens ab extra. Ut in privilegio ſingulari, in quo requiritur acceptatio L. ſi abſenti, ff. de donat. L. ſiquis abſenti, ff. de adquir. poſſeſſ.

In contrarium ſtat Imperatoris conſtitutio in d.L. 36
ea, quæ C. de tempor. in integr. reſtit. ibi: Ex eo die, quo indulgentia noſtra in judicio competenti fuerit intimata: gloſſ. in l. 1. verb. impetraverunt, C. de his, qui ven. ætat. Quæ ſignanter tradit minorem qui veniam impetravit, & antequam illam Judici intimaret, contraxit, reſtitui debere Ex quod neceſſaria ſit præſentatio reſcripti coram Judice; ut minori adminiſtrationem decernat docet communis DD. traditio in d. ea quæ, & Anton. Gomez d.c.14.n.12.verſ. item adde quod requiritur: & ita judicatum in Senatu Cathaloniæ dicit Fontan. de pact. nupt.clauſ.3.gloſſ.3.n.61. Cancer. lib. 2. c.1.n.193. Cui ſententiæ adhæreo ex Ordin.l.1.tit.87.§.27. Ubi diſponitur, quod bonorum traditio, & adminiſtratio facienda eſt à Judice orphanorum minori, qui ætatis veniam impetravit. Unde ſuccedit doctrina Anton. Gomez d.c.14.n.12. verſ.item adde quod requiritur, quem ſequitur Auguſt Barb. in d.L. ea quæ n. 4. Et ſic dicendum eſt indulgentiam ætatis effectum non producere, antequam à Judice bonorum adminiſtratio ſit conceſſa ſiquidem antea minor adminiſtrare nequit; & qui adminiſtrare non valet, pro diſpenſato, & habilitato non habetur Bald. in L. ſed & milites, §. quæſitum ff. de adminiſtrat.tutor. Ant.Surg. de Neap. lib.1. Illuſtr.c.27. n.4. Boër. dec. 150.n.7. Sanfelic. deciſ.259.ſub.n.2. verſ. tria enim requiruntur Capyc.Latro dec.154. n. 30. Subindeque cum ultra reſcriptum veniæ ætatis requiratur, quod Judex adminiſtrationem bonorum decernat, & tradat minori, ante traditionem non operatur ætatis venia: quia non dicitur actum, quando aliquid ſupereſt agendum L.idem §.ſi actor, ff.quod cujuſque univ. nom. L.pro parte §. verum ubi gloſſ. ff. 37
de in rem verſo. Surd. conſ.145.n. 1. Salgad. de protect. p. 1. c. 2. n. 14. & 18.

Advertendum tamen eſt minorem: qui veniam æta- 38
tis impetravit reſtitutionis beneficio juvari adverſùs quoſcunque actus, ſeu contractus geſtos, antequam fuiſſet diſpenſatus, d.L.ea quæ, de tempor.integr. reſt. Ubi communiter DD. Valeron. d. tranſact. tit.4.q.1. n.34. Sed cum minor major factus intra quadriennium debet implorare reſtitutionis beneficium adverſus actus à ſe geſtos in minori ætate c.1. de in integr. reſtit. Ordin.lib.3.tit.41.§.6. Facit text. in Clem. unica de reſtit. in integr. ut poſt antiquiores ſcribunt Ant. Gomez d.c.14.n.7. Scaccia de commerc. §. 7.gloſſ.7. n.3. Antonel. de tempor. legal.lib.2.c.59. Surd. dec. 136. Donel. lib.21. comment.c.5.col.fin. & c. 9. per totum Gaſp Theſau. quæſt.forenſ.lib.4.q.75.n.9. Cald. Pereyr. in d. L. ſi curatorem, verb. ſua facilitate n. 35. & ſeqq. & verbo infra à n.1. Cancer.l.2.c.1.n.233. Molin. de juſtit. & jur.tom.2.diſp.573.n.3. poſt alios Aug.Barboſ. ad reg. in d. l.fin.C. de tempor. in integr. reſtit. n. 2. Creſp. de Valdaura obſerv. 33. n. 1. Vincent. de Franch. dec.206.n.20. Sforc. de in integr. reſtit.p.1.q.20. Alex. Trentacinq. lib.2.var.tit.de reſtit. in integr. reſolut.2.n.27. & reſolut. 4. innumeros citat Narbon. de ætate anno 29. quæſt.1.n.2. Opportune quæritur, An minori, qui ætatis veniam impetravit, currat quadriennium à tempore, quo ex Principis indulgentia fuit pro majori habitus, & reputatus? An vero à tempore, quo vere major viginti quinque annorum factus fuit.

Et quidem cum is, qui veniam impetravit, major 39
effectus fuerit in omnibus, & per omnia, ut diximus ſupra n. 31. adverſus actus geſtos, ante veniam, illi currit quadriennium à tempore, quo veniam adeptus eſt, & eam Judici inſinuavit: probat text. in. d.L. ea quæ, & notat Afflict.lib.2.conſtit. in rubr. de reſtit. minor. n.4. Aymon. conſil. 722. n. 1. & 2.vol. 1. Rebuff. tom. 2. ad leg. Gallia tit. de reſt gloſſ. art. 2. in fin. Alex. Raudenſ. conſil. 8.n.14. & conſ.10. n.127. vol.

vol. 1. Bernard. Dias *in regul.* 653. *fallent.* 5. Cald.
*in L. ſi curatorem verbo hunc contractum, n.*43. *verſ.*
quod maxime. Phæb. *p.*2. *dec.*157. *n.*10. *&* 11. Perez
de Lara *de vit. homin. c.*25. *n.*81. Sforc. *de reſtit. p.*1. *q.*
23. *art.*9. *n.*41. Auguſt. Barboſ. *in L. fin. n.*21. *C. ſi ma-*
*jor factus lib.*1. Fontan. *clauſ.*2. *gloſſ.*3. *n.*60. Quamvis
contrarium ſentiat Ripol. *de Regul. c.*10. *n.*15.

40 Ex quibus infertur idem dicendum in minore, qui
duxit uxorem in ætate viginti annorum, qui quidem
in omnibus pro majori habetur, & illi libera bono-
rum adminiſtratio decernitur *ex Ord. lib.*1. *tit.*87. §.
18. *& lib.* 3. *tit.* 24. §. 3. Cald. *in d. L. ſi curatorem,*
*verbo implorare n.*47. *& verbo hunc contractum n.*43.
verſ. quod maxime. ubi minor conjugatus in ætate
viginti annorum nil differt è majori viginti quin-
que annorum Reynoſ. *obſerv.* 30. *n.*2. *&* 3. Vela *diſ-*
*ſert.*1. *n.* 18. ubi tradit ſimile ſtatutum vigere apud
Britannos. Et nulli dubium, Quo lex, ſeu ſtatutum
poteſt aſſignare certam ætatem (pute) viginti an-
norum, & eam pro legitima habere: ut diximus *nu.*
41. & tenet Cald. *in d. L. ſi curatorem verbo infra le-*
gitimum tempus. n. 22. *verſ. ex quibus.* Ex ea ratione
quia deſignatio legitimæ ætatis viginti quinque an-
norum eſt juris poſitivi & ideo bene potuit lex muni-
cipalis in caſu particulari, vel generaliter legitimæ
ætati præfigere metas; ita ut homines viginti anno-
rum cenſeantur majores *Authent. ſi captivi, C. de E-*
piſcop. & Cleric. Cald. *d. verbo infra legitimum tempus*
*n.*22. Paul de Caſtro *in l.*1. *n.*3. *C. de his, qui ven. ætat.*
Salicet *in l.*2. *C. eodem,* Seraphin. *deciſ.*751. *n.*1. Fe-
rin. *tom.*2. *deciſ.*776. *n.*1. Narbon. *de ætate anno* 25.
*q.*1. *n.*18. D. Joſeph. Vela *diſſert.*6. *n.*58. Quare cum
conjugatus ætatis viginti annorum in hoc Regno
tanquam major in omnibus, & per omnia reputetur,
planum fit quadriennium minori conceſſum ad pe-
tendam reſtitutionem adversùs geſta, antequam ma-
trimonium contraheret, currere uxorato è tempore,
quo in dicta ætate uxorem duxit: prout ſolvimus in
eo, qui veniam ætatis impetravit per text. *in d. ea*
quæ Afflict. *in d. rubr. de reſtit. minor.* eleganter Vin-
cent. de Franch. *dec.*650. *à n.*4. *cum ſeqq.* Giurb. *de*
*ſucceſſ. feudor. prælud.*3. *n.*19. Cald. *in d. l. ſi curato-*
rem verbo vel adverſarii dolo n. 66. Ubi rejecit opi-
nionem tenentium conjugatum in hoc Regno effici
majorem, tantum quoad ſibi utilia: ſequitur Franch.
d. dec. 650. *n.* 6.

41 Et confirmetur quia *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 87. §. 28.
& lib. 3. *tit.* 42. §. 3. in omnibus æquiparat taliter
conjugatum ei qui veniam ætatis impetravit, Atqui
æquiparatorum idem eſt judicium *l. Pomponius* 10.
verſ. & quemadmodum juncta gloſſ. verbo haberi verſ.
& ſic eſt argumentum à pari, ff. de negot. geſt. l. ſi ſu-
per 44. *ff. de ſolut. matr. lib.*2. *ubi communiter D.D. ff.*
de legat. 1. Ruin. *conſ.*43. *in princ. vol.*5. Grat. *diſſert.*
forenſ. c. 298. *n.*70. & poſt plures Vela *diſſert.* 5. *n.*
21. Valenz. *conſ.* 172. *n.* 28. Cyriac *contr.* 212. *n.* 21.
Franciſc. Vivius *deciſ.* 34. Salgad. *de protect. p.* 2. *c.*
5. *n.* 55. *&* 56. Ergo diſpoſitum in eo, qui ætatis ve-
niam impetravit obſervendum eſt in conjugato æta-
tis viginti annorum: ad quod ita arguit Vela *diſſert.*
6. *n.* 13. Proindeque quadriennium currere debet
prædicto conjugato à vigeſimo anno; prout currit ei,
qui obtinuit veniam ætatis à Principe.

42 Deinde minor, qui major factus tacuit per quin-
quennium contractum alienationis onerosum ab eo
nulliter factum, poſtea non poteſt dicere nullum jux-
ta text. *in l. fin. C. ſi major factus ratam alien. hab.*
*lib.*5. Gama *deciſ.*76 ubi Flores de Mena. *& dec.*275.
Anton. Gomez *lib.*2. *var. cap.*14. *n.*11. ubi Joann. de
Aylon. *n.*12. Canc. *l.*2. *var. c.*11. *n.*34. *& ſeqq.* Cyriac.
*contr.*181. *n.*72. Gabr. Pereyr. *deciſ.*28. Hermoſ. *in l.*
4. *tit.* 5. *part.*5. *gloſſ.*12. *à n.* 46. *cum ſeqq.* Alexand.
Trentacinq. *lib.*2. *tit. de minor. reſol.* 10. Mantic. *de*
*tacit. & ambig. lib.*4. *tit.*6. *n.*65. Gratian. *diſcept. fo-*
*renſ. c.*24. *n.*124. *& c.* 499. *n.*26. Bened. Ægid. *in L. ex*
*hoc jure p.*2. *c.*5. *n.*22. *verſ. cæterum,* & pluribus rela-
tis Auguſt. Barboſ. *in d. l. fin. C. ſi major. factus n.* 2.
Lara *de vit. homin. c.*22. *n.*45. *&* 49. Unde recte po- 43
teſt dubitari, An prædictum quinquennium currere
incipiat minori qui veniam ætatis impetravit, vel ei
qui cum eſſet ætatis viginti annorum, matrimonium
contraxit, à tempore indulgentiæ vel nuptiarum;
An verò à tempore, quo perfectam viginti quinque
annorum ætatem complevit? Movet dubitationem
diſpoſitio text. *in d. L. ea quæ C. de tempor. in integ.*
reſtit. per ea quæ ſupra notavimus. Nihilominus ta-
men dicendum eſt quinquennium, tam conjugato,
quam ei, qui veniam ætatis impetravit currere ab
anno vigeſimo quinto per textum expreſſum *in d. l.*
fin. Cod. ſi major factus, quem optime ponderat Cald.
Pereyr. *d. verbo infra legitimum tempus n.* 22. *verſ.*
ſed in hac quæſtione: ubi hanc veriorem dicit opinio-
nem & pro ea pluries judicatum teſtatur Phæb. *p.* 2.
deciſ. 157. *n.*12. *& ſeqq.* allegat. Menoch. *de recuper.*
poſſeſſ. remed. 157. *n.* 12. qui aliud ſentire videtur,
quando ſtatutum minorem anno vigeſimo ætatis ma-
jorem fecit, ſed à prædicta opinione recedendum
non eſt tam propter authoritatem rerum judicatarum,
quam ex ſententia Octavien. Simoncel. *de decret.*
lib. 2. *tit.*4. *inſpect.* 3. *n.* 19. ubi ſequitur opinionem
Cald. Pereyr.

Non obſtat text. *in d. l. ea quæ:* cui reſpondet 44
Cald. Pereyr. *d. verbo infra legitimum tempus, n.*22.
verſ. neque obſtat. lex ea quæ, textum illum procede-
re in contractibus validis factis à minore antequam
per gratiam Principis, vel per legem in certa ætate
major factus fuit: illi enim implorato reſtitutionis
auxilio reſcinduntur: non vero in contractibus inva-
lidis, & qui aliqua laborent nullitate: Namque in
iſtis quinquennii taciturnitas, & lapſus habetur pro
ratificatione, & approbatione, & extenuat, purgat-
que nullitatem Auguſt. Barboſ. *in d. l. fin. n.* 12. *C.*
ſi maj. factus, apud quem, & Hermoſ. *in d. lib.*4. *tit.*
5. *partit.*5. *gloſſ.*12. *à n.*63. *cum ſeqq.* videbis amplia-
tiones, & limitationes *d. l. fin. C. ſi maj. factus.*

Tertius effectus veniæ ætatis à Principe conceſſæ 45
in eo poſitus eſt, quod minor, qui veniam impetra-
vit immobilia alienare poteſt cum Judicis decreto:
quo caſu valida, & firma erit alienatio; & quamvis
læſio interveniat, reſtitutioni locus non erit *Ordinat.*
*d. lib.*1. *tit.*87. §. 28. *& lib.*3. *tit.*42. §. 2. optime Cald.
Pereyr. *d. verbo infra legitimum tempus n.* 23.

Etiamſi ſine decreto Judicis minor, qui ætatis ve- 46
niam impetravit, bona immobilia alienare nequeat,
& perinde ac ſi venia impetrata non fuiſſet, alienatio
erit nulla, & inutilis *l.* 2. *& C. de his, qui ven. ætat.*
Ordinat. lib. 1. *tit.*87. §. 28. *& lib.* 3. *tit.* 42. §. 2. ubi
Emman. Barboſ. *in remiſſion.* Ant. Gomez *lib.*2. *var.*
*c.*14. *n.*12. Simoncel. *de decret. l.*1. *tit.*8. *n.*23. *& ſeqq.*
Coſte *in l. Gallus* §. *& quid ſi tantum p.*4. *n.*48. *ff. de*
liber. & poſthum. Menchac. *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *n.*
73. *verſ. quinto pro hac opinione,* Gaſp. Rodrig. *de*
*ann. reddit. lib.*1. *q.*14. *n.*12. Hermoſ. *in d. l.*4. *tit.*5.
*partit.*5. *gloſſ.*2. *n.* 7. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4.
*tit.*6. *n.*34. Cancer. *lib.*2. *c.*1. *n.*183. D. Joſeph. Vela
*diſſert.*1. *n.*29. *& diſſert.*5. *n.* 33. Ripol. *de Regal. c.*
10. *nu.*16. Creſp. de Valdaura *obſerv.* 17. *nu.* 14. &
poſt hæc ſcripta viſus Valeron. *de tranſact. tit.* 4. *q.*
1. *n.*50. Quod limitandum eſt, niſi in gratia ſpecia-
liter declaretur bona immobilia alienare poſſe *Ordi-*
*nat. lib.*3. *tit.*42. §. 2. Ripol. *d. c.* 10. *n.*18. Surd. *deciſ.*
268. *n.* 1. tunc enim decretum neceſſarium non eſt;
quoniam ille qui alienandi habet facultatem, ea li-
bertate uti poteſt, & ſine aliqua ſolennitate, neque
limitatione §. *nobis igitur in Auth. de reſtit. fideic.*
Socin. *in l. Marcellus* §. *ees, quæ ff. ad Trebell. col.*
fin.

fin. verſ. tertia ratio, Surdus conſ. 10.n.29. & deciſ.
268. nn. 2.
47 Eſt igitur effectus veniæ ætatis, quod minor Ju-
dicis decreto interveniente bona immobilia poſſit
alienare; itaut poſtea non reſtituatur adverſus alie-
nationem, quamvis læſus ſit juxta ſuperius tradita.
Quæ intelligenda ſunt de modica læſione, hæc enim
ad implorandum beneficium reſtitutionis ſufficiens eſt
juxta doctrina gloſſ. in l.1.Cod.ſi adverſ.vendit.pign.
ubi Bort.& commun. DD.& in l.ſi ex cauſa, ff.de mi-
nor. Coſta in d. §. & quid ſi tantum n. 78. Prinel. in
l.2.C.de reſcind vend.p.1.n.26. Covarr.lib.1.var.c.
3.pact.n.11.ante verſ. ego, poſt alios Card.in l.ſi cu-
ratorem verb. vel adverſarii dolo n. 7. Et de hac læ-
ſione intelligenda eſt Ordinat. d.tit. 42. §. in fin. ibi
E naõ poderà jamais pedir reſtituição da venda, ou
apenhamento, que delles fizer depois da graça impe-
trada pelo beneficio da reſtituiçaõ, que por direito be
otorgado aos menores, quando ſaon leſos. Ordina-
tio remedium reſtitutionis excludit, ne minor eo ju-
vari poſſit adverſus venditionem: non vero intelligi
48 debet Ordinatio de enormi læſione, vel enormiſſima,
ſi enim major viginti quinque annis poteſt agere de
prædicta læſione ad reſciſionem contractus l. 2. C. de
reſcind.vend. Ordin. l.4.tit.12. Videlicet intra quin-
decim annos ſi læſio eſt enormis Ordinat. d. tit. 13.
§. 5. ſi autem ſit enormiſſima poteſt deceptus agere
uſque ad triginta annos Gama deciſ. 198. n.2. & dec.
291. n.6. & dec.266. Phæb. deciſ.8.Cabed. 1.p. de-
ciſ. 70. n.3. Noguerol. alleg. 18. nn. 66. Parlad. rer.
quotid.lib.2.c.fin.5.p §.26.n.14. Caſtill. de tert. cap.
18.n.81. Cur non poterit minor, qui alienavit inter-
veniente Judicis decreto de enormi, vel enormiſſima
læſione agere, cùm id majori alienati permiſſum
ſit? Et ita, quod agere poſſit minor pro majori ha-
bitus de læſione enormi, vel enormiſſima ſentit Cal-
das Pereyr. in d. l. ſi curatorem verb. implorare nn.
48. in fin. Ubi cum Pariſ. conſ. 12. n.43. lib. 2. bene
tradit quod quando minori tollitur reſtitutio, non
tolluntur alia remedia illi competentia.
49 Diximus in alienatione immobilium facta à minore,
qui veniam ætatis impetravit, neceſſarium eſſe Judi-
cis decretum. Et eſt notandum, quod decretum Judi-
cis debet præcedere alienationem, l. 1. verſ. quod ſi
forte, l. magis puto §. non paſſim. ff. de reb. eor. l.
lex. quæ tutores, verſ. præcipimus, C. de adminiſt. tu-
tor. l. minorum, 6.l.fin. verſ. decreti interpoſitio C. de
præd.& aliis reb. min. Afflict. deciſ. 249. verſ. ſepti-
mo quod omnia iſta præcedant decretum Judicis, &
n.2. Tiber.Decian. conſ. 20. à n. 54. uſque ad 58. &
cum Menoch. Intrigl. & aliis D. Joſeph. Vela diſſer.
50 38. n.63. Debet autem decretum interponi cauſa co-
gnita, & in actis probata d. l. lex, quæ tutores, verſ.
præcipimus ibi: Per inquiſitionem Judicis, probatio-
nem cauſæ, interpoſitionemque decreti, ut fraudi lo-
cus non ſit. ſcribunt Mantic. de tacit. & ambig. lib.4.
tit.6. n.4. Cald. d. empt. & vend. c. 13. n. 43.& 44.
Franciſc. Vivius deciſ.22. n.2. Cancer. lib.1. c. 7. n.
122. Reynoſ. obſerv.30. n.6. Immo non ſufficit quæ-
libet cauſa colorata, ſed requiritur juxta Menti. d.
tit. 6. n. 6. ſi enim cauſa juſta non intervenerit, nul-
lum judicabitur decretum, & per conſequens aliena-
tio. Cald. Pereyr. d.c.13. n.51. Cancer. d.c.7. n.122.
Franciſc. Vivius deciſ. 22. nu. 2. Valenz. conſ. 129.
51 n. 80. Requiritur etiam, quod decretum interpona-
tur cum maxima cauſæ cognitione, non propter, an-
terquia ſi petito decreto, ſeu authoritate, judex ſta-
tim illud interponat, non valebit alienatio juxta tra-
dita per Jaſ. in l.2.n.16. C. de edent. Bald. in L. pro-
latam in fin. C.de ſent. & interloc. omn. judic. Gama
deciſ. 59. n.1. Reynoſ. obſerv. 30. n. 6. Ubi quo ex
dicta alienatione non transfertur dominium, neque
poſſeſſio Roland. conſ. 6. n. 19. & ſeqq. & reddit ra-
tionem num. 7. Quoniam nimia celeritas eſt noverca
juſtitiæ Clement. 1. de re judic.& cum decernere ſit
ſtatuere cum cauſæ cognitione L. 1. §. 1. ibi: Co-
gnoſcens decrevit, ff. de conſtit. Principum? non po-
teſt dici decretum, nec valere, in quo cauſæ co-
gnitio non intervenit lib. 2. ff. de confirm. tutor. L.
nec quidquam, §. ubi decretum, ff. de offic. Procon-
ſul. Gail. lib. 1. obſerv. 31. n. 11.
Prætereo cauſa debet eſſe vera, quia falſa cauſa 52
reddit decretum nullum ipſo jure, tanquam ſubrep-
titium, & obreptitium, L. ult. in fin. ibi: Nec ſi per
ſubreptionem poſt hanc diem obtinuerit ſibimet profu-
turum; C. ſi nupt. ex reſcr.petantur, L.1. C.eod.§. pu-
beri, ff. de Carbon.edict. L.cum vero 29.§. hoc, Sena-
tus conſultum 8. ff. de fideicommiſſ. libert. ibi Proin-
de, ſi libertas non deberetur, obreptum tamen Præto-
ri eſt de libertate: Vela diſſert.38.n.66. Unde ſi mi-
nor poſtea probaverit aliquam ex cauſis fuiſſe fal-
ſam, decretum ipſo jure nullius momenti erit, &
ipſa alienatio, l. 1. §. & ſunt verba ibi: Si poſtea po-
tuerit probari obreptum eſſe Prætori, L. magis puto
§. ſi as alienum, & §. manet actio, ff. de reb. eor.
junct. L. 1. §. hæc verba, ff. ne vis fiat ei, poſt plures
Vela d. n. 66. Et hoc caſu alienatio remedio nulli-
tatis annullabitur, non beneficio reſtitutionis Cald.
d. verbo infra. n. 23. Ord. l. 3. tit. 41. §. 2.
Notabis vero quod ad contractum alienationis ge- 53
ſtum ab eo, qui veniam ætatis impetravit, non ſuffi-
cit adhibere curatorem ad litem, qui non eſt legiti-
ma perſona ad authorandum minorem; neque majo-
rem habet poteſtatem, quam procurator, cui ille
comparatur Ant.Faber. ad tit.C. qui tutor. aut curat.
dare poſſ. Grat. diſcept.forenſ. c. 125. n.57. Valeron.
de tranſact. tit. 4.q.1.n.52.& 53. Itaque curator dan-
dus eſt minori alienati ad ipſum contractum pera-
gendum, qui conſanguineus minoris eſſe debet, ut vi-
detur inſinuare Gama dec. 37. Et Valeron. d.q.1.n.56.
Quartus veniæ effectus eſt, quod licet minor pu- 54
bes carens curatore illum invitus accipere non cogi-
tur, tamen in judicio accipere tenetur; ita ut pro-
ceſſus cum eo geſtus ſine curatore ſit ipſo jure nullus
L. acta 45. §. contra indefenſos ff. de re judic. gloſſ.
verb. nullum, verſ. quid autem in adulto C. ſi adver-
ſus rem judic.& in d.§. contra indefenſos verb. non ha-
bentes ubi Bort. & Paul. de Caſtr. notat Vela diſſert.
5.n.22. & Ant.Gomez lib. 3.var.c.1.n.64. Menez in
prax. lib.5.cap.1.n.38. Velaſc. de partit. c. 7. n.42.
cum ſeqq. Et apud nos probat Ordinat. lib. 3. tit. 41.
§. 8. & 9. At vero minor cui venia ætatis conceſſa 55
legitimam habet perſonam ſtandi in judicio ſine cu-
ratore; & abſque ſpe reſtitutionis ſive ſuper mobili-
bus Ordinat. lib.3.tit.42.§.3. Cancer. lib.1.c.7.n.15.
& lib. 2. c.1.n. 191. Suarez. allegat. 12. n. 7. Mon-
tan. de tutel. cap. 39. n. 59. Salicet in L. eos 3. Cod.
de his, qui ven. ætat. Vela diſſert. 5.n.34. Ubi citat
Joann. de Sande de Friſicar. lib. 1. tit. 2. de actor.&
reis diffinit. 1.
Obſerva etiam, quod venia ætatis non ſufficit ut 56
quis valeat adminiſtrare bona ſibi relicta cum ad le-
gitimam, vel certam ætatem pervenerit L. fin. C.de
his, qui ven.ætat. Anton.Gomez.lib.2.var.c.14.n.12.
gloſſ.in L.fin.C.de condit.& demonſtr. Creſp. de Val-
daura obſerv.17.n.fin. Coſta in d.§.& quid ſi tantum
5.p.n.46. Et probat expreſſe Ordinat. lib.3.§.fin. Et
ea ratione, quia qui veniam ætatis impetravit, non
dicitur eſſe legitimæ ætatis Emman. à Coſta in d.§.
& quid ſi tantum p. 5. n.51. Sequuntur Cald. in L. ſi
curatorem verb. contractum feciſti n. 22. Sforcia de
reſtit. 1.p.q.23.n.44. Narbon. d. anno 25. q. 1. n.15.
verſ. Emmanuel Coſta.
Item. Obſervandum eſt veniam ætatis ab emanci- 57
patione diſcerni; ut conſtat ex diverſitate titulorum
de his, qui veniam ætatis, & de emancip. liber.& quia
diverſis

diverſis appellantur nominibus, cum differentia nominis diverſitatem inducat *L. quod ſi ne potes verſ. aliter, ff. de teſtam. tutel. L. ſi idem 7. Cod. de codicill.* Larrea *allegat.* 50. *n.* 17. Surd. *conſ.* 127. *n.* 32. Gregor. Lopez *in L. 6. gloſſ. 1. ad fin. tit. 13. partit.* 6. Larrea *allegat.* 108. *n.* 1. Valenz. *conſ.* 77. *n.* 46. Giurb. *ad ſtat. Meſſan. c.* 11. *gloſſ.* 4. *n.* 9. Quod etiam probatur ex eo, quia in *Ordinat. lib. 1. tit.* 3. §. 7. ibi: *E cartas de emancipaçaom & ſupplemento de idade:* ponuntur tanquam diverſa emancipatio, & ætatis venia: notat
58 Reynoſ. *obſervat.* 30. *n.* 13. Et denique quia emancipatio eximit filium à patria poteſtate §. *præterea Inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolvit. gloſſ. verb. deligendo in cap. niſi cum pridem §. verum de renunt.* Reynoſ. *proxime n.* 14. Tiraq. *in L. ſi unquam verb. donatione n.* 146. venia ætatis filium non liberat à patria poteſtare: ut per Reynoſ. *proxime* quare cum venia ab emancipatione diſtinguatur diverſæ cenſentur, Larrea *allegat.* 108. *n.* 19. Unde dixit Reynoſ. *d. obſervat.* 30. *n.* 15. judicatum fuiſſe in Senatu teſtamentum conditum à filiofamilias furioſi, qui ætatis veniam impetraverat, nullum eſſe; quia furioſus filios habet in poteſtate, & filiusfamilias teſtamentum facere nequit *L. qui in poteſtate, ff. de teſtam. L. tam is, §. 1. ff. de donat. cauſa mortis Ordinat. lib. 4. tit.* 81. §. 3. Anton. Gomez *in L. Tauri n.* 1. Valaſc. *conſult.* 208. *n.* 19. & 20. Gratian. *cap.* 79. *n.* 1. late Spin. *de teſtament. in rubr.* 4. *p. gloſſ.* Ægid. *in L.*
59 1. *p.* 1. §. 7. *ex n.* 16. *Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Covarr. 3. *p. rubr. de teſtament. num.* 45. Cancer. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 124. Angel. Boſſ. 2. *tom. moral. tit.* 2. *num.* 148. Quapropter etiamſi vulgo emancipatio dicatur ætatis venia: ut obſervat Emman. Alvar. Pegas *ad Ordinat. lib.* 1. *tit.* 3. §. 7. *gloſſ.* 13. *n.* 1. *ex Ordinat. lib.* 3. *tit.* 9. §. 3. *in fin.* Non tamen idem eſt emancipatio, & ætatis venia; cum inter unam, & aliam magna detur differentia: ut bene notavit Reynoſ. *d. obſervat.* 30. *n.* 12. Neque *Ordinat. d. lib* 3. *tit.* 9. § 3. *in fin.* aliud probat: ſed tantum dicit, quod venia ætati, vulgo appellatur, *Emancipaçaom*, ibi: *Que communmente ſe chama de Emancipaçaom.* Et aliud eſt quid eſſe tale, vel appelari. Unde non ſatis congrue ait Pegas quod ætatis ſupplementum dicitur etiam emancipatio.

60 Porro obſervandum, quod impetratio veniæ ætatis, quamvis proſit quoad ea, quæ ſupra notavimus, tamen non prodeſt ad hoc, ut minor poſſit munera publica, & officia ſubire *gloſſ. optima in L. 1. Cod. qui ætate, vel profeſſ. lib. 10. verſ. qui l. ſi veniam.* Quam extollit, & ſequitur Roder. Suar. *allegat.* 12. *n.* 7. & Joann. de Platea *in d. L.* 1. Card. *in L. ſi curatorem, verb. hunc contractum n.* 42. Et diſcuſſo articulo hanc ſententiam veriorem dicit *n.* 43. *verſ. ſed. nihilominus*, Cancer *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 191. Ripol. *de Regal. cap.* 10. *n.* 11. quia per legem Regiam *lib.* 1. *tit.* 93. *in princip.* ad munera, & officia publica non admittuntur, niſi qui vigeſimum quintum ætatis annum exceſſerint ibi: *Nam paſſando de idade de vinte & ſinco annos:* Cald. *dict. verbo hunc contractum n.* 44. Narbon. *de ætate anno* 27. *num.* 4. Quidquid de jure communi procederet, ſecundum quod ex lege Julia judiciaria Judici officio fungi valeret adultus ætatis viginti annorum *L. cum lege* 46. *ff. de recept. arbitr. cap. cum vigeſimum* 41. *de offic. & poteſt. Judic. deleg.* De quorum jurium conciliatione *cum L. quidam conſulebant. de re judicat.* videndi ſunt *gloſſ.* Zazius, & Duaren. *in d. L. quidam conſulebant*, Roderic. Suarez *d. allegat.* 12. *à n.* 10. Cald. *in L. ſi curatorem verbo hunc contractum, num.* 43. & 44. Barboſ. *in L. cum Prætor* 12. §. *fin. à n.* 74. *cum ſequentib.* Narbon. *de ætate anno.* 20. *q.* 2.

61 Limita ſupradictam reſolutionem, ut non procedat caſu, quo Princeps minorum in conceſſione veniæ ætatis ſpecialiter habitavit ad officia, & Reipublicæ munera: ſic enim Princeps eligens minorem puberem ad magiſtratum, cenſetur cum eo diſpenſare in defectu ætatis *L. quidam conſulebat ff. de re judic.* Ancarran. *in d. c. cum vigeſimum n.* 1. ubi Innocent. *n.* 1. Barboſ. *in d. l. cum Prætor.* §. *fin. n.* 96. & 97. *cum ſeqq.* & *n.* 101. Narbon. *d. anno* 20. *quæſt.* 2. *n.* 4. Cald. *in d. L. ſi curatorem verb. hunc. contractum n.* 41. *verſ. qua ſententia.* Roderic. Suar *allegat.* 12. *n.* 12. quem vide omnino Maſtrill. *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 58. Thom. Valaſc. *allegat.* 8. *n.* 11. Barboſ. *in l.* 2. *n.* 7. *C. de his qui ven.* A fortiori idem dicendum, quando Princeps ſpecialiter, & in individuo in charta veniæ, & ſupplementi ætatis cum minore diſpenſat.

Ex dictis infertur conjugatum in ætate viginti an- 62
norum non poſſe in hoc Regno publica officia exercere; quamvis per *Ordin. l. 1. tit.* 87. §. 28. & *l.* 3. *tit.* 42. §. 3. pro majori in omnibus habeatur. Quia prædicta *Ordinat. l.* 1. *tit.* 93. ad hujuſmodi officia exercenda perfectã vigintiquinque annorũ requirit ætatẽ. Quæ vere non datur in dicto minore. Et inſuper *Ordin. d. tit. 93. in rubr.* minores viginti quinque annorũ & cælibes ab exercitio publicorum officiorũ excludit ibi: *Que nam tbe ã officios publicos os menores de vinte & ſinco annos, nẽ homes ſolteiros.* Unde per argumentum bene probatur, quod nec uxorati ante vigeſimũ quintum annũ completum officia poſſunt exercere: namque Ordinatio ſimul. requirit, quod officialis ſit major, & uxoratus. Deinde in hoc Regno in omnibus æquiparantur, qui veniam ætatis impetraverunt, & conjugati ætatis viginti annorum *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 87. §. 28. & *lib.* 3. *tit.* 42. §. 2. ut diximus ſupra. Et ſic cum æquiparatorum idem ſit judicium ita ut minor, qui veniam ætatis impetravit, publica officia exercere nequeat; ita neque conjugatus ætatis viginti anorum; licet quoad alia pro majori reputetur. Et hanc noſtram ſeotentiam poſt ſcripta inveni tenuiſſe Thom. Valaſc. *allegat.* 8. *à n.* 20. *cum ſeqq.* Ubi *n.* 26. refutat. Cald. Pereyr. qui videtur inſinuare contrarium *in d. L. ſi curatorem verb hunc contractum n.* 34. *ver. ſed nihilominus.*

Denique advertendum eſt, quod minor, qui veniam ætatis impetravit, poteſt reſtitui adverſus impetrationem veniæ, ſi ſe læſum in ea impetranda probavit: ut diſputando ad partes reſolvit Cald. *in d. L. ſi curatorem verb. læſis num.* 86. & 87. *ex gloſſ. in l. 1. Cod. de his, qui ven. ætat.* cum Bart. Bald. Fulgoſ. & Rebuff. Et ibi contrariæ ſententiæ fundamentis ſatisfacit: ſequitur Ripol. *de Regul. cap.* 10. *n.* 14. Contrarium verò dicendum eſt in eo, qui cum eſſet viginti annorum, uxorem duxit, quia reſtitui nequit contra legum ſtatuta Cald. Pereyr. *d. verb. læſis num.* 87. *verſ. ex quibus*, Mierez *de Majorat.* 2. *p. q.* 4. *illat.* 8. *num.* 164. Larrea *deciſ.* 59. *num.* 13. Et hæe de venia ætatis dixiſſe ſufficiat.

Caput XX.

De jure, & poteſtate inſtaurandi cauſas.

SUMMARIUM.

1 *Jus, & poteſtas inſtaurandi cauſas ſoli Principi reſervatur, & inferioribus neque competit neque concedi valet.*
2 *Datur differentia inter inſtantiam, cauſam, & litem. Et quid ſit inſtantia.*
3 *Qua cauſa, & quomodo accipiatur.*
4 *Lis proprie, vel improprie quomodo accipiatur.*
5 *Aliud eſt inſtantiam eſſe deſertam, aliud cauſam principalem.*

6 *Inſtantia perempta cauſa non dicitur extincta.*

7 *De jure Civili, perimitur inſtantia, ſi ante finitum tricnnium ſententia non feratur.*

8 *Sententia lata poſt peremptam inſtantiam eſt ipſo jure nulla.*

9 *De jure Canonico inſtantia perpetua eſt.*

10 *Inſtantia ſi perimitur de jure Civili per lapſum temporis, quatuor modis poteſt inſtaureri, de quibus ibi.*

11 *In hoc Regno inſtantia perpetua eſt.*

12 *Inſufflatio ſpiritus vitæ per gratiam Principis ad inſtaurandam inſtantiam in hoc Regno non eſt neceſſaria.*

13 *Jus inſtaurandi cauſa reſpectu inſtantiæ non procedit in Regno, ſed eis in caſibus locum habet, in quibus condemnatus appellationem omiſit, ſeu quando appellavit & appellationem proſecutus non fuit, aut appellatio deſerta fuit judicata.*

In his caſibus Rex concedit reſcriptum in Senatu Palatino audita parte, ut reus poſſit appellare, vel appellationem proſequi Ibid.

14 *Reſcriptum ad appellandum conceditur etiam, ut appellari valeat à ſententia, quæ tranſivit rem judicatam.*

15 *Si proceſſus per ſemeſtre fuerit penes Advocatum, non perimitur inſtantia, neque eſt neceſſaria nova citatio.*

Mulier citanda ad litem ſuper immobilibus, quæ agitur cum marito, ſi in principio litis fuit citata, & poſtea proceſſus ſiluit per ſex menſes, non requiritur illius citatio. Ib.

16 *Citatio nova non eſt neceſſaria, quando proceſſus fuit penes Judicem per anni ſpatium.*

17 *Proponitur quæſtio, An perempta inſtantia in actione reali poſt litem conteſtatam, ſi poſtea inſtaurata fuerit inſtantia,& ſequatur condemnatio fructuum à tempore litis conteſtatæ, illos reus ſolvere teneatur à prima litis conteſtatione, vel à tempore reſtauratæ inſtantiæ?*

18 *Referuntur DD. qui tenent fructus deberi à prima litis conteſtatione: & nu. 19. & ſeqq. afferuntur hujus partis fundamenta.*

19 *Poſſeſſor condemnatur ad fructus ex eo tempore, quo eſt in mala fide.*

20 *Per litis conteſtationem conſtituitur quis in mala fide ſufficienti ad condemnationem fructuum.*

21 *Effectus malæ fidei cauſatus per litis conteſtationem durat etiam perempta inſtantia.*

22 *Probatur contraria ſententia, quæ habet fructus non deberi, niſi à tempore reſtaurationis inſtantiæ.*

23 *Mala fides reſultans ex litis conteſtatione non eſt vera, ſed ficta.*

24 *Poſſeſſor ex ſola litis conteſtatione non fit deterioris conditionis: & poſt conteſtationem adhuc in eo durat bona fides.*

25 *Fructus veniunt officio Judicis deſerviente actioni intentatæ.*

Officium Judicis expirat perempta inſtantia Ib.

26 *Ad hoc, ut bona fidei poſſeſſor non teneatur ad reſtitutionem fructuum, ſufficit malam fidem abeſſe. Et probatur ſecunda opinio, pro qua judicavit Senatus: & n. 27. & ſeqq. ſatisfacit fundamentis contrariæ partis.*

29 *Jura, & actiones tranſeunt in hæredem adita hæreditate.*

30 *Ita cauſalis inſtantia tam active, quam paſſive tranſit in hæredem.*

31 *Inſtantia tranſit in hæredem in eodem ſtatu, quo erat tempore mortis defuncti.*

Inſtantia, ut tranſeat in hæredem, non requiritur litis conteſtatio, ſed ſufficit citatio, vel libelli datio Ibid.

32 *Si plures defuncti ſint hæredes, omnes tenentur unum conſtituere procuratorem.*

33 *Inſtantia non tranſit in hæredem ipſo jure, quia mortuo uno ex litigantibus, ſtatim ceſſat inſtantia. In Regno citantur hæredes, & producuntur articuli, quos vocamus* de Habilitação *ſuper quibus Judex decretum interponit declarans inſtantiam tranſire in hæredem, & cum eo poſſe continuari; ut num. 34.*

35 *Inſtantia tranſit in Clericum hæredem laici in eodem ſtatu, & coram Judice laico proſequenda.*

36 *Judex laicus exequitur ſententiam contra Clericum, quem condemnavit in bonis temporalibus.*

37 *Intellige, ut laicus non poſſit facere executionem in bonis Eccleſiæ poſſeſſis per Clericum condemnatum.*

38 *Inſtantia cœpta cum defuncto non tranſit in in hæredem, quando morte actoris, vel rei actio periret.*

39 *Pœnalis actio ante litem motam non tranſit in hæredem, ſed in privatis delictis tranſit inſtantia, ſi cum defuncto lis fuit conteſtata & n. 40.*

41 *In publicis delictis ut inſtantia tranſeat in hæredem, non ſufficit litis conteſtatio, ſed requiritur condemnatio in vita. Alias extinguitur delictum, & litis conteſtatio.*

42 *Intellige, ſi ſententia condemnationis prolata in vita tranſiſſet in rem judicatam. Secus ſi ab ea defunctus provocavit, & pendente appellatione, vel intra tempus ad appellandum reus mortuus eſt; quia tunc lis, & condemnatio extinguitur.*

43 *Appellatio quodammodo extinguit judicatum, & reponit cauſam, ac perſonam in ſtatu, quo erat poſt litem conteſtatam.*

44 *Appellatione pendente reus cum effectu condemnatus dici nequit.*

Si reus in vita appellavit, & mortuus eſt, ſolvitur judicium, & xtinguitur delictum tam quoad pœnam corporalem, quam ad confiſcationem bonorum. Ib.

45 *Idem procedit, quando reus mortuus eſt pendente termino ad appellandum.*

Paria ſunt eſſe appellatum, vel pendere terminum ad appellandum. Ibid.

46 *Contrariam opinionem nempe quod confiſcatio, aut pecuniaria pœna ſemper tranſit in hæredem, ſive appellatio ſit interpoſita, ſive non, tenent alii DD. de quibus ibi.*

47 *Conciliantur opiniones, ut prima procedat in publicis criminibus, in quibus per legem non ſolum imponitur pœna corporalis, ſed etiam amiſſionis bonorum, & in conſequentiam delicti venit bonorum confiſcatio.*

48 *Contraria vero opinio locum habet, quando confiſcationis pœna non eſt impoſita à lege, ſed Judex ultra pœnam corporis reum condemnavit in amiſſione bonorum, vel in aliqua pœna pecuniaria. Quo caſu decedente reo poſt appellationem extinguitur judicium quoad pœnam corporalem, ſed remanet examen quoad pœnam pecuniariam. Et ſic tranſit inſtantia appellationis contra hæredem.*

Idem judicatur de pœna pecuniaria, quod de confiſcatione bonorum. Ibid.

Interpretatur text. in L. fin. verſ. ſin autem, C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuer. *Et* Ordinat lib. 3. tit. 82. §. 4. *juxta ſententiam* Cald. Pereyr. *Qua expenditur n. 49.*

50 *Reprobatur opinio* Cald. Pereyr. *& vera interpretatione donatur* Ordinatio lib. 82. §. 3. & 4. & *n. 51. Ac oſtenditur* Ordinatio §. 3. *eandem juris communis deciſionem fuiſſe amplexam. Atque probatur communis* Doctorum. *opinio.*

52 *Le-*

52 Legum correctio vitanda eſt, & Ordinatio intelligenda ſecundum jus commune, ut minus illud lædere cenſeatur.

Caſus omiſſus in ſtatuto remanet in diſpoſitione juris communis. Ibid.

53 Reſpondetur ad argumentum Cald. Pereyra.

54 Argumentum à contrario ſenſu non procedit, quando eo admiſſo datur legum repugnantia, vel derogatio.

55 Reo condemnato expreſſe, & principaliter in confiſcatione bonorum, vel pœna pecuniaria, ſi appellavit, tranſit inſtantia in hæredem quoad bona.

56 Ex criminibus publicis civiliter agi non poteſt, ſed tantum criminaliter, & jure extraordinario.

57 Ex privatis delictis, non ſolum civiliter, & jure ordinario; ſed etiam criminaliter, & extraordinario jure agi poteſt.

58 Per litis conteſtationem in judicio quaſi contrahitur inter litigantes, & fit novatio antiquæ obligationis, quam neceſſariam appellamus.

59 Novatio, quæ fit per litis conteſtationem eam continet conditionem ſi condemnatio fuerit ſecuta; tunc enim antiqua obligatio transfertur in judicati actionem.

60 In publicis judiciis non de privata utilitate, ſed publica vindicta tractatur, & in novatione per litis conteſtationem nil aliud continetur, quam pœna corporalis, & perſonæ coercitio, licet pœna pecuniaria ſit.

Mortuo reo ante ſententiam in publicis criminibus judicium ſolvitur. Ibid.

61 In privatis delictis quando civiliter agitur, in hæredem tranſit inſtantia; & hæres cogitur condemnationem ſolvere.

62 Si vero in privatis delictis actio criminalis ſit deducta, & delinquens moriatur poſt litem conteſtatam ante ſententiam, non tranſit inſtantia in hæredem.

Inter publica judicia, & privata quando agitur criminaliter nulla datur differentia. Ibid.

63 Limita, quæ diximus circa publica judicia in criminibus exceptis, in quibus morte rei delictum non extinguitur; & inſtantia tranſit in hæredem. Et quæ ſint delicta excepta, vide n. ſeqq.

64 Primum delictum exceptum eſt crimen læſæ Majeſtatis Divinæ, vel humanæ.

65 Hæreticus formalis etiam poſt mortem condemnatur, & ejus, memoria damnatur. Secus in ſuſpecto de hæreſi: quia eo defuncto neque damnatur ejus memoria, neque quo ad bona agi poteſt contra hæredes. Sed tantum poteſt declarari per ſententiam eſſe ſuſpectum de hæreſi.

66 Secundum delictum exceptum eſt repetendarum crimen.

67 Tertium eſt crimen peculatus, & de reſiduis.

68 Quartum eſt delictum illius, qui mortem ſibi ipſi conſcivit.

69 Quintum eſt delictum, deſertoris militiæ.

Sextum eſt delictum eorum, qui necaverunt eos, quorum ſunt ſucceſſores. Ibid.

70 Septimum eſt crimen aſſaſſinii, & eorum, qui turpa lucra quæſierunt.

In his omnibus non ſolum tranſit inſtantia in hæredem, ſed etiam datur actio, ut bona ab eo auferantur. Ibid.

71 Pœnalis actio datur contra hæredem caſibus, ubi factum ipſo jure, vel ipſes facto punitur. Et ſi à fortiori tranſis inſtantia.

72 In criminibus exceptis ſi lis cum defuncto non fuit conteſtata, debet actio intentari intra annum, vel intra quinquennium.

73 In crimine hæreſis, in quo poſt mortem in proceditur infra quadraginta annos ad confiſcationis pœnam ſecundùm jus Canonicum, quod ſervatur etiamſi bona applicanda ſint fiſco ſæculari.

74 Actio pœnalis datur contra hæredem, quatenus ad eum pervenit, licet res ſit conſumpta.

75 Inſtantia non tranſit in ſingularem ſucceſſorem.

76 Jus inſtantiæ ceſſibile eſt.

77 Inſtantia, ut tranſeat in ceſſionarium, requiritur ſpecialis ceſſio; vel adeo generalibus verbis, ut comprehenſus intelligatur, vel ſi ceſſionarius conſtituatur in locum cedentis.

78 Inſtantia in actionibus perſonalibus non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. Et ita intelligenda eſt concluſio ſupra n. 75.

Perſonalis actio non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. Ibid.

79 Secundo intellige, ut inſtantia non tranſeat in ſingularem ſucceſſorem voluntarium in neceſſarium vero tranſit.

80 Singularis ſucceſſor neceſſarius is dicitur, qui ſuccedit in re, ſuper qua vertitur litigium ex Judicis adjudicatione. Vel is, ad quem res de neceſſitate debet tranſire invito actore, dummodò ab eo cauſam.

Vel quando actio erat communis duorum, & in unum fuit conſolidata. Ibid.

81 Ad hoc ut tranſeat inſtantia, ſufficit, quod ex juris neceſſitate res, vel actio ad aliquem pertineat.

Pone exemplum in emphyteuſi accepta à patre pro ſe, & filio. Ibid.

82 Emphyteuſis, vel res accepta à patre pro ſe, & filio ex neceſſitate jus ad filium devenire debet.

Pater non poteſt præjudicare filio in emphyteuſi, re accepta pro ſe, & filio. Ibid.

83 Inſtantia cœpta à patre tranſit in filiam, quando actio de dote conſolidaretur in ipſius perſona.

Idem in inſtantia cœpta per patrem pro repetenda dote adventitia filiæ. Ibid.

84 Inſtantia litis mota contra patrem ſuper nobilitate tranſit in filium, quamvis non ſit hæres patris.

85 Sententia lata ſuper nobilitate cum patre nocet, & prodeſt filiis.

86 Inſtantia litis tranſit à reſignante in reſignatarium Beneficii, qui eam proſequi debet in eodem ſtatu, & coram eodem Judice.

87 Inſtantia litis mota ſub nomine dignitatis adminiſtrationis officii vel beneficii cœpta cum poſſeſſore tranſit in ſucceſſorem tam active, quam paſſive.

88 Majoratus eſt dignitas.

89 Inſtantia cœpta cum poſſeſſore majoratus tranſit in ſucceſſorem; prout tranſit in ſucceſſorem feudi.

90 Inſtantia cœpta cum defuncto tranſit in fideicommiſſarium univerſalem hæreditate reſtituta.

91 Inſtantia cœpta cum hærede gravato non tranſit in fideicommiſſarium univerſalem ceſſione.

92 Proponitur quæſtio, An inſtantia cœpta cum hærede gravato ſuper actione reali tranſeat in fideicommiſſarium: Et referuntur opiniones contrariæ.

93 Autor ſequitur doctrinam Bartoli, qui aſſerit inſtantiam cœptam cum gravato ſuper actione reali intentata occaſione fideicommiſſi tranſire in hæredem.

94 In fideicommiſſarium univerſalem reſtituta hæreditate tranſeunt omnia jura, quæ hæredi competebant.

Item in fideicommiſſarium transferuntur omnia onera hæreditatis. Ibid.

95 Inſtantia tranſit paſſive in ſingularem ſucceſſorem voluntarium, ſi res, ſuper qua judicium pendet, effecta fuit litigioſa.

96 Inſtantia tranſit in quemlibet ſucceſſorem univerſalem, licet titulo ſingulari ſuccedat. Et proponuntur exempla.

97 *Inſtantia tranſit in patrem, qui occupavit bona peculii filii familias.*

98 *Inſtantia tranſit in donatarium omnium bonorum jurium, & actionum.*

Intellige in actionibus realibus, non in perſonalibus. Ibid.

Donatarius omnium bonorum non poteſt conveniri Actione perſonali à creditoribus donatis. Ibid.

99 *Donatarius omnium bonorum non poteſt conveniri à creditoribus donantis perſonali actione, quando donator deceſſit nullo hærede relicto.*

100 *Intellige ſecundo, ut donatarius omnium poſſit conveniri à creditoribus donantis, quando conſtat donatorem non eſſe ſolvendo, ut circuitus vitetur & æquitas ſervetur.*

101 *Donatio univerſalis cenſetur facta deducto ære alieno.*

102 *Donatarius omnium, de æquitate poteſt conveniri prædictis caſibus, non poteſt exequi, niſi in bonis donatis, & intra eorum vires.*

103 *Donatarius omnium poteſt conveniri actione hypothecaria.*

104 *Inſtantia cœpta cum proprietario tranſit in uſufructuarium active, non paſſive.*

105 *Inſtantia non tranſit in fiſcum active, neque paſſive.*

106 *Limita, ut non procedat, quando fiſcus ſucceſſit privato poſt ſententiam latam in prima inſtantia, & cauſa devoluta eſt per appellationem.*

107 *Rejicitur diſtinctio.* Petr. Barboſ.

108 *Fiſcus habet Judices ſpeciales, ad quos omnes cauſas pendentes trahere poteſt, quamvis ſint contra Clericos.*

109 *Inſtantia cœpta cum fiſco tranſit in reum reſtitutum ex gratia.*

110 *Inſtantia realis tranſit in ſingularem rei ſucceſſorem.*

111 *Remedia poſſeſſoria tranſeunt in ſingularem ſucceſſorem abſque ceſſione.*

112 *Interdicta reſtitutoria ſunt in rem ſcripta.*

113 *Inſtantia cœpta cum patre ſuper filiatione non tranſit in hæredes patris.*

1 INter majora regalia connumeratur jus, & poteſtas
inſtaurandi cauſas, quæ ſoli Principi reſervata eſt,
& inferioribus denegatur: neque à Principe conce-
di valet, tanquam oſſibus coronæ inhærens: docet
Afflict. in tit. *quæ ſint regalia n.* 96. Grammat. *dec.*
103. *n.*117. Roland. *conſ.*4.*n* 12. *lib.*2. Menoch. *conſ.*
380. *n.* 37. Sebaſtian. Vant. *de nullit. tit. de nullit.*
ſentent. ex defect. juriſdict. ordinar. n. 127. & agno-
vit Bart. *in L. Divi fratres, ff. de pæn.* Capyc. *dec.*
165. *n.*3. & 5. Ripol. *de regal. cap.*13. *n.*1. 5. & 6.
Surd. *conſ.*199. *n.*23. Bobadill. *in ſua Polit. lib.* 2. *c.*
16. *n.*210. Maſtrill. *deciſ.*70.*n.*8.& *lib.*3. *de Magiſtr.*
*c.*4.*n.*368. & 369. *gloſſ. celebris in L. ab hoſtibus*, §.
ſed quod ff. ex quib. cauſ. major. Salzed. *de leg. polit.*
lib. 1. *c.*11. *n.*14. Et in hoc Regno ſtatutum eſt per
*Ordinat. lib.*2. *tit.*45. §.40. quod hæc poteſtas à Rege
donari non poteſt. Hæc cauſarum inſtauratio apud
alios dicitur inſufflatio ſpiritus vitæ Capyc. *d. dec.*165.
Menoch. *d.*37. Carleval. *de judic. tit.*1 *diſput.*2.*n* 942.
2 Sed pro vera hujus rei intelligentia ſciendum eſt,
dari differentiam inter inſtantiam, cauſam, & litem.
Et quidem inſtantia eſt exercitatio judicii à litis con-
teſtatione incipiens, & uſque ad ſententiam perdu-
rans ſi ea feratur Anton. Hering. *de fidejuſſor. c.*20.*n.*
2. Tondut. *de prævent. p.*1.*c.*30. *n.*6. Cauſa verò ac-
3 cipitur pro ipſo jure in judicium deducto *L. properan-*
dum in princ. C. de judic. ibi: *Ita quod omnes lites*
ſuper pecuniariis cauſis: L. 1. *& ibi gloſſ. ff. de ſolut.*
matr. Bald. *in L. cauſas C. de tranſaction. & in L. qui*
Roma. §. *C. Calimacus, ff. de verbor. obligat.* Tondut.

d. c. 30. *n.*13. Lis autem, vel accipitur propriè, vel 4
impropriè: propriè accipitur, quando non ſolum com-
prehendit inſtantiam, ſed etiam totum judicium, &
cauſam *L. litis nomen* 36. *ff. de verbor. ſignif.* ubi li-
tis nomen ipſam actionem ſignificat; ſive in rem, ſive
in perſonam, *gl. in d. L. properandum*, & Tondut.
*d. c.*30.*n.*16. Impropriè vero accipitur pro inſtantia,
ut *in d. properandum in princ. & §. fin. ubi gloſſ. ver-*
bo nihilominus Tondut. *d. cap.*30. *n.*14. & 15.
Deinde notandum eſt, quod aliud eſt inſtantiam 5
eſſe deſertam, aliud cauſam principalem Afflict. *de-*
*ciſ.*346.*n.* 5. *& ſeqq. & n.*8. Tondut. *de prævent. p.*2.
*c.*43.*n.*21. & 22. Quoniam perempta inſtantia, cau-
ſa non dicitur extincta *d. L. properandum* §. *ult. Cod.*
de judic. ubi gloſſ. verbo vigerent. Mynſinger. *centur.* 6
3. *obſerv.*5. Cald. Pereyr. *in L. unica, C. de delict. de-*
functor. p. 3. *n.* 23. *verſ. advertendum etiam.*
Tertio ſupponendum eſt, quod de jure Civili per- 7
imitur inſtantia, ſi ante finitum triennium ſententia
non feratur, ita ut Judex tranſacto triennio ultra pro-
cedere nequeat *d. l. properandum, C. de judic. L. Græ-*
ce §. *& poſt litem ff. de fidejuſſor.* & poſt antiquiores
ſcribunt Mynſinger *d. centur.* 3. *obſerv.*44. *in princip.*
Cald Pereyr. *in d. L. unica p.*3.*n.*22. Ripol. *de Regal.*
*c.*13.*n.*12. & 13. Cujac. *lib.*9. *obſerv.*22. & *lib.*17. *ob-*
*ſervat.*23. Vant. *de nullit. ſent. ex def. juriſd. ordin. n.*
126. Tondut. *d. c.*30.*n.*6. & 7. Anton. Hering. *de fide-*
*juſſ. cap.*20. §.20.*n.*2. Alex. Trentacinq. *lib.*2. *var. tit.*
*de judic. reſolut.*4.*n.*1. *& ſeqq.* Ita ut ſi ſententiam pro-
feratur poſt peremptam inſtantiam, ſit ipſo jure nul-
la, ut notant *gloſſ.* Bart. Bald. Jaſon. & Alexand. *in* 8
d. L. properandum: Abb. Felin. & alii *in c. venera-*
bilis de judic. Marant. *de Ordin. judicior.* 5. *p. princ.*
*n.*58. Et hæc eſt communis opinio, ut per Afflict. *de-*
*ciſ.*183.*n.*4. & poſt alios Trentacinq. *d. tit. de judic.*
*reſolut.*4. *n.*41. & 48.
De jure autem Canonico inſtantiam perpetuam eſſe 9
probatur ex tex. *in c. penult. de judic.* Bernar. Diaz.
*Regul.*358. Joann. Zoana. *de different. jur. Civil. &*
*Canon. differ.*30. *n.*45. Paz. *in prax. tom.*1. *in princ.*
*annot.*2. *de inſtant. n.*10. Scaccia *de appell. q.*15. *n.*
275. Mari. *de juriſd. p.* 4. *c.*52. *n.*11. *centur.* 1. Au-
guſt. Barboſ. *in d. properandum n.*12. Card. *in d. L.*
*unica, C. ex delict. defunctor. p.*3. *n.*24. Oliva *de fo-*
*ro Eccleſ. p.*1. *q.*37.*n.* 21. Carlev. *de judic. tit.*1. *diſput.*
2. *n.* 983. Tondut. *d. c.* 30. *n.* 8.
Quibus ita præmiſſis de jure Civili, ſi perimatur 10
inſtantia per temporis lapſum, quatuor modis inſtau-
rari poteſt: Primo per reſtitutionem in integrum.
Secundo de partium conſenſu, ſi ipſæ conveniant,
quod recopilatis inſtrumentis, & facto proceſſu, cau-
ſa judicetur. Tertio, quando auctor poſt peremptam
inſtantiam vult de novo litem inchoare. Quarto de-
nique quando gratia Principis interveniente inſtau-
ratur inſtantia Marant. *de ordin. judic. p.*5. *tit. & om-*
*nia fiant durante inſtantia n.*46. Ripol. *d. c.*13.*n.*4. &
5. Alex. Trentacinq. *d. reſolut.* 4. *n.*31. 32. & 33. Et
hæc inſtauratio, quæ fit gratia Principis, inſufflatio
ſpiritus vitæ appellatur.
Verum in noſtro Regno diſpoſitio *d. L. properan-* 11
dum recepta non eſt: ut teſtatur. Cald. *in d. L. unic.*
*p.*3.*n.*24. *verſ. quo ſane.* In eo namque inſtantia per-
petua eſt de conſuetudine, & praxi; quæ amplexa
eſt diſpoſitionem juris Canonici: ut dixit Cald. *d. p.*
3. *n.*24. *verſ. quo ſane augmento*; ubi idem obſerva-
ri in Caſtella, & Gallia edocet. Sequitur Oliva *d. q.*
37.*n.*25. Carlev. *d. diſput.*2. *n.*942. Gregor. Lopez *in*
*l.*9. *tit.*6. *partit.*6. *gloſſ* 3. & 4. Gutier. *de juram. con-*
*firmat. p.*3. *c.*5.*n.*4. Idem Cald. Pereyr. *in L. ſi curato-*
*rem verb. infra legitimum tempus v.*1. *in fin.* Ac proinde
illa inſufflatio ſpiritus vitæ per gratiam Principis in 12
his Regnis neceſſaria non eſt, quia de jure Regio
inſtantia perimitur, ſi ſuper lite per tempus ſemeſtre
patres

patres tacuerint ; tunc enim citationis primæ effectus extinguitur. Sed nil amplius neceſſarium eſt ad inſtaurandam inſtantiam, proſequendam litem in eodem proceſſu, niſi ut partis nova citatio fiat, quaſi prima efficiatur circundncta Probat *Ordin. lib. 3. tit.* 1. §. 15. *& lib.* 1. *tit.* 83. §. 28. ibi : *Porque deſpeis que paſſam os ditos ſeis mezes ſem. ſe falar ao feito naon eſtando concluſo, ou eſtando concluſo hum anno na mão do Eſcrivaon ſem ſe falar a elle, não ſe póde falar ao feito atè quela parte ſeja novamente citada.* Cald. Pereyr. *in d. L. unic.* 3. *p. n.* 25. Inſtantia igitur per taciturnitatem ſex menſium ſuſpenſa ex nova citatione reviviſcit abſque alia Principis gratia, nec ſpiritus vitæ inſufflatione quam vocat Carlev. vanam cæremoniam, ridiculam, & puerilem.

13 Itaque hoc jus Regaliæ inſtaurandi cauſas non procedit reſpectu inſtantiæ quæ perpetua eſt, ſed tantum in eis caſibus in quibus condemnatus per ſententiam appellationem omiſit, vel gravamen non interpoſuit : ſeu quando appellavit, & apellationem non fuit proſecutus. vel quando apellatio deſerta judicata fuit Tunc namque ſolet Princeps Regium concedere reſcriptum, ut pars poſſit apellare, vel apellationem, aut gravamen proſequi : ut diſponitur in Regimine Senatorum Palatii *ad fin. lib.* 2. *Ordinat.* §. 91. Quæ gratia de ſtylo ſolet concedi citata parte, & intra triduum audita, ut de ſimili ſtylo Caſtellæ teſtis eſt Caſtill. *lib.* 3. *controv. c.* 28. *n. ad fin.*
14 Prædictum autem reſcriptum etiam conceditur, ut apellari valeat à ſententia ; quæ rem judicatam tranſierat *lib.* 2. §. *quod ſi ita contigerit Auth. ei qui ubi gloſſ. C. de tempor. apell.* Bald. *in L. imperium n.* 5. *in fin. C. ſentent. reſcind. non poſſ.* & cum Pariſ. de Puteo, Surd. *conſ.* 199. *n.* 15. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 371. Capyc. Latro *deciſ.* 68. *n.* 33. Ripol. *de Regal. c.* 13. *nu.* 51. *&* 52. advertendum tamen quod quando prædicta gratia conceditur, apellatio interponenda eſt intra decennium computandum à die, quo reſcriptum tranſiit per Cancellariam. Et ita praxis obſervat.

15 In praxi vero obſervabis circa inſtantiam in hoc Regno, quod ſi proceſſus per ſemeſtre fuerit penes Advocatum nulla deſiderabitur nova citatio ; neque prior cenſebitur circunducta Cabed. 1. *p. deciſ.* 181. *n.* 1. *&* 2. Emman. Barboſ. *ad Ordin. lib.* 3. *tit.* 1. §. 15. *n.* 3. Item licet uxor citanda ſit, quando cum marito lis agitatur ſuper bonis immobilibus *Ordinat. lib.* 3. *tit.* 47. §. 2. Tamen ſi in principio litis uxor fuit citata, & poſtea proceſſus ſiluit per ſex menſes ; tunc ſi pars voluerit litem proſequi, tenebitur tantum citare maritum ; non vero uxorem Cabed. *deciſ.* 181. *n.* 3. *& arreſt.* 7. Barboſ. *ad Ordinat. d.* §. 15. *nu.* 5. Deinde
16 non erit neceſſaria nova citatio, ſi proceſſus fuerit concluſus penes Judicem per anni ſpatium, quamvis enim olim contrarium fuiſſet deciſum teſte Cab. *d. c.* 181. *n.* 2. *& areſt.* 7. Nihilominus in nova legum compilatione *d. lib.* 3. *tit.* 1. §. 15. aliud fuit declaratum, & deciſum, tunc novam citationem deſiderari, ſi proceſſus poſt concluſionem fuerit penes notarium per ſpatium unius anni ibi ; *Ou eſtando concluſo hum anno na mão do Eſcrivão, ſem ſe falar a elle.* Agnoſcit Cabed. *d. dec.* 181. *n.* 2. *in fin.* Quidquid aliud ſentire videatur Emman. Barboſ. *in d.* §. 15. *n.* 4. quando jam allegationes juris propoſitæ erant, quia Ordinatio hanc non admittit reſtrictionem, ſi conſideres, quod allegationes juris in hoc Regno ſemper proponuntur ante concluſionem *Ordinat. lib.* 3. *tit.* 20. §. 40.

17 Ex quibus ſuccedit quæſtio, An perempta inſtantia in actione reali poſt litem conteſtatam, ſi poſtea fuerit inſtaurata, teneatur poſſeſſor ad fructus à tempore primæ litis conteſtationis ? Hanc quæſtionem jam habui de facto in lite Matthæi Gondicalvi Benedito cum Emmanuele Fernandez Civitatis Tavitæ, in qua poſt litem conteſtatam ſiluit proceſſus per octodecim annos ; & reſtaurata inſtantia reus fuit condemnatus ad reſtitutionem bonorum cum fructibus à tempore litis conteſtatæ. Et dubitatum fuit, An deberent fructus à prima litis conteſtatione, vel à tempore inſtantiæ reſtauratæ ?

In hac quæſtione Bald. *in l.* 2. *C. de fruct. & litt.* 18 *expenſ.* tenet deberi à prima litis conteſtatione : ſequuntur Afflict. *in conſtit. accuſatorem n.* 6. Capyc. *deciſ* 11. ubi ita judicatum teſtatur. Menoch. *de recuper. rem. d.* 15. *n* 596. Fachin. *lib.* 1. *cap.* 60. Trentacinq. *lib.* 2. *var. tit. de judic. reſolut.* 4. *n.* 36. Lancelot. *de attentat. in præfat.* 2. *p. cap.* 4. *n.* 606. Ant. Faber. *in ſuo Cod. lib.* 3. *tit.* 8. *de lit. conteſt. diffinit.* 2. Capyc. Latro *dec.* 65 *nu.* 19. noviſſime Fermoſin. *in c. gravis de reſtit. ſpoliat.* q. 3. *n.* 4. *&* 5.

Fundamenta hujus ſententiæ ſunt. Primo quia 19 poſſeſſor condemnatus ad fructus ex eo tempore quo eſt in mala fide *L. certum, C. de rei vendicat. L.* 3. *C. de condict. ex leg.* §. *cum ſimil. Inſtit. de offic. Judic* Sed per litis conteſtationem conſtituitur quis in mala fide *gloſſ. in L. ſed, & ſi* §. *ſi ante, ff. de petit. hæred.* ubi Bart. & Paul. de Caſtr. Capyc. Latro *deciſ.* 65. *n.* 1. Garcia *de expenſ. c.* 23. *n.* 45. *&* 46. Solorzan. *tom.* 2. *l.* 2. *c.* 29. *n.* 23. *&* 24. Giurb *deciſ.* 89. *n.* 30. *& ſeqq.* ſufficienti quidem ad condemnationem fructuum *gloſſ. verb. moram in L. item verberatum* 20 §. *ſi ſervus petitur, & in L. utique verb. utique, ff. de rei vendic.* Creſp. *obſerv.* 102. *nu.* 24. *&* 25. Ergo quamvis pereat inſtantia, fructus à prima litis conteſtatione debentur.

Confirmatur: Quia effectus malæ fidei cauſatus per 21 litis conteſtationem durat etiam perempta inſtantia *gloſſ. in L. properandum* §. *& ſi quidem verb. judicii, C. de judic.* Bart. *in lib.* 2. *C. de fruct. & lit. expenſ. & in L. cum lite mortua n.* 2. *ff. judicat. ſolvi;* Felin. *in c. cauſam, quæ de teſtib. col. pen. verſ. fallit. primo,* Capyc. *deciſ.* 11. *n.* 4. Et probat text. *in l.* 1. *de præſcript. long. tempor.* ibi; *Quod ſi prior poſſeſſor inquietatus eſt, & ſi poſtea per longum tempus ſine aliqua interpellatione in poſſeſſione remanſit, tamen non poteſt uti longi temporis præſcriptione ?* Ecce textum, in quo poſſeſſor inquietatus, licet poſtea longo tempore poſſideat, non poteſt præſcribere; quia in mala fide fuit conſtitutus: Ergo etiam poſſeſſor conventus, qui litem conteſtatus eſt, ita ut non poteſt præſcribere, nõ poterit fructus ſuos facere.

Contraria ſententia, immo quod fructus debeantur 22 tantum à tempore reſtaurationis inſtantiæ, probatur ex eo quod perempta inſtantia perinde res habenda eſt, ac ſi nunquam lis mota fuiſſet *L. cum lite mortua, ff. de judicat. ſolvi,* Capyc. Latro *deciſ.* 65. *nu.* 20. Atqui ſi lis non eſſet mota, poſſeſſor fructus faceret ſuos *L. bona fidei, ff. de adquir. rer. domin.* Ergo non à tempore primæ litis conteſtationis fructus deberi certum eſt.

Secundo : Quia mala fides reſultans ex litis con- 23 teſtatione non eſt vera, ſed ficta : ut refert Gregor. Lopez *in l.* 40. *tit.* 28. *part.* 3. *verb. doder alleva in fin.* & tradit eleganter Garcia *expenſ. c.* 23. *n.* 44. *per text. in L. bonæ fidei, ff. de adquir. rer. domin.* Ubi ad reſtitutionem fructuum vera mala fides requiritur. Unde ex ſimplici litis conteſtatione non poteſt quis in mala fide conſtitui : Ergo cum per litis conteſtationem poſſeſſor in vera mala fide conſtitutus non fuiſſet, & poſtea inſtantia perierit, non à prima conteſtatione, ſed ab inſtaurata inſtantia fructus debentur.

Tertio : Quia ſi talis poſſeſſor teneretur ad fruc- 24 tus, eſſet qui ex litis conteſtatione factus fuit malæ fidei: ſed hoc eſt falſum : Ergo contrarium dicendum eſt. Probatur minor ex text. *in l.* 2. *ff. pro empt.* ibi; *Non interpellari uſucapionem meam litis conteſtatione.* Deinde quippe non ſolet fieri deterior conditio eorum, qui litem conteſtati ſunt *L. non ſolet ff. de reg.*

juris: & rurſus quoniam nemo tenetur jus ſuum indeſenſum relinquere L. illud. ff. de petit. hæred. Et neque ratio, neque jus patitur, ut ſi ego poſſideo rem, quam à patre habui, qui eam à Titio emit, ſola petitione à te facta nullis inſtrumentis ſulcita, protinus ſi non reſtituam, conſtitutus ſim in mala fide? Ut conſiderat Garcia d. c. 23. n. 45. ubi bonam fidem durare, etiem poſt litem conteſtatam aſſeverat, & duram eſſe contrariam ſententiam dixit Capyc. Latro deciſ. 65. nu. 5. 6. & 7. Et ideo ſacrum Concilium hanc partem approſſe, tanquam æquiorem teſtatur n. 8.

25 Quæ denique probatur ex eo, quod fructua veniunt ex officio Judicis deſerviente actioni intentatæ l. 4. §. poſt litem conteſtatam ff. fin. regund. Sed officium Judicis expirat perempta inſtantia l. 4. ff. depoſiti. Ergo, ut fructus debeantur, debet attendi inſtantia reſtaurata, non perempta. Et ex hoc fundamento cantando palinodiam hanc ſententiam tuetur Fechin. lib. 12. cap. 73. quæ fuit gloſſ. ſingularis in l. 2. verb. litigator. C. de fruct. & lit. expenſ. Tiraq. de retract. lignag. §. 15. gloſſ. 2. n. 18. & 19. Pereyr. de fideicommiſſ. art. 49. n. 139. & lib. 4. conſ. 35. n. 12. Theſaur. deciſ. 29. in fin. Et hanc opinionem magis rationi conſonam dicit Capyc. Latro d. deciſ. 95. in fin. Et eam ſequitur ibi Michaël. Angel. Gizz. obſervat. 65.

26 Quæ confirmatur ex eo: quod ut bonæ fidei poſſeſſor non teneatur ad reſtitutionem fructuum, ſufficit malem fidem abeſſe. Menoch. de recuper. remed. 15. n. 629. Gratian. c. 120. n. 19. Valenz. conſ. 156. n. 36. Farin. dec. 66. tom. 1. Novar. dec. 144. n. 5. Angel, Gizz. d. obſerv. 65. n. 10. Atque ita, cum præſumptio malæ fidei indulta per litis conteſtationem contraria præſumptione inſtantia perempta tolletur, nil mirum, quod poſſeſſoris mala fides abſit; & quod non teneatur ad fructus primæ litis conteſtationis, ſed à tempore inſtantiæ inſtauratæ: Et ſic judicavit Senatus me Judice in dicta cauſa die quinta Maii 1668. Actuario Freyras. Quam opinionem ſequendam dixi propter Ordinat. lib. 3. tit. 64. quæ ſententiam Accurſii in judicando ſequi jubet; dummodo non ſit communiter reprobata.

27 Non obſtat fundamentum contrariæ ſententiæ l. 1. Cod. de præſcript. long. temp. quatenus ibi probatur præſcriptionem non currere, etiamſi poſt peremptam inſtantiam adſit longi temporis poſſeſſio. Quoniam reſpondetur, quod ratio eſt, non quia mela fides impediat præſcriptionem; ſed quippe interruptio ſemel facta per litis conteſtationem in majus tempus actionem perpetuavit ebſque eo, quod neceſſeria eſſet ſententia. Ita Salicet. in d. l. 2. prope u. 9. Quem refert, & ſequitur Fachin. d. c. 73. verſ. non. obſtat. Vel quia, ut dicebet Ripe in d. l. 2. n. 28. C. de fruct. & lit. expenſ. per litis conteſtationem removetur negligentia, in cujus odium currebat præſcriptio.

28 Quæ reſolutio multo magis procedit, quando inſtantia perempta fuit culpa, & negligentia actoris, qui poterat litem proſequi, & nullum habuit juſtum impedimentum gloſ. notabilis in c. placuit 2. §. præſcriptionem verb. interrupta 16. q. 3. Roman. in L. ſi vero §. de viro n. 34. fallent. 7. de ſolut. matrim. Rimin. in l. 2. col. 1. Cod. de edend. Capyc. deciſ. 11. ſub. n. 8. verb. quarto obſtat Trentacinq. d. lib. 2. tit. de judic. reſolut. 4. n. 36.

29 Deinde obſervandum eſt, quod ita ut jura, & actiones defuncti tranſeunt in hæredes L. cum hæredes 23. ff. de adquir. poſſeſſ. L. hæredem, ff. de reg. juris, L. hæredes 37. ff. de adquir. hæred. Quod intellige poſt aditam hæreditatem l. 3. §. ſi quæſita ff. de hæred. inſtit. lib. 3. §. ſiquis hæredi, ff. de ſtat. homin. L. qui plures 12. ff. de vulgar. & pupill. ſubſti. L. ſi ſervus communis 18. ff. de ſtipul. ſervor. quia hæres cum defuncto eadem cenſetur perſona, & illum repræſentat, lib. 1. & 2. de hæred. action. Auth. de jure jur. à morient. præſt. §. 1. L. cum à matre, C. de rei vendic. Surd. conſ. 15. n. 2. conſ. 165. n. 1. conſ. 221. n. 24. Cæſar. Barz. deciſ. 64. n. 10. Ita etiam in hæredem tranſit cauſa, lis, & inſ- 30 tantia tam activè, quam paſſive L. ſi is, qui 34. ff. de judic. L. ſi cum 33. ff. de fidejuſſ. Abb. in c. quia V & ibi Felin. n. 2. Decius n. 6. de judic. Caſtill. lib. 2 controv. c. 9. n. 5. Barboſ. in L. ſi conſtante 25. §. ult. à n. 15. ff. ſolut. Matrim. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 53. à n. 18. Tondut. de prævent. 1. p. c. 30. n. 18. Surd. conſ. 196. n. 12. & conſ. 222. n. 10. conſ. 514. n. 7. Molin. de Primog. lib. 4. cap. 8. n. 6. Salon de Pace conſ. 4. n. 2. & 3. Andr. Gail. lib. 1. obſervat. 37. n. 8. poſt plures Amat. reſolut. 86. n. 11. Thuſc. litter. l. concluſ. 210. n. 1. Antonel. conſ. 5. n. 6. Arias de Meſa lib. 3. var. cap. 38. n. 6. Et quidem tranſit inſtantia in eodem ſtatu, quo erat 31 tempore mortis defuncti: & ita hæres de novo litem incipere non debet, ſed ceptam proſequitur L. filius §. multum, ff. de inoffic. teſtam. Angel. in L. tam ex contractibus n. 4. ff. de judic. Amat. d. reſolut. 86. n. 2. & 5. Immo ad hoc ut inſtantia tranſeat in hæredem, non requiritur litis conteſtatio; ſed ſufficit citatio, vel libelli datio Barboſ. in d. §. fin. n. 21. verſ. colliges, Amat. reſolut. 86. n. 84. & 85.

Et notat Quod ſi plures defuncti ſint hæredes, te- 32 nentur omnes unum conſtituere procuratorem L. cui fundus, ff. de condit. & demonſt. ibi: Et omnis numerus eorum, qui in ejus locum ſubſtituuntur pro ſingulari perſona eſt habendus. Paul. in L. ſi quis cum procuratio §. unius, ff. de procurat. ne litigans per diverſos diſtrahatur adverſarios contra l. 1. in fin. cum. L. ſeqq. ff. de exercitor action. lib. 3. ff. de alimen. & cibar. leg. Soccin Jun. conſ. 71. n. 14. 15. & 18. vol. 4. Perez de Laza de anniverſar. lib. 1. cap. 4. n. 34. 35. & 36.

Verum prædicta inſtantia non tranſit in hæredem 33 ipſo jure, ſed mortuo uno ex litigantibus ſtatim judicium, & inſtantia ſtat: ut probat Ordinat. lib. 3. tit. 27. §. 2. ibi: E tanto que cada hũa das partes ſe finar, em qualquer tempo, & parte de juizo, logo ceſſa juizo, & inſtancia deſſe feito. Antonin. Amat. reſolut. 86. n. 86. Et ſicut inſtantia poſſit continuari, opus eſt, quod citetur hæres, ad hoc ut in eum transferatur inſtantia L. edictum, ff. de judic. L. orationi ff. de fer. Et probat Ordinat. d. §. 2. ibi: E nño irão os Iulgadores port elle mais em diante atè que os herdieros daquelle, que ſe ſinou, ſe jaõ novamente citados. Immo productis articulis, quos vocamus de Habilitaçam, Judex interponit decretum declarans inſtantiam tranſire in hæredem, & cum eo continuari poſſe, ut praxis obſervet, & notant Amat. reſol. 86. n. 86. Tondut. d. p. 1. c. 30. n 19. 20. & 21. Et tunc hæres 34 litem proſequitur in eodem ſtatu, & in eiſdem terminis, & cum eodem jure, quod erat apud deſunctum L. hæres abſens L. ſi Prætor. ff. de judic. cap. quia extra eodem: notant Abb. Felin. & alii Roman. in L. ſi conſtante §. bona n. 13. ff. de ſolut. matr. Aſinius in prax. §. 2. c. 12. n. 4. circa med. Mantic. deciſ. 141. n. 3. Cald. in d. L. unica, C. ex delict. defunct. p. 3. n. 22. Amat. reſolut. 86. n. 5. Quod idem procedit in inſtentia appeletionis, quæ in hæredem transfunditur in eodem, quo erat ſtatu, tempore mortis defuncti l. 1. C. ſi pendent. appellation. Aſin. in prax. d. §. 2. c. 12. n. 43. Peregr. conſ. 8. n. 58. lib. 1. Amet. reſol. 86. n. 3.

Prædicta adeo vera ſunt, ut habeant locum in 35 Clerico hærede laici, cum quo erat cœpta inſtantia, quia in Clericum hæredem tranſit in eodem ſtatu, quo eret, & coram Judice laico proſequenda eſt: ut poſt antiquiores ſcribunt Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. n. 249. & 252. Surd. conſ. 222. per totum. & deciſ. 110. ubi judicatum dicit in Senatu Mantuano: Boerius deciſ. 69. num. 32. Marant. de ordin. judicior. p. 4. diſtinct. 11. Covar. pract. c. 8. n. 2. & 4. Spin. de teſtam. gloſſ. 33. n. 72. 73. & 75. Paſlador l. 2.

rer.

Digitized by Google

rer.quotidian c.fin. §.1.*n.*10. Gratian. *diſcept.forenſ.*
*c.*16.*n.*31.*& ſeqq.* Scaccia *de judic.tom.*2.*c.*11. *n.*25.
*& de appeſiat.lib.*3.*c.*2. *q.*7.*n.*133.*verſ.conſ.confirma-*
tur, Barboſ. *in L. ſi conſtante.*§.*fin.n.*27.*&* 28.*ff. de*
*ſolut. matr. & in l. hares abſens in Princ.n.*129.*ff. de*
judic. pluribus relatis Amat. *reſolut.* 86. *n.* 46. *verſ.*
contrariam. Qui ita ubique ſervari docet, & poſt ab
eo laudatos Tondur.*d.c.*30.*n.*53.Noguer.*allegat.* 19.
à 127. *cum ſeqq.* Farin. *in prax.q.*8. *n.*46. Salgad. *in*
*labyrinth. creditor p.*1.*c.*7.*n.*82. Gail.*lib.*1. *obſervat.*
73.*n.*8. Cev.*commun. contra commun. quæſt.*36. *n.*10.
& 11. Et hanc partem probavit *Ordinat.lib.*2.*tit.*1.§.8.
Quidquid in contrarium teneant plures congeſti ab
Amat.*reſolut.* 86.*n.*46. Alex. Trentacinq.*lib.*2.*tit. de*
*judic.reſol.*4.*n.*17. Nicol. Noal.*de tranſmiſſ.c.*55.*n.*12.
Peregrin. *de fideicommiſſ. art.*55.*n.*20. Idcirco ſi ſen-
tentia à laico feratur contra Clericum, ipſe Judex
illam exequi poteſt: Nam licet Hodiern.ad Surd *de-*
ciſ. 110. *n.* 18. contrarium teneat, & illum ſequatur
Tondut. *de prævent.c.*30.*n.*54. Tamen verior eſt opi-
36 nio Judicem laicum, qui Clericum condemnat poſſe
in ejus bonis temporalibus executionem facere. Quod
intelligendum his in caſibus, de quibus laicus cogno-
cere poteſt per text. *in L.addictos, ubi gloſſ.C.de Epiſ-*
*cop. audien.l.*2.*C.ut nemo privat.* Guill. Benedi.*in c.*
*Raynutius verb.& uxorem, dec.*2.*n.*147. Barboſ.*in L.*
*qui prior à n.*93.*cum ſeq.& in L.ſi poſtea; quum n.*165.
ff.de judic. Salgad. *de protect.p.*4.*c.*14.*n.*96. *& ſeqq.*
Quam opinionem amplexa eſt. *Ordin. lib.*2. *tit.*7. Et
eam tuentur Barboſ. & Salgad. *ubi ſupra,* Oliva *de*
*foro Eccleſ.p.*2.*q.*6.*n.*3.*& q.*24. *n.*59. Gabr. Pereyr.
*de man.Reg.p.*1.*c.*8.*n* 21.*verſ.& licet huic & deciſ.*
117. *n.*10. Dummodo tamen executio non fiat in bo-
nis Eccleſiæ *Ord.d.tit.*7. ibi: *Com tanto, que os bens*
naon ſejao verdadeiramento da Igreja Eo enim caſu
Judex ſecularis debet requirere Eccleſiaſticum im-
plorando ejus auxilium, Oliva *d.*24.*n.*60.*&* 61. An-
charran.*in cap. ſignificaſti de offic.delegat.* Pereyr.*d.*
*c.*71.*n.*8.*circa fin.* Quod etiam extenditur ad fructus
Beneficii Eccleſiaſtci, Oliva *d.q.*24.*n.*61.
38 Non verò tranſit in hæredem inſtantia cœpta cum
defuncto, caſu, quo morte actoris, vel rei actio pe-
riret *L. unica §. videamus, C. de rei uxor. action. L.*
5.§.*penult.ff.de liber.agnoſ. L.unica.C. ex delict. de-*
*functor.l.*1.*& per totam, Cod.ſi reus vel accuſator mor-*
tuus fuerit, Angel. *in d. L. tam ex contractibus n.*4.
verſ. hoc eſt verum, ff.de judic. Amat. *reſolut.*86.*n.*6.
Ordinat.lib 3.*tit.*27.§.2. Non enim tranſit inſtantia in
hæredem, quando negotium tranſitorium non eſt *L.*
ſi operarum judicio ff.de operib.libertor. Bald. *in l.*1.*n.*
2.*C.ſi pendent.appellat.* Noval. *de tranſmiſſ. cap.* 55.
n. 23.
39 Et poteſt exemplificari prædicta reſolutio in reo,
qui litem conteſtat, & ante ſententiam mortuus eſt,
quamvis enim pœnalis actio ante litem motam regu-
lariter non tranſeat in hæredem, tranſit tamen, ſi
cum defuncto lis fuerit conteſtata *L. unica C. ne ex*
delict. defunctor. Laudi gloſſ. de privat. delict. L. ex
judiciorum 20.*ff.de accuſat.* Clar.§.*fin.q.*51.*n.*19. Co-
varr.*lib.*1.*var.cap.*3.*n.*7. Reynoſ.*obſerv.*40.*n.*11. An-
ton. Gomez *lib.* 3.*var. c.* 1. *n.* 78. *&* 84. ubi additio
Joann. de Aylon *n.*85. Caldas Pareyr. *in l. unica p.*
3.*n.*28. *C.ne ex delict. defunct.* Anton. Fab. *in C.lib.*
4.*tit.* 12. *de fin.* 2.*n.*4. Hermoſ. *in l.*5.*tit.*3.*partit.*5.
gloſſ. 1. *d.* 13. *& in l.* 56. *tit.*5.*partit.*5.*gloſſ.*1. *n.*39.
Creſp. de Valdaur. *obſerv.*8.*n.*9. *&* 10. Menchac. *Il-*
*luſt.c.*96.*n.* 25. Tondut. *de prævent. p.*2. *c.*62. *n.*13.
40 Merch. de Valen. *Illuſtr. lib.* 2. *tract.* 2. *c.* 2 *n.* 11.
Intelligendo in privatis delictis, in quibus ſi lite con-
teſtata reus moriatur, tranſit in hæredem actio pæna-
lis: in quibus terminis loquuntur DD. proximè rela-
ti, & Pichard *in §. his autem n.* 43. *Inſtit. de leg.*
Aquil, Fachin. *l.*9.*contr.c.* 5. Farin. *in prax q.* 10. *ex*
n. 50. Amaya *in l. fin. C. de jur. fiſc. lib.* 10. *n.* 26.
Tamen in publicis delictis ad hoc, ut in hæredem 41
tranſeat inſtantia, non ſufficit, quod lis fuerit con-
teſtata cum defuncto, etiam quoad pœnam bonorum
confiſcationis, ſed neceſſario deſideratur, quod de-
functus in vita fuiſſet per ſententiam condemnatus,
nam mortuo reo ante ſantentiam delictum extingui-
tur, & litis conteſtatio evaneſcit *l. in Senatus conſul-*
tum 15.§.*ſi propter ff. ad Turpill. l. ex judiciorum, ff.*
*de accuſat.lib.*3. *l. defuncto* 6.*ff. de public. judic. l.*1.
*l.*2. *l. defuncto* 4. *C. ſi reus vel accuſat.mort. fuer.* Et
probatur apud Caſtellanos *en lib.* 23. *tit.* 1. *partit.* 7.
Et apud nos probatur etiam *ex Ordinat. lib.*3.*tit.*82.
§.3. Anton. Gomez *d. cap.* 1. *n.* 81. Hyppolit. de
Marſill. *in l. fin.n.*18.*ff. de quæſt* Anton. Gomez *tit.*
de malef. concluſ. 35. *in princ.* Jul. Clar. *d.q.*51.*n.*12.
& 16. Farinac. *d. q.*10.*n.*45. Pereyr. *de jur. fiſc.lib.*
4.*tit.*4.*n.*9.*& tit.*5.*n.*1. Hermoſ. *in l.* 5.*tit. partit.* 5.
*gloſſ.*1.*n.*18. Amaya *in l.fin.n.*27.*C.de jur. fiſc.lib.*10.
Creſp.de Valdaura *obſerv.*83.*n.*4.*& ſeqq* Valent. *Il-*
*luſtr. lib.*2.*tract.*2.*cap.*2.5. 6. *&* 7. Tondut. *d.p.* 2.*c.*
62. *n.* 14.
Quæ de ſententia condemnatoria lata in vita de- 42
functi dicta ſunt: intellige de illa, quæ in rem judi-
dicatam traſivit: ut per Anton. Gomez *lib.*3.*c.*1.82.
verſ.item adde, Hermoſill.*in d.l.*5.*gloſſ.*1. *n.*19. Va-
lent. *d.c.*2.*n.*7. Si enim reus à ſententia provocavit,
& appellatione pendente mortuus eſt, vel intra tem-
pus ad appellandum lis, & condemnatio extinguitur
in his publicis Judiciis non tantum quoad pœnam cor-
poralem, ſed etiam quoad bonorum confiſcationem
ex a ratione: quia appellatio quodammodo extin-
guit judicatum, & reponit cauſam, & perſonam in eo
ſtatu, quo erat ante litem conteſtatam *l.*1.§.*fin. ff.ad*
*Turpill. l.*1. *verſ. final. ff.de pæn. l. ita demum,* ubi
Bald. *& communiter DD.C.de procurat.l.fin.C.ſi reus,*
vel. accuſat mort. fuer. Anton. Gomez *in l.* 4. *Tauri*
*n.*6. Gam. *de Sacram.præſtand.q.*6.*n.*2. Gratiam. *diſ-*
*cept forenſ.c.*40.*n.*45. Maran. *de ordin. judic.p.*4.*diſ-*
*tinct.*6.*q.*1.*n.*16. Cald. Pereyr. *de nom.q.*5.*n.*25. Poſt.
de manut. obſerv. 8. *n.* 53. *& ſeqq. & dec.* 36.*n.*10.
Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *p.* 1. *n.* 68.
Ubi dicit appellationem extinguere judicatum quoad
præterita, ſed inſpecto futuro eventu circa confirma-
tionem ſuſpendere affectum ſententiæ, Valaſc. *con-*
ſult. 1.*n.*9.*verſ. nec. adeo fortes.* Gutier. *lib.*1. *pract.*
*q.*39.*n.*6. Caſtill. *de alim.c.*8. *n.*1. Magon. *dec. Flo-*
rent. 132. *n.* 11. *&* 12. Hermoſill. *d. gloſſ.* 1. *n.* 19.
Ac proinde pendente appellatione reus cum affectu
condemnatus dici nequit Fontan. *d.gloſ.*10.*p.*1.*n.*69.
Et ſic ſi reus in vita appellavit, & idem clauſit extre- 43
mum, judicium ſolvitur, & delictum extinguitur, tam
quoad pœnã corporalem, quam quoad bonorum con-
fiſcationem: ut eſt text. expreſſus *in l. fin.C.ſi reus*
vel accuſat.mort.fuer. ibi: *Si quis cum capitali pæna,*
vel deportatione damnatus eſſet, appellatione interpo-
ſita, & in ſuſpenſo conſtituta, fati diem functus eſt, cri-
men morte finitum eſt: Cõſonat. *Ord. Regia lib.*3. *tit.* 3.
*tit.*82.§.3. ibi: *E ſe algum homem foſſe accuſado, & con-*
demnado por tal crimine porque ſegundo direito deva
perder os bens por ſentenza dada contra elle, & pendẽ-
do a appellaçam elle moreſſe, ſica o feito findo naon
sòmente quanto à pena do corpo, mas ainda quanto à
pena dos bens. Faciunt jura *in L.defunctis* 4.*C.ſi reus,*
*vel accuſat.mort.fuer.l.*2.*l.defuncto* 6.*ff.de public. ju-*
dic.l.fin.ff.ad l.Jul. Majeſt. l. ex judiciorum 20. *ff. de*
accuſat. Propter quæ fundamenta hanc partem tenet
gloſſ. in d.l.ex judiciorum, quam extollunt Bart. An-
gel. Alberic. & Bald. *in l.unica, C.ne ex delict. defunc-*
tor.& in c.quoniam contra de prob.col.pen. Ant. Gom.
*d.cap.*1.*n.*82. Mench. *illuſt.c.*96.*à n.*17. poſt plures Fa-
rin. *d.q.*10.*n.*46. Peregr. *de jure fiſc.lib.* 4. *tit.* 5.*n.* 3.
Gabr. Pereyr. *deciſ.* 71.*n.* 8. Grival *deciſ. Dolan. c.*

n.9. Cald. *in L. unica C. ex delict. defunct. 3.p.n.4. & 5.* Et quidem recte, quia appellatio conſervat ſtatum appellantis, Lancelot. *de attent.c.12.in præf. n.83. in fin. & n.114. verſ. ſecundùm alios*, Fontan. *de pact. nupt. clauſ.4. gloſſ. 10. p. 1. n. 68.* Guazin. *de defenſ. reor. defenſ. 36. c. 15. n. 2.* Ludov. Poſt *de manuten. obſerv. 8. n. 47. & 55.*

45 Quod aecdum procedit, quando reus mortuus eſt pendente appellatione; ſed etiam quando deceſſit pendenta termino ad appellandum *l. fin. Cod. ſi reus vel accuſat. mort. fuer.* Ant.Gomea *d. cap. 1. n. 82.* Mench. *d. c. 96. ex n. 17.* Medices *in tr. mors omnia ſolvit.2.p.concluſ.32.n.37.* Peregr. *d.tit.5. n.38.* quia paria ſunt pendere terminum ad appellandum, & eſſe appellatum Scaccia *de appellat. q.3. à n.16.* Caſtill, Soto major *de aliment. c.98. n.2.* Franc. Vivius *deciſ. 34. n. 16.* Anton. Amat. *reſol.93. n.6.* Gabr. Pereyr. *de Man. Reg. 1. q. c. 22. n. 35.*

Contrariam opinionem, nempe quod confiſcationis, aut pecuniaria pœna ſemper tranſiri hæredem modo appellatio interpoſita ſit, modo non, tuetur Jacob. de Revena *in d. l. ex judiciorum*, quem ibi ſequitur Bartol. & agnoſcunt Farinac. *d. q. 10.n.47. & 57.* Cald. *d. q.3.n.4.* Pereyr. *d. tit.5. n. 38.* & alii, quos ſequitur Amaya *in l. fin.C.de jure fiſc.lib.10.n.31.* Petr.Caball.*reſolut.crimin.caſu 296. n. 13. & ſeq.* moti *ex d. l. ex judiciorum*, quatenus requiritur ſententiam condemnatoriam. Quæ intelligenda eſt de prima ſententia per text. *in l.bove §. hoc ſermone, ff. de verbor.ſignific. & ex d.l.fin. C. ſi reus, vel accuſat. mort. fuer* Dum in primo caſu loquitur, quando tantum corporalis pœna fuit impoſita, namque tunc extinguitur delictum morte rei, neque pœna tranſire debet in hæredem: cum ſolum tenere debeat ſuos authores *l.ſancimus, de pœn.* Cald.Pereyr. *d.3.n.9.* Secundo verò caſu *d. 1. l.* quoad bona adhuc remanet examen poſt mortem rei per text. *in l.3. C. ſi pendent. appell.*

47 Ego verò has diſſidentes Doctorum opiniones conciliandas cenſeo: ita ut prima opinio *gloſſ. in l. ex judiciorum*, procedat in publicis criminibus, in quibus per legem non ſolum imponitur pœna corporalis, ſed etiam amiſſionis bonorum. Si enim hoc caſu reus condemnatus objerit poſt appellationem interpoſitam vel intra tempus ad appellandum, ſtatim delictum extinguitur, & judicium ſolvitur, tam quoad pœnam corporalem, quam quoad bonorum ademptionem, ſi in conſequentiam delicti bonorum confiſcatio veniat. Et in his terminis procedit *Ordin.d.tit. 82.§.3.* ibi: *Porque ſegundo diretto deve perder os bens*
48 *per ſentença.* Contraria vero opinio locum habeat in delictis, in quibus confiſcationis bonorum pœna non eſt impoſita à lege, ſed Judex ultra pœnam corporis afflictivam, reum in amiſſione bonorum condemnavit, vel aliqua pœna pecuniaria: cum idem judicetur de pœna pecuniaria, quam de confiſcatione bonorum in terminis propoſitis ex identitate rationis: ut ſcribunt Angel.*in l. 2. Cod. ſi reus, vel accuſat.verſ. quid autem ſi reus, & in l. unica n.5. verſ quid. autem. C. ex delict.defunct.* refert, & ſequitur Petr.Caball. *caſu 289.n.15.* Si igitur reus ita fuerit condemnatus, & appellatione interpoſita fato ceſſerit, vere quidem quoad pœnam corporalem extinguitur judicium; remanet tamen examen quoad bona, & pecuniariam pœnam. Et ſic citato hærede, in quem inſtantia tranſit, appellatio proſequenda erit. Et in hoc caſu loquitur text. *in d.L.fin.verſ.ſinautem. C. ſi reus, vel accuſat.* pulchre *Ordin.d.tit.82.§.4.* cujus verba ſunt: *E ſe o crime foſſe tal. que a condennaçam delle naõ trouxeſſe neceſſariamente perdimento dos bens & o reo foſſe condennado em pena corporal, & mais que perdeſſe os bens: Em eſte caſo ſe o reo morreſſe pendendo à appellaçam, ſeria o feto findo quinto à pena de corpo, mas naõ quanto à pena dos bens. E por tanto ſe procederá pelo feito em diante para ſe ver, ſe o reo foi culpado non crime. E por conſeguete ſe julgarem os bens por perdidos, aſſi como foi julgado pello Juiz, de que foi appellado.* Pungit Cald.*in d.l.unica p.3.n.5.* Qui tamen per argumentum à contrario deductum *ex d. §.4.Ordinationi* probare conatur, quod in delictis, in quibus ultra pœnam corporalem à lege confiſcationis pœna imponitur: mortuo reo appellatione pendente judicium ſolvitur tam quoad pœnam corporalem, quam quoad amiſſionem bonorum; etiamſi Judex principaliter reum condemnet in bonorum amiſſione. Contrarium vero obſervandum dicit caſu, quo Judex ex delicto in quo de jure non erat impoſita pœna confiſcationis, reum condemnavit in amiſſione bonorum ultra pœnam corporalem.

Conficit ita Cald. argumentum *Ordinat. lib.3. tit.* 49
82.§.fin. & perdurare conſtituit judicium quoad pœnam amiſſionis bonorum, quando reus pendente appellatione deceſſit, & Judex eum condemnavit expreſſe in amiſſione bonorum ex delicto, quod neceſſario non trahebat ſecum bonorum privationem: Ergo ſi delictum ejus naturæ, & qualitatis eſſet, quod in conſequentiam trahat privationem bonorum, extinguitur crimen, & judicium quoad utrumque pœnam mortuo reo pendente appellatione. Et ex hoc argumento dicit ita intelligendam eſſe Ordinationem & à communi doctorum traditione recedit.

Cæterum ſalva pace tanti viri valde dubia mihi 50
videtur prædicta reſolutio, & legis Regiæ intelligentia: quippe qui videam, quod lata ſententia de crimine publico contra reum, qui appellatione pendente deceſſit, extinguitur crimen, & ſolvitur judicium, etiam reſpectu publicationis bonorum, ſi confiſcatio tacite ineſt ex natura delicti; vel etiam per Judicem expreſſa ſit acceſſorie, non vero ſi æque principaliter. Probat text.*in l.1.ff. ſi pendent. appellat.* melior text. *in l.3. C.eod.* cujus verba ſunt. *Si is qui ademptis bonis in exilium datus eſt, appellaverit, ac pendente procuratione defunctus eſt, quamvis crimen in perſona ejus evanuerit, tamen cauſam bonorū agi oportet: nam multum intereſt, utrum capitalis pœna irrogata bona reo quoque adimat (quo caſu morte ejus extincto crimine nulla quæſtio ſupereſſe poteſt.) An vero non ex damnatione capitis, ſed ſpeciali præſidis ſententia bona auferantur, tunc etiam ſubducto reo ſola capitis cauſa perimitur bonorum remanente quæſtione. l. fin. C. ſi reus vel accuſat. mort. fuer.* Ex quibus juribus deducunt Doctores, quod etiam in caſu, quo confiſcatio venit in conſequentiam delicti, ſi Judex principaliter reum condemnat in amiſſione bonorum, defuncto eo pendente appellatione judicium extinguitur quoad pœnam corporalem: Et ita ſcribunt Cynus, Bart.Bald.& Salicet.*in d.lib.3.* Et eſt communis opinio ſecundum Ant.Gomez. *lib.3. var. c. 1. n.83.* Peregr.*de jure fiſc.lib.4. tit.5. n.40.* qui adduxit *gloſſ. in l.ratione §.cum quidam ff.ad l.Falcid.* Farinac. *d. q.10.n. 47.* Pichard. *in §.non autem n. 63. Inſtit. de perpet.& tempor.action. & in manuduct.ad prax.4. p. §.4.n.7.* Petr.Caball.*caſu 298.n.23.* Octavian.Cacheran.*dec.148. ante n.9. verſ.nec repugn.* optime Tondut.*de prævent.2.p.63.n.15.* Mench.*illuſtr. c.96.n.17. & 18.* agnoſcit ipſe Cald. *d.3. p. n.4.* Ubi ait, quod tunc dicitur Judex principaliter condemnare in amiſſione bonorum, quando dicit: Condemno Titium in tali pœna capitali, & publicatione bonorum; acceſſorie verò cum dicit. Condemno in tali pœna cum publicatione bonorum: ſequitur Peregr. *d. lib.4. tit. 5. n. 40.* Farinac. *d. q. 10. n. 57.*

Plane *Ordinat. d. tit. 82. §. 3.* eandem juris com- 51
munis deciſionem fuit amplexa: & eo caſu judicium extingui declarat, quo reus condemnatus ex delicto, ob quod bona amittere debebat per ſententiam, pendente appellatione diem clauſit extremum; & tunc judi-

Digitized by Google

judicium ſolvi diſponit, tam ad pœnam corporalem quam amiſſionis bonorum. Non tamen aperit Legiſlator, quod reus erat expreſſe, & æque principaliter condemnatus in pœna amiſſionis bonorum. Proindeque intelligenda eſt Ordinatio, ut procedat, quando ex condemnatione corporali tacite, & in conſequentiam ſequitur amiſſio bonorum juxta terminos text. *in d.l. ſi pend.appell.* non vero intelligi debet, quando principaliter, & ſpecialiter facta fuit condemnatio bonorum. Quo caſu de jure communi cauſa circa bona proſequenda eſt juxta text. *in d. L.* 3. Et id circo cum legum correctio ſemper ſit vitanda, inciviliter Caldas juris communis, & Doctorum opinionis reſolutionem rejicit. Atque ita *Ordinatio in d.* §. 3. intelligenda eſt ſecundum jus commune, ut minus illud lædere cenſeatur *lib. 2. ff. de noxal.* Ruin.
52 *conſil.* 90. *n.* 4. Gratian. *cap.* 406. *n.* 13. Camunc. *deciſ.* 53. n. 9. & 10. Amat. *reſolut.* 1. *n.* 74. & 75. Arias de Meſa *lib. 2. var. cap.* 29. *n.* 84. Giurb. *de ſucceſſ. feudor. prælud.* 3. *n.* 39. Franc. Ferret. *ſuper conſtit. de los empuberes gloſſ.* 2. *n.* 157. Quaſi ille caſus confiſcationis expreſſæ, & ſpecialis omiſſus fuerit *in d.* §. 3. Quo dato remanet in diſpoſitione juris communis *cap. penult. de jurejur.* Bald. *in d. L. ſi mater, C. de inſtit. & ſubſtit.* Gratian. *forenſ. c.* 813. *n.* 15. Amat. *reſol.* 75. *num.* 22. & 23. Vincent. de Franch. *deciſ.* 71. *n.* 7.

53 Neque obſtat argumentum deductum ex *Ordinatione d. lib.* 3. *tit.* 82. §. 4. quia ejus ſpecie Legiſlator diverſum caſum propoſuit: in eo ſcilicet, qui condemnatus fuit in pœna corporali, & confiſcatione bonorum propter delictum, ex quo neceſſario non veniebat imponenda confiſcationis pœna, qui pendente appellatione deceſſit: Et tunc decidit delictum quoad perſonam extingui, non quoad bona. Quoad idem diſpoſitum erat de jure communi *in d. L. fin. verſ. ſin autem, C. ſi reus, vel accuſat. mort. fuer.* Ubi Imperator idem diſponit, quod Legiſlator noſter. Nota verba text. ibi: *Sin autem religionis pœnam nam ſuſtinuit, & in parte bonorum damnatus appellatione uſus eſt, etiam poſt mortem cujus nibilominus appellationem ratio examinabitur, cum deſideretur, utrum valeat necne particularis publicatio.* Audi nunc Luſitanum Legiſlatorem *in d.* §. *fin.* Cujus verba ſunt: *E ſe o crime foſſe tal, que a condenaçam delle naõ trouxeſſe neceſſariamente perdimento dos bens & o reo foſſe condennado em pena corporal, & mais que perdiſſe os bens. Em eſte caſo ſe o reo, morreſſe pendendo a appellaçam, ſeria o feito fiado, quanto à pena do corpo, mas naõ quanto a pena dos beus. E por tanto ſe procedera pelo feito em diante para ſe ver, ſe o reo era culpado no crime: & por conſeguinte ſe julgarem os bens por perdidos, aſſi como foi julgado pello Juiez, de que foi appellado.* Ecce caſum congruentem diſpoſitioni *d. l.* 3. *C. ſi prend. appell. & d. L. fin. C. ſi reus, vel accuſat. mort. fuer.* qui eſt valde diverſus ab eo, de quo, *Ordinat. in d.* §. 3. Et ideo Caldas non bene argumentum deducet, quod cum ſit à contrario ſenſu, & eo admiſſo detur legum repugnantia, ſed ſiſtere nequit Vincent. de Franch. *deciſ.* 87. *n.* 17. Præſertim quia ſi admitteretur, daretur legis ante-
54 rioris derogatio, nempe text. *in d. l.* 3. *C. ſi pend. appell.* Quibus in terminis argumentum à contrario non procedit *lib. 2. Cod. de condit. incert. gloſſ. in Clement.* 1. *de ſentent. excommun.* Creſp. de Valdaura *obſerv.* 96. *num.* 22.

55 Ex quibus jam patet: Quod licet in publicis delictis non tranſeat inſtantia in hæredem etiam lite conteſtata cum defuncto. Tamen ſi reus fuerit per ſententiam condemnatua in confiſcatione bonorum expreſſe, & principaliter, vel in pœna pecuniaria, bene tranſit in hæredem inſtantia appellationis, quæ quoad bona ſalva manſit: ut præter citatos ſupra bene fundat Noal. *de tranſmiſſ. caſu* 55. *n.* 8. Sed qua ratio- 56
ne in privatis delictis tranſeat inſtantia lite teſtata in hæredem; non vero ſic in publicis judiciis? Quæſtionis eſt. Et quidem primo advertendum; quod ex criminibus judiciorum publicorum civiliter agi non poteſt, ſed tantum criminaliter, & jure extraordinario. Ex privatis vero delictis non ſolum agi poteſt civiliter, & jure ordinario; ſed etiam criminaliter: 57
& extraordinario jure *L.* 3. §. 1. *& ult. ff. de offic. Præf. Virgil. L. ult. ff. de privat. delict. l. penult. ff. de condict. cauſ. dat. l. interdum* 51. §. *qui furem l. ult. ff. de furt. l. fin. ff. de injur.* Cujac. *lib.* 22. *ff. Julian. in d. l. interdum* §. *qui furum* Petr. Gregor. *lib.* 32. *ſyntagm. c.* 26. *& lib.* 47. *c.* 6. *n.* 5. Valent. *lib.* 2. *tract.* 2. *cap.* 2. *n.* 11. Et rurſus animadverti oportet quod per 58
litis conteſtationem in judicio quaſi contrahitur antiquæ oblationis novatio inter litigantes, quam neceſſariam appellamus *l. ſi inſulam* 84. *ff. de verb. obligat. l. delegare l. aliam* 29. *ff. de novation. l.* 3. *Cod. eod.* Petr. Gregor. *lib.* 21. *ſyntagm. cap.* 10. Anton. Faber. *lib.* 16. *conject. cap.* 14. Duaren. *ad tit. de novat. cap.* 1. Donel. *lib.* 1. *comment. cap.* 14. Valent. *lib.* 1. *Illuſtr. tract.* 4. *cap.* 6. *n.* 11. *&* 12. *& l.* 2. *tract.* 59
1. *cap.* 2. *n.* 12. Hæc autem novatio, quæ per litis conteſtationem fit, eam continet conditionem, ſi condemnatio fuerit ſecuta; tunc enim antiqua obligatio in judicati actionem transfertur *l. tutor.* 15. *ff. ſi quis caution. l.* 4. in *princ. &* §. *ſi quis condemnatus, ff. de re judic. l. ſi procurator.* 19. *ff. de procurat. l. & eleganter* 7. *ſi dolo, l. ſervus* 20. §. 1. *ff. de dolo, l. actori* 8. *C. de reb. credit.* Donel. *lib.* 16. *cap.* 21. Cujac. *lib.* 24. *quæſt. Paul. in d. l. aliam*, Hotoman. *obſerv. lib.* 8. *cap.* 5. Valent. *d. tract.* 2. *cap.* 2. *n.* 13. & ante eum Caldas *in d. l. unica*, *C. ex delict. defunct. par.* 3. *n.* 7.

Unde cum per litis conteſtationem in judicium de- 60
ducatur id, quod antea debebatur, vel ex contractu, vel ex delicto *l. ſi rem* 31. §. 1. *ff. de novat.* & in publicis judiciis non de re ſamiliari, aut privata utilitate, ſed de publica vindicta tractetur. *l. locatio* §. *quod illicite, ff. de public. & vectigal.* nihil aliud in novatione continetur, quam pœna corporalis, & perſonæ coërcitio, licet pœna pecuniaria ſit *l. aliud* 131. *ff. de verbo. ſignific.* cum ad emendationem hominum conſtituatur *L. ſi pœna* 20. *ff. de pœn. l.* 1. *C. ad L. Jul. repetund.* Amaya in *L. fin. C. de jure fiſc. lib.* 10. *n.* 7. Intereſt enim Reipublicæ delicta puniri *L. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. l.* 4. §. *cum dominus, ff. de noxal. L. ſi à reo* 7. §. *ult. ff. de fidejuſſ. L. Stichum.* 95. *in fin. princ. ff. de ſolut.* Atque ita mortuo reo ante ſententiam cum judicium diſſolvatur, & ſententia, vel condemnatio invalida futura ſit *L. defuncto* 6. *ff. de public. judic. L. de in Senatus conſultum* §. *ſi propter ff. ad Turpill.* nil mirum, quod inſtantia non tranſeat ad hæredes; ſiquidem tempore ſententiæ, ſub cujus conditione novatio facta fuit, non reperitur perſona delinquentis, in qua condemnatio verificetur; neque rea, in qua oblatio conſiſtat *L. poſtquam in princ. ff. ut legator, ſeu fideicommiſſ. nomen caveatur, L. quoties in princ. ff. de novat.* neque hæres quantumvis delinquentis ſucceſſor alieni criminis pœnam ſuſtinere cogitur, *L. ſi pœna* 20. *L. crimen* 21. *ff. de pœn.*

At verò in privatis delictis non habet locum ratio 61
prædicta; quia in eis quando civiliter agitur non de publica vindicta, ſed de familiari judicium inſtituitur *L. interdum* 4. *ff. de public. judic.* Ideoque in hæredes tranſit actio, & contra eos condemnatio effectum ſortiri poteſt. *L. ex judicio n.* 20. *ff. de accuſation.* adhuc enim poſt mortem delinquentis ſubeſt res, in qua ſententia non ſiſtere valet; ſcilicet pecunia, vel res familiaris, quæ non tam ex delicto quam ex quaſi contractu deberi videtur. *l.* 3. §. *idem ſcribit ff.*

de

de pecul. Et inſuper reperitur perſona, ad quam obli-
gatio dirigitur; nempe hæres, qui in his, quæ juris
ſunt deſuncti perſonam repræſentat L. hæres, & hære-
ditas 22. ff. de uſu capion. L. novatio 24. ff. de novation.
l. ſi à te hærede 10. ff. ut legator. nomin. caveat. Qua-
propter ad ſolutionem condemnationis rite hæredes
adſtringuntur d. l. ex judiciorum l. omnes 26. l. conſti-
tutoribus 33. l. ſciendum 58. ff. de action. & obligat. gloſ.
& Bart. in l. ex judiciorum, Anton. Gomez. lib. 3. var.
c. 1. n. 48. Fachin. lib. 9. contro. c. 5. Pichard. in §. his au-
tem n. 41. Iuſtit. de leg. Aquil. Farinac. d. q. 10. ex n. 50.
Hermoſ. in l. 5. tit. 3. part. 5. gloſſ. 1. n. 14. & 16. Petr.
Caball. caſu 298. n. 4. Valent. illuſtr. lib. 2. tract. 2.
c. 2. n. 14. 15. 16. & 17.

62 Si vero in privatis delictis criminalis actio deducta
ſit, & delinquens moriatur poſt litem conteſtatam an-
te ſententiam, non tranſibit inſtantia in hæredem; ita
ut non tranſit in publicis judiciis, inter quæ, quando
criminaliter agitur, nulla datur differentia. Etenim,
ita ut in publicis judiciis actio datur ad vindictam:
& perſonam ſequitur; ita quando ex delicto privata
criminaliter agitur noxa, ſeu crimen caput ſequitur,
& cum perſona extinguitur l. 1. ff. de privat. delict. ſi-
quidem non de re familiari, ſed de emendatione ho-
minis, & corporali coërcitione tractatur l. fin. ff. de
privat. delict. l. ult ff. de furt. l. fin. ff. de injur. Ideoque
mortuo reo non ſubſiſtit res, in qua ſententia conſi-
ſtat, & ſolvitur judicium l. in Senatus conſultum §. ſi
propter, ff. ad Syllanian. Ex quibus non tranſire in-
ſtantiam in hæredem in terminis propoſitis ſenſit gloſſ.
in d. l. ex judiciorum Boſſ. in tit. de accuſation. n. 35.
Farinac. d. q. 10. n. 54. Mench. illuſtr. c. 96. n. 28. poſt
alios Hermoſ. in d. l. 5. tit. 3. part. 5. gloſſ. 1. n. 16. Petr.
Caball. de caſu. 298. n. 4. eleganter Valent. d. c. 2. n.
18. Ubi n. 19. & ſeq. ſatisfacit ſundamentis Anton.
Fabri, qui contrarium docuerat lib. 7. conject. c. 20.

63 Prædicta, quæ circa publica judicia dicta ſunt, ve-
lim, ut limites in criminibus exceptis, in quibus mor-
te rei delictum non extinguitur, neque judicium ſol-
vitur; ſiquidem etiam eo mortuo poteſt ab initio ac-
cuſatio inſtitui, atque proponi. Quo fit, ut à fortiori
lite cum deſuncto conteſtata in hæredem tranſeat in-
ſtantia. Sunt autem crimina excepta, quæ ſequuntur.
Primum eſt crimen læſæ Majeſtatis Divinæ, vel hu-
64 manæ l. ur ff. ad l. Jul. Majeſtat. l. penult. & ult. C. eod. l.
4. C. de hæretic. l. apoſtatarum, C. de apoſtat. §. 2. Inſtit.
de public. judic. c. ſane 24. q. 2. accuſatus §. in eo vero
caſu de hæretic. in 6. cap. filii eod. tit. in 6. Clarus in §.
hæreſis n. 21. Peregr. de jure fiſc. lib. 5. n. 29. Farinac. de
inquiſit. q. 10. n. 58. & ſeq. Tondut. de prævent. 2. p. c. 62.
n. 4. & 7. Creſp. de Valdaura obſerv. 83. n. 15. & 16.
65 Valent. de tract. 2. c. 2. n. 8. Quod tamen de hæretico
intellige, ut procedat in hæretico formali, non vero
in ſuſpecto de hæreſi; quia hujus memoria non dam-
nabitur, neque quo ad bona poterit procedi contra
hæredes: ſed tantum per ſententiam declarabitur eſſe
ſuſpectum de hæreſi, Cæſar Carena in tract. de offic.
Inquiſit. 2. p. tit. 19. §. 5. n. 9. & 10. Tondut. d. c. 62. n. 6.

66 Secundum delictum exceptum eſt repetundarum
crimen d. l. ex judiciorum ff. de accuſat. Amaya in l. fin.
n. 23. C. de jure fiſc. lib. 10. Valent. d. cap. 2. n. 8. Creſp.
de Valdaura obſervat. 83. n. 17. Tondut. de præven. p.
67 2. c. 62. n. 8. Tertium eſt crimen peculatus, & de reſi-
duis l. fin. ff. ad leg. Jul. peculatus, Tondut. d. c. 62. n. 9.
68 Valent. d. c. 2. n. 8. Creſp. d. obſerv. 83. n. 18. Quartum
eſt delictum illius, qui mortem ſibi ipſi concivit l. fin.
ff. de bon. eor. qui ante ſent. mort. ſibi conſciverunt. l.
defunctis 6. Cod. ſi reus, vel accuſat. mort. fuer. Peregr.
de jur. fiſc. l. 3. tit. 5. n. 31. & ſeq. Petr. Caball. caſ. 197.
69 Amaya in d. l. fin. C. de jur. fiſc. lib. 10. n. 19. Creſp. d. ob-
ſerv. 3. n. 24 Valent. d. c. 2. n. 8. quintum eſt delictum
de ſertoris militiæ l. 4. C. de re milit. lib. 12. Creſp. ubi
ſupra n. 20. Sextum eſt delictum eorum qui necave-
runt eos quorum ſunt ſucceſſores l. Lucius 9. ff. de jur.
fiſc. Creſp. ubi ſupra n. 2. Septimum eſt crimen aſſaſſi- 70
nii, & eorum, qui turpia lucra quæſierunt, l. in hære-
dem, 5. ff de calumniatorib. l. Lucius ff. de jur. fiſc.
Creſp. ubi ſupra n. 22. & 23. In his enim omnibus cri-
minibus, non tam inſtantia, quam actio datur in hæ-
redem, ut bona ab eo auferantur.

Et regulariter pœnalis actio datur adversùs hære- 71
dem, & à fortiori tranſit inſtantia in caſibus, ubi fac-
tum ipſo jure, vel ipſo facto punitur l. Lucius, ff. ad
Syllanian. Auth. de inceſt. nup. l. commiſſum ff. de publi-
can. & vectig. c. 1. de homicid. in 6. ordinat. lib. 3. tit. 82.
§. 3. in fin. l. 7. tit. 1. part. 7. Covar. de ſponſ. p. 2. §. 6.
Gabr. Pereyr. deciſ. 95. n. 29. & deciſ. 119. n. 7. Hermo-
ſil. in l. 56. tit. 5. part. 5. gloſſ. 1. n. 20. Peregr. de jur. fiſc.
lib. 4. tit. 5. n. 7. Tondut. d. c. 62. n. 11. Creſp. d. obſerv.
83. n. 7. Anton. Gomez lib. 3. var. c. 1. n. 80. Cujac. lib.
26. quæſtion. Papin. in d. l. ult. ff. ad leg. Jul. peculatus,
Anton. Faber. lib. 7. conjectur. c. 20. Melch de Valent.
Illuſtr. lib. 2. tract. 2. c. 2. n. 8. Angel. Boſſ. tom. 2. moral.
tit. 12 n. 174. Amaya in d. l. fin. 39. C. de Jur. fiſc. lib. 10.

Declarabis tamen, ut his criminibus exceptis quan- 72
do lis non fuit conteſtata cum defuncto, debet actio
ad pœnam intentari intra annum l. 1. ff. de leg. Jul. repe-
tundar. vel intra quinquennium l. 2. C. de apoſtat. ubi
gloſ. & Bartoll. per illum textum in l. Manichæos, C.
de hæretic. Anton. Gomez lib. 3. c. 1. n. 81. Sanch. ad
præcep. Decalog. lib. 2. c 22. à n. 38. Farinac. de hæreſ.
q. 197. §. 4. n. 102. & ſeq. Clar. §. fin. q. 51 n. 14. Boër.
deciſ. 164. n. 18. & 19. poſt plures Aug. Barboſ. in d. l.
Manichæos n. 44. & 26. Peregr. de jur. fiſc. l. 4. tit. 5. n.
33. Molin. de juſt. & jur. tom. 4. tract. 3. diſput. 45. n. 8.
& tom. 1. diſp. 73. n. 5. Noguer. allegat. 12. n. 156. Creſp.
de obſervat. 83. n. 26. & 28. Guazin. de defenſ. reor. de-
fenſ. 33. c. 26. n. 3. verſ. ſed. Doctores. Limitanda ta- 73
men venit prædicta reſolutio in crimine hæreſis, in
quo poſt mortem poteſt procedi infra quadraginta
annos ad imponendam pœnam confiſcationis bono-
rum, quæ nocet hæredibus, & quibuſcunque poſſeſ-
ſoribus cap. 2. de præſcript. lib. 6. Cujus diſpoſitio om-
nino ſervanda eſt quamvis bona applicentur fiſco ſe-
culari, ut in c. excommunicamus c. 2. §. damnamus de
hæretic. Quia in crimine hæreſis ſervatur jus Cano-
nicum, à quo præſcriptio quadraginta annorum de-
terminata eſt. Ita Anton. Gomez d. n. 81. circa fin.

Denique datur actio pœnalis in hæredem, quate- 74
nus ad eum pervenit, licet res conſumpta ſit: immo
etiam adversùs hæredem hæredis abſque ulla diſtin-
ctione L. videamus 17. ff. quod met. cauſ. Gomez 11.
var. cap. 9. n. 54. poſt. med. & aliis relatis Hermoſil. in
L. 56. titul. 5. partit. 5. gloſſ. n. 41. Amaya in l. fin. 46. &
47. C. de jure fiſc. lib. 10.

Redeundo autem ad materiam, de qua in præſenti 75
agitur: Sciendum eſt inſtantiam non tranſire in ſin-
gularem ſucceſſorem: ut poſt antiquiores ſcribunt
Peregrin. de fideicommiſſ. art. 53. n. 24. Antonin. Amat.
reſol. 86. n. 31. 33. & ſeq. Valaſc. conſultat. 160. Cabed.
par. 1 deciſ. 196. Valenz. conſ 60. à n. 6. cum ſeq. Arias
de Meſa lib. 2. var. c. 18. n. 7. Tuſch. litter. 1. concluſ.
210. n. fin. Alphonſ. de Olea de ceſſ. jure tit. 3. q. 11.
n. 18. Noal. de transmiſſ. caſ. 55. n. 6. Capyc. Latro dec.
33. n. 5. Tondut. de prævent. p. 1. c. 30 n. 23. Cum enim
his particularis ſucceſſor defunctum non repræſentet:
hoc enim ſoli hæredi competit, nullo jure in eum
tranſire poteſt inſtantia quæ in eum non tranſit, ne-
que transfertur, in quo non repræſentatur Petr. Bar-
boſ. L. ſi conſtante §. fin. n. 19. & 20. ff. de ſolut. matr.
Antonel. conſ. 5. n. 5.

Sed dubium eſt, An tranſeat inſtantia in ceſſiona- 76
rium? Et quidem jus inſtantiæ ceſſibile eſt L. cum
hæreditas ff. ad Trebell. L. in cauſæ §. fin. ff. de pro-
curator. Bartol. in l. ſi cum hominem ff. de fidejuſſor.
Bald. in l. per diverſas q. 14. C. mandati, Tiraq. de
retract.

retract.lignag. §.26.*gloſſ.*3.*n.*26. Peregr. *de conſ.* 53.
*n.*29. Mar.Muta. *deciſ.*14.*n.*6. Giurb. *dec.*107.*n.* 3.
Vincent.de Franch. *deciſ.*596.*n.*2. Joſeph. de Seſſe
77 *deciſ.* 54. *n.*4. *& ſeq.* poſt alios Amat. *reſolut.* 86. *n.*
39.Olea *de ceſſ. jur. tit.*3. *q.* 21. *n.* 18. Subindeque,
tunc tranſibit inſtantia in ceſſionarium, ſingularem-
que ſucceſſorem, ſi ſpecialis inſtantiæ ceſſio facta
fuit: vel adeo generalibus,& comprehenſivis verbis,
ut facta intelligatur, veluti ſi actio cedatur cum om-
nibus, & quibuſcumque juribus, vel ſi ceſſionarius
conſtituatur in locum cedentis *gloſſ. in d. l. in cauſæ*
§. *fin. de procurat.* De Ponte *conſ.* 6. *n.* 19. *&* 21. *&*
*conſ.*7.*n.*19.*vol.*1.Giurb. *deciſ.*84.*n.*12.*& deciſ.* 107.
per totam Amat.*reſolut.*86.*n.*40. Joan.Baptiſt.Thor.
1. *compendii deciſionum verbo inſtantia litis.* Noal.
de tranſmiſſ. caſ 55.*n.*15. Olea *d. q.* 11. *n.* 18. Ton-
dut. *de prævent.p.*1.*c.* 30. *&* 42.
78 Concluſionem ſupra poſitam, quæ habet inſtan-
tiam non tranſire in ſingularem ſucceſſorem intelli-
ge, ut procedat in actionibus perſonalibus Peregrin.
d. art. 54. *n.* 24. Caſtill. *lib.*2. *controv. cap.*9.*n.*13.
Et eſt ratio: quia perſonalis actio non datur contra
ſingularem ſucceſſorem, *L. fin.* § *Lucius, ff. de con-*
*trah. empt.l.*1.§.*ſi hæres ff.ad Trebell.l.incendium C.*
ſi cert. petat. Ant.Gomez *lib.*2. *var. cap.* 15. *n.*21. *&*
*in l.*40.*Tauri n.*13.*circa fin.* Valaſc.*de jur. emphyt. q.*
32. *n.*18. *& conſult.* 172. *n.*11. Hieronym. Leo *deciſ.*
47. *n.* 16. Cyriac. *controv.* 120. *n.* 1. *uſque ad n.* 5.
Hermoſill. *in l.*7. *tit.*4. *partit.* 5. *gloſſ.* 3. *n.*4. Andr.
Gail. *lib.* 2. *obſerv.*16. *n.*4. Valenz. *conſ.* 119. *n.* 43.
Don. Joſeph, Vela *diſſert.* 12. *nu.* 34. Atque ita in
eum inſtantia tranſire nequit.
79 Præterea intellige, ut non tranſeat inſtantia in
ſingularem ſucceſſorem voluntarium text. *in l.* 2. §.
non ſolum, ff. de hæredit. vel action. vendit. l. ſi pi-
gnoris, ff. famil. erciſcund. Aliud vero dicendum eſt
in ſucceſſore neceſſario per text. *in l. in hoc judicio,*
ff.de famil.erciſcund. quam diſtinctionem ponit Bart.
in l. ſi eum hominem ff de fidejuſſor. ſequuntur Poly-
dor. Rip. *obſervat.*95.*n.*1. *& ſeq.* Peregr. *d. art.* 53.
*n.*24. Tondut. *de prævent.p.*1.*c.*30.*n.*24. Guid.Pap.
*conſ.*24.*n.*8. Molin. *de primog.lib.*4. *c.*8.*n.*6. Amat.
reſol. 86. *n.*34.Caſtill.*cont.lib.*1.*cap.*9.*n.*2. Noal. *de*
tranſmiſſ. caſ. 55. *n.*6. Valaſc. *conſult.* 160. *n.*3. Jo-
ſeph. Seſſe *deciſ.* 54. *n.* 3. Barb. *in d. ſi conſtante* §.
fin. n. 20. *ff. de ſolut. matr.*
80 Dicitur autem ſucceſſor neceſſarius is, qui ſuc-
cedit in re, ſuper qua vertitur litigium ex Judicis
adjudicatione *d. l. in hoc judicio in fin.* vel is, ad
quem res de neceſſitate debet tranſire invito actore
dummodo ab eo cauſam habeat Valaſc. *d. conſult.*
160. *nu.* 4. Peregrin. *de art.* 53. *nu.* 24. Tondut. *d.*
cap. 30. *n.* 25. *&* 26. vel quando actio erat commu-
nis duorum; namque ſi conſolidata fuit in unum,
poteſt is proſequi judicialem inſtantiam per alium
cœptam *l. ſed & ſi unius* §. *filio ff. de injur. l. unic. &*
hoc ex rei l. C. de rei uxor. act. Peregr. *de art.* 53. *nu.*
24. *& l.*1.*conſ.*8.*n.*58. Tondut. *d.c.*30.*n.*28. Valaſc.
*conſult.*160. *n.*4. Amat. *reſolut.*86. *n.*37. Barb. *in d.*
81 *l. ſi conſtante* §. *fin. n.* 23. Ad hoc enim, ut tranſeat
inſtantia, ſufficit quod res, vel actio ex juris neceſ-
ſitate ad aliquem pertranſeat: ut in actione mota à
patre ſuper emphyteuſi accepta pro ſe, & filio, quæ
tranſit in eum ex Dec. *in c. quia G.*11. *de judic.* Ton-
dut. *d. c.* 30. *n.* 44. 45. *&* 46. Amat. *reſolut.* 86. *nu.*
20. Quia inſtantia cœpta à patre tranſit in filium,
etiamſi non ſit hæres patris in his, quæ ſibi compe-
tunt uti filio Paul. de Caſtr. *in l. tam ex contractibus*
nu. 8. *ff. de oper. libertor.& in l. ſi eum hominem n.* 2.
82 *&* 3. *ff. de fidejuſſ.* Plane illa emphyteuſi, vel res ſic
accepta pro patre, & filio ex neceſſitate juris deve-
nire debet ad filium *l. num. ex familia* §. 1. *ff. de le-*
gat. 2. quoniam pater non poteſt in illa filiis præju-
dicare *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 37. §. 7. Valaſc. *de jur.*
*emphyt.q.*49. *n.* 20. Gama *deciſ.* 8. *n* 1. ubi late Flo-
res de Mena. *& in addit. ad deciſ.* 5.*n.*7. idem Gama
*deciſ.*233.*n.*11. *&* 14. Solorzan. *de jure Indiar. tom.*
2. *lib.*2.*c.*16.*n.*31. Amat.*reſolut.* 84.*n.* 62. Giurb. *de*
*feud.prælud.*5. *à n* 31. Tondut. *reſolut. civil.cap.*55.
n. 4. Unde filius neceſſarius ſucceſſor dicendus eſt,
& ad eum debet inſtantia tranſire.
Ex his deſcendit: Quod inſtantia cœpta à patre 83
tranſit in filiam, quando actio de dote conſolidatur
in ipſius perſona, licet ſingulariter ſuccedat ex con-
ſolidatione *l.* 1. *ſi merito* 32. §. *ſi voluntate, ff. ſolut.*
Matr. l.unica §.*& hoc ex rei, C. de rei uxoriæ actione*
Barboſ. *in l. ſi conſtante* §.*fin. n.*23. *verſ.& hoc etiam*
ratione; Alex. *in l. ſi cum dotem,* § *ſi eo tempore, n.*
8. *ff.eod.tit.* Amat. *reſolut.*86. *nu.*32. Tondut. *d. cap.*
30. *n.* 46. Quia eam præſtat rationem, nempe quia
filia ex neceſſitate juris conſequitur illam actionem:
& iterum quippe illam conſequitur ex cauſa, quæ
erat antiquior, & præcedebat judicium inchoatum
per patrem: Bart *in d. l. ſi cum hominem ff. de fide-*
juſſ. Prout etiam inſtantia cœpta per patrem pro re-
petenda dote adventitia filiæ tranſit in eam, licet hæ-
res non ſit, Campeg. *de dote p.* 1. *q.* 80. *nu.* 1. *verſ.*
nono in fin. Bald. Novel. *de dote* 9. *p. privileg.* 10.
*n.*1. Intrigl. *lib.*3. *ſingul.* 89. *nu.* 161. Amat. *reſolut.*
86. *n.* 20. *in fin.*
Sic inſtantia litis motæ contra patrem ſuper nobi- 84
litate tranſit in filium quamvis non ſit hæres *d. L.*
operarum 29. *ff de operarum libert.* Menoch. *conſ.*
904. *n.* 76. Aſinius *in prax.* §.2.*cap.*13. *n.*1.*&* 2. Ot-
talor. *de nobil.*2.*p.*3.*p.princ cap.* 6.*n.*2. Barboſ. *in d.*
L. ſi conſtante § *fin. n.*23. Valaſc. *conſult.*160. *n.*6. *&*
9. Garc. *de Nobil. gloſſ.*40. *n.*10. poſt plures Amat.
*reſolut.*96. *n.*20. Tondut. *d. cap.*30. *n.*44. Ex ea ra-
tione quoniam nobilitas pertinet ad filium uti filium
ex cauſa; quæ præcedat inſtantiam, & habeat ori-
ginem ante litem motam. Qua de cauſa ſententia la-
ta ſuper nobilitate cum patre nocet, & prodeſt fi-
liis, & deſcendentibus Ottalor. *de Nobilit.* 2. *p.* 3. 85
*princ.cap.*8. *n.*7. Tiraq. *de Nobil.c.*37 *nu.*25. *& ſeq.*
Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 8. *nu.* 3. *in fin.* Cavall.
commun. contra commun. q. 636. *n.* 12. Carol. Tapia
*deciſ.*35. *n.*5. Valent. *conſ.* 92. *n.*65. *&* 68. Capyc.
Latro *deciſ.* 83. *n.* 28. *& ſeq.* Valent. *Illuſtr. lib.* 2.
tract. 2. *c.* 10. *n.* 16.
Item: Inſtantia litis tranſit à reſignante in reſi- 86
gnatarium beneficii, qui eam proſequi debet in ſta-
tu, quo reperitur, & coram eodem Judice, Flamin.
*de reſignat. lib.*1.*q.*16. *n.*10.*&* 14. Gomez *in reg. de*
annalib. 62. *n.* 4. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 53.
*n.*25. *verſ. & in beneficialibus* alios refert Amat. *re-*
*ſolut.*86. *n.*22.Tondut.*d.c.*30.*n.*43. Caſtill. *controv.*
*lib.*2. *c.*9. *n.* 8. Et regulariter in lite mota ſub nomi- 87
ne dignitatis, adminiſtrationis officii, vel Beneficii
inſtantia cœpta cum poſſeſſore tranſit tam active,
quam paſſive in ſucceſſorem in dignitate, adminiſ-
tratione, officio, vel Beneficio *cap. delicto de for.*
compet. ubi Decius *n.* 8. *& in c. quia V. de judic. nu.*
21. *verſ. tertius caſus*, Pereyr. *d. art.* 53. *n.*26. Gra-
tian. *forenſ. c.* 736. *n.* 18. Peguer. *deciſ.* 248. *nu.* 4.
verſ. ſecundo limitatur, Cabed. 1. *p. deciſ.* 198. *n.*1.
Amat. *reſolut.* 86. *nu.* 23. Salgad. *de protect.* 4. *p.* 8.
n. 303. *&* 309.
Et conſequenter: Cum majoratus ſit dignitas, & 88
habeat annexam dignitatem ſecundum Menoc. *con-*
ſil. 805. *n.*40. Burg.de Pace *q.civil.*3.*n.*3. Bald. *in l.*
cum antiquiorib. nu 11. *C. de jure deliber.* Giurb. *de*
ſucceſſ. feudor. §.1. *gloſſ.*8. *n.* 2. inſtantia cœpta cum
poſſeſſore Majoratus bene tranſit in ſucceſſorem Va- 89
laſc. *conſult.* 160. Larrea *deciſ.* 35. *à n.* 15. *cum ſeq.*
Ubi *n.* 30. ſic judicatum teſtatur. Molin. *lib.* 4. *cap.*
8. *n.*6. Caſtill. *d. lib.*2. *cap.*9. *à n.*1. Cabed. 1. *p. deciſ.*
198.

198. n.3. Solorzan. de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 14.n.79.& c. 29.n.6. Valenz. conſil.60.n.29. & 35. Suar. allegat. 27. n. 2. Barboſ. in d. l. ſi conſtante §. fin. n. 23. verſ. & ſimili ratione Tondut. d. c.30. nn. 34.& 36. Amat. reſolut.86. n.21.Intrigl. de ſubſtanſit. cent.3. q.73. n. 130. Cald.Pereyr. lib. 1. recop. q. 23.n.81.in fin. Peregrin.d. art.53.n.10. Prout etiam tranſit inſtantia in ſucceſſorem feudi Vincent. de Franch. deciſ. 593. Menoch. conſil. 904. nu. 73. & ſeqq. Rovit. conſil. 72. per totum. Amat. ubi ſupra.n. 12. Capyc. Latro dec. 33. n. 24. & ſeqq.

90 Similiter inſtantia cœpta cum defuncto tranſit in fideicommiſſarium univerſalem hæreditate reſtituta; quia cum fideicommiſſarius ſuccedat in omnibus juribus hæreditariis activis, & paſſivis, etiam in eum inſtantia tranſire debet juxta Bart. doctrinam in l. ſi eum hominem, ff. de fidejuſſ. Angel. & Alex in l. cum hæreditas ff. ad Trebell. idem Bart. in l. 1. ff. eod. ubi Paul. de Caſtro n.1. verſ. alii exponunt, & in l. ſi patroni §. actiones. n. 4. ff. eod. Peregr. art. 53. n. 19. Carpan. ſuper ſtatu Mediol. cap. 21. num. 48. vol. 1. Amat. reſol. 86. n. 17. Noal. d. c. 55. n. 3. Tondut. dec. 30. à 30.

91 Si vero inſtantia cœpta ſit cum hærede gravato, non tranſibit in fideicommiſſarium univerſalem ſine ceſſione l. 1. §.1.cum hæreditas ex fideicommiſſo,ff.ad Trebell.Bart. in d.l. ſi eum hominem Alex. in l. in ratione §. quod vulgo n.16. ff. ad l. Falcid. Tuſch. litter. L.concluſ.210.n.3. Peregr. de art. 53.n.19. Valenz. conſil. 60. n. 41. Amat. reſolut. 86. nn. 18. Noal. d. caſu 55.n.3. Tondut. d. c. 30. n.31. Caſtill. d. lib. 2. controv. c. 9.n. 10. Antonel. conſil. 5.n.3. quia fideicommiſſarius non ſuccedit hæredi, gravato, ſed teſtatori; & inſtantia eſt actus, & induſtria ipſius hæredis gravati, non hereditaria; ſiquidem à principio non fuit reperta in hæreditate, quod neceſſarium erat, ut veniret in reſtitutionem fideicommiſſi ex Trebelliano. Subindeque ut fideicommiſſarius ſuccedat in inſtantia, neceſſarium eſt, quod illi actiones cedantur d.l. cum hæreditas ff. ad Trebell. ibi: Et tamen hæres judiciis, quibus conventus eſt, aut ſtipulationibus quibus neceſſe habuit promittere, obſtrictus manebit. Et probatur etiam text. in l. Lucius 78. §. rogatus l.ſi patronus, ff. ad Trebell.gloſſ. in l. 1. verb. judicia, ff.eod. Quod nedum procedit reſpectu fideicommiſſarii, ſed etiam quando inſtantia cœpta fuit cum primo fideicommiſſario, quippe non tranſit in ejus filium uti patris hæredem Antonel.de conſil.5.n. 4. Et prædictam diſtinctionem inter inſtantiam, & actiones, quæ teſtatori competebant, inter eas, quæ licet ad hæreditatem pertineant, & ab hærede gravato habent originem, eleganter pertractat Alphonſus de Olea de ceſſione jurium tit.4.in miſcellan.15.& ſeq.

92 An autem inſtantia cœpta cum hærede gravato ſuper actione reali tranſeat in fideicommiſſarium? Dubium eſt. In quo Bart. in l. Lucius §.rogatus ff.de Trebell. docet inſtantiam tranſire reſtituta hæreditate: ſequitur Socinus Jun. conſil. 14. à n.13.lib. 3. Suarez alleg. 17. in princ. Molin. lib. 4.c.8.n.6. & pluribus relatis Fuſar.q.620. Peregrin.de fideicommiſſ.art.53. n.19. verſ. cœpta autem cum hærede: licet cogitandum relinquat Tondut. d.cap.30.n.33. & 34. Ubi, quod ſi gravatus nomine fideicommiſſi peteret inſtantiam tranſire dicit d. 34. verſ. alioquin. Peregrin. etiam lib. 4. conſ. 42. nu. 6. in ea reſidet opinione, ut inſtantia tranſeat in fideicommiſſarium paſſivè, non activè, Amat.autem reſolut. 86. nu. 18. Bartoli opinionem rejicit. Verum Tondut. d. n. 34. tenet, quod ſi ageretur actione reali, tranſeat inſtantia in fideicommiſſarium, non vero ſi actione perſonali: Et ita eſſe intelligenda tradita per Fuſar. d. q. 620. qui n. 5. ita ſeipſum declarat.

93 In qua opinionum varietate, ſi licet meum interponere judicium, dicendum arbitror Bartoli doctrinam, qui de reali actione agit tenendam eſſe & aſſerendum inſtantiam cœptam cum gravato ſuper actione reali intentata occaſione fideicommiſſi tranſire in fideicommiſſarium univerſalem reſtituta hæreditate: cum enim reſtitutione facta omnia jura tranſeant in fideicommiſſarium cui competunt omnia remedia, quæ hæredi competebant DD. L. fin. Cod. de edict. Divi Adrian. toll. Gratian. c. 47. n. 9. 20. & 21. Socin. Jun. conſ. 34. lib. 3. ita ut etiam omnia 94
onera hæreditaria in fideicommiſſarium transferantur, & hæres ad nihilum teneatur, ſi penes ſe nihil remanſit l. 1. l. ita tamen 27. §. qui ex Trebelliano, ff. ad Trebell. Peregrin. de fideicommiſſar.art. 4.n.2. Capyc. Latro dec. 6. n. 14. 16. & 26. Nil mirum, ſi inſtantia cœpta à gravato ſuper rebus fideicommiſſi ad fideicommiſſarium transferatur: Siquidem inſtantia cœpta fuit ad fideicommiſſi utilitatem, & inanis, atque inutilis redderetur, ſi nihil remanente penes hæredem in fideicommiſſarium non tranſiret, ipſeque cogeretur novum judicium inſtituere: Præſertim quia reſtituta hæreditate fideicommiſſarius quodammodo neceſſarius reputatur ſucceſſor: & eſt indubium, quod etiam in ſingularem ſucceſſorem neceſſarium in realibus actionibus tranſit inſtantia, Mobedan. deciſ. 41. Amend. ad Vincent.de Francb. deciſ. 250.n. 18. Puteus deciſ. 181. l. 2. Et diximus ſupra n. 79. Atque ita Bartoli ſententiam tuentur Caſt.d. l.2.c.9.n.9. Tondut.d.c.30.n.32.33.& 34. Amato reſol. 86.n.35. Intrigl. de ſubſtit. centur.3.q.73.n.129. Fuſar. d. q. 620. n. 5.

Paſſive autem bene tranſit inſtantia etiam in ſin- 95
gularem ſucceſſorem voluntarium, poſtquam res ſuper qua judicium pendet, effecta fuit litigioſa Peregrin. d. art.53.n.24. Pariſ. conſ.108. n.3. in fin. lib. 1.Bart. in d.l.Lucius §.rogatus, ff. ad Trebell. Valaſc. conſult. 160. n.3. Amat. reſol. 86. n. 35. & 36.

Ex dictis fuit: Quod inſtantia tranſit in quemli- 96
bet ſucceſſorem univerſalem, licet titulo ſingulari ſuccedat, & non ſit hæres Peregr. d. art.53. n. 20. per text. in l. tam ex contractibus ff. de jud. Sequitur Seſſe deciſ. 54.ſub nu.2. Noal. de caſu 45. n. 4. Suarez allegat. 27. n. 1. Amat. reſolut. 86. nn. 31. verſ. tranſit tamen. Qui ponit exemplum in ſucceſſore feudi, qui dicitur univerſalis, licet titulo particulari ſuccedat, & in eum tranſit inſtantia Bald. conſ.202.n.2. verſ. amplius lib. 2. Vincent. de Francb. deciſ. 1. c. 42. Fabius de Anna conſ.108.n.29.& 32.lib.2.Amat. ubi ſupra n. 19. & 20. Prout etiam poteſt exemplifi- 97
cari in parte, qui occupavit bona filii jure peculii, quia in eum, licet hæres non ſit, tranſit inſtantia cœpta cum filio d. l.tam ex contractibus, ff. de judic. l.2.ff.de caſtr.pecul. Amat. reſolut.86.n.19. Noal. de transmiſſ. caſu 55. n. 4. Sic etiam tranſit inſtantia in donatarium omnium bonorum, jurium, & actionum 98
Andr.Georg. alleg.33.n.26.27.& 28. Fab. de Anna d. conſ. 108. n. 29. Quos refert, & ſequitur Amat. d. reſol.86. n. 38. Quod intelligendum puto in lactionibus realibus, non in perſonalibus; quoniam talis donatarius verè hæres non eſt. Et ſic neque à creditoribus conveniri poteſt actione perſonali pro debitis donantis. Ita Abb. conſ. 102. n. 3. lib.2. Paul. de Caſtro in l.hæreditatem n. 3. ff. de donat. Rebuff. in l. nominis, verſ. ſed ad ea ff. de verb. ſignif. Covar. lib. 4. var.c. 2. n. 4. col. 2. poſt med. Et fuit ſententia gloſſ. in l. æris alieni, C. de donat. Reynoſ. obſerv. 42. Qui quæſtionem ad partes diſputat à n. 14. & hanc veriorem dicit nu. 21. & contrariis ſatisfacit nu. 22. & ſeq. Theſaur. dec. 212. ſub nu. 8. Franch. deciſ. 686. n. 4. Fontan. de pact. nupt. clauſ.7. gloſſ. 3. p. 7. nn. 58. Cancer. lib.1.var.cap.8. n. 60. & lib. 2. c. 7. num. 128. & 129. Peregrin. de fideicommiſſ. art.53.n.24. Amat. qui plures laudat reſolut. 58. n.8.

Olea

Olea *de ceſſion. jur. tit.3.q.9.n.16.* Merlin. *de pignor. lib.4.tit.5.q.143.n.4.* Proindeque ita ut actio perſonalis paſſive non datur contra donatarium omnium bonorum, ita etiam inſtantia cœpta cum donatore non tranſit in donatarium paſſive.

99 Proxime dictum, quod donatarius omnium bonorum non poteſt à creditoribus conveniri perſonali actione, intellige, ut non procedat caſu, quo donator deceſſit nullo alio relicto hærede: quia tunc licet de juris rigore conveniri directo non poſſit; tamen æquitate ſuadente bene poterit donatarius conveniri: judicatum dicit Guid. Pap. *deciſ.* 105. Coſta *de remed. ſubſidiar. remed.* 108. à 12. Boer. *dec.* 204. *n.* 41. Cancer. *de lib.1. c.8.n.68.* Merlin. *d.q.143. n.4. verſ. diſtinctionis fœdere.* Hieronym. Leo *deciſ.* 107. *n.*28. Peregrin. *d.art. 53.n.14.in fine.* Secundo intellige; ut recte poſſit conveniri, quando notoriè conſtat donatorem non eſſe ſolvendo, quippe ut inutilis videtur circuitus, de æquitate donatarius omnium perſonali actione pulſari valet. Hieronym. Leo *ubi*
100 *ſupra* n.29. & 30. Franch. *dec.*273. *n.*4. & 5. Capyc. Latro *deciſ.* 44. *n.* 11. Giurb. *deciſ.* 62.n.26. Amat. *reſolut.*58.*n.*8. *verſ. tamen ad evitandum*, Cancer. *d. c.* 8 *n.* 68. Michaël. Angel. Gizzi ad Capyc. Latro *obſervat.* 44. *n.*9. & 10. Merlin. *d.q.*143. n.4. Arias de Meſa *lib.* 3. *var. c.* 50. *n.* 38. Et quidem æquitas bene fundatur in deciſione text. *in l. hæreditatem* 28. *ff. de donat.* ibi: *Hæreditatem pater ſibi relictam filia ſui juris effecta donavit. Creditoribus hæredita-*
101 *riis filia ſatisfacere debet.* Et ex eo, quod in donatione univerſali facta bona intelliguntur donata deducto ære alieno, *L. mulier*, *ff. de jure dot. l. non poſſunt, ff. de judic.* Boer *d. deciſ.*204. n.43. Corn. *conſil.* 289. *lib.4. n.7.* Gutier. *lib.2. pract. q.58. n.7.8.* 17. Cancer. *d. cap.* 8 *n.* 69. Hieronym. Leo *deciſ.* 107. n. 29. & 30. Et huic ſententiæ lubens, libenſque adhæreo, cum juris rigor æquitate ſit temperandus *l. in omnibus* 90. *ff. de reg. jur.* Solorz. *de jure Indiar. tom.2. lib.2. c.7. n.66.* Anton. Hering. *in fidejuſſ. c.* 5. *nu.* 110. Camill. Borrell. *in comment. ad Bellug. in ſpec. Princ. rub.* 11. *cap.*4. n. 5.

102 Advertendum tamen eſt. Quod quamvis donatarius omnium bonorum à creditoribus poſſit conveniri de æquitate in prædictis caſibus; tamen eadem ſuggerente æquitate non poterit exequi, niſi in bonis donatis, & intra eorum vires Goſta *de remed.* 108. *n.* 13. *verſ. quoniam*, & *n.*14. Quæ fuit ſententia Bartol. *conſ.* 157. *ſuper his* n. 4. qui ampliat etiamſi donatarius inventarium non fecerit ſequuntur Aymon *conſ.* 139. *n.*5 Cancer *d. cap.* 8. n. 13. Hieronymus Leo *deciſ.* 107. *n.* 28. ubi n.39. ita judicatum teſtatur: & Merlin. *d.q.*14. *n.*5. ubi *n.*6. admitti prædictas reſolutiones in creditoribus donationi anterioribus, non vero reſpectu eorum, qui poſt donationem contraxerunt; ad quorum debita non tenetur donatarius Cancer *lib.1. cap. 8.n.68.* & *lib.3. c.*303. Capic. Latro *dec.* 44. *n.* 24.

103 Hypothecaria autem actione recte poteſt conveniri donatarius omnium bonorum: ut ſcribunt Bolognet *conſ.* 20. *n.* 16. & 17. Reynoſ. *obſerv.*42. n.22. & 23. Amat. *reſol.* 58. *n.*11. Merlin. *d. q.* 143. *n.*8.

104 Deinde inſtantia cœpta cum proprietario tranſit in uſumfructuarium active, non paſſive; quia uſusfructuarius habet exercitium actionum pro conſervatione, cuſtodia, & cura bonorum, non in reliquis *lib.* 1. §. *uſufructuarius*, *ff. de novi oper. nuntiat.* Et eodem modo ſi lis cœpta fuerit ab uſufructuario in utilitatem bonorum, tranſibit inſtantia in proprietarium Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 198. *n.*58. & 63. Tondut. *d. c.* 30. *n.* 47. Amat. 86. *n.* 29.

105 Rurſus non tranſit in fiſcum inſtantia active, neque paſſive, ſive ſuccedat ex condemnatione, ſive jure hæreditario per text. *in L. ſi conſtante* §. *fin. ff. de ſolut. Matrim.* ubi Bart. & *commun. DD.* & ubi Petr. Barboſ. *n.* 16. 17. & 18. 19. & 25. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 53. *n.* 23. *de jure fiſc. lib.7. tit.1. n.*11. Alex. Trentacinq. *lib.1. var. tit. de jure fiſc. reſolut.*2. *n.*1. *verſ. hunc eſt* Tuſch. *litter. I. concluſ.* 210. n.4. Gratiam. *forenſ. c.* 182. *n.* 38. Seſſe *deciſ.*54. n.12. & 13. & cum aliis Amat. *reſol.*86. *n.*22. Tondut. *d. cap.* 30. *n.* 76. & 97. Fuſar. *de ſubſtit.* q.622. n.3. Quidquid alii contrarium ſequantur; quia adverſus illos eſt communis opinio: ut per Barboſ. *ubi proxime* Amat. *ſupra n.*42. *verſ. contrariæ tamen*, late Tondut. *de prævent c.* 30. *n.* 56. 71. 76. & 79.

Limita ſupra poſitam reſolutionem, ut non proce- 106
cedat caſu, quo fiſcus quomodocunque ſucceſſit privato poſt ſententiam latã in prima inſtantia, & jam cauſa devoluta eſt per appellationem ad Judices ſupremos; quia tunc fiſcus proſequi debet appellationem, & cauſa ad ſuos Judices remittenda non eſt Salicet. *in l.1. Cod. ſi pendente appellat.* Franch. Lucan. *de privil. fiſc. n.*7. Peregrin. *d. lib.* 7. *tit.*1. *n.*12. Boſſ. *tit. de fiſc.* n. 45. Amat *reſolut.* 86. n. 44.

Neque erit admittenda diſtinctio Petr. Barboſ. *in* 107
L. hæres abſens in princ. n. 142. *ff. de judic.* quatenus ait in fiſcum non tranſire inſtantiam, quando ſuccedit actori. In quibus terminis loquitur text. *in L. ſi conſtante* §. *fin. ff. de ſolut. Matrim.* At vero quando fiſcus ſuccedit reo, inſtantiam tranſire ad fiſcum exiſtimat Barboſ. Differentiæ ratio in eo poſita eſt, quod quando fiſcus ſuccedit actori, nullum damnum infertur reo, ſi ad fiſcum non tranſeat inſtantia, immo utile ei erit, cum reorum ſit fugere judicium. Si vero fiſcus ſuccedat reo; tunc quia actor cogeretur novum proceſſum facere, & fatigaretur novis expenſis; inſtantia ad fiſcum tranſire debet. Nihilominus tamen verius eſt inſtantiam ad fiſcum non tranſire, ſive ſuccedat reo, ſive actori. Et ita ex Alex. docet Ton-
dut. *d. cap.*30. *n.*79. Ratio eſt, quod fiſcus habet ſuos 108
Judices ſpeciales, ut ſunt apud Nos Judices Regii patrimonii, de quibus *Ordin. lib.* 1. *tit.* 10. Et quoad cauſas fiſcales provenientes ex condemnatione hæreticorum, alius, qui Judex fiſci nuncupatur *l.1. C. ubi cauſæ fiſcales:* ad quos, & eorum judicia poteſt fiſcus omnes cauſas pendentes trahere Afflict *deciſ.* 41. *in fin.* Peregrin. *d. lib.7. tit.1. à n.*1. Guſman. *de eviction. q.* 8. *à n.* 1. *cum ſeqq.* Perez de lara *de vita homin. cap.* 21. *n.*62. Valenz. *conſ.*200. *n.* 57. Salgad. *in labyrinth. credit.* 1. *p. cap.* 7. *n.* 14. & 15. Solorz. *d. tom.2. lib.4. cap.4. n.*28. Sanfelic. *deciſ.*70. *n.*20. Quod ampliatur, etiamſi cauſæ, & lites tangant Clericos Capyc. *dec.* 197. Guſman. *d. q.* 8. *n.* 15. & 19. Solorzan. *d. tom.* 2. *lib.*3. *c.*2. *n.*50 Salgad. *d. c.* 7. *n.* 16.

E converſo autem inſtantia cepta cum fiſco poſt 109
confiſcationem, & incorporationem bonorum tranſit in reum, qui ex gratia fuit reſtitutus Paul. Pariſ *conſ.* 108. *n.*2. *lib.*1. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.*53. *n.*23. *in fin. reſolut.* 86. *n.* 25.

Ita ut inſtantia tranſit in ſingularem rei ſucceſſo- 110
rem, in quem res jure licito tranſlata eſt, quod ex parte actoris indubium eſt juxta ſuperius tradita: Ita etiam ex parte rei adversùs ejus ſucceſſorem tranſit realis inſtantia: ut voluit Bart. *in d. L. Lucius* §. *rogatus, ff. ad Trebell.* Peregrin. *d. art.*53. *n.*25. Et eodem modo inſtantia cœpta in cauſa ſpolii contra ſpoliatorem continuatur adversùs intruſum poſt illius obitum Peregrin. *d. art.* 53. *n.*27. quem ſequitur Amat. *re-
ſolut.* 86. n.26 Et confirmatur ex eo: Quia remedia 111
poſſeſſoria recuperandæ tranſeunt in ſingularem ſucceſſorem, ſcilicet emptorem, vel donatarium, in quem res tranſlata eſt abſque ulla ſpeciali ceſſione jurium, vel prædictorum remediorum: ut ſcribunt Socin. *in L. rem, quæ nobis num.* 10. *ff. de adquir. poſſeſſ.* Gratus *conſ.* 42. *nu.* 7. & 8. *lib* 2. Socin.

Jun. *conſ.* 33. *n.*10. *lib.*3. à quibus diſceſſit Menoch. *de recuper. remed.* 15. *n.*64. Ea motus ratione: quia prædicta remedia non ſunt in rem ſcripta. Et ſic non dantur contra ſingularem ſucceſſorem per text. *in L. cum te ff. de vi, & vi armata.*

112 Sed merito Menochius reprehenditur ab Alphonſo de Olea *de ceſſion. jurium tit.* 6. *q.* 5. *n.*30. Verius namque eſt hæc interdicta reſtitutoria eſſe in rem ſcripta: ut probatur ex text. *in C. Epiſcopi* 9. *q.*1. *c. cum Eccleſia* 3. *q.*2.*lib.*1. §. *interdicta, ff. de interdict. ſeu extraord. action.* optime Ludovic. Poſt. *poſt tract. de manuten. deciſ.*511. *n.*1. & 3. Et ea propter tranſeunt contra ſingularem ſucceſſorem Ruin. *conſ.*45. *n.* 5. *verſ. & eſt breviter dicendum.* Rota Roman. apud Puteum *deciſ.*176. *lib.*2. Noal. *de tranſmiſſ. caſu* 41. *n.*14. Olea *d. q.* 5. *n.* 30.

113 Porro, ſcias, velim, quod ſi vivo patre contra eum actio inſtituta ſit à filio ſuper filiatione; & pendente judicio pater deceſſerit, non tranſit inſtantia contra hæredem patris; ſed novum erit inſtituendum judicium: ut probat Ulpian. *in l.* 3. §. *quia Plautianum verſ. quid ergo, ff. de liber. agnoſc.* ibi: *Quid ergo in petitione hæreditatis, quam filius intendit. Quæretur: Utrum ex eo natus ſit, cujus hæreditatem petit, an non?* Adeo hoc verum eſt, ut Julianus *lib.*19. *Digeſt.* ſcribat. *Si vivo patre redditum ſit præjudicium, & antequam ſententia feratur, pater deceſſerit, tranſeundum ad Carbonianum edictum.* Exponit *gloſſ. ibi verb. præjudicium* id eſt præjudicialis actio in rem, quia filius vendicat ſibi in patrem; vel ſe ei in filium. Et Bart. *ibi n.* 13. docet hunc caſum eſſe ſpecialem, in quo non tranſit inſtantia in hæredem: ſequitur Noal. *de tranſmiſſ. caſu* 55. *n.* 27.

Caput XXI.

De poteſtate concedendi reviſiones.

SUMMARIUM.

1 *Præſtat Author rationis, quibus movetur, paucis agere de reviſionibus.*

2 *Jus concedendi reviſionem eſt de ſupremis Regalibus, & à ſolo Principe, qui non recognoſcit ſuperiorem, reviſio concedi poteſt: ita ut hoc jus inferioribus communicari non valeat.*

3 *Revidere eſt ex eiſdem actis judicare: & in illius inſtantia neque producuntur articuli de novo, neque aliæ allegationes, quæ juris non ſint.*

4 *Si admitterentur de novo inſtrumenta, aut probationes, jam non eſſet reviſio, ſed actorum renovatio.*

Limita in caſu ſpeciali, de quo Cabed. 1. p. areſt. 39. Ibid.

5 *Reviſione conceſſa reducitur cauſa ad ſtatum, quo erat tempore litis conteſtata.*

Reviſio, & appellatio in aliquibus differunt. Ibid.

In his, in quibus conveniunt reviſio, & appellatio. Ib.

Reviſio eſt appellationis ſpecies. Ibid.

6 *Notantur caſus, in quibus differunt appellatio, & reviſio.*

Res judicata dicitur, quæ nullo juris remedio revocari poteſt. Ibid.

7 *Judices in inſtantia reviſionis jam conceſſa judicare debent de juſtitia cauſa nullo habito reſpectu ad id, quod judicatum fuerat.*

Non poſſunt diſputare, An juſte, vel injuſte fuerit conceſſa reviſio? Ibid.

8 *Princeps poteſt concedere, ut veritas cauſa jam deciſa iterum diſcutiatur.*

9 *Reviſio etiam conceſſa non impedit, neque ſuſpendit executionem ſententiæ revidenda. In quo aſſimilatur ſupplicationi, quæ executionem non ſuſpendit.*

10 *Non valet reſcriptum Principis jubentis, quod pendente reviſione ſuperſedeatur in executione ſententiæ: niſi conceſſum ſit parte citata.*

11 *Secunda reviſio eidem parti concedi nequit.*

12 *Appellare tertio non licet.*

13 *Reſtitutio reſtitutionis adverſus rem judicatam non conceditur.*

14 *Secundam reviſionem Princeps ſine magna cauſa concedere nequit, etiam de plenitudine poteſtatis.*

Si in ſententia judicii reviſorii illarum ſit novum gravamen, de quo in prima ſententia non fuit actum, bene poteſt ſecunda reviſio concedi. Ibid.

15 *Intellige, ut tunc concedatur ſecunda reviſio, quo ad gravamen illatum, adjectionem, vel moderationem.*

16 *Secundo intellige, quando in judicio reviſorio ſententia lata fuit poſt reviſionem conceſſam.*

Si vero reviſio denegata fuit à duobus Senatoribus, de quibus Ordinat. lib. 3. tit. 95. §. 1. *bene poterit poſtea ex novis informationibus reviſio concedi.* Ibid.

17 *Reviſio ab una parte impetrata alteri prodeſſe non poteſt: & n.* 19. & 20. *Ubi defenditur opinio* Valaſc. *Et vendicatur ab impugnatione* Giurbæ, & Cyriaci: *cujus reſponſio rejicitur, & convincitur.*

18 *Recenſentur differentiæ inter gravamen, & appellationem: & n.* 19.

IN hoc jure concedendi reviſiones paucis me expe- 1
diam: tum quia aliqua diximus *ſupra in hac* 2. *p.*
cap. 8. *de ſuprema Principis juriſdictione à n.*21. *cum*
ſeqq. Cum etiam, quia de materia peculiarem, &
ſatis eruditum tractatum cum magna Reipublicæ uti-
litate typis, dum hæc ſcriberem, mandavit amantiſ-
ſimus quondam noſter Collega Doctor Ignatius Pe-
reyra à Souſa doctiſſimus Gravaminum Expeditor Se-
natus Domus Supplicationis ſupremi, vir ſane ap-
prime doctus, & in expediendis cauſis admodum cir-
cunſpectus, integritate morum, omnique virtutum
genere ornatiſſimus, quem ad majora jure optimo
promovendum expectamus. Apud quem uſque ad
ſaturitatem invenies omnia, quæ pertinent ad il-
lum tractatum ſumma eruditione diſcuſſa. Sed ne
ſicco pede rivum tranſeamus, pauca quidem præ-
notabimus.

Et primo notare oportet jus hoc reviſionis conce- 2
dendæ eſſe de ſupremis Regalibus, prout etiam eſt
jus, quod inſtaurandarum cauſarum appellatur: de
quo Ripol. *de Regal. n.* 3. Afflict. *de tit. quæ ſint Re-*
galia n. 9. Ubi quod hoc jus eſt de ſupremis Rega-
libus, & à ſolo Principe, qui non cognoſcit ſuperio-
rem concedi poteſt: ut diximus *d. c.* 8. *n.*30. Immo
inferioribus communicari non poſſe diximus *d. cap.*8.
*n.*30. Et probatur ex *Ordinat. lib.* 2. *tit.*45. §. 40. Et
poſt hæc ſcripta viſus docet Ignat. Pereyr. de Souſa
de reviſion. cap. 14. *à n.* 1. *cum ſeqq.*

Eſt igitur revidere ex eiſdem actis judicare: ut di- 3
xit Andr. Gail. *de arreſt. cap.*12. *n.*5. & *lib.*1. *obſer-*
*vat.*154. *n.*3. Giurb. *deciſ.*14. *n.*10. Pereyr. de Souſa
*de reviſion. cap.*83. *n.*5. Alias diffinitiones adducunt
Valaſc. *conſult.*51. *n.*5. Mendez de Caſtro *in prax. l.*
3. *c.*1. *n.*1. Gabr. Pereyr. *de Man. Reg.* 2. *p. c.* 37. *n.*
37. Super quibus immorari non licet; quia Ignatius
Pereyra late agit de reviſionis diffinitione *in d. tract.*
c. 2. *n.* 10. & *ſeqq.* Proindeque in reviſione non ha-
bet locum regula text. *in L. per hanc, C. de tempo-* 4
rib. appellat. neque producuntur articuli de novo,
quos dicimus novæ rationis: neque aliæ allegationes,

quæ

quæ juris non ſint, fieri permittantur *Ordin. l. 3. tit.*
95. §. 7. Mend. à Caſtro *d. c. 20. n. 7.* Si enim admitte-
rentur, jam non eſſet reviſio ſed actorum renovatio:
ut obſervat Gail. *de arreſt. d. c. 22. num.* 5. Et quam-
vis in caſu particulari de quo Cabed. 1. *p. arreſt.* 39.
probationes factæ intra legitimum tempus apud In-
diam Orientalem fuiſſent admiſſæ. Hoc evenit atten-
ta diſpoſitione legis Regiæ *l. 3. tit.* 54. §. 13. juxta
quam ſententia lata, & executa, dum probationes
ex tam longinquis partibus non pervenerunt, poteſt
de novo ferri, & retractari. In aliis autem caſibus diſ-
poſitioni *Ordinat. d.* §. 7. ſtandum eſt; ne lites in infi-
nitum protrahantur.

5 Conceſſa autem reviſione reducitur res ad ſtatum,
quo erat tempore litis conteſtatæ Ruvit *in pragm.* 5.
de offic. ſacr. Concil. n. 7. Capyc. Latro *deciſ.* 100. *n.*
35. Et quanvis ab appellatione in aliquibus differat:
ut perbelle notat. Gabr. Pereyr. *de Man. Reg. p. 2. c.* 37.
n. 37. Tamen in his, in quibus conveniunt appellatio,
& reviſio actorum, vere reviſio ſpecies appellatio-
nis eſt Anton. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 20. §. 20. *n.* 29.
Capyc. Latro *d. deciſ.* 100. *n.* 85. Amat. *reſolut.* 6. *n.*
22. Scaccia *de appellat. c. 2. q. 19. remed. 3. num.* 24.
6 Capyc. *deciſ.* 28. *n.* 11. Ubi quod appellatio, & revi-
ſio differunt in quinque caſibus; & conveniunt in
aliis. Et primo: quia ita ut per appellationem ſenten-
tia revocari, & retractari poteſt; ita & in inſtantia
reviſionis ſententia revocari valet. Et ea propter poſt
conceſſam reviſionem, & ea pendente non poteſt di-
ci ſententiam tranſiſſe in rem judicatam; quippe ju-
dicatum dicitur, quod nullo juris remedio, nec
appellationis, nec ſupplicationis revocari poteſt: ut
ex Hugone, Piſano tradit Capyc. Latro *d. deciſ.*
100. *n.* 29. & 36. *per text. in L. eleganter* 23. §. *ſi*
7 *poſt. rem judicatam in fin. ff. de condict. indeb.* Ubi
res judicata appellatur ſententia, quæ nullo remedio
attentari valet. Bart. *in l. 1. ff. de re judic.* Caſſad.
deciſ. 8. de reſcript. Atque ita Judices dati in inſtan-
tia reviſionis eam conceſſæ de juſtitia cauſæ judica-
re debent; ita ut ſic appellationis cauſam deciderent:
nec diſputare poſſunt, An juſte, vel injuſte fuerit
conceſſa; Cum diſcutio cauſæ principalis illis com-
miſſa ſit, & juxta propriam conſcientiam judicare
teneantur nullo habito reſpectu ad id, quod fuit de-
ciſum. Et ita videtur ſentire Pereyr. de Souſa *in d.*
tract. c. 1. n. fin. & c. 79. n. 5. poſt hæc ſcripta editus.
8 Namque Princeps poteſt concedere, ut veritas cau-
ſæ jam decisæ iterum diſcutiatur auferendo jus par-
ti quæſitum per ſententiam: ut ſcribunt Angel. *in L.*
fin. C. ſentent. reſcind. non poſſ. ubi Bald. Maſtrill. *de*
Magiſtr. lib. 3. c. 4. n. 391. Gozadin. *conſ.* 10. *n.* 17.
Amat. *reſolut.* 6. *n.* 9.

9 Attamen reviſionis remedium non eſt tantæ vir-
tutis, ut ſententiæ revidendæ executionem impe-
diat, vel ſuſpendat, Vant. *de nullit. tit. quor. & quib.*
mod. nullit. proceſſ. n. 39. *& ſeqq.* Burſat. *conſ.* 73. *n.* 9.
lib. 1. Capyc. *deciſ.* 28. *n.* 11. Autrer. ad Capell. Tho-
loſ. *q.* 480. *n.* 4. Valaſc. *conſult.* 51. *n.* 28. Reynoſ. *obſer-*
vat. 6. *n.* 1. Scaccia *de appellat. cap. 2. q 19. remed.* 3.
n. 27. Capyc. Latro *deciſ.* 100. *n.* 18. Cyriac. *controv.*
185. *n.* 7. Ignat. Pereyr. de Souſa *de reviſion. c.* 40.
10 *n.* 5. In quo reviſio ſupplicationi aſſimilatur, quam
certum eſt executionem non retardare *Auth. ſuppli-*
catio, C. de precib. Imper. offer. Gail. *d. obſervat.* 154.
n. 3. *lib.* 1 Quod adeo verum eſt, ut non valeat Prin-
cipis reſcriptum jubentis, quod pendente reviſione
in ſententiæ executione ſuperſedeatur, niſi parte
citata fuerit expeditum cum clauſula de plenitudine
poteſtatis Guid. Pap. *deciſ.* 420. Petr. Greg. *de ap-*
pellat. 1. p. c. 6. n. 15. Amat. *reſol. 6. n.* 7. & cum aliis
Ignat. Pereyr. de Souſa *n.* 15. & 16.

11 Advertendum inſuper eſt, quod ſecunda reviſio
idem parti concedi nequit de poteſtate ordinaria
Principis quia ſupplicationis, & reviſionis remedium
ſemel tantum concedi poſſe diffinitum eſt per text *in*
L. ſi quis adverſus C. de precib. Imper. offer. Theſaur.
dec. 122. & 246. Cavalcan. *lib. 3. cap. 17. n.* 322. Scac-
cia *de appellat. c. 2. quæſt. 49. remed. 3. num.* 28.
Covarr. *pract. cap. 25. num.* 6. Vincent de Franch. *de-*
ciſ. 135. num. 3. & deciſ. 193. num. 1. Gail. *lib.* 1.
obſerv. 155. num. 3. poſt plures Giurb. *deciſ.* 66. *n.*
1. Valaſc. *conſult.* 58. *n.* 20. & 21. Amat. *reſolut.* 6.
num. 1. Maſtrill. *deciſ. 45. num.* 16. *Ordinat. lib.* 3.
tit. 95. §. 9. Pereyr. de Souſa *cap. 98. per tot.* Prout
neque tertio licet appellare *L. unica C. ne liceat ter-* 12
tio provocare, c. ſua nobis, c. directa de appell. Cæ-
phal. *conſ.* 209. *n.* 10. Peregr. *conſ.* 73. *n.* 1. *lib.* 1. The-
ſaur. *deciſ.* 122. *num.* 1. Trentacinq. *lib. 2. var. tit.*
de appell. reſolut. 15. *n.* 1. & 2. Cancer. *lib. 3. cap.* 17.
n. 321. Gabr. Pereyr. *dec.* 65. *ſub n.* 1. & Tuſch. *lit-*
ter. A. concluſ. 40. plures de more laudat. Amat. *reſo-*
lut. 6. *n.* 2. neque reſtitutio reſtitutionis regulariter
conceditur adverſus rem judicatam *l. 1. & L. fin. C. ſi.* 13
cap. integr. reſtit. poſtul. ubi *gloſſ.* & Bart. & *in L. in-*
terdum ff. de minor. Coſta *de remed. ſubſid. ar. re-*
med. 94. *n.* 6. Cald. *in L. ſi curatorem, verb. implo-*
randum num. 33. *C. de in integr. reſtit.* Hyero-
nym. Magon. *deciſ. Lucenſ. num.* 23. cum pluribus
Giurb. *dec.* 66. *n.* 3.

Immo nec de plenitudine poteſtatis Princeps ſine 14
magna cauſa ſecundam reviſionem concedere debet
Menoch. *conſil* 1044. *n.* 5. & *conſil.* 1048. *n.* 20. & *de*
arbitr. c. 70. *n.* 43. Giurb. *dec.* 66. *n.* 14. Amat. *reſolut.*
6. *n.* 16. Si vero in ſententia judicii reviſorii illatum
ſit novum gravamen: veluti ſi apponatur aliqua de-
claratio, moderatio, vel adjectio, de qua neque ex-
preſſe, nec tacite actum fuit in ſententia, quæ revi-
ſa fuit, bene poterit ſecunda concedi reviſio: ut ex
Angel. docet. Covarr. *pract. cap.* 25. *n* 6. Scaccia *de*
appell. cap 2. quæſt. 17. limit. 1. n 44. 45. & *ſeqq.* Surd.
conſil. 102. *n.* 14. Cancer. *d. lib. 3. cap. 17. n.* 321.
Fontan. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ.* 18. *p.* 4. *n.* 117. *in*
fin. Giurb. *dec.* 66. *n.* 10. Amat. *reſol.* 6. *n.* 14. Dummodo
concedatur tantum quoad dictam adjectionem, ſeu 15
moderationem Scaccia *d. q. 17. limit. 1. n.* 44. Theſaur.
dec. 122. *n.* 7. Cravet. *conſi.* 181. *n.* 1. Amat. *ſupra n.*
15. Cæſar. Barz. *dec.* 55. *n.* 8. Surd. *conſil.* 102. *n.* 3. &
14. Cancer. *lib. 2. c. 12. n.* 25. Petr. Gregor. *lib. 2. de*
appell. Peguer. *dec.* 187. Giurb. *dec.* 66. *n.* 10. *in fin.*

Quod quidem locum obtinet, quando reviſionis 16
cauſa poſt conceſſum Regium reſcriptum judicata
fuit per Judices, quibus fuit commiſſa, & ipſi
ſententiam confirmarunt: ſecus ſi reviſio denegata
fuit à duobus Senatoribus, de quibus *Ordinat. d.*
lib. 3. tit. 95. §. 1. quia non obſtante repulſa poterit pars
replicare, & novis informationibus præhabitis revi-
ſio concedi. Quod ita practicari vidiſſe teſtatur: Va-
laſc. *conſult.* 51. *n.* 27. quippe hoc non eſt reviſionem
bis concedere, ſed denegatam admittere præhabita
meliori informatione & cauſæ cognitione.

An autem reviſio conceſſa uni parti, alteri pro- 17
deſſe poſſit, & communicari; Dubium eſt. Negat.
Valaſc. *d. conſult.* 51. *n.* 23. 24. & 25. ſequitur Cabed.
qui judicatum dicit *dec.* 190. Fundamenta hujus ſen-
tentiæ ſunt; quia reviſio in hoc Regno non appella-
tioni ſed gravamini ordinario aſſimilatur. Sunt enim
apud Nos Judices, à quibus non appellatur, propter
eorum excellentiam; ſed tantum interponitur grava-
men, de quo *Ordinat. lib. 3. tit.* 84. Sunt autem in-
ter appellationem, & gravamen nonnullæ differen-
tiæ. Et eſt prima: Quod interponens gravamen in-
tra decennium tenetur in Cancellaria depoſitum fa-
cere ſummæ 900. *regalium Ordinat. d. tit.* 84. §. 1. ad 18
quod appellans non obligatur. Secunda: quod ſen-
tentia, a qua gravamen interponitur, poteſt exe-
cutioni mandari, ſi aggravans immobilibus caret

vel non ſatiſdat datis fidejuſſoribus in quantitate
condemnationis: quod circa appellationem non ſer-
vatur, cum ea pendente ſententia exequi non va-
19 leat. Et denique differunt: Quia licet appellatio ſit
communis appellanti, & appellato; ita ut Judices
appellationis poſſint parti quæ non appellavit, pro-
videre, ſi eam in ſententia gravatam invenerint.
Ordinat. lib. 3. tit. 72. Tamen in caſu gravaminis con-
trarium ſtatuit *Ordinat. d. tit.* 84. §. 12. Unde cum
reviſio tanquam gravaminis ſpecies differat ab appel-
latione, ita ut in gravaminis inſtantia parti, quæ ſer-
vata legis Regiæ forma gravamen non interpoſuit
proviſio concedi non poſſit. Sic in reviſorio judicio
ei, qui reviſionem non impetravit, providendum non
eſt. Et hæc apud Nos eſt verior, & tenenda opinio:
quam etiam ſequitur Maſtrill. *dec.* 45. *nu.* 16. & 17.
Quidquid in contrarium dicat Giurb. *deciſ.* 30. *n.* 4.
& *ſeqq.* quem refert Cyriac. *controv.* 183. *num.* 7.
20 Quia, ut ipſe Giurba conſiderat, eorum dicta pro-
cedunt, ubi reviſio appellationi aſſimilatur, & om-
nibus poſſim conceditur: Non verò in hoc Regno,
ubi cum magna difficultate impetratur. Nec reſpon-
ſio Cyriaci ad opinionem Valaſci ſuſtineri poteſt,
cum falſo ſupponat Valaſcum loqui in eo, cui jam
reviſio fuerat conceſſa; & poſtea obtenta ab adver-
ſario uti deſideraverat; Valaſcus enim in diverſa lo-
quitur ſpecie, & male à Cyriaco intelligitur.
21 Hæc de reviſione dicere conſtitui. Cætera vide
apud Valaſcum *conſult.* 51. Cabed. 1. *p. dec.* 144. &
190. & 2. *p. deciſ.* 67. & *areſt.* 47. & 95. Giurb. *d. deciſ.*
50. & 66. Amat. *reſol.* 6. Reynoſ. *obſerv.* 6. Et plenius
in tractatu Reviſionum Doctiſſimi Collegæ Ignatii
Pereyra à Souſa: Ubi ad ſaturitatem omnia invenies.

Caput XXII.

De jure Majeſtatis circa Academias, & Univerſitates.

SUMMARIUM.

1 *Academiæ, ſeu univerſitates neceſſaria ſunt in Republica bene inſtituta.*
2 *Studiorum cauſa publicam reſpicit utilitatem.*
3 *In ſtudia, & ſcholaribus verſatur utilitas publica: & in erigendis ſcholis agitur principaliter de publica utilitate.*
4 *Utiliores ſunt Reipublicæ ſapientes, quam imperiti.*
5 *Ad ſolum Principem competit jus creandi Academias.*
6 *Idem jus competit Summo Pontifici in terris ſuæ ditionis: in aliis verò alterius Principis Univerſitatum erigere non poteſt: niſi in caſu, quo imminere poteſt diſcrimen Catholicæ Fidei ex defectu ſtudiorum.*
7 *Academia approbata à Pontifice non efficitur Eccleſiaſtica.*
8 *In hoc Regno duæ ſunt Univerſitates, Conimbricenſis, & Eborenſis, Et ibi de fundatione, & tranſlatione Conimbricenſis Academiæ.*
9 *Ad Regem ſpectat deſignatio loci ſtudiorum: & illius eſt transferre, cujus eſt condere.*
10 *Agitur de Collegiis Conimbricenſis Academiæ.*
11 *Agitur de laudibus Conimbricenſis Univerſitatis & nu.* 12.
Et notatur Camillus Borrellus, *qui erectionem illius tribuit Regi Joanni Alphonſi filio. Et declaratur dictum* Patris Franciſci Soarez.
13 *Ad Principem pertinet conſervatio, & protectio Univerſatis*
Et Conimbricenſis Protector eſt perpetuus Rex noſter invictiſſimus, Ibid.
14 *Reſcriptum Regis circa res Univerſatis ſubreptitium, & nullum dicitur, ſi in eo Rex Protector Univerſitatis non fuerit denominatus.*
Rex dum ſacris initiatur ad petitionem Univerſitatis tenetur jurare ſe protecturum, defenſurumque Univerſitatem cum rebus ſuis: & ſervaturum illius Statuta. Ibid.
25 *Agitur de fundatione Eborenſis Univerſitatis, & illius laudibus.*

IN Republica bene inſtituta neceſſariæ ſunt Aca- 1
demiæ, ſeu Univerſitates, ſtudiaque generalia,
ut juvenes bene inſtituantur artibus liberalibus, quas
ſic Tullius appellavit *lib.* 1. *de Oratore*, quia inge-
nuo, & libero homini conveniunt. Studiorum enim
cauſa publicam reſpicit utilitatem: ut tradunt Alex. 2
ad Bart. *in L. unica* §. *ita ut unicuique n.* 3. *Cod. de
ſtud. liberal. Urb. lib.* 11. Bart. *in l.* 1. *ad fin. nu.* 20.
de ſolut. Matrim. Rebuff. *de privil. ſcholaſt. privileg.*
3. *n.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 186. *n.* 13. Bened.
Ægid. *in L. ex hoc jure* 2. *p. cap.* 13. *clauſ.* 5. *n.* 14.
ff. de juſt. & jure. Et ait Petr. Barboſ. *in l.* 1. *p.* 7. *n.*
50. *ff. de ſolut. Matrim.* quod in ſtudio, & ſcholari-
bus dicatur verti publica utilitas ſecundum, *gloſſ.* 3
*fin. in d. L. unica, C. de ſtud. liberal. Urb. Romæ
lib.* 11. Et probatur per text. *in l.* 1. *C. qui ætate ſe
excuſaret lib.* 10. ubi Odofred. Et dicit Barboſ. *n.* 51.
quod in erigendis, & ædificandis ſcholis agatur de
utilitate publica principaliter, ſiquidem Doctorum
hominum ſcientia Reſpublica melius gubernatur §.
fin. in proœm. Inſtit. §. *diſcipuli in proœm. Digeſt. ve-
ter.* nam totus orbis eorum ſcientia illuminatur, &
vita ſubditorum informatur ad obediendum Deo &
Principibus *Auth. habita C. ne filius pro patre.* Lon-
ge namque utiliores ſunt Reipublicæ ſapientes,
quam imperiti: ut optime proſequitur Doctiſſimus
Pater Bened. Pereyr. *in ſua Academia, & Republ.
litter. n.* 85. Ubi ex Laertio *in vit. Philoſof. lib.* 5. *c.*
8. tradit Ariſtotelem interrogatum, qua in re diffe- 4
rent Docti ab indoctis reſpondiſſe, *qua vivi à mor-
tuis:* & Ciceronem contra Saluſtium ſcripſiſſe: *An
illum putas poſſe fieri civem egregium, qui non ſit iis
eloquentia artibus, & bonis diſciplinis eruditus? An
ulla eſſe putas rudimenta, & incunabula virtutis,
quibus animi ad gloria cupiditatem aluntur?* Unde
dixit Petr. Greg. *de Rep. lib.* 18. *c.* 1. *n.* 6. Omnea
artes, & diſciplinas eſſe neceſſarias in Republica.
Et Marc. Tull. ad Quint. Fratr. *Nullum poſſe dari
bene inſtitutam Rempublicam ſine peritis, felicem
eſſe, quæ à ſapientibus regitur, inutiles eſſe leges, ſi
laterent, ita ut nec à juriſprudentibus lucem acci-
piant, nec executioni mandentur:* refert, & ſequitur
Benedict. Pereyr. *ſupra n.* 90. Ubi, & *n. ſeqq.* quam
ſint neceſſariæ, & Reipublicæ utiles Academiæ,
perbelle demonſtrat. Et utilitates, quæ ea Acade-
miis univerſo Orbi proveniunt; docet Mendo *de ju-
re Academica lib.* 1. *q.* 1. *à n.* 8.
Cum igitur ad Principem nullum recognoſcen-
tem ſuperiorem Reipublicæ cura demandata ſit, ut
ejus tanquam pater utilitati, & bono regimini in-
cumbat, & valde conſentaneum, atque proficuum
bono communi ſit Univerſitates, & Academias eri-
gere, ac ſundare: Recte conſequitur ad ſolum Prin-
cipem competere jus erigendi Academias: ut te-
nent Chopin. *de doman. Franc. tit.* 27. *ſub. n.* 125.
Vincent. de Anna *alleg.* 30. *n.* 8. *vol.* 2. Camill. Bor- 5
rell. *de poteſt. Reg. Cath. c.* 34. *n.* 11. Et tradunt Bart.
& *commun. DD. in* §. *tria in proœm. Digeſt. & in d.
Auth. habita, C. ne filius pro patre*, Oſuald. ad Donel.
lib. 17. *comment. cap.* 20. *litter. K.* Natta *conſ.* 657.
n. 1. *vol.* 4. Ramirez *de leg. Reg.* §. 26. *n.* 66. Bar-
boſ. *de poteſt Epiſcop.* 3. *p. alleg.* 56. *n.* 22. Alphonſ.
de Eſcob. *in tract. de juriſd. Academ. cap.* 21. *n.* 35.
noviſſime

noviſſime Bened. Pereyr. *in ſua Academ. n.*48. Henning. Arniſ. *de jure Majeſt. lib.*2. *cap.*6. *n.*14. Petr. Gregor. *de Rep. lib.*18. *cap.*5. *in princ.* Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *cap.*2. *n.*26. Peter Andr. Mendo *de jure Academico lib.* 1. *q.* 4. *n.* 5. multum poſt hæc ſcripta viſus.

6 Ex quibus etiem Summo Pontifici in terris ſuæ ditionis idem jus competere certum eſt *cap.*2. *de privil.* Benedict. Pereyr. *in d. tract. de Academ. n.* 55. At vero in terris elterius Principis Univerſitatem erigere nequit, cum in temporalibus nullam in eis habeat juriſdictionem, neque Princeps Pontificem, vel alium ſuperiorem recognoſcat Suar. *lib.*3. *adverſ. Reg. Ang. cap.*5. *n.*8. Eſcob. *d. cap.* 21. *n.* 96. Baſil. Ponce de Leon. *de Matrim. lib.* 5. *cap.* 12. §. *unic.* Bened. Pereyr. *n.*55. *verſ. nihilominus.* Ubi limitat in caſu, quo imminere poteſt diſcrimen Catholicæ Fidei, & Religionis ex defectu ſtudiorum generalium; quia tunc bene poterit Pontifex Academiam erigere, etiam in terris elterius Principis.

7 Quamvis autem Academia ſit à Pontifice approbata, nihilominus non efficitur Eccleſiaſtica: ut docet Bened. Pereyr. *ſupra n.* 59. Ubi *n. ſeqq.* quinque effectus Pontificiæ approbationis recenſet, quos apud eum vide quia bene loquitur.

8 In hoc Regno duæ extant Univerſitates Conimbricenſis ſcilicet, & Eborenſis Conimbricenſis erecta fuit è Dyoniſio Rege anno Domini 1291. & anno tertio Pontificatus Nicolai Tertii, è quo fuit deſignatus locus in hac Ulyſſiponenſi Civitate; ubi primum ſita fuit: poſtea tranſlata in Conimbricam eb eodem Rege anno 1308. ob varias diſſenſiones, & tumultus excitstos inter ſcholeſticos, & Cives. Ibi floruit Academie uſque ad annum 1375. quo tempore Rex Ferdinandus Primus eem iterum ad Ulyſſiponem revocavit. Qua in Urbe ſitum habuit Academia uſque ad annum. 1534. quo Rex Joannes Tertius eem iterum in Conimbricem tranſtulit; & ibi ad omnem reduxit perſectionem, accerſitis ex Italia, Francia, & Caſtelle Doctiſſimis Præceptoribus; quorum doctrina in dies crevit, & magna Jurium, Theologiæ, & cæterarum ſcientierum lumina produxit. Et quidem dubium non eſt ed Regem ſpectere deſignationem loci ſtudiorum Petr. Gregor. *de Rep. lib.*18. *cap.*6. Benedict. Pereyr. *ubi ſupra n.* 63. *& ſeqq.* Illius enim eſt transferre, cujus eſt concedere Benedict. Pereyr. *ubi ſupra n.* 70.

Idem Rex Joannes Tertius glorioſæ memoriæ, ut perpetuo Univerſitas adaugeretur, undecim Collegiorum ſundatione Univerſitatem ornavit, magniſque redditibus edauctis in eo quo eſt ſtatu, repoſuit:
9 ut tradunt Petr. de Mariz. *in ſuis dialog. var. lect. dialog.*5. *fol.*353. Cabed. *de jure Patron. Reg. Coron. c.*47.

10 In hec alma Univerſitate duo laicorum Collegie majora ſunt Quorum unum Divi Pauli ſundatum à Rege Joanne Tertio fuit; & ad ſormem hodiernam redactum à Rege Sebaſtiano anno 1653., ut per Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.*48. Aliud Divi Petri, quod etiam fuit fundatum à Rege Joanne, & dotatum: ut per Cabed. *d. c.* 47. *verſ. fundo mais.* In quibus magne ſcientiarum lumina educantur, & ex illis Academia magnopere illuſtratur.

11 De hujus Univerſitatis magnitudine, & excellentia plura tredit Camill. Borrell. *de præſt. Reg. Cath. c.* 40. *num.* 137. ex Joanne Laurent. Anan. *in fabric. Mund. in Europ. lib.*1. & P. Soarez *tom.* 4. *de Relig. tract.*10. *l.* 5. *cap.* 4. Ubi poſtquam enumerevit præcipua Europæ ſtudia, ite ait. In Luſitania Conimbricenſe hoc te Maximi Joannis Tertii regali munificentia plane fundatum. Quamvis enim tempore ſuperioribus recentius ſit, non tamen doctrina, & univerſalis Eccleſiæ utilitate, ac fructu, præſertim circa fidei propagationem inſerius exiſtit. Et licet Camillus Borrellus Univerſitatis fundationem tribuat Joanni filio Regis Alphonſi Quinti, vere deceptus eſt; cum à Dionyſio erecta fuerit Acedemia: ut dictum extat. Quod antem dicit Peter Soarez de Rege Joanne Tertio, eccipiendum eſt, non de prime fundatione, ſed de ultime tranſlatione ab eo facta, & inſtructione præceptorum amplaque donatione redituum triginte millie ducatorum: ut bene advertit Peter Ben. Pereyr. *In ſua Academia n.*111. *in fin.* Et probat *ex Statutis ejuſdem Univerſitatis lib.*3. *tit.*52. *in princ.* ibi: *Per o Senhor Rey Dom Joaõ o Terceiro meu ſenhor, quo Deos tem reſtaurador, & dotador, que foi deſta Univerſidade.* Eodem errore deceptus eſt Adrianus Romanus *in Theatro Urbium*: & noviſſime P. Mendo *de jure Academ. lib.* 1. *q.* 6. *n.* 110.

O Alma, & inter omnes celebris Academia, om 12
nium ſcientiarum Doctiſſimis Præceptoribus illuſtrata, ita in augmentum in dies excreviſti, ut ſatis ſuperque manifeſtum ſit, inde præclariſſimos viros omni ſcientiarum genere primos, & eruditiſſimos effluxiſſe. Quorum doctrina totus illuminatur Orbis, ut eorum ſcripta monumenta teſtantur: ipſa omnium ſcientiarum patens, & altrix, quæ tot ſapientes procreas alumnos, quæ tot ad culmen ſcientierum evehis, & ad majorum dignitatum faſtigium elevas. Ex qua ut theſauro omnium artium & diſciplinarum, liquidiſſimoque ſcientiarum fonte doctiſſimi quotidie tam juris, quam Theologiæ, Philoſophiæ, & Medicinæ fluunt peritiſſimi. Quibus te efferam laudibus neſcio. Elogium tamen, quod de ſua Rome ſcripſit Plin. *l.*3. *c.*5. ſumma cum ratione tibi addico & adduco, Tuis euſpiciis poſtquam ſtudiis incubui tui Conſervatoris munere per triennium ſunctus ſui, & inde ad Senatoriam dignitatem evectus. Apud te filius meus D. Salvetor Teborda Portugel Juris Civilis profeſſor, Codicis Cathedræ Moderator, Collegii majoris Divi Petri inſigniis decoratus ed Senatoris dignitatem elevatus cum omnium applauſu fuit. Tibi omnium beneficiorum me eſſe fateor. Salve Muſarum Lycæum, cui tentum Nos, Luſitania, & tota Europa debemus. Et ſufficit pro laudibus tuis elogium ab Andrea de Reſende in publice oretione habitum, quod effertur à Jacobo Middendorpio *tom.* 2. *Academ. Univerſ. Orb. l.* 7. *p.* 416. Et qui de te plura noſcere velit, adeat Alphonſ. Garc. *de Academ. Hiſpan tit. Conimbric. Academ.* & Anton. de Souſa de Maced. *de excellent. Luſit. t. p. c.*7. *excell.*7.

Cum, ut jam diximus, Academiæ creatio ed ſolum 13
Principem ſpectet, conſequens eſt, ut ad ipſum etiam pertineat protectio, & conſervatio illius. Et ita eligitur ex *Auth. habita, C. no filius pro patre.* Ubi Federicus Imperator ita affatur: *Noſtram laudem, & protectionem omnimodo mereantur, quorum ſcientia totus illuminatur Mundus.* Et id probat *Statutum l.* 2. *tit.*2. *in princ.* ibi: *A Univerſidade de Coimbra pellas grandes merces, favores, & acreſcentamentos, que recebeo do Senhor Rey Dom Joaon o Tereeiro de glorioſa memoria meu ſenhor, que Deos tem: & dos otros ſenhores Reys ſeus anteceſſores elegeo por ſeu Protector ao Senhor Rey Dom Jaon, & a todos os Reys deſtes Reynos ſeus ſucceſſores. E por eſta cauſa foraon protectores della o ſenhor Rey Dom Sebaſtiaõ meu ſobrinho, & o ſenhor Dom Henrique meu tio, que Deos tem, & eu o ſeu, & ſeraõ todos os Reys, que me ſuccederem no Reyno de Portugal.* Quod idem tradit Bened. Pereyr. *in ſua Academ. n.*54. Petr. Greg. *de Rep. lib.*18. *cap.*7. *n.*13. De protectoris officio agitur *in Statutis d. lib.*2. *tit.*1. Uni quid poſſit, quidve agere debeat; & de Univerſitatis conſilio decernitur. Advertendum ſane eſt 14
Regium reſcriptum, ſeu diploma circa res Univerſitatis ſubreptitiũ, & nullũ dijudicari, ſi in eo Rex denominatus non fuerit Univerſitatis protector: ut diſponitur in *Statutis d. tit.*1. §. 3. Rex autem noſter dum ſacris initiatur ad petitionẽ Univerſitatis jurare tenetur

ſe protectorum, defenſurumque Univerſitatem cum rebus ſuis, obſervaturumque illius ſtatuta, & omnia in titulo protectoris ſcripta. Ita dicitur in *Statntis d. l. 2. tit. 9.* Ubi juramenti forma deſcripta eſt.

15 Exiſtit etiam in Regno Eubetenſis Academia fundata à Sereniſſimo Henrico Portugalliæ Infante Cardinale Romanæ Eccleſiæ tituli Sanctorum quatuor Coronatorum, qui poſtea ſuccedens in Regia Corona Regni habenas fuit moderatus. De cujus Academiæ laudibus, & utilitate plene per Bened. Pereyr. *in d. ſua Academ. n. 112. 115. & 117.* Hæc autem fundata fuit authoritate Summi Pontificis Pauli quam, à quo ſtatuta fuerunt confirmata, & à Sebaſtiano Primo Rege Luſitaniæ duplici diplomate: altero expedito die decima Auguſti 1563. altero die vigeſima octava Novembris, anni 1667. in teſtatur Bened. Pereyr. *ubi ſupra n.*667. Eſt equidem Eccleſiaſtica, & gubernatur à Rectore Collegii Spiritus Sancti à Societate Jeſu ejuſdem Eborenſis Civitatis: qui etiam Univerſitatis Rector eſt, eo ipſo quod fuit electus juxta *Statuta Academia lib. 1. c. 3.* Bened. Pereyr. *ſupra n.*707. Et eſt exempta a juriſdictione Ordinarii Bened. Pereyr. *ſupra n.* 1003.

De privilegiis Academiarum noſtrarum, & ſcholaſticorum ultra ſtatuta earum Univerſitatum, videndi ſunt Bened. Pereyr. *ubi ſupra à n. 255. cum plurib. ſeqq.* & Rebuff. *in tract. de privileg. ſcholaſticor.*

Caput XXIII.

De jure Nundinarum ſeu mercatus publici.

SUMMARIUM.

1 *Nundina ſignificant, locum, ubi fiunt ipſa nundina, & mercimonialis conventus publicus ad merces emendas, vel vendendas.*

2 *Nundina à nono die, quaſi novendina dicta ſunt.*

3 *Fuerunt inſtituta, ut venientes ad eas leges acciperent.*

4 *In Italia aliæ ſunt nundina, in quibus cambia exercentur.*

5 *Mercatus ſunt, qui fiunt ſingulis hebdomadibus in quibuſdam Civitatibus, & Oppidis.*

6 *Nundina ſine ſpeciali Principis conceſſione fieri nequeunt: cum earum jus ſit proprium Principis, & de Regalibus majoribus.*

7 *Nemini privato licet habere forum in ſua villa ſine Principis licentia.*

8 *An quis habere poſſit mercatum ſine Principis privilegio?*

Fundatur opinio affirmativa. Ibid.

Commercia ſunt de jure gentium. Ibid.

9 *Interpretatur* L. 1. ff. de nundin.

Nulla datur differentia inter nundinas, & mercatus: & diſpoſitum in uno cenſetur diſpoſitum in alio. Ibid.

10 *Determinatio una reſpiciens plura determinabilia cenſetur pariformiter omnia determinare.*

Ita ut nundina non poſſunt fieri ſine gratia Principis, ita neque mercatus. Ibid. *& n. 11. in fine.*

11 *Reſpondetur ad argumentum contraria opinionis.*

12 *Princeps poteſt mutare nundinas, & illarum diem.*

Nundina non poſſunt celebrari in Eccleſia.

13 *Accedentes ad nundinas variis gaudent privilegiis.*

Et primo debent eſſe tuti in loco, & ſecuri in acceſſu, mora, & receſſu. Ibid.

14 *Securitas non tantum conceditur perſonis, ſed etiam mercibus.*

15 *Qui venit ad nundinas capi non poteſt ex obligatione antea geſta.*

Qui venit ad nundinas privilegio juvari poteſt; etiamſi illi renuntiaſſet cum juramento. Ibid.

16 *Intellige, ut renuntians non poſſit petere beneficium privilegii. Poteſt tamen Syndicus Univerſitatis agere de obſervantia privilegii.*

17 *Veniens ad nundinas non poteſt conveniri in loco nundinarum pro debito antea contracto.*

Pro geſtis in loco nundinarum conveniri poteſt. Ibid.

18 *Intellige, ſi debitor in loco nundinarum habet pergulam, tabernam, horreum, armarium, vel officinam mercantia cauſa conductam.*

Secus ſi non habuerit, & contraxit, habita fide de pretio ſimpliciter abſque promiſſione ſolvenda in eo loco. Ibid.

19 *Qui promiſit ſolvere in nundinis, ibi conveniri poteſt; & ſi non inveniatur, poteſt in foro nundinarum conveniri citatus per requiſitoriam.*

20 *Pro juribus Regalibus, & ex delicto provenientibus poteſt in loco nundinarum conveniri.*

In cauſis nundinariis proceditur ſummariè juris ordine non ſervato ſola veritate comperta: prout in Curis mercatorum. Ibid.

21 *Privilegia nundinarum juris communis ſervanda ſunt; niſi aliud in privilegio dictum fuerit.*

Privilegium nundinarum amittitur, ſi conceſſionarius per decennium eo uſus non fuerit. Ibid.

22 *Princeps poteſt revocare conceſſionem nundinarum, ſi ex mera gratia fuit facta. Secus ſi mediante pecunia.*

23 *Si Princeps concedit privilegium nundinarum alieni loco, & prius alteri conceſſerat, ut eadem die celebrarentur intra decem milliaria, privilegium ſecundum ſervandum non eſt.*

Princeps non poteſt nundinas conceſſas auferre, vel præſcriptione quæſitas. Ibid.

NUndinæ, vulgo *Feyras*, ſignificans locum, ubi fiunt ipſæ nundinæ, & mercimonialis conventus publicus ad merces emendas, vel vendendas: quaſi verbum nundino nundinas idem ſit quod mercor mercatus, Calder. *in cap. naviganti de uſur.* Scaccia *de commerc. §. 2. gloſſ. 4. n. 3.* Et ideo Romæ fuerunt inſtitutæ; quia ruſtici in agris rei ruſticæ vacabant octo diebus, & nono die Urbem repetebant ad mercandum. Quocirca dixit Feſt. Pomp. *Nundinas feriarum diem eſſe voluerunt antiqui, ut ruſtici convenirent mercandi, vendendique cauſa, eumque nefaſtum re, ſi liceret, cum populo agi, interpellarentur nundinatores.* Quare nundinæ à nono die, quaſi dictæ novendinæ: ut tradit Bened Petr. *in ſua Academ. lib. 3. n* 169. mutuatus à Camill. Borrello, quem non allegat, *de præſt. Reg. Cath. cap. 36. n. 3. 5. & 6.* & ab Anton. Theſaur. *deciſ. 264. in princip.* Dionyſ. Halicarnaſ. *lib. 7.* Marc. Varro *rei ruſt. lib. 2. c. 1.* Deinde nundinæ inſtitutæ fuerunt, ut venientes ad eas leges acciperent: quando namque aliqua promulgabatur lex in tabulis, erat trinundino, hoc eſt per tres nundinas, quibus explebantur viginti ſeptem dies, intra quos, ſi nemo contradiceret, lex firmare manebat, & in Ærarium inferebatur: ut ex aliis docet Camill. Borrell. *d. cap. 36. num. 9.* 1 2 3

Sunt autem nundinæ, quæ fiunt non tam ad mercandum, & vendendum merces, & victualia ſed etiam aliæ; quæ fiunt in Italia in Civitate Placentiæ, & aliis Civitatibus, quo mercatores ex omnibus mundi partibus conveniunt; & cambia exercent, quæ contra bonos mores non ſint. De quibus nundinis latè Scaccia *de commerc. §. 2. gloſſ. 3. n. 3. & ſeqq.* Et inſuper ſunt mercatus, qui fiunt ſingulis hebdomadibus, in quibuſdam Civitatibus, & Oppidis juxta text. *in L. 1. C. de nundin.* Theſaur. *d. deciſ. 264. n. 1.* 4 5

Hæ nundinæ ſine ſpeciali Principis conceſſione 6 fieri

fieri nequeunt : jus enim nundinarum proprium Ma-
jeſtatis eſt, de Regalibus majoribus *L.1.ff.de nundin.*
L.unica, C. eod. Andr.Gail. *lib.2.obſerv.69. n.24. &*
25. Sixtin. *de Regal.lib.1.c.2.n.37. & cap.6.n.31.* Re-
buff. *ad leg. Galliæ tom.2. tit. de Magiſt.artiſi.art.4.*
gloſſ.2.n.1. Camill.Borrell.*d.c.36.n.11.& ſeqq.* Ripol.
de Regal.cap.42.n.1. Theſaur.*d.deciſ.264.n.2.* Bodin.
de Repub.lib.1.cap.10.verſ.illud autem pag.mihi 269.
Henning.Arniſæus *de jurib.Majeſt.l.2.c.3.n.18.* Petra
de poteſtat.Princ.cap.10.n.28. Bened.Pereyr. *ubi ſu-*
pra n.50. & docet *gloſſ.verb. à Principe in L.1. ff. de*
nundin. quod nemini privato licet habare forum in
ſua villa, ſeu caſtro ſine Principis licentia. Ad quod
7 conducit illud Plinii Junioris *l.5.epiſt.4.ad Valerian.*
ibi : *Solers vir Prætorius à Senatu petiit, ut ſibi inſti-*
tuere in agris ſuis nundinas permitteretur, contra di-
xerunt. Vicentinorum legati. &c. Erat namque illud
jus nundinarum apud Senatum teſte Camill. Borrell.
d.c.36. n.10. Quod quamvis apud alios conceſſibile
ſit Ripol. *de Regal. cap.42. n.14.* tamen apud Gallos
ſoli Principi reſervatur, qui de nundinis diſponit ad
arbitrium : Et ſic illud communicare non poteſt Cho-
pin. *de Domanio Franciæ lib.3.tit.12.gloſſ.corporis n.*
9. Arniſæus *de jur.Majeſt.lib.2.c.3. n.18.circa fin.* Et
idem dicendum puto in hoc Regno *ex Ordin. lib. 2.*
tit.45. §.40. Ubi ſtatuitur nulli Magnatum ex dona-
tionibus licere reſcripta gratioſa concedere.
8 Mercatum vero ſine Principis privilegio poſſe in-
ſtitui, tradunt Nicol.de Matered.& Bald. *in L.1.col.*
1.C.de nund. quos ſequuntur Theſaur.*d.deciſ.264. n.*
4. Franciſc.Marc.*p.1.deciſ.53.n.2.3.& 4.* Ripol. *d.c.*
42.n.11.& 12. Ex ea ratione, quia regula *L.1. ff. d.*
nundin. procedit in nundinis ſolennibus, ut dixit Bald.
non in mercatibus, qui fieri poſſunt libere, ſiquidem
commercia ſunt de jure gentium *L. ex hac jure, ff. de*
juſtit. & jur. Theſaur. *ubi ſupra n.4.* Ripol.*d.c.42. n.*
11.& 12. Camill.Borrell.*d.c.36.n.19.* Sed contra Bal-
di, & ſequacium doctrinam bene inſurgit Camill.Bor-
9 rell. *proxime n. 20.* Ubi ait nullam dari differentiam
inter nundinas, & mercatum : ſiquidem unum, idem-
que videntur nundinæ, & mercatus in effectu; quam-
vis ſub diverſo nomine appellentur. Immo vulgo
apud Nos mercatus qui fiunt in ſingulis hebdomadi-
bus appellantur *Feyras*, id eſt nondinæ : quare diſpo-
ſita in nundinis locum habent in mercatibus argum.
text. *in L.2.§.appellare, ff. ſi cert. petat.* Deinde Im-
peratores *in L.unic.Cod. de nundin.* tam de nundinis,
quam de mercatibus loquuntur, & in eadem lege una
determinatione diſponitur circa nundinas, & merca-
tus. Lex autem diſponens circa plura determinabilia
10 cenſetur omnia pariter determinare *L. hac jure ff. de*
vulg.& pupillar. L.quamvis C. de impuber. L.commo-
diſſime ff. de liber. & poſthum. Corraſ. *in L.1.§ ſi ſti-*
pulanti in 2. lectur.n.5.de verbar.oblig. Solorzan. *de*
jur.Indiar.tom.2.lib.3.cap.26.n.82. Cyriac. *contr.97.*
n.15.& contr.145.n.48. Amat.*reſolut.1.n 20.* Valenz.
conſ.109.n.29. Larrea *allegat.42.n.8.in fin.* Caſtill.*lib.*
5.controverſ.c.97.n.4. Surd. *conſ.31.n.15.* Giurb. *ad*
conſuetud.Meſſan.c.3.gloſſ.2.p.1.n.9. Gabr.Pereyr.*de-*
ciſ.1.n.13. Creſp.de Valdaur.*obſerv.41. à n.47.* Et ſic
tam in nundinis, quam in mercatibus determinatio
ſiut in rubro, & nigro *in d. L. unica, C. de nundin.* in
utroque ſervanda eſt : ita ut nundinæ celebrari ne-
queunt *ubſque* Principis conceſſione, ita nec merca-
tus. Neque obſtat, quod in mercatibus fiont commer-
cia quæ ſunt de jure gentium, in quo fundatur con-
11 traria opinio. Quia reſpondetur : quod ſi ex hoc in
mercatibus non eſt neceſſaria Principis conceſſio uti-
que neque in nundinis neceſſaria erit, quoniam in il-
lis commercia fiunt, emptioneſque, & venditionas :
neque ex eo quod emptiones, & venditiones ſunt de
jure gentium, & impediri nequeunt, ſequitur ad in-
tentum, quod mercatus fieri valat ſine Principis li-
centia : quia etiam bellum eſt de jure gentium, ut di-
cemus *infra c. 26.* & tamen ſolus Princeps illud po-
teſt indicere, ut ibidem late oſtendimus : atque ita
conceſſionem Principis deſiderari tam in nundinis,
quam in mercatibus verius credo cum Camill. Bor-
rell. *d. n. 20. & ſeqq.* Et ita Regni ſervat ſtylus, &
obſervantia.
Ita ut ſoli Principi competit nundinas concedere, 12
ita & eas, vel illarum diem mutare Ripol. *d.c.4.n.16.*
& 17. Non tamen nundinæ in Eccleſia celebrari poſ-
ſunt juxta illud Eſaiæ *c. 56. Domus mea domus ora-*
tionis vocabitur cunctis populis : & Hierem.*c.7. Nun-*
quid ergo ſpelunca latronum facta eſt domus illa, in
qua invocatum eſt nomen meum in oculis veſtris. Ego
ſum, Ego vidi, dicit Dominus. Et ipſe Jeſus Chriſtus
Dominus noſter ejecit da templo ementes, & venden-
tes numulariorum, & vendentium cathedras dicens
Matth.*c.21. Scriptum eſt : Domus mea, domus oratio-*
nis vocabitur. Vos autem feciſtis illam ſpeluncam la-
tronum. Ut etiam habetur Marc. *cap.11.* Unde Sum-
mus Pontifex *in c. decet.2. de immunit. Eccleſ. in 6.*
prohibet in Eccleſiis fieri nundinas negotiationes, tu-
multus, & judicia ſæcularia : & ibi Auguſt. Barboſ.
n.1. optime Camill.Borrell.*d.c.36.n.72.& 79.* Joann.
Franc.Pavin.*de viſit.1.p.q.7.verſ. & quoniam domum*
Domini Paul.Fuſc. *eod. tract. lib.1.c.28.n.4.& 5.*
Accedentes verò ad nundinas variis gaudent pri- 13
vilegiis. De quibus Oſuald. ad Donal. *lib. 24. c. 7.*
liter. G. & lit. R. Narbon.*in L.10.tit.20.gloſſ.2.* Pri-
mo enim debent eſſe tuti in loco, & ſecuri in acceſſu,
mora, & receſſu ſecundum Bald. *in d. L. unica, C. de*
nundin. Ancarran. *in cap.1. de injur. lib.6.* Straca *de*
mercat.p.1.n.91. Ripol.*d.c.42. n.23.* Et fuit doctrina
Bart. *in L. fin. ff. de ſepulchr. viol.* Ubi tenet, quod
cui conceditur acceſſus, & receſſus intelligitur. Ne-
mo enim dicitur tuto venire, niſi & tuto recedere
poſſit Cancer.*lib.3.cap.3.n.388.& ſeqq.* Et facit text.
in L.qui metuntur 35.ff.ex quib.cauſ.major.L.4.ff. de
valat. & excuſ. numer. Ordinat. lib.3.tit.3 Immo il- 14
la ſecuritas non tantum conceditur perſonæ, ſed etiam
mercibus Ripol. *d.cap.42.n.5.& 13.* Amaya *in L pro-*
videndum 3. n. 30. C. de Decur. lib.10. Adeo ut de
jure Caſtellæ, ſi mercator deprædatus ſit, & non ap-
pareat latro, vel ejus bona, tenetur Concilium civi-
tatis, vel Dominus loci damnum reſarcire. Propterea
Imperatores *in d.L.unica, C. de nundin.* bono publi-
co proſpicientes mercatoribus euntibus ad nundinas
moram trahentibus, & recedentibus immunitatem
conceſſerunt, ut ab eis jus aliquod vectigalis, peda-
gii, vel gabellæ minime exigi poſſet : ut ibi tenent
gloſſ. Bald.*& commun.DD.* Franc.Marc.*2.p.deciſ.415.*
n.5. Camill.Borrell.*d.cap.36.n.35.* Ripol.*d.cap.42.n.*
28. & 29. Ubi *n.30.* ait, quod is, qui venit ad nundi-
nas capi non poſſit ex obligatione antea geſta; & id
ipſum decreverunt Imperatores *in d.L.unica* ibi : *Vel*
ſub prætextu privati debiti aliquam ibidem concurren- 15
tibus moleſtiam poſſint inferre. Et jure Caſtellæ ita pro-
batur *in L.3.tit.7.part.5.* Petr.Gregor.*ſyntagm.lib.25.*
cap.3.n.6. Narbon.*in d.L.10.tit.10.lib.9.Recopil.gloſſ.*
2.n.1. Et addit Ripol. *ubi ſupra n.30.* quod ſi veniens
ad nundinas cum juramento renuntiaverit immunita-
tem nundinarum, adhuc privilegium non amittit : ſe-
quitur Fontan. *1.p. deciſ.233.n.20.* dum tamen ipſe
renuntians propter vinculum juramenti petere ne-
queat guidatici, ſeu privilegii beneficium. At vero 16
poterit ad inſtantiam Univerſitatis, cui conceſſum eſt
privilegium capti relaxatio obtineri à Syndico Uni-
verſitatis : ut adverit Fontan.*d.deciſ.233.n.22.* debi-
toris namque renuntiatio non poteſt Univerſitati ar-
gum. text. *in c. ſi diligenti de for. compet.*
Item mercator accedens ad nundinas, ut pro debi- 17
to antea contracto, capi non poteſt; ita neque in loco
nundinarum conveniri : notant. *gloſ.* Bart.& Bald. *in*

d.l.unica, C. de nundin. & *in Auth.ut non fiant pignorationes* Gregor.Lopez *in L.3.verb.moradores en el, tit.7.partit.5.* Parlad.*lib 2.rer.quotidian.c.fin.p.5.§.4.n.13.*Narbon.*in d gloſſ.2.n.1.*Petr.Barboſ. *in L.hæres abſens §.proinde n.111.ff.de judic.* Camill.Borrell.*d.cap.36.n.37.* Bene tamen poterunt in loco nundinarum conveniri pro ibi geſtis; quia illius forum ſortiuntur: & ita ſcribunt *gloſſ. in d.L.unica,* & ibi Salicet, & probat Angel.& Straca *de mercat.tit.quomodo in cauſ.mercat.proced.ſit.n.2.*ſequitur Barboſ.*in d.§.proinde n.111.*Borrell.*in d.cap.36.n.38.*Narbon.*in*

18 *d.L.10.gloſſ.2.n.2.* & *3.* Quod intelligendum eſt, ut procedat, ſi debitor loco nundinarum habet pergulam, tabernam, horreum, armarium, vel officinam mercantiæ cauſa conductam. Verum ſi talia non habens habita fide de pretio contraxerit ſimpliciter abſque promiſſione de implendo in eodem loco, videtur contraxiſſe, ut advena, & non poteſt ibi conveniri: ut docent Straca *ubi ſupra,* Petr.Barboſ.*d.n.111.* explicat eleganter Narbon. *in L.10.tit.10.lib.9.Recop. gloſſ.2.n.3.* & *ſeqq.* Qui rationem differentiæ tradit *n.6. verſ. ratio ergo.*

19 Si vero quis ſolvere promiſit in nundinis, poteſt ibi conveniri, & ſi tempore nundinarum in loco non inveniatur, adhuc poteſt in foro nundinarum conveniri, & citatus per requiſitoriam ad illud remittendus eſt; ut dixit Bald. *in cap.1.de milit.vaſſall.* quem ſequitur Curt. Jun. *in L.1.n.10.ff. ſi quis in jus vocatus non ierit,* Jaſ. *in L.ſi convenerit. ff.de juriſd. omn.Judic.*Alciat.Dec.& alii *in c.1.de judic.*Camill.Borrell. *in comment.ad Bellug. in ſpecul.Princ.rubr.11.c.1.incipit.viſum eſt verb.in contractibus verſ.octavo limita.* Poterit etiam is, qui venit ad nundinas in loco conveniri pro debitis Regalibus, & aliis ex delicto pro-

20 venientibus per ea, quæ Narbon. *d.gloſſ.2.n.11.* & *12.* Et eſt advertendum: Quod in cauſis nundinariis procaditur ſummarii juris ordine non ſervato per ſimplicem cognitionem ſola veritate comperta Straca *de mercat.p ult.cap.1.per totum.* Dec. *conſ.7.n.3.* Cæphal. *conſ.202.n.28.vol.4.* poſt alios Camill.Borrell. *d.c.36.n.43.* Et facit: Quod in curia mercatorum regulariter proceditur ſola facti veritate inſpecta: probat Rota Genuæ *deciſ.2.in fin.* & *deciſ.39.n.*8.Carol. Tapia *deciſ. 34.n.4.*

21 Eſt autem advertendum, quod privilegia nundinarum, de quibus ſupra, procedunt de jure communi; & obſervari debent, niſi in privilegiis nundinarum aliter fuerit declaratum: quia tunc ſpeciale privilegium ſervandum eſt. Et rurſus notabis, quod privilegium nundinarum amittitur, ſi conceſſionarius per decennium eo uſus non eſt. *L.1.ff. de nundin.gloſſ.in d.L.unica, C. eodem* Archidiac. *in c.1.in fin.25.quæſt.2.* Capyc. *deciſ.134.n.2.* Camill.Borrell. *d.cap.36.n.27.* Qui *n.28.* & *ſeqq.* limitat tribus modis. Ripol. *d.cap.42.n.36.* & *37.* Theſaur. *deciſ.264.n.3.* Et denique nota Principem bene poſſe revocare conceſſionem nundinarum, ſi ex mera gratia fuit facta: Secus ſi mediante pecunia. De quo vide Ripol. *cap.42.n.38.* Camill.Borrell. *d.c.36.n.17.* & *18.*

22 Porro, Si Princeps concedit privilegium nundinarum alicui loco, & prius alteri vicino erat conceſſum, ut eadem die in illo celebrarentur nundinæ intra decem milliaria, ſecundum privilegium ſervandum non eſt, & præfertur primum Alciat. *conſ.24.n.2.lib.5.* Cæphal. *conſ. 342. lib. 3.* Cravet. *conſ.* 640. Qui omnes tenent non poſſe Principem nundinas conceſſas, vel præſcriptione quæſitas auferre Camil.Borrel. *d.cap.36.n.31.* Addit. ad Anton. Theſaur.*deciſ.204.* Borrel. tamen id intelligit, niſi Princeps ſcienter ſecundas conceſſiſſet.

Caput XXIV.

De Comitiis, ſeu Curiis generalibus.

SUMMARIUM.

1 *Verbum Curia variè accipitur in noſtro jure. Et vulgo Curia dicitur locus, ubi Princeps reſidet.*
Interpretatur Ordinat. lib. 3. tit. 3. Ibid.
2 *Intellige, ut Curia tunc dicatur locus, ubi Princeps reſidet, ſi ibi ſint Regis Conſiliarii, qui ejus lateri aſſiſtunt. In quibus terminis locus, ubi Princeps reſidet, & ejus territorium cum quinque leucis in circuitu Curia dicitur.*
3 *Curia etiam dicitur locus, ubi reſidet Senatus Domus ſuplicationis.*
Similiter Sedes Apoſtolica dicitur locus, in quo Papa reſidet; licet ibi non ſint Conſiliarii, & officiales. Ibid.
4 *In terminis, de quibus agimus, curia dicitur, & accipitur pro congreſſu, quem Princeps facit. Pro optimo Regni ſtatu, & gubernio.*
Proprie Curia appellari debent Comitia generalia. Ib.
5 *Comitia, ſeu Curia generales ſunt Regni fundamentum tam ad evertendam, quam ad mutandam, conſervandamque Rempublicam.*
In illis multa expediuntur pro utilitate Reipublica, Juſtitia, & pace. Item leges conduntur. Ibid.
6 *Poteſtas, & jus convocandi Curias ſoli Regi pertinet. Et hoc jus eſt de Regalibus majoribus oſſibus Regis affixis.*
7 *Solus Papa Concilium generale indicit, & convocat.*
8 *Rege abſente ex juſta cauſa poteſt ſpecialiter committere Primogenito, vel Reginæ comitiorum convocationem.*
9 *Convocatur ad Curias Tres Regni Status. Scilicet Eccleſiaſticus, Nobilium, & Populorum. Et fit convocatio per litteras Regis cum deſignatione temporis, & loci. Et qua ſervantur in Curiis circa modum celebrationis earum.*
10 *In Curiis juratur Rex, qui ſuccedit in Regno, ſi vivo patre Princeps juratus non fuit.*
Similiter Rex, quando Populus ei jurat fidelitatem jurat ipſe obſervare leges, & conſuetudines Regni. Ibid.
11 *Rex per ſe ſolum leges condere poteſt.*
12 *Leges condita in Comitiis majoris ſunt efficacia, & non dicuntur abrogata per reſcriptum, niſi illarum fiat expreſſa mentio.*
13 *Papa diſpenſat ſuper Concilium.*
Leges conditas in Comitiis poteſt Rex abrogare, ſed cum maxima conſideratione, & cauſa. Ibid.
Leges pactionata, & facta in Comitiis data pecunia tranſeunt in contractum, & non poſſunt à Principe, vel ejus ſucceſſore revocari.
14 *Privilegium pecunia emptum non debet, nec poteſt per Principem revocari.*
Dicitur privilegium tranſire in contractum, quando conceditur ex juſta cauſa, vel ob factum impletum, vel implendum. Ibid.
15 *Intellige, ſi pecunia, vel meritum æquivalent conceſſioni. Secus alias: quia in exceſſu dicitur gratuitum, & poteſt revocari.*
x6 *Privilegium contra jus publicum, & publicam utilitatem etiam obtentum per pecuniam poteſt revocari per legem generalem.*
Et quando incipiat eſſe nocivum. Ibid.
17 *Proponitur quæſtio, An Comitia ſint ſupra Principem? Vel è contra?*

Aſſerunt

Aſſerunt fundamenta partis affirmativæ : & n. ſeqq.

18 *Omnis conceſſio facta ad meram utilitatem concedentis revocabilis eſt.*

19 *Populus, qui in Regem jus, & poteſtatem tranſtulit, præſumitur retinuiſſe poteſtatem abdicandi Regium jus, & poteſtatem, ut in Comitiis ſtatuere poſſit, quæ magis utilia ſunt Regno.*

20 *Tres Status in Comitiis legitime congregati poſſunt Principem Tyrannum deponere, & alium legitimum cooptare.*

21 *Fundatur contraria, & negativa opinio.*

Regibus obedire generale pactum eſt ſocietatis humanæ. Ibid.

22 *Ordo naturæ non patitur, ut inferior dominetur ſuperiori, minor majori.*

Par in parem non habet imperium.

23 *Princeps in Republica habetur ad inſtar patris.*

24 *Subditi cum Principe reverenter ſe habere debent.*

25 *Concilium generale omnino ſubjicitur Papæ tanquam unico, Chriſti Vicario.*

26 *Unus debet eſſe Princeps. Neque bona poteſt eſſe gubernatio, quæ fit per plures.*

Gubernatio Monarchica eſt præſtantiſſima. Ibid.

27 *Nemo poteſt Concilium generale congregare, & aperire, niſi ſolus Papa.*

28 *Concilium congregatum clauditur, & diſſolvitur ex cauſa, & authoritate Papæ.*

Papa non ligatur Conciliariis conſtitutionibus. Ibid.

29 *Conſtitutiones Concilii debent à Papa confirmari, & approbari.*

Papa poteſt abrogare Concilii decreta, & in eis diſpenſare, ſi de illis faciat mentionem. Ibid.

30 *Comitia, & Concilium generale à pari procedunt.*

31 *In Comitiis proceditur per conſultationes Regi factas, quibus Rex reſpondet, ut ibi.*

32 *Populus in Regem tranſtulit omne jus, & poteſtatem, ut deinceps illam reaſſumere non poſſet durante ſanguine Regio.*

33 *Quilibet ex deſcendentibus de ſanguine Regio habet jus formatum ad ſucceſſionem ex contractu primi adquirentis, & n. 34.*

35 *Conceſſio ob cauſam non revocatur, niſi accipiens cauſam non impleverit; nec paratus ſit illam adimplere.*

36 *Regnum non tam ad Regis, quam vaſſallorum utilitatem fuit introductum.*

37 *Conſtituens ſuperius eſt conſtituto; niſi in conſtitutum deponatur omnis, quæ erat in conſtituente, poteſtas.*

38 *Renuntiantibus jura ſua non datur regreſſus.*

39 *Rex non debet habere parem in Regno.*

40 *Præſumptio regulariter verſatur circa rem dubiam, quæ eſſe, vel non eſſe poteſt.*

Vel circa illud, quod geſtum eſt, ignoratur qualiter geſtum ſit. Ibid.

Præſumptio non habet locum, quando conſtat de contraria voluntate expreſſa. Ibid.

Præſumptio cedit veritati. Ibid.

41 *Contrahentes ſemper ſe confirmare videntur cum juris communis diſpoſitione.*

42 *Oſtenditur Papam eſſe ſupra Concilium generale. Et hæc eſt veriſſima opinio. Et reprobantur Au*thores *contrarium tenentes.*

43 *Tyrannus alius dicitur in titulo, alius in exercitio, qui cum eſſet legitimus Princeps ad Reipublicæ deſtructionem tyrannicè ſe convertit.*

44 *Tyrannus in titulo bene poteſt per populum dejici à ſolio; & occidi abſque metu ſceleris & illum deponere, & n. 45.*

46 *Tyrannus omnibus eſt odio; & quem oderit, periiſſe cupit.*

47 *Interpretantur decreta Concilii Conſtantienſis.*

Tyrannus in exercitio non poteſt occidi à populo ante ſententiam neque à privatos niſi vi vim repellendo in defenſionem propria vitæ.

48 *Tyrannus in titulo dicitur hoſtis Reipublicæ; etiam ſi eam bene adminiſtret : & n. 49. & 50.*

Referuntur exempla eorum, qui Tyranni in titulo benè Republicam adminiſtrarunt. Ibid.

51 *Si populus ſemoto metu, & timore omnem poteſtatem in Principem Tyrannum tranſtulerit, vel conſenſum præſtiterit per tempus immemoriale, jam non dicitur hoſtis Reipublicæ.*

52 *Tyrannus in exercitio occidi non poteſt ante ſententiam; ſi vero abutatur legitima poteſtate in perniciem Reipublicæ valet à Regno deponi, & eo privari in Comitiis generalibus; ſi aliud non ſubſit remedium : & n. 53.*

54 *Tyranno nihil eſt legitimum, nihil ordinatum à Deo ſed omnia Deo adverſa, & Reipublicæ nociva.*

Datum ob cauſam, ſi cauſa non ſequatur, repeti poteſt. Ibid.

55 *Populus imperium translatum in Regem poteſt reaſſumere ex cauſa tyrannidis : & n. 56.*

57 *Intereſt Reipublicæ, ne quis re ſua utatur.*

58 *Reſpublica dicitur, quia ad omnes pertinet, & in id traditur Principi, ut illi præſit ad ſalutem.*

59 *Si Princeps ſit Tyrannus, populus poteſt Regem privare, uti Judex per ſententiam.*

60 *Authoritas Summi Pontificis non eſt neceſſaria ad deponendum Regem ob tyrannidem : & n. 61.*

62 *Partes ſubditorum ſunt principibus obſequi, & qualeſcunque patienter ferre.*

63 *Princeps in aliquibus pravus, & taliter qualiter remiſſus non ex eo ſtatim deponendus eſt ab adminiſtratione; neque eſt ultimo expulſionis remedio utendum, niſi id exigat extrema neceſſitas.*

64 *Expulſo uno Tyranno plerumque novus multò deterior ſuccedit.*

65 *In Comitiis Rex Tyrannus in exercitio ab adminiſtratione deponi poteſt, niſi aliqua fuerit emendationis ſpes. Et hic eſt caſus, quo Comitia ſunt ſupra Principem.*

66 *Regi negligenti, vel remiſſo, mente capto, ebrio, aut amenti datur curator, qui illius perſonam, & patrimonium conſervet.*

67 *Pubes non cogitur curatorem accipere invitus. Et ideo neque Regi puberi dari poteſt.*

68 *Regis tutela, & cura pubertate finitur.*

69 *Referuntur exempla Regum, qui poſt pubertatem Regni habenas ſuſceperunt.*

70 *Referuntur opiniones Doctorum, qui tenent tutorem, vel coadjutorem Regi decernendum eſſe ab iis, qui ſunt de Regis conſilio, aut à Romano Pontifice.*

71 *Amplectitur ſententia eorum, qui tenent electionem tutoris, vel coadjutoris Regis ſpectare ad populum ejuſque procuratores congregatos in publicis Comitiis.*

72 *Deficientibus omnibus conſanguineis Regis, electio novi Regis pertinet ad Tres Regni ſtatus congregatos in Comitiis.*

73 *Deficiente Rege pertinet ad tria brachia Regni in Comitiis cognitio, controverſia exorta inter aliquos Principes, ſuper ſucceſſione Regni.*

74 *Feudatarius habens feuda quaternata debet accipere curatorem à Judice, qui de feudo cognoſcere poteſt.*

75 *Papa in temporalibus nullam habet juriſdictionem circa Regnum, & Regis curatorem.*

Regis Conſiliarii nullam habent juriſdictionem circa Regem. Ibid.

76 *Curator, ſeu coadjutor Regis debet eſſe, vel ejus frater, aut ſi eo caret, conſanguineus proximior, qui in Regno ſucceſſurus eſſet, ſi Regis proles deficeret.*

77 Ro-

77 *Regis frater, vel proximior conſanguineus non poteſt authoritate propria Regis adminiſtrationem capeſcere, ſed authoritate Procuratorum Regni in Comitiis generalibus.*
78 *Pupillus non eſt educandus apud ſubſtitutum, aut proximiorem, qui ſuccedere ſperat propter ſiniſtram ſuſpicionem inſidiandi vitæ minoris.*
Si bonitas vitæ, & morum, aliaque circunſtantiæ concurrerent in fratre, ceſſabit prædicta ſuſpicio. Ib.
79 *Jus imponendi vectigalia, ſeu tributa perinde Majeſtatis proprium eſt, ut lex ipſa.*
Ad ſolum pertinet Principem tributa indicere, & agere. Ibid.
80 *Tributa jure gentium, & cum ipſis Regibus fuerunt introducta in ſignum ſubjectionis, & in alimenta Regis, & ad ſalaria miniſtrorum Juſtitiæ & nu.* 81.
82 *Reprobatur opinio eorum, qui tenent novam impoſitionem tributorum non eſſe de regalibus.*
83 *Princeps abſque conſenſu populi poteſt nova imponere tributa.*
84 *In Caſtella non poſſunt tributa imponi, niſi in Comitiis generalibus de conſenſu Procuratorum Civitatum Regni.*
Idem ſervatur in Anglia, & in Germania. Ibid.
85 *In hoc Regno Princeps non poteſt indicere tributa, niſi in Comitiis de conſenſu Populi ex antiquiſſima conſuetudine.*
86 *Regnum potuit adquirere prædictum jus adverſus Regem ex immemoriali conſuetudine, quæ habetur loco tituli, & privilegii.*
87 *In Comitiis ſolent populi convenire cum Principe, ut donativum, ſeu tributum ab eis promiſſum duret tantum per certum tempus, quo exacto propria authoritate poſſint tributum tollere.*
88 *Per obſervantiam tollitur omnis ambiguitas, & dicitur probata conventio.*
89 *Conſuetudo pro lege habetur.*
Reges ardua negotia expedire non debent, priuſquam ad populum, & Proceres referantur. Ibid.
90 *Nervi Reipublicæ conſiſtunt in cauſa tributorum.*
91 *Tributa inſueta ſemper fuerunt exoſa, & qui ea ſuaſerunt.*
Princeps antequam deveniat ad impoſitionem tributorum debet excutere proprium patrimonium, & ſuum ærarium expendere. Ibid.
92 *Tributa non ſunt imponenda, ut Rex augeatur, ſed ut Populus defendatur: neque ad luxum, ſed ad neceſſitatem publicam ſublevandam.*
93 *Reprobatur impoſitio tributorum facta prætextu publicæ neceſſitatis, quando nulla ſubeſt.*
Non eſt licitum fraudibus uti ad imperanda nimia, & gravia tributa. Ibid.
94 *Tributa etiam leviſſima tenuibus graviſſima videntur.*
Mortales pecuniam in æſtimatione habent, uti alterum ſanguinem. Ibid.
95 *Pecunia vita hominis.*
Major pœna eſt privatio omnium bonorum, quam mortis. Ibid.
Maxima dicitur infelicitas carere pecunia. Ibid.
96 *Princeps eo tantum caſu tributa expetere debet, quo neceſſitas exactionum flagitat. Et ejus intereſt, quod in Comitiis juſtitia cauſæ & neceſſitas tributorum examinetur.*
Procuratores in Comitiis conſtituuntur veluti Judices, ut examinent publicam utilitatem. Ibid.
97 *In ſubditis naturalis inducitur obligatio ſubveniendi publicis neceſſitatibus Reipublicæ.*
98 *Procuratores in Comitiis conſiderare debent Reipublicæ neceſſitatem, ut tributa, vel augeantur, vel diminuantur pro temporum viciſſitudine.*
99 *Tributa debent impetrari juxta ſubditorum facultates, & non amplius, quam populus ſolvere poteſt: non enim ſubditi gravari debent, ultra quam ferre poſſunt.*
100 *Princeps moderata tributa debet expetere: quia moderata utiliora ſunt, & circa ea mediocritas ſervanda eſt.*
101 *Princeps vaſſallorum dicitur piiſſimus pater.*
102 *Reges Luſitaniæ à vaſſallis nimio proſequuntur amore: & ita ipſi Reges tanquam parentes ſemper Luſitanos dilexerunt.*
103 *Nemo melius conſilium pro liberis capit, quam pater.*
Princeps ſubjectis proſpicere debet, non eos deprimere. Ibid.
104 *Patria poteſtas circa bona filiorum ſolum intelligitur quoad illis proficua, & utilia.*
Princeps eo contentus eſſe debet, quo indigentiæ conſulatur abſque gravi vaſſallorum læſione Ib.
Tributa quando imponuntur de conſenſu populi ſine ſcandalo exiguntur, & juſte retinentur. Ibid.
105 *Tributa non debent à triſtibus exigi.*
Quæ gemitibus, & dolore hominum congeruntur, non ſunt magnifacienda. Ibid.
106 *Tributa immoderata, & gravia, quando exiguntur, vetera, & conſueta amittuntur.*
107 *Tributa, quæ à pietate, & æquitate derivant, non ſunt Cæſaris, ſed Diaboli.*
108 *Si neceſſitas urgeat, ita ut Comitia convocari non poſſint, & periculum ſit in mora, bene poteſt Princeps novũ vectigal imperare ſine populi conſenſu.*
Periculum quando eſt in mora, poteſt actus expediri ſine conſenſu ejus, qui illum præſtare neceſſe erat. Ibid.
109 *Periculum quando eſt in mora, multa fieri permittuntur, quæ alias denegarentur.*
110 *Lex ipſa neceſſitati ſubjicitur: & in quacunque prohibitione caſus neceſſitatis ſemper cenſetur exceptus.*
Neceſſitas dicitur extrema, quando ſi illi non occurritur, Regnum, & regni ſtatus ſubſtineri nequeunt. Ibid.
111 *Paria ſunt aliquid ex neceſſitate facere, vel timore neceſſitatis.*
112 *Princeps pro defenſione Reipublicæ, & publica neceſſitate poteſt capere bona ſubditorum, ac ſi eſſent propria.*
113 *Princeps, qui aufert rem à tertio ob bonum, & utilitatem publicam, debet præſtare bonum cambium.*
114 *Limita in caſu publicæ, & urgentis neceſſitatis, tunc enim non tenetur damnum reſarcire, etiam poſtquam neceſſitas ceſſavit.*
Ceſſante neceſſitate tenetur rem ablatam reſtituere. Ib.
115 *Princeps in caſu urgentis neceſſitatis poteſt compellere ſubditos ad ſibi mutuandum pecunias.*
Item, mercatores exteros ad ſibi mutuandum abſque intereſſe. Ibid.
116 *Princeps urgente neceſſitate poteſt aſſumere vaſa aurea, & argentea Eccleſiæ, quæ neceſſitate ceſſante reſtituere tenetur.*
117 *Clerici non gaudent immunitate tributorum tempore neceſſitatis adventitiæ: ſed executio fieri debet à Judice Eccleſiaſtico.*
118 *In comitiis circa neceſſitatem ſtandum eſt Principis aſſertioni.*
119 *Tributa impetrata ex cauſa neceſſitatis ea ceſſante, ceſſare debent.*

CUria Verbum varie accipitur in jure noſtro; ut eleganter docet Boer. *in tract. magn. Concil. in addit.* 2. *n.* 167. *& ſeqq.* Camill. Borrell. *in comment. ad Bellug. in ſpecul. Princip. rubr.* 1. *verbo Curia.* Et quidẽ vulgariter dicitur Curia locus, ubi Princeps reſidet 1

Ordinat.

Ordinat. lib. 5. *tit.* 39. §.2. ibi: *Na Cidale, Villa ou lugar onde nos eſtivermos.* Et ita intelligenda eſt *Ordinat. lib.* 3.*tit.*3. ibi: *Todo o que he achado em noſſa Corte, ou Caſada Supplicaçaon:* notat Barboſ. *in l.*2. §. *legatis n.* 40. *ff. de judic.* & probat in terminis *L.* 27.*tit.*9.*partit.*2. Cabed. 1. *p. deciſ.*13.*n.*3. Qui hoc intelligit, ſi in eo loco, in quo Princeps reſidet, ſint
2 Regis Conſiliarii, qui ejus lateri aſſiſtunt & Regi conſulunt. Idem probatur *in d.lib.*27.*partit.*2. ibi *Corte es llamado el lugar do es El Rey, y ſus vaſſallos, y ſus officiales con el, que le han quotidiamente de aconſejar, y de ſervir.* Covarr. *pract. cap.* 4. *n.*10. Et non tantum ille locus, ubi Princeps reſidet, Curia dicitur, ſed ejus territorium cum quinque leucis in circuitu Gregor. Lopez *in d. L.* 27. *gloſſ.* 1. Cabed. *d. n.* 3. Et probat *Ordinat. lib.*1.*titul.*8. §. 1.*& titul.* 9. §.8. Dicitur etiam Curia locus, ubi reſidet Senatus Domus Suplicationis *Ordinat. lib.* 3. *tit.* 3. *in princ.* & *lib.*5.*tit.* 39. §.2. Petr. Barb. *in d.* §. *ligatis n.* 40.
3 Et regulariter Curia dicitur locus ubi jus redditur *L. penult. ff. de juſt. & jure.* Camill. Borell. ad Bellug. *d. rubr.* 1. *verb. Curia eſt verſ. aliquando.* Unde originem duxit ſtylus Senatus Portuenſis, in quo Curia appellatur dicta Civitas, ſeu Senatus. Similiter Sedes Apoſtolica dicitur locus, in quo Papa reſidet Petr. Barboſ. *in d.* §. *legatis n.* 36. & 37. licet ibi non ſint Conſiliarii, & officiales, ut tradit Barboſ. *proxime nu.* 38. Ubi reprobat Covarr. tenentem contrarium *d. cap.* 4. *nu.* 10. per argum text *in L. cum in diverſis, ff. de relig. & ſumpt. funer.* Et ita tenere dicit gloſſatorem *ad regul. Cancellar.* 8.

4 In hac verò materia, de qua agimus Curia accipitur pro congreſſu, quem Princeps congregat pro optimo Regni ſtatu, & gubernio *cap. Imperialem de probib. feud. alienat. per Fæder.* §. *poſt natale in tit. de Clerico violatore pacis in uſib. feudor.* Cagnol. *in l.* 2. *in princ. n.* 300. *ff. de origin. juris.* Oldrad, *conſ.* 200. cum aliis, quos citat Borrell. *ubi ſupra verb. curia eſt:* & tradit Bellug. *d. rubr.* 1. quamvis non ita debere appellari dicat Cabed. 2. *p. deciſ.* 3. *n.* 1. Sed Comitia, ſeu conventus generales trium Ordinum Regni, quæ vulgari ſermone dicimus *Cortes.* Forte ex eo, quod apud Romanos Comitia erant Curiata idem Cabed. *proxime.*

5 Comitia autem, ſeu Curiæ generales magni ſunt momenti, tanquam Regi fundamentum: ſive ad avertendam, ſive ad mutandam, conſervandamque Rempublicam. Etenim in illis multa expediuntur pro reparatione ſtatus pacifici Regni, & illius utilitate, pro juſtitia, & pace componenda, ad augendum Regni honorem; & ut depravata corrigantur, ſtatuſque provinciarum de bono in melius reformetur. Denique in Comitiis pro publica utilitate leges feruntur: ut optime docet Bellug. *d. rubr.* 1. & *rubr.* 8. *per totam*, ubi Camill. Borell. Cabed. 2. *p. deciſ.*
6 3. *n.* 4. Quo fit, ut convocandi Curias jus, & poteſtas ſoli Regi competere dicatur. Quippe in ejus poteſtate tanquam naucleri manu non tantum navem, ſed & gubernacula omnia eſſe oportet; tota alias navis peſſundatura, ſi contra nutum naucleri huc, vel illuc à quovis dirigi poſſet, Ideoque ſolum Principem Curias poſſe convocare docet Bellug. *d. rubr.* 1.*n.*3. Cabed. *d. deciſ.*3.*n.*2. Mierez *in procem. Curiar.* Regin. Mat. *n.*33. *col.* 10. ibi: *cum ſit una de regalibus affixis oſſibus Domini Regis: & de præcipuis.* Marcin. *in uſatic. judicium in Curia datum c.* 6. *n.* 11. ubi ita ait: *Eſt enim ipſiſſima Regis perſona in his actibus neceſſaria:* & poſt Oliban. & Peguer. Ripol. *de Regal. c.*4.*n.*18. & 19. Bovad. *in ſua Polit. l.*3.*c.*7.*n.*16. *in fin.* Valenz. *conſ.* 199. *nu.* 49.

7 Ita ſolus Papa Concilium generale inducit, & convocat Azor. *inſtit. moral. p.*2.*lib.*3.*c.*47.*q.*1. Franc. Leo *in Theſaur. fori Eccleſ. p.* 1. *cap.*9.*n.*1. Ugolin. *de poteſt. Epiſc. c.*48.*n.*3. Auguſt. Barboſ. *in c. ſignificaſti nu.* 5. *de elect.* Bovad. *lib.* 2. *cap.* 18. *nu.*195. Salzed. *de leg. Polit. lib.*2.*c.*7.*n.*58. & *n.*40. Thuſch. *litt. C. concluſ.* 549. *n.* 2.

Abſente verò Rege ex juſta cauſa à Curiis ap- 8
probata poterit Rex ſpecialiter committere Primogenito, vel Sereniſſimæ Reginæ convocationem ad Curias, & præſidentiam, atque aſſiſtentiam in eis. Ex his, quæ Calic. *in extravag. Curiarum c.* 4. *princip. n.* 7. Bellug. *d. rub.* 1. *n.* 44. Ripol. *de Regal. c.* 4. *n.* 20. Apud nos vero hoc neque viſum, neque auditum.

Convocantur autem ad Curias tres Regni Status, 9
ſeu tria brachia, ſcilicet Status perſonarum Eccleſiaſticarum, Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum, ſtatus Nobilium, & Status Populorum Quos omnes de jure convocari neceſſe eſt ex Caſſin. *in conſuet. Burgund. in procem verb. les gent des trois eſtats*, Rebuff. *a l leg. Gallia tom.*2.*tit. de ſes actes*, Bellug. *d. rubr.*1. Cabed. *deciſ.* 3.*n.*2. *in fin.* Et fit convocatio per litteras Regis cum temporis deſignatione, & loci: ut per Bellug. & Cabed, *ubi proxime.* Populi autem unum corpus inſtituunt Ripol. *d. c.*4. *n.*13. Et licet civitates, & oppida convocentur; tamen cum populus cujuſlibet non poſſit comparere, tam de conſuetudine, quam juſſu Regis, in litteris convocatoriis quælibet civitas, ſeu oppidum duas incolarum ſuffragiis elegit perſonas, & electi Curiarum Procuratores dicuntur; & cum ſufficientibus mandatis veniunt ad Curias nomine illius civitatis, quæ eos mittit: Examinatiſque procurationibus, & mandatis per perſonam à Rege deputatam admittuntur ad Curias Avendañ. *de exequend. mandat. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 7. *verſ. quintum exemplum*, Cabed. *d. deciſ.*3.*n.* 2. In congregatione autem Procuratores hi ſedent in locis deſtinatis ſecundum civitatum, vel oppidorum prærogativas. At vero poſtquam omnes Procuratores primis Curiarum actibus interfuerunt, dividuntur brachia, & cuilibet juſſu Regis unum deſignatur Monaſterium, quo ſingulis conveniunt diebus. Conſtat autem Status Nobilium ex triginta perſonis, quas Nobiles inter ſe eligere ſolent. In ſtatu vero Populorum eliguntur de conſuetudine unius; vel duo Procuratores ex qualibet provincia, qui Diffinitores appellantur, & in congregatione ſuper propoſitis ex parte Regis diffiniunt, & vota emittunt, Quod quidem deſumptum vidatur ex Solonis Republica, qui Comitia populi ſuffragiis committenda cenſuit; ſed quia is facile in quancunque partem pellitur, nec ſatis ad eligendas res, quæ conſilio indigent, judicii habet, non aliter quidquam concioni proponi voluit, quam ſi Senatus decreto probatum, dignumque judicatum fuiſſet, de quo ſuffragia inirentur, ut tradit Plutarch. *in Solone.* Procuratores vero Populorum in proximis Comitiis anni 1667. Diffinitorum electionem facere recuſarunt, verentes factum Tiberii, de quo *Tacit.* 1. *Annal.* & Dionyſ. Halicarn. *l.* 14. Qui comitia, & campos ad partes tranſtulit, & omne jus ſibi, & Senatui ſumpſit, Populi nulla parte relicta: Huic fini, ut liberius inter pauciores dominaretur, quos & terrere facilius, & ſpe gratiæ citius in ſuam ſententiam pertrahere poſſet. Quod multo pejus fecerunt Reges Gallorum ex familia Capeti, qui ne cogerentur cujuſvis convitia, & querimonias audiret, totum ferè jus Comitiorum tam frequenter à Merovei, & Caroli Magni ſucceſſoribus inſtitui ſolitorum aboleverunt: aut ſaltem rariſſime inſtituerunt. De qua re, ut libertati Reipublicæ valde damnoſa juſte conqueritur Ottoman. *in Francog.*

In his Comitiis quando Rex, qui ſuccedit in 10
Regno, non fuerit in vita patris Princeps juratus & declaratus, jurant Tres Regni Status, Populorum ſcilicet, Eccleſiaſticus, & Nobilium fidelitatem Re-

gi;

gi; & idem faciunt Domini terrarum, arciumque Præfecti Bellug. *in ſpecul. Princip. rubr.* 9. Rebuff. *de feud. in princ.* Cabed. 2. *p. deciſ.* 3. *n.* 3. Et inſuper ipſe Rex quando populi ei jurant fidelitatem, jurat & ipſe conſervare, & obſervare leges, & conſuetudines Regni, ſtatuta Civitatum, & earum privilegia. Cabed. *d. deciſ.* 3. *nn.* 5. Quod idem fecit Philippus Primus Galliæ Rex, & Henricus Rex Poloniæ: ut tradit Bodin. *de Rep. lib.* 1. *c.* 6. *pag.* 238. Ita Reges Epirotarum jurare conſueverunt, dum ſacris initiabuntur decreta patria ſervare: refert. Bodin. *d. c.* 6. *pag.* 137. Et ita coſtitutum apud Nos in Comitiis habitis anno 1641. ſub Rege noſtro Invictiſſimo Joanne Quarto, qui ita fieri à ſuis ſucceſſoribus conſtituit lege lata die nona Septembris anni 1647.

11 Diximus Comitia etiam convocari ad leges ferendas. Sed ſupponendum eſt Regem per ſe ſolum leges concedere poſſe *L. fin. C. de leg.* licet eas facere ſoleat de conſilio procerum, & Conſiliariorum *L. humanum, C. de leg.* Bellug. *rubr.* 2. *n.* 3. Quod ultimum ex mera voluntate, non ex neceſſitate procedere colligitur ex Bart. *in d. L. humanum.* Ubi dicit, quod hoc eſt voluntarium, non neceſſarium: *& in L. fin. C. de leg.* Et in ſpecie probatur *ex L. non ambigitur, ff. de leg.* ubi Accurc. & notat Camill. Borrell. ad Bellug. *rubr. 2. verb. procerum,* & ibi Bellug. *n.* 7. Majoris autem ſunt efficaciæ leges conditæ in comitiis de con-
12 ſilio trium brachiorum, quam conditæ per ſolum Principem Bellug. *d. rubr.* 2. *n.* 7. Etenim quamvis Princeps etiam leges conditas in Comitiis, & de conſilio procerum poſſit abrogare; tamen reſcribendo non cenſetur eas revocare: niſi illarum faciat mentionem in reſcripto. Contrarium vero dicendum eſt in legibus conditis per ſolum Principem, quia ſi in reſcripto appoſita ſit clauſula non obſtante tollitur illa lex quoad contenta in reſcripto, & valet reſcriptum: ut tenent Archid. *in cap.* 1. *de conſtit. lib.* 6. Bald. *in L. humanum, C. de leg.* quos refert, & ſequitur Bellug. *d. rubr.* 2. *n.* 2.

13 Sic Papa diſpenſat ſuper Concilium, Auguſt. Barboſ. *in decret. de inchoand. Concil. Trident. ſeſſ.* 1. *n.* 3. Salzed. *de leg. Polit. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 7. proindeque nulli dubium Regem poſſe eas leges abrogare, quæ in comitiis conditæ fuere; ſed cum majori cauſa, & conſideratione. Si vero populi in Comitiis data pecunia conſecuti fuerunt à Principe ut certas leges conderent; tunc eæ leges, quæ pactionatæ dicuntur, tranſeunt in contractum; & non poſſunt à Principe revocari? neque ab ejus ſucceſſore, cum tales habeant juſtitiam naturalem, qua uterque obligatur *c. & nos de proba. L. in ſumma ff. de condict. indeb.* optime Bellug. *d. rubr.* 2. *n.* 4. & 1. & ibi Camill. Borell. *verb. pro pecunia.* Et hæc eſt cõmunis opinio tam legiſlatorum, qui eam habent pro Evangelio Bart. *in L.* 1. *C. de ſumma Trinitate, & in L. omnes populi, ff. de juſt. & jure,* quam Canoniſtarum ex Felin. *in c. novit. num.* 9. *extra de judic.* & notatur *in cap. conſtitutus de relig. domib, & in c. cum dilectus de ordin cognit* Ar-
14 chidiac. *in cap. quicumque* 11. *q.* 1. Similiter privilegium pecunia emptum conceſſum per viam contractus non debet, nec poteſt revocari à Principe ſecundum Bald. *in L. ſi cum mihi. ff. de dolo,* quem poſt alios ſequuntur Phæb. *deciſ.* 33. *n.* 3. Pereyr. *deciſ.* 110. *n.* 7. Valenz. *conſ.* 2. *nu.* 68. Giurb. *conſ.* 94. *nu.* 5. & *de feud.* §. 1. *gloſſ.* 3. *n.* 26. *verſ. contrarium,* Mierez. *de Majorat.* 1. *p. quæſt.* 20. *n.* 5 Prout ſi privilegium concedatur ob benemerita Tiraq. *in L. ſi unquam verb. donatione largitus n.* 14. Phæb. *d. deciſ.* 33. *n.* 3. & 4. Pereyr. *dec.* 120. *n.* 7. Dicitur autem privilegium tranſire in vim contractus, quando conceditur ex aliqua juſta cauſa, vel ob factum commenſuratum impletum, vel implendum ab eo, cui conceditur Afflict. *deciſ.* 128. *n.* 10. Cancer. *lib.* 3. *var. c.* 3. *nu.* 153. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *p.* 2. *n.* 91.

Quod intelligendum eſt, Si pecunia, vel merita, 15
ob quæ privilegium fuit conceſſum æquivaleant conceſſioni. Sin minus privilegium etiam pecunia, vel ob merita datum non deſinit eſſe gratuitum Tiraq. *in d. L. ſi unquam verb. donatione largitus n.* 96. & 97. Menoch. *conſ.* 112. *n.* 15. & 16. Larrea *allegat.* 77. *nn.* 23. & 24. Auguſt. Barboſ. *in c. relatum* 12. *nu.* 7. *de teſtam* Capyc. Galeota *reſponſ. fiſcal c.* 23. *n.* 14. Anton. Gabr. *de donat. concluſ.* 1. *n.* 63. Molin. *lib.* 2. *c.* 8. *num.* 17. D. Chriſtoph. Creſp. *obſervat.* 101. *nn.* 20. Unde hoc privilegium cum reputetur gratuitum revocari valet, ut videtur voluiſſe Bald. *in L. qui ſe patris, C. unde liberi* ſequitur Bellug. *d. rubr. 2. verb. per populum pecunia.* Cæterum ſi merita, vel pecunia æquivaleant conceſſioni, privilegium revocari nequit ex dictis; niſi fuerit contra jus publicum, vel publicam utilitatem: quia tunc omnia, & quæcumque poſſunt à Principe revocari *L. jus publicum, ff. de pact. L.* 2. §. *jus Reipublica, ff. de adminiſtr. rerum ad Civit. pertin.* Surd. *deciſ.* 7. *per totam,* Valenz. *conſ.* 99. *n.* 7. 8. & 9. Larrea *alleg.* 77. *n.* 10. & *ſeqq.* Mierez *d. q.* 20. *n.* 6. Auguſt Barboſ *in c.* 1. *nu.*
11. *de probat.* Creſp. *obſerv.* 101. *nn.* 23. & tunc in- 16
cipit eſſe nocivum, quando apparet eſſe contra publicam utilitatem Larrea *proxime nn.* 1. Creſp. *d. obſerv.* 101. *nu.* 29. 30. & 31. Quibus in terminis ſufficit, quod revocatio fiat per legem generalem, licet privilegiorum non fiat mentio; quippe ſatis eſt, quod de illis in genere ſit per Principem cogitatum Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 33. *n* 8. Larrea *d. alleg.* 77. *n.* 16. Cabed. *p.* 2. *dec.* 97. *n.* 3.

An autem comitia ſint ſupra Principem? Inda- 17
gare oportet. Et quidem pro parte affirmativa facit primo, quod Principes conſtituti ſunt, & authoritatem ſuam nacti benignitate, & de conſenſu populi. Ideoque populo in Comitiis ſunt obnoxii; prout in ſimili dixit Papa Zacharias, cum de Childerici addicatione conſuleretur à Francigenis, teſte Amentin. *lib.* 3. *Annal.* ibi: *Princeps populo, cujus beneficio poſſidet, obnoxius eſt. Quamcumque enim habet, potentiam honorem, divitias, gloriam, dignitatem à populo accepit. Plebi accepta referat neceſſe eſt: Regem plebs conſtituit, eundem, & deſtituere poteſt.* quod maxima cum ratione procedere videtur, namque populus Principem conſtituit *L.* 1. *ff. de conſtit. Princ.* Unde negari non poteſt, quod conſtituens prius eſt, & ſuperius conſtituto. Sed tres Ordines Regni Principes noſtros conſtituere; tam in Lamacenſibus Comitiis Alphonſum Primum: ut conſtat ex ipſius Regis Chronicis: quam in Comitiis Conimbricenſibus, ubi Rex Joannes primus fuit in Regem electus, & aſſumptus: ut probatur *ex ipſiuſmet Chronica antiqua, p.* 1. *cap.* 179. 185. *& in nova cap.* 45. & 46. & in aliis Uliſſiponenſibus anni 1641. & in quibus Joannes Quartus Dux Bragantiæ fuit acclamatus, & reſtitutus excluſo Philippo Caſtellæ Rege poſſeſſore intruſo: Ergo tres Regni Status congregati in Comitiis ſupra Regem ſunt.

Secundo facit: Quia omnis conceſſio facta ad me- 18
ram concedentis utilitatem revocabilis eſſe dicitur argum. text. *in* §. *recte Inſtit de mand. L.* 1. *& toto tit. ff. & C. mandati juncta L. penult. C. de pact. L. filius matrem, C. de inoffic. teſtam.* At vero Principatus datus fuit propter utilitatem ſubditorum: ut dixit Soto *de juſt & jure lib.* 10. *q.* 3. *art.* 1. Ergo cum in Comitiis agatur de utilitate, & bono Regni regimine; poteſtas, quæ à populo Regi tributa eſt; dum Tres Regni ſtatus in Comitiis exiſtunt, ſuſpenſa dici debet, ut Ordines ſupra Principem ſint, & eſſe debeant: ut in ſimili argumentatur Mench. *Illuſtr. lib.* 1. *cap.* 47. *n.* 12.

19 Tertio : qui dum Populus in Regem jus, & poteſ-
tatem tranſtulit, præſumitur retinuiſſe poteſtatem,
ſaltem abdicandi poteſtatem Regiam ad hoc, ut in
Comitiis ſtatuere poſſit, quæ magis utilia, & profi-
cua Regno viſa ſint *L. omnes populi, ff. de juſt. & jur.*
§. ſed naturalia Inſtit. de jur. natur. L. 2. §. deinde
quia ff. de origin. jur. in ſimili Mench. *d.c.* 47. *n.* 11.
Et quidem nocentiſſimum eſſet populo, ſi omnem
poteſtatem deponeret, & in Regem transferret, nul-
la ſibi reſervata contra reg. text. *in L. cum de inde-*
bito, ff. de probat. Proindeque populus, qui repræ-
ſentatur in Tribus Regni Statibus congregatis in Co-
mitiis, ſupra Principem eſſe dicendum eſt. Denique
tres Regni Status in Comitiis legitime congregati
poſſunt Principem Tyrannum deponere, & alium
legitimum in Regem cooptare: ut late probat Valaſc.
20 *de juſt. Acclamant.* 1. *p.* §. 3. Ergo Tres Regni Or-
dines in Comitiis ſupra Regem ſunt. Confirma-
tur ex his, quæ Toman. *conſ.* 380. *incipit quæſtio*
eſt, & conſ. 522. & 523. Ubi tradit Concilium ge-
nerale eſſe ſupra Papam : Ergo & Comitia ge-
neralia ſunt ſupra Regem.
His tamen non obſtantibus verior eſt contraria ne-
gativa ſententia, quæ habet Regem eſſe ſupra Co-
mitia. Et pro ea facit : Quod populus ab initio
in Regem tranſtulit omne jus, & poteſtatem *L.* 1.
cum ſimilib. ff. de conſtit. Princip. & plures diximus
21 *ſupra* : Subindeque illi ſubditus effectus fuit : nulla-
que ratio probabilis adduci poteſt, ut ſubditi Prin-
cipibus imperent, aut popularibus Comitiis ulla po-
teſtas ſupra Regem tribui debeat. Prout fere eiſdem
verbis docuit Bodin. *de repub. lib.* 1. *cap.* 8. *pag.* 140.
verſ. eorum igitur : quodque generale pactum eſt
ſocietatis humanæ obedire Regibus ſuis *cap. quæ*
contra diſt. 8. vel ut ibi explicat gloſſa generali lege
à natura imperata eſt ſubditis obedientia. Etenim
naturæ ordo non patitur, ut inferior dominetur ſu-
periori, minor, majori, ſervus domino *c. cum infe-*
rior 21. *diſt.* Jaſ. *in l. omnes populi n.* 11. *ff. de juſt. &*
22 *jure*, Hyppolit. de Marſil. *ſingul.* 182. Tiraq. *de*
pœn. tempor. in præfat n. 26. Aug. Barboſ. *in d.c. cum*
inferior n. 2. neque inferior ſuperioribus jura poteſt
ſubvertere Cravet. *conſ.* 238. Surd. *conſ.* 58. *n.* 6.
Cardoſ. *in prax. verb. lex num.* 9. homo neque par in
parem habet imperium *c. innotuit* 20. *de elect. L.*
non Magiſtratus, ff. de arbitr. Menoch. *de arbitr. ca-*
ſu 438. *n.* 9. Surd. *conſ.* 47. *n.* 10. *& conſil.* 106. *n.*
12. *& conſil.* 167. *n.* 16 Sigiſmund Scaceia *de appell.*
q. 1. *n.* 10. Rebuff. *tom.* 1. *ad leg. Gall. tit. de evocat.*
num. 46. *pag.* 165. Cotta *in memorab. verb. par.*
pag. 657. Emman. Barboſ. *ad Ordinat. lib.* 1. *tit.*
65. *in princ.*
23 De inde, quia Princeps habetur in Republica ad
inſtar patris : ut dixit Ariſtot. *Etich. lib.* 8. *c.* 10 &
Polit. lib. 1. *c.* 8. & *lib.* 3. *cap.* 11. *L. ſiquis in ſuo G.*
d. inoffic. teſtam. & *in Auth. Judices ſine quoquo ſuf-*
fragio Ubi Princeps vaſſallorum dicitur piſſimus pa-
ter Pariſ. de Put. *de ſyndic. tit. de exceſſib. Reg. n.* 77.
D. Thom. *de regim. Princ. lib.* 3. Gigas *de crim. læ-*
ſæ Majeſt. q. 7. *n.* 4. & aliis relatis Valenz. *conſ.* 99. *n.*
73. At ideo non minus obligantur naturaliter ſubdi-
ti ipſi Ragi, quam filii parentibus ; namque à natu-
ra conſtitutus fuit communis omnium pater. Unde
ſubditi cum Principe reverenter habere debent
dicente Origene *Homil.* 10. *in Levitic. Patri,*
vel matri nullo modo contradicere habemus, di-
24 *cant faciant quæ volunt.* Et Saluſt. *in Jugurt. Vis*
regere patriam, aut parentes, quamquam, & poſ-
ſis, & delicta corrigas, importunum eſt. Non ergo
dicendum Tres Regni Ordines in Comitiis ſupra Re-
gem eſſe, cum vere ſubditis, neque Regi contra-
dicere liceat.
25 Confirmatur etiam ex eo : Quia Conſilium gene-

rale omnino ſubjicitur Papæ tamquam unico Chriſti
Vicario lege divina, naturali, & humana. Divina
ſiquidem Jeſus Chriſtus Dominus Noſter Beato Pe-
tro ſupremam dedit authoritatem per illa verba : *Et*
ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram
ædificabo Eccleſiam meam : & portæ inferi non præ-
valebunt adversùs eam. Et tibi dabo claves Regni
Cælorum. Et quodcumque ligaveris ſuper terram, erit
ligatum, & in Cælis, Matth. *c.* 16. Joann. *c. ult.* Ubi di-
xit : *Paſce Oves meas.* Naturali lege : Quia ſicut in
Eccleſia Triumphanti ſunt plurimi gradus, & unum
caput, à quo omnia pendent: ita in Eccleſia Militan-
ti unus debet eſſe Princeps : quippe imperium, Re-
gnum, & gubernatio non poteſt eſſe bona per plu-
res *c. in apibus Princeps unus* 7. *q.* 1. Et inde fit :
Quod ex tribus Rerumpublicarum ſpeciebus, nem- 26
pe Ariſtocratiam, Democratiam, & Monarchiam,
hanc ultimam eſſe præſtantiſſimam docuerunt Ariſt.
lib. 3. *Polit. cap.* 10 & 11. Plat. *in lib. de Regn. &*
de Rep. dialog. 8. eleganter Covarr. *pract. cap.* 1. *n.* 5.
Oldrad. *conſ.* 94. *nu.* 7. *verſ. adhuc ſtatus.* Et lege
humana probatur ex text. *in c. nemo judicabit aliorum*
hominum cauſas c. facta ſubditorum c. cuncta per
Mundum 9. *q.* 3. Quibus juribus probatur, quod
Papa judicat omnes, ipſe verò à nemine judicatur,
niſi à ſolo Deo.
Quæ reſolutio confirmatur : Qui nemo Concilium 27
generale poteſt congregare, & aperire, niſi ſolus Pa-
pa *cap.* 2. *c. nec licuit.* 17. *diſt.* Azor. *inſtit. moral.* 2. *p.*
lib. 3. *cap.* 47. *q.* 1. Franc. Leo *in Theſaur. for. Eccleſ.*
p. 1. *cap.* 9. *n.* 1. Ugolin. *de poteſt. Epiſcop. c.* 48. *n.* 3.
Ang. Barb. *in c. ſignificaſti* 4. *de elect. n.* 5. Bovad.
in ſua Polit. l. 2. *c.* 18. *n.* 195. Salzed. *de leg. polit. lib.*
2. *c.* 7. *n.* 40. & 58. Thuſch. *liter. C. concluſ.* 549. *n.* 2.
& *concluſ.* 552. *n.* 5. Petr. Gregor. *lib.* 15. *ſyntagm. cap.*
3. *n.* 5. Quod ita congregatum clauditur, & diſſolvi-
tur ex cauſa, authoritate Papæ Thuſch. *concluſ.* 552. 28
n. 7. & ſi in eo non adſit Papæ authoritas, non erit
Concilium, ſed conciliabulum ; atque geſta in eo
reddentur ad vacuum *cap. multis de novo* 17. *diſt.*
cum enim poteſtas abſoluta Eccleſiæ reſideat penes
Papam Tuſc. *de concluſ.* 552. *num.* 6. Caietan. *de*
auth. Papa. c. 8. Azor. 2. *p. inſtit. moral. l.* 5. *cap.* 13.
q. 4. Salzed. *de leg.* 2. *cap.* 7. *n.* 75. non ligatur Papa
conciliaris conſtitutionibus : adeo ut Conciliorum
authoritas à Pontifice dependeat, taliter quod eorum
conſtitutiones debeant ab eo confirmari, approbari,
vel reprobari, & interpretari. docent Tuſch. *d. con-*
cluſ. 552. *num.* 6. & 8. late Salzed. *d. cap.* 7. *num.* 36.
41. 42. & 58. quoniam à Pontificis confirmatione ro-
bur accipiunt Concilii decreta Salzed. *d. cap.* 7. *num.*
60. Unde bene poteſt Papa decreta Concilii abro- 29
gare, & in eis diſpenſare, ſi de eo faciat mentionem
Gutierr. *pract. lib.* 3. *q.* 17. *nu.* 231. Zerola *in prax.*
Epiſc. p. 2. *verb. abſolutio verſ. dico quinto* Flor de
Mena *lib.* 5. *var. q.* 10. *num.* 50 Verala *deciſ.* 268.
n. 1. *p.* 1. Antonin. *lib.* 1. *reſolut.* 58. *n.* 6. Bonac. *de*
de cenſur. diſput. 1. *q.* 3. *punct.* 2. *n.* 4. *in fin.* Gratian.
c. 387. *num.* 35. poſt alios Auguſt. Barboſ. *ad Con-*
cil. Trident. ad decret. de inchoando Concilio n. 2.
Quare Papam eſſe ſupra Concilium probatur ex Con-
cilio Chalcedonenſi *actio* 3. ex Concilio Romano
quinto ſub Symmacho, & ex Concilio Lateranenſi
ſub Alexandro Tertio, & *ex epiſtol.* 84. Leonis Ad
Anaſtaſ. D. Gregor. *lib.* 9. *epiſt.* 19. ad Theodoſ.
Imperat. Cardinal. Bellarmin. *lib.* 2. *de Concil. cap.*
17. Azor, *inſtit. moral. lib.* 4. *cap.* 13. Symmanch. *de*
Cathol. tit. 12. *de Concil. n.* 10. Valenz. *contra Venet.*
p. 6. *à n.* 34. Sebaſt. Cæſar. *in Eccleſ. Hierarch. p.* 1.
diſput. 1. §. 3. *ex n.* 9. Salzed. *d. cap.* 7. *n.* 63. Salto *in*
clavi Regia lib. 3. *c.* 10. *n.* 6. Auguſt. Barb. *in c. ad*
Apoſtolica n. 5. *de ſentent & re judic.*
Comitia autem & Concilium generale à pari pro- 30

cedunt, quia ſicut ut illud abſque authoritate Papæ non poteſt convocari, neque fieri: ita Comitia abſque Principis authoritate neque convocari, neque fieri legitime poſſunt. Ex paritate rationis ſupremæ poteſtatis, quæ ſicut exiſtit in Pontifice quoad Eccleſiam, & illius bonum regimen, ita quoad temporalia, & bonam Regni adminiſtrationem reſidet in Rege. Subindeque: Ita ut Papa eſt ſupra Concilium, ita Rex ſupra Comitia. Et quemadmodum Papa decreta Concilii confirmare debet, ut robur accipiant, & illis poteſt derogare: ita & Principis confirmatio deſideratur, quoad Comitiorum decreta; quæ etiam derogare valet. Et ita quotidie
31 obſervari videmus in hujus Regni Comitiis. Ubi tria brachia per conſultationes Regi factas in omnibus procedunt, & per capitula, in quibus ſupplices Principi, exponunt, quod fieri æquum, ac bonum videtur. Quibus Rex reſponſa dare ſolet his verbis: Placet. Decernimus, Statuimus: ut in Comitiis de Thomar; & in aliis Ulyſſiponenſibus anni 1641. Quod idem ſervatur in Caſtella, & in aliis Regnis: ut tradit Bodin. *de Repub. lib.* 1. *c.* 8. *fol.* 140. & *pag.* 141. *verſ. nec aliter Hiſpanorum Conventus.* Et in Gallia Petr. Gregor. *de Repub. lib.* 24. *cap.* 4. *n.* 3. Videndus Hyppolitus à Lapide *de ratione ſtatus* 1. *p. ſect.* 2. *pag.* 60. *verſ. immo in illis.*

32 Qua opinione retenta non obſtant adducta in contrarium. Non primam: Quia licet verum ſit ab initio Regem fuiſſe conſtitutum beneficio, & conſenſu populi; tamen populus ei, & in eum omne jus, & poteſtatem ita tranſtulit, ut deinceps illam reaſſumere non poſſet; niſi in caſibus, de quibus infra. Et hoc in Regno hæreditario procedit. Dum enim populus ſe ſubmiſit Titio, & hæredibus ejus, hoc eſt, deſcendentibus perpetuo, in Regem tranſmiſit jus, & poteſtatem durante ſanguine ſuo: ut inſinuant verba Bald. *in cap* 1. *de feud. March. n.* 6. ibi: *Non poteſt ſuccedere fiſcus, ſed ipſe ſanguis, qui perpetuus eſt.* Et ſic imperium, & poteſtas à populo translata in Regem pro ſe, & ſuo ſanguine non revertitur ad populum, niſi extincto toto ſanguine Regio. Quilibet enim deſcendens ex Regio ſanguine habet jus formatum ad ſucceſſionem ex contractu
33 primi adquirentis. Et licet illud habeat tantum in ſpe; tamen vere transmiſſibile eſt. Ex his quæ Oldrad. *conſ.* 224. *Ita ſunt in facto ſuper ſucceſſione Comitatus Sancti Severi*: juxta cujus conſilium judicaſſe Robertum Regem Siciliæ, & Hieruſalem cum aſſiſtentia duorum illuſtriſſimorum Cardinalium teſtatur Peregr. *de jure fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 52. Sequuntur Paul. de Caſtr. *conſ.* 164. *col.* 3. *vol.* 2. Socinus *conſil.* 252. *nu.* 11. Tiraq. *de Primogen. quæſt.* 40. *n.* 39. & 66. Montan. *de Regal. in prælud. nu.* 26. Nullum igitur jus ſeu poteſtas remanſit in populo; neque ille poteſt reaſſumere poteſtatem, quam in Principem tranſtulit, & ſe illa poteſtate nudavit. Et ſic Valerianus Imperator rogatus à militibus, ut ſibi ſocium in Imperium adciſceret, reſpondit vocem illam tanto Imperatore dignam: *Veſtrum, inquit, fuit, ut privatum me ad Imperialem extolleretis dignitatem: res autem adminiſtrare, non jam veſtri, ſed Principis ipſius eſſe vos ipſi quoque dixeritis. Itaque vos deinceps imperata facere, & quietos eſſe, me autem quid facto opus ſit, curare decet*: refert Petr. Gregor. *de Repub. lib.* 26. *cap. fin. n.* 8.

34 Unde fluit: quod acclamatio, quæ fit à populo ſingulis Regni ſucceſſoribus, eſt renovatio primæ inveſtituræ. Et ita non transfert jus ex nunc; ſed confirmat, quod in prima electione tranſtulerat: ut probatur *lib.* 2. *Reg. cap.* 11. *in fin. Cum enim Regnum jam eſſet erectum: eod. lib. cap.* 8. dicitur. *in d. cap.* 11. *Venite, & eamus in Galgala. & innovemus ibi Regnum*: id eſt confirmemus ſecundum *gloſſ. in cap. innovemus extra de cenſib.* Montan. *in L. Imperialem §. præterea ſiquis inſeudatus de prob. feud. alien. per Federic. & de Regal. in prælud. n.* 26. *in fin.* Proindeque Tres Regni Status in Comitiis reaſſumere non poſſunt poteſtatem, quam in erectione Regis tranſtulerant, ut Regi ſuperiores dici valeant.

Probatur etiam: Quia conceſſio ob cauſam non 35
revocatur, niſi accipiens cauſam non impleverit *L. fin.* ubi *gloſſ.* Cynus Odofred. *C. de revoc. donat. §. ſciendum Inſtit. eod. tit. c. fin. extra de donat.* etenim ſi paratus ſit implere, pœnitentiæ locus non eſt *L. dictam C. de condict. ob. cauſ.* Donel. *lib.* 14. *comment. c.* 23. Anton. Faber. *de error. Pragm. decad.* 44. *error.* 9. Qui ſubtilem differentiæ rationem conſiderat inter donationem ob cauſam, & alios contractus innominatos: Nempe quod in donatione ob cauſam duplex ratio conſideratur, una liberalitas præſens; altera futura implementi ex parte accipientis. Unde cum liberalitas numquam defecta videri poſſit; non erit locus pœnitentiæ, ſi donatarius paratus ſit adimplere. Plane cauſa, ob quam populus Regnum tradidit, eſt adminiſtratio pro ſalute publica; ſiquidem Regnum non tam ad Regis, quam ad vaſſallorum utilitatem fuit introductum Bened. Ægid. *in L. ex hoc jure* 1. *p. c.* 3. *n.* 7. & 8. Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. 36
c. 21. *n.* 59. Melch. de Valent. *illuſt. tract.* 2. *c.* 5. *n.* 5. & *ſeqq.* Salgad. *de Reg. protect.* 3. *p. c.* 1. *à n.* 40. *cum ſeqq. & de retent. Bullar.* 1. *p. c. n.* 74. & 76. Idcircoque conceſſionem ſuam populus irritam facere nequit, priuſquam ingratus fiat Princeps, & publicum bonum prorſus evertat. Et interim populus non poterit eſſe ſupra Principem.

Neque obſtat confirmatio fundamenti contrarii 37
de natura conſtituentis, & conſtituti. Reſpondetur enim regulam, quæ dicta conſtituens eſſe ſuperius conſtituto, limitari quando in conſtitutum deponitur omnis, quæ erat in conſtituente, poteſtas, ut evenit in Populo Romano, qui in principem omne jus, imperium, & poteſtatem transfudit; cum enim illud à ſe abdicaret, poſtea repetere fas non erat. Siquidem renuntiantibus juri ſuo non datur regreſſus *L. quæritur §. ſi venditor. ff. de ædil. edict. c. quam periculoſum* 7. *quæſt.* 1. Valaſc. *conſul.* 51. *n.* 36. & *conſult.* 173. *n.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 960. *n.* 4. Reynoſ. *obſerv.* 5. *nu.* 11. Petr. Caball. *reſolut. crimin. caſu* 56. *n.* 27. Carol. Tapia *deciſ.* 30. *n.* 11. 38
Noguer. *alleg.* 6. *n.* 2. Cyriac. *controv.* 128. *n.* 21. Anton. Nigri *de except. c.* 13. §. 5. *n.* 3. D. Joſeph. Vela *diſſert.* 2. *n.* 56.

Non obſtat ſecundum, Quia populi utilitas in eo 39
conſiſtit, ut à Principe ſolo gubernetur, defendatur, & ei omnis populus ſubjiciatur. Namque ad id vaſſalli ſe ſubmiſerunt Principi lege Regia, & gentium jure, ut non habeant alium Regem, neque parem; tunc enim duo Reges haberent. Ex his, quæ Bald. *in prælud. feudor. n.* 33. Montan. *de Regal. in prælud. n.* 29.

Non obſtat tertium, quod in præſumptione fun- 40
datur. Quia reſpondetur præſumptionem regulariter verſari circa rem dubiam, quæ eſſe vel non eſſe poteſt Cotraz. *in L. qui liberos n.* 79. *ff. de ritu nupt.* Menoch. *lib.* 1. *præſumpt.* 8. & poſt plures Caſtill. *lib.* 3. *controv. cap.* 17. *n.* 28. & 29. Vel circa id, quod geſtum, ſed ignoratur, qualiter geſtum ſit Marius Salomon. *in L. Gallus §. quidam recte, ff. de li-* 41
ber. & poſth. cum quo Caſtill. *d. cap.* 17. *n.* 31. Atqui præſumptioni locus non datur: quando conſtat de contraria voluntate expreſſa; quia ſemper præſumptio cedit veritati Maſcard. *de probat. concluſ.* 1225. *n.* 24. Card. *de empt. cap.* 6. *n.* 7. & *in L. ſi curatorem verb. vel adverſarii n.* 20. *verſ. non obſtat. C. de in integr. reſt.* Surd. *conſ.* 37. *n.* 17. Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *n.* 35. Unde cum populus in Regẽ tranſtuliſſet

expreſſe

expreſſe omne imperium, & poteſtatem, non eſt præſumendum aliquam ſupra Principem reſervaſſe: non enim poteſt eſſe ſalutare imperium ejus, ſi non ſit liberum, ſed precarium, & Regia authoritate deſtitutum. Immo ſi præſumptionibus eſſet certandum, validiores ſunt pro Principe; contrahentes namque ſemper ſe conformare cenſentur cum jure communi argum. text. *in L. hæredes mei §. cum ita, ff. ad Trebell.* & eorum, quæ Gama *deciſ.7. n.4. & deciſ.173. num. fin. & dec.* 206. n. 26. Menoch. *conſ.* 95. *n.* 93. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 25. *num.*5. Mantic. *lib.*6. *conject. tit.* 6. *n.* 7. Fuſar. *q.* 312. *n.* 7. & 325: *n.* 9. Jus autem commune Regum ex propria natura eis debitum eſt, ut ſcilicet, plena, & abſoluta poteſtate utantur in ſubditos: & hoc eis nocentiſſimum eſſe non debet, cum Reipublicæ interſit, ut omnis poteſtas ſit penes unum *L.*2. §. *noviſſime, ff. de orig. juris.*

42 Deinde non obſtat opinio eorum, qui tenuerunt Concilium generale eſſe ſupra Papam: quoniam hæc opinio vera non eſt; immo ab omnibus improbatur: ut ſcribunt D. Anton. in 2. *p. ſumma tit.* 1. *cap.* 11. & Patr. de Monte Epiſcop. Brixienſ. quos, & Felin. citat Tuſc. *litter. C. concluſ.* 552. *n.*12. & ultra relatos *ſupra n.* 20. Anton. Auguſt. *lib.*1. *tit.*8. *de confirm. Concil.* Didac. Aiva *de Concil. c.*10. Et ſic diffinitum fuit in Concilio Lateranenſi ſub Leone Primo *ſeſſ.*11. Bellarm. *lib.*2. *de Concil. c.*17. Salzed. *de leg. Polit. lib.*2. *cap.*7. *n.*74. Quod eo, vel maxime probatur; quia Doctores, qui contra Papam ſcripſerunt, ſe ipſos retractaverunt, Nam Pius ſecundus Bullam retractationis expedire fecit anno 1465. de qua Tuſc. *concl.* 552. *n.*13. & 14. Similiter Abbas Panormitanus qui in quodam Concilio multa impertinentia contra Papam ſcripſit, ſe ipſum retractaverit in lectura text. *in c. ſignificaſti notab.7. verſ. nota ſeptimo, quod Concilia generalia non ſunt ſupra Papam, & in ſua q.* 1. *n.* 13. & 14. *de elect.* Prout idem fecit Roman. *conſ.*344. *in princ. verſ. & hoc etiam verum.* Qui omnes dicti ſunt ex decreto Concilii Baſilienſis, quod fuit damnatum in dicto Concilio Lateranenſi ſub Leone Decimo. Et licet Martinus Quintus decreta illius Concilii approbaſſet, & confirmaſſet. Tamen ut bene advertit Salzed. *d.* 7. *n.* 55. Martinus tantum approbavit decreta Concilii in materia fidei formaliter, non alia, quæ in dicto Concilio fuerunt tractata. Et quidem prædictam opinionem contra Papam ſolum hæretici defendunt, obſervat Salzed. *deciſ. c.* 7. *num.* 72.

43 Pro reſponſione ultimi fundamenti contrariæ partis, quatenus opponitur in Comitiis Tres Regni Ordines poſſe deponere Tyrannum, diſtinguendum eſt cum Bart. *in tract. de tyrannide*, inter Tyrannum, qui dicitur in titulo, & Majeſtatem alienam uſurpat ſine titulo legitimo, & inter eum, qui legitime in ſe tranſtulit poteſtatem, ſed eam ad deſtructionem Reipublicæ tyrannicè convertit; qui Tyrannus dicitur in exercitio. Uterque enim publica commoda poſtponit privatis, & pro his deſtruit illa. Itaque loquendo de Tyranno in titulo rectè poteſt populus non ſolum eum à ſolio repellare, & ejicere abſque metu ſceleris, vel perfidiæ, ſiquidem nemo illi obligatus eſt: ut docent Lucas de Pœn. *in l. ultim. verſ.* 44 *parro Tyrannum, C. ut armorum uſus inſcio Principe lib.* 11. Andr. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 91. *num.* 9. Molin. *de juſt. & jure tract.* 3. *diſp.* 6. *n.*2. ibi *Poſſet item Reſpublica ipſa quoad capita convenire, eique reſiſtere; lataque ſententia deponere illum ab adminiſtratione. Si id ita exceſſut, communeque bonum efflagitarent* Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *c.* 5. *q.* 9. Ubi in hac quæſtione ita ſcribit: *Quare ſi Rex ſi notorie crudelis, ſit Tyrannus, ſit Reipublicæ hoſtis, ſi non habet ſuperiorem, populi ſententiâ poteſt Regno privari.*

Et quod magis eſt. Poterit populus Tyrannum occidere, ſi aliter ab imperio, & jugo illius ſe liberare nequit. Ita Sanct. Thom. *lib.*2. *ſent. quæſt.* 2. *art.* 2. in *corpore, & ad. tert.* Idem *de regim. Princ. lib.* 2. *c.*8. ſequuntur Brun. *in tract. de ſedit. lib.* 6. *cap.* 3. Gigas *de crimin. læſa Majeſt. q.* 65. Suar. *adverſ. Reg. Angl. lib.*6. *cap.*4. *à n.* 7. *uſque ad n.* 15. Bonacin. *tom.* 2. *tract. de reſtit. diſp.* 2. *q. ult. punct.* 3. *n.* 3. Molin. *d. diſp.* 6. *n.*2. *verſ. Tyrannum vero.* Gregor. de Valent. *tom.*3. *diſp.* 5. *punct.*3. *quæſt.*8. Pariſ. de Put. *de ſyndic.* §. *an liceat occidere Regem*, Andr. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 61. *n.*9. Caietan. *cap.* 2. *q.*64. *art.* 3. Soto *de juſt. & jure lib.*1. *q.*6. *art.*4. & *lib.*4. *quæſt.*4. *art.* 1. *in fin. lib.* 5. *quæſt.*1. Bodin. *de Republ. lib.* 2. *cap.* 5. Petr. Greg. *de Rep. lib.* 26. *c. fin.* n. 5. Qui omnes etiam docent quemlibet de Republica Tyrannum impune occidere poſſe. Immo laudantur illi, qui Tyrannos trucidarunt: ut fuit Chæreas, qui interfecto Caio magnificum faciunt perpetraſſe creditur Joſeph. *de antiquit. lib.*19. *cap.*31. Aod. qui trucidavit Eglon; quia injuſta ſervitute Populum premebat Iſraeliticum. Laudatur etiam Jahel de interfectione Cyſaræ, qui eundem populum per viginti annos in ſervitute exercebat. Et tandem laudantur Caſſius, & Brutus qui Cæſarem necaverunt, eo quod tyrannice ſummam Imperii ſibi arrogaverit. 45

Et quidem laudantur optima cum ratione. Tyrannus enim odio eſt omnibus, & quem oderunt periiſſe cupiunt. Atque ut dixit Senec. *lib.* 1. *de clem. Reges conſeneſcunt, liberiſque, ac nepotibus tradunt Regna: Tyrannorum execrabilis, ac brevis poteſtas eſt.* Interrogatuſque Thales; quid vidiſſet in vita difficillimum, reſpondit Tyrannum ſenem: & Diogenes ajebat in Dionyſium ſine timore degentem, *ubi ipſum conditione ſe ipſo indigna: quod enim dignus eſſet in tyrannidis arce miſerrimam vitam trahere, nunc enim ſumma animi tranquillitate tuto & impunè viveret.* Non poſſunt quippe ſecure vivere Tyranni, quorum alios ipſi parentes interfecerunt, ut Caſſium Livius *lib.* 2. quoſdam propriæ interfecerunt uxores, ut Alexandrum Phereum Plutarch. *in Pelop. ad fin.* alios conſanguinei, ut Julium Cæſarem Plutarch. *in Cæſare*, quoſdam domeſtici, & miniſtri ut Caium, & Domitianum Sueton. *in Cæſarib.* & Domitium Joſeph. *de antiquit. lib.* 9. Quo pertinet Juvenalis *ſatyra.* 46

Ad generum Ceteris ſine cæde, & ſanguine pauci
Deſcendunt Reges, & ſicca morte

Et Senec. *in Hercul. furioſ.*

Victima haud ulla amplior
Poteſt, magnoque optima mactari, Jovi
Quam Rex iniquus.

47 Neque in contrarium faciunt decreta Concilii Conſtantienſis *ſeſſ.*8. & *ſeſſ.* 15. in quibus fuerunt damnatæ opiniones Vuiſcleph, qui dicebat populares poſſe punire Reges ſuos, & Joannis Hus, qui ajebat Tyrannum licite occidi poſſe à quolibet ex ſuis, vel à populo abſque ſententia. Namque reſpondetur decreta Concilii eſſe intelligenda, non Tyranno in titulo, qui juſte occidi poteſt; ſed de Rege legitimo, qui tyrannice adminiſtrat. Hic enim occidi licite non poteſt à populo ante ſententiam; neque à privato, niſi vi vim repellendo in defenſionem propriæ vitæ: ut poſt Molin. Soto, Bonac. & alios, Soarez *adverſ. Regem Angl. lib.* 6. *c.* 4. *à n.* 2. *cum ſeqq.* Valaſc. *de juſt. Acclam.* 1. *p.* § 3. n. 11. & 12.

An autem etiam hoſtis Reipublicæ dicendus ſit Tyrannus in titulo, qui in exercitio ſe Regem præſtat juſtum, maleque occupatam Rempublicam bene adminiſtrat? Vel an tunc non hoſtis loco, ſed legitimi Principis ſit habendus? Dubitari poteſt. Et quidem

48 ad favorem Tyranni id perſuadere nitebatur Pelocidas de Alexandro Phereo Tyranno, quem injuſtum mutare volebat in juſtum teſte Plutarch. *in Pelopid. ad fin.* Sic Sylla quamvis tirannice, & libidinoſe viveret; Cives tamen ad frugalitatem, modeſtiam, & honeſtatem optimis legibus compoſuit. Piſiſtratus Solonis legibus tanquam quilibet alius civis ſe ſubmiſit; legeſque utiles permultas legibus addidit Solonis: Veluti de vitando otio, de colendis diligentius agris, & de alendo de publico eo, qui membrum in militia perdidiſſet. De cujus ingenio Plutarch. *in Solon.* ita affatur: *Erat in colloquio blandus, juvandorum pauperum ſtudioſus, circa inimicitias moderatus. Præterea imitatione eorum, quæ natura ipſi non aderant, effecerat, ut probitatis, ac modeſtia opinione eos etiam, qui revera tales erant, vinceret.* Sed Sylla non minus incidit in manus populi, quam Cæſar in manus Bru-
49 ti, & Caſſii teſte Sueton. *in Cæſarib. c. 76.* Ubi inſolentiam, & ambitionem ejus exaggerat. Cæſar recte Rempublicam adminiſtravit: nihilominus tamen, quia proditor patriæ, & alienæ libertatis poſſeſſor extitit; quamvis ſe Principem feciſſet, Tyrannus erat in titulo. Et ideo recte feciſſe conjuratos judicatum fuit. Namque tyrannicæ factionis perverſitas laudabilis non eſt; etiamſi Tyrannus Regia clementia ſubditos tractet: ut ait D. Auguſtin. *in c. neque enim 14. quæſt. 5. neque dona iniquorum probat altiſſimus: nec reſpicit in eorum ablationibus: nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis, qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui: ut dicitur in c. immolans c. forte c. denique c. ſcriptum eſt 14. quæſt. 5. c. in gravibus 3. quæſt. 7.* Non poteſt equidem excuſari à crimine ſimoniæ, qui ex pecunia contracta Xenodochia excitat, vel monaſterium; quia hoſtiæ impiorum abominabiles ſunt Deo, quæ offeruntur ex ſcalere *c. non eſt. putanda 1. quæſt. 1.* Scelus enim nulla coaleſcit virtute. Unde dicit Plutarch. *in Sylla: Quod fuit iniqua liberalitas Sylla, quando magnifica Populo exhibuit convivia ex bonis inique proſcriptorum.*

Ex quibus conſequitur: Quod neque ex poſt facto macula Tyranni eliditur populi conſenſu, ne illud, quod à principio nullum fuit poſtea validum evadat. Et in eo ratio poſita eſt, quia conſenſus populi pro ſpontaneo haberi non poteſt: quippe preces vel rogationes Principis juſtum metum inducunt *gloſſ. in L.*
50 *1. verb. quemadmodum, ff. quod juſſu.* Præſertim ſi Princeps ſit ſeverus, vel Tyrannus Abb. *in c. inſinuante qui Cleric. vel vovent.* Marſill. *ſingul. 645.* Gigas *de crimin. læſ. Majeſt. tit. de rebellib. q. 4.* Pariſ. *conſ. 5. n. 82. lib. 4.* Et faciunt carmina.

Eſt rogare Ducum ſpecies violenta jubendi,
Et quaſi nudato ſupplicat enſe potens.

Andræas Gail. *lib. 2. obſerv. 93. n. 12.* Phæb. *deciſ. 26. n. 6.* Potentium precas minæ ſunt, & juſſa terrentium; quæ quidem rationabilem metum inducunt; vel ſaltem neceſſitatem *§. penult. Inſtit. de Atiliano tutore* Menoch. *conſ. 331. n. 31.* Eſcob. *de*
51 *ratiocin. c. 7. n. 4.* Si vero populus ſemoto metu, & timore omnem poteſtatem in Principem tranſtulerit, aut præſcriptione immemoriali conceſſum tacitum confirmaverit ad exemplum Populi Romani, qui in Imperatorem omne jus, & poteſtatem tranſtulit, exiſtimantem non eſſe revocandam primam tyranidis cauſam.

Tyrannum autem in exercitio à ſubditis occidi non poſſe ante ſententiam verum eſt: *ut ſupra* demonſtravimus *nn. 47.* Et probat late Petr. Greg. *de*
52 *Rep. lib. 16. c. fin. à n. 8. uſque ad fin.* Attamen ſi talis legitimus Princeps legitima abutatur poteſtate, in ſubditos crudelitate, avaritia, nimia tributorum exactione, habebitur pro Tyranno; quia tyrannicè dicitur imperare, & agit exercetque, quæ Tyranni agere ſolent. Et quidem licet is occidi non poſſit, ut valet verè Tyrannus, expelli tamen poteſt à Regno, deponi, & eo privari in Comitiis, quæ hoc caſu ſunt ſupra Regem, Suarez *adverſ. Reg.* 53
Angl. lib. 6. cap. 4. n. 15. ibi: *Ideoque ſi Rex legitimus tyrannice gubernat: & Regno nullum aliud ſubſit remedium ad ſe defendendum, niſi Regem expellere, ac deponere poterit Reſpublica tota publico, & communi concilio civitatum Regem deponere, tum ex vi juris naturalis, quo licet vim vi repellere: tum quia ſemper his caſus ad propriam Reipublicæ conſervationem neceſſaria intelligitur exceptus in primo illo fœdere, quo Reſpublica poteſtatem ſuam in Regem tranſtulit.* Idem tenet Molin. *de juſt. & jure tract. 3. diſp. 3. n. 2.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 11. c. 5. q. 9.* in illis verbis: *Si non habeat ſuperiorem, populi ſententia poteſt Regno privari: Et ſi populus in Regem poteſtatem ſuam tranſtulerit: non tamen ita, ut ſe omni jure abdicaverit: neque enim voluit populus, ut dominaretur in Regni perniciem, & interitum,* ſequitur Valaſch. *de juſt. Acclamat. 1. p. §. 3. à n. 14.* Ratio eſt, quia in Principe male agente perit omnis, quam legitime nactus erat, poteſtas. Neque ille aliquid obtinet à Deo, tanquam cauſa conſtituente, ut ſubditi ad obedientiam ex jure Divino obligentur; legitimæ vero poteſtati propter Deum, & conſcientiam obligamur. In Tyranno autem nihil eſt legitimum, nihil ordinatum à Deo ſed omnia Deo adverſa & Reipublicæ nociva. Quare cum populus in Regem jus, & 54
poteſtatem tranſtulerit ad certam cauſam, videlicet ut juſtitiam ſubditis adminiſtret, populumque incolumem ſervet ac liberum ab hoſtibus: ut *lib. 1. Reg. c. 8.* Si cauſa ob quam Regnum datum eſt, non ſequatur; immo contrarium fiat, locus erit repetitioni *toto tit. ff. de condict. cauſa data,* cauſa non ſecuta *& toto tit. C. de condict. ob cauſam,* Larrea *dec. 46. n. 26.* Et ſic quamvis Populus ſolum in Regem ipſum, ſed & in ſucceſſores imperium tranſtuliſſat per text. *in lib. 1. ff. de offic. Præſ. Prat.* tamen bene poteſt populus imperium illud reaſſumere ex cauſa, veluti ſi Regnum tyranniſet: ut fecit Federicus, de quo *in c. ad apoſtolicæ §. præter hæc de ſent. & re judic. lib. 6.* & notabiliter tradit Horat. Montan. *de Regal. prul. n. 27.* in illis verbis: *Demum adverte,* 55
quod licet populus ſubmitteret ſe Regi in erectione Regni, quod proprie fit per acclamationem, transferat in eum omne imperium, & poteſtatem: ut in L. 1. ff. de conſtit. Princ. Attamen poteſt ex cauſa imperium illud, & poteſtatem reaſſumere: puta, ſi tyranniſet Regnum: ut fecit Federicus, &c. Quod ex eo procedit, quia ut inſinuant Azorius, & Soarez *ubi ſupra,* populus non videtur ita à ſe abdicaſſe poteſtatem, ut eam reaſſumere non poſſit in caſu neceſſitatis, & conſervationis, immo ſub ea conditione imperium tranſlatum intelligitur, ſi ritu, & recte imperium adminiſtraſſet retinendo in habitu poteſtatem, & imperium tranſlatum; ut eo uti valeret in caſu malæ 56
adminiſtrationis docent optime Valaſc. *de juſt. Acclam. 1. p. §. 2.* Navarr. *in c. novit. de judic. notab. 3. n. 119. & 120.* & ex Bellarm. Soarez *in defenſ. Fidei contra Angel. error. lib. 3. cap. 3. n. 5. & lib. 6. cap. 4. n. 15.* Azor. *inſtit. moral. lib. 11. cap. 4. q. 11.*

Non obſtat, quod quilibet rei ſuæ eſt moderator, & arbiter. *L. in re mandata C. mandati.* Qua de 57
cauſa ad libitum poteſt re ſua uti, & abuti *L. ſi quid poſſeſſor. 31. §. ſicut ff. de petit. hered. L. ſed & ſi 25. §. conſuluit. ff. eod.* Et ea propter cum Princeps ſit Dominus abſolutus Regni, eodem abuti poſſe videtur Reſpondetur namque, quod in Præjudicium Reipublicæ nemo poteſt ſua re privata abuti directe *L.*

jus

Digitized by Google

jus publicum , ff. de pact. uptime Corraſ. *lib. 7. miſcellan. cap.* 10. *& in L. ſi quis prs eo verſ. conſideravimus , ff. de fidejuſſ. L. ſervum quoque §. public. ff. de procurator.* Immo Reipublicæ intereſt , ne ſua re quis male utatur *§. penult. inſtit. de his , qui ſunt ſui* At vero Reſpublica non ita eſt in proprietate Principis , quantumvis hæreditarii , & abſoluti , ut ſunt res privatæ. Et ideo Reſpublica dicitur ; quia ad omnes pertinet ; & in id traditur Principi , ut illi
58 præſit ad ſalutem omnium : quod ſi poteſtatem vertat in Republicæ injuriam , & nocumentum , a poteſtate cadet : ut ſcribunt Barrol. *in tract. de tyrannid.* Martin. Laudenſ. *in tract. de Princ. tract. 3.* Dominic Soto *de juſt. & jure lib. 4. queſt. 4. art. 1. verſ. quare per Rempublicam.*

59 Deinde non obſtat aſſerere populum Regi eſſe inferiorem ; & ſic ſuperiorem privare non poſſe. Quia reſpondetur : quod in caſu tyrannidis populus ſi alio remedio uti non poteſt , Regem privare valet , uti Judex , tam quippe in erectione Regni poteſtatem in habitu reſervavit ad eam reducendam ad actum caſu , quo Rex tyrannice adminiſtraſſet , quam ex jure naturæ , ſecundum quod defenſio cuilibet eſt permiſſa Azor *d. p. 2. lib. 11. c. 5. q. 9.* ibi : *Dicey : Populus inferior Reg : Ergo neque eum Regno privare poterit. Respondeo tunc populum Regi abrogare Regnum , velut Judicem per ſententiam , & condemnationem criminis pernicioſi Reipublicæ. vel jure naturali , ne vim vi repellat , ut ſe tueatur , & ſervet.* Sequitur Soarez *adverſ. Reg. Angl. lib. 6. cap. 4. n. 15.* & exornat.
60 Valaſc. *de juſt. Acclam. 1. p. §. 3. maxime* 114. Ubi & §. 4. late edocet ad hujuſmodi privationem non eſſe neceſſariam Summi Pontificis authoritatem : quamvis enim Cidericus Francorum Rex depoſitus fuiſſet : ut habetur *in c. aliud.* 15. *q. 6.* & id factum dicatur à Papa Zacharia. Tamen verius eſt populum Regem depoſuiſſe impetrata à Pontifice juramenti relaxatione : ut per Aventin. *lib. 3. annal.* Horat. Montan. *in d. pralud. num. 27.* Ubi quod Tarquinus ſuperbus à Populo Romano depoſitus fuit ; quia tyranniſabat. In Scotia octo Reges à populo fuiſſe depoſitos dicit Azor ex Leſſio *in hiſtor. & morib. Scotor.* Ubi etiam tradit in Caſtella fuiſſe depoſitum à populo Regem Petrum cognomento crudelem Marian. *in hiſtor. gener. Hiſpan. lib. 27. cap.* 8. refert Valaſc. *d. §. 3. n. 15.* Et anno 1640. in generalibus Comitiis fuit expulſus à noſtro Luſitaniæ Regno Philippus Quartus Rex Caſtellæ. qui per ſe , patrem , & avum Regnum tyrannice occupaverat per ſexaginta annos poſt mortem Regis Henrici. Erat enim Caſtellæ Rex intruſus ; & quia legitimo carebat titulo , erat Tyrannus in titulo. Et bene proſequitur Valaſc. *in d. tract. 1. p. §. 5.*
61 *& 2. per totam.* Inſuper antiquitus ad petitionem trium brachiorum Regni privatus fuit adminiſtratione Sancius Secundus , quia regimini ſufficiens non erat , dato ei curatore fratre Alphonſo Boloniæ Comite : ut probatur ex text. *in c. grandi de ſupplend. neglig. Prælat.*

62 Sed quia ferendum , quod emendare non eſt ſatis conceſſum ; debent ſubditi optare bonos Principes à Deo dari , & datos revereri. Partes namque ſubditorum ſunt Principibus obſequi , & obtemperare , & qualeſcunque patienter ferre : Sicut enim ſterilitatem , aut nimios imbres ; & cætera , quæ videntur nobis natura mala , ſic luxum avaritiam , aſperitatem , & reliqua dominantium nobis viſa mala tolerare debemus Tacit. *lib. 4. hiſt.* Petr. Greg. *de Rep. l. 26. c. fin. n. 16. ſub verſ. ſeutum dicimus* Acerbi fructus cum tempore dulceſcunt & Tyrannorum ingenia ſatiata , & culpa poſſunt etiam miteſcere : quamvis enim Deus non ſuſtentet Tyrannos , quibus exitium ubique minitatur ; prout ſuſtentat legitimam à ſe ordinatam poteſtatem. Tamen dubitari nequit , quin peccata ſubditorum Principum puniat ſævitia : ut dicitur Job. *c. 34. & Proverb. cap.* 28. Quidam enim Regum dantur à Deo ad correctionem , & utilitatem ſubditorum , conſervationemque juſtitiæ ; quidam autem ad illuſionem , contumeliam , & ſuperbiam quemadmodum & digni ſunt Dei juſto judicio in omnibus ſuperveniente. Atque ita etiamſi Princeps in ali- 63
quibus pravus ſit , & taliter qualiter remiſſus ; non ex eo ſtatim ab adminiſtratione deponendus eſt : ut de Epiſcopo dixit Evariſtus *Epiſt. 1. ad Epiſcop. Ægypt.* ibi *Non eſt à plebe , aut vulgaribus hominibus arguendus , aut accuſandus Epiſcopus , licet ſit inordinatus , quia pro meritis ſubditorum diſponitur à Deo vita rectorum.* Non eſt igitur ultimo expulſionis remedio utendum , niſi extrema id exigat neceſſitas ; quoniam extrema remedia extremis tantum morbis ſunt applicanda teſte Hypocrat. *lib. aphoriſ.* Nunquam enim adhibentur ſine pernicie ; & gravi vulnere corporis ; & ſatius eſt dolorem anodinis curare , quam caput principium ſenſus abrumpere. Præſertim quia uno Tyranno ejecto , plerumque novus multo deterior ſuccedit : ut dixit Valer. Max. *rerum memorab. lib. 6. cap. 2.* ibi : *Bonis ſæpe mali , raro meliores ſuccedunt.* Ubi etiam enarrat , quod cum anus Sicu- 64
la pro Dionyſii ſalute quotidie orare ſoleret eodem tempore , quo omnes illius exitium expectabant ; Rogata a Tyranno , cur id faceret ? Reſpondit ; *Ne ſi tu fueris abſumptus , deterior in locum tuum ſuccedat.* Sic ajebat Senator apud Tacit *lib. 4. hiſtor. An Neronem extremum Dominorum putatis* ; Idem crediderunt , qui Tiberio , & Caio ſuperſtites fuerunt cum interim deteſtabilior , & ſævior exortus eſt , vitia erunt donec homines : ut ibi Tacit. & ait Gregor. *lib. 4. expoſition. in libr. Reg. Digno indigniorem recipiunt , qui indigne indignum ejicere præſumpſerunt. Et non ideo , quia Julius Cæſar tanquam Tyrannus proditorie fuit obtruncatus Reſpublica à Tyrannis liberata fuit , immo pro uno alios crudeliores eſt experta :* ut ait Petr. Gregor. *d. c. fin. n. 9.* Mortuo Nerone paucis poſt menſibus plus ſanguinis Romani fuſum fuit trium Imperatorum præliis inteſtinis ; quam totis quatuordecim annis , quibus tyrannis ejus Reipublicæ incubuit. Etenim nunquam eam profunde , & imis radicibus eruitur Tyrannus , quin ex reliquiis ultor renaſcatur , & ex favillis non probe diſperſis novum excitetur incendium : quia ut ait Tacit. *d. lib. 4. Et moles convelli ſine convellentium exitio non poteſt.* Et ſic bene perpenſis tyrannidis qualitatibus , ſi nullum aliud ſupereſt remedium.
tunc in Comitiis Rex Tyrannus in exercitu poterit ab 65
adminiſtratione à Tribus Ordinibus deponi. Si vero aliqua fuerit emendationis ſpes , non erit ad depoſitionem procedendum ; ſed ſubditi patienter ferre debent , ne abutantur poteſtate , quæ in habitu penes eos remanſit , ut Regem tyranniſantem poſſint adminiſtratione privare : Et hic eſt caſus , quo Comitia ſupra Regem eſſe poſſunt. In aliis vero potius Principis Majeſtas in comitiis elucet , cum in illis populi , & Regni ſtatus humili habitu rogationes ferant , nec ullam imperandi prohibendive poteſtatem habeant cum omnia Princeps ſua voluntate moderetur , ut optime dixit Hippolit , à Lapid. *ratiocin. ſtatut. 1. pa. c. 4. ſection. 2. pag.* 60. Ubi de noſtris & aliorum Regnorum ſtylo verba facit , Quidquid aliud ſit in Comitiis Germanici Imperii.

Similiter Regi negligenti , vel remiſſo mentecapto , 66
pio , & ebrio , vel amenti datur curator : ut probatur ea text. *in d. c. grandi de ſupplend. neglig. Prælat. in 6. ubi commun. DD.* Mart. *de juriſd. 1. p. c. 23. n. 5. 6. 7. 15. & 17.* Mench. *illuſtr. lib. 1. cap. 8. propr. fin.* Molin. *de juſt. & jur. tract. 2. diſp. 29. n. 16.* & aliis relatis Aug. Barboſ. *in d. c. grandi n. 2. & 3.* ex ea ratione quia ubi

agitur de remiſſione, negligentia, & diſſipatione circa bona, datur Regi curator ad inſtar furioſi, amentis, & prodigi; qui ob quemlibet eorum defectuum privatur adminiſtratione, retenta proprietate. Et ſic datur illi curator, qui illius perſonam, & patrimonium conſervet, atque cuſtodiat *L.1.L. conſilio, ff. de curat fur.* Et quidem datur ex officio, licet non petatur: ut poſt Bald. tradit *in L.1. ante n. 6. ff. de juriſ. omn. Judic.* Ubi Purpurat. *n.17.* Cald. Pereyr. *in L. ſi curatorem in princ. n.15. C. de in int. reſtit.* Paul. Mont. *de tut. c. 28.* Grat. *diſcept. foreuſ. c.865. à n.45.* Em. Barb. *ad Ord. l.4. tit.103.* & ejus filius Aug. Barb. *in d. c. grandi n.4.* Probat etiam *d. Ord. tit.* 103.

67 An verò Regi puberi curator dandus ſit? in dubium vertitur. Siquidem regulariter pubes curatorem accipere non cogitur; neque ei eſt interdicta bonorum ſuorum adminiſtratio; quamvis ea plena non ſit; ſed reſtricta, & beneficio reſtitutionis obnoxia: ut diximus *ſupra hac eadem parte cap. 19. num.* 8. Adeo ut curatorem à patre datum non cogatur accipere: *ut d. c. 19. nu.* 8. Ac ſubinde à fortiori dicendum, eſt Regi puberi curatorem dari non poſſe; ne Rex deterioris ſit conditionis, quam privatus, ut poſt Imol. Dominic. & Probum *in d. c. grandi*, tenent Joan. à Terra Rubia *in 3. art. ſui prim. tract. concluſ.* 2. Mench. *de ſucceſſ. creat. §.1. n.31.* Confirmat. Cald. *L. ſi curatorem verb. hunc. contractum nu.* 46. quia tam
68 tutela, quam cura Regis pubertate finitur: probat Boer. *in conſ. Bituric. tit. 1. §.8. ad fin.* Montan. *de tutel. c.37. n.71.* Garganet. *de tutel. lib.1. tit.12. n* 16. Intrigl. *de feud. centur. 1. q.45. n.* 108. Giurb. *de ſucceſſ. feud præl. 3. n.23.* quam ſententiam comprobat Cald. *d. n.46.* Ex eo, quod Regi ſemper aſſiſtere ſolent graves, & doctiſſimi viri, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & gravitate, ad hujus officii magnitudinem explicandam, & Reipublicæ adminiſtrationem adhibentur.

69 Quæ ſententia comprobatur exemplis. Conſtat namque ex ſacra Pagina *Reg. lib. 4. c.* 11. quod Joas ſeptimo ætatis anno gubernare cœpit: Manaſſes anno ætatis duodecimo: Joſias anno octavo: Et enim in Gallia lege lata cavetur non eſſe dandum curatorem Regi poſt decimum quartum annum: ut teſtatur Balduin. *in princ. Inſtit. quib. mod. tutel. fuit n.* 13. Cald. Pereyr. *d. verb. hunc contractum n.46. verſ. in Gallia.* Et ita multoties in hoc Regno obſervatum fuit. Namque Rex Alphonſus Quintus anno ætatis decimo quarto Regni habenas ſuſcepit: Et Sebaſtianus eodem ætatis anno ſceptrum, regimenque Regni apprahendit. Et paucis ab hinc annis videmus, quod Alphonſus Sextus noſter Rex Invictiſſimus ætatis anno decimo nono Regni adminiſtrationem ſuſcepit. Et in Caſtella Joannes Secundus quarto decimo ætatis anno Regni adminiſtrationem obtinuit. Imperatorque Carolus Quintus dacimum ſeptimum annum agens ſumma cum lauda regnavit. Pront Philippus Quartus decimo ſexto anno Regni gubernationem ſuſcepit. Quare prædicta ſententia ſatis conſuetudine roborata tenenda eſt, & eam tuentur Gutierr. *de tutel. 1. p. c. 18. n. 7.* Baeça *de decim. tutor. c. 19. n. 3.* Lara *de vita homin. c. 16. n. 9.* Pelaez *de Majorat. 4. p. q. 38. n. 4.* Cald. Pereyr. *d. n.46.* Narbon. *de ætat. anno 14. q. 34. n. 5. & 6.* D. Joſeph. Vela *diſſert. 3. n. 11. & ſeqq.*

70 A quo autem tutor, vel coadjutor Regi ſit decernendus? Etiam in dubium vertunt Doctores. Quidam enim Regi dandum curatorem cenſent ab his, qui ſunt de Regis Conſilio, & Regno, Imperioque præſunt argum. text. *in L. hæreditas 34. ff. de adquir. rer. domin. L. hæres, ff. de uſucapion.* & ſcribunt Corſet. *de poteſt. Reg. q.* 8. Anton. Gomez *lib. 3. var. cap. 1. n.* 56. Alii verò dicunt dationem tutoris, ſeu coadjutoris Regis ad Romanum Pontificem pertinere; quia ille eſt in terra Dei Vicarius, & univerſi Orbis Dominus: docent Imol. *in d. c. grandi de ſupplend. negl. Præl. in 6.* Ubi Dominic. Ancarran. & probus, Anton. Gomez *in L. 40. Tauri n.9. ad fin. & lib.3. c.1. n.56. ad fin.* Jaſ. *in L. fin. C. de milit. teſt.* & faciunt, quæ Mait. *de juriſd. 1. p. c.* 23. 71

Alii denique conſtanter tenent electionem, dationemque tutoris, vel coadjutoris ſpectare ad populum, ajuſque Procuratores congregatos in publicis Comitiis. Ex ea ratione: quia a Populo in Regem imperium fuit tranſlatum: ſiquidem antequam Regna eſſent condita, omnis juriſdictio erat penes populum, qui eam poſtea in Regem tranſtulit. Unde cum vel propter minorem ætatem, vel amentiam, aut deſidiam Rex daficiat, Populi de curatore providere debent *gloſſ. in cap. Moyſes, & in cap. ſi ergo 95. diſt.* Anton. Gomez. *lib. 3. cap. 1. n.* 56. Guilielm. Bened. *in c. Raynucius verb. adjecta impuberi n.* 25. & poſt Joann. de Terra Rubia, & Burgenſ. Cald. Pereyr. *d. verb. hunc contractum, n. 48. verſ. alii opinantur.*

Quæ ſententia confirmatur. Primo quia deficien- 72
tibus omnibus Regis conſanguineis ad Tres Regni ſtatus in Comitiis congregatos pertinet dictio novi Regis Perez *ad leg. Ordin. in proœm. q. 1.* Anton. Gomez. *in l. 40. Tauri n. 4.* Mench. *illuſtr. c. 22. num. 3. & 12.* Cald. *d. verb. hunc contractum n.48. verſ. nec mirum.* Hot. Montan. *de Reg. in præl. n.26.* ibi: *Et ſic poteſtas illa, & imperium à populo tranſlata in Regem pro ſe, & ſuo ſanguine non revertitur in populum, niſi extincto toto ſanguine Regis* Ac proinde quocunque caſu, Rex ſufficiens ad regimen deficiat, Regnum, & illius Tres ſtatus de Rectore providere, & debent, & poſſunt.

Secundo confirmatur: quia deficiente Rege ſi in- 73
ter aliquos Principes fuerit controverſia exorta ſuper ſucceſſione, ad tria brachia Regni in Comitiis pertinet cognoſcere de juſtitia illorum ſic populum cognoviſſe de controverſia Xercis, & Artabazanis teſtatur Hugo Grotius *de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 7. §. 27. in fin.* Ubi inadditione dixit ex Gandino idem obſervatum in Anglia, & Scotia Et in terminis docet Vaſquez *in 1.2. diſp.64. c 3. n.19.* ibi: *Quia hic non poteſt aſſignari alia regula, per quam controverſia dirimatur, quam leges ipſiuſmet Regni, de quo eſt controverſia Quarum interpres legitimus ſolum ipſiuſmet Regnum eſſe poteſt.* Refert & ſequitur Valaſc. *de juſt. Acc. 2. p. punct. 1. §. 10. per tot. maxime. n.* 14.

Denique facit: Quod feudatarius habens feuda 74
quaternata, cui dandus eſt curator, illum accipere debet à Judice, qui de feudo cognoſcere poteſt: ut notat Giurb. *de ſucceſſ. de feud. præl. 3. n.* 51. Ergo etiam Regi curator, ſeu coadjutor dandus eſt à populo, qui de Regno, & ejus ſucceſſione cognoſcit. Atque ita prædictam ſententiam, tanquam veriorem amplecti libet, rejecta prima opinione; quia Regis Conſiliarii nullam habent juriſdictionem, quam circa Regem poſſint exercere. Neque ſecunda opinio ſuſtineri poteſt; quia etiam Papa in temporalibus nullam habet juriſdictionem: ut docet Valaſc. *de juſt. Acclam. 1. p. §. 4.* Et in terminis, quod Papæ 75
non competat datio tutoris, curatoris, vel coadjutoris Regis, tradit Joan. de Terra Rubia *lib. 1. art. 12. concluſ. 4.* Ubi ait Papam Regno vacanti non poſſe dare Regem: Et ideo nec curatorem; quia ad populum magis ſpectat *c. ſicut ergo c. Moyſes 7. q. 1.* Cald. *d. verb. hunc contractum nu. 58. verſ. ego autem*, Innocent. *in c. licet de elect.*

Curator autem Regis, ſeu coadjutor eſſe debet, 76
vel ejus frater, vel ſi eo caret, conſanguineus, qui Regi ſit proximior, & in Regno ſucceſſurus eſſet, ſi Regis proles deficeret: ut in ſpecie probari videtur ex text. *in d. c. grandi.* Ubi Sancio datus fuit cura-

tor

tor ejus frater Alphonſus qui proximam ſpem habe-
bat ſuccedendi in Regno , prout poſtea ſucceſſit. Et
inſuper tempore minoris ætatis Alphonſi Quinti da-
tus fuit illi tutor Petrus filius Joannis Primi , & Re-
gis patruus. Et ita de jure probatur ex reg. text. *in
§. furioſi Inſtit. de curator. L. 1. C. de legit. tutor.
Ordinat. lib. 4. tit. 102. §. 5. & tit. 103. n. 5.* Ubi
proximior dandus eſt curator , vel tutor. Præſumitur
namque , quod hic proximior majori ſtudio & amore
in ſubditos Regni adminiſtrationem ſuſcepturus , &
rectius cæteris tuebitur bona , & jura Regni , ne di-
lapidentur. Et ita hanc opinionem tenent poſt Joann.
de terra Rubia Cald. Pereyr. *in L. ſi curatorem verb.
hunc contractum , n. 48. verſ. alii rurſus* & poſt Do-
min. *n. 3.* Ancharran. *in d. c. grandi nu.* 1. ſequitur
77 Barboſ. *ibi nu.* 11. Non tamen poterit hic proximior
propria authoritate adminiſtrationem capeſcere : ut
volebat Joann. de terra Rubia *lib. 2. art. 1. concluſ. 3.
& 4.* Sed authoritate procerum, & procuratorum Re-
gni in Comitiis generalibus , qui de morum probita-
te, bona ſama , & divitiarum qualitate proximioris
æſtimabunt , An ei cura Regis ſit decernenda ? Si-
quidem ei obſtat regul. text. *in L. 1. verſ. denique ,
ff. ubi pupill. educ. debeat. L. fin. C. eod.* Quibus pro-
78 batur pupillum non eſſe educandum apud ſubſtitu-
tum , vel proximiorem, qui ſuccedere ſperat , prop-
ter ſuſpicionem ſiniſtram inſidiandi vitæ minoris
Guid. Pap. *q. 339. n. 3.* Decian. *conſ. 49. n. 20. vel* 1. &
probat. *l. 19. tit. 16. partit. 6.* ubi Greg. Lopez *gloſſ. 2.*
Valenz. *conſ. 36. n. 35.* Ramon. *conſ. 4. n. 38.* Surd. *de
alim. tit. 4. q. 13. n. 30. & 31.* Ubi bene reprobat Me-
noch. *arbitr. caſu 168. nu.* 16. dicendum prædictam
ſuſpicionem ceſſare in fratre quoniam qualitas frater-
nitatis per ſolum non excludit ſiniſtram ſuſpicionem :
maxime in hac materia , cum Cæſar dicere ſoleret :
Jus violandum non eſſe, niſi propter regnandum. Sed
ſi bonitas vitæ , & morum , aliæque circumſtantiæ
concurrerent, bene ceſſabit prædicta ſiniſtra ſuſpicio,
ut docent idem Menoch. *proxime* n. 17. *& conſ. 62. n.*
12. Surd. *d. q. 13. n. 32.* Aug. Barboſ. *in d. c. grandi
n.* 12. In quo circonſpecta tria brachia Regni debent
attendere , ne Regis vita periclitetur.

79 Quæro deinde , An Princeps poſſit indicere nova
tributa per ſe ſolum ? Vel an in Comitiis generalibus
conſenſu populi ſint decernenda , & imponenda ? Et
quidem jus imponendi vectigalia , ſeu tributa , dein-
de Majeſtatis proprium eſt ut lex ipſa ſecundum
Joann. Bodin. *de Rep. l. 1. c. fin. pag. mihi* 265. Et ſic
jus imponendi, & indicendi tributa eſt de Regalibus
majoribus : ut tenent Abb. *conſ. 13. n. 4. vol. 2.* Bald.
in L. etiam n. 21. C. de execut. rei judic. Corneus *conſ.
333. n. 33. vol. 1.* Camill. Borrel. *in comment. ad Bel-
lug. in ſpecul. Princip. rubr. 46. verb. tributum verſ. ex
quo,* Caſtill. *de tert. c. 41. n. 78. verſ. jus quoque.* Par-
lad. *lib. 1. rer. quotid. c. 3. n. 2.* idem Camill. Borrell. *de
præſt. Reg. Cath. c. 11. n. 34. & c. 20. n. 16.* Bovad. *lib. 5.
c. 5. n. 1. & 13.* Ramir. *de leg. Reg. §. 26. per totum,* Six-
tin. *de Regal. lib. 2. c. 6. n. 14.* Amaya *in l. 3. C. de an-
non. & tribut. lib. 10. n. 5. & 6.* Arniſæus *de jure Majeſ-
tat. lib. 3. cap. 7. n. 10.* Qui omnes docent ad ſolum
Principem pertinere tributa inducere ; ita ut nulli a-
lii, quàm Principi, liceat nova tributa imponere , nec
vetera augere *L. vectigalia, ff. de public. & vectig. nova
impon. poſſ.* Sixtin. *d. c. 6. n. 24. & ſeqq.* Amaya *in d. L.*
80 *3. n. 7.* Farin. *q. 173. n. 66.* Ideo autem tributorum im-
poſitio Majeſtatis propria eſt , quia tributa jure gen-
tium, & cum ipſis Regibus fuerunt introducta , & uti
Reges exorti fuere, & tributa neceſſario exorta ſunt :
ut probatur *Geneſ. cap. 47. & lib. 3. Reg. c. 5.* Amaya *in
L. omnes 4. C. de annon. & trib. lib. 10. n. 1.* Quod non
procedit ex ea ratione quippe Reſpublica ſine tribu-
tis ſtare non poſſit : ſiquidem , ut tradit Bodin. *ubi ſu-
pra*, in Gallia ante Ludovicum Nonum nulla fuerunt
tributa ; ſed quia populus in regem tranſtulit omne
jus , & poteſtatem *L. 1. ff. de conſtit. Princ.* & ſic ne-
ceſſarium fuit , ut omnes ſubditi ad tributorum præ-
ſtationem urgerentur , tum in ſignum ſubjectionis *c.
2. de cenſib.* cum in Alimenta Regis, & ſui ſtatus, ac
dignitatis. Quæ etiam reſpiciunt ſalaria miniſtrorum,
quibus opus eſt Regi ad juſtitiæ adminiſtrationem :
ut dixit Marquez *de gubern. Chriſt. lib. 1. c. 16. §. 2.
pag. 92.* Larrea *alleg. 59. n. 2.* Gabed. *2. p. decis. 49.
n. 1.* Nam ut dixit Tom. *in epiſt. ad Roman. homil.* 81
25. cap. 13. lect. 1. Principes tributa recipiunt quaſi
ſtipendia ſui miniſterii ; laborant enim ad omnium
pacem , & quietem ſervandam ; peccant enim Prin-
cipes , ſi utilitatem populi non procurant. Unde Ur-
banus Papa *in cap. tributum 13. q. 8.* Sic ait : *Tribu-
tum pro pace , & quiete, qua nos tueri , & defendere
debent , Imperatoribus perſolvendum.* Luc. de Pæn.
in L. quicunque, C. de omn. agr. deſert. lib. 11. Bovad.
in Polit. lib. 5. c. 5. n 2. & ſeqq. Adam. Contzen. *lib. 3.
Polit. c. 7.* Salgad. *de retent. Bullar. 1. p. c. 1. n. 43.*

Et quamvis plures, quos refert Sixtin. *d. c. 6. n. 39.* 82
negent tributorum novam impoſitionem de Regali-
bus eſſe ; tamen idem Sixtinus eorum opinionem di-
cit erroneam : & eam reprobant Amaya *in d. L. 3.
n. 26. Cod. de annon. & tribut.* Arniſæus *de jure Ma-
jeſt. lib. 3. c. 7. nn.* 10. Debentur igitur Regi tributa
etiam de jure Divino , & naturali : ut habetur *lib. 1.
Reg. c. 8.* Matth. *cap.* 22. Luc. *c.* 12. & Marc. *c.* 11.
Alphonſ. de Caſtr. *de leg. pœnal. c. 10.* Soto *d. juſt.
& jure lib. 3. q. 6. art. 7.* Mench. *illuſtr. c. 41. n. 29.*
Proſequitur eleganter Marquez *de gubern. Chriſt.
cap. 16. §. 2. pag. 89. & ſeqq.*

Ex quibus tenent plures , & magni nominis Doc- 83
tores Principem poſſe nova imponere tributa abſque
populi conſenſu : ut ſcribunt D. Thom. *1. 2. q. 96.
art. 4. & in epiſt. ad Duciſſ. Brabant. opuſc.* 21. *in reſ-
ponſ. ad 6.* Soto *d. lib. 3. q. fin. art. ult.* Silveſt. *in ſumm.
verb. gubel. q. 2. n. 3.* Navarr. *lib. 3. conſilior. tit. de cen-
ſib. conſ. 8. in fin.* Alphonſ. Caſtr. *de leg. pœnal. lib.
1. c. 5. & 10.* & plures alii cum quibus. Marquez *d. c.
16. §. 2. p. 89.* Petr. Greg. *de Repub. l. 24. c. 5. n. 3.* San-
felic. in *diſp. de donat. ad fin. l. 1. deciſ. n. 5. & 16.*
allegat. text. *in L. fin. C. de ſupr. dict. in fin.* ibi: *De-
poſcat indictio. & cogat. exactio ,* Parlad. *lib. 1. rer.
quotid. c. 3. n. 2.* Hypolit. à Lapide *de ration. ſtat. p.
1. cap. 12. verſ. quod ſi p. 252. verſ. nam quod p. 353.*

Cæterum in Hiſpania lege cautum videmus tribu- 84
ta , & vectigalia nova imponi non poſſe , niſi in Co-
mitiis generalibus de conſenſu procuratorum Civita-
tum Regni *L. 1. tit. 7. lib. 6. Recopil.* & tradunt A-
vend. *in c. 4. Prætorum 2. p. n. 2. & ſeqq.* Bovad. *in
ſua Polit. l. 5. c. 4. n. 3.* Parlad. *d. lib. 1. c. 3. n.* 13. Larrea
alleg. 59. n. 9. Girond. *de gubell. in prælud. nu.* 25.
Marquez *de gubern. Chriſt. d. c. 16. §. 2. pag. 88. col.*
2. Solorz. poſt hæc ſcripta viſus *emblem. 83. n. 18.
& 19.* Joan. Bodin. *de Repub. c. 7. pag.* 142. Similem
in Anglia legem latam fuiſſe ab Eduardo Primo teſ-
tatur Polyd. Vergil. *in Hiſtoria Anglican.* & Petr.
Gregor. *ſyntagmat. jur. p. 1. lib. 2. cap. 3.* Et idem
antiquitus fuiſſe obſervatum in Germania dicit Lu-
dovic. Cominæus *in vita extrema Ludovici Regis
Franciæ cap.* 129. Qui cum eo tempore publici Con-
ſilii Regis particeps eſſet negavit Principibus tributa
imperare licere, ſed ea tantum capere poſſe, quæ con-
ſentientibus ſubditis dono darentur Joan. Bodin. *de
Rep. cap. 6. p. 1025. in fin.* Item in Germania tributa
ſolum in Comitiis imponuntur , ut tradit Hypolit. à
Lapide *de ration. ſtat. p. 1. c.* 12.

In hoc autem Regno nulla lege cautum reperitur, 85
quod Princeps nova vectigalia indicere nequeat niſi
in Comitiis , & de conſenſu Ordinum : ſed anti-
quiſſima conſuetudine à primordio hujus naſcentis
Imperii ſemper inviolabiliter obſervatum fuit ,

quod Rex nova tributa imponere non poſſit, niſi in
Comitiis generalibus de conſenſu trium brachiorum,
& procuratorum Regni. Et ita obſervatum vidimus,
neque aliquod aliud audivimus. Unde dicendum eſt:
Regnum jus aliud legitimum acquiſiviſſe, tam ex im-
memoriali conſuetudine, quam ex contractu inito cum
Rege Alphonſo Primo, dum ei, & in eum populus
omne jus, & poteſtatem transtulit, & nemini dubium
ex illis modis, & illorum quolibet prædictum jus con-
86 tra Reges Regnum acquirere potuiſſe: ut tradit Mar-
quez *d.c.16.§.2. pag.89. col.1.* Plane immemorialis
poſſeſſio, & conſuetudo habetur loco tituli; & privi-
legii *L. hoc jure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. &
æſtiv.* Et bene procedit etiam contra Principem Va-
laſc. *conſ.120. n.20. & 11. & conſult. 167. n. 20. &
ſeqq.* Reynoſ. *obſervat.65. n.4.* Giurb. *obſerv.71. n.2.*
Tondut. *reſolut. civil. c.25.n.6.* Et præſumitur titu-
lum præceſſiſſe, unde vel ex contractu præſumpto,
87 vel ex titulo & privilegio Regnum jus illud acquiſi-
viſſe negari non poteſt. Et confirmatur ex obſervantia,
quæ apud nos viget inconcuſſa; ita ut in Comitiis po-
puli, & eorum procuratores cum Principe convenire
ſoleant, ut donativum, ſeu tributum ab eis promiſ-
ſum tantum duret tres, aut quatuor annos, taliter quod
eis exactis populi poſſint propria authoritate tributum
tollere: ut factum videmus in comitiis celebratis in
hac Urbe anno 1641. & anno 1643. & etiam anno
1653. & noviſſime anno 1667. Cum autem obſervan-
tia in hac materia conformis ſit, & non deformis, ut
requiritur Mareſcot. *lib.1. var.c.13.n.15.* verum eſt
dicere, quod per obſervantiam omnis quoad hanc rem
88 tollitur ambiguitas, Butrius. *in c. cum veniſſent n.2.
de reſtitution.* Hieronym. Magon. *deciſ. Lucenſ.49. in
fin.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.825. n.15. & c.842.
n.31.* Fontan *de pact. nupt. clauſ.1. n.33. & ſeqq.* Hiero-
nym. Leo *deciſ. Valent 29. n.10.* Immo per obſervan-
tiam probata dicitur conventio facta inter populum,
& Regem in erectione Regni Mantic. *de tacit. &
ambig. lib.2. tit.1. n.5. & tit.8. n.20.* Gratian. *d. cap.
825. n. 16.*

Quæ quidem confirmantur ex eo quod in *Ord. l.3.
89 tit.64. in princ.* pro lege habetur conſuetudo: ſequun-
tur plures, quos laudat Emman. Barboſ. *ad d. Ordinat.
n.11.* Subindeque non aliter in hoc Regno Princeps
tributa indicere poteſt, niſi in Comitiis tria brachia,
& præcipue populorum brachium conſenſerint: vere
autem illa conſuetudo, ut tributa in Comitiis tantum,
& de populi conſenſu imponi debeant, juri & rationi
conſentanea eſt, quandoquidem Reges ardua negotia
non debent expedire, priuſquam ad populum, & pro-
ceres referantur ut ſcribunt Jaſon. *in L. placet. n.10.
C. de ſacroſ. Eccl.* Pariſ. *de ſyndicat. tit. de Reg. exceſſib.
n.18.* Burgos de Paz. *in proœm. leg. Taur. n.447.* Par-
lador. *l.1. c.3. n.13.* Joan. Theodor. *de bon. Princ. in 15.
ration. ſtat.* Ardua autem res judicari debet tributo-
rum impoſitio, quamvis in cauſa tributorum nervi
90 Reipublicæ conſiſtant: ut docuit Ulpian. *in L.1.§.
in cauſa, ff. de quæſtionib. c.1. tit. quæ ſint Regalia c.
pervenit. c. innovamus de cenſib. c. tributum 23. q.8. c.
ſi tributum 11. q.1. L.6. tit.24. L.11. tit.28. part.3.* Caſ-
ſiod. *l.11. var. Epiſt.16.* & tradunt ſcribentes *in rubr.
ff. de publican. & veſtig. & in rubr. de annon. & tribut.
lib.10.* Luc. de Pæna *in L. annonas. Cod. de erogat. mi-
litar. annon. lib.12.* Ottalor. *de nobilit. p.1. c.2. & cap.3.
n.5.* Joan. Gorz. *de expenſ. c.21. n.35.* Menchac. *Illuſtr.
c.8* Andr. Gail. *lib.2. obſerv.52.* poſt plures Solorzan.
*de jur. Indiar. tom.2. lib.1. cap.18. n.4. & ſeqq. & em-
blemat.82. n.2. & ſeqq.* Valenz. *conſ.99. n.3.* dicente.
Tacito *lib.4. hiſtor. Neque quies gentium ſine armis,
neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tribu-
tis haberi poſſunt.* Tamen tributa inſueta ſemper fu-
91 erunt exoſa, & quia ea ſuas erunt Solorz. *d. emblemat.
82. & 28.* prius debet Princeps proprium patrimo-
nium excutere & ſuum ærarium expendere, quam
deveniat ad tributorum impoſitionem: ut ſcribunt
Cynus *in L. neminem. C. de ſacroſ. Eccl.* Iſernia *in c.
1. n.27. de capitaneo qui Curiam vendidit. in uſib. feu-
dor.* Luc. de Pæna *in L. ultim. n.9. Cod. de fund. limi-
troph. lib.11.* Gregor. Lopez *in l. fin. tit.20. part.2. Gloſſ.
2.* Larrea *alleg.59. n.27.* Cevall. *commun. contra com.
q.578. n.14.* Petrin. Bellin. *de re milit. tit.7. n.8.* Guid.
Pap. *ſingul.23.* Loaſes *in allegat. pro Marchione de los
Velles, dubitat.1.§. & ſi forſan. n.19. pag.168.* & poſt
alios Valenz. *conſ.99. n.20.* Cabed. *p.2. dec.46. n.3.* Et 92
ſic tributa non ſunt imponenda ut Rex augeatur, ſed
ut populus defendatur Marquez *de Guber. Chriſt. l.1.
c.16.§.* Saavedr. *emprez.67.* Bovad. *in ſua Polit. lib.5.
c.5. per totum,* Valaſq. *de optim. Princ.3. n.12. & 13.*
Solorz. *d. emblem.82. n.14.* Non enim tributa impe-
rare licet ad luxum; ipſe enim Deus *Deuteron. c.17.*
vetat Reges luxu, & prodigalitate ſubditos decoque-
re. Et Alexander Severus dixiſſe fertur, *Nefas eſſe,
ut diſpenſator publicus in delectationes ſuas, ſuorum-
que convertere, id quod Provinciales dediſſent:* teſte
Lamprid. *in Alex.* Atque ita Princeps nova tributa
indicere non poteſt, niſi juſta cauſa interveniat *L.1.
C. vectig. nov. impon. non poſſe, L. fin. C. de vectig.* Mo-
lin. *de juſtit. & jur. t.3. diſp.667. n.1. in fin* Gutierr. *de
gabell. q.2. n.25.* Bov. *d.l.5. c.5. n.2.* Maſtrill. *de Ma-
giſtr. lib.3. c.10. n.225.* Porlador. *lib.1. c.3. n.5.* Sixtin.
de Regal. l.2. c.6. n.43. & ſeqq. Amaya *in L. omnes 3. C.
de annon. & tribut. l.10. n. 27.* Marquez *de gubern.
Chriſt. lib.1. c.16.§.* Qui ait nullam dici juſtam cauſam
imponendi tributa, niſi neceſſitas publica concurrat:
ſequitur Amaya *d. n.27.* optime Val. *conſ.99. n.24.*

Unde damnatur tributorum impoſitio facta præ- 93
textu publicæ neceſſitatis, quando nulla ſubeſt Caſ-
ſiod. *l.9. Epiſt.14.* ibi: *Nimis enim abſurdum eſt ſpon-
dere munitiones, & dare populis execrabiles vaſtita-
tes:* eleganter Solorz. *emblem.83. n.19.* Et quia tri-
buta nimia, gravia, & inſueta imperare licitum non
eſt; neque ad ea fraudibus uti, ut fecit Heliogabalus,
qui Diis ſuis fecit nuptias, ut iis pro dote pecuniam
elaboraret. Herodot. *in Heliog.* refert Henning. Ar-
niſæus *de doctrin. Polit. c.11. pag.280. verſ. nota eſt
fraus:* quia nimia, & gravia tributa Republicam ſtran-
gulant, & pauperes necant: ut per Salvian. *de gubern.
Dei lib.4.* qui ita ſcribit *Romanorum Reſpublica, vel
jam mortua, vel certe extremum agens ſpiritum ea
parte qua adhuc vivere videtur, tributorum vinculis
quaſi prædonum manibus ſtrangulata moritur. Tribu-
ta pauperes necant:* refert & ſequitur Solorz. *d.l.1.
c.18. n. 64.* Et populi tributis dilaniantur Solorz. *d.
embl.82. n.11.* Immo gravia & inſueta tributa ſeditio-
nes progenerant: ut ex Tit. Livio docet Adam. Cont-
zen. *l.9. Polit. c.3.§.2. verſ. verum & c.8.§.4.* Marq. *de
gubern. Chriſt. d.c.16.* qui refert Scribonium, & Cle-
mentem Alexandrinum Larrea *alleg.9. n.24.* Solorz.
emblem.84. n.26. & provincias in perpetuum deſer-
tas reddunt: ut dixit Cicer. *l.5. ad Atticum ep.10.* ibi:
*Provinciæ in perpetuum redduntur deſertæ: miſeri ho-
mines, & efferati, ne dicam diſperati exhauſtis facul-
tatibus per nimias exactiones.*

Unde cum etiam quæque leviſſima tributorum ge- 94
nera tenuibus graviſſima videantur: ut dixit Bod. *de
Rep. l.6. c.1. pag.1026. verſ. & quoniam:* quippe qui-
bus non tam cauſas eorum quàm damna populi atten-
dere proprium eſt. Mortales namque pecuniam; uti
alterum ſanguinem in æſtimatione habent Solicet. *in
L. admonendi, ff. de jurejur. gl. in L. laudabile, C. de ad-
voc. div. Jud.* Ubi quod patrimonium, & pecunia ſunt
vita hominis. Tiraq. *de nob. c.3. n.364. & ſeq.* Petr.
Cab. *reſ. crim. caſ.170. n.9.* Ex quo Bald. *in L. certa in
fin. C. de jure fiſc. l.10.* ratiocinatur majorem pœnam 95
eſſe privationem omnium bonorum, quam mortis per
tex. *in l. ult. C. ad l. Jul. Majeſt.* Ubi mors eſt ſola-

tium

tium illi, qui opes perdiderat. Et maxima dicitur
infelicitas carere pecunia; ſiquidem ultra quam dici-
tur hominis vita. eſt omnium rerum Regina Hyppol.
de Marſil. *in l.1.§. preterea n.21. verſ. item dicitur*
ff. de q. Caball. *de caſu* 170. *n.*11.
96 Debet igitur Princeps eo tantum caſu tributa ex-
petere, quo neceſſitas exactionem flagitet, & tunc
curare, ut omnes intelligant, ſi ſalvi eſſe velint, ne-
ceſſitati eſſe parendum: ut dixit Cicer. *lib.2.de offic.*
Atque ita Principis intereſt, & illi valde utile eſt,
quod in Comitiis juſtitia cauſæ, & neceſſitas tributo-
rum examinetur; ut procuratores populorum impo-
ſitioni vectigalium conſentiant. Qui re cognita ſem-
per votis Regis annunt ut moderata tribus imponan-
tur penſatis neceſſitate, & populorum facultatibus.
Qua de cauſa dixit Gabriel Vaſq. *c.6.de reſtit.dub.5.*
*n.*76.*&* 77. quod procuratores in Comitiis conſtituun-
tur velit Judices, ut examinent publicam utilitatem.
Verba Vaſq. ita ſe habent: *Subrogautur in locum*
Principis, à quo eis committitur juſtitia novi vectiga-
lis examinanda: Et Princeps in imponendis vecti-
galibus hoc jure utitur, ſequitur Larrea *alleg.* 59. *n.*
20. non ut neceſſitati ſubvenire recuſent; ſiquidem
quando Reipublicæ neceſſitas urget, nullo modo poſ-
ſunt tributorum impoſitionem renuere, cum juſtiſſi-
ma, & graviſſima ſit naturæ vox neceſſitati patere Co-
nan. *lib.1.commen.c.7.n.7.in fin.* & ſalus populi ſupre-
97 ma lex ſit: ut dixit Tull. *lib.3.de legib.* Quapropter
in ſubditis naturalis inducitur obligatio ratione utili-
tatis, & neceſſitatis Reipublicæ, ut ex Bald. *in L. ex*
hoc jure n.63.verſ.decimo quæro, ff.de juſt.& jure, tra-
dit Sanfelic. *in d. diſp. de donat. n.*10. Neque aliud à
procuratoribus civitatum poteſt ſuperari: quia ut di-
cebat Julius Capitolinus in Antonium, *Crudelius ni-*
hilquam ſi Rempublicam in corroderem: qui nihil ſuo
labore in eam conferrent, Theſaur. Polit. *l.* 2. *c.* 10.
Valenz. *conſ.*99. *n.*39.
98 In Comitiis autem circa impoſitionem tributorum
primo conſideranda eſt Reipublicæ neceſſitas, quæ
in cauſa erit, ut tributa, & omnes vel augeantur, vel
diminuantur pro temporum & rerum varietate, ac
viſſitudine *L. omne territorium, C.de cenſib.& cenſito-*
ribus, lib.11.L.2.L.pro locis, C.de annon.& tribut.lib.
10.*L.forma* §.1.*ff.de cenſib. cap.quanto extra eod. tit.*
Theſaur. *decif.*239. *n.*7.*&* 8. Larrea *alleg.*3. *n.*18. *&*
19. Cyriac. *controv.*156.*n.*5. Ita ut neceſſitas magna
fuerit, puta, cum numeroſo exercitu Regnum inten-
dit invadere, tunc majus indicatur tributum: Dum
tamen tributa impetantur juxta ſubditorum faculta-
tes, & non amplius vectigalium imponatur, quam
quod populus ſolvere valeat, non ad impoſſibile non
99 obligetur: ut ex *Geneſ.cap.49.verſ.*15. *& lib.*4. *Reg.*
*cap.*21.*verſ.*35. probat Marquez *d. lib.1.c.*16. & vo-
lunt D.Thom. *in epiſt.ad Duciſſ.Brabant.* Sylveſt. *in*
ſumma verbo gabella 4. *q.*2.§.*adde autem*, Soto, *de*
*juſt. & jure lib.*3. *q.*6.*art.*7. Ubi eleganter ait, quod
quamvis puteus cum opus fuerit, ſit exhauriendus;
tamen à ratione naturali, & prudentia diſſonat ſcin-
dere venas fontium Larrea *allegat.n.*23. quippe ſub-
diti non debent gravari ultra quam ferre poſſent, ſed
proportionabiliter, & geometrice tam reſpectu cauſæ
tributi quam facultatum, & bonorum, ne alias inju-
ſtum dicatur tributum, prout dicitur illud quod eſt
immoderatum Azeved. *in L.1.tit.17.lib.9. Recopil.* à
n. 28. *uſque ad* 34. poſt alios Sanch. *lib.* 2. *moral. c.*
4. *dub.* 2. *n.* 8.
100 Atque ita Princeps moderata tantum, tributa ex-
petere debet; quia moderata uti bona, & ſalubriora
utiliora ſunt: ut optime ſundat Solorzan. *emblemat.*
82. *n.*3. *& ſeqq.* Et ea propter in exigendis, ſeu im-
ponendis tributis quam maxime mediocritas ſervan-
da eſt: ut monuit Arniſæus *de doctr. Polit. cap.* 11.
pag. 281. *& ſeq.* Debet enim Princeps pro ſubdito-
rum conſervatione tanquam verus, & plus parens ſe
exhibere, conſulens potius neceſſitati ſublevandæ,
quam avaritiæ. Etenim Princeps vaſſallorum dicitur 101
piiſſimus pater *in L. ſi quis in ſuo C. de inoffic. teſtam.*
& in Auth. ut judices ſine quoquo ſuffragio §. *eos col-*
lat. 2. Pariſ. de Puteo *de ſyndic. de exceſſ.Reg. n.*27.
D.Thom. *de regim. Princ. lib.*3. Gigas *de crim. læſæ*
Majeſt.q.7.n.4. Valenz. *conſil.99.n.*73. ut paterni amo-
ris potius, quam tyrannicæ poteſtatis eo nomine ad-
moneretur ad curam, & conſervationem vaſſallorum:
ut dixit Dion. Caſſius *lib.* 53. Unde Plinius *in Pane-*
gyrico Trajanum ita ejus modeſtiam extollit: ibi. *Ac*
tu etiam nomen patris patriæ recuſabas: quam longa
nobiſcum modeſtia tua pugnas? quam tarde vicibus
nomen illud, quod alii primo ſtatim principatus die,
ut Imperatoris, & Cæſaris receperunt, Tu uſque eo di-
ſtuliſti, donec Tu quoque beneficiorum tuorum parciſſi-
mus æſtimator jam te mereri fatereris, Itaque ſoli om-
nium contigit tibi, ut pater patriæ eſſes, antequam fie-
res: Et vere in hoc Reges Invictiſſimi hujus Regni 102
alios antecellunt, ſicut enim a ſubditis nimio proſe-
quuntur amore juxta illud Franc. de Sa de Miranda.

Nuon tem Rey amor de povo,
Tanto em quanto o Sol rodea.

Id eſt nullus ſub ſole tantus amor erga Regem,
quam Luſitanorum. Ita & Reges tanquam piiſſimi pa-
rentes Luſitanos ſemper dilexiſſe cernimus. Et ideo
in bellis tanquam filii pro Rege dimicare agnovit Ca-
tholica Regina; dum dixit Regem Portugalliæ cum
filiis, illum cum vaſſallis prælia inire. Quemadmo-
dum igitur nemo melius conſilium pro liberis capit,
quam pater *L.ſi furioſo puberi, ff.de curat.furioſ.L.nec* 103
in ea, ff.ad L.Jul.de adulter. Alciat. *de præſumpt.reg.*
1. Valaſc. *de jure emphyt.q.49.n.2.circa fin.& de par-*
tit.c.18.n.14.& c.25.n.26. Ita Princeps in indicendis
tributis tanquam parens ſubditis conſulere tenetur,
ne immoderate graventur, ſiquidem ſubjectis proſpi-
cere debet, non eos deprimere *L. provincialium, C.*
de erogat.milit.annon. Valenz. *conſ.99.n.47.* ad exem- 104
plum patriæ poteſtatis circa bona filiorum, quæ ſo-
lummodo intelligitur quoad illis proficua, & ut in
Bald. *in l.1.n.15.C.de bon.matern.* Gama *decif.214.n.*
1.*& deciſc.373.n.1.* Valenz. *conſ.129.n.65.* Quare li-
cet neceſſitati occurrere teneantur ſubditi, Princeps
eo contentus eſſe debet, quo indigentiæ conſulatur
abſque gravi vaſſallorum læſione Solorzan. *emblem.*
82. *n.*2. *& ſeq.* Et tunc amabilis tutor mediocria tri-
buta in Comitiis de conſenſu populorum imponere
poterunt. Et quando populi conſenſus intervenerit,
tunc non audientur juſtæ querelæ, & tributa ſine ſcan-
dalo exiguntur, juſteque retinentur Larrea *alleg.*59.
*n.*14. Item ut ait Caſſiod. *lib.4.epiſt.36.& lib.11.epiſt.* 105
7. *Tributa non debent à triſtibus exigi.& illa tantum*
ſequenda ſunt lucra quæ poteſt lætus poſſeſſor ferre, &
miles ſolenniter ſecurus accipere. Quid enim adquiri
putatur, ubi bona conſcientia perditur: Aut in qua
parte poſſit homo proficere, ſi innocentiam probatus fu-
erit amiſiſſe: Solorzan. *d.lib.1.cap.18.n.58 & emblem.*
84. *n.*7. Nec tributa, quæ gemitibus, & dolore homi-
num congeruntur ſunt magni faciendo: ut Veſpaſia-
no dicebat Apollonius apud Philoſtratum *lib.5.c.12.*
Solorz. *d.l.1.cap.15.n.47.* Atrum namque eſt aurum,
quod ex lacrymis oritur Solorz. *d.lib.1.cap.18.n.69.*
& Appollonio Thyanio Arniſæus *de doctr. lib.2.cap.*
c. 5. *pag.* 567.
Tributa non debent eſſe immoderata; quia ubi 106
gravia, & inſueta exiguntur, vetera, & conſueta
amittuntur: ut ex Symmacho tradit Solorz. *emblem.*
83. *n.*14. Caſſiodor. *lib.4.epiſt.*38. ubi: *Servientium*
imminutio eſt, novarum illationum acceſſio, quantum-
que pars nova proficit, tantum ſe vetus firmitate ſubdu-
cit. Et inſuper: ſi tributa ſunt immoderata ex eorum
ſevera

ſevera exactione ſubditiones oriuntur Arniſæua de
doctr. Polit.lib.2.cap.4. pag.494. verſ. quod quia, So-
lorzan.emblem.84.n.26.Joann.Bodin.de Repub.lib.6.
c.1. pag.1027. verſ. ſed pra illis, Larrea alleg. 59. n.
12. Marquez de gubern. Chriſt. d. lib.1. cap.16.pag.
107 94. Vera autem tributa, quæ ab æquitate, & pieta-
te, deviant, non ſunt Cæſaris, ſed Diaboli: ut ex
Ambroſ. & D. Chryſoſtom. tradit Solorz. emblem.
82. num. 16.

Ex quibus ſatis comprobatum manet Principem
per ſe ſolum tributa imperare non poſſe; & in Comi-
tijs eſſe imponenda de conſenſu populi, & non ali-
ter. Cujus procuratores animadvertere debent ſupe-
rius notata; ut tributa ex neceſſitate tantum impe-
rentur, ac ex æquitate, & pietate.

108 Verum ſi neceſſitas urgeat, quippe hoſtes repente
Regnum terra, marique invadant; ita ut Comitia
convocari non poſſunt, & periculum ſit in mora; be-
ne poterit Rex ſolus novum vectigal imperatore, etiam
ſine conſenſu populorum. Quando enim periculum
eſt in mora, recte poteſt actus expediri etiam ſine con-
ſenſu ejus, cui illum præſtare neceſſe erat. L.1. ff.de
exercit.action. L.tutor. qui repertorium, ff.de tutel. Ti-
raq. ad L.Connub.gloſſ 8.n.9. Valenz.conſ.132. n.24.
Et eſt ratio quia quando periculum eſt in mora multa
fieri permittuntur, quæ aliàs, denegarentur L. ſi lon-
gius 18. §.1. L. ſed & ſi 28. §. ſed & ſi ff. de judic. L.
ille à quo 13. §. quid ergo, ff. ad Trebell. D. Martin.
109 à Larreatigui ſelect.l.6.cap.7. poſt med. Valenz. conſ.
132.n.23. L. ſi bonæ fidei 49. ff. ad petit. hared. Cum
enim periculum in mora careat lege; & multoties
alteret non ſolum præcepta humana, ſed & natura-
lia, atque Divina cap. ſicut de conſecrat. diſt. 1. c. li-
cet de fer. L. minime, Cod. de relig. & ſumpt. funer.
L.2.C.de patrib. qui fil. diſtrax. Tiraq. de retract.lig-
nag. §.1. gloſſ.9. n.32. & §. 26. gloſſ.1. n. 18. & ſeqq.
& de pæn. temper. cauſa 33. Salgad. de protect.3.p.c.
110 1. n.27. & 73. Ultra quod neceſſitas non tantum ca-
ret lege, ſed & lex ipſa neceſſitati ſubjicitur L. 1. C.
de oper. libert. L.2. ff. de offic. Proconſ. Valaſc. conſult.
118. n.21. Tiraq. d. cauſa 33. n.4. Larrea alleg.25.
n.15. Salgad. de protect.1.p.c.1.præl.3.n.103. Sanſe-
lic. in addit. ad diſp. de donat. ad n 37. verſ. ex quo
neceſſitas. Et ea propter caſus neceſſitatis in quacun-
que prohibitione ſemper cenſetur exceptus; quia fa-
cit licitum, quod alias erat illicitum L. alienationis
ff. famil. erciſcund. L.1. ff. de fund. dotal. L. pater filium,
ff. de legat.3. Hyppo. de Marſill. in L.1. §. præterea n.
87. ff q. Tiraq. d. n.4. cum ſeqq. Larrea d. alleg.25.n.14.
& alleg.59.n.25. Cald. d. præl. 3. n.103. Caball. caſu
149.n.12. Sanſel. d. verſ. ex quo neceſſitas. Et in caſu
propoſito neceſſitas illa extrema dicenda eſt, quippe
ſi illi non occurratur, Regnum, & Regni Status ſub-
ſtineri nequit Vaſquez in tract. de eleemoſ. c.1. dub.
3. Larrea alleg. 59. n. 25. Ubi docet, quod quando
neceſſitas adeo urget, ut timeri poſſit periculum in
Regni ſtatu, non requiritur, quod neceſſitas probetur
de præſenti, ſed ſufficit, quod immineat, & urgeat;
& veriſimiliter poſſit timeri L. fin. C. in quib. cauſ. in
111 integr. reſt. Paria namque ſunt aliquid ex neceſſitate
facere, vel timore neceſſitatis L. noviſſime, ff. quod
falſo tutore authore, Roder. Suar. alleg. 12. ſub n. 3.
Giurb. deciſ. 51. n. 4. Proindeque urgente prædicta
neceſſitate bene poterit abſque Comitiis Princeps no-
va tributa imponere.

112 Nec mirum: quia Princeps pro defenſione Reipu-
blicæ, & ſublevanda publica neceſſitate recte poteſt
privatorum bona capere, ac ſi eſſent propria Ant.
Gabr. tit. de non tollend. jure quæſito concl. 2. n. 5. &
55. Petrin. Bellin. de re milit. p.1.q.7.n.8. & 10. Vin-
cent. de Franch. dec.211. n.11. Valenz. conſ.99. n.8.
Sanfelic. in diſp. de donat. n.18. Covarr. lib.3. var. c.6.
n.6. Capyc. dec.66. n.6. Cevall. comm. contra commun.
q. 577. & 906. n.358. Gregor. Lopez in l.31. tit.18.
partit.3. verb. otro. Surd. conſ.203. à n.17. uſque ad 24.
Larrea d. alleg.59.n.19. Caſtill. lib.3. controv. c.6.n.
5. & 6. Hieron. Leo dec.34. n.34. Cyriac. controv. c.
176.n.10. & 12. Sanſelic. ubi ſupra n.25. Capyc. Latro
dec.188.n.69. & dec.199.n.4. & 28. Andr. Gail. lib.
2. obſerv.155. Quod adeo verum eſt, ut quamvis Prin-
ceps auferendo à tertio aliquam rem ob bonum, &
utilitatem publicam præſtare debeat bonum cam-
bium, & condignam ſatisfactionem L. venditor §. ſi 113
conſtat. ff. commun. prædior. Valaſc. conſult.116. n.2.
Phæb. qui judicatum dicit deciſ.94.n.3. & 4. Anton.
Gomez in l.1. Tauri n. fin. & in lib.40.n.89. Caſtill. d.
c.6.n.6. Noguer. alleg.5.n.36. Cyriac. contr.121.n.fin.
Arias de Meſa lib.2. var. c.50.n.14. Capyc. Latro. de-
ciſ.199.n.23. Valenz. conſ.69.n.111. Oliva de for. Ec-
cleſ.2.p.q.35.n.16. Tamen in caſu publicæ, & urgen-
tis neceſſitatis non tenetur damnum reſarcire, etiam
poſtquam neceſſitas ceſſavit Surd. conſ.313.n.99. Lar-
rea allegat.59.n.19. Oliva d.q.35.n 16. Sanſelic. in ad-
dit. ad diſp. de donat. ad n.25. Capyc. Latro deciſ.188.
n.72. licet ceſſante neceſſitate rem vel feudum vaſ-
ſallo ablatum reſtituere teneatur Anton. Gabr. lib.3.
de non tollend. jure quæſt. concluſ. 4. Giurb. de ſuc- 114
ceſſ. feud. præl.1. n.14. Cabed. 2. p. deciſ. 51. n. 10.

Confirmatur: quia Princeps in caſu urgentis ne- 115
ceſſitatis poteſt compellere ſubditos divites ad ſibi
mutuandum pecunias pro ſua, & illorum defenſione:
ut ſcribunt Guillielm. de Cuneo in L. neminem, C. de
ſacroſ. Eccleſ. Ripa in L.1.n.118. ff. de ſolut. Matrim.
Joann. Platea in l.1. C. de omn. agro deſert. lib.11. Ge-
rard. ſingul.10.n.22. Valenz. conſ.99.n.17. Et inſuper
poteſt obligare mercatores exteros ad ſibi mutuandas
pecunias abſque intereſſe Ottalor. de Nobil. p.2.c.5.
n. 6. Paſchal. de virib. patr. poteſt. p.1.c.1. n.81. Va-
lenſ. conſ.99. n.18. Et quod magis eſt urgente ne-
ceſſitate poteſt Princeps vaſa aurea, & argentea Ec-
cleſiæ aſſumere, ut neceſſitati conſulatur, licet ea
ceſſante ad reſtitutionem ſit obſtrictus: ut probatur
in ſacra Pagina l. 4. Reg. cap.18. Solorz. de jure In- 116
diar. lib.1.cap.13. n.25. & 26. tom. 2. Et ita factum
fuiſſe in hoc Regno tempore Joannis Primi conſtat
ex monumentis illius temporis.

Rurſus, tempore neceſſitatis adventitiæ, ſeu re- 117
pentinæ puta, quando Princeps invaditur, Clerici,
Eccleſiaſticæque perſonæ tributorum immunitate
non gaudent; & contribuere tenentur, ut docent
Dueñ. reg.200. limit.12. Matth. de juriſd.4.p. caſu
10. n.2. & ſeqq. Auguſt. Barboſ. in L. placet 5. n.7.
C. de ſacroſ. Eccleſ. Sanſelic. in d. diſt. de donat. c.38.
& ſeqq. Bovad. in Polit. lib.2. cap.18.n.297. Cevall.
q.578. à n.3. Caſtill. de tert. cap.9.n.20. quamvis exe-
cutio fieri debeat à Judice Eccleſiaſtico Caſſan. in
Catal. glor. Mund. p.12. Tiraq. de retract. lignag. §.23.
gloſſ. unica n.80. Gregor. Lopez in L.54. tit.6. partit.1.
Auguſt. Barboſ. in L. ad inſtructionem in fin. C. de ſa-
croſ. Eccleſ. Larrea allegat.59. n.29. Unde indubitati
juris eſt poſſe Regem ſine Comitiis in dicto caſu ur-
gentis, & adventitiæ neceſſitatis nova imponere tri-
buta Larrea d. alleg. 59. n. 28. Dum tamen neceſſi-
tas talis ſit, quæ non patiatur Comitiorum convoca-
tionem haberi; quia tunc agitur de ſalute populi,
quæ poſt Deum immortalem in Principis prudentia
conſiſtit.

Quod autem ſupradictum fuit, nempe circa impe- 118
randa tributa neceſſarium eſſe, quod juſta cauſa, &
publica neceſſitas interveniat, notare oportet, quod
circa neceſſitatem ſtandum eſt Principis aſſertioni:
ut late probat Larrea alleg.60. Solorzan. d. lib. 1. c.
13. n.24. Sanſelic. in diſp. de donat. n.15. & 16. Va-
lenz. conſ.99.n.1. Et ea propter procuratores in Co-
mitiis de neceſſitate diſputare non debent, cum ad
inſtar ſacrilegii ſit de Regis aſſertione dubitare L.
repre-

reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſtit. Larrea *d. alleg.* 60. *n.* 1.

119 Denique tributa indicta ex cauſa alicujus neceſſitatis ea ceſſante ceſſare debent, ut probat Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa* 1. *p. nu.* 184. Innocent. *in cap. quod pro remedio* 5. *q.* 7. Dion. Halicarn. *l.* 8. ibi: *Quidquid neceſſitas pro tempore, vel privatis, vel civitatibus affert, tantiſper duret, donec ceſſet ea neceſſitas, ut quod bellorum calamitas introduxit, pacis lenitas ſoplet:* Juſtinianus *in lib. unic. in princ. C. de caduc. tollend.* Et bene fundat Solorzan. *emblem.* 82. *nu.* 26. *& ſeqq.* Soto *de juſt. & jure lib.* 3. *q* 6. *art.* 7. eleganter Arniſæus *de doctr. Polit. l.* 2. *cap.* 5. *p.* 566. Ubi plures Principes enumerat, qui ceſſante neceſſitate tributa remiſerunt. Et eſt videndus Val. Max. *lib.* 4. *cap.* 3. Plutarch. *in Panſan.*

Caput XXV.

De Monetarum, ſeu Numiſmatum jure.

SUMMARIUM.

1 *Dominia rerum naturali ratione diſtincta fuerunt.*
2 *Communio diſcordias excitare ſoles.*
Commercia in principio permutationibus peragebantur. Ibid.
3 *Unuſquiſque utilibus inutilia permutabat. Et ideo electa fuit materia, cujus publica, & perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum ſubveniret.*
4 *Materia nummus dicta electa fuit ex ferro, ære, argento, & auro: ut pote medium, quo res fierent commenſurabiles.*
5 *Servius Tullius primus as, quo antea rudi pro nummis utebatur, pecudis nota ſignavit.*
6 *Quis fuerit primus monetæ fabricator. Et afferuntur variæ opiniones.*
7 *In moneta conſiſtit æqualitas, per quam ſuperabundantia, & defectus reducuntur ad medium.*
8 *Moneta à publico fuit conſtituta ad conſervandam æqualitatem ſocietatis humanæ: ut per eam omnia æſtimarentur.*
Monetæ uſus in toto Orbe terrarum omnibus hominibus placuit, & jure gentium fuit receptus. Ibid.
9 *Contractus emptionis, & venditionis ſine pretio in pecunia ſubſiſtere nequeunt.*
10 *Jus cudendi monetam eſt de Regalibus majoribus, & ad Principem ſpectat*
11 *Solus Princeps monetæ æſtimationem, atque valorem præſcribit.*
Interpretatur text. in L. 1. ff. de contrah. empt. Ib.
12 *Ejus eſt æſtimationem monetæ præſcribere, cujus eſt poteſtas illam cudendi.*
Poteſtas approbandi, vel reprobandi monetam, & augendi, ac diminuendi ejus valorem pertinet ad Principem. Ibid.
13 *Hoc jus cudendi monetam poteſt à Principe inferioribus concedi, & communicari.*
14 *In hoc Luſitaniæ Regno jus, & poteſtas cudendi monetam ſolius Principis eſt, & oſſibus Coronæ affixum, inferioribuſque concedi nequit: &* n. 15.
16 *Rex non poteſt mutare formam, materiam, ſeu pondus monetæ ſine conſenſu populi.*
17 *In hoc Regno non poteſt Princeps mutare monetam abſque populi conſenſu ex contractu inito cum populo.*
18 *Mutatio monetæ eſt Regnorum deſtructio, turbatque ſubditos, & ſeditiones parit.*
In Republica male inſtituta, nec prudenter gubernata monetæ mutatio contingere ſolet. Ibid.
19 *Princeps ex juſta, & publica cauſa per ſe ſolum poteſt monetam mutare, augere, & diminuere.*
20 *Princeps maxima circumſpectione, & maturo conſilio deliberare debet circa monetæ mutationem.*
21 *Princeps in materia monetarum eſt miniſter juris gentium: & ſi materia monetæ communi hominum æſtimatione pretioſior, & charior facta ſit, juſta erit cauſa mutandi monetam.*
22 *Ex cauſa publicæ neceſſitatis & utilitatis, poteſt moneta mutari abſque populi conſenſu, ut puta ex cauſa belli.*
Item poteſt Princeps jubere, quod corium, vel alia materia pro pecunia accipiatur. Quod probatur exemplis. Ibid.
23 *Principis diſpoſitio circa rem nummariam plurimum valet: Et ſic materiam eligere poteſt, & illi æſtimationem præſtare.*
24 *Urgente neceſſitate valor, & æſtimatio monetæ poteſt augeri.*
25 *Intereſt Reipublicæ, ne moneta extrahatur à Regno.*
Et de pœna in hoc Regno extrahentibus impoſita. Ib.
26 *Moneta debet eſſe proba, & legitima: ad quod tria ſimul debent concurrere: videlicet materia, publica, forma, & legitimum pondus: & inſuper æſtimatio.*
27 *Moneta, ut ſit proba, debet eſſe aurea, argentea, vel ærea abſque alia mixtura.*
Non debet eſſe de alchimia. Ibid.
28 *Pecunia non debet decolorari.*
Monetæ bonitas, & quantitas materiæ eſt omnino attendenda. Ibid.
29 *Bonitas monetæ, & probitas ſubſiſtit. etiamſi mixturam habeat, quæ dicitur liga.*
30 *Moneta dicitur falſa quæ plus æris, aut argenti habet, quam lege conceditur.*
31 *Falſa dicitur moneta ſi plumbum argentatum, vel æs auratum pro argento, vel auro percutiatur.*
32 *Forma monetæ nihil aliud eſt, quam impreſſio, ſeu character impreſſus in ipſa materia monetæ Principis authoritate.*
Vel in imagine Principis, inſcriptione litterarum, & in publica authoritate. Ibid.
33 *Idem dicendum, ſi non effigies Principis, ſed ejus inſignia, & arma cum ſolita impreſſione nominis Principis in moneta imprimantur. Et quid in hoc Regno, & Caſtella ſervetur.*
34 *Falſa eſt moneta, quæ cuſa eſt à privato, etiamſi legitima, & proba materia, juſtique ponderis ſit.*
35 *Item erit falſa, quando in ea imprimitur character, ſeu forma aliena abſque conſenſu ejus, cujus eſt.*
36 *Monetæ pondus debet eſſe æquale, ita ut tantum ponderis habeat jam ſignata, quantum materiæ maſſa nondum elaborata.*
Princeps debet cudere monetam juſti ponderis ad valorem metalli. Alias peccat.
37 *Ex pondere non debent extrahi expenſæ juxta opinionem Legiſtarum.*
Princeps non tenetur facere expenſas de proprio, ſed monetæ, major debet eſſe valor reſpectu expenſarum in cudendo.
Et hæc eſt verior opinio. Ibid.
38 *Officium Principis non debet eſſe damnoſum.*
Interpretatur text. in L. 1. ff. de contrah. empt. Ib.
39 *Interpretatur* text. in c. quanto de jurejur.
40 *Monetæ bonitas diſtinguitur inter intrinſecam, & extrinſecam: intrinſeca dicitur ipſum metallum, extrinſeca vero ipſa æſtimatio.*
41 *Diſputatur, An eſſentia monetæ conſiſtat in metallo, vel in authoritate publica?*
42 *Æſtimatio tam ponderis, quam monetæ à Majeſtatis arbitrio pendet.*

Prin-

Princeps poteſt augere valorem moneta. Et afferuntur exempla. Ibid.

43 *Regnum non tam ad Regis, quam vaſſallorum utilitatem fuit introductum.*

Rex potius vaſſallorum, quam propriæ utilitati proſpicere debet. Ibid.

44 *Rex graviter peccat, ſi monetam abſque urgentiſſima cauſa mutaverit.*

45 *Commercia ſunt juris gentium.*

Si non fuerint commercia neceſſe erit homines aliena rapere. Ibid.

46 *Commercia ſine pecunia eſſe nequeunt.*

Moneta, quæ ex valore intrinſeco non conſtat, proba dici nequit, quoad omnes. Ibid.

47 *Moneta proba auget Principis Imperium, & authoritatem.*

48 *Apud Romanos erant moneta ponderatores, qui Trium viri monetales appellantur. Et adhuc in Imperio Germanico ponderatores moneta exiſtunt. Et apud Venetos Magiſtratus conſtitutus eſt, qui providet de bonitate moneta.*

49 *Monetarum cura plurimi habenda eſt.*

50 *Moneta tribus modis corrumpitur, de quibus ibi.*

51 *De pœnis falſificantium monetam.*

52 *Pœna ignis cum bonorum publicatione puniuntur falſificantes monetam Regis, ac ſui Principis, qui ſuperiorem non recognoſcit.*

53 *Interpretatur* text. in L. 1. §. fin. vero C. de falſ. monet.

54 *Lex loquens de pœna capitali non intelligitur de morte naturali; ſed de deportatione.*

55 *Lex una per aliam declaratur.*

56 *Pœna ignis, & confiſcationis bonorum puniuntur fautores, conſiliarii, & qui delictum falſæ monetæ ſcientes non revelant delinquentes, rejecta opinione contrarium aſſerentium.*

Agentes & conſentientes pari pœna puniuntur. Ibid.

57 *Confiſcatur domus, in qua moneta fabricatur, quamvis non ſit propria delinquentis: Si dominus prope fuerit vel cum delinquente conſuetudinem habuerit.*

Excuſatur dominus domus, ſi cum primum delicti ſcientiam habuerit illud revelarit. Ibid.

Eadem pœna ignis & confiſcationis ponitur, qui ſciens monetam falſam à fabricatoribus accipit. Ibid.

58 *Tondentes, vel radentes auream, vel argenteam monetam non pœna ignis, & confiſcationis ſed alia mitiori puniuntur.*

Et qua pœna olim, & hodie tenerentur. Ib. *& n.* 59.

60 *Lex, quæ non reperitur collocata in Codice Juſtiniani, non eſt trahenda ad deciſionem cauſarum.*

61 *De jure Regni qua pœna puniantur tondentes, & radentes Monetam Principis? & n.* 62. *&* 63.

64 *Tondens, vel radens monetam excedentem legitimum pondus, ut ad juſtum reducat, punitur, & tenetur ad reſtitutionem Principi.*

65 *Tingentes monetam argenteam auro, vel aream argento, aut auro, ſunt rei criminis falſa moneta. Ubi qua pœna puniuntur.*

66 *Expendentes falſam monetam puniuntur iiſdem pœnis, quibus adulterantes, ſi ſcienter expendant: ſecus ſi ignorantes falſa pecunia uſi fuerunt niſi ignorantia ſit ſupina, & craſſa. Et vide.* Ordinat. lib. 5. tit. 12. §. *& n.* 67.

68 *Eadem pœna punitur expendens, & is, qui expendere fecit falſam, monetam. Et quid in expendente nummos alterius materia: & n.* 69.

70 *Proponitur quaſtio, An cudens, tondensve, aut mutilans monetam alterius Principis, cujus ſubditus non eſt, plectendus ſit pœna ordinaria hujus delicti? Diſtingue ut hic, & n.* 72. *ac* 73.

71 *Forenſis tenetur pœnis ſtatuti illius loci, in quo delictum eſt commiſſum, quando delictum eſt punibile, & illicitum de jure communi.*

74 *Fabricator falſa moneta alterius Principis, qua utitur Reſpublica ex permiſſione Regis, ultimo afficitur ſupplicio.*

75 *Proponitur quaſtio, An ſiquis monetam falſam fabricare cœpit, & non perfecit, puniendus ſit?*

Referuntur opiniones DD. Ibid.

Et probatur ea, qua habet Judicis arbitrio reum eſſe puniendum. Ibid. *& n.* 76.

77 *De conſuetudine in delictis non punitur conatus, quando effectus ſecutus non fuit.*

78 *In delicto falſa moneta punitur conatus, & effectus pœna ordinaria delicti, etiam non ſecuto reali effectu.*

79 *Intellige dicta n.* 77. *ut regulariter non puniatur affectus reſpectu pœnæ ordinaria delicti: ſi vero conatus deveniat ad actum proximum delicti, & exteriorem, punitur pœna extraordinaria arbitrio Judicis.*

Subintellige in delictis gravioribus, in his vero quæ atrociora non ſunt, non punitur conatus. Ibid.

80 *Crimen falſa moneta reſpicit injuriam perſonæ ipſius Principis.*

Fabricator falſa moneta dicitur proditor erga Regem, & infamiam incurrit. Ibid.

81 *Reus hujus criminis nobilitatem admittit.*

82 *Socius criminis regulariter non probat contra ſocium.*

Limita in ſocio criminis falſæ moneta, qui contra ſocium admittitur in teſtem, & in tormentis poteſt interrogari de ſociis.

83 *Nemo tenetur revelare delictum.*

84 *Limita in crimine falſa moneta: quia conſcius delicti revelare tenetur, & accuſare delinquentem.*

Qui ſcivit, & non revelavit, punitur pœna mortis, & flammarum exuſtionis. Ibid.

85 *Idem procedit in crimine laſa Majeſtatis, & conjurationis contra Principem, quia ſciens, & non revelans ſtatim punitur, quamvis delicti non ſit particeps.*

86 *Amplia, ut concluſio procedat, etiam quando revelans probationes non habet.*

87 *Amplia ſecundo, ut ſciens, & non revelans propter amicitiam, & conſanguinitatem delinquentis non excuſetur: immo etiam patrem revelare tenetur: & num.* 88.

89 *In crimine falſa moneta ſpeciale eſt, ut accuſator non puniatur de calumnia etiam ſi non probet delictum.*

90 *Socius criminis revelans delictum falſa moneta conſequitur veniam ipſius criminis, & cujuſlibet alterius: & n.* 92. *&* 93.

Et interpretatur. Ord. lib. 5. tit. 12. §. 6. Ibid.

91 *Refertur contraria ſententia* Bartholi: *qua rejicitur n.* 93.

94 *Ut ſocius revelans delinquentem hujus criminis alterius delicti poſſit conſequi præmium vel veniam, tenetur probare delictum.*

95 *Sufficit tamen, quod delictum probetur per indicia ſufficientia ad torturam.*

96 *An, & quando moneta falſa inventa penes aliquem probet illam cudiſſe, & quando præſumatur: Ac an monetarius gaudeat immunitate Eccleſiæ? Remiſſive.*

97 *Proponitur quaſtio. An ſi mutatio moneta contigerit poſt factum depoſitum pecunia, periculum ſit depoſitarii, vel deponentis?*

Diſtinguitur inter depoſitum regulare, & irregulare. Ibid.

In primo caſu augmentum, vel diminutio monetæ pertinet ad deponentem. Ibid.

98 *Periculum rei depoſitæ pertinet ad dominum ſicut & augmentum.*

99 *Ca-*

99 *Caſus fortuitus depoſitario non imputatur.*
100 *Limita in depoſitario, qui contra pactum, & præter voluntatem deponentis utitur pecunia depoſita, vel alia re, quæ conſiſtit pondere numero, & menſura.*
101 *Quando deponitur pecunia numerata, depoſitum eſt irregulare: & dominium, atque poſſeſſio tranſit in depoſitarium.*
102 *In hoc caſu periculum mutationis monetæ eſt depoſitarii. non deponentis.*
103 *Amplia, ut procedat reſolutio, cum pecunia ſimpliciter ad numerum depoſita ſit.*
104 *Sive quando depoſita pecunia ad numerum fuit conventum, quod depoſitarius ea uti poſſit.*
105 *Depoſitum irregulare retinet omnia privilegia non veri depoſiti.*

1 POſtquam dictante ratione naturali rerum dominia jure gentium iter mortales fuerunt diſtincta: quippe poſt inſectam Adami labe, & peccato humanam naturam, genuſque humanum propagatum de communi omnes commode vivere non poterant; & naturalis ratio exigebat; immo ipſa neceſſitas cogebat, quod rerum dominia inter homines diſtinguerentur: quia aliter humana ſocietas non ſtabat, cum boni egerent, & mali omnia caperent Archidiacon. *in c. jus naturale n. 6. & 7. diſtinct.* 1. Fortun. Garg. *in L.* 1. §. *jus naturale ſub. n.* 37. *ff. de juſtit. & jur.* Medina *tom.* 2. *tit de reſt. q.* 1. *verſ. his tamen*
2 *col.* 4. *ſol.* 3. *& verſ. iſto igitur col.* 9. *f.* 6. Scaccia *de commerc.* §. 1. *q.* 1. *n.* 49. ut diſcordiarum amputaretur occaſio, quas communio excitare ſolet *L. cum pater* §. *dulciſſimis, ff. de legat.* 2. *cap. ex tenore de ſentent. excommunicat.* Scaccia *d. q.* 1. *n.* 51. Atque ideo cum illis temporibus non eſſet monetæ uſus, neque aliud merx, aliud pretium vocaretur: commercia permutationibus peragebantur, tribuentes hi, quibus contrahere erat neceſſe, alia pro aliis, videlicet triticum, pro vino, calceos, pro lecto, teſte Ariſtotele *Ethicor. Nicom. lib.* 5. *c.* 8. *& polit.* 1. *c.* 8. Prout. de Germanis ſcribit Tacitus *de bonis Germanorum, & de cæteris gentibus.* Cald. Pereyr. *de empt. & vendit. c.* 22. *n.* 42. ex Juſtino, Plinio, Diodoro Siculo, Strabone, qui loquitur de noſtris Luſitanis *lib.* 3.

3 Sed cum pro temporum, & rerum neceſſitatibus unuſquiſque utilibus inutilia permutabat: ut ait Paul. *L.* 1. *ff. de contrah. empt.* & non ſenper, nec facile concurrebat, quod tu haberes, quod ego deſiderarem, neque invicem ego haberem, quod tu accipere velles, ex cauſa conſervandæ humanæ ſocietatis,
4 electa eſt materia, cujus publica, & perpetua æſtimatio difficultatibus permutationis cũ æqualitate quantitatis ſubveniret; ut ait ipſemet Conſultus *in d. L.* 1. Hac autem materia nummus dicta ex ferro, ære, argento, & auro electa fuit, ut pote medium, qua commenſurabiles efficerentur res, & eas omnino
5 adæquaret Ariſtotel. *lib.* 1. *Polit. cap.* 8. Quod cum à principio definitum eſſet quantitate, & pondere poſtea ſignari cæpit, & nummus ipſe pecunia dictus ex eo quod Servius Tullus Romanorum Rex primus æs quo antea rudi pro nummis utebatur, pecudis nota ſignavit: ut tradit Plinius *lib.* 18. *c.* 3. &
6 *lib.* 35. *c.* 3. Pier. Valerian. *in Hieroglyph. lib.* 10. *pag.* 100. Sixt. *de Reg. c.* 7. *n.* 5. *&* 6. *lib.* 2. Sed hoc verum non videtur; quia jam antea legitur in ſacra Pagina. *Gen. c.* 23. *vel.* 33. *in fin.* quod Abraham appendit pecuniam probatæ monetæ publicam: unde jam moneta pecunia dicebatur: ſed poteſt ſalvari dicendo quod Servius extitit primus, qui apud Romanos ænea pecunia uſus fuit.

7 Quis autem fuerit primus monetæ fabricator? Non ſatis conſtat: quia Scriptores in varias ſcinduntur opinione: namque Strabo *lib.* 8. dixit Prædonem, ſeu Phidonem quendam Æginæ primum fuiſſe argentum qui ſignare duxerat Herodot. *lib.* 1. Hidi hanc palmam tribuit: Auguſt Nephus *in libello de divis. c.* 23. ait Phidonem fuiſſe Corinthiorum Legiſlatorem, & primum monetam ſignaſſe: Macrob. *lib.* 1. *Saturnal. c.* 5. inquit Janum primum ſignaſſe pecuniam; & Saturnum claſſe pervectum excepiſſe à quo cum bona nonnulla didiciſſet, & Regni confirmationem accepiſſet monetam æream ſignatam, una parte effigiem bifrontem, navem altera expleſſit. Quam opinionem ſequitur Polidor. Virgil. *de invent. rerum lib.* 2. *c.* 20. & in his adducunt Ovid. verſiculos *l.* 1. *Faſtorum.*

Multa quidem didici, ſed cur navalis in ære Altera ſignata eſt; altera forma biceps?
At bona poſteritas puppim formavit in ære Hoſpitis adventum teſtificata Dei.

De quo Plutarch *probem.* 40. Pier. Valeriam *l.* 45. *p.* 483. Quæ fere omia adducit Camill. Borel. *de præſt. Reg. Cath. c.* 12. *à n.* 11. *cum ſeqq.* Qui *n.* 16. Janum fuiſſe Noe affirmat. Alii ſentiunt Thare patrem Habrahæ fuiſſe primum fabricatorem monetæ: teſtatur Alberic. de roſate *in diction. verb. moneta*, quem ſequuntur Guid. Pap. *deciſ.* 493. *in fin.* Coraſius *lib.* 3. *miſcellan. c.* 13. *n.* 2. Camill. Bor. *d. c.* 12. *n.* 13. Ita dixit Joan. Aquila *in tract. de moneta.* Qui eſt inter alios congregatos per Gaſparem Anton. Theſaur. in quodam tomo, qui inſcribitur *liber de monetarum augmento, diminutione, & mutatione c.* 3. Thare patrem Habrahæ fuiſſe primum, qui monetam fabricavit ad petitionem Nini Regis filii Ninive Filii Beli Gigas *de crim. læſa Majeſt. tit. qualiter, & à quib. crim. læſa Maj. commit. q.* 62. *n.* 67. *&* 68. ſequitur Ripol. *de Reg. c.* 15. *n.* 12. Ubi *n.* 13. *ait*, quod ſecundum diſpoſitionem Sacræ Scripturæ Tubalcain fuit primus malleator argenti, auri, & ferri *Geneſ. c.* 22. *&* 23.

Verum, ut cunque ſit, quamvis hoc monetæ ad inventum execretur Camill. Borreil. *d. c.* 12. *n.* 1. quippe quod ex eo peſſima cumulandi; & regnandi cupiditas invexerit. Tamen illud inficiari nequid, quod 8
cum nulla poſſit eſſe hominum ſocietas ſine permutatione, neque æqualitate, neque æqualitaa ſine commenſuratione unum quid eſſe oportebat, ad quod res omnes æſtimarentur, tanquam ad menſuram. Hæc autem vere in moneta conſiſtit, per quam ſuperabundantia, & defectus reducuntur ad medium: ut docuit Ariſtot. *lib.* 5. *Ethicor.* Horat. Montan. *de Reg. verb. moneta ſor.* 74. *n.* 1. Et ſic à publico fuit conſtituta moneta ad conſervandam æqualitatem ſocietatis humanæ: & ut per eam omnia æſtimarentur *L.* 2. *in fin. de conſtit pecun. L. pecuniæ nomine* 222. *ff. de verb. ſignific.* Ariſt. *lib.* 4. *Ethicor. cap.* 1. Leotad. *de uſur. q.* 16. *n.* 2. Et ea propter nummorum uſus tanquam perutilis & maxime neceſſarius in toto Orbe terrarum paſſim omnibus hominibus placuit; & jure gentium fuit receptus: ut docent *commum. DD. in L. Paulus ff. de ſolutionib. & in cap. quando de jurejur* Batt. *in l.* 1. §. *fin. ff. de contrab. empt.* Molin. *de uſur contract. q.* 92. *n.* 695. Sixtin. *de reg. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 3. Montan. *de Reg. d. verb. monetæ n.* 1. Prout 9
etiam juris gentium dicitur contractus emptionis & venditionis, qui ſine pretio in pecunia ſubſiſtere nequit *L.* 1. §. *fin. l. ex hoc jure, ff. de juſt. & jure*, §. *jus autem gentium juſ. de jure natur.* Sixt *d. c.* 7. *n.* 4. Bened. Ægid. *in d. L. ex hoc jure p.* 1. *c.* 8. *n.* 6.

Cum igitur res nummara ad æqualitatem ſervan- 10
dam, & bonum Reipublicæ regimen fuerit introducta nulli dubium erit, quod ſicut cæteræ leges, nita cura monetæ, jus eam cudendi ad Regnantis Majeſtatem ſpectat: Et ſic vere eſt de Regalibus *cap.* 1. *quæ ſint Regalia Ordinat. lib.* 2. *tit.* 26. §. 3. Et qui-

dem inter majora counumeratur: ut ſcribunt Franc. Curt. de monet. cap. 1. Martin. Laudenſ. eod. tract. lib. 1. n. 1. Maſtril. de Magiſt. lib. 3. cap. 1. n. 139. Franc. Marc. decif. 86. 1. p. & deciſ. 648. p. 2. Peregr. de jure fiſc. lib. 1. tit. 1. n. 25. Camill. Borell. d. cap. 12. n. 2. Montan. d. verb. moneta n. 1. Caſtill. de tert. cap. 41. n. 102. & 103. Ripol. de Reg. cap. 15. n. 18. & 45. Sixtin. d. c. 7. n. 15. & 22. Covar. de veterum nnmiſmat. callat. c. 8. n. 1. Menoch. conſ. 302. n. 28. Morla in empor. juris p. 1. tit. 2. q. 24. n. 4. Cardoſ. in prax. verb. maneta n. 2. Decian. in tract. crim. tom. 2. c. 26. n. 1. Cabed, 2. p. deciſ. 45. Arniſæus de jure Majeſt. lib. 2. c. 7. n. 2. 4. & 5. Matienç in L. 1. gloſſ. 13. tit. 10. lib. 5. Recopil. Auguſt. Barboſ. in d. cap. quanto n. 2. & de poteſt. Epiſc. 3. p. allegat. 51. n. 55. Bened. Ægid. in d. L. ex hoc jure 1. p. c. 8. n. 7. Valenz. conſ. 30. n. 10. Roſentald. de feud. cap. 5. concluſ. 48. n. 1. Solorz. emblem. 81. n. 2. Larrea deciſ. 12. à n. 6. Joan. Heriug. de molend. q. 1. n. 14.

11 Ipſe autem ſolus Princeps monetæ æſtimationem valoremque præſcribit d. L. 1. ff. de contrah. empt. ibi: *Electa eſt materia, cujus publica, ac perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubveniret; eaque materia forma publica percuſſa uſum, dominiumque non tam ex ſubſtantia præbet, quam ex quantitate.* Verbum illud, ex quantitate, intelligendum eſt de valore aſſignato per Principem. Prout ita explicat Duar. lib. 1. diſput. cap. 6. Covar. in d. tract. c. 7. n. 2. Gotofred. ad L. 1. ff. de contrah. empt.

12 Arniſæus d. lib. 2. c. 7. n. 8. Ejus enim eſt æſtimationem monetæ præſcribere, cujus eſt poteſtas illam cudeudi Albert. Brun. in tract. de augm. & dimin. monetæ in præmiſſ. n. 5. Sixtin. d. c. 7. n. 32. Ripol. d. c. 15. n. 20. & 21. Et inde fit, quod etiam poteſtas approbandi, vel reprobandi monetam, & augendi, vel diminuendi va[illegible]em illius pertinet ad hoc Regale jus monetarum Joann. Faber. in §. 1. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. Imol. in d. c. quanto de jurejur. Salicet. in l. 2. C. de falſ. monet. Boer. deciſ. 327. n. 6. & 7. Peguer. deciſ. 46. n. 11. p. 1. Arniſæus d. lib. 2. c. 7. n. 5.

13 Hoc autem jus cudendæ monetæ bene poteſt à Principe Dominis inferioribus, concedi, & communicari, & etiam præſcriptione adquiri juxta doctrinam gloſſ. in rubr. C. de veter. numiſm. poteſt. lib. 11. quam ſequuntur Iſern. in cap. unica quæ ſint Regalia n. 19. Afflict. n. 4. verb. moneta, Mynſing. centur. 4. obſervat. 24. Peregr d. lib. 1. tit. 1. n. 25. Roſentald. d. c. 5. concluſ. 48. n. 3. Montan. d. verb. moneta n. 3. Ubi dicit jus hoc non eſſe de inſeparabilibus à Corona. Et Arniſæus de jure Majeſt. lib. 2. c. 7. n. 6. ait nullum eſſe jus Majeſtatis, quod facilius inferioribus communicetur, quam hoc cudendæ monetæ. Joan. Aquila de moneta poteſt. p. 2. c. 1. verſ. fallit. Guid. Pap. deciſ. 498. n. 1. & 2. Boſſius in praxi tit. de moneta n. 1. Peguer. deciſ. 46. n. 43. poſt alios Sixtin: qui communem dicit d. lib. 3. c. 7. n. 91. Ubi, quod in Gallia ita ſervatur: & n. 92. idem in Germania obtinere inquit, non tam in Principibus, qui Cæſarem ſuperiorem recognoſcunt, ſed etiam in Eccleſiaſticis. Et Arniſæus d. cap. 7. n. 6. plures civitates hoc jus habere tradit. Quod etiam in Catalonia obſervari ſcribit Ripol. d. c. 15. n. 45. & 46. Et tradit Sixtin. d. c. 7. n. 95. quod cum plures Magnates tam ſæculares, quam Eccleſiaſtici haberent jus cudendæ monetæ, vel ex privilegio, vel præſcriptione, & eo abuterentur in Gallia, omnes illo jure fuerunt privati per legem latam à Franciſco Francorum Rege Primo Bodin. de Repub. lib. 1. c. 10.

14 Sed quidquid ſit de jure communi: In hoc Luſitaniæ Regno jus, & poteſtas cudendi monetam ſolius Principis eſt: Et adeo oſſibus Coronæ affixum, ut inferioribus concedi nequeat Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 3. melior. Ordinat, lib. 5. tit. 12. in princ. ibi: *Ao Roy ſomente pertencè fazela, & a outro algum naon, de qualquer dignidade que ſeja.* Et ſic conceſſio hujuſmodi juris a Rege facta privato, vel certæ familiæ inutilis, & nulla eſt ſecundum gloſſ. & Bart. in L. 1. Cod. de falſ. monet. Jaſ. in L. ex hoc jure n. 18. Chriſtoph. de Paz. in L. 78. Tauri n. 73. per text. in L. ultim. C. de falſ. monet. Ubi reſcriptum; quo conceditur privato facultas cudendi monetam, ſubreptitium præſumitur: Et ideo non valet. Hyppolit. in L. qui falſam n. 67. ff. ad L. Corn. de falſ. Decian. in tract. crim. 2. tom. c. 23. n. 3. & 27. Et quamvis n. 4. teneant, quod Ducibus, Marchionibus, & ſimilibus poteſt Imperator concedere prædictam facultatem. Tamen in hoc Regno contrarium dicendum eſt, ex Bened. Ægid. in d. L. ex hoc jure p. 1. c. 8. n. 7. verſ. quod jus adeo. Qui nihilominus dicit, quod ſi conceſſio fiat alicui Civitati, vel poteſtati, valida erit. Sed adhuc in Regno contrarium eſt dicendum tam ex prædicta Ordinatione, quam ex eo, quod nunquam viſum, neque auditum talem fuiſſe factam conceſſionem. Et ego vidi ampliſſimam donationem Inſulæ da Madeyra factam à Rege Eduardo Sereniſſimo Infanti Henrico ejus fratri, in qua Rex cudendi monetam poteſtatem ſibi reſervavit. Quod autem nunquam fuit conceſſum, nunc dari non poſſe certum eſt. Sic ſimiliter Ludovicus Duodecimus Galliæ Rex tanti habuit hoc jus cudendæ monetæ, ut cum cætera Majeſtatis jura Genuenſibus à ſe devictis concederet; unum hoc ſibi reſervavit; & publicos nummos alterius, quam ſua imagine cudi vetuit; ut abſolutum in eos ſe imperium habere declarare, ſcribunt Guicciard. lib. 7. hiſtor. Bodin. lib. 1. de Repub. c. 10. Hyppolit. à Lapide de ratione ſtatus p. 1. c. 14. verſ. hoc idem jus. Et inſuper cum Sigiſmundus Prutenorum Duci jus illud permiſiſſet, Senatus, Populuſque jus illud Majeſtatis à Rege ſubdito, ac beneficiario tribui non potuiſſe publico decreto ſanxit: Hyppolit. à Lapide d. c. 14. verſ. cum enim Sigiſmundus. Et in Polonia Regem idem jus non poſſe concedere ſubdito tradit idem Hyppolit. d. c. 14. verſ. ſi enim in fin.

Et quidem rationi conſentaneum videtur, quod 15 Rex monetæ cudendæ jus inferioribus concedere nequeat; quoniam ſi alius, quam Princeps monetam cudere poſſet, utique jam alia in imperio daretur poteſtas; quod Monarchiæ gubernationi contrarium eſt. Et licet Kipol. d. cap. 15. n. 45. dicat, quod in hoc caſu Princeps non aufert à ſe Regaliam; ſed eum, cui communicat, videtur in ſocium aſſumere & in partem ſolicitudinis, ex his, quæ Sixtin. lib. 1. cap. 5. n. 103. verſ. & ſi vero. Tamen Sixtinus loquitur de Duce Sabaudiæ, & aliis, quibus Imperator conceſſit, ut poſſint in ſuo Dominio omnia, quæ poſſunt Reges Romanorum, & Imperatores. Et ſic in eos tranſtulit jura Imperii. At vero in noſtro Regno non ſunt, neque eſſe poſſunt Domini talia jura habentes: ut probatur ex Ord. lib. 2. tit. 45. Subindeque jus hoc cudendæ monetæ concedi nequit. Et vere, ſi alius, quam Princeps monetam cudere poſſet maxima daretur confuſio in Regno circa rem numerariam; quæ potius vitari debet, quam augeri.

Quamvis autem ad Principem pertineat jus cuden- 16 dæ, augendæ, vel diminuendæ monetæ; tamen non poterit Princeps ſine conſenſu populi mutare formam, materiam, ſed pondus ſuæ monetæ Covarr. de veter. numiſm. collat. c. 7. n. 6. Menoch. conſ. 316. n. 47. Petr. Gregor. ſyntagm. lib. 36. tit. 2. n. 26. Girond. de priv. n. 1090. Felic. de cenſib. t. 2. l. 4. c. unic. n. 17. cum ſeqq. Dec. in tr. crim. l. 7. c. 23. n. 32. Aug. Barb. in d. c. quanto de jurejur. n. 3. Cabed. 2 p. deciſ. 45. n. 5. & 6. Hor. Mont. d. verb. moneta n. 3. Sixtin. d. c. 7. n. 75. Arniſæus de jure Majeſt. c. 7. n. 5. Ubi, quod licet aliqua lege non caveatur Principem ſine populi conſenſu monetam mutare,

Digitized by Google

mutare, non poſſe. Jus tamen naturæ, quod omnibus Principum actionibus normam præſcribit, immo jus gentium, ea quo monetæ uſus prodit, prædictæ mutationi repugnat. Et princeps jus illud violare nequit abſque graviſſima cauſa. Illud enim, quod in alterius præjudicium vergit, & jure naturæ eſt illicitum, neque Princeps abſque gravi cauſa; aut conſenſu facere poteſt. Ac proinde merito Rex Aragonum reprehenditur ab Innocentio Tertio *in d. cap. quanto de jurejur.* quod irrequiſito ſenſu populi juraſſet conſervare monetam patris, quæ uſque adeo diminuta fuerat, ut grave propter hoc ſcandalum generaretur in populo: Atque ita Principem non poſſe mutare pecuniam ſine populi conſenſu verius eſt, etiamſi aliud videatur tenere Larrea *deciſ.* 12. *n.*41.
17 *uſque ad* 47. Qui nibilominus *num.* 48. inquit optimæ regendi rationi congruere, ut aſſenſu populi monetæ mutatio fiat non vero ſolum ea Principis poteſtate. Et apud nos hæc quæſtio minorem habet dubitationem: Siquidem jam antiquitus, cum Rex Alphonſus Quartus vellet valorem monetæ mutare, conſenſum populi requiſivit, & Status Eccleſiaſtici, inito contractu, ut in poſterum alia non fieret mutatio confectis ſuper hoc inſtrumentis, quorum exempla ſervantur Bracharæ, & in Monaſterio Alcobaciæ, & in Ægitanienſi Civitate: ut tradit Emman. Barboſ. *ad Ordinat. lib.*4. *tit.*21. *n.*6. Refert Larrea *d. dec.*12. *n.*47. Et ſic hæc negativa ſententia in hoc Regno amplectenda eſt.

18 Confirmatur noſtra ſententia: Ex eo, quod mutatio monetæ eſt Regnorum deſtructio, ut dixit Montan. *de verb. moneta n.*2. *in fin.* turbatque ſubditos, & ſeditiones parit: ut exemplis declarat Boer. *in tract. de ſeditioſis*, q. 1. *n.*23. 24. *&* 27. Decian. *d. c.* 23. *n.* 32. Et plura ea mutatione monetæ damna oriri tradit Larrea *d. dec.*12. *n.* 50. Quare prædicta mutatio fieri non ſolet in Republica bene inſtituta, nihil enim magis neceſſarium eſt quam firmitas, & perpetua monetæ ſecuritas: ut tradit Creſp. de Valdaura *obſerv.* 101. *n.*11. Et ait Anton. Faber. *in juriſprud. Papin. tit.* 2. *princ.* 4. *illat.* 3. quod mutatio facilis, ac frequens monetæ ſolet præſertim contingere in Republica male conſtituta, nec prudenter gubernata. Ideoque graviter conqueritur Joann. de Solorz. *in emblem.*81. *n.*2. *& ſeqq.* de dolis ærumnis, & damnis, Caſtellæ Regni paſſum fuit ea multiplici monetarum mutatione.

19 Superius tradita intelligenda ſunt, niſi juſta, & publica cauſa interveniat: Namque ipſa exiſtente recta poteſt Princeps per ſe ſolum monetam mutare, augere, & diminuere: Ut tenent unanimiter Doctores ſuperius relati, *& in d. c. quanto.* Et ultra eos Andr. de Iſern. *in c. unic. quæ ſint Regalia n.* 12. *&* 13. Qui ait *n.* 12. Principes ſine juſta cauſa, & populi conſenſu tale quid facientes peccare, & teneri quaſi de rapina Sixtin. *d. lib.*2. *c.*7. *n.*56. *&* 58. Covarr. *de veter. numiſm. collat. c.* 7. *n.* 6. Petr. Greg. *de Repub. lib.* 9. *cap.* 1. *n.*21. Pariſ. de Puteo *de ſyndic. tit. de exceſſib. Imper. n.* 6. Horat. Montan. *d. verb. moneta n.*2. Creſp. de Valdaura *obſerv.* 101. *n.* 13. Sed eſt advertendum quod etiam data juſta cauſa debet Princeps maxima circunſpectione, & maturo conſilio deliberare de mutatione pecuniæ: Et conſiliarii tales ſe debent exhibere, ne deceptores videantur. Quippe Summus Pontifex *in d. c. quanto*
20 *de jurejur.* deceptores appellat conſiliares Regis Aragonum, qui authores fuerunt, ut Rex irrequiſito populo juraret uſque ad certum tempus conſervare monetam patris ſui; quæ circa ejus mortem legitimo pondere erat defraudata. Qua occaſione Joannes Andreas *in d. cap. quanto n.* 2. ait, quod multi tales hodie reperiuntur Conſiliarii, qui deceptores ibi appellantur: & tantum nituntur ad danda conſilia ad extorſionem pecuniæ. At Belluga in ſpecul. Princip. *rubr.* 36. *in fin.* ſcribit: *Et cave ne conſulas Principi moneta mutationem in damnum populi, quia non reis conſiliarius, ſed deceptor:* Sixtin. *d. cap.* 7. *num.* 55. *&* 56. Solorzan. *emblem.* 81. *num.* 27. 28. *& ſeqq.*

Erit autem juſta cauſa mutandi, augendi, vel mi- 21
nuendi monetam æſtimationis materiæ augmentum, vel diminutio, ea qua moneta conficitur. Si enim ex communi hominum æſtimatione materia auri, argenti, & æris pretioſior, & carior facta eſt, juſtè ipſa moneta poteſt augeri Covarr. *d. cap.*7. *n.*6. Afflict. *d. n.*9. Sixtin. *d. cap.* 7. *n.* 50. Namque Reges in materia monetarum ſunt miniſtri juris gentium; ut dixit Horat. Montan. *d. verb. monetæ*, ſecundum quod æqualitas ſervanda eſt juxta temporum & rerum viciſſitudines.

Deinde mutationis monetæ cauſam præbet publi- 22
ca neceſſitas, & utilitas quia ea urgente bene poteſt moneta mutari abſque conſenſu: ut ſcribunt Guid. Pap. *& commun. DD. in d. quanto* Andr. de Iſern. *in d. c. unic. verb. moneta n.* 13. *quæ ſint Regalia*, & ibi Afflict. *n.* 9. *verſ. item. poteſt. Princeps*, Covarr. *d. c.*7. *n.* 6. poſt alios Siat. *d. c.* 7. *n.* 65. Montan. *d. verb. moneta n.* 3. Solorz. *emblem.*81. *n.*32. Decian. *d. lib.*7. *c.* 23. *n.*53. Ubi varia exempla adducit Romanorum, quæ proſequitur Solorzan. *ubi ſupra à n.* 33. Quod ex ea ratione procedit: quia neceſſitas caret lege: ut diximus *ſupra*, *capite.* 24. *num* 110. *& ſeqq.*

Immo tempore inopiæ & publicæ neceſſitatis, quia ex cauſa belli poteſt Princeps rem, quamvis viliſſimam, loco auri, & argenti pro pecunia accipi jubere: Ita Clazonenii ferreum nummum percuſſerunt, cum argento deſtituerentur: ut dixit *Ariſt.* 2. *de Oecon.* Fridericus Secundus dum expectaret argentum, corium ſolvit militibus: Ericus lapides: Comes Tendillanus Schedulas dedit militibus cum ſubſcriptione quanticunque redimere vellet: Nebricenſis *lib.* 3. *decad.* 2. Et Dominicus Michael Dux Venetorum in expeditione Aſiatica alutinis nummis remigibus, & ſociis navalibus ſatisfecit Sabell. *lib.* 4. *c.* 9. Galli ab Eduardo fuſi in agro Pictorum coriaceam monetam clavo argenteo transfixam in uſum adduxerunt. Froſard. *lib.* 1. *annal. in anno* 1356. Fridericus Secundus rediens ab expeditione Hieroſolymitana corium ſua imagine una parte, ab altera aquila, ſignavit manifeſto exempio circa valorem: ut hæc omnia cumulavit Arniſæus *de jure Maj. lib.*2. *c.*7. *n.* 7. Et quod tempore belli ex corio poſſit Princeps, monetam facere, quæ valeat durante bello tradit ex Afflict. Siat. *d. c.*7. *n.*69. Ubi *n.*70. ait, quod ceſſante bello tenetur Princeps ad damnum ſubditis illatum, & refert Joann. Aquil. Andr. de Iſern. Covarr. & alios.

Quod ea ratione probatur: quia Principis diſpoſi-
tio circa rem nummariam plurimum valet. Et ſic ma- 23
teriam eligere poteſt, & illi æſtimationem præſtare. Quid enim eſt aurum, aut argentum, niſi error hominum, abſque quo ſi forent, non in majori eſſent pretio, quam æs, & fermam quod apud Æthiopes eſt pretioſiſſimum. Apud prius ſæculum homines pro moneta utebantur ferreis virgulis ſeu obeliſcis, & æreis Plutarch. *in Lyſand.* Polyd. Vergil. *de invent. rer. lib.*2. *c.* 20. Budeus *ad L.* 1. *ff. de contrab. empt.* Pinel. *in rubr. C. de reſcind. vendit.* 1. *p. c.* 1. *n.*2. Et monetam ex corio ſignatam fuiſſe probant Bartol. *in d. L.* 1. *ff. de contrab. empt.* Abbas & Angel. poſt Cynum *in d. L. ex hoc jure*, ubi Jaſ. *n.*22. Pinel. *ſupra n.*3. Bovad. *in ſua Polit. l.* 1. *cap.* 1. *n.*11. Immo hodie apud nos in Regno Angolæ utuntur pro moneta quibuſdam pennis ſignatis, qui dicuntur *Libongos*, & hæc illius Regni eſt uſuaria moneta. Deinde urgente neceſſitate, monetæ valor, & æſtimatio poteſt augeri: ut

apud Romanos ſuit conſtitutum primo bello Punico:
24 Et etiam feciſſe Quintum Fabium magnum Dicta-
torem ſcribit ex Plinio Decian *d. l.7. c.23.* Arniſæus
de jur. Majeſt. lib. 2. c. 7. n. 8. Solorzan. *emblemat.
81. num. 33.*

Eſt etiam legitima, & juſta cauſa mutationis mo-
netæ, quando aurea, & argentea numiſmata extra
Imperium, & Regnum exportantur. Cum enim Rei-
publicæ interſit, ne extrahantur. Covarr. *d. c.7.n.5.*
Bodin. *de Repub.lib.6.c.3.* Nocentiſſima namque eſt
pecuniæ, & auri argentique extractio, extra Regni
25 fines: & ideo in hoc Regno ſeveriſſimis pœnis mor-
tis, & confiſcationis bonorum probibetur extractio
Ordin. lib.5.tit.113. Et ſimilis probibitio viget apud
omnia fere Regna: ut quoad Caſtellanos probatur
in L. 1. & ſeqq. tit. 9. lib. 6. nov. Recopil. Padill. *in
ſumm. leg. pæn. p. 2. caſ. 17. nu. 6.* ſed difficillime
obtineri poſſe, ut his legibus pareatur, dixit Sixtin.
d.c.7. n.73. Quia commercia cum finitimis inire ne-
ceſſe Et ita quotidie experimur, quod auri, argenti,
& monetæ extractio exteris nullis diligentiis poteſt
impediri, quod in magnum Reipublicæ vergit de-
trimentum; maxime, quando in Regnis finitimis
aurea, & argentea numiſmata deteriora ſunt: qua
de cauſa Franciſcus Primus: Henricus Secundus, &
Carolus Nonus Reges Galliæ deteriores monetas
nummis antiquis fabricarunt, quaſi neceſſitate coac-
ti, qua in Regnis finitimis argentea numiſmata dete-
riora monetæ Galliæ ferirentur Bodin. *d. lib. 6. c.
3.* Sixtin *d. cap. 7. num. 72.*

26 Inſuper notandum eſt: quod moneta debet eſſe
proba, & legitima: quo circa tria ſimul debent con-
currere, videlicet materia, publica forma, & le-
gitimum pondus *L. 1. C. de veter. numiſmat. poteſt
lib. 12.* ub Luc. de Pæn. *in rubr.n. 3.* Maſc. *de prob.
concl.1065.n.7.* Decian *d.c.23.n.9.* Cabed.*p.2. dec.
45.n.2.* Navarr.*de reſtit.lib.3.c.1. n.316.* Paul. Lay-
man. in *Theolog. moral. lib.3. tr.1.p.1.c.5.n.4.* Aug.
Barb. *d. c.quanto n.5. & de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg.
31. n.56.* Farin. *q. 115.n. 3. in prax. p. 5.* Ripol. *de
Reg.c.15.n.26.* Sixtin.*d.lib.2.c.7.n.38.* Surd.*conſ.285.
n.10.* Montan.*de Regal.verbo moneta n.2.* Arniſ.*d.lib.
2.c.7.n.7.* Capyc. Latro *dec. 179. n.26.* Marquez *d.
Gubernat.Chriſt.lib. 2.c.fin.pag.209.verſ.alleguemos.*
Scaccia *de commerc.§.2.gl.3.n.82.* Ultra quæ Arniſ.
d.n.7. quartũ addit requiſitũ ex Paul. *in l.1.ff.de con-
trab.empt.* nempe æſtimationem; à qua Ariſtot.*lib.5.
Ethicor.c.8.* totã vim numiſmatis pendere putat; quia
tantum valet nummus quantum Majeſtas valere jubet
Quippe quæ efficere poſſet, ut papyraceus, coriaceu-
ſve nummus in eodem abeatur pretio quo aureus.
27 Ut igitur materia ſit proba, id eſt non adulterata,
debet pecunia aurea, argentea, vel ærea eſſe abſ-
que alique mixtura horum metallorum, puta, ut non
miſceatur aurum cum argento, vel æs cum auro, &
argento: quia tunc dicitur moneta perfecta, quan-
do cum aurea ſit, cuditur de aureo, & argentea de
argento; non ſic ſi cuderetur de alchimia Albert.
Brun. & Abb. cum quibus Scaccia *de commerc. §.
28 2.gl.3.n.83.* Neque debet pecunia decolorari *L.qui-
cunque nummos, ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Camill.
Borell. *de præſtant. Reg. Cathol. c.12. n. 23. & 25.*
In prædictis enim conſiſtit materiæ probitas: & facit
Geneſ. c.23. ibi: *Probatæ monetæ.* Sic apud Plautum
dicuntur probati nummi, Livius *lib.36.* ibi: *Argen-
tum id probum non eſſe Quæſtores renuntiaverunt* At-
que ideo omnino attendi debet bonitas, & quantitas
materiæ Molin. *in tra.uſur.q.92. n.703.* Ex ea ratio-
ne, quia in moneta concurrit juſtitia commutativa
rei ad rem, quæ eſt de jure naturæ Montan *d. verbo
moneta n.2.* Et quidem materia dicitur metrum men-
ſuræ, & regula monetæ *gloſſ. in d.L.1. verbo proba-
ta, ff. de contrab. emp.* Sixtin. *d. c. 7.n. 40.*

Advertendum tamen eſt: quod moneta non ſolet 29
conflari ex auro, & argento puro, cui non ſit admix-
tum argentum, aut æs: ut ex Plinio tradit Dec. *d.
c.23.n.11.* Et hæc mixtura vocatur *Liga* qua indigi-
tatur gradus, & bonitas metallorum in cudendis num-
mis uſurpata, teſte Beſold. *in ſynopſ.polit. doctrin. c.
2.n.65.* Et ſic proba dicetur moneta quæ certam, &
diffinitam à Principe commixtionem ſeu *Liga* conti- 30
net, & non falſa; neque vitioſa: ut tenet Decian.
d.c.23.n.11. Falſa vero dicitur moneta quæ plus æris,
vel conſtitutione cautum eſt Decian. *d. c. 23. nu.12.*
Ubi ait, quod hi, qui miſcent in monetis aliam mate-
riem, quam aurum, argentum, & æs incidunt in cri-
men læſæ Majeſtatis, & falſæ monetæ; ut evenit
Marco Antonio Triũ viro, qui monetæ ferrum miſce-
cebat teſte Plin.*lib.33.c.9.in fin.* Barb.*de poteſt.Epiſc.
d. c. alleg. 51. num. 57.*

Committitur etiam fraus, & falſitas circa materiam 31
monetæ ſi plumbum argentatum, vel æs auratum
pro argento, vel auro percutiatur: ut fecit Impe-
rator Antonius Caracale: qui pecuniam adulterinam
dedit; ſcilicet, æs inauratum pro auro, & plumbum
argentatum pro argento; ut prout ex Dione, & Xi-
filino tradunt Decian.*d.c.23.n.13.* & Camill. Borell.
d.præſt.Reg.Cath.n.12. n.26. Et hoc appellat Tullius
lacunam *lib. 12. ad Attic. epiſt. 4.* quem refert De-
cian. *d. num. 13.*

Forma autem monetæ nihil aliud eſt, quam impreſ- 32
ſio, ſeu caracter impreſſus in ipſa monetæ materia
Principis authoritate *L. 1.ff.de contrab.empt* ibi: *Ea-
que materia forma publica percuſſa: L. qui falſam,
ff. ad l. Corn. de falſ. L. 5. C. de veter. numiſm. po-
teſt.* Bald. *in l.ſi duo §.ſi quis juraverit. ff. de jure. jur.*
Cuman. *conſ.139.in fin.* Et hæc forma in tribus con-
ſiſtit, nempe in imagine Principis, in impreſſione in-
ſcriptionis litterarum, & in publica authoritate. In
imagine, quia moris erat antiquitus & adhuc hodie
in aliquibus provinciis, imprimere Principis effigiem
in moneta: ut conſtat ex Jani monetis, in quibus ejus
imago eſt inſculpta. Et ex Sacra Scriptura Matth. *c.
21.* Ubi Salvator noſter Judæos hippocritas tentan-
tes eum, An liceret cenſum dare Cæſari, interro-
gavit, cujus erat effigies monetæ? & cum responde-
rent eſſe, Cæſaris dixit Dominus noſter Jeſus Chriſ-
tus, *Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ
ſunt Dei. Deo* Etiam probatur ex Caſſiod. *lib. 7.var.
c. 32.* ibi: *Tamen omnino monetæ debet integritas
quæri: ubi & vultus & noſter imprimitur, & genera-
lis utilitas invenitur: Quid nam erit tutum ſi in noſtra
peccetur effigie, & quam ſubjectus corde venerare de-
bet, manus ſacrilega violare feſtinat.* Et Ulpian *in
L. Quintus Mutius in num.2. §.ſi autem, ff. de aur.
& argent.leg.* de imagine Philippi in pecunia mentio- 33
nem fecit. Idem dicendum, ſi non effigies Principis,
ſed ejus inſignia, & arma cum ſolita impreſſione no-
minis Principis in moneta imprimantur, Scaccia *de
commerc. §. 2. gloſſ. 3. n. 89.* Quod ita in his, & Ca-
ſtellæ Regnis obſervatur: ubi Regia inſignia cum
nominis inſcriptione in monetis ex una parte impri-
muntur; ex alia vero Crucis ſignum publica autho-
ritate, quæ formam monetæ authenticat, & publicam
facit fidem, quod eſt probæ materiæ, & juſti ponde-
ris & ſine alio examine moneta recipitur: ut per
Scacc. *d. n. 89.* Quod ſi abſque publica authoritate
moneta cauſa ſit à privato etiam legitimæ, & probæ
materiæ, juſtique ponderis falſa erit *Ordinat. lib. 5.
tit. 12. in princ.* Et fuit Doctrina *gloſſ. in L. 2. verb.* 34
*obnoxii C. de falſ. monet. & in L.ſacrilegii, ff. ad L.
Jul. peculat.* ſequitur Bart. *in L. qui falſam, ff. de
falſ.* Farinac.*conſ.48.per totum*, Peguer. *dec.46.nu.
7.* Menoch. *de arbitr.caſu 316.n.16.* Ripol.*de Reg.c.
15.n.27.28.& 29.* Decian. *d.lib.7.c.22.n.26.* Capyc.
Latro *dec.179. n.16. 17. 18. & 19.* Molin. *de juſt. &*

35 *jur. tract.2.diſp.702.n.* 1.maxime *n.*10. Prout etiam
falſa diceretur moneta, quando in ea imprimitur caracter, ſeu forma aliena abſque conſenſu ejus, cujus
erat *L. fine nomine, L. qui nomine ff. ad L. Corn. de falſ.* Aug.Barboſ. *d.poteſt. Epiſc.*3. *p. alleg.*51.*n.*57.

36 Pondus etiam requiritur, quod ſit æquale, ita ut
moneta tantum ponderis habeat jam ſignata, ut materia in maſſa nondum elaborata: ut poſt *gloſſ.* Andr.
de Barul. & Joan. de Platea *in L.* 1. *C. de veter. numiſm. poteſt.* docet Camill. Borell. *d. c.* 12. *n.* 28.
Unde Princeps cudere debet monetam juſti ponderis
ad valorem metalli, alias peccaret *d. c. quanto. de jurejur.* Andr. de Iſern. *in cap. unico quæ ſint Regalia*
*n.*20.D.Thom. *de regim. Princ. lib.*2. *cap.* 13. Montan. *de Regal. verb. moneta n.*2. Immo dicit Bart. *in
L.*1.*§.cui certam n.*1.*in fin.ff.de aur.& argent. leg.& in l.*2. *§. mutui n.* 7. *ff. ſi certum petatur*, quod nec ex
pondere debent extrahi expenſæ per text. *in d. l.*1.*ff.*
37 *de contrah. empt.* Et ita tenent communiter Legiſtæ,
qui dicunt expenſas faciendas eſſe de publico, teſte
Bellug. *rubr.* 36. *n.* 7. ſequuntur laudati à Sixtin. *d. c.*7.*n.*84.Scaccia §.2. *gloſſ.*3. *n.*86. Afflict. *in conſtit.
adulter n.*5.At Innocent.*in d.cap.quanto* tenet, quod
præſtans authoritatem monetæ non tenetur facere
expenſas de proprio, & quod deducuntur, ita ut ſi
major valor, qui monetæ tribuitur reſpectu expenſarum factarum in cudendo, quam ſit valor conſiſtens
in ſola, ac ſimplici materia, Et hanc ſententiam ſequuntur, & ſervari dicunt, per totum Orbem Covar.
*in tract. de veter.numiſm. collat. c.*7.*n.*5. Afflict. *deciſ.*90. *ſub. n.*4. Albert.Brun. *in tract. de augm. monetæ concluſ.*1.*n.*2.8.& 15. Hyppolit.Bonacoſſ. *commun. opin. crim. §. moneta* Bellug. *d. rub.* 36. *n.* 7.
& 10. Larrea *deciſ.* 12.*n.*34. Borell. *d. cap.* 12.*n.*
30. Montan. *d. verb. moneta nu.* 2. Et eam eſſe conſuetudinem approbatam dicunt Imol. & Panorm. *in
d. c. quanto*, Martin. Laudenſ. *in tract. de moneta q.*
6. Fabian. *de empt. & vendit. q.*5.*n.*3. Sixtin. *d. c.*7.
*n.*86. Decian. *d.lib.*7.*cap.*23. *n.*31. dicit, quod opinio Legiſtarum non ſervatur Cabed. 2. *p. deciſ.*45.*n.*
3. Scaccia §. 2. *gloſſ.* 3. *n.*87. quem omnino vide *n.*
38 38. Et hæc opinio ea nititur ratione: quia officium
Principi non debet eſſe damnoſum juxta text. *in L.
ſed & ſi quis, ff. quemadmodum teſtam. aperiantur, L. in officium, ff. de rei vendic.* Qua opinione retenta
non obſtat text. *in d. L.* 1.*ff. de contrah. empt.* Nam
ut reſpondit Sixtin. *d.c.*7. *n.*87. quamvis ibi dicatur
publica, & perpetua eſſe pecuniæ æſtimatio; tamen
inde non ſequitur neceſſario, quod non ſit publica,
nec & perpetua æſtimatio, ſi moneta ita fuerit publica authoritate percuſſa; ut ſumptus in eam rem
facti materiæ detracti ſint.

39 Neque etiam obſtat text. *in d. c. quanto*: Quia
Pontifex ibi non meminit fraudis commiſſæ in legitimo pondere monetæ, ut oſtenderet fraudem commiſſam in eo, quod expenſarum deductio facta ſit:
Sed potius loquitur eo caſu, quo ultra hujuſmodi
impenſas per veram fraudem moneta legitimo pondere defraudata eſt; & peculiare lucrum attenditur, quod multo modo fieri debet. Siquidem moneta ita à Principibus cudenda eſt, ut ab omni lucro,
& peculiari quæſtu ſint alieni. Vel etiam dicendum
eſt in eo textu non reprehendi Regem Aragoniæ,
quod monetam mutare voluerit, ſed quod falſam, &
illegitimam ſervaverit, pro vera, & legitima. Ultra quod Rex Aragonum quod rem nummariam non
habet plenam poteſtatem; cum jurare teneatur, dum
ſacris initiatur ſe antiquæ monetæ leges non violaturum: ut ex Bellug. tradit Arniſæus *d. lib.*2.*c.*7. *n.*
8. Et vide Larrea *deciſ.* 12. *n.*44. 45. & 46. Ideoque
abſque conſenſu populi circa monetam aliquid diſponere ei non licet.

Monetæ vero bonitas diſtinguitur inter intrinſecam & extrinſecam. Intrinſeca dicunt conſiſtere in
materia, & pondere; extrinſeca autem in æſtimatione impoſititia. Cum igitur hodie moneta ex ære, argento, & auro ſoleat conſtari; & valor metalli ſit qui
dat eſſe, formam, & nomen monetæ: Ideo illius intrinſeca bonitas dicitur ipſum metallum, extrinſeca
verò æſtimatio: ut docent Mol. *in tract. de uſu contract.q.*93.*n.*696. Larrea *dec.*12. *n.*48. Arniſæus *d.c.*
7.*n.*8. *verſ. quia vero*, Covar. *de veter.numiſm. collat.c.*7.*n.fin.* Notant omnes *in l. Paulus de ſolut & in
d.c. quanto de jurejur.* Larrea *deciſ.* 12. *n.*38. Unde
Joan. Bodin. *de Repub. lib.* 6. *c.*3. ita ſcribit. *Et quidem monetæ valor duplex eſt: Naturalis alter, ſumptur ex metalli qualitate, & pondere: qui & intrinſecus
dici poteſt: legalis, & extrinſecus alter, quem Princeps lege diffinitis ficat, & merciam aliarum pretia,
ut non vendantur majori, quam quod lex ſanxit. Stultas quidem, qui hos valorer ita ſejunxerit, ut poſterior, legalis ſcilicet, non inhæreat naturalibus: iniquus, qui vulgo inter homines quinque æſtimatur, decem omnino vendi mandat. Atque ut ita fiat ulla diligentia aſſequatur, aut ſeveritate: homines enim communi æſtimatione ducuntur, quæ ex rerum qualitate,
copia, & inopia naſcitur. Fruſtra Princepr contendat
hac commercii fundamenta convellere, quæ immota
meliar ſtarent. Quod in aliis me cibus contingit idem
ad pecuniam extendatur.* Debere Principem valorem
lege taxando metalli legitimum pretium, & pondus
conſiderare; neque ultra niti exiſtimo; præter quam
quod pro cudendi labore parum aliquid addi ad valorem metalli poteſt Et Franc. Balduin. *lib.*2.*de leg.
Conſtantin. Magni* ita affatur: *optandum fortaſſe eſſet
publicis ſamptibur nummum ideo pondere excudi: ut
non minus eſſet rude, quam ſignatam metallum: Sic
enim faciliur fieret, ut quod eſſe deberet, dixit noſter
Cajus una eſſet ubique & eadem pecuniæ poteſtas L.
adeo* 3. *ff. eo quod cert. loco.* Et ſublata lucriſve privatis hominibus occaſio monetæ clam cudendæ ablata eſſet; ſed quoniam, quod optamus,& veteres quidam Juris periti non modo optaverunt, ſed etiam
poſtulavere, nulla ſpes eſt impetrari aliquando, ut
poſſit proximum eſt, ut quantitatis ad qualitatem
proportio ſi non omnino æqualis, ſaltem juſta quædam, & certo modo diffinita ſit.

An autem eſſentia monetæ conſiſtat in metallo, 41
vel in authoritate publica, & æſtimatione impoſititia? Diſputat Marquez *de gubern.Chriſt.lib.*2.*cap.fin.*
Ubi poſt alios *in §.*2.*p.*208.*verſ. eſta opinion.* defendit acertime eſſentiam monetæ conſiſtere in materia.
At vero Larrea *deciſ.* 12. *à n.* 10. contrariam tuetur
opinionem, Quam ſequitur Arniſæus *de jure Majeſt.
lib.* 2. *c.* 7. *n.* 7. Et hæc ſententia probatur ex text.
*in d.L.*1.*ff. de contrah. empt.* ibi: *Electa eſt materia
cujus publica, ac perpetua æſtimatio difficultatibus
permutationam æqualitate quantitatis ſubveniret, eaque materia forma publica percuſſa uſum, dominiumque non tam ex ſubſtantia præbet, quam ex quantitate.*
per quantitatem vero nil aliud poteſt intelligi, quam
æſtimatio, per quam valor materiæ aſſignatus eſt:
vel quanti ea res cæteras valere factat. Explicant
Duaren. *lib.* 1. *diſput. cap.* 6. Covarr. *de veter. numiſm.collat.c.*7.*n.*2. Gotofred. *ad d.l.*1. & facit text.
*in l. quæ extinſecus §.*3.*ff. de verb.oblig.*ibi: *Stipulati
denarior ejuſdem quantitatis aureos ſpondendo obligaverir.* Ubi verbum, quantitatis, id eſt, ejuſdem va- 42
loris intelligitur. Et in eundem ſenſum accipitur. Ulpian.*in l. à D.Pio §.*3.*ff.de re judic.*ibi: *Pignora addicantur ea quantitate, quæ debetur.* Et illic ita intelligit
Gotofred, & Zazius *in d.l.à D. Pio.* Vere autem tam
ponderis, quam monetæ æſtimatio à Majeſtatis arbitrio pendet Scaccia *de commerc.* §. 2. *gloſſ.* 3. *n.* 90.
Idcirco Princeps etiam augere poteſt valorem monetæ: ut fecit Leucon, qui cum pecuniis indige-

ret, juſſit omnem pecuniam ad ſe deferri: quo fac-
to novo impreſſo juſſit unumquemque nummum du-
plo pretio eſſe: teſte Poliæneo *lib. 6. ſtratag.* Idem
factum eſt in Caſtella: ut dixit Larrea *deciſ.* 12. *n.* 49.
Et idem fecit Sereniſſimus, & Glorioſæ Memoriæ
Rex noſter Joannes Quartus, qui cum omnem Ra-
gni pecuniam in hanc, & in Civitates Conimbricam,
Portulenſem, & Eborenſem deferri juſſiſſet, novo
ſigno impreſſo monetas pluſquam antea valore præ-
cepit. Quod poſtea etiam factum fuit tempore Sere-
niſſimi Alphonſi Sexti. Ac olim Romani primo bel-
lo Punico, cum ſumptibus non ſufficeret Reſpublica,
libræ æris pondare diminuto quinque partes lucri
facere. Prout etiam Quintus Fabius Maximus pon-
dus imminuit, cum Annibal ad portas eſſet, & dimi-
dium Reſpublica lucrata eſt: tradit Plin. *lib.* 13, *Hiſ-
tor. c.* 13. Similiter Reges Caſtellæ Henricus ſecun-
dus, & Joannes Primus valorem monetæ auxerunt,
ut per Covar. *d. c.* 7. *in fin.* & id ipſum facit Philippus
Tertius anno 1602. teſte Larrea *deciſ.* 12. *n.* 9. 10. *&
ſeqq. atque* 31. Solorzan. *emblem. n.* 81. *n.* 31.
43 Verum quamvis de juris rigore ita res ſe habeat,
ut monetæ eſſentiæ potius in valore impoſito, quam
in materia conſideratur. Tamen cum Regnum non
tam ad Regis, quam ad utilitatem vaſſallorum fuerit
introductum Bened. Ægid. *in d. l. ex hoc jure* 1. *p. c.*
3. *n.* 7. & 8. Menoch. *illuſtr. lib.* 5. *c.* 1. *à n.* 10. Solorzan.
de jure Ind. tom. 2. *lib.* 2. *c.* 21. *n.* 59. Melch. de Valent.
illuſtr. tract. 2. *c.* 5. *n.* 5. *& ſeq.* Salgad. *de retent. Bul-
lar.* 1. *p. c.* 1. *n.* 74. & 75. *& de protect.* 1. *p. c.* 1. *à n.* 40.
cum ſeq. Rex potius vaſſallorum, quam propriæ utili-
tati proſpicere debet; niſi enim regnum ſervet ſecu-
rum: & abſque ſubditorum gravamine juſtitiam fa-
ciat; tenetur de omnibus damnis provenientibus ex
ſuo facto in juſto, & negligentia Carleval. *de judic.
tit.* 2. *diſp.* 1. *n.* 29. Et ea propter cum ſubditorum ma-
xime interſit monetam habere ad valorem metalli;
ita ut intrinſecus valor in magna ſit conſideratione, &
æquet impoſititiam æſtimationem, talem monetam
Princeps cudere debet; ne graviſſima ſequantur dam-
na, de quibus Larrea *deciſ.* 12. *n.* 50. Solorzan. *em-
blem.* 81. *n.* 3. *& ſeq.* Et ideo tradunt Doctores gravi-
ter peccare Princeps ſi abſque urgentiſſima cauſa mo-
44 netam, quam probam & legitimam ſuis ſubditis dare
debent, ſuo juſto valore defraudet ob propria com-
moda, & avaritiam, ut poſt alios docet Joan. Marq.
in gubern. Chriſt. lib. 2. *cap. fin.* §. 2. *ex pag.* 223. ibi:
*Porque es obligacion de los Principes como de fiado-
res de la fé publica conſervar la moneda en ſu peſo
legitimo como el Papa Innocencio Tercero eſcrivio à
el Rey D. Pedro Segundo de Aragon, y fue la cauſa
porque El Rey D. Pedro el Quarto confiſcò los Eſtados
de El Rey de Mellorca, que pretendia, y era ſu vaſſal-
lo por aver baxado de ley. Y el Poeta Dante llama al
Rey D. Phelippe el Bello de Francia monedero fal-
ſo: Porque el fue el primero que en Francia enſtaque-
cio la moneda de plata la mitad de la ley con grandes
alteraciones de ſus ſubditos, y eſcandalos de los eſ-
trangeros* Mariana *de Reg. inſtit. c.* 5. Solorzan. *em-
blem.* 81. *n.* 31.
45 Deinde commercia, quæ juris gentium eſſe dixit
Scaccia *de commerc.* §. 1. *q.* 1. *n.* 67. adeo ſunt Reipu-
blicæ neceſſaria, & utilia; ut ſine illis ſocietas huma-
na conſiſtere non poſſit Conrad. Brun. *de ſedit. lib.*
5. *cap.* 7. *num.* 1. Scaccia *d. q.* 1. *n.* 68. Si enim hu-
manà non fuerint commercia, neceſſe erit homines
aliena rapere, ut ſuſtentari poſſint; aut fame, nudita-
teque, vel aliter miſerabiliter perire Medin. *tom.*
2. *tit. de reſtit. q.* 30. *verſ. tertio illud.* Scaccia *d.* §.
1. *quæſt.* 1. *num.* 47. *verſ. ſed commercia*, *à num.*
60. Hæc autem commercia ſine pecunia eſſe neque-
unt: ut optime tradit Larrea *deciſ.* 12. *num.* 35. Ubi
46 quod ſuſtineri aliter non poterunt commercia, niſi
apud omnes moneta æſtimabilis ſit certi, & perpe-
tui valoris. Pecunia autem, quæ ex valore intrin-
ſeco non conſtat, integra, & proba quoad omnes di-
ci nequit, quæ enim ex valore artificiali, & impoſi-
titio conſtat, tantum inter Principis ſubditos locum
obtinet; non vero apud exteros, cum quibus com-
mercia exercemus. Qui proba non fuerit moneta,
merces ſuas vendere, & ad nos de ferre nollent; ut
ſentit Matth. Lopez Bravo *de regener. lib.* 3. cujus
verba tranſcripſit Solorzan. *emblem.* 81. *nu.* 26. Et
ſic in damnum publicæ utilitatis vergit monetæ cu-
ſio, cujus intrinſecus valor non oſtenditur. Propterea
non poteſt Princeps in damnum Reipublicæ mone-
tam cudere, cujus pondus non habuerit propotionem
cum valore extrinſeco, & impoſitio. Et vere ultra
ſubditorum commune bonum moneta ita proba auget
Principis Imperium, & authoritatem Larrea *deciſ.* 12.
n. 36. Cui non parum detrahet, ſi moneta ab eo caſu 47
authoritate publica ab extraneis, immo & à ſubditis
pro nihilo habeatur: ut bene conſiderat Larrea *ubi
ſupra num.* 39.
Maxima ergo imperantis cura eſſe debet circa pro-
bitatem monetæ; prout fuiſſe conſtat in Romana Re-
publica (quæ in recta regendi ratione omnes alias
antecelluit) in qua olim erant nummorum pondera-
tores, qui Triumviri Monetales appellabantur: ut
conſtat ex text. *in L.* 2. §. *deinde cum eſſet, ff. de orig.* 48
juris, & notat Bodin. *de Repub. lib.* 3. *c.* 3. Solorzan.
emblem. 81. *nu.* 18. & explorandis, probandiſque
nummis adhibebantur *L.* 2. *Cod. de ponderat. auri
lib.* 10 Ubi Imperator Julianus ait: *Has perſonas
per ſingulas civitates fuiſſe conſtitutas.* Sixtin. *de Re-
gal. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 43. Qui *n.* 44. ait: *Hodie in Im-
perio Germano ponderatores monetarum extare, à
quibus omnes nummi probantur.* Et Veneti diſerte
Magiſtratum conſtituerunt, cujus cura eſt provide-
re, ne argentum, aut aurum imperfectius, ac impu-
rius cudatur, quam lex ſtatuit: ut ex Gaſpar. Con-
tar. *lib.* 4. *de Repub. Venetor fol.* 70. Sordit Solorz.
d. emblem. 81. *n.* 19. Ita apud nos eſt quidam Judex
deputatus, qui Domus Monetæ dicitur Judex, cui
præ dicta cura demandata eſt.
Et equidem plurimi habenda eſt monetarum cura 49
propter numiſmatum authoritatem, & venerationem,
circa quam plura eleganter ſcribit Solorz. *d. emblem.*
81. *à n.* 3. *cum ſeqq.* Talis autem, & tanta eſt mone-
tæ authoritas, ut læſæ Majeſtatis crimen committe-
re dicatur, qui falſam fabricavit pecuniam *L.* 2. *Cod.
de falſ. monet.* ibi: *Cujus obnoxii crimen læſæ Maje-
ſtatis committunt.* Decian. *d. lib.* 7. *c.* 23. *n.* 1. Gigas *de
crim. læſæ Majeſt. tit. qualiter, & quib. q.* 62. Molin.
de juſt. & jure tract. 2. *diſp.* 702. *n.* 1. *verſ. lex quinta.*
Sanfelic. *deciſ.* 59. *n.* 7. Capyc. Latro *deciſ.* 179. *n.*
11. Solorzan. *emblem.* 81. *nu.* 3. Ita autem moneta 50
ex tribus conſtare debet ut proba ſit, ut dictum eſt ſu-
pra: ita etiam tribus modis falſificari, adulterari, &
corrumpi poteſt: nempe circa materiam; quando
permiſcetur, vel ſubſtituitur unum metallum pro alio
L. Paulus, ff. de ſolut. Circa formam, cum quis cudit
monetam bonam, veram, & juſti ponderis, ac valo-
ris ſine poteſtate faciendi, vel imprimendi characte-
rem, formamque alienam abſque ejus conſenſu,
cujus eſt *d. L. ſine nomini L. qui nomine, ff. de falſ.
Ordinat. lib.* 5. *tit.* 12. *in princ.* Circa pondus, quan-
do illud minuitur, & minus pro majori ponitur.
Notatur *in L.* 1. *ff. de contrah. emp.* Auguſt. Barboſ.
de poteſt. Epiſc. 3. *p. alleg.* 51. *num.* 57. Capyc. La-
tro *dec.* 179. *num.* 27.
Is autem, qui monetam falſificat uno ex dictis tri-
bus modis, flammarum exuſtionibus plectitur cum bo- 51
norum publicatione: *L. ſiquis nummos Cod. de falſ. mo-
net.* Bart. *in L. quicumque, ff. ad L. Corn. de falſ.* Alex.
conſ. 121. *n.* 1. *vol.* 7. Covarr. *de veter. numiſm. collat.*

cap.

cap.8. n.2. Menoch. de arbit. caſu 316. ſub n.8. cum
ſeq. Jul.Clar. in §. ſalſum n.47. Affliſt. in c.1. quæ ſint
Regalia verb. moneta n.3. Camill. Borrell. de præſt.
Reg.Cath.cap.12. n.38. Capyc. Latro d. dec.179. n.
4. Et probat Ordinat. lib. 5. tit.12. in princ. Anton.
Gomez in L.83. Tauri n.3. Atque ita apud Caſtella-
nos idem diſponitur in L.5. & 6. tit.17. lib.8. Recop.
Et idem obſervari in Statu Mediolani, & Veronæ tra-
dit Menoch. d.caſu 316. n.14. In Gallia autem fabri-
cans falſam monetam in aqua bullienti, & fermenti
ſuffocatur, Igneus in L. neceſſarios §. non alias 2. p.
n.111. ff. ad Syllanian. Menoch. d. caſu 316. n.13.
In Catalonia vero hujus criminis reus laqueo ſuſpen-
ditur Peguer. deciſ.46. n.8. Ripol. de Regal. c.15. n.
29. Menoch. d.caſu 316. n.14. tradit Camill. Borrell.
d.c.12. n.39. quod apud Ægyptios falſificans mone-
tam puniabatur pœna abſciſionis utriuſque manus. Et
hæc pœna ignis cum honorum publicatione locum
habet in falſificantibus monetam Regis, ac ſui Prin-
cipis, qui ſuperiorem non recognoſcit, ut declarant
Affliſt. in conſtit. adulter. n.3. Farinac. in prax. q 92. n.
52 109. & q.115. n.13. Cardoſ. in praxi verb. moneta n.4.
Covarr. de veter. numiſm. poteſt. c.8. n.2. Camill. Bo-
rell. d.c.12. n.40. Menoch. d.caſu 316. ſub n. 8. Au-
guſt. Barboſ. in d.c. quanto de jurejur. n.10. Decian. d.
lib.7. c.28. n.2.

53 Non obſtat text. in L.1. §. ſin vero C. de falſ. monet.
Ubi ſtatuitur, quod reus hujus criminis capite plecta-
tur. Quæ pœna intelligitur eſſe perpetui exilii, vel
deportationis: ut per Salicet. in d.L.1. §. ſin vero col.
2. & in L.2. eod. tit. ubi Bald. Ales. in L. eleganter. §.
qui reprobos, ff. de pignor. action. & conſ.104. per totum
vol.1. Joann. Aquila in tract. de poteſt. monetæ c.10.
verſ. inde elicitur gloſſ. in L.1. C. de mancip. Chriſt. &
in L. criminali verb. capitalem, C. de juriſd. omn. judic.
Menoch. d.caſu 316 n.10. Borrell. d. c.12. n.49. Pro-
batur etiam ex eo, quod regulariter ubicunque lex
loquitur de pœna capitali, non intelligitur de morte
naturali, ſed de deportatione Affliſt. d. verb. moneta
n.8. Decian. d. lib.7. c.28. n.6. & 9. Petr. Caball. reſolut.
54 crimin. caſu 27. n.3. Capyc. Latro dec.179. n.5. & 6.
Grammat. dec.74. n.29. idem Caball. caſu 236. n.20.
verſ. cum enim quilibet homo Farin. de delict. q.19. n.1.
Sanſelic. dec.221. n.2. & 3. Capyc. Latro dec.76. n.9.
& 10. Quia reſpondetur, quod pœna capitis, de qua
in d. §. ſin vero, intelligenda eſt de pœna mortis: nam
d. L.1. ita fuit à Conſtantino declarata, qui quamvis
55 ibi non declaravit qualitatem mortis, paulo poſt eam
expreſſit in L.2. ejuſd. tit. Et non eſt novum, quod
una lex per aliam declaretur, & intelligatur: ut te-
net Menoch. d.caſu 316. n.9. & ſeqq. Quod idem vo-
luit Camill. Borrell. d.c.22. n.42. & 43. Qui in cor-
roborationem adducit quaſdam leges Theodoſiani
Codicis, quas apud eum videre potes.

56 Eadem pœna ignis, & confiſcationis honorum ple-
ctuntur fautores, conſiliarii, & qui delictum ſcientes
non revelant delinquentes: ut expreſſe diſponit Or-
dinat. d. tit.12. in princ. & L.9. tit.7. part.7. Probant
Molin. de juſt. & jure tract.2. diſp.702. n.2. Anton. Go-
mez in L.83. Tauri n.3. Quidquid aliter ſentiant De-
cian d. lib.7. cap.25. n.1. & 2. Cuman. conſ.139. n.4.
verſ. pœna igitur Farin. in prax. q.115. n.31. Menoch.
caſu 355. n.14. Qui voluerunt fautores, & conſiliarius
mitiori pœna eſſe plectendos. Sed legis Regiæ diſpo-
ſitio ex eo confirmatur, quia agentes, & conſentien-
tes pari pœna puniuntur L. jubemus §. œconomus, C.
de ſacroſ. Eccleſ. L. Divus, ff. de jure fiſc. L.1. ff. de re-
cept. arbitr. L. utrum ff. ad L. Pompeiam de parricid. L.
3. ff. ad L. Corn. de ſicar. L.1. C. de falſ. monet. c.1. de of-
fic. deleg. c. ſicut dignum §.1. de homicid. Farin. in prax.
4. p. q.129. à n.3. Thom. de Thomaſet. reg.21. Giurb.
conſ. 7. n.14.

57 Immo domus in qua moneta falſa fabricatur, quæ
delinquentis propria non eſt, etiam confiſcatur, ſi do-
minus illius prope fuerit tempore delicti, & cum de-
linquenti talem habuerit conſuetudinem, ut inde ali-
qua præſumatur ſcientia L.1. C. de falſ. monet. Ordi-
nat. d. tit.12. §.1. Et docent Covarr. de veter. numiſm.
collat. c.8. n.3. verſ. pœna autem, Maſcard. de probat.
concluſ.1065. n.2. Decian. d. l.7. c.28. n.12. Farin. d.
q.115. n.16. Mol. de juſt. & jure d. diſp.702. n.3. Excu-
ſabitur tamen hujus domus, vel alterius poſſeſſionis
dominus, ſi cum primum delicti ſcientiam habuerit;
illud revelavit: ut probatur in d. L.1. C. de falſ. mo-
net. & in Ordinat. d. tit.12. §.1. Decian. d. lib.7. cap.
27. n.8. Farin. d. q.115. n.17. Molin. d. diſp.702. n.3.
Anton. Gomez in d. L.82. n.3. Similiter pœna ignis,
& confiſcationis plectitur is, qui ſciens monetam fal-
ſam à fabricatoribus accepit l.2. C. de falſ. monet. Or-
din. d. tit.12. in princ. ibi: Ou for delo ſabedor, Farin.
d. 4. p. q.113. inſpect. 3. n.127.

At verò tondentes, & radentes auream, vel ar- 58
genteam Principis monetam non pœna ignis, & con-
fiſcationis, ſed alia mitiori puniuntur. Namque de
jure communi homo liber ad beſtias damnabatur; ſer-
vus vero ultimo afficiebatur ſupplicio L. quicunque 8.
L. lege Cornelia 9. §. eadem lege ff. ad L. Corn. de falſ.
ubi gloſſ. & Bart. ſimilis gloſſ. in l.2. C. de falſ. monet.
in gloſſ. fin. & ibi Salicet in 2. oppoſit. n.2. & ſub n.4.
verſ. qui autem monetam tondent gloſſ.1. in c. quanto de
jurejur. Hyppol. de Marſil. conſ.71. n.3. verſ. nec ob-
ſtat, & in l. qui falſam n.49. verſ. iſtis viſis. ff. de falſ.
Decian lib.7. cap.28. n.7. & 14. Clar. in §. falſum n.37.
verſ. radens autem. dicit communem Covarr. de ve-
ter. numiſm. collat. c. fin. n.5. Menoch. d. caſu 316. n.
34. Sixtin. de regal. lib.2. c.7. n.129. Joan. Aquil. de po-
teſt. monet. c.10. verſ. extenditur procedere poſt alios
Camill. Borrell. d. cap.12. n.47. Ripol. de Regal. c.15. n.
35. & 36. Petr. Caball. caſu 191. n.2. Molin. de diſp.
702. n.8. Anton. Gomez. in d. L.83. Tauri. An autem
prædictæ legis diſpoſitio immutata ſit poſteriori jure?
Dubium eſt. Et quidem Bart. & Cynus in l.2. C. de
falſ. monet, Marſil. in d. l. qui falſam n.99 ff. de falſ. 59
pœnam non fuiſſe immutatam tradunt. At vero Me-
noch. de caſu 216. n.33. ſentit contrarium motus con-
ſtitutione Conſtantini Codice Theodoſiano lib.9. tit.
22. ſub rub. ſi quis ſolidi circulum exteriorem incide-
rit. In qua pœna mortis puniuntur, qui ponderis quan-
titatem, & circuli exterioris menſuram minuunt. Et
illum ſequitur Borrell. d. c.12. n.49. Cæterum Petr.
Caball. caſu 191. n.1. dicit Azonem in ſumma tit. Cod.
de falſ. monet. tenere hos tondentes monetam puniri
deportationis pœna. Et refutans Menochium in hac
reſidet opinione, quæ mihi magis arridet. Quoniam
conſtitutio Conſtantini in d. Cod. Theod. non alterat
diſpoſitionem text. in d. L. quicumque; ut puta, quæ
in Codice Juſtiniano collata non repetitur: Et ſic ad
deciſionem cauſarum trahenda non eſt, ex text. in L.
1. §. hunc igitur C. de Juſt Cod. confirm. ibi: Ut ſciant 60
omnes tam litigantes quam diſertiſſimi advocati nul-
latenus eis licere de cætero conſtitutiones ex veteribus
tribus Codicibus, quorum jam mentio facta eſt: Vel
ex iis, quas Novellæ Conſtitutiones ad præſens tempus
vocabantur in cognationalibus recitare certaminibus.
Sed ſolum eidem noſtro Codici inſertis conſtitutionibus
neceſſe eſſe uti, falſi criminis ſubdendis his, qui contra
hoc facere auſi fuerint, &c. Atque ita retenta prædi-
cta ſententia cum jam hodie pœna damnationis ad
beſtias non ſit in uſu, liber homo tondens, mutilans;
vel alio modo minuens monetas aureas, argenteas vel
æreas decapitandus eſt. Quoniam Julius Clar. in §.
fin. q.67. n.4. verſ. non eſt etiam omittendum ſecutus
Angelum in l.1. §. legis Corneliæ n.1. ff. ad l. Corn. de
ſicar. & ibi Marſill. n.1. & Carrer. in praxi crim. fol.
55. poſt n. 4. tenent in locum pœnæ damnationis ad
beſtias ſucceſſiſſe pœnam decapitationis naturalis

Petr. Caball. *d. caſu* 191. *n.* 4. Qui ait hoc ſibi durum videri in terminis *d. l. quicumque*, quæ vult liberum hominem ad beſtias damnari; ſervum vero ultimo plecti ſupplicio. Et ſic liberum mitius puniri. Si enim ultimo plecteretur ſupplicio, nulla inter liberum, & ſervum daretur differentia. Unde concludit *n.* 5. in hoc caſu arbitrariæ pœnæ locum fieri; ſiquidem etiam deportationis pœna, de qua Azo *in ſumma de falſa moneta* receſſit ab Aula: ut per Jul. Clar. *d. q.* 67. *n.* 8. Ubi Bajard. *n.* 15. dicit, quod in locum deportationis ſucceſſit pæna arbitraria Menoch. *de arb. l.* 1 *q.* 80. *n.* 89. *& caſu* 330. *n.* 5. *ad fin.* Oſaſch. *dec.* 105. *n.* 7. Petr. Cabal. *caſu.* 8. *n.* 42. *&* 45. *&* 191. *nu.* 5.

61 De jure autem regio pœna mortis naturalis, & confiſcationis bonorum infligitur adversùs eos, qui tondent, radunt, vel alio modo diminuunt monetas aureas, & argenteas; dummodo diminutio ſit mille regalium. Si vero diminutio fuerit minoris quantitatis: delinquens damnatur perpetuo exilio in Braſilicam regionem eum bonorum publicatione: ut diſponit *Ordin. lib.* 5. *tit* 12. §. 4. Et apud Caſtellanos ſimilis lex reperitur *in l.* 67. *tit.* 21. *l.* 5. *Recopil.* de qua Molin *d. diſp.* 702. *n.* 8. *in fin.* Et quidem in illa diſtinctione, majoris, vel modici valoris lex Regia ſecuta eſt opinionem eorum, qui docent tundentē, vel radentem, monetam excuſari à pœna mortis, ſi modi-
62 cam quantitatem rotundit, Decian. *d. lib.* 7. *c.* 27. *n.* 2. Hippol. *conſ.* 71. *à n.* 1. *cum ſeq.* Alex. *conſ.* 104. *n.* 1. Boſſ. *tit. de falſ. monet. n.* 4. Farin. *d. q.* 115. *n.* 111. Peguer. *dec.* 46. Tiraq. *de judic. in reb. exiguis verſ.* 80. Menoch. *de ſucceſſ. creat.* §. 7. *n.* 37. *& ſeq.* Aug. Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 51. *n.* 63. *p.* 3. Menoch. *caſu* 316. *n.* 41.

63 Et nota, quod quamvis Marſill. *conſ.* 71. *n.* 12. *&* 13. quem ſecuti ſunt Covar *de veter numiſm. collat. cap. fin. in fin.* & Jul. Clar. *in* §. *falſum n.* 48. teneant pœnam tondentium, & radentium monetam, de qua *in d. L. quicunque*, tantum procedere in tondente, vel radente monetam auream. Tamen contrarium verius eſt, ut bene ſentit Menoch. *de caſu* 316. *n.* 35. quem ſequitur Borell. *d. c.* 12. *nu.* 49. *&* 50. Quam opinionem ſecuta eſt *Ordin. d. tit.* 12. §. 4. ibi *Et todo que cerecar moeda de aura, ou de plata, ou a deminuir.*

Dubitari tamen poteſt, An is, qui monetam exce-
64 dentem legitimum pondus reſerit vel totonderit, ut ad juſtum pondus reducat, plectendus ſit? in qua ſpecie Marſil. *in L. qui falſam n.* 109. *ff. de falſ.* & Alciat *reſponſ.* 461. doeent hunc ita radentem nullis pœnis ſubjacere, quia nemioem lædit. contraria tamen ſententia longe verior eſt ex his, quæ Menoch. *de caſu* 316. *n.* 38. 39. *&* 40. Qui contrariis ſatis facit: Et ultra eum probatur ex doctrina Novarr. *in man. c.* 17. *n.* 168. *& de reſtit. ablat. l.* 3. *c.* 1. *n.* 325. *&* 328. Ubi docet nulla licere privata authoritate reducere monetas ad qualitatem juſti ponderis: & quod id faciens reſtituere tenetur. Principi cudenti monetas illam ſuperfluam quantitatem quam corraſerit; quippe illa quantitas non eſt ſua, ſed Principis, qui eas juſto pondere feciſſe præſumitur: ut ait Menoch. *de caſu* 316. *n.* 38. Sequentur Camill. Borrell. *d. c.* 12. *n.* 56. Et eo non relato Auguſt. Barboſ. *d. p.* 3. *alleg.* 51. *n.* 60. Ripol. *de Regal. c.* 15. *n.* 39. Et comprobatur ex eo quod ad ſolum Principem ſpectat jus augendi, vel minuendi monetam: ut poſt alios tradit Peguer *dec.* 46. *n.* 11. & privato non licet aliquid circa illius monetam attentare; ne detur occaſio diminuendi monetas in Reipublicæ detrimentum.

Sunt etiam rei hujus criminis falſæ monetæ hi, qui monetam argenteam, auro & argento tingunt; & quæ dicitur adulterina: Tunc namque moneta adulteratur cum facies mutatur, ut altera appareat, quam in veritate eſt: veluti quæ ex argento appareat aureo, & quæ ex ære argentea, vel aurea eſſe videatur. Siquidem tincturis monetæ adulterio fieri dicitur, ut proprio colore mutetur Petr. Greg. *ſyntagm. lib.* 36. *cap.* 2. *n.* 30. Dynus *conſ.* 38. *n.* 8. *&* 9.
Camill. Borrell. *d. c.* 12. *n.* 51. Ita ut dicitur adulte- 65
rata facies mulieris, dum eſt fuco illinita Menoch. *caſu* 316. *n.* 42. Qui ait hujuſmodi delinquentes cadem pœna puniendos, ac tondentes monetam per text. *in d. L. quicumque, ff. de falſ.* ibi: *Partim tinxerint.* Sixtin. *de regal. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 129. *in fin.* Borell. *d. nu.* 50. *&* 51. Scaccia *de commerc.* §. 2. *gloſſ.* 3. *n.* 127. Et facit *Ordinat. d. lib.* 5. *tit.* 12. §. 4. ibi *Ou corromper por qualquier maneira.* Qui autem monetam deaurari fecit, ut eluderet meretricem, levi pœna pecuniaria punitur Bertal. *conſ.* 56. *vol.* 1. Bajard. *in* §. *falſum n.* 334.

Expendentes etiam falſam monetam puniuntur 66
eiſdem pœnis, quibus adulterantes per text. *in L. lege Cornelia* §. *eadem. pœna, ff. ad l. Corn. de falſ.* Afflict. *in conſtit. adulter.* §. 1. *n.* 3. Clar. *in* §. *falſum. n.* 38. ubi Bajard. *n.* 328. Vincent de Franc. *dec.* 401. ubi Addent. Menoch. *caſu* 316. *n.* 52. Farinac. *q.* 115. *n.* 81. *& ſeq. &* à 120. Camill. Borell. *d. c.* 12. *n.* 58. Sixtin. *d. c.* 7. *n.* 135. Scaccia *d. gloſſ.* 3. *num.* 227. Ripol. *d. c.* 15. *n.* 41. Aug. Barb. *d. alleg.* 51. *n.* 64 Dec. *d. lib.* 7. *cap.* 25. *n.* 5. Quod intellige, ſi expendens ſciens eſſe falſam: ut declarant præcitati DD. & probat text. *in d. L. lege Cornelia* §. *eadem pœna Ordinat. d. tit.* 12. §. 3. ibi: *Sabeudo que erat falſa.* Et in ſpecie tradunt Menoch. *d. caſu* 316. *n.* 55. Auguſt. Barboſ. *de alleg.* 51. *n.* 65. Peguer. *dec.* 46. *n.* 14. Si enim ignorans falſa uſus fuit pecunia, non punitur Hyppol. de Marſill. *in L. qui falſam n.* 72. *ff. de falſ.* Decian. *d. c.* 25. *n.* 6. Menoch. *ſupra n.* 55. *& ſeqq.* Cy-
riac. *controv.* 243. Amend. ad Franch. *dec.* 801. *n.* 7. 67
Quæ ignorantia præſumitur, & juramentu probari poteſt; niſi aliqua conjectura in contrarium appareat; Vel ignorantia ſit craſſa & ſupina Decian. *d. cap.* 25. *n.* 7. Ubi, quod non excuſat affectata Menoch. *ſupra n.* 57. Auguſt. Barboſ. *ſupra n.* 66. Sixtin. *dec.* 7. *n.* 137. Alias declarationes cumulat Menoch. *d. caſ.* 316. *à nu.* 58. *uſque ad fin.* Ubi videre potes & Barboſ. *alleg.* 51. *n.* 66. *& ſeq.*

Unum tamen animadverte. Quod prædicta pœna 68
non ſolum punitur expendens, ſed etiam is, qui expendere facit Farin. *q.* 113. 127. Verum Barb. *in d. L. leg. Cornelia ff. de falſ.* circa expendentem falſam monetam ita diſtinguendum exiſtimat; ut ſcilicet ſi nummi ſint plumbei, vel ſtannei, expendens puniatur dicta pœna ordinaria legis Corneliæ de falſis. Si vero non appareat tales eſſe nummos, immo conſtet eſſe alterius materiæ, puniatur extraordinaria, ſeu arbitraria pœna argum. text. *in L. ſeculari ff. de extraordin. crimin.* ſequuntur Afflict. *in d. conſtit adulter. n.* 9. *& in c.* 1. *verb. moneta n.* 16. *quæ ſint Regalia* Alex. *conſ.* 121. *vol.* 7. Lucas de Pœn. *in L.* 1. *C. de veter. numiſm. poteſt. lib.* 11. *n.* 1. Cuman. *conſ.* 139. Panormit. *in d. c. quanto de jurejur.* cum quibus tranſit Borell. *d. c.* 12. *n.* 58. Peguer. *deciſ.* 46. *num.* 14. Molin. *diſp.* 702. *n.* 9. Ubi quid de jure Caſtellæ, At verò Salicet. *in l.* 2. *n.* 5. *C. de falſ. monet.* contrarium tenet. Immo, quod ordinaria lagis Corneliæ pœna abſque diſtinctione prædicta locum habeat in expendentibus falſam monetam cujuſcunque ſit materiæ. Et cum ſequumtur Marſill. *in d. L. qui falſam n.* 64. *ff.*
de falſ. qui ita in practica ſervari dixit Covarr. *de ve-* 69
ter. numiſm collat. c. fin. n. 4. Decian. *d. lib.* 7. *cap.* 25. *nu.* 5. Menoch. *d. caſu* 316. 135. Qui ait non patrocinari Bartolo leges, quibus fundatur. Vere enim, quod *L. lege Cornelia* loquatur de moneta ſtannea, vel plumbea non evincit, quod Bartolus tradit, cum exempli gratia ita dictum ſit *in d.* §. *eadem*. Et ſic non reſtringitur diſpoſitio ad illam falſitatem, ſed quamcumque aliam factam in moneta. Et dubitari non poteſt, quin expendens illam ſcienter dolo malo id faciat.

faciat. Propter quæ huic ſententiæ adhæreo.
70 Nunc quæro, An cudens, tondenſve, aut mutilans
monetam alterius Principis cui ſubditus non eſt, ple-
ctendus ſit pœna ordinaria hujus delicti; In qua quæ-
ſtione diſtinguendum puto inter eum caſum, quo pe-
cuniæ falſitas committitur in loco juriſdictionis illius
Principis, vel extra. Et inſuper ſubdiſtinguendum
eſt, An dato, quod falſitas ſit commiſſa extra illius
Principis juriſdictionem moneta uſualis ſit in loco,
ubi fabricatur, necne? Et reaſſumendo primum di-
ſtinctionis caput dicendum exiſtimo: Quod ſi foren-
ſis in loco dicti Principis delictum admiſit, ibi pu-
niendus eſt juxta leges illius Regni: ut in ſpecie tra-
dit Menoch. d. cap.316. n. 43. ſeq. Marſill. conſ.71.
n.11. Decian.lib.7.cap.27.n.3. Vincent. de Franch.
deciſ. 440. n. 5. Petr. Caball. caſu. 27. n. 4. Quod
comprobatur tamen ex eo, quod ratione delicti for-
titur quis forum; ut eſt vulgare: tum etiam quia fo-
renſes ligantur pœnis ſtatuti illius loci, in quo delic-
tum eſt commiſſum; quando delictum eſt puniibile,
71 & illicitum de jure communi. Marſill. in L. fin.n.79.
& ſeqq.verſ. venio modo ad ſecundam quæſtionem, ff.
de juriſd.omn.Judic. Covarr. in c.alma mater. §.10.
ſub n.7. ſeq. verſ.prætor hac, Jul. Clar.§. fin.85. n.3.
Caball. caſu 129. à n.2. Cancer. lib. 2. cap. 1. n.15.
& ſeq. Vincent. de Franch. deciſ. 71. n. 4.
72 Si vero is monetam cuderit alterius, quam ſui Prin-
cipis in loco ejus, cui ſubditus eſt, major ſane verſa-
tur dubitatio propter diſſidentes Doctorum opiniones.
Alii enim docent, quod taliter deliquens pœna capi-
tali puniendus eſt, quæ interpretatur non de pœna
mortis naturalis, ſed de alia mitiori: ſcilicet depor-
tationis, ſeu exilii: ut diximus ſupra n. 54. Alii au-
tem pœnæ ordinariæ locum eſſe autumant, ut Petrus
Caball. de caſ.27. Menoch. de caſ. 316. n.43. & ſeq.
Sed à prima opinione, tanquam mitiori recedendum
non eſt, ex his, quæ Farin. conſ. 48.n.5. Marſill. in l.
qui falſam n. 52. ff. de falſ. & conſ. 71. n. 10. & 11.
Et hanc partem ſequuntur Ripol. de Regal. cap. 15.
n.32.& 33. Camill. Borrell. de præſtant. Reg.Cathol.
c.12. n.40. Molin. de juſtit. diſp.702. n. 6. Et eo ca-
ſu maxime procedit, ſi in loco ubi cauſa eſt mone-
ta, neque illa expenditur, neque eſt in uſu, quia re-
probata, tunc enim fabricator extraordinaria punitur,
non vero pœna mortis Pariſ. conſ. 179. n. 27. lib. 4.
Marſill. in d. L. qui falſam n.53. Alexand. conſ.121.
n. 3. lib.7. Grammat. deciſ.74. n.29. Menoch. d.caſ.
316. n. 19. Sixtin. de Regal. lib. 2. c.7. n.127. Molin.
d. diſput. 702. n.4.
73 Secundo verò caſu, quando moneta alterius Prin-
cipis recipitur in Regno, & ea utitur Reſpublica per-
miſſione, & authoritate Regis, talis monetæ fabrica-
tores ultimo afficiuntur ſupplicio: ut ſcribunt Bartol.
74 in l.dominus horreorum ff. locati, & in l. ſi quis liber-
tate, ff. de petitione, hæredit. Vivius comm. opinion.
verbo monetam falſam, & Alex. conſ.121. l.7. & conſ.
100.l.2. judicatum dicit Cabed. p.1. deciſ.89. Capyc.
Latro deciſ.179. n.30. Molin. d. diſp.702. n.4.
Quid autem dicendum, ſi fabricator monetæ cœ-
75 pit eam falſam fabricare, ſed non perfecit? In hac
quæſtione etiam ſunt variæ Doctorum ſententiæ.
Quidam enim dicunt in caſu falſæ monetæ, non re-
quiri, quod actus ſit conſummatus, quando per fabri-
cantem non ſtat, quod minus actus conſummaretur,
juxta doctrinam Bartol. in d.L. qui falſam ſecundùm
quam ita judicatum dicit Gramm. deciſ. 74. Covarr.
Clement. ſi furioſus p.2. in princip. ſub n.11. extra de
homicidio, & de veter. numiſm. collat. c. 8. n.3. verſ.
ſed hanc in hoc Marſill. in d.l.qui falſam n.61. Vinc.
de Franc. deciſ.440.n.4. Decian. d. lib.7. c.27. n.7.
Petr.Cabed. d. caſ.c.27.n.6. Capyc.Latro deciſ.179.
n.124. Alii autem arbitrio Judicis reum eſſe punien-
dum tradunt: ut tenet gloſſ. in l. quicunque, ff. ad
leg. Cornel. de falſ. Marſil. in d.l.qui falſam n.60. Pa-
riſ. conſ.169.n.24. Grammat.deciſ.24. n.29. Menoch. 76
d.caſ.316.n.23. Et quidem hæc opinio bene proce-
dit, quando ille, qui cœpit falſam, monetam cudere,
pœnitentia ductus deſiit, & ad effectum non perduxit,
neque imaginem, aut formam impreſſit, Secus ſi non
potuit, quia fuit impeditus Covarr in d.Clem.ſi furio-
ſus p.2.n.11.in fin. Menoch.d.caſu 316.n.24. Petr Ca-
ball. d.caſ.27.n.5. Gramm.deciſ.74.n.24. Sixt. de Re-
gal. l.2. c.7. n.128. Verum à ſecunda opinione tan-
quam mitiori recedendum non eſt ex his, quæ Gramm.
d.deciſ.84. Ubi valide inſurgit contra ſententiam ibi
latam, Vincent.de Franch.dec.440.n.7.& 8. Petr.Ca-
ball. d.caſ.27.n.8.9. & 10. Menoch. d. caſ.316.n.25.
Eſt autem atrociſſimum & graviſſimum delictum 77
fabricantis, tondentis, & radentis monetam, & apud
omnes gentes pro tali reputatur Dec. d. l.7. c.24. in
princ. Capyc.Latro deciſ.179.n.10. Adeo, ut quam-
vis alias in delictis non puniatur conatus de conſuetu-
dine totius Orbis, quando effectus non fuit ſequutus
Jul.Clar. §.fin.q.92.in princip. deciſ. Pedemont.19.n.
2. & 3. Honded. conſ.89.n.9. vol.1. Petr.Caball.caſ.
241.n.87. Cevall.commun.contr.commun.q.540.n.10.
& 11. Peguer.deciſ.7.n.13. Farin. conſ.60.n.5. Gua-
zin, de defenſ.reor.defenſ.33.c.24.n.6. Giurb.conſ.84.
n.13. Gutier.pract.lib.5.q.7.n.27. Farin. q.124.n.73.
Tamen in hoc delicto, tanquam atrociſſimo punitur
conatus, ſeu affectus pæna ordinaria delicti, etiam non
ſequuto reali effecto Gramm.d.deciſ.74. Petr.Caball. 78
d.caſ.27. n.1. & caſ.242. n.25. Brunor. à Sole q.34.
Ubi dicit pluries vidiſſe judicatum Farin, q. 124. n.
11. Guazin. de cap. 24. n. 1.
Quæ autem dicta ſunt, ut regulariter non puniatur 79
affectus, intelligenda veniunt reſpectu pœnæ ordina-
riæ delicti. Etenim ſi conatus ad actum proximum de-
licti, & exteriorem deveniat, bene punitur conatus
extraordinaria, & pro judicantis arbitrio ex his quæ
Covar.in Clement.ſi furioſus in initio 2.p.n.6.verſ.ter-
tio inde fit. Cevall.d.q.540.n.13. Gutier.d.q.7.n.28.
Quod ſubintellige in delictis gravioribus; quia in his,
quæ atrociora non ſunt, non punitur affectus, quoties
qui conatur ſua ſponte pœnituerit, & ab opera ceſſa-
verit. Plane crimen falſæ monetæ reſpicit injuriam
perſonæ ipſius Principis, quem offendit, & deludit:
tradunt Doctores in c.1.verbo moneta tit. quæ ſunt Re-
galia, & in c.quanto de jurejur. Grammat.conſ.crimin.
6.n.6. & 12. Gutier. pract.lib.3.q.4.n.7. Capyc.La-
tro deciſ.179.n.11. Giurb.conſ.65.n.61. Decian.d.lib.
7.cap.24.n.5. Ubi num. fin. ait, quod monetarius læ- 80
dit jus gentium, & civile: & in lib.1.tit.1.part.7.fa-
bricator falſæ monetæ dicitur proditor arga Regem:
Et ea propter tale delictom infamiam irrogat. L. in-
famem ff. de public. judic. L.2. C. de poſtuland. gloſſ.
verb.recuperare in l.falſi nominis, ff. de falſ. Bartol.in
l.1.n.8.ad fin. ff.de public.judic. Et ideo reus hujuſce
criminis privilegia nobilitatis amittit Ordinat. lib. 1.
n.8.ad fin.ff.de public. judic. Et ideo quia apud gra- 81
ves, & honeſtos viros delictum hoc rei exiſtimatio-
nem lædit. L. debet ff. de dol. Giurb. conſ.65. n. 61.
Qua ratione, quamvis ſocius criminis regulariter 82
non probet contra ſocium l.quoniam, C.de teſtib.c.ve-
niens n.1. c.perſonas eodem tit.cap.1.de confeſſ.l.ſicuti,
C.de quæſtion.l.ſi filium, l.fin.C.de liber.cauſ.gloſ.in c.
2. de teſt. Et ſcribunt Bald. Salicet. & alii in l.quo-
niam, cum quibus Maſc. concluſ.112. à n.1. Petr.Ca-
ball. caſ. 1185. Peguer. deciſ.5. Tamen in hoc falſæ
monetæ crimine ſocius admittitur in teſtem, & poteſt
in tormentis interrogari de ſociis l.1.C.de falſa monet.
Afflict.in d.cap.1.quæ ſint Regalia verbo moneta n.26.
Hyppolit. de Marſill. in d.l.qui falſam.n.70. & conſ.
74.n.1.& 2. Grammat.deciſ.28.n.10.& conſ.38.n.25.
Boer.deciſ.319.n.2. Menoch.conſ.101. n.34. Decian.
lib.7.cap.24.n.9. Maſcard. d. concluſ.1312. n.32.
Item

83 Item quamvis nemo teneatur revelare delictum Angel. *in tract. de maleſic. verbo etiam juſtum n.* 22. Decius & Cagnol. *in l. culpa caret. nu.* 51. *ff. de reg. jur.* Tuſch. *litter. D. concluſ.* 193. *& litt. R. concluſ.* 310. *& litter. S. concluſ.* 67. Ciriac. *controv.* 132. *n.* 48. Jul. Clar §. *fin. q.* 87. *n.* 1. *& ſeq.* Tondut. *reſolut. civil. cap.* 126. *n.* 1. Anton. Gomez. *lib.* 3. *var. c.* 2. *n.* 8. Sanchez *lib.* 6. *conſilior. moral. cap.* 2. *ſub n.* 8. tamen in crimine falſæ monetæ conſcius delicti tenetur il-
84 lud revelare, & accuſare delinquentem *gloſſ. in c. quanto de jurejur.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 7. *c.* 24. *n.* 8. Farin. *q.* 115. *n.* 49. Larrea *alleg.* 65. *n.* 56. Immo qui ſcivit, & non revelavit, pœna mortis, & flammarum exuſtionis condemnatur *Ord. lib.* 5. *tit.* 12. *in princ.* ibi: *Ou for dello ſabedor, & o naon deſcobrir, morra morte natural de fogo, & todos ſeus bens ſejaon confiſcandos para a Coroa de Reyno.* Quod etiam de jure communi ſtatuitur *in l. lege Cornelia* §. 2. *ff. de falſ. l.* 1. *C. de falſ. monet.* Et eſt ſpeciale in hoc crimine, ut ſciens delinquentes revelare teneatur; quippe, ſi non revelavit, conſentire videtur ſecundum Bart. *in d. l. lege Cornelia in princ. n.* 2. Afflict. *in conſtitut. adulterin. n.* 10. Joan. Aquil. *de poteſtat. monet. p.* 1. *cap.* 7. *in princ.* Camill. Borell. *de præſtant. Reg. Catolic. c.* 12. *n.* 75. *&* 76.

85 Idem procedit in crimine læſæ Majeſtatis, & conjurationis contra principem, ſciens enim & non revelans ſtatim punitur, ut criminis reus, quamvis delicti particeps non ſit Bartol. *in l. utrum, & in d. l. lege Cornelia* quem ſequuntur communiter Doctores Jul. Clar. §. *fin. q.* 87. Farin. *in prax. q.* 51. *n.* 71. Gabr. Pereyr. *de Man. Reg. p.* 1. *cap.* 10. *n.* 43. Borrell. *d.* 12. *n.* 76. Larrea *alleg* 65. *à n.* 53. *uſque ad fin. maxime n.* 68. Plaça *de delict. c.* 22. *nu.* 17. dicit communem Menchac. *Illuſtr. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 1. Menoch. *de arbitr. caſ.* 355. *n.* 9. *&* 10. Anton. Gomez *lib.* 3. *var. cap.* 2. *n.* 8. Flor de Mena *lib.* 1. *var. q.* 18. *n.* 25. *&* 32. Scipio Gentilis *ad L. quiſquis verbo conſciis, C. ad leg. Jul. Majeſtat.* Joann. de Aylon. qui alios refert ad Anton Gomez. *ubi ſuprà n.* 9. Quod nedum procedit,
86 quando ſciens probare poteſt delictum, & conjurationem, prout voluerunt Roland. à Vall. *conſ.* 88. *à n.* 11. *cum ſeqq.* Gregor. Lopez. *in L.* 33. *tit.* 6. *partit.* 1. Flor de Mena *d. lib.* 1. *q.* 18. *per totam* Farin. qui plures refert. *d. q.* 51. *n.* 70. ſed etiam quando probationes non habet juxta ſententiam Bartol. quam ſequuntur Jul. Clar. *d. q.* 87. *n.* 2. *verſ. punctus eſt.* Farin. *q.* 51. *n.* 71. Et bene tuetur Larrea *d. alleg.* 65. *à n.* 58. *cum ſeq.* Pereyr. *de Man. Reg. d. c.* 10. *n.* 43. Quæ ſententia uti Reipublicæ utilis in praxi ſervanda eſt ex Larrea *proxime n.* 62. Immo dicit Farin. *ubi ſupra n.* 71. quod iſte cõſcius pœna mortis plectendus eſt, quæ minui non debet; ut contra alios tenet Larrea *d. n.* 62.

87 Neque à prædicta pœna non excuſatur conſcius criminis propter amicitiam, & conſanguinitatem delinquentis. Quia in hoc crimine tenetur quis revelare non tam conſanguineos, ſed etiam patrem ob ſalutem publicam, quæ in Principe conſiſtit, qui parens Reipublicæ cenſetur; & ideo delictum adverſus cum commiſſum dicitur parricidium ex Solorzan. *de crimin parricid. lib.* 2. *cap.* 6. qui refert Ciceronem dicentem, *Atrocius eſt patriæ parentem quam ſuum occidere.* Et bene comprobatur exemplo Conſuli Lucii Bruti, qui in filios animadvertit ultimi ſupplicii pœna, quia expulſo Tarquinio voluerunt ejus Regnum iterum in Republica introducere, de quo dixit Valer. Maxim. *Exuit namque patrem, ut Conſulem ageret,*
88 *orbuſque vivere, quam publicæ juſtitiæ deeſſe maluit.* Et facit text. *in L.* 2. *ff. ad L. Pompeiam de parricid.* ubi fratris delictum frater revelare tenetur, alias punitur. Sic filius tenetur revelare, & detegere patrem conſpirantem in Principem: ut ſcribunt poſt plures Oſach. *dec.* 80. *n.* 10. Solorz. *de parric. lib.* 2. *c.* 4. Gig. *in tract. crimin. læſ. Majeſt. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 5. Flor. de Mena *d. q.* 18. *n.* 35. Cicer. *lib.* 3. *officior.* ita dicit: *Quid ſi in tyrannidem occupare patriam prodire conabitur pater, ſilebit ne filius? Immo obſervabit patrem, ne id faciat, ſi nihil proficiat, accuſabit, patriæ ſalutem anteponens ſaluti patris.* Larrea *d. alleg.* 65. *n.* 70. 71. *&* 72.

Item ſpeciale eſt in hoc crimine falſæ monetæ ut 89
accuſator non puniatur de calumnia, etiamſi non probet delictum *L.* 1. *& ibi gloſſ. verbo immunitatem C. de falſa monet.* ubi Cynus *in* 2. *oppoſition.* Decian. *lib.* 7. *c.* 24. *n.* 6. Abb. *in c. quanto de jurejur. n.* 4. Molin. *d. diſp.* 702. *n.* 7. Farin. *q.* 115. *à n.* 41. Sed du- 90
bium eſt, ſi ſocius revelaverit, veniam conſequatur ipſius criminis, vel alterius. Et eſt dicendum, quod *gloſſ. d. verb. immunitatem*, videtur tenere quod ſic: prout in caſu læſæ Majeſtatis ſocius, qui revelavit, venia dignus judicatur *L. quiſquis, C. ad L. Jul. Majeſt. L. nõ omnis* §. *fin ff. de re milit. Ord. lib.* 5. *tit.* 6. §. 12. Et hanc opinionẽ bene confirmat Decian. *d. c.* 24. *n.* 7.

Sed obſtat dictum Bartol. *in L. idem eſt* §. *ſi tibi, ff.* 91
de condict. ob tur. cauſ. Ubi dicit, quod ſi ſtatutum dat præmium indicanti maleficium, non comprehendit ſocium criminis indicantem, niſi expreſſe in ſtatuto fuerit expreſſum. Augetur difficultas, quia *gloſſ. d. verbo immunitatem in d. L.* 1. quamvis moveat rem, & inter tres immunitates enumeret etiam hanc iſtius delicti; tamen recedit ab ea, Et tandem dicit quod prima eſt verior, nempe ut accuſans excuſetur à calumnia. Deinde text. *in d. L. C. de falſ. monet.* non ſatis aperit ſocium veniam conſequi debere. Porro *Ordinat. lib.* 5. *tit.* 12. §. 6. revelanti delictum veniam concedit aliorum criminum; non tamen ipſius criminis falſæ monetæ: verba legis ita ſe habent: *E a peſſoa que deſcobrir, ou monſtrar navio, ou caſam, em que ſe poſſa tomar, ou achar moeda, que vem de fora do Reyno batida do noſſo cumbo, ou provar, que alguna peſſoa a trouxe, ou mandou trazer, ou aiſſo deu ſover, ajuda, conſelho, ou foi diſſo ſabedor, & o naon deſcobrio, ou tratou nella por qualquer maneira que ſejas havemos por bem de lhe fazer merce de tudo o que por ſua induſtria ſer achado, deſcuberto, ou provado: & bem de aſſim de ametade da fazenda, & bens, & quaeſquer outras cauſas, que polo tal caſo ſe perderem por bem deſta Ordenaçao: & lhe perdoamos a culpa que tiver & pena em que encorrer por qualquer delicto, que tonha commetido naõ ſendo caſo de morte natural, ou civil ou de reſiſtencia feita à official de juſtiça, naon tendo parte que os accuſe nos ditos caſos.* Quare videbatur dicendũ ſociũ criminis revelantem non conſequi veniam ipſius delicti.

Nihilominus tamen verius puto ſocium criminis,
qui illud revelavit, veniam ipſius delicti obtinere 92
debere. Primo ex text. *in d. L.* 1. ubi accuſatoribus hujus criminis immunitas conceditur: Et ſic ſocio revelanti venia conceſſa intelligitur, quia conceſſo uno, intelliguntur conceſſa omnia, ſine quibus id fieri tuto non poteſt *L.* 2. *ff. de juriſdict. omnib. judic. cum ſimilibus.* Cum igitur ſocio accuſare permittatur, utique conceſſio facta intelligi debet ſine ipſius damno, alias fatuus eſſet ſocius qui vellet accuſare, ſi ipſe accuſans puniretur; cum nemo præſumatur odio habere carnem ſuam *L.* 1. *C. de his qui ſibi mortem conſciverunt.* Proindeque ita ut in crimine læſæ Majeſtatis ſocio revelanti venia datur, ita etiam in hoc crimine concedi debet, cum etiam læſæ Majeſtatis delictum reputetur. Neque obſtat dictum Bartoli; quia ut bene reſpondit Decian. *d. n.* 7. aliud eſt quære 93
re, An ſtatutũ dans præmium accuſanti comprehendat ſocium criminis. Et tunc dicendum eſt, quod non; ſiquidem haberet duo premia, ſcilicet immunitatem à delicto, & premium ſtatuti. Aliud vero, An conceſſa facultate accuſandi ſocio criminis videatur conceſſa immunitas? Et dicendum eſt, quod ſic, quoniam alias nullus

nullus accuſaret. Neque etiam obſtat *Ordin. d.* §.6.
Reſpondetur enim, quod loquitur in caſu diverſo,
ubi non fuit ſocius, qui revelavit, ſed alius, neque Or-
dinario de ſocio criminis quicquam diſpoſuit: Et ſic
caſus ſocii revelantis remanet in diſpoſitione juris
communis, ſecundùm quod in caſu læſæ Majeſtatis
ſocio venia conceditur: & in hoc crimine etiam da-
tur immunitas per *d. L.* 1. Ac proinde hanc opinio-
nem optime defendit Decian. *d. c.* 24. *n.*7.
94 Notabis tamen circa caſum *Ordinat. d. tit.*12. §.6.
quod is, qui revelavit delinquentem hujus criminis,
non poteſt conſequi veniam alterius delicti, neque
premium, niſi probaverit delictum ex text. *in L.*1.*C.
ex quib.cauſ.ſervus pro prem.accip.libert.L.indicaſſe,
ff.de verbor.ſignific.*Bartol.*in L.ſi quis cum ſeqq. ff.ad
Syllanian.* Pariſ.de Put. *de ſyndicat. verbo premium,*
Capibianc. *pragmat.*6. *de Baronib.n.*146.*verſ.adver-
tendum etiam eſt.* Sanſelic. *deciſ.*222. *n.* 2. & 3.
Sufficiet tamen, quod delictum probetur per indi-
cia ſufficientia ad torturam, ut optime fundat Giurb.
95 *conſ.*22. *n.* 21. *verſ. poſterior eorum eſt opinio*, quem
ſequitur Sanſelic. *d.deciſ.*222. *n.*2. Et an, & quando
moneta falſa inventa penes aliquem probet illum eam
cudiſſe, & quando præſumatur, videndus Caball. *ca-
96 ſu* 199. *n.*23. & 43. Guazin. *defenſ. reor.*4. *c.*9. *n.*5.
Decian.*d.lib.*7.*c.*26.*n.*5.& 6. Giurb. *conſ.*85.*n* 9.26.
27.28. & 29. Ubi quid di[illegible]endum de eo in cujus poſ-
ſeiſione inventa ſunt inſtrumenta. Et inſuper, An mo-
netarius falſus gaudeat immunitate Eccleſiæ? Vi-
dendi ſunt Bovadill. *in ſua polit lib.c.*14.*n.*43.Giurb.
conſ. 30. *n.* 6.
97 Diximus ſupra ex mutatione monetæ gravia Rei-
publicæ ſequi damna, & incommoda, quæ etiam ex
litibus proficiſcuntur. Et ſic quæro, An ſi mutatio
contigerit poſt factum depoſitum pecuniæ, & pericu-
lum, & damnum ſit depoſitarii, vel deponentis? In
qua quæſtione diſtinguendum eſt inter depoſitum pe-
cuniæ obſignatæ, quod regulare dicitur, & inter de-
poſitum, quod ſit pecuniæ numeratæ, & irregulare
dicitur. In primo caſu indubium eſt augmentum, vel
diminutionem pecuniæ pertinere ad deponentem;
quia illo caſu, neque dominium, neque poſſeſſio
transfertur in depoſitarium, ſed ſolum nuda detentio
Anton. Gomez *in L.*48. *Tauri n.*8. & *lib.*2. *var.c.*7.
*n.*2.Auguſt.Barboſ. *de jure Eccleſ.lib.*3.*cap.*12.*n.*236.
& *voto* 13. *n.*8. Salgad. *in labyrint.credit.*1.*p.c.*111.
Petr. Barboſ. *in L. ſi mora n.*47. & 81. *ff. ſolut. Matr.*
Larrea *deciſ.*13.*n.*22.Coſta *in L.ſi ex cautione fallent.*
1. *n.* 7. Periculum autem rei depoſitæ ad dominum
98 pertinet, ſicut, & augmentum *L. ſi creditor L. ſi nul-
la L. quæ fortuitis L. pignus, ff. de pignor. action.* Pi-
chard. *in* §. *cum autem n.*2. *Inſtit.*2.*de empt. & vend.*
Larrea *alleg.*83.*n.*2.Cyriac.*controv.*164.*n.*10.& *con-
trov.*442.*n.*13.Mareſc.*lib.*1.*var.cap.*7. Anton.Amat.
*reſolut.*13. *à num.* & *reſol.* 20. *n.*4. Atque ideo cum
99 mutatio ratione dicatur caſus fortuitus, & depoſita-
rius de eo non teneatur *L. ſi plures* §. 1. *ff. depoſiti*,
*L.*1.*C. eod.* Card. Pereyr. *de emp.c.*32.*n.*97.Marinus
Anton. *lib.*2. *var.reſol.*13. *n.*1. Larrea *deciſ.*14. *n.*1.
Amend. ad Vincent. de Franch. *deciſ.*151.*n.*4.Au-
guſt.Barboſ. *voto* 13.*n.*8. Capyc.Latro *deciſ.*48. *n.*1.
Recte ſequitur, quod depoſitarius reſtituendo pecu-
niam eandem ſibi traditam, clauſam, & obſignatam li-
beratur *princ. Inſtit. quib. mod. tollit. oblig.*
100 Si vero depoſitarius contra pactum, & præter vo-
luntatem deponentis utatur pecunia depoſita: vel
alia re, quia conſiſtit pondere, & menſura, depoſita-
rius de periculo tenetur: ut judicatum dicit Larrea
*deciſ.*14.*n.*34. Ubi à n.21.*uſque ad fin.* hujus ſenten-
tia fundamenta ponit *alleg.*83. *n.*4. Cyriac. *controv.*
441.*n.*19.Amat.*d.reſolut.*20.*n.*6.Caſtill.*lib.*3.*controv.
c.*16.*n.*35. Capyc. Latro *deciſ.* 48. *n.*1.
101 In ſecundo autem caſu quando deponitur pecunia
numerata, depoſitum erit irregulare; quia notiſſimos
depoſiti terminos egreditur *L.Lucius* 24.*ff.depoſiti*, ita
dominium, & poſſeſſio in depoſitarium transferatur,
qui non eandem pecuniam ſed tantumdem reſtituere
tenetur. *L.in navem Saupbei* 31. *ff. locati*, ibi: *Nam
ſiquis pecuniam numeratam ita depoſuiſſet, ut neque
clauſam, neque obſignatam traderet, ſed annumera-
ret, nihil aliud debere apud quem depoſita, eſt ut tan-
tumdem pecunia ſolveret: d. L. Lucius ff. depoſiti.*
Et probat *L.* 2. *tit.* 3. *partit.* 5. Cum enim in his ter-
minis dominium tranſiiſſet in depoſitarium *L. quin-
tus, L. in die ſponſaliorum ff. depoſiti*: verum eſt di-
cere, quod periculum eſt depoſitarii, non deponen-
tis *L. incendium, ff. ſi certum petatur, L naturalis* 102
§. *ſed ſi Sipha ff. de præſcript. verb.* & ſcribunt Bald.
in d. L. incendium, quem ſequuntur Paul. de Caſtr.
& Decius *conſ.* 116. *n.* 1. Carot. *de depoſito tit.*4. *de
depoſ. reſtit. n.*2. Molin. *de juſt. & jure diſp.* 296. *in
fin. tract.* 2. Cardoſ. *in prax. verb. depoſitum n.* 12.
Larrea *deciſ.*24. *à n* 21. *cum ſeqq.* ubi judicatum tra-
dit *alleg.* 83. *n.* 10. Gratian. *diſcept. forenſ.c.*307. *n.*
35. Auguſt.Barboſ. *voto* 13. *n.*10. & *ſeqq.*Capyc.La-
tro *deciſ.*48. *à n.*3.*cum ſeqq.* Ubi etiam pro hac parte
judicatum dicit Amat. *reſolut.*20.*n.*2. Quod nedum 103
procedit, quando pecunia ſimpliciter ad numerum
depoſita fuit; quia tunc eo ipſo cenſetur facta con-
ventio, & data licentia utendi: Et quod non eadem
pecunia, ſed tantundem reddatur *d. L. dies ſponſa-
liorum. L. Lucius, Titius ff. depoſiti.* Larrea *dec.* 14.
*n.*40. & *alleg.*41.*n.*22.& 23.Caſtill.*d.c.*16.*n.* 35.Au-
guſt. Barboſ. *voto* 60. *n.* 1. Coſta *in L. ſi ex cautione
fallent.*2. *C.de non numerat.pecun.*Morla *in empor.ju-
ris tit.*3.*de reb.cred. in princ. n.*24. & 25. Barboſ. *in
d. L. ſi mora n.*80. Alex. Trentacinq.*l.*3.*var. tit.de de-
poſit. reſol.*2.*n.*2. Cancer.*lib.*3.*c.*8.*de depoſit.n.*4.Ca-
ſtill. *d.c.*16.*n.*34. Amat. *reſol.*20. *n.*2. bene Auguſt.
Barboſ. *voto* 14. *n.* 22.
Sed etiam procedit, quando depoſita pecunia nu- 104
merum conventum fuit, quod depoſitarius ea utatur;
nam tunc eo utente depoſitum tranſit in mutuum arg.
text.*in L.cert.condictio* 9.§.*fin.ff.de reb.cred* Rodrig.
*de ann.redd.c.*11.*n.*30.Paul.de Caſtr. *in L. ſiquis nec
cauſam per text. ibi, ff. ſi certum petatur n.*23. Mantic.
*de tacit. & ambig. lib.*10. *tit.*2. *n.*10. Peguer. *deciſ.*
38. *n.*14. Fontan. *de pact. nup. clauſ.* 5.8. *p.*8. *n.*11.
Larrea *deciſ.*14. *n.*39. Caſtill. *d. lib.* 3. *c.*16. *à n.* 25.
cum ſeqq. Tondut. *reſol. civil. c.* 167. *n.*7.
Notabis etiam, quod licet depoſitum in prædictis 105
terminis ſit irregulare; tamen retinet omnia privile-
gia veri depoſiti Natta *conſ.*438.*n.*7. Menoch. 1111.
*n.*73. Barboſ. *in d. L. ſi mora n.*83. & 84. Fontan. *d.
clauſ.*8.*p.*7.*n.*16.Mantic.*d.lib.*10.*tit.*10.*n.*12.Caſtill.
*d.c.*16.*n.*25.38.& 41.Amat.*reſol.*20. *n.*3. Capyc.La-
tro *d. c.*43. *n.* 13.

Caput XXVI.

De jure indicendi bellum, & illius effectibus.

SUMMARIUM.

1 *Apud Romanos Populus jus, & arbitrium habebat belli, & pacis. Poſtquam autem Populus in Regem tranſtulit omne jus, & Imperium: Julius Cæſar jus indicendi bellum à Populo capit eripere.*
2 *An ſolum Principem, qui ſuperiorem non recognoſcit, ſpectat jus indicendi bellum: & n.*3.
4 *Inferior, qui ſine juſſu Principis bellum gerit, & exercitum comparavit, crimen læſæ Majeſtatis committit.*

5 Neque

5 Neque privatus, neque civitates ſubjecta bellum indicere poſſunt, ſed debent apud ſuperiorem agere.

6 Bellum à privato indictum dicitur injuſtum, & reprobatum.

7 Immo dicitur latrocinium, & deprædatio.

8 Princeps debet bella juſta indicere, non injuſta.

Bella juſta ſunt permiſſa de jure divino, gentium, & Canonico. Ibid.

9 Bellum cuilibet Principi, & Republica Chriſtiana de Fide eſt licitum: & hæreſim ſapit contrarium affirmare.

10 Probatur bellum licitum eſſe de jure gentium, & Canonico.

11 Bellum vel eſt defenſivum, vel eſt offenſivum: ut ibi.

12 Bellum juſtum diffinitur. Et quod dicatur. Ibid.

13 Bellum juſtum dicitur, quod ſuſcipitur ob illatam injuriam nobis, vel noſtris, & pro offenſa facta legatis noſtris.

14 Ad juſtitiam belli quinque requiruntur ſecundùm opinionem. Guid. Pap.

15 Secundum D. Thomam ad tria reducitur belli juſtitia. Et hæc tria ſunt leges juſti belli. Quibus deficientibus, vel uno ex primis duobus bellum eſt injuſtum.

Bellum, quod geritur ſine authoritate Principis ſupremi, eſt injuſtum. Ibid.

16 Bellum non poteſt eſſe juſtum ſine cauſa juſta.

17 Belli cauſa juſta eſſe debet ad bellum juſtificandum, quæ in eo verſatur, quando bellum fit propter neceſſitatem, vel ut pax adquiratur.

Quæ ſint cauſæ juſti Belli? & quæ injuſti. Remiſſive. Ibid.

18 Intentio recta bellantium tunc dicitur intervenire, quando bellum ſuſcipitur ob bonum commune, vel ut pax aſſequatur, & ad malum vitandum.

19 Bella non ſunt ſuſcipienda ex cauſis levibus, neque ex cauſis juſtis, niſi prævia maxima conſideratione, & multorum conſilio.

20 Bellum eſt epitome atque farrago omnium immanitatum, & feritatum, quæ toto Orbe ab omnibus feris committuntur.

Sæva res eſt, cumulumque ſecum trahit injuſtitiarum, & violentiæ. Ibid.

Belligerare malis videtur felicitas, bonis neceſſitas. Et alia circa materiam. Ibid. & n. 21.

22 Bellum non niſi ex neceſſitate, vel maxima occaſione ſuſcipiendum eſt.

Bellum ut vitetur, ſæpe jus remittendum eſt. Ibid.

23 Bella non ſunt ſuſcipienda, quando majora, & graviora damna, diſpendia, & calamitates ſubditi ſunt conſecuturi, quam ab ipſis hoſtibus potuiſſent timere.

24 Bellum nullum eſt juſtum, ſi conſtat geri majori malo Reipublica, quam bono, & utilitate: neque quando jus, vel injuria aliter poteſt emendari.

25 Bellum gerendum eſt, ut pacem habeamus.

Pax non quæritur, ut bellum excitetur, ſed bellum geritur; ut pax adquiratur. Ibid.

26 Frangenti fidem, fides frangatur eidem.

27 Proponitur quæſtio, An ſit juſtum bellum geſtum à Principibus Chriſtianis contra infideles, ut cogantur fidem Chriſtianam ſuſcipere? Quæ reſolvitur num. ſeqq.

Oſtenditur triplex eſſe infidelium genus. Alii, qui ſubjecti ſunt Principi Chriſtiano de facto, & de jure: ut Judæi in Italia, & Pagani, qui habitant in noſtris terris Indiarum Orientalium, qui poſſunt à Principe puniri ob delictum, & quando peccant contra naturam. Ibid.

28 Alii ſunt ſubjecti Chriſtianis de jure, non de facto: ut Turcæ, & Mauri, contra quos recte poteſt bellum indici.

Turcæ ſunt acerrimi hoſtes Chriſtianorum, & odio habent Chriſtum & ejus Eccleſiam, contra quos juſtum gerimus bellum. Ibid.

29 Alii ſunt infideles, qui neque de jure, neque de facto ſubjacent Chriſtianis, neque unquam eorum terræ fuerunt in dominio Chriſtianorum, contra quos juſtum bellum indici non poteſt ſine cauſa.

Non eſt ſufficiens cauſa, ut armis cogantur Fidem Catholicam ſuſcipere, quam ipſi nolunt. Et hæc eſt verior opinio: ut n. 30. Ibid.

31 Bellum infidelibus juſtè indici non poteſt propter idololatriam, aut alia peccata; niſi talia ſint, quæ cedant in innocentium injuriam.

Juſtiſſimum eſt bellum in belluas, proximum in homines belluis ſimiles. Ibid.

32 Neque Pontifex, aut Imperator, vel alius Princeps, cui infideles ſubjecti non ſunt, habent juriſdictionem in illos.

33 Reges infidelium non amittunt imperium, ex eo quod infidelitatis tenebris excæcati lumen Divinæ legis non vident.

34 Chriſtiani non poſſunt ab infidelibus impediri in prædicatione Fidei Ortodoxæ, quod ſi impediantur, contra eos bellum juſtum moveri poteſt.

35 Bellum, ut juſtum dicatur, neceſſario requiritur diffidatio, quæ fiebat apud Romanos per Collegium Fecialium. De quorum authoritate, & officio ibidem, ac de cæremoniis, quibus utebantur in bello indicendo.

36 Bellum ſi geritur inter Principes Chriſtianos diffidatio omnino neceſſaria eſt ad juſtitiam belli.

37 Diffidatio non requiritur, ſi bellum geritur contra Sarracenos, aut hæreticos.

Item non eſt neceſſaria in bello defenſivo. Ibid.

Neque quando bellum indicitur contra rebelles, qui noſtro ſuberant imperio. Ibid.

38 Poſt diffidationem liciti ſunt belli effectus, non ante.

39 Capti in bello jure gentium ſervi capientium fiunt.

Turcæ, vel Mauri capti à Chriſtiani eorum ſervi efficiuntur.

40 Chriſtiani capti à Mauri, eorum ſervi efficiuntur ſecundum veriorem opinionem.

41 Capti in bello etiam juſtiſſimo, quod geritur inter Chriſtianos, non fiunt ſervi capientium ex antiquiſſima conſuetudine.

42 Iſti ſic capti inter Chriſtianos libertatem non amittunt, & poſſunt facere teſtamentum, & ex alterius teſtamento capere.

Sunt capaces omnium actuum, & ſucceſſionum, majoratuumque, & nihilo à liberis differunt. Ibid.

43 Capti inter Chriſtianos jugo carceris retinentur, & in locum ſervitutis ſucceſſit redemptio, ſeu talia.

Capti juſte retinentur pro pretio redemptionis. Quod regulandum eſt ex qualitate, & divitiis perſonæ captæ. Et quæ, ac qualis eſſe debeat talia. Ibid.

44 Talia apud nos in deſuetudinem abiit, & ſucceſſit permutatio; qua deficiente talia decerni poteſt.

45 Res, & bona capta ab hoſtibus in bello juſto fugatis hoſtium copiis; devictiſque exercitibus ſtatim noſtra fiunt.

46 Intellige de rebus mobilibus captis; non vero de immobilibus, quæ non fiunt capientium, & publicæ efficiuntur, pertinentque ad Principem.

47 Etiam in bello juſto inter Chriſtianos mobilia capientium fiunt.

48 Milites tenentur res captas præſentare Duci exercitus, ut inter ſe & alios milites diſtribuat ſecundum cujuſque merita; niſi alia ſit conſuetudo.

49 De jure communi Romanorum præda, & ſpolia bello capta Regi, ſeu Reipublicæ quærebantur. Sed hoc jus in deſuetudinem abiit: ut n. 50.

50 Hodie ex præda ante omnia deducitur quintum, quod

quod applicatur Regio Fiſco. Et ita ſervatur de conſuetudine.

Jus deducendæ quintæ partis eſt de Regalibus majoribus. Ibid.

De modo dividenda præda inter Ducem,& milites Ib.

51 *Prædicta prædæ diſtributio procedit in rebus captis in belli conflictu.*

52 *Capta à militibus in incurſionibus vulgo* Correrias, *ad eos tantum pertinent, qui prædæ interfuerunt, & his, qui auxilium præſtiterunt: ac Duci præſentanda non ſunt.*

Intellige, ut per Authorem, quando à militibus præda capta fuit caſu, & injuſſu Ducis: non vero quando juſſu Ducis milites per territorium hoſtium incurſiones fecerunt: quia tunc præda conſignanda eſt.

Duci, ut quinta pars applicetur fiſco, & præda reſiduum inter milites dividatur. Ibid.

53 *Capta à nave deferente Regis vexilla, Regis ſunt.*

54 *Si res noſtræ ab hoſtibus captæ fortitudine noſtrorum militum fuerunt recuperatæ, veteribus dominis reſtituuntur, ſi nondum in præſidia hoſtium perlatæ fuerint.*

55 *Si res noſtræ captæ ab hoſtibus, & intra eorum præſidia collatæ, poſtea à militibus recuperentur, ipſorum ſiunt in prædam, & non reſtituuntur dominis.*

Et quod temporis intervallum ſufficiat. Ibid.

56 *Refertur contraria ſententia ſentientium, quod recuperata ab hoſtibus ex intervallo prioribus domini ſunt reſtituenda. Sed reprobatur n. 52.*

57 *Intelliges ut prioribus dominis reſtituantur res, in quibus jus poſtliminis locum habet. Et ita concordantur opiniones.*

58 *Intellige ſupradicta n. 54. ut procedant, quando recuperatio fuit facta in continenti, ſecus ſi ex intervallo.*

59 *Intellige ſecundo, ut capta ab hoſtibus, & poſita intra eorum præſidia, ſi recuperata fuerunt à militibus, qui hoſtes inſequebantur, prioribus dominis reſtituenda ſint.*

Subintellige, ut ſi poſita intra hoſtium præſidia, poſtea recuperata ſint à militibus, qui fraudulenter paſſi ſunt ea reponi intra præſidia: quia cum poſſent hoſtes perſequi, neglexerunt, teneantur prioribus dominis reſtituere. Ibid.

60 *Item ſatisfacere tenentur, quod ſervare potuerunt & eorum culpa fuit amiſſum.*

61 *Capta à piratis, & latronibus numquam capientium ſiunt, & quocumque tempore recuperata prioribus dominis reſtituenda ſunt.*

62 *Qui ſint piratæ? Et, An Turcæ, & Sarraceni piratæ propriè dicantur, ut dominium rerum captarum à Chriſtianis non adquirant? Et recuperata à noſtris reſtituantur veteribus dominis?*

63 *Afferuntur fundamenta partis affirmativæ, quæ habet Turcas, & Mauros eſſe piratas, & bellum geſtum contra Chriſtianos eſſe injuſtum.*

64 *Proponitur contraria ſententia negativa, quæ probatur ab* Authore, *n. 65.*

Sarraceni, & Turcæ Regibus gubernantur, & circa eorum bella ſervandum eſt jus gentium. Ibid.

66 *Capta ab hoſtibus in eorum territorio, vel in territorio capientium, eorum ſiunt. Secus, ſi capiantur in territorio alieno, in quo hoſtes bona repoſuerunt.*

Intellige, ſi in alieno territorio non geritur bellum: Secus, ſi in alieno territorio bellum ſit, & ibi ſunt caſtra noſtra. Ibid.

67 *Servus noſter ab hoſtibus captus, & poſtea recuperatus quocunque tempore priori domino reſtituitur jure poſtliminii.*

68 *Poſtliminii duæ ſunt ſpecies, de quibus ibi.*

Servus captus ab hoſtibus, & ab aliquo pretio redemptus etiam ſciens, & prudens: dominus ſervi redemptionis pretium præſtare tenetur, ſi voluerit ſervum habere, vel alias res. Ibid.

69 *An ſervus captus ab hoſtibus, qui poſtea aufugit, liber remaneat, vel in priſtinam ſervitutem redigatur? Quæſtionis eſt. In qua* Anton. de Souſ. de Maced. deciſ. 39. *pro libertate ſervi pronuntiatum dicit. Sed reprobatur n. 70. & 71. Ubi contrarium* Author. *judicatum teſtatur.*

72 *Interpretatur* text. in L. fin. ff. de captivis.

73 *Sententia Senatus non facit legem.*

74 *Senatus non adſtringitur ſuis ſententiis.*

Ubi eſt caſus legis diſputationi locus non eſt. Ibid.

75 *Immobilia capta ab hoſtibus non ſiunt capientium, & recuperata à noſtris quocunque tempore veteribus dominis reſtituuntur.*

Princeps ſubditos defendere tenetur, & reddere agros veteribus dominis. Ibid.

76 *In diſpoſitionibus legis, & hominis par jus eſt vocum, rerum, & bonorum.*

77 *Quæ res dicantur immobiles, & quæ mobiles.*

78 *Neque error, neque verborum interpretatio mobilium, & immobilium nomina, & primam naturam mutare poteſt.*

79 *Mobile immobili cohærens cenſetur immobile. Quod contingit applicatione perpetua rei mobilis corporibus alterius naturæ, & diſtinctione: ut n.80.*

80 *Affixa domui, ut puta dolia, columna, & alia veniunt in venditione domus, vel legato: Et ea, quæ ibi ſunt perpetui uſus cauſa, licet non ſint affixa.*

81 *Granaria, ſeu horrea ex tabulis confecta, quæ moveri non poſſint, pars domus dicuntur.*

82 *Lignum ad ædificium deſtinatum inter immobilia computatur: Et ſic recuperata domo ab hoſtibus reſtituenda eſt prioribus dominis cum mobilibus affixis, defoſſis, & his quæ ibi erant perpetui uſus cauſa.*

83 *Interpretantur* Juris Conſultorum *reſponſa* in L. cum fundus 21. & in L. dolia 26. ff. de fund. inſtruct. *Et* Ulpian. in L. fundi 18. in princ. ff. de action. empt. *Ac* Scævola in L. Lucius 93. §. Collegio Fabrorum, ff. de legat. 3. cum aliis.

Et probatur interpretatio Theſauri. Ibid.

84 *Recuperata domo, vel villa ab hoſtibus dolia, & vaſa vinaria, ſeu alia inſtrumenta, quæ in domo, vel villa ſunt perpetui uſus cauſa, veteribus dominis ſunt reſtituenda: Si vero perpetuo uſui non ſunt deſtinata, capientium ſiunt.*

85 *Redditus annui perpetui, & cenſus etiam redimibilis inter immobilia connumerantur.*

86 *Cenſus redimibiles ſecundùm veriorem inter immobilia computantur.*

87 *Interpretatur* Ordinat. lib. 3. tit. 47. in princip.

Cenſus redimibiles quoad emptorem perpetui cenſentur. Ibid.

Emptor cenſus non habet facultatem extinguendi cenſum, quia tantum permittitur venditori: Ibid.

88 *Molendina, quæ tanquam ædificia in terra, vel ad præterlabentem aquam ædificantur in ripis & margine fluminis, inter immobilia connumerantur, & ab hoſtibus recuperata veteribus dominis reſtituuntur.*

89 *Molendina ventoſa, quæ agitantur vento, computantur inter immobilia, & recuperata ab hoſtibus prioribus dominis reſtituuntur.*

90 *Molendina, quæ navalia dicuntur, & ſunt ædificata ſuper navi in flumine mobilia dicuntur, & recuperata ab hoſtibus capientium ſiunt.*

91 *Hæc molendina navalia poſſunt alienari à minore ſine decreto.*

92 *Actiones ad immobilia veniunt appellatione immobilium.*

93 Actionem qui habet ad rem, ipſam rem habere videtur.

94 Jura, & actiones non veniunt appellatione mobilium, vel immobilium, ſed tertiam bonorum ſpeciem conſtituunt ſecundùm communem.

95 Actiones tunc applicantur mobilibus, vel immobilibus, quando neceſſe eſt, ut applicentur mobilibus, vel immobilibus: Ita ut, ſi actio competat ad rem mobilem, judicetur mobilis, ſi ad immobilem pro immobili habeatur.

96 Proponitur quæſtio, Utram res incorporales pertineant ad victorem, vel alio jure ad veteres dominos? Et caſus fingitur in civitate capta à victore, ubi erant inſtrumenta debitoram civitatis, & alia privatorum, Utrum hac jura pertineant ad victorem, vel civitatem aut ad privatos?

97 Diſtinguuntur duo caſus. Primus eſt quando inſtrumenta capta fuere à Summo Principe victore qui civitatem vertit. Et hoc caſu nomina debitorum pertinent ad Principem.

98 Secundus caſus eſt, quando quilibet privatas tabulas, ſeu inſtrumenta debitorum in bello capit. Et tunc nullum jus capienti adquiritur in nominibus debitorum.

Actiones directæ oſſibus creditoris inhærent, & à perſona ſeparari nequeunt. Ibid.

99 Militum privatorum id tantum fit, quod ceperint in bello, & manu apprehendi poteſt: Unde recuperata civitate, credita, & nomina debitorum ab ipſis creditoribus recuperari, ac exigi poſſunt ſive actiones ad res mobiles, ſive ad immobiles pertineant.

100 Debitores tam civitatis, quam civium exacti à Principe victore liberantur: ut n. 102. Ita ut recuperata civitate non poſſint à creditoribas moleſtari.

Solvens alii, quam vero creditori, non liberatar. Ibid.

101 Solvens poſſeſſori hæreditatis, aut hæredi putativo non liberatur.

102 Solvens juſſu Judicis alii, quam vero creditori liberantur.

Excuſatur à ſolatione, & à pœna debitor, cui factum fuit præceptum à Judice, ne creditori ſolvat. Ib.

103 Intellige, ſi debitor injuria creditoris fuit exactus, non ſi debitoris culpa.

Debitor debet ſe habere bona fide, & non fraude, ut liberatus dicatur. Immo tenetur appellare, & creditori denuntiare, omnemque diligentiam adhibere, ut à ſolutione excuſetur. Ibid.

104 Debitor, ſolvens juſſu Jadicis alii quam creditori, ſi non contradicit, dicitur ſponte ſolvere.

Tria requiruntur ad hoc, ut creditor ſolvens alii, quam creditori juſſu Judicis liberetur: Nempe, quod cauſa creditoris ſit exactus, quod coactas, & non ſponte ſolvat. Tertio, quod non fuerit in mora. Et refertur ſententia Senatus. Ibid.

105 Debitor, qui victori ſolvet coactus, vel alii juſſu ejus metu pœna, aut praecepti victoris liberatus manet.

Sufficit coactionis metus, & potentia cogendi. Ibid.

106 Sufficit, ſi Tyrannus legem fecerit, quod quilibet debitor ſibi ſolvere debeat.

107 Per remiſſionem debiti factam à victore non liberatur debitor, & recuperata civitate creditor exigere poteſt.

Solutione ejus, quo debetur, tollitur omnis obligatio. Ibid.

108 Debitor, qui ante exactionem factum à Tyranno, moram contraxerat, etiamſi ſolvat, non liberatur.

109 Pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum venit appellatione immobilium. Et referuntur contrarium tenentes. Sed prima opinio verior.

110 Concorda, ut prima opinio procedat in pecunia pupilli vel Eccleſiæ, ſecunda vero in pecania, quæ ſit minoris, vel Eccleſiæ: & n. 111.

112 De pecunia poſita in banco campſorum, An veniat appellatione mobilium, vel immobilium? Remiſſive.

113 Agitur de quæſtione, An Rex teneatur reſtituere Donatario caſtrum ab hoſtibus captum, quod poſtea recuperavit? Et reſolvitur, quod ſic.

Parochia occupata ab infidelibus, & poſtea recuperata redit ad Epiſcopatum, cujus antea erat. Ib.

114 Limita, at principalis concluſio procedat, dummodo donatarius refundat Regi ſumptus, quos fecit in recurando caſtro.

115 Servus alienus captus ab hoſtibus, & à tertio redemptus ſtatim fit redimentis, & non redit ad priſtinum dominam, niſi prius pretium redemptionis ſolvatur.

Rex tenetur compenſare cum ſumptibus redditus caſtri perceptos, & quidquid occaſione illius lucratas fuerit. Ibid.

116 Concluditur Regem ad reſtitutionem caſtri, niſi probetur culpa, & notabili negligentia Donatarii terras ab hoſtibus fuiſſe occupatas.

Donatarius non tenetur ad ſolutionem ſumptuum, & expenſarum recuperationis. Ibid.

117 Palacius Rubius relatus à Cabed. explicatar.

118 Princeps tenetur Vaſſallos, & eorum bona defendere.

119 Quamvis inferior non poſſit bellum indicere ſine authoriate Principis: tamen limitatar reſolutio in caſu quo Imperatoris, ſeu Principis copia haberi nequit: & mora Imperio nociva eſſe poteſt; quia tunc privatus poteſt bellum indicere.

120 Ubi non eſt Judicis copia, poteſt quis ſibi ipſi jus dicere.

121 Si aggreſſio fuerit inopinata, tunc ut unus, ſic plures ſeſe defendere poſſunt impune.

Quando pericalum eſt in mora, tacitus conſenſus ſuperioris adeſſe præſumitur Ibid.

Gubernator in longinquis agens ſi viderit peregrinos Imperii ditiones vaſtare intendere bene poteſt ſine juſſu Principis bellum ſuſcipere. Ibid.

122 Si aliqui contra Principis Majeſtatem, & Reipublica quietem machinantur, poteſt poteſtas adverſut eos bellum gerere tanquam ſeditioſos, & rebelles ſine Principis authoritate.

123 In prædicto caſu nullo praecedente proceſſu licitum eſt poteſtati ſeditioſos ſuſpendi facere.

Si periculum, & tumultus imminent, poſſunt culpabiles puniri abſque proceſſu. Ibid.

124 Author monet Principem ut tempore pacis armorum tractationem tanquam neceſſariam inſtituat, atque exerceat.

125 Luſtrationes militares, vulgo Alardos, expedit fieri in toto Regno, ut vaſſalli ſint apti, & idonei ad bellum gerendum.

126 Militariis diſciplina inſtituta fuit à Duce belli ad robur, & virtutem militum.

Otium militibus damnoſum. Ibid.

127 Princeps poteſt ſubditos cogere ad bellum, ut pro defenſione patriæ morti ſe exponant; dummodo bellum ſit juſtum, & ex juſtis cauſis ſuſceptum.

128 Pro Republica, & Rege tenetur vaſſallus vitam ſuam opponere maximo, & urgentiſſimo pericalo, intentione, & ſpe evalendi.

129 Actus directe tendens ad mortem non poteſt eſſe licitus.

Limita quando mors certa non eſt, licet immineat periculam, ut pote in bello. Ibid.

130 Omnis actus poſitivus, qui mortem neceſſario non infert, licitus eſſe poteſt, ſi in aliquem finem juſtum dirigatur, etiamſi contineat periculum.

131 Vaſſalli

131 *Vaſſalli tenentur ſe exponere periculo pro defenſione patriæ.*

1 APud Romanos penes Populum, cujus erat Summum Imperium, belli paciſque arbitrium fuit: ut tradit Livius *lib.4. & lib.16. ac* 19. Atque conſtat *ex L. Romuli* 5. de qua Prat. *in juriſprud. veter.* Et notat Camill. Borell. *de præſt. Reg. Cath. c.* 32. *n.*14. Henning. Arniſæus *de jure Majeſt. c.* 4. *n.* 12. Cum vero Populus lege Regia omne jus, & poteſtatem in Imperatorem tranſtuliſſet *L.* 1. *ff. de conſtit. Princ.* Julius Cæſar à Populo jus indicendi bellum cœpit eripere Mart. *de juriſd. p.* 1. *cap.* 39. *n.* 7. Ripol. *de Regal. c.*28. *n.*51. Ayala *de jure belli lib.*1. *cap.*2. *n.*8.
2 Et ideo belli, paciſve arbitrium ad ſolum Principem, qui ſuperiorem non recognoſcit, ſpectat, tanquam de Regalibus majoribus *L.* 3. *ff. ad L. Jul. Majeſt. L. unica, C. ut armor. uſus ſine juſſu Princ. lib.* 11. *c. quid culpatur* 21. *q.* 1. Chopin. *de doman. Franc. lib.* 3 *c.*26. *n.*19. Afflict. *in cap.*1. *quæ ſint Regalia n.*101. poſt alios Sixtin. *de Regal. lib.*1. *n.*10. Quod jus taliter Majeſtati cohæret, ut ab ea divelli nequeat Bodin. *de Repub. lib.* 1. *c. ult.* Ayala *d. lib.*1. *c.*2. *n.*8. *in fin.*
3 Et ea propter ſolus Imperator vel Princeps, qui habet jura Imperii & ſuperiorem non recognoſcit, bellum inducere poteſt DD. *in L. ex hoc jure ff. de juſt. & jure gloſſ. in L. unica, C. ut armor. uſus lib.* 11. Andr. Gail. *de pace public. lib.*1. *cap.*4. *n.*6. Camill. Borell. *in d. tract. c* 67. *n.* 1. Martin. Laudenſ. *de bello q.* 2. *n.*2. Ayala *de jure belli lib.*1. *cap.*2. *n.*8. Hug. Grot. *de jure belli, & pacis cap.*2. *pag.*50. Sylveſt. *in ſumma verb. bellum q.*1. Thuſc. *litt. B. concluſ.* 36. *n.* 1. & 4. Peregr. *de jure fiſc. lib.*1. *tit.*1. *n.*15. Arniſæus *de jure Majeſt. cap.* 4. *de poteſt armor. nu.*10. & 11. Covarr. *in reg. peccatum p.*2. §.9 *n.*1. Bened. Ægid. *in d. L. ex hoc jure* 1. *p. c.*1. *n.*20. & 21. Molin. *de juſt. & jure tom.* 1. *diſp.* 100. *n.* 2. Salzed. *de leg. Polit. lib. cap.* 7. *n.*111. Soarez *de charit. diſp.* 13. *ſect.* 2. *n.*1. Caſtr. Palao *de char. diſp.* 5. *punct.* 2. *num.* 2.
4 Atque ita inferior, qui injuſſu Principis bellum gerit, vel exercitum comparavit, crimen læſæ Majeſtatis committit. *L. Papinianus §. rei perduellionis, ff. de acquir. hæred. L. lex. duodecim tabularum §. eadem, ff. ad L. Jul. Majeſt.* ibi: *Eadem lege Majeſtatis tenetur, qui injuſſu Principis bellum geſſerit, delectumve habuerit, exercitum comparaverit, quive cum ei in provincia ſucceſſum eſſet, exercitum non tradidit L. neminem, C. de re milit. l.* 12. Socin. Jun. *conſ.* 68. *n.* 61. *lib.*3. Innocent. *in c. olim. c.* 1. *tol. t. deſtit. ſpoliat.* Afflict. *in c. unic. §. bona contrahentium tit. quæ ſint Regalia n.* 18. Martin. Laudenſ. *de bello §. ult.* Camill. Borell. *d. c.* 32. *n.* 5. Sixtin. *de*
5 *Regal. lib.*2. *c.*1. *n.*18. Ripol. *de Regal. c.*28. *n.*5. 1. quia privatus bellum indicere nequit; neque etiam civitates ſubjectæ, quæ privatorum loco habentur *L. eum, qui* 16. *ff. de verb. ſignific.* Ideo tanquam privatus quilibet apud ſuperiorem agere debet argum. text. *in L. nihil intereſt.* 15. *ff. ad Macedon. L.* 1. *§. ſi tamen, ff. de ædil. edict. L. ob pecuniam* 81. *ff. de furt.*
6 Melch. de Valent. *illuſtr. lib.* 1. *tract.* 2. *cap.* 5. *nu.* 16. Et ea propter bellum à privato in dictum dicitur injuſtum, & reprobatum Bart. *in L. hoſtes num.* 14. *ff. de capt. & poſtlimin. reverſ.* Jacob. de S. Georg. *de feud. verb. & promiſerunt nu.* 9. *& ſeqq.* Laudenſ. *de bello q.* 2. *num.* 5.
7 Immortale bellum dicitur latrocinium, & deprædatio *L. hoſtes* 24. *ff. de capt. L. hoſtes* 128. *ff. de verb. ſignific.* Laudenſ. *d. n.* 5. *in fin.* ad hoc enim ut bellum dicatur juſtum, requiritur inter alia authoritas Principis non recognoſcentis ſuperiorem, ex qua, & aliis, de quibus infra juſtificatur juſtitia belli Camill. Borrell. *d. c.* 32. *n.* 99. & 100.
8 Debet autem Princeps bella juſta indicere, non injuſta, quoniam juſta de jure Divino, gentium, & Canonico ſunt permiſſa: ut de primo probant jura *in c. niſi bella, c. noli c. militare* 23. *quæſt.* 1. *c. notandum* 23. *quæſt.*2. Ayala *de jure belli lib.*1. *cap.*2. *n.*6. Et confirmatur ex pluribus locis veteris Teſtamenti: Ubi gerentes bella fuerunt veri ſanctiſſimi: ut Habraham, qui Deo protegente hoſtis vicit *Gene. cap.* 14. Moyſes, Joſue, David, Gedeon, & alii qui juſſu Domini bella geſſerunt Unde eſt de fide bellum cuilibet Principi, & Reipublicæ Chriſtianæ licitum eſſe
Valent. 2. 2. *diſp.* 3. *q.* 16. *p.* 1. Soarez *de charit. diſp.* 13. 9
Molin. *de juſt. tract.* 2. *diſp* 99. Caſtr. Palao *d. diſp.* 5. *punct.* 1. *n.* 3. Beſold. *in ſynopſi polit. doctr. lib.*2. *c.* 12. *n.* 13. Et ea propter hæreſim ſapit contrarium affirmare Mol. *d. tract.* 2. *diſp.* 98. & 99. Filiuc *tract* 29. *cap.* 9. *q.* 1. *n.* 179. & poſt Valent. Bon. *de reſtit. diſp.* 2. *q. ult. ſect.* 1. *punct. ult.* § 1. Cevall. *comm. contra commun. q.* 906. *n.*144. *& ſeq.* Melch. de Valent. *illuſtr. lib.* 1. *tract.*2. *cap.*5. *n.*12. & 14. Et quoad ſecundum probatur ex text. *in d. ex hoc jure.* Ubi Bened. Ægid. 1. *p. c. n.* 3. 4. & 5. contra Bartolum docet bella à jure gentium inducta ſecundum rationem naturalem; non
contra: ſequitur Beſold *in ſynopſi Polit. doctrin. lib.*2. 10
*c.*12. *n.* 13. Adam Cont. *lib.*10. *Polit. c.* 3. Covarr. *in reg. peccatum* §. 10. *in fin.* Et de jure Canonico licitum eſſe bellum probatur *in c. juſtum, c. Dominus* 23. *q.* 2. Innocent. *in c. olim de reſtit. ſpoliat.*

Bellum autem vel eſt defenſivum, vel offenſivum. Defenſivum eſt, cum in defenſionem vitæ, patriæ, honoris, & fortunarum aſſumitur. Offenſivum vero, ſeu agreſſivum eſt bellum, cum in ſatisfactionem injuriæ jam paſſæ ad illam vindicandam fit Caſtr. Palao *oper. moral.* 1. *p. tract.*6. *diſp.* 5. *punct.* 1.

Bellum autem juſtum diffinitur ex ſententia Iſi-
dor. *in cap. juſtum* 23. *q.* 2. Ut ſit quod geritur ex edic- 12
to de rebus repetendis, aut hoſtium propulſandorum cauſa: Vel ex D. Auguſtin. *in c. dominus* 23. *q.* 2 ibi: *Juſta autem bella diffiniri ſolent quæ ulciſcuntur injurias, ſi qua gens, vel civitas, quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexerit, quod à ſuis improbe factum eſt, vel reddere, quod per injurias ablatum eſt.* Vel quod ſuſcipitur pro defenſione patriæ, propriaque civitate, aut pro defenſione rerum, aut contra ſubditos rebelles. Et maxime contra Turcas infideles perpetuos hoſtes Fidei orthodoxæ. De quibus videndi ſunt Bald. *conſ.* 439. *incipit. ad bellum juſtum vol.* 5. Andr. Gail. *de pace publ. l.* 1. *c.* 4. *n.* 40. Georg Accac. *d. privil. milit. c.* 4. *n.* 15. Ayala *de jure belli l.* 1. *c.* 2. *nu.*28. Ripol. *de Regal. c.*8. *n.*53. Innoc. *in c. olim. de reſtit. ſpol. & in c. fin. de jure jur.* Bart. *in L. hoſtes, ff. de cap.* Franc. Marc. *deciſ.* 456. *n.*441. *p.* Comment. ad Martin. Laudenſ. *de bello q.* 1. *n.*2. Camill. Borell. *d. c.*32. *n.*93. 96. 176. 178. Hug. Grot. *de jure belli, & pacis lib.* 2. *cap.* 1. *per totum, & maxime* §. 16. *& ſeqq.* Cevall. *commun. contra commun. q.*906. *n.*117. *& ſeqq.* Beſold. *d. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 17 *& ſeqq.* Caſtr. Palao *d. diſp.* 5. *punct.* 3.

Dicitur etiam juſtum bellum, quod ſuſcipitur ob 13
illatam graviorem injuriam nobis, vel noſtris, ut puta, ſi legatos noſtros offenderunt, violarunt, vel male habuerunt. Nam ex hac ſola cauſa ſcriptum eſt *Reg. lib.*2. *c.* 10. David bellum moviſſe adverſus Ammonitas. Et nullam aliam juſtiorem cauſam eſſe ad bellum dixit Cicero adverſus Mithridatem. Ex eadem Romani bellum ſuſceperunt in Clenones, Illyrios, Ligures, Corinthios & Tarentinos Notant Grotius *de jure belli lib.*2. *c.*18. §. 11. Molin. *de juſt. & jure tom.* 1. *diſp.*104. *n.* 3. Beſold. *d. lib.*2. *c.*12. *n.*19.

Et in ſumma ſciendum eſt: Ad hoc ut bellum juſtum dicatur quinque requiri ſecundum opinionem
Guid. Pap. *deciſ.* 191. *n.*3. Videlicet perſonam, rem, 14
cauſam, animum, & authoritatem. Quod antea dixerat Bald. *conſ.* 439. *vol.*2. quem refert Greg. Lopez

in L.1.tit.23.partit.2. gloſſ.2. Ideſt, ut Perſona ſit ſæ-
cularis, non Eccleſiaſtica: Res; ut bellum fiat pro
rebus repetendis, & patriæ defenſione: Cauſa, ut bel-
lum fiat propter neceſſitatem, ex Ariſtotele, qui di-
cit: *Fac ut bellum ſit ultimum opus tuum.* Animus *ut*
15 *non fiat propter odium, & inſatiabilem cupiditatem, ſed intentuque boni.* Authoritas, ut fiat authoritate
Principis non recognoſcentis ſuperiorem: refert
Tuſc. *litter. B. concluſ. 34. n. 1.* At D.Thom. 2. 2. *q.*
40. *art.1.* ad tria juſtitiam belli reducit: Scilicet ut
requirantur Principis authoritas, cauſa juſta, inten-
tio bellantium recta. Et quidem illa quinque, quæ
ponit Bald. ad hæc tria rediguntur, quæ probavit
Juſt. Lipſius *lib.5. Polit. c.4.* Et exornant Bonaç.*de
reſtit.in partic. diſp.2. q.ult. ſect.1.punct. ult. 9.* Ubi
plene explicat prædicta requiſita Silveſt. *verb.bellum
c.1.n.2.* Ripol.*de Regal. cap.2.n.54.* Mart. *de juriſd.
1.p.c.39.n.9.* Beſold. *in ſynopſi polit. doctrin. lib.2. c.
12. n.16.* Covar. *in d.reg.peccatum 2.p. §. 9. n 2. &
3.* Caſtr.Palao *d.diſp.5.punct.3.per totum.* Et hæc tria
eſſe leges juſti belli dixit Melch.de Valent. *illuſt.lib.
2. tract. 2. c.5. n.15,16. & 20.* Et ſic inte venienti-
bus his tribus juſtum quidem erit bellum; deficien-
tibus verò omnibus, vel uno ex duobus primis bel-
lum erit injuſtum. Tale namque reputatur, quod fit
abſque ſupremi Principis authoritate, ut diximus *ſu-
pra n.6. & 7.* Et ultra ibi relatos ſcribunt Gigas *in
tract. de crimin. læſæ Majeſt. lib.1. tit.1.q.31.n.31. &
53.* Caſtr.Palao *d.diſp.5.punct.2.* Melch. de Valent,
16 *d.c.5,n 16.* Et probatur ex text. *in L.3.ff. ad L.Jul.
Majeſt.*ibi: *Injuſſu Principis bellum geſſerit: L. nemi-
nem, C. de re milit. lib.12.* Namque bella, quæ à
privatis geruntur, latrocinia; & deprædationes di-
cuntur: ut ſupra diximus. Inſuper deficiente cauſa
juſta bellum non poteſt eſſe juſtum: duo quippe cau-
ſarum bellandi ſunt genera; quoniam, vel datur ju-
ſta vel injuſta cauſa; etenim ſi neutro cauſarum ge-
nere aliqui feruntur in bella, horum vitium huma-
num excedit modum. Et iſtis ait Senec. *de Clement.
c.7. Poſſunt dicere non eſſe hanc crudelitatem, ſed
feritatem, cui voluptati ſævitia eſt. Poſſumus inſaniam
vocare: nam varia ſunt genera ejus, & nullum cer-
tius, quam quod in cædes hominum, & lamentationes
pervenit.* Atque ita cum à juſto juſtum, & ab inju-
ſto oppoſitum juſti proveniat; belli cauſa juſta eſſe
17 debet ad bellum juſtificandum. Quæ præſertim in eo
verſatur quando bellum fit propter neceſſitatem, vel
ut pax acquiratur, & in pace ſine injuria vivamus: &
hoc intuitu, aut eſt defenſionis, aut recuperationis;
vel etiam juſtæ offenſionis Adam. Contez. *lib.13.po-
litico. cap.6.* Mart. *de juriſd.p.1.c.4.n.31.* Tuſc. *litt.B.
concl.34.n.11.* Ubi *à n.29. cum ſeqq.* cauſæ juſti belli
enumerantur: & *concl.35.* Petr.Greg. *de Repub. lib.
11.cap.1.* Molin.*de juſtit.& jur.tom.1.diſp.103.& ſeqq.*
Bonacin. *d.diſput.2.ſect.1. punct.ultim.§.2.* Beſold. *in
ſynopſ. politic. doctrin. lib.2. c.12. n.17.* Belli autem
injuſti cauſas refert Hug.Grot. *de jur.bell. & pac.lib.
2.c.22.* Tuſc. *litt. B. concluſ.34. à n.2.*

18 Tertium requiſitum eſt intentio recta bellantium,
quæ tunc dicitur intervenire, quando bellum ſuſci-
pitur ob bonum commune, & ut pax conſequatur;
ut dixit Bonacin. *d.diſput.2.punct.ult.§.2.verſ.ſecun-
da conditio.* vel ut ait Camill.Borrell. *d. c.32.n.101.*
ad malum vitandum. Si enim bellum fit propter odium,
vel inſatiabilem cupiditatem, erit injuſtum. Bald.
conſ.432.n.7.verſ.quarto quod requiritur l.5. Tuſc. *d.
concl. 34. n. 3.*

19 Sed quia bellaturo, aut perire, aut, quod eſt gra-
vius, perdere neceſſe eſt; ut ait Hieron. Accac. *de
privileg. milit. lib. 1. c. 1.* non ſunt ſuſcipienda bella
ex cauſis levibus: ut docet Polyb. *lib.4. ad Alexandr.
c.5.* Neque etiam ex cauſis juſtis, niſi prævia ma-
xima conſideratione, & multorum conſilio: ut tradit

Andr. Iſern. *in c. Domino guerram in princ. col.3. &
4.in tit. hic finitur lex Domini Friderici.* Gregor.Lo-
pez. *in L.16. tit.9. parti.2.gloſſ.* Petr.Gregor. *de Re-
pub. lib.21.cap.12.* Arniſ. *de doctrin.polit.c.1.pag.41.*
& propter mala, quæ ex bello ſequuntur; etenim
bellum eſt epitome, atque fartago omnium immani- 20
tatum, & feritatum, quæ toto orbe ab omnibus feris
committuntur Anton. Hering. *de fidejuſſor. c. 10. §.
32. n. 5.* Immo ſæva res cumulumque ſecum trahit
injuriarum, & inſolentiæ, ut dicit Plutarch. *in vita
Camilli.* Qua de cauſa dicebat D. Auguſt. *de Civit.
Dei lib 4. c. 15.* belli gerare malis videtur felicitas;
bonis neceſſitas. Phyliſcus Alexandrum monebat, ut
gloriæ quidem ſtuderet, ſed ea lege, ne ſe peſtilen-
tiam, aut magnum morbum faceret, intelligens popu-
lorum occiſionem, deſolationem, urbium peſtilentiæ
eſſe opera, non ſolum victis, ſed & victoribus, ſi non
extrema, graviſſima tamen malorum accidere ſolent;
prout rapi virgines, pueros, divelli liberos à comple-
xu parentum, fana, atque domos ſpoliari. cædes, in-
cendia fieri. Et demum armis, cadaveribus, cruore,
atque luctu omnia compleri. De quibus malis bello-
rum Andr.Gail. *de pace publ. c.4. n.42.* Tuſch. *liter.
B. concluſ.38.* Quæ mala etiam ex juſtis bellis oriun-
tur: ut dixit Ayala *de jure belli lib. 1. c. 2. n.4.* eſt
enim bellum utrique parti calamitoſum Georg. Ac-
cac. *de privileg. milit. lib.1. c.1.n.9.* Ut apud Hiſto-
ricos plena narratione ſcripta videmus. Et proximis 21
in annis experti fuimus, dum feliciter cum Caſtella-
nis juſta, & cruenta bella geſſimus per ſpatium vigin-
ti ſeptem annorum.

Qua propter bellum non niſi ex neceſſitate, vel 22
maxima occaſione ſuſcipiendum eſt *c. olim de reſtit.
ſpoliat. c. dilectis de appel. c. Dominus noſter 23. q.2.*
Mart. *de juriſd.1.p. c.39.n.12.* Cevall. *q.906. n.119.*
immo ſæpe jus remittendum eſt, ut bellum vitetur.
Quod quidem magis pium, rectumque cenſetur inter
Chriſtianos, qui imitari debent Chriſti exemplum, qui
pro nobis adhuc impiis, & infeſtis mori voluit. & pro
perſequentibus Patrem oravit. Item debet Princeps
animadvertere, an ſuſcepto bello majora, & gravio-
ra damna, diſpendia, & calamitates ſubditi ſint con-
ſecuturi, quam ab ipſis hoſtibus potuiſſent timere;
Tunc namque bella etiam juſta à principe non ſunt
ineunda juxta veram Juriſprudentum, & Theologo- 23
rum ſententiam. De qua poſt Cynum, Guid.Pap. &
ejus Addit. *deciſ.113. in fin.* Petr.Bellin. *in tract.de
re milit.tit.7.* Gregor.Lopez *in L.1. tit.13. partit. 2.
per text. ibi,* Solorzan. *de jure Indiar. 3. tom. lib. 1.
c.15.n.91.* Henriquez *de irregul. c.13.gloſſ.1.* Soto *de
juſt. & jure lib.5.q.3. art.5. verſ. de concluſion.* Victo-
ria *de poteſt. civil. n. 13.* ibi: *Nullum bellum eſt ju-
ſtum ſi conſtat geri majori malo Reipublicæ, quam
bono, & utilitate; quantumvis aliunde ſuppetant ti-
tuli, & rationes ad bellum juſtum.* Probatur: quia
ſi Reſpublica non habet poteſtatem inferendi bellum,
niſi ad tuendum ſe, reſque ſuas, atque ſe protegen-
dum: Ergo ubi ipſo bello attenuatur potius, atque 24
atteritur, quam augetur; bellum erit injuſtum, ſi-
ve à Rege inferatur ſive à Republica: optime Mo-
lin. *tom. 1. diſp 102. num. 8. incipit. illud etiam* Et
tradit Zypeus *lib. 4. c. 7. & 8.* Tunc igitur bellum
juſte ſuſcipitur, quando jus, vel injuria aliter emen-
dari nequit: ut dixit Ariſtot. *Fac ut bellum ſit ul-
timum opus tuum.* Refert Mart. *de juriſd. p.1.c. 39.
num. 12.* Et denique bellum eſt gerendum ut pa-
cem habeamus, ut dictum eſt ſupra; & ultra ibi re-
latos tenet Bald. *in c.1. de pace tenenda.* Et probat 25
text. *in c. noli 23. q. 1.* Andr. Gail. *de pace publ.lib.
1. c.4. num. 19. & 20.* Cevall. *q. 906. num. 127. &
128.* Camill.Borall. *de præſt.Reg.Cath.c.32.n.82.* Gail.
lib.2. obſerv.57. n.4. Georg. Accac. *de privileg. milit.
c.4.n.16.* Hug.Grot. *de jure belli, & pac. lib.3.c.15.*
§. 2.

§. 2. Et hæc erit recta bellantium intentio : nam ut
dixit Accac. *d. cap. 1. n. 19.* non quæritur pax, ut bel-
lum excitetur, ſed bellum geritur, ut pax adquiratur.
Et ut ait Cicer. *de Repub. Nulluna à civitate optima
bellum ſuſcipitur niſi aut pro fide, aut pro ſalute.* Va-
lenz. *in monit. contra Venet. p. 7. n. 60. pag. 448.* refert,
& ſequitur Salgad. *de reten. Bullar. p. 1. c. 5. n. 8. &*
26 6. Ubi circa Ciceronis authoritatem advertit ibi fi-
dem non accipi quatenus cum Religione Catholica
convenit ; quia hæc Ciceroni fuit incognita ; ſed pro
fœdere, & pro tuenda Republica juxta regulam ju-
ris *Frangenti fidem, fides frangatur eidem, L. con-
ventionum 5. Cod. de pact.* Ferdin. Mendoça *de pact.
lib. 2. c. 9.* Cevall. 9. 906. *n.* 154. Connan. *Comment.
juris lib. 5. c. 3.* Et ita Ciceronem intelligit D. Au-
guſtinus *de Civit. Dei lib. 11. c. 6.* verbum pro ſalute
accipiendum non de ſalute corporis individui, ſed
corporis myſtici Reipublicæ declarant DD. citati.

Ex dictis opportune quæritur, An bellum geſtum
27 à Principibus Chriſtianis adverſus infideles ſit juſ-
tum, & licitum, ut infideles cogantur Fidem Chriſ-
tianam ſuſcipere ? Ad quod primo notandum eſt cum
Bonac. *de reſtit. in partic. diſp. 1. q. ult. ſect. 1. punct.
ult. §. 2. n. 12.* triplex eſſe infidelium genus. Quidam
enim ſunt ſubjecti Principi Chriſtiano de facto, & ju-
re : ut ſunt Judæi in Italia, & Pagani, qui habitant
in terris noſtrarum Indicarum Orientalium, & hos
poſſe Principem punire ob ſcelus admiſſum, & quan-
28 do peccant contra naturam, immo illos bonis ſecun-
dum leges privare. Et ſi opus fuerit illis bellum in-
ferre, dubium non eſt ; quia tanquam ſubditi ligan-
tur legibus Regis Molin. *tom. 1. diſp. 106. n. 4. & in
materia de fide q. 10. art. 11.* Bonac. *d. §. 2. verſ. hoc
poſito.* Alii vero ſunt ſubject. Chriſtianis de jure, non
de facto : ut ſunt Turcæ, & Mauri occupantes ter-
ras Chriſtianorum, ad quas recuperandas jus habent ;
licet de facto ab his infidelibus occupentur. Et con-
tra hos à Chriſtianis, quibus terræ jure hæreditario
competunt, recte poteſt bellum indici, vel ab aliis
de conſenſu Summi Pontificis tacito, vel expreſſo.
Ita Valent. *tom. 3. diſp. 3. q. 6.* Azor. *3. p. inſtit. moral.
l. 2. cap. 7. q. 30.* Bonac. *d. §. 2. q. 12. verſ. reſpondeo
ſecundo.* Quod quidem non tantum conititur funda-
mento, ſed etiam quia Mauri, & Turcæ ſunt Chriſ-
tianorum acerrimi hoſtes, & quandoque eos perſe-
quuntur. Immo adeo habent odio Chriſtum, & ſuam
Eccleſiam, ut in *c. ſi Judæas de Judæis* ut præſu-
mendum ſit quod data opportunitate bellum nobis
inferant. Quare cum melius ſit ante tempus occur-
rere, quam poſt vulneratam cauſam remedium quæ-
rere *L. 1. C. quando liceat unicuique ſine Judic. ſe vin-
dic.* Juſte defenſionem prævenendo illis bellum poſ-
ſumus inferre, quod juſtiſſimum eſt. Ex his, quæ Ca-
mill. Borrell. *de præſt. Reg. Cath. c. 32. n. 96. & 176.
& 178.* Andr. Gail. *de pace publ. lib. 1. c. 4. n. 40.* Mo-
lin. *tom. 1. diſp. 105. n. 5.* Covarr. *in reg. peccatum. p. 2.
§. 10. n. 2.* Bonac. *d. §. 2. n. 12. verſ. reſpondeo ſecundo,
& verſ. ex qua patet.* Cevall. *q.* 906. *n.* 210. *& ſeqq.*

Et denique alii ſunt infideles, qui neque de jure,
29 neque de facto ſunt ſubjecti Chriſtianis, neque illo-
rum terræ unquam fuerunt in dominio, & ditione
Chriſtianorum : ut ſunt Indi, & Pagani, adverſùs
quos juſtum indici bellum non poteſt ſine cauſa ;
quia bella publica ſine cauſa, ſunt injuſta : ut plene
tradit Hugo Grot. *de jure belli, & pac. lib. 2. c. 1.* Et
vere ſufficiens non erit cauſa, tunc ut armis cogantur
Fidem Catholicam ſuſcipere, quam ipſi amplecti no-
lunt ; nam voluntarium ſibi militem eligit Chriſtus *c.
non eſt 15. q. 1.* Quo reſpicit Canon. *Concil. Tolet. 4.
cap. 59. & 65.* ibi : *Præcipit ſancta Synodus nemini
deinceps ad credendum vim inferre, cui enim vult
Deus miſeretur, & quem vult, indurat : C. de Judæis
diſt. 45.* Unde infideles punire non poſſunt Pontifex,
neque Imperator, neque adverſùs eos bella movere,
ut Fidem Catholicam accipiant, ſi noluerint : Præci-
pue quoniam veritas Chriſtianæ Religionis quatenus
ſcilicet naturali, & primævæ Religioni non pauca
ſuperaddidit, argumentis naturalibus perſuaderi non
poteſt : Siquidem nititur hiſtoria tum Reſurrectionis,
tum miraculorum ab ipſo Chriſto, & Apoſtolis edi-
torum, quæ res eſt facti, olim quidem irrefragabili-
bus teſtimoniis probata ; ſed olim ita ut hæc quæſtio
facta ſit, & jam per antiquas quo magis ſit, ut hæc
doctrina ab his, qui nunc primum eam audiunt, pe-
nitus in animum admitti nequeat ; niſi accedentibus
ſecretis Dei auxiliis ; quæ ſicut quibus dantur, non
dantur in alicujus operis mercedem ; ita ſi quibus
negantur, aut minus large conceduntur, id fit ob
cauſas non iniquas, ſed plerúmque nobis incognitas.
Ac proinde humano judicio non punibiles. Quare
verior eſt tam Juriſtarum quam Theologorum ſen-
tentia Principes Chriſtianos non poſſe bellum indi-
cere infidelibus, ex eo ſolum quod ad Catholicam 30
Fidem non convertuntur, neque illam volunt ſuſci-
pere. Quam pluribus rationibus confirmat Molin.
tom. 1. diſp. 105. n. 4. & de Fide q. 10. Cajetan. *22. q.
99. art. 8.* Azor *inſtit. moral. p. 3. lib. 2. c. 7. q. 2.* Bo-
nac. *d. diſt. 2. q. ult. ſect. 1. punct. ult. §. 2 verſ. reſpon-
deo tertio,* Ayala *lib. 1. c. 2. n. 28.* Valent. *d. c. 5. n. 22.*
Covarr. *in reg. peccatum 2. p. §. 10. n. 2.* Ubi bene fun- 31
dat Cevall. *q. 606. à n. 183. cum ſeqq.* Ita ut neque
probat idololatriam juſte bellum infidelibus, poſſit
indici Mol. *t. 1. diſt. 106.* neque propter alia peccata,
niſi talia ſint quæ in innocentium injuriam cedant.
Veluti, ſi innocentes immolent, vel interficiant, ut
eorum carnibus veſcantur, aut aliquo alio modo pe-
rimant. Vel ſi innocentes tyrannicis legibus oppri-
mant. Tradunt Covarr. *in d. reg. peccatum p. 2. § 10. n.
4. & 5.* Menoch. *illuſtr. l. 1. c. 34. n. 2. & 5.* Molin. *d. t. 1.
dict. 109. n. 4.* Bonac. *d. §. 2. verſ. Secundus eſt.* Nam
juxta illud Iſocrat. *Juſtiſſimum eſt bellum in belluas,
proximum in homines belluis ſimiles.* Rationem tra-
dunt Doctores : quia neque ſummus Pontifex neque
Imperator aut alius Princeps, cui infideles ſubjecti
non ſunt, habent juriſdictionem in illos Ayala *lib. 1. c.
2. n. 29.* Molin. *d. diſp. 106.* Ubi dicit, quod ſolam Di- 32
vinam Majeſtatem habent ultorem. Et addit, quod
ſicut Hiſpaniæ Rex non poteſt punire peccata admiſ-
ſa in Gallia ; ita neque peccata infidelium, quæ non
cadunt in alicujus injuriam. Dicente D. Paulo 1. *ad
Corinth. c. 5. Quid mihi de his, qui foris,* id eſt extra
Eccleſiam ſunt, *judicare.* Quaſi dicat, quod judiciũ,
& infidelium punitio non ad Eccleſiaſticam poteſta-
tem, ſed ad Deum ſpectat. Unde cum hoc bellum non
inferatur ad propulſandas, ſeu vindicandas proprias,
vel ſubditorum, proximorumque injurias neque ad
rés repetendas, & idololatria ſit tantum contra Deum ;
non poterit Princeps ob eam cauſam ; vel peccatorum
commiſſorum tantum in Deum, bellum movere.

Maxime : quia Reges infidelium non ex eo impe-
rium amittuntur, quod infidelitatis tenebris excæca-
ti lumen Divinæ legis non vident. Et enim in ſacra
Scriptura Reges appellantur ; & à Deo Regnum, &
Imperium acceperunt : ut bene fundat Melch. de Va- 33
lent. *d. lib. 1. tract. 2. cap. 5. n. 22. & 23.*

Quamvis autem Chriſtiani bellum gerere nequе-
ant adverſùs prædictos infideles tertii generis ob
eam ſolam cauſam, quod Chriſtianam Religionem
nolint profiteri ; tamen Chriſtiani non poſſunt juſte
impediri in prædicatione Fidei Orthodoxæ, quo- 34
niam ſi impediantur, illis fit injuria, ad quam pro-
pulſandam poſſunt Principes Chriſtiani contra infide-
les juſtum bellum movere. Vel quando moniti à
Chriſtianis ab idolorum vano cultu nolunt ſe abſti-
nere Covarr. *in d. reg. peccatum 2. p. §. 10. nu. 13.
verſ. quarto licitum & §. 11. n. 5. verſ. fateor. plan.*

Digitized by Google

Bened. Ægid. *in d. ex hoc jure* 1 *p. c.* 3. *n.* 17. *verſ. qua ſententia, ff. de juſt. & jure*, Salgad. *de retent. Bullar.* 1. *p. c.* 1. *n.* 166. Dominic. Banch. 2. 2. *q.* 10. *art.* 10. *col.* 528. *verſ. tertia, & quarta concluſio*, Molin. *in mater de Fide q.* 10. *art.* 8. Ubi docet quod cum Chriſtiani jus habeant annuntiandi Evangelium ubique terrarum; etiam habent poteſtatem concionatores mittendi, & deferendi ad quoſcunque infideles, & ipſos cogendi, non ut Evangelium ſuſcipiant, ſed ne impedimento ſint Prædicatoribus, quominus illud denuntient, neque ipſorum vaſſallis, & gentibus, ne illud audiant, & ſuſcipiant, & juxta illud vivant: quod ſi non fecerint, bellum adverſus Reges, & Dynaſtas infidelium indicere poſſunt Azor. *tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 8. *c.* 16. *verſ. ſeptimo quæritur.* Magiſter. Petr. Lorca *in a.* 2. *art.* 8. *q.* 11. *ſect.* 3. Seraph. de Freytas *de juſt. Imper. Aſiat. c.* 9. *n.* 6. *&* 7. Bellarm. *lib.* 1. *de Roman. Pontif. c.* 9. *& ſeqq.* Soarez. *lib.* 1. *contra ſect. Anglic. c.* 10. Solorz. *de jure Indiar. lib.* 1. *c.* 20. *per totum*, Bonac. *d.* §. 2. *verſ. primus eſt.*

Ultra juſtitiam belli neceſſario requiritur diffida-
35 tio. Illi enim hoſtes dicuntur, quibus publice Populus Romanus bellum indixit; vel à quibus ipſi Populo Romano indicabatur: ut docuerunt Ulpian. & Pompon. *in L. hoſtes* 24. *de capt. & in L. hoſtes* 118. *ff. de verb. ſignific. L. in tantum* 8. *ſacræ L.* 9. *ff. de rer. diviſ.* In quibus juribus adverbium publice intelligi debet, per Pontificem publica authoritate. Quippe apud priſcos Romanos fuit Collegium Fecialium, quorum magna erat authoritas; nam ad eos pertinebat dare operam, ne Romani alicui civitati fœderatæ injuſtum bellum inferrent; & de bellis, fœderibus, pactionibus & injuriis illatis ſociis, aliiſque gentibus confœderatis cognoſcere: Ita quod ſi qua prior contra fœderis conditiones aliquid admiſiſſet, legatos mittere ſolebant, & verbis jus ſuum, reſque repetere clara voce: quod ſi facere noluiſſet, poſtulata, renuntiata primum amicitia, & ſocietate, poſt triginta dies ſolemnes bellum indice mediante Patre Patrato, qui inter Feciales primus erat, & bellum indicebat. Et ſic Collegium jus feciale exercebat, cujus hæc erant verba: *Belli, pacis, Fœderum, induciarum, Oratorum, Feciales Judices ſunto* Cicero *lib.* 2. *de legib.* Notant Ayala *de jure belli l.* 1. *n.* 7. *cum ſeqq* Camill. Borrell. *de præſt. Reg. Cath. c.* 32. *à num* 15. *cum ſeqq.* Hugo Grot. *de jure belli, & pac. lib.* 3. *c.* 3. Ubi de aliis ſolennitatibus, & cæremoniis ſolitis in indictione belli. Et tradit Melch. de Valent. *d. lib.* 1. *illuſtr. tract.* 2. *c.* 5. *n.* 171. quod Numa Rex Romanorum Feciales inſtituit, eoſque pacis cuſtodes conſtituit, ex Plutarch. *in vita Camill.* Addens ex Dyoniſio Halicarnaſſeo Feciales ſelectos fuiſſe ex præſtantiſſimis familiis. Dum autem dijudicarent bellum eſſe indicendum, Pater Patratus haſtam in hoſtium fines manu torquebat: ut probat Feſt. Pompon. *lib.* 2. *&* 8. Aul. Gel. *noct. Attic. lib.* 10. *c.* 27. *& lib.* 16. *c.* 11. Quam haſtam ſumi ſolere in ara templi Bellonæ cecinit Ovid. *lib.* 16. *Faſtor.*

Hinc ſolet haſta manu belli prænuntia mitti
In Regem, & gentes, cum placet arma capit.

36 Et quamvis hæ ſolennitates in deſuetudinem abierint: Nihilominus tamen ſi bellum geritur inter Principes Chriſtianos, diffidatio omnino neceſſaria eſt, ut ſcribunt Hoſtienſ. & Joann. Andr. *in c.* 1. *de homicid. lib.* 6. ubi Dominic. & Philipp. Francus *notab.* 1. *&* 12. & cum Bald. & Jacob. de S. Georgio tenet Camill. Borrell. *d. c.* 32. *n.* 107. Melch. de Valent. *d. cap.* 5. *n.* 17. *&* 18. Ubi, quod poſt diffidationem publica authoritate bellum indictum juſtum reputatur, ut belli effectus ſequantur Beſold. *in ſynop. Polit. doctr. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 16. Ceſſante verò diffidatione bellum proditorium dicitur; ut tradunt præci-
tati DD. Non autem requiritur diffidatio, ſi bellum 37
geratur contra Sarracenos, aut hæreticos Camill. Borrel. *d. c.* 32. *n.* 107. *&* 108. Et inſuper non erit opus diffidatione in bello defenſivo, cum is, qui offendit, etiam non monitus ſcire debeat aggreſſum pro virili ſe defenſurum, neque etiam erit neceſſaria, quando bellum indicitur contra rebelles, qui noſtro ſuberant imperio. Prout utrumque docet Beſol. *d. c.* 12. *n.* 16 Et faciunt, quæ Tuſc. *litter. B. Concluſ.* 39. *n.* 7. *& ſeqq.*

Itaque poſt diffidationem liciti ſunt belli effectus, 38
non ante Tuſc. *concluſ.* 39. *nu.* 8. *&* 9. Hug. Grot. *de jure belli, & pac. lib.* 3. *cap.* 3. *circa fin.* Eſt igitur primus effectus juſti belli, quod capti in bello jure gentium ſervi capientium fiunt *L. poſt liminii* §. *in pace* 39
L. in bello §. 1 *L. ſi quid bello, ff. de capt. & poſt lim. reverſ.* Gama *deciſ.* 335. *nu.* 1. Ayala *de jure belli lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 16. Et hoc jure utimus in bello juſto inter Chriſtianos, & Turcas Capyc. *conſult.* 97. *nu.* 21. Ita Mauri, aut Turcæ capti à Chriſtianis ſervi efficiantur; quia adversùs eos juſtum gerimus bellum Gama *deciſ.* 335. *nu.* 1. ubi additio Flores de Mena. An Autem Chriſtiani capti à Turcis eorum ſervi efficiantur? Dubium eſt: quia bellum ex ſua parte eſt injuſtum: Ideoque non adquirunt dominium cap- 40
tivorum Capyc. Latro *conſult.* 97. *num.* 2. Molin. *de juſtit. & jure tom.* 1. *tract.* 2. *diſput.* 118. Sed verius eſt oppoſitum; cum enim bella ſint juris gentium *d. L. ex hoc jure, ff. de juſt. & jur.* De Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 11. *n.* 4. & in bellis cum Turcis, & Mauris jus gentium ſervetur Petr. Bellin. *de re militar. p.* 3. *tit.* 1. *n.* 12. *in fin.* Natta *conſ.* 284. *n.* 4. dicendum eſt Chriſtianos captos à Turcis ſervos eorum fieri. Vincent. de Franch *deciſ.* 268. *nu.* 5. Petr. Caball. *reſolut. crim. cap.* 220. *n.* 33. ubi, quod in hoc caſu habet locum jus poſtliminii Ayala *de jure bell. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 29. Capyc. Latro *d. conſult.* 97. *n.* 11. Fragoſ. *de regim. Reip. tom.* 3. *lib.* 18. *diſp.* 21. §. 1. *n.* 5. Bell. *de obligat. juſt. p.* 1. *lib.* 1. *in prælud. q.* 9. *n.* 4.

At verò in bello etiam juſtiſſimo, quod geritur 41
inter Chriſtianos capti non fiunt capientium ſervi ex antiquiſſima conſuetudine, ut docuit Bart. *in L. hoſte n.* 16. *in fin. ff. de captiv.* Covarr. *in reg. peccatum p.* 2. §. 11. *n.* 6. Valaſc. *conſult.* 30. *nu.* 7. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 801. *n.* 1. *& ſeqq.* Petr. Caball. *in d. tract. caſ.* 140. *n.* 1. Arias de Meſa *lib.* 2. *var. c.* 23. *nu.* 15. Vincent. de Franch. *dec.* 268. ubi Addentes Grammat. *deciſ.* 71. Ayala *d. c.* 5. *n.* 19. Fragoſ. *diſp.* 21. *n.* 5. Unde cum capti libertatem retineant, rite teſtamentum facere poterunt, & ex alterius teſtamento 42
capere Valaſc. *conſult.* 30. *n.* 9. *&* 16. Gratian. *d. c.* 801. *n.* 31. *&* 32. D. Joſeph. Vela *diſſert.* 35. *n.* 1. *&* 21. argumento text. *in L. qui à latronibus ff. de teſtam. L. poſtliminium* 39. §. *à piratis, ff. de captiv.* Proindeque tales capaces ſunt omnium actuum, & ſucceſſionum, majoratuumque, & in nihilo à liberis differunt: & facit doctrina Bald. *in L.* 1. *n.* 9. *q.* 13. *C. de ſacr. Eccleſ.* qui dicit obſidem, & captum in bello poſſe facere teſtamentum, quamvis bellum ſit juſtum.

Notandum tamen eſt, quod quamvis capti in bello 43
inter Chriſtianos, non efficiantur ſervi de conſuetudine; tamen in locum ſervitutis ſucceſſit jugum carceris, & redemptionis, ſeu Taleæ; ut notabiliter dicit Salicet *in L. ab hoſtibus à* 2. *n.* 7. *verſ. item prædicta vera, & præcipue n.* 18. *verſ. ſed hoc ſuppoſito*, ſequitur Alciat. *in d. hoſtes ante n.* 4. *verſ. & inter Chriſtianos*, optime Petr. Caball. *caſ.* 140. *n.* 15. Ideoque capti juſtè retinentur pro pretio redemptionis: Etenim hoc improbandum non eſt, tanquam inventum ad vitandum majus malum, milites namque ſpe pretii allecti captivos potius ſervabunt, & non interficient Valaſc. *conſult.* 30. *n* 4. *&* 5. Ubi etiam tradit pretium redemptionis regulandum eſſe ex qualitate,

&

&divitiis perſonæ captæ; ita ut milites capientes poſſint cogi per Judicem relaxare captivos pro pretio ſic regulato, etiamſi nolint Rebuff. *in L.hoſtes* 118. *ff. de verbor.ſignif.* Stephan. Gatian. *d.c.*801.*n.*17.Caball.*d.caſ.*140. *n.*16. Qui ſubjungit, quod talea debet eſſe talis, ut veriſimiliter ſolvi poſſit: *& n.*17.ait, quod capti non debent inhumaniter, & crudeliter tractari, ut taleas inſuperabiles ſolvant: & *n.* 18.tenet, victores non poſſe extorquere à captis ultra trientem bonorum ſuorum Petr. Bell. *de bel.p.*2.*tit.*11.*n.*7. *& p.* 4. *tit.* 3. *num.*5. Giurb. *obſerv.* 29. Apud nos ve-
44 ro licet antiquitus hæc redemptionis talea fuit obſervata, jam jam in deſuetudinem abiit, & ſolent capti in carceribus ſervari, quibus de publico alimenta decernuntur: & pro aliis noſtris captis ab hoſtibus ſolent permutari: Si verò non adſint alii, pro quibus permutentur, recte poterit talea decerni, juxta ſuperius tradita Ayala *de jure bell. d. cap.*5.*num* 19.

45 Res autem, bona capta ab hoſtibus in bello legitime, & juſte illato, fugatis hoſtium copiis, devictiſque exercitibus, ſtatim noſtra fiunt*L.*1.§.1.*ff. de acquir. poſſeſſ.L.naturalem* 5.§.*fin.L.transfugam* 51.*ff.de acquirend. rer.domin.*§.*item ea Inſtit. de rer.diviſ.L.hoſtes* 24.*L.ſi quid bello* 28.*ff.de captiv.*Gratian.*diſcep. forenſ.cap.*801.*n.*1.*&* 37.*cum ſeqq.* optime Petr. Caball. *caſ.*140.*n.*1. Gama *deciſ.* 3 4. *n.* 2. Vincent de Franch *deciſ.*267. Grammat.*dec.*61. Duaren.*ind.*1. §.1.*ff. de acquir.poſſ.*ff. Vacon.*lib.*1.*declarat.cap* 21. Donel. *lib.comment.c.*21.Connan.*lib.*3. *cap.*3. Menchac. *de ſucceſſ.creat.*§.1.*n.*43.Melch. Valent. *lib.* 1. *Illuſt.tract.*1.*cap.*5.*n.*24.Scaccia *de commerc.*§.1.*num.*144. Ayala *de jure bell. lib.*1. *cap.*5. *n.*1. Caſtill. *d. tert. c.*41.*n.*92.Cabed. *p.*2.*deciſ.*88.*n.*1. Joann. Hering.*de Moiend.de q.*12.*de occup.n.*15. Bened.Ægid. *in L.ex hoc jure* 1.*p.c.*1.*n.*15. & poſt hæc ſcripta viſus Emmã.Alvar Pegas *ad Ord.lib.* 1.*tit.*51.*c.*56.*n.*8.*&* 10.

46 Quæ reſolutio bene procedit in rebus mobilibus captis, non vero in rebus immobilibus, quæ non fiunt capientium, ſed publicantur; id eſt publicæ efficiuntur *L. ſi captivus* 20.§.1.*ff.de captiv.L. Divus* 31.*ff. de jur. fiſc.* Et ſic ad Principem ſpectant, vel ad Rempublicam, cujus nomine, & expenſis bellum geritur Ayala *d.c.*5.*n.*3.Petr.Caball. *d.caſ.* 140. *nu.*6. Gratian.*d.c.*801.*n.*60.Hug.Grot. *de jur. belli lib.* 3. *cap.* 6. §. 11. Cabed. *d. deciſ.* 88.*num.*6. Joan. Hering. *d. q.* 13. *num.* 16.

47 Mobilia verò fiunt capientium nedum in bello quod geritur contra infideles, & Turcas, ſed etiam in bello juſto, quod geritur inter Chriſtianos; quia quoad bona jus antiquum incorrectum ſervatur Boer. *dec.*178. Loſred.*conſ.feud.*45.*n.*2. Gaſp. Theſaur. *l.* 2.*forenſ.q.*98.*n.*3.Azor.*t.*3.*mor.l.*2.*c.*7.*q.*24. Covarr. *in d.reg. peccatum p.*2.§.11. *n.*6. Arias de Meſa *l.* 2. *var.c.* 23.*n.* 16. & cum Alex. Soc. & Salicet. Petr.
48 Caball.*caſ.*140.*n.*11.Gratian. *d. c.*801.*n.*1. Attamen milites res captas præſentare, & conſignare debent Duci exercitus, ut inter ſe, & alios milites eas diſtribuat juxta eorum merita: ut ſcribunt Bartol. *in d. L.ſi quid bello n* 3. Alex. *in d. l.* 1.*ff.de acquir.poſſeſſ. notab.*4.ubi Jaſ.etiam *notab.* 4. Salicet. *in L. ab hoſtibus. a* 2. *n.* 6. *verſ. circa prædicta*, Petr. Bellin. *in tract. de re militar.p.*2.*tit.*18.*n.*23.*& ſeqq.verſ. Item quod dictum eſt.* Vincent. de Frauch.*deciſ.*268. Petr. Caball. *d.caſ.*140. *n.*1. Solorzan. *de jur. Indiar.tom.* 1.*lib.*2.*cap.*6.*n.*38. Creſp. de Valdaura *obſervat.* 16. *n.*6. niſi alia exiſtat conſuetudo pro varietate Provinciarum Covarr. *in d.reg.peccatum p.*2.§.11.*n.*6. Molin. *de juſtit. & jur. tom.* 1. *diſp.* 117. *num.* 4.

49 Sed obſtare videtur, quod non tam apud Romanos quam apud cæteras Nationes præda, & hoſtium ſpolia in bello capta, Regi, ſeu Reipublicæ quærebantur; ita ut Romæ per Quæſtores publice diſtraherentur, & redacta ex his pecunia in ærarium deferebatur, ut conſtat ex Liv. *lib.* 5.25.*&* 38. & docet Dionyſ. Halicarnaſ. eis verbis: *Quæcunque ex hoſtibus per virtutem capta ſunt, ea lex jubet publica eſſe, itant non modo privati eorum domini non fiant, ſed metipſo quidem. Imperator exercitus: verum Quæſtor illa accipit, & in publicum refert.* Quo reſpexit Modeſtin. *in L.penult. ff. ad leg. Jul.peculatus dicens, Eum qui aliquid ex præda ſubſtraxerit lege Julia peculatus teneri, qui a pecuniam Reipublicæ ſubtraxiſſe certum eſt.* Etenim peculatus non datur, niſi in re publica, ſacra, aut religioſa *L.* 1. *C. eodem tit.* Atque ita bene ex Modeſtini ſententia probatur, prædam ad Rempublicam pertinuiſſe, ejus nomine bellum gerebatur, cum ſinguli milites nomine Regis ſpolia caperent: Et ea propter plures, qui prædam ſibi abrogarunt, peculatus crimine damnatos legimus: ut de Lucio Scipiune, & aliis ex Valer. Maxim. & Liv. tradit Hug. Grot.*d.lib.*3.*cap.*5.§.14. Nihilominus tamen de conſuetudine arbitrium erat conceſſum Imperatoribus diſpenſandi de præda: ut per Liv.*lib.* 37.*& lib.*5.Hug. Grot. *d.c.*5. §.15. Sicut ex publicis agris aliqua pars militibus aſſignari ſolebat. *L. item ſi* 15.§.*item ſi forte rei vind.L.Lucius de evictiõn. L.in agris de acquir. rer. domin.* Valent. *illuſtr. l.*1.*tract.* 2.*c.*5. *n.*29. Et multum poſt hæc ſcripta viſus: Emman. Alvar. Pegas *ad Ordin. lib.*1. *tit.* 56. *n.*5.*&* 6.

Cæterum illud jus Reipublicæ in deſuetudinem 50
abiit; & dubium non prædam capientium fieri ex juribus, & Doctoribus ſupra citatis. Et in his temporibus hoc jure utimur, ut ex præda quintum ad Regium fiſcum antè omnia applicetur: de quo nullam in hoc Regno legem habemus; ſed de conſuetudine ſervatur diſpoſitio legis Caſtellæ 20.*tit.*4.*lib.*6.*Recopilat.* de qua Caſtill.*de tert.c.*41.*n.*93.Solorzan.*tom.* 1.*lib.*2.*c.*6.*n.*40. 41. *&* 42.Creſp.de Valdaura *d. obſerv.*18.*n.*36. Plane illius quintæ partis jus eſt de Regalibus majoribus, quæ in perpetuum alienari non poſſunt Caſtill. ex Greg. Lop. Palac Rub. & Joan. Garc.*d.c.*41. *n.*93. Quare in his tẽmporibus deducta quinta parte, reſiduum prædæ inter milites, & Duces dividitur arbitrio Judicis, & in hoc regulari debet ſecundum jus, æquitatem; ita ut diſtributio fiat juxta cujuſque merita, & laborem, conſiderata etiam perſonarum qualitate Creſp. *d. obſerv.* 16. *num.* 30. Hug. Grot. *d. lib.* 3. *c.* 5. §. 17. Ubi plene edocet quanta pars pediti, quanta equiti adhibenda ſit: Et ſubjungit Imperatori exercitus, quoquo modo fieret diviſio, licitum eſſe aliquid ex præda accipere præcipuum: quod vulgo dicitur *joya*: ſed hac conſuetudine Duces, & Imperatores exercitus abutuntur, quippe non tantum ſibi, ſed, & uxori, filiiſque aliud præcipuum deducunt: & multoties antequam quinta fiſci pars extrahatur, ſuper quo Princeps providere debet, ne fraus fiat fiſco contra juris regulas.

Prædicta diſtributio procedit in rebus captis ab 51
hoſtibus in belli conflictu, quia commune periculum fuit; & ne aliter omnes magis prædæ, quam pugnæ incumberent Auguſt.Morla *in empor jur.tit.* 12.*q.* 6. Creſp. *obſerv.* 16. *n.* 9. Et ſic in dicta diſtributione major habenda eſt ratio eorum, qui pugnæ, quam qui prædæ interfuerunt, ut cum Alexan. Jaſon. Socin. & Salicet, docet Caball. *d. caſ.* 140. *n.* 3.

At vero præda capta in incurſionibus, vulgo *Cor-* 52
rerias, ad eos tantum pertinet, qui prædæ interfuerunt, & his qui auxilium præſtiterunt: ut ex Salicet, quem refert, & ſequitur, tradit Vincent de Franch. *deciſ.*268.*n.*3. Qui rationabilem dicit eſſe prædictam diſtinctionem, & eam amplectitur Caball. *d.caſ.*140. *n.*4. Caſtill.*deciſ.* 107. *n.*27. *tom.*2. Creſp.*d. obſerv.* 16.*n.*10. Ubi quod talis præda non eſt repræſentanda Duci exercitos, ſed capientium ſit. Quod intelligerem, quando milites caſo, & injuſſu Ducis

res ab hoſtibus ceperunt : Non verò quando juſſu
Ducis incurſionas per territorium hoſtium fecerunt.
Tunc namque illa conſignari debent mobilia, & ſe
moventia ab hoſtibus capta, ut quinta pars fiſco ap-
plicetur, & præda inter capientes dividatur. Ex ea
ratione quia in hoc caſu milites authoritate publica
fecerunt incurſiones; & ita ut capta à nave deſe-
53 rente Regis vix illa, Regis ſunt L. decernimus C. de
aquæd. l. 11. L. ſtemmata, C. de fabricenſ. l. 11. c. ſi
Judex 12. de ſent. excom. in 6. junctis his quæ gloſſ.
& DD. in L. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. Gom. in l. 45.
Tauri n. 76. Andr. Gail. l. 2. obſ. 55. n. 10. Scac. de
comm. §. 2. n. 89. & 90. Creſp. d. obſerv. 16. n. 41. Ita
capta à militibus juſſu & authoritate Ducis ejuſdem
ſunt naturæ, ac capta in belli conflictu.
54 Hactenus de rebus hoſtium, quæ eis ablatæ ſunt à
noſtris militibus, Nunc de rebus noſtris, quæ fuerunt
ab hoſtibus captæ, & fortitudine noſtrorum militum
fuerunt recuperatæ. Quæ quidem ad veteres domi-
nos pertinent, ſi nondum in præſidia hoſtium perla-
tæ fuerint. Ex ea ratione, quia nondum hoſtium
factæ ſunt L. poſtliminii 5. L. poſtliminium 19. § poſt-
liminio, ff. de captiv. L. 26. tit. 26. partit. 2. ut ſcri-
bunt poſt antiquiores in d. L. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.
Covarr. in reg. peccatum p. 2. §. 11. n. 2. & 7. Argu-
mento text. in L. Pomponius ff. de acquir. rer domin.
Valent. Illuſtr. l. 2. tract. 2. c. 5. n. 30. Ayala de jur. bell.
l. 1. c. 5. n. 37. Gama dec. 384. ante n. 3. Æg. in L. ex
hoc jure c. 1. n. 13. Caball. reſ. crimin. caſu 140. n. 8.
Valent. d. c. 5. n. 30. Hug. Grot. de jure belli lib. 3. cap.
6. §. 3. Emman. Alvar. Pegas d. c. 56. n. 38. Non enim
videntur res captæ, neque de priorum dominorum
dominio exiiſſe, quæ incontinenti recuperentur ar-
gum. text. in L. 3. §. cum igitur, ff. de vi, & vi armata.
55 Si vero res noſtræ ab hoſtibus captæ in locum tutum
ab illis delatæ ſint, & intra eorum præſidia collocatæ
ceſſante jam bello, licet poſtea à noſtris militibus re-
cuperentur, prioribus dominis reſtituendæ non ſunt,
ſed remanent militibus in præda. Ratio eſt: quia res
hoſtium capientium factæ fuerunt d. L. poſtliminii. 5.
§. 1. ff. de captiv. Et ideo quando noſtri capiunt, non
jam rem priorum dominorum, ſed hoſtium capiunt:
Ac proinde res ſuas faciunt. Quam opinionem ſe-
quuntur Molin. de juſt. tom. 1. diſp. 118. Morla in
empor. juris 1. p. tit. 12. q. 6. n. 17. verſ. ſed in hac con-
troverſia. Et plures alii quos refert Covarr. in reg.
peccatum 2. p. §. 11. n. 8. Bened. Ægid. in L. ex hoc ju-
re 1. p. c. 1. n. 14. Optime Capyc. Latro conſult. 97. à
n. 14. cum ſeqq. Ayala d. c. 5. n. 37. Petr. Caball. re-
ſol. crimin caſu 140. n. 8. Gama dec. 384 n. 3. Qui
tenet ſufficere, quod capta ab hoſtibus apud eos per-
noctentur; quamvis ad eorum præſidia non ſint per-
lata. Et idem diſponit lex Caſtellæ 26. tit. 26. partit.
2. Namque ſpatium viginti quatuor horarum fuit in
ſpecie à Doctoribus arbitratum, ut ex intervallo re-
cuperatio facta dicatur Ripa in L. 1. n. 3. notab. 4. ff.
de adquir. poſſeſſ. Angel. in diſput. renovata guerra
ſub verſ. & audivi, Bened. Ægid. d. cap. 1. nu. 13.
56 Molin. d. diſput. 118. n. 4. Capyc. Latro d. conſult.
97. n. 14. Gama d. num. 3.
Contrarium tamen, ſcilicet, quod recuperata ab
hoſtibus etiam ex intervallo prioribus dominis ſint
reſtituanda, probare contendunt Joan. Andr. ad ſpe-
culat. in rubr. de raptorib. Alex. in l. 1. ff. de adquir.
poſſeſſ. & in L. id quod apud hoſtes, de leg. 1. ſequitur
Bollognet in d. L. 1. n. 47. Et veriorem dicit in pun-
cto juris Hormanot. Dei. in repetit. d. L. 1. de acquir.
poſſeſſ. n. 15. late Cabed. 2. p. deciſ. 88. n. 12. & ſeqq.
Pro qua ſententia alios citat Covarr. in d. reg. pecca-
tum 2. p. §. 11 n. 7. & 8. Sed verior eſt ſententia An-
geli, & Baldi : ut per Covarr. n. 8. Quam uti verio-
57 rem probat Jaſon. in d. L. 1. n. 11. & 12. Ubi Alciat.
n. 10. verſ. ego etiam Thuſch. litt. B. concluſ. 42. n. 2.
eleganter Bened. Ægid. d. c. 1. n. 14. Vincent. de
Franch. dec. 268. n. 4. Petr. Caball. d. caſu 140. n. 8.
Cui ſententiæ libenter ſubſcribo, & Joannis Andreæ
admittendam cenſeo in his tantum rebus in quibus
jus poſtliminii locum habet. De quibus in L. 2. &
ſeqq. ff. de captiv. Molin. d. diſp. 118. n. 6. Petr. Cabal.
de caſu 140. n. 10. Et ita in ſpecie tenet Bened. Ægid.
d. c. 1. n. 14. ibi: Ego etiam eandem ſententiam ſecu-
tus, præterquam in caſibus, in quibus jus poſtliminii
locum habet. Tuſch. litter. B. concl. 42. n. 5. Et idem
tenet Melch. de Valent. d. tract. 2. c. 5. n. 30. ibi:
Quod ad eas tantum res reſtringi debet, in quibus poſt-
liminium locum habet, ut eo jure eas recuperemus:
Ayala d. c. 5. n. 38. Petr. Caball. d. caſu 140. n. 9.
Intellige ſuperius tradita de reſtituendis rebus prio- 58
ribus dominis, ut procedant, quando recuperatio fac-
ta fuit incontinenti; ſecus ſi ex intervallo juxta doc-
trinam Bald. in L. ab hoſtibus nu. 12. C. de captivis.
Quem ibi ſequuntur Angel. q. 12. & in diſput. revocata
guerra col. 2. Capyc. Latro conſ. 97 à n. 12. cum ſeqq.
Molin. diſp. 11. n. 4. Bened. Ægid. d. c. 1. ſub n. 13.
Ayala d. lib. 1. c. 5. n 37. Fragoſ. de regim. Reip 1. tom.
diſp. 5. n. 16. verſ. ſecus ſi præda. Secundo intellige, ut 59
veris dominis reſtituantur capta ab hoſtibus etiam
poſita intra eorum præſidia, quando recuperata fue-
runt à militibus, qui hoſtes inſequebantur; quia
adhuc non videntur in loco tuto eſſe collata, Sali-
cet. in d. L. ab hoſtibus n. 3. Gregor. Lopez in d. L.
26. tit. 26. partit. 2. Bened. Ægid. d. c. 1. n. 13. in fin.
Capyc. Latro d. conſult. 97. n. 13. Caball. d. caſu 140.
n. 7. Subintellige tamen, ut ſi milites, qui capta ab
hoſtibus, & intra præſidia repoſita poſtea recupera-
runt, paſſi fraudulenter ſunt ea prius ab hoſtibus au-
ferri, & intra præſidia reponi, & cum poſſent hoſtes
perſequi, neglexerunt, teneantur non ſolum recu-
perata prioribus dominis reſtituere, ſed etiam id,
quod ſervare potuerunt, & eorum culpa fuit amiſſum,
ut apud Caſtellanos cautum eſt in L. 26. & 31. tit. 26.
partit. 2. L. 13. tit. 9. partit. 5. Et facit text. in L. Julia- 60
nus §. ult. ff. de rei vendic. Ayala de jure bell. d. lib.
1. num. 37.
Capta vero à piratis, & latronibus nunquam capien- 61
tium fiunt, & à noſtris recuperata quocunque tempo-
re prioribus dominis reſtituuntur, quia piratæ juſti
hoſtes non ſunt: Et ideo domini rerum captarum nun-
quam dominium amiſerunt L. hoſtes, L. Latrones, L.
poſtliminium §. à piratis, ff. de capt. L. qui à latronibus
ff. de teſtam. Covarr. in reg. peccatum 2. p. §. 11. n. 7.
Cebad. 2. p. dec. 88. n. 9. & 11. Ayala de jure bell. lib. 1.
c. 5. n. 38. Ramon. conſ. 69. n. 7. Molin. 1. tom diſp. 118.
n. 14. Capyc. Latro conſult. 67. n. 3. Greg. Lopez. in l.
9. tit. 14. art. 7. verb. en la mar. Vinc. de Franch. deciſ.
268. & dec. 278. Bened. Ægid. d. c. 1. n. 19. Petr. Greg.
lib. 20. ſyntagm. cap. 5. n. 9. Theſaur. forenſ. l. 2. q. 98. n.
8. Peregr. conſ. 101. nu. 1. lib. 4. Fragoſ. de regim. Reip.
1. p. lib. 3. diſp. 5. §. 2. n. 16. Sunt autem piratæ omnes 62
qui ſine juſſu ſui Principis mare infeſtant, qui latrun-
culi, & prædones appellantur. L. hoſtes, ff. de captiv.
Bened. Ægid. in L. ex hoc jure c. 1. n. 20. Alciat. in L.
hoſtes, de verb. ſignif. Unde dubitari poteſt, An Tur-
cæ & Sarraceni piratæ proprie dicantur; ita ut rerum
captarum à Chriſtianis dominium non acquirant, &
recuperatæ à noſtris dominis veteribus reſtituantur.
In qua quæſtione pro parte affirmativa facit: 63
Quod licet bellum geſtum à Chriſtianis contra Sar-
racenos ex noſtra parte juſtiſſimum ſit: ut plena ma-
nu docet Petr. Caball. reſol. crim. caſu 229. Gama
deciſ. 335. Borrell. de praſt. Reg. Cath. c. 32. n. 96.
176. & 178. Tamen ex illorum parte bellum eſt in-
juſtum Covarr. §. 11. in reg. peccatum n. 7. in fin. Mo-
lin. d. diſp. 118. n. 14. & ſeqq. Capyc. Latro d. conſult.
97. nu. 2. Unde capta in dicto bello injuſto reſpectu
Sarracenorum nunquam illorum fiunt juxta eorũ ſen-
tentiam,

tentiam, qui tenent capta in bello injuſto non fieri capientium. Pungit Bened. *Ægid. in d. L. ex hoc jure c. 1. n. 16.* Et ſic veris dominis ſunt reſtituenda ſive à capientibus Hugo Grot. *de jure bell. lib. 3. cap. 10. §. 5.* ſive à detinentibus Grot. *d. cap. 10. §. 6.* Covarr. *d. §. 11. n. 7. & 8.* Molin. *d. disp. 118. n. 9. & 10.*

64 Cæterum contraria ſententia longe verior eſt, & tenenda: quia Sarraceni, & Turcæ quamvis infideles Regibus gubernantur, & hi Reges appellantur in Sacra Pagina, & Divinis litteris: ut conſtat Paralipom. *c. 36. & lib. 2. Eſd. c. 1.* ibi: *Hæc dicit Cyrus Rex Perſarum omnia Regna terræ dedit mihi Dominus Deus Cæli.* Et ſic proprie piratæ dici nequeunt, cum juſſu ſui Principis navigent, & triremes arment pro damnificandis hoſtibus. Unde cum bella jure gentium fuerint introducta; & juxta illud bellum dicatur juſtum, quod indicitur Principe non recognoſcente ſuperiorem, Innoc. *in c. ſicut. 3. de jur. jur.* ubi Panorm. *n. 7.* Menoch. *conſ. 702. n. 84.* Recte ſequitur, quod in bello cum Turcis, & Mauris ſervandum
65 eſt jus gentium: ut in ſpecie tenet Petr. Bellin. *de re milit. p. 3. tit. 1. n. 12. in fin.* Natta *conſ. 284. n. 4.* De Pont. *de poteſt. Pro Reg. tit. 11. per totum* Optime proſequitur Capyc. Latro *d. conſult. 97. n. 19. & ſeqq.* Et hoc pro certo habuit Franch. *decis.* 268. ſuitque ſententia Fulgoſ. *in d. L. ex hoc jure*, quam amplectitur Joann. Lupus *de bello*, & Galleot. quos laudat Capyc. Latro *ſupra n. 22.* Et hanc opinionem veriorem cenſeo contra Covarr. Molin. & Cabed. Atque pro ea allego ultra citatos Ayala *d. lib. 1. c. 5. n. 19.* Petr. Caball. *caſu* 220. *n. 33.* Fragoſ. *de regim. Reip. tom. 1. disp. 5. n. 16. verſ. ſecunda opinio.* Et eſt textus optimus *in c. ſi Epiſcopus ubi gloſ. verb. libertatis de ſuppl. negl. prælat. in 6.* In quo probatur quod Epiſcopus captus ab infidelibus efficitur eorum ſervus: ut notat ibi *gloſſ. verb. libertati.*: & tenent ibidem Franc. *n. 3. in fin.* Dominic. *ſub n. 7.* Marian. Socin. *conſ. 92. in princ.* Pavin. *de poteſt. capitul. præl. 7. n. 11.* & alii, quos refert, & ſequitur Auguſt. Barboſ. *in d. c. ſi Epiſcopus n. 2.* Quod ea ſola ratione ſubſtineri poteſt; quoniam capta in bello cum infidelibus capientium fiunt ex utraque parte: Et ſic manet inconcuſſa prædicta opinio. Et ita tenet omnino videndus Petr. Caball. *d. caſu* 220. *n. 33.*

66 Solet etiam dubitari, An capta ab hoſtibus fiant capientium, quocunque loco capiantur? Et in hac quæſtione Socin. *in L. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* cum Angel. *in disp. renovata guerra col. 6.* bene concludit capta ab hoſtibus in eorum territorio, vel in territorio capientium eorum fieri: at vero capta in alieno, in quo hoſtes bona repoſuerunt, non fieri capientium: ſequuntur Ripa *in d. L. 1. n. 7.* & ubi Grotus *n. 5. & ſeqq.* quia alienum territorium ſecuritatem præſtat, ſicut Eccleſia. Et hanc partem contra Hormanot. Det tenet Bened. *Ægid. in L. d. ex hoc jure c. 1. n. 17.* Pulchram addens declarationem, ut ſcilicet prædicta procedant, quando in alieno territorio bellum non geritur; ſed quando in eo bellum fit, & ſunt noſtra caſtra, tunc ibi capta capientium fiunt; quippe Princeps qui bellum gerit, juriſdictionem ſuam exercet, quocumque loco exercitus, & caſtra ſunt.

Deinde notari oportet, quod licet res, in quibus locum habet poſtliminium, quocumque tempore à noſtris recuperatæ prioribus dominis ſint reſtituendæ; quia capientium non fiunt; videndum eſt: An ſervus noſter ab hoſtibus captus, & poſtea recupera-
67 tus domino priori reſtitui debeat? Et Imperator *in L. hoſtibus 12. C. de captiv.* probat ſervum virtute militum noſtrorum recuperatum ab hoſtibus reſtituendum eſſe domino: melior text. *in l. ſicut liberis 10. C. eod.* ibi: *Sicut liberis captis ab hoſtibus, ac poſtliminio reverſis ſtatus priſtinus reſtituitur, ſic ſervi domino;* eleganter Petr. Caball. *reſol. crim. caſu* 140. *n. 14.* Melch. de Val. *illuſtr. l. 1. tract. 3. c. 7. n. 15.* quia tam in liberis hominibus quam in ſervis poſtliminium lo-
cum habet *d. L. ſicut liberis.* Sunt autem poſtliminii 68
duæ ſpecies nempe quando nos revertimur, aut aliquid recipimus *L. cum duo 14. ff. re cap.* Ita ut qui ab hoſtibus reverſi ſunt omnia jura priſtina recipiant; qui vero in civitate fuerunt, non omnes res recuperatas per poſtliminium habeant; ſed tantum filios, naves longas, & oneratas ad belli uſum ſervos, & equos *L. 2. ff. de capt.* Unde quoque tempore ſervi militum virtute recuperati ſint, veteribus dominis reſtituuntur: quod ſi non vi, ſed pretio aliquis res captas, atque ſervum captum etiam ſciens & prudens ab hoſtibus redemiſſet, domini præſtare debent redemptionis pretium, ſi volunt ſervum vel res ſibi reſtitui: ut bene fundat Bened. *Ægid. in d. L. ex hoc jure 1. p. c. 1. n. 17.* Vincent. de Franch. *decis.* 268. Ayala *de jure belli lib. 1. c. 5. n. 37.* Fragoſa *de regim. Reip. 1. tom. disp. 5. n. 16. verſ. nihilominus.* Ubi loquitur de ſervo, vel rebus emptis à Sarracenis.

Si vero ſervus ab hoſtibus captus aufugerit, quæ- 69
ſtionis eſt, An liber remaneat. Vel in priſtinam ſervitutem redigatur? Hæc quæſtio non ſemel incidit in Senatu tempore, quo cum Caſtellanis bellum gerebamus. Namque cum ſervus Antonii Pereyra Oppidi de Campo Mayor ab hoſtibus captus fuiſſet, & poſtea ad nos aufugiſſet, hæredes Antonii illum ad priſtinam ſervitutem redigere intenderunt; ſervus vero ad libertatem proclamavit. Et cum acta per appellationem devolverentur ad Senatum, pro libertate pronuntiatum dicit Anton. è Souſa de Macedo *decis. 39.* qui ſuam adſtruit ſententiam potiſſimum ex text. *in L. fin. de captiv.* in illis verbis: *Cum ſervus civis noſtri ab hoſtibus captus inde aufugit, & vel in Urbe Roma ita eſt, ut neque in domini ſui poteſtate ſit, neque ulli ſerviat, nondum poſtliminio rediiſſe exiſtimandus eſt.* Ex quo textu colligit Souſa ſervum, qui aufugit ab hoſtibus, & nondum eſt in poteſtate domini rediiſſe non cenſeri: Et ſubjungit *n. 18.* doctrinam, *gloſſ. ibi verb. poteſtate* aſſerentis liberum hominem ab hoſtibus captum habere jus poſtliminii eo ipſo quod fines noſtros intravit; ſervum vero non tam cito, ſed quando fuerit in domini poteſtate. *Et n. 9.* rationem differentiæ eſſe dicit: Quia ſervus dum erat apud hoſtes, liber erat reſpectu prioris domini: Et ſic nihil obſtat, quo minus ſibi poſſet adquirere, cum liber reputaretur. Et inde per conſequentiam deducit, quod aufugiendo potuit ſervus ſibi libertatem adquirere. Probat etiam ſuam ſententiam à ſimilitudine rationis aſſerendo *n. 10.* quod ita ut ſervus redemptus ab hoſtibus non videatur rediiſſe poſtliminio, nec domino reſtituitur niſi pretium ſolvat redemptionis. Pari ratione ſervus, qui aufugit à poteſtate hoſtium, non videtur rediiſſe poſtliminio, nec domino reſtituitur, niſi poſtquam ipſe vellet in poteſtatem domini redire; vel alicui inſervire; tunc enim videtur cedere juri ſuæ fugæ. Et ſic concludit *n. 22.* ſervum liberum eſſe.

Nihilominus tamen poſtea anno 1666. alia ſimilis 70
cauſa ad Senatum pervenit inter Joannem Soarez Oppidi de Eſtremoz cum Dominica Lopez ejus ancilla, quæ cum eſſet ab hoſtibus capta, poſtea aufugit, & ad nos reverſa eſt: Unde cum ad libertatem proclamaret, Judex ancillam domino reſtituendam pronuntiavit, à qua ſententia cum ancilla provocaret, cauſa introducta fuit in Senatum, ubi me referente cum Collegis Joſepho à Souſa de Caſtello Branco, & Joanne de Roxa de Azevedo Judicis ſententia confirmata fuit vigeſima ſeptima die Julii ejuſdem anni, ex Imperatorum Diocletiani, & Maximiliani conſtitutione *in L. ſi ut liberis captis C. de poſtlimin. reverſ. & ibi gloſſ. verb. ſui ſerv.* & tenent in ſpecie Petr. Ca-
ball. *reſolut. crimin. caſ. 140. n. 14.* Præceptor meus 71

Melch.

Melch. de Valent. Illuſtr. lib.1.tract.3.c.7.n.15. ibi:
Reverſus enim domino reſtituitur, adeo ut, & ſervus
transfuga poſtliminio recuperetur, ne contrarium jus
non tam ipſi injurioſum, qui ſervus ſemper manet, quam
domino damnoſum conſtituatur: L. poſtliminium 19.
§. ſi vero ſervus. ff. de captiv. Quod ex eo deſcendit,
quia in ſervis datur jus poſtliminii, prout in filiis, na-
vibus longis, & oneratis ad belli uſum L.2.l.cum duæ
ſpecies, ff. de captiv. Unde propter jus recipiendi à ju-
re conceſſum in d.L.poſtliminium, quotieſcunque ſer-
vus reverſus fuerit, & non commercio redemptus do-
mino reſtituendus eſt.

72 Neque obſtat diſſidium inter Labeonem, & Paulum
in L.ff.de captiv quia in illo textu longe diverſa quæ-
ſtio agebatur. Non enim quærebatur, utrum ſervus
aufugiens à poteſtate hoſtium libertatem conſequere-
tur, & ad dominum redire poſſit recuſare. Nam hoc
à juriſprudentia alienum erat. Sed utrum eo ipſo quod
ſervus intra fines noſtros ingreſſus fuerat, poſtliminio
rediiſſe exiſtimandus erat? Labeo affirmat, & negat
Paulus, qui decidit, poſtliminium non habere, locum,
niſi poſtquam ſervus in poteſtate domini ſit, vel alii
ſervi: ſed non negat, quod dominus poſſit ſervum
vindicare, ut incipiat poſtliminii fictio locum habere.

73 Neque etiam obſtare dicebam contrarium fuiſſe ju-
dicatum; cum enim caſus decidatur expreſſe in d. l.
ſicut liberis de contraria Senatus ſententia curandum
non eſt, tanquam lata contra jus expreſſum: immo &
ſi aliquod dubium foret, ſententia Senatus non facit
legem Valaſc. conſult.148.n.26.& ſeqq. Cabed. p.1.
deciſ.212.à n.3. Vaſconcell. diverſ. juris argumentor.
lib.3.cap.7.n.23. Barboſ. in L.fin.C.de legib.n.3. Pe-
reg.conſ.5.n.7.lib.2. Neque Senatus adſtringitur ſuis
ſententiis, & bene poteſt contrariam opinionem ſequi
relicta altera, quam Senatores aliàs tenuerunt Me-
74 noch. conſ. 501. n.27. & ſeqq. Hieronym. Leo deciſ.
Valent. n.17. n.6. & deciſ.56. n.19. Valenz. conſ.69.
n. 215. Et ſic cum in prædicta ſpecie habeamus ca-
ſum legis, diſputationi locus non eſt juxta doctrinam
Bartol. in l.quod conſtitutum ff.de teſtam.milit. Decius
conſ. 503. n. 74. Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ.
420. n.1. Caſtill. lib.3.contr.c.7.n.21. Anton. Hering.
d.fidejuſſorib. cap.11.n.60. Valenz. conſ.123.n.13. Au-
guſt. Barboſ. Axiomat.136. n.10.

75 Diximus ſupra n. 46. immobilia capta ab hoſtibus
non fieri capientium: Atque ita recuperata à noſtris
quocumque tempore veteribus dominis reſtitui de-
bent: ut probat Pompon. in L. ſi captivus 20. §. ve-
rum expulſis, ff.de capt. Quod contingit ſive jure poſt-
liminii, ut voluit gloſſ. verb. navibus in L. 2. ff. eod.
Vel ex eo, quia agri non fiunt capientium, ſed Prin-
cipis, qui cum ſubditos defendere teneatur, reddet
agros prioribus dominis. Ita Jaſon. in L.1. n.10. ff. de
adquir.poſſeſſ. Cabed.2.p.deciſ.88.n.11. Bened. Ægid.
in d.L.ex hoc jure cap.1.n.15.verſ.immobilia. Stante
igitur prædicta diſtinctione inter res mobiles, & im-
mobiles, ſeu inter bona mobilia, & immobilia, qua-
tum vocum, ſcilicet res, & bona in diſpoſitionibus le-
gis, & dominis per jus eſt: ut colligitur ex Bart. in
76 L. Quintus §.argento, ff.de auro, & arg.legat. Bald. in
d.L.princ.C.de uſufruct. Plures laudat Pinel. in rubr.
C. de bon.matern.n.5. Non abs re erit inquirere, quæ
ad intentum dicantur res mobiles, & quæ immobiles,
ut cognoſcatur, quæ res capientium fiant, etiamſi re-
cuperentur à noſtris, & immobiles, quæ ad veteres
dominos ſpectant.

Et quoad primum dicendum eſt cum Ariſt. lib.20.
77 Metaph. c.10. & lib.5. de natura rerum c.1.T.20. im-
mobile eſſe quod omnino moveri non poteſt, & quod
longo tempore vix movetur, quod ſero incipit, natu-
ræque ui moveri poteſt, ſed non movetur, quando,
non & quomodo ejus natura fert. At verò mobilia
proprie ſunt corpora, quæ apta ſunt ad ſitum, & lo-
caliter transferuntur natura, & uſu. Quare mobili-
bus nihil commune eſt cum prædio. Quod breviori
ſtylo docuit Parlad. lib.2.rer.quotid. c.fin.5.§.3.n.7. 78
& 8. Et ideo neque error, neque verborum interpre-
tatio mobilium, & immobilium nomina, & primam
naturam immutare poteſt, ut Symach. lib.5. epiſt.52.
& 64. quem refert, & ſequitur Hieronym. Gabr. conſ.
98. n. 5. ſeqq. lib.1. Caſtill. Sotomayor lib.1. de uſu-
fruct. cap. 42. n. 10. Nihilominus tamen mobile im- 79
mobili cohærens cenſetur immobile L.1.§.pertinet ff.
de vi, & vi armata, L. ſi aliena §. 1. de uſucapion.
Curt. Jun. de feud.1.p.q.6.n.11. Cujac. in partit. l.ad
tit. C. in quib.cauſ.long.tempor.præſcript. Et hoc con-
tingit applicatione perpetua rei mobilis corporibus
alterius naturæ: Veluti, quando ex mobilibus ædi-
ficium conſtruitur, vel aliquid affixum, vel infuſum
eſt; tunc namque alterius corporis diverſæ naturæ
pars ſit; & quod erat mobile, efficitur immobile.
Inſuper deſtinatione, quæ ſui natura ſunt mobilia
voluntate patris familias, ſi certo uſui in loco certo
deſtinantur, ut ibi perpetuo ſint, nec inde commo-
veantur, aut exportentur, immobilium naturam in-
duunt L. malum 242. §.fin. ff. de verb. ſignific. L. fun- 80
di 17. §. Labeo, ff. de action. empti L. ex facto 35. §.
verum autem, ff. de hæred.inſtit. L.3.§.1. ff. de trit.vin.
& oleo legat. l. qui ſaltum 67. in fin. ff. de leg.3. ex qui-
bus deducunt Doctores, quod affixa domui, ut puta
dolia, columna, & alia ſimilia veniunt in venditione
domus, vel legato; prout ea, quæ ibi ſunt perpetui
uſus cauſa, licet non ſint affixa, neque defoſſa Tiraq.
de retract.lignag.§.1.gloſſ.7.n.115.& de Primog.q.48.
n.6. Mantic. de tacit. & ambig.lib.4.tit.15.n.5.& 45.
juncto n.11. Cald. Pereyr. de empt.& vendit. cap.22.n.
17. Uveſembeq. conſ.4. n.88. late, & optime Larrea
dec.72. per totam.

Unde granaria, ſeu horrea de tabulis confecta, quæ 81
moveri non poſſunt, pars domus dicuntur, & inter res
ſoli referenda ſunt l.1.§.hoc interdictum, ff. de vi, &
vi armata, l. cætera §. hoc Senatus conſultum, ff. de
legat.1. l. Julianus, §. ult. cum duab.ſeqq. ff. de action.
empti, Parlad. d.lib.2.c.fin.5.p.§.3.n.10. pluribus re-
latis Hermoſ. in l.29.tit.5.partit.5.gloſſ.unica n.6. &
ultra eos Carol. Anton. Meccia in Sylva caſ.forens.c.
18.n.11. & 12. Immo, & lignum ad ædificium deſti-
natum inter immobilia computatur l.ligni §.ſi lignum,
ff.de legat.3. Speculat. in tit.de fruct. & intereſſe verſ. 82
tertio quæritur, Chopin. lib.3.de morib.Pariſienſ.tit.2.
n.10. Rebuff. ad l.moventium 63. ff. de verb. ſignific.
Unde recuperata ab hoſtibus domo, ſeu villa veteri
domino reſtituenda eſt cum mobilibus affixis, defoſſis,
& his, quæ ibi erant perpetui uſus cauſa. Quæ qui-
dem ideo capientium non fiunt; quia pars domus,
ſeu villæ cenſentur.

Circa dolia autem, vaſa vinaria etiam affixa, aut
defoſſa non levis eſt dubitatio, An mobilibus, vel im-
mobilibus adnumerentur propter varia Juriſconſul-
torum reſponſa? Nam Pompon. in l.cum fundus 21. 83
& Javolen. in l. dolia, ff. de fund. inſtruct. in legato
domus venire probant l.qui fundum 40.§.cum fundum,
ff.de contrah.empt. l.ſed & ſi §.proprietarius, ff.de uſu-
fruct. l.dolia 76. ff. contrah. empt. At vero Ulpian. in
l.fund.18.in princ. ff.de action.empt. & Scævola in l.
Lucius 93. §. collegio Fabrorum, ff.de legat.3. lib.3.§.
fin. ff. de pœna legat. L.vinum penult. ff. de trit.vin.
& oleo legat. etiam affixa, & defoſſa non venire in le-
gato, vel venditione domus probare videntur. Quo-
rum jurium contrarietatem bene componit Gaſp.
Theſaur. lib.1.forenſ. q.84.n.2. & ſeq. aſſerendo non
eſſe ſimpliciter attendendum, an res ita ſint affixæ,
ut difficile moveri poſſint præ ſua magnitudine: ut
dicitur in text. in lib.3. §.1. ff.de vin. trit. & oleo le-
gat. Sed videndum an perpetui uſus cauſa fuerint in
ædibus; ita ut quæ perpetui uſus cauſa non ſunt po-
ſita,

ſita, licet ſint affixa, vel defoſſa, non dicantur pars
domus, nec veniat in venditione ſeu legato domus:
Quæ vero perpetui uſus cauſa parata ſunt, & defixa,
veniam in prædicta venditione, ſeu legato: ſequitur
Hermoſ. in d. lib.29. tit.5. par. tit.5. gloſſ. unic. n.5.
Et in idem fere convenit Larrea deciſ.51. à n.20. cum
ſeq. Ubi late materiam proſequitur: & cum prædicta
concordia intelligenda ſunt Juris-Conſultorum reſ-
ponſa. Et quoad propoſitum recuperata domo, vel vil-
84 a ab hoſtibus, dolia, & vaſa vinaria, ſeu alia inſtru-
menta, quæ in domo vel villa ſunt perpetui uſus cau-
ſa, veteribus dominis ſunt reſtituenda. Si autem per-
petuo uſui non ſint deſtinata, capientium fiunt.

Inter immobilia etiam connumerantur redditus an-
nui perpetui, & cenſus etiam redimibile, Clement.
exivi §. cumque annui redditus de verb. ſignif. gl. verb.
annuos in l. jubemus nulli, C. de ſacroſ. Eccleſ. ſimilis
gloſſ. verb. civiles in auth. de non alienando §. hæc er-
85 go Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 6. n. 4. Menoch.
de recuper. remed. 1. n. 45. Gaſpar. Rodrig. de annuis
reddit. lib. 1. q. 3. n. 8. & q. 14. Felician. de Soliz. de
cenſibus lib. 1. tom. 1. c. 7. n. 2. & lib. 2. cap. 3. n. 32. &
ſeqq. Nicol. Garcia de Benefic. 2. p. cap. 5. n. 95. Anton.
Gabr. commun. opin. lib. 6. tit. de verb. ſignif. concluſ.
8 per totam, Covar. lib. 3. var. c. 7. n. 2. Molin. de Pri-
mog. lib. 1. c. 10. n. 6. Mierez de majorat. 1. p. q. 40. n. 6.
Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 1. à n. 1. Caſtill. de uſu-
fruct. cap. 41. num. 5. Ubi plures laudat. D. Joſeph.
Vela diſſert. 29. num. 18. Aug. Baboſ. app. 117.
n. 1. Qui tamen n. 2. aliud opinatur in cenſibus red-
mibilib. ex Mat. Anton. Gomez, & Nicol. Garcia.
Verum omiſſa diſtinctione Molinæ d. c. 10. n. 6. contra-
ria ſententia verior eſt, quæ habet cenſus redimibiles
inter immobilia computari: quam ſequuntur Joann.
86 Gutier. pract. lib. 3. q. 83. à n. 2. Et eam prob. Senatus
Cathaloniæ, ut per Jacob. Cancer. lib. 1. var. cap. 7.
de tutorib. n. 73. & 142. Andr. Gail. de obſerv. 10. n. 3.
& late fundat Velat. d. diſſert. 29. n. 19. & ſeqq. Gutier.
de ſucceſſ. feud. præl 2. n. 20. Et eam amplexa eſt Or-
dinat. lib. 3. tit. 47. in princ. ibi: Rendas, pençoens,
tenzas foros, ou tributos, quelhe ſejaou devidos per-
petuamente, ou em peſſoas, ou à tempo certo, que ſeja
de dez annos, ou mais como dito he, porque taes fo-
ros, rendas, penzones i ou tributos ſeguen a natureza,
& qualidad dos beens de raiz, & por taes ſaon ha-
vidos, & iulgados.

87 Non obſtat, quod Ordinat. d. tit. 47. loquatur in
cenſibus, ſeu penſionibus perpetuis, quæ debentur
ad longum tempus: Et ſic non videtur comprehen-
dere cenſus redimibiles, qui ante decennium poſſunt
reſolvi. Reſpondetur namque cenſus redimibiles
quoad emptorem perpetuos cenſeri; ſiquidem emp-
tori non datur facultas extinguendi cenſum; hoc
enim venditori tantum permittitur Soto de juſt. & ju-
re lib. 9. q. 5. art. 3. concluſ. 1. Stephan. Gratian c. 14.
n. 2. & c. 717. n. 4. Giurb. obſerv. 66. n. 20. Moguer.
alleg. 14. n. 78. Cyriac. contro. 24. n. 1. & 2. idem Giurb.
deciſ. 79. n. 2. Tondut. de prævent. 2. p. c. 56. n. 7. Hiero-
nym. Leo deciſ. 76. n. 2. Merlin de pignor poſt tract.
deciſ. 43. n. 6. Cenejus de cenſib. q. 106. Unde prædic-
ta Ordinatio etiam comprehendit cenſus redimibiles:
proindeque ſi à noſtris recuperentur bona ex quibus
cenſus, penſio, vel tributum pendebatur, dominus
antiquus à poſſeſſoribus libere poterit penſiones exi-
gere, cum tanquam res immobiles capientium non
efficiantur.

88 Item molendina, quæ tanquam ædificia, ſeu do-
mus in terra, vel ad præterlabentem aquam ædifi-
cantur, aut in ripis, & margine fluminis, inter immo-
bilia connumerantur, ut eſt concors Doctorum tradi-
tio. Et ſcribunt Bald. in c. contingit col. penult. verſ.
quæro nunquid mola de dolo, & contum & in l. certi q.
4. C. de locato, Felician. de cenſib. lib. 2. c. 4. n. 34. Ri-
pa in l. quominus n. 126. ff. de flumin. Tiraq. de retract.
lignag. §. 1. gloſſ. 7. n. 92. Ubi dicit hoc ſatis ex ſe pate-
re. Gutier. pract. lib. 3. q. 91. n. 2. & ſeq. Cald. Pereyr.
in l. ſi curatorem verb. contractum. n. 14. Thuſc. liter.
M. concluſ. 303. n. 4. Aug. Barboſ. appell. 117. n. fin.
Pinel. in L. 1. C. de bon matern. p. 3. n. 28. verſ. molendi-
na ſita juxta flumen, & n. 29. ibi Talia immobilia jux-
ta flumen, vel mare ſita Joann. Hering. de molend.
q. 8. n. 10. Roſenald. de fund. c. 4. concl. 4. 1. Cencius
de cenſio. q. 29. n. 8. Parlad. d. §. fin. p. 5. §. 3. n. 13.
Quare ſi talia molendina ab hoſtibus recuperata ſint;
veteribus domini reſtituenda erunt.

Alia autem ſunt molendina ventoſa, quæ agitan- 89
tur vento, hæc etiam inter immobilia computantur:
ut tradit Thuſch. d. concluſ. 303. n. 6. Roſentald. d. c.
4. concluſ. 4. nu. 1. Sufficit enim, quod terræ cohæ-
reant, ut res ſoli dicant argum. text. in L. 3. §. ad ſo-
lum, & §. plane ff. de vi, & vi armata, L. 3. §. ſed
ſupra ædes ff. uti poſſidetis, L. granaria, ff. action. empt.
Et ſupradicta procedunt, licet molendina non mul-
tum terræ contineant Vultejus de feud. lib. 1. c. 5. n. 4.
quem refert & ſequitur Roſentald. d. concl. 4. n. 1. Et
latiſſime conprobat Joann. Hering. de molend. q. ... à
n. 40. cum plurib. ſeq. Vende etiam recuperatis ab ho-
ſtibus agris, in quibus prædicta molendina ventoſa
ſunt ſita, veteribus dominis reſtituenda ſunt, tanquam
immobilia.

Alia vero Molendina, que navalia dicuntur & ſunt 90
fabricata ſuper navi in flumine ſecundum communem
Doctorum ſententiam mobilia judicantur: ut per Ti-
raq. d. §. gloſſ. 7. n. 97. Thuſc. d. conclul. 303. n. 5. Vul-
tejus d. lib. 1. c. 5. n. 5. Roſentald. d. concluſ 4. n. 2. Ripa
l. quominus n. 126. ff. de flumin. Cenejus de cenſib. q.
29. n. ... Et facit text. in l. 1. §. ſi quis de nave ff. de vi
armata Qua de cauſa cum mobilia ſint, poſſunt à mi-
nore alienari ſine decreto Simoncel. de decret. lib. 3. 91
tit. 8. inſpect. 2. n. 19. & 20. Surd. de aliment. tit. 8.
privil. 46. n. 4. Hermoſ. in l. 4. tit. 5. partit. 5. gloſſ. 2.
n. 4. Quidquid contrarium ſuadere conetur Joann.
Hering. d. q. 8. à n. 54. cum plurib. ſeqq. etenim con-
tra eum eſt communis opinio; Et ſic talia molendina
capta ab hoſtibus ex intervallo à noſtris fuerint recu-
perata, capientium fient.

Actiones etiam ad immobilia veniunt appellatio-
ne immobilium Menoch. lib. 4. præſumpt. 142. n. 16. 92
Franc. Vinius deciſ. 138. à n. Valaſc. conſult. 77. in
princ. Cald. Pereyr. de extinct. emphyt. c. 12. n. 9. &
10. de empt. & vend. cap. 13. n. 11. Auguſt. Barboſ.
appel. 117. n. 3. Roſentald. d. c. 4. concluſ. 8. n. 2. Joan.
Hering. de molend. q. 8. n. 25. Tiraq. d. gloſ. 8. n. 14. &
31. fecit reg. text. in qui actionem, ff. de reg. juris L.
fundi partem, ff. de contrab. empt. L. rem in bonis 52.
ff. de adquir. rer. domin. l. ſi legatum §. ſi quis bona.
ſciendum, §. diverſo ff. ad Trebell. l. id apud quod. 143.
ff. de verb. ſignif. Ex quibus deducitur eum, qui actio- 93
nem habet ad rem, ipſam rem habere videri De aqua
reg. Tiraq. de tract. convent. in præfat. n. 70. Maſtrill.
deciſ. 118. n. 2. Alex. conſ. 27. lib. 3. Caſſanat conſ.
10. n. 15. Fab. de Anna conſ. 4. n. 75. & alii cum qui-
bus Antonin. Amat. reſolut. 19. n. 9 Ubi n. 16. 17. 18.
& ſeqq. tradit, quando, & quomodo prædicta regula
procedat Giurb. de ſucceſſ. feudor. præl. 2. n. 18. Alphonſ.
de Olea de ceſſion. jur. tit. 2. c. 1. n. 30.

Quamvis vere, & juxta communiorem opinionem 94
actiones non veniant appellatione mobilium vel im-
mobilium, ſed tertiam bonorum ſpeciem conſtituant
l. quam Tuberonis §. in peculio, ff. de pecul. L. à D. Pio
§. in venditione ff. de re judic. ut ſcribunt Pinel. in
rub. C. de bon. matern. 1. p. n. 14 Surd. conſ. 26. n. 3. Gu-
tier. practic. lib. 3. q. 85. n. 5. & de gabell. q. 57. à n. 14.
Cyric controv. 14. à n. 31. Cencius de cenſib. poſt. tract.
deciſ. 3. n. 14. Fontan. de pact. nup. concluſ. 7. gloſſ.
p. 1. n. 15. Gaito de credit. c. 4. quæſito 7. num. 341.

Tiraq.

Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 7. n. 9. Merlin. de pignorib. lib. 2. q. 29. n. 58. Caſtil. de uſufr. cap. 38. n. 17. plures congerit de more D. Joſeph Vela diſſert. 29. n. 18. Ubi hanc ſententiam veriorem dicit. Parlad. lib. 2. §. fin. p. 5. §. n. 5.

95 In hac varietate opinionum illam veram dijudico diſtinctionem, quam tradunt Tiraq. retract. lignag. §. 1. gl. 7. à n. 1. Pinel. in rubr. C. de bon. matern. 1. p. n. 33. Gutier. d. lib. 2. q. 85. Hermoſ. in l. 55. tit. 5. partit. 5. gloſſ. 2. n. 14. Qui omnes & ab eis laudati docent, quod quando neceſſe eſt, ut actiones applicentur mobilibus, ſeu immobilibus, tunc jura, & actiones conſiderantur reſpectu ejus, ad quod competunt. Ita ut ſi actio competit ad rem mobilem, judicetur mobilis, ſive vero ad rem immobilem, pro immobili habetur. Sequuntur Cyriac. controv. 229. à n. 3. Capyc. Galleot. lib. 2. controv. 13. à n. 19. Alex. Trentacinq. lib. 3. var. tit. de donat. reſolut. 3. n. 14. Narbon. de ætate ad human. actus requiſit. anno 25. q. 25. Olea de ceſſion. jurium tit. 2. q. 1. n. 28. & 29. Ubi & n. 30. per declarat. Merlin. d. q. 29. 62. & ſeq. Parlador. d. §. n. 15. Verum quoad noſtrum inſtitutum, & reſtitutionem immobilium veteribus dominis factam prædictæ doctrinæ locum habere non poſſunt. Sed reſolutio petenda eſt ab his, quæ dicemus infra quo ad jura incorporalia.

96 Præterea diſcutiendum eſt de rebus incorporalibus. Utrum, ſcilicet ipſæ ad victorem pertineant, vel aliquo jure ad veteres dominos? Pone igitur, quod civitas à victore capta eſt, ubi erant inſtrumenta, quibus continebantur credita civitatis, & alia privatorum. Nunquid hæc jura ad victorem pertinebunt, vel ad civitatem, aut privatos, quorum erant? Hoc jurgium contigit inter Theſſalos: ut dixit Quintilian. lib. 5. c. 10. Nam cum Alexander Thebas expugnaſſet invenit tabulas, quibus continebatur Thebanos Theſſalis centum talenta mutuo dediſſe, quæ Alexander Theſalis donavit. Reſtituti verò Thebani à Caſſandro Theſſalos convenerunt pro mutuo; illi autem eo ſe tuebantur fundamento, quod creditum illud ſibi ab Alexandro donatum fuerit.

97 Pro ſolutione hujus quæſtionis diſtinguendum puto inter eum caſum, quo tabulæ, ſeu inſtrumenta capta fuere à ſummo Principe, qui civitatem evertit, & alterum, quo inſtrumenta capta fuare à privato. Et quidem primo caſu jura, & actiones contentæ in tabulis fiunt victoris: Cum enim jure belli victi in poteſtatem, & dominium victoris tranſeant; ita ut victor illis quomodo velit poſſit imperare, immo & leges dare, atqua tollere. Conſequens eſt, quod non tantum res corporales, ſed etiam jura incorporalia eis adimere valet. Unde cum obligatio in creditoris dominio ſit l. 1. §. id quod, ff. ad l. Frac. l. ſed & ſi damnum. §. ff. de pecul. & victi, atque captivi ſint in dominio victoris cum omnibus, quæ habent; ſiquidem nil proprium poſſunt habere l. qui in ſervitute, ff. de reg. juris, mirum non eſt ſi victor credita victorum donare & remittere poſſit.

98 Secundo vero caſu: quando privatus quilibet tabulas, ſeu inſtrumenta debitorum in bello cepit, nullum jus capienti poteſt adquiri in nominibus debitorum quia juris ſunt: Et actiones directæ adeo oſſibus inhærent, ut à perſona ſeparari nequeant l. 3. ubi gloſſ. ff. pro ſocio, l. quod debetur ff. de pecul. Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſſ. 1. n. 58. Larrea alleg. 120. n. 14. Vincent. de Franch. deciſ. 93. n. 2. Tondut. de prævent. 2. p. c. 35. n. 1. Olea de ceſſion. jur. tit. 1. q. 2. n. 39. & tit. 3. q. 1. n. 5. Arias da Meſa lib. 1. var. c. 1. n. 5. & c. 19. n. 13. Noal. de tranſmiſſ. caſu 14. n. 14. & caſu 36. n. 10. Unde cum aa quæ juris ſunt, manu apprehendi non poſſint, & id tantum privatorum militum
99 fiat, quod ipſi ceperint ſi quid bello ff. de captiv. §. item ea, quæ ab hoſtibus Inſtit. de rerum diviſ. non poſſunt jura, & actiones in capientes, ſeu victores transferri: atque in bello inter Chriſtianos, neque perſonæ fiunt capientium, ut dictum manet n. 41. neque jura incorporalia, & actiones, quia perſonæ inhærent, & cum ipſa manent perſona, nec ad capientes transferunt. Unde recuperata ab hoſtibus civitate, credita, & debitorum nomina ab ipſis creditoribus exigi poſſunt, qui etiam actiones ad res immobiles poterunt exercere, & etiam ad res mobiles, quæ hoſtium effectæ non fuerunt: cum quibus ſolvuntur hæc, & alia quæſtio, in qua de actionibus ad immobilia actum fuit.

Si vero debitores tam civitatis ab hoſtibus occu- 100
patæ quam civium fuerint exacti à Tiranno, ſeu ſummo Principe victore, & ipſi ſolverint: dubitari poteſt? An à veris ſuis creditoribus ſint liberati ita ut recuperata civitate agere non queant? In qua quæſtione pro parte negativa facit, quod ſolvens alii, quam vero creditori non liberetur l. 1. §. ante omnia, ff. de pact. l. 2. ubi gloſſ. ff. ut legator. nom. cau. l. filia ff. de ſolution. l. ejus qui in princ. ubi Bartol. & cæteri ſcribentes ff. ſi cert. petat. l. qui aliena §. qua. ff. de negot. geſt. & tradunt poſt antiquiores Soc. Jun. 106. n. 33. vol. 3. Afflict. deciſ. 150. n. 19. & 20. Surd. dec. 60. n. 1. & dec. 229. n. 1. Noguer. alleg. 11. n. 127. Giurb.
deciſ. 79. n. 1. Capyc. Latro deciſ. 194. n. 39. Et inde 101
ſit, quod ſolutio facta poſſeſſori hæreditatis, aut hæredi putativo non relevat L. ſiquis poſſeſſor. §. fin. de petit. hæredit. L. ſi ubi decem §. cum poſſeſſor. ff. de pact. Gratian. diſcep. forenſ. c. 197. n. 17 Noguer. de allegat. 11. n. 129 Cyriac. cont. 168. n. 37. & 38. & cont. 236. n. 24. & 25. Olea de ceſſ. jur. tit. 1. q. 1. n. 46. & 47. Quare cum Princeps victor res creditor non ſit ſolutio illa facta, vel ejus juſſu non liberat debitorem, qui recuperata civitate à vero creditore valet conveniri.

Cæterum pro affirmativa facit: quod ſolvens juſſu 102
Judicis alii, quam vero creditori liberatur Afflict. deciſ. 150. n. 20. & 21. & deciſ. 328. Menoch. conſ. 68. n. 12. & ſeq. Capyc. Latro deciſ. 194. n. 46. Prout etiam excuſatur à ſolutione, & à pœna debitor, cui factum fuit præceptum à Judice, ne creditori ſolvat Afflict. deciſ. 328. Cyriac. contr. 136. à n. 1. cum ſeq. Calva-
can. p. 1. deciſ. 3. n. 12. Gama deciſ. 285. Fontan. de 103
pact. nupt. clauſ. 3. gloſſ. 2. n. 42. & 43. Sed hoc ita intelligendum eſt, dummodo debitor injuria creditoris ſit exactus, non debitoris culpa L. ſi merces §. culpa, ff. locati, Bald. in L. falſus n. 35. C. de furt. & conſ. 128. n. 1. Palador. lib. 2. rer. quotidian. c. fin. §. 17. n. 8. in fin. Afflict. deciſ. 150. Creſp. obſerv. 94. à n. 10. Quia ut dixit Baldus. ubi proxime debitor debet ſe habere bona fide, & non fraude, & ſic tenetur appellare, & creditori denuntiare, immo & diligentiam adhibere, ut à ſolutione excuſetur Parlador. d. §. 17. n. 9. Menoch. de arbitr. caſ. 137. n. 16. Surd. conſ. 345. n. 5. & 6. Gutier. practic. lib. 1. q. 18. à n. 4. & n. 15. & q. 81. à n. 10. uſque ad 17. Caſtill. lib. 4. c. 59. n. 40. Salg. de protect. p. 4. c. 7. n. 155. Creſp. d. obſer. 94. n. 51. Ex ea ratione,
quia debitor ſolvens juſſu Judicis alii quam credito- 104
ri, non contradicit, dicitur ſponte ſolvere L. ait. Prætor §. permittitur, ff. de minorib. Creſp d. obſerv. 94. num. 14. Proindeque ad hoc, ut debitor ſolvens alii quam creditori juſſu Judicis liberetur, tria debent concurrere: nempe quod cauſa creditoris ſit exactus: ſecundo, quod coactus & non ſponte ſolvat. Tertio, ut mora non fuerit per debitorem commiſſa: ut optime docent Afflict. deciſ. 150. Creſp. d. obſerv. 94. n. 32. & ſeqq. Ex quibus cenſuit Senatus debitorem, qui juſſu Judicis alii, quam vero creditori ſolvit nulla facta diligentia, neque notificatione creditori, liberum non eſſe in lite Hieronymi à Sylva cum Emmanuele Lopez Sataon die 1. Martii anni 1663. ma Judice cum collega doctiſſimo Matthæo Moulinho Scriba Emmanuele Ferravro de Lemos.

Unde

105 Unde ſi debitor coactus victori ſolvit, vel alii illius
juſſu metu pœnæ, aut præcepti victoris, liberatus ma-
net: quia ut concuſſus dicatur, neceſſarium non eſt,
ut actu cogatur, & ſufficit metus coactionis *L. noviſ-
ſime 7. ff. quod falſo tutor.* ibi, *Vel metu, ne compel-
latur:* ſufficit enim potentia cogendi licet ad actum
coactionis deventum non ſit Aretin. *conſ.24.n.9.verſ.
præterea* Hyppol. de Marſill. *in l.quæſtionis n.20. ff.
de quæſtion.* Menoch. *conſ.175.n.20.* Surd. *deciſ.305.
n. 28.* Stephan. Gratian. *c. 227. per totum*, Salgad.
*in labyrinth. creditor p. 14. n. 86. & de protect. Reg.
p.1.c.4. n.9.* Creſp. *d. obſerv.94. n.50* Afflict. *deciſ.
150. n.16. & 18.* Ubi dicit, quod ſufficiens dicitur
106 metus, ut debitor liberetur, ſi Tyrannis legem fece-
rit, vel præconium, quod quilibet debitor ſibi ſolve-
re debeat: & allegat Luc de Pæna *in L.1.C.ut nul-
lus ex Vican. lib. 11. in 1. q. verſ. quid ff. debitor*, &
text. in l.Populo Cal. macho, ff. de legat.3. Quæ ſen-
tentia probatur in ſpecie; quia debitor ſolvens coac-
tus à Tyranno liberationem ideo conſequitur, ut re-
ſtituta Civitate, vero creditori obligatus non ſit: ut
perbelle docent Afflict. *d. deciſ.150 à n.14. cum ſeq.*
Fontan. *de clauſ.3. gloſſ.2. n.42. & 43.* Creſp. *obſer.
94. à n.10.* Ayala *de jur. bell. lib.1. cap.5. ſub n.42.*
107 At vero ſi Tyrannus acceptilatione, pacto de non
petendo, vel chirographi redditione creditum remi-
ſerit, nullo modo liberatur debitor; immo recupera-
ta civitate verus creditor jure poſtliminii poterit cre-
ditum ſuum exigere; quia his modis non æque tol-
litur obligatio, ut ſolutione, quæ omnem omnino
obligationem perimit *principio Inſtit. quibus modis
tollitur obligatio, L. ſed & ſi lege §. certe, ff. petit.
hæredit. l. ſolutionis ff. ſolution. l. item liberator 6. ff.
quib. mod. pignus, vel hypoth. ſolut.* Larrea *deciſ.89.
num. 1.* Valenſ. *conſ.2. n.6.* Anton. Nigr. *de except.
cap. 1. n. 1.* Vincent. de Franch. *deciſ.145. num. 2.*
Maur. *de ſolut. cap.34.* Carleval. *de judic.tit.3. diſp.
35.n.11. l.1.* Tondut. *reſolut. civil. c. 26. n.6.* Olea
de ceſſ. jur. tit. 4. q.1. n.2. Et quidem in caſu remiſ-
ſionis debiti, non eadem militat bona fides, quæ non
patitur, ut idem bis ſolvatur *L. bona fides 1 ff. de reg.
jur.* Et ita hanc ſententiam probat Ayala *de jure bell.
lib.1. cap.5. ſub n.42.*
108 Advertendum tamen eſt, quod ſi debitor tempo-
re exactionis facta Tyranno jam moram contraxerat,
licet coactus ſolvat, non liberatur, ſecundum Angel.
in L. creditor. 102. ff. de ſolut. quem refert & ſequi-
tur Afflict. *deciſ. 150. n. 8.* late & optime Creſp. de
Valdaur. *obſerv. 94. n.56. & 57. cum ſeqq.* Ubi hanc
partem confirmat, & contrariam referat optimis fun-
damentis, quæ apud eum videri poſſunt.
109 Denique pecunia deſtinata ad emptionem prædio-
rum etiam venit appellatione immobilium juxta com-
munem Doctorum ſententiam, quæ probatur *in l.quid
ergo, ff. de contrar. & utili tutel. action.* DD. *in l. in-
ter cætera §.fin.ff. de legat.1.* Boer. *deciſ.209.* Ubi pro
hac opinione allegat viginti quinque Doctores Ro-
land. *de lucr. dot. q.91. n.12.* alios citat *deciſ. Pedemont.
160. n.6.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 11.* Cald. Pereyr.
de empt. c.9. n.32. Cevall. *commun. contra commun.
q.312.* Anton. Gab. *lib.1. tit. de præſump. concluſ.12.
n. 19.* Stephan. Grat. *c.517. n. 12.* poſt plures Her-
moſill. *in L.4. tit.5. partit.5. gloſſ.3. n.11. & 12.* Aug.
Barboſ. *appellat.117. n.4.* Merlin. *de pignor. l.2. q.48.
n. 28. & 32.* Emman. Barboſ. *in remiſſion. ad Ordin.
lib.4. tit.48. n.6.* Tiraq. *de retract. lign. §.1. gloſſ.7. n.
106.* Licet contrariam ſententiam defendant quatuor-
decim, Doctores, quos refert Boer. *deciſ.209.* & alii
relati à Theſaur. *de dec.160. n.6.* Cevall. *de dec.312.
n.2.* Tiraq. *d. gloſſ.7. n.107.* Andr. Gabr. *de concluſ.
12. n.9.* & plures alii relati ab Hermoſill. *in d. L. gloſſ.
3. n.15.* Marlin. *d. q.48. n. 29.* Qui tamen priorem
opinionem veriorem dicit Parlador. *l.2. c.fin. p.5. §.3.*
n. 13. Has deſidentes opiniones componere conatur
Hermoſill. *ubi proxime n. 18. 19. & 20.* ſcilicet, ut
prima procedat ſpeciali Jure in pecunia pupilli deſti-
nata ad emptionem prædiorum, quæ venit appellatio- 110
ne immobilium, & ſine Judicis decreto expendi, &
erogari nequit, & hæc fuit ſententia Barbariæ *in c.
1. num. 5. de feud. per text. in d. L. quid ergo §. uſu-
ras, ff. de contrar. & util. action. tutel.* quam refert
Tiraq. *d. gloſſ.7. n. 109.* Cald. *in l.ſi curatorem verbo
contractum n.12. verſ. & quia in contrarium*, Auguſt.
Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. p.3. alleg. 95. n. 41 & 42.*
Ubi idem dicit reſpectu pecuniæ Eccleſiæ, quæ eſt
deſtinata ad emptionem prædiorum: Secunda vero 111
opinio procedit in pecunia, quæ non ſit minoris, vel
Eccleſiæ: quia illa etiam deſtinata ad emptionem
prædiorum venit appellatione mobilium, non autem
immobilium. Et hanc concordiam dicit Hermoſill.
ubi proxime n.21. veriorem eſſe, & ab ea in judican-
do non eſſe recedendum. Et ea propter, ſi talis pecu-
nia minoris, vel Eccleſiæ, aut alia à teſtatore deſti-
nata ad emptionem ſtabilium ab hoſtibus recuperata
ſit, veteribus dominis reſtituenda eſt. Alia autem ca-
pientium manebit, licet quia eam haberet deſtinatam
ad emptionem prædiorum.
De pecunia verò poſita in banchis campſorum an 112
inter mobilia, vel immobilia connumeretur; Viden-
di ſunt Tiraq. *d.gloſſ.7. n.114.* Simoncel. *de decret. lib.
3. c.8. n.118.* Granan. *dec.95. n.90.* Pinel. *in l.1. Cod.
de bon. matern. p.3. n.19.* Theſaur. *dec.106.* Emman.
Barboſ. *ad Ordinat. lib.4. tit.48. in princ. n.27.*
Item quæritur, An Rex teneatur reſtituere dona- 113
tario caſtrum ab hoſtibus captum, quod Rex ſuis
ſumptibus recuperavit; Et quidem juxta ſuperius
tradita de bonis ſtabilibus recuperatis tenetur Rex
caſtrum reſtituere per text. *in d. l. ſi captivus 20. §.
verum expulſis, ff. de captiv. §. poſſeſſiones de pace
Conſtantia cap. prima actione 16. q. 3. l. ſi ager. 26. ff.
quib. mod. uſusfr. amit.* Et in terminis docet Roderic.
Soar. *alleg.8. n. 10.* qui allegat Concilium Hiſpalenſe, 114
cui interfuit Beatus Iſidorus, de quo *in d. c. prima ac-
tione c. paſtoralis officii 7. q.1. c. redintegranda 3. q.1.*
Quibus cavetur, quod parochia occupata ab infideli-
bus, & poſtea recuperata redit ad Epiſcopatũ, cujus an-
tea erat, refert & ſequitur Cabed. *2. p. dec.26. n.2.* Et
facit text. *in l. Pomponius, ff. de adquir. rer. domin.* Petr.
Barboſ. *in l. id quod apud hoſtes 9. ff. de legat. 1. n. 1.
verſ. præmittendum* Fragoſo *de regim. Reip. 1. tom. lib.
3. diſp.5. n. 16. verſ. de conſuetudine.* Prædictam ta-
men reſolutionem limitat Palac. Rub. *in rubric. de do-
nat. inter §.65. n.61. verſ. ex quibus omnibus* ex An-
charr. *in reg. peccatum col.36. verſ. ſed occurrit quæ-
ſtio de reg. juris in 6.* ut procedat, dummodo donata-
rius refundat Regi ſumptus, quos facit in recuperan-
do caſtro; quia ſcilicet, ejus negotium utiliter geſſit.
Sequitur Cabed. *deciſ.26. n.2.* Et poteſt comprobari 115
ex eo, quod ſervus alienus captus ab hoſtibus, & à ter-
tio redemptus, ſtatim fit redimentis, & non redit ad
priſtinum dominum; niſi ab eo prius redimenti pre-
tium redemptionis ſolvatur. *l. in bello §. ſiquis ſervum,
ff. de captiv. l. ſicut 10. C. eod.* ibi: *Nec commercio re-
dempta eſt.* Cabed. *1. p. deciſ.194.* Cujus exemplo Prin-
ceps, qui ſuis ſumptibus caſtrum recuperavit, illud
recte retinere poteſt, donec ſumptus reſtituantur.
Compenſare tamen tenetur redditus caſtri perceptos,
& quidquid occaſione caſtri lucratus fuit uſque
ad concurrentem ſumptuum quantitatem Cabed. *d.
deciſ. 26. n. 4.* Quod id verum ſit pro nunc aperire
non licet; quia pendet in Senatus graviſſima cauſa
inter Illuſtriſſimum Comitem de Vimioſo cum Pro-
curatore Regiæ Coronæ ſuper terris tractus de Per-
nambulo in Braſilia quæ à Batavis fuerunt occupa-
tæ, & poſtea ab Invictiſſimo Rege Joanne Quarto
ſuis ſumptibus recuperatæ. Et quidem de reſtitu-

116tione terrarum dubitari inciviliter poteſt, niſi proba-
tum fuerit culpa, & notabili negligentia Donatarii
terras per hoſtes occupatas fuiſſe. Tunc enim non te-
netur Princeps Donatario illas reſtituere: ut tenent
Panorm. Joan. Andr. & Grammat. quos refert, & ſe-
quitur Petr. Barboſ. *in L. divortio* 8. §. *interdum n.*
9. ff. de ſolut. Matrim. Ubi quoad ſolutionem ſump-
tuum tenet donatarium non eſſe obligatum expenſas
recuperationis ſolvere Grammatic. *conſ. crim.* 13. *n.*
46. contra id, quod dixerat Cabed. *d. decis.* 26. *n.*2.
Et vere Cabed. fundatur authoritate Palac. Rub.
117qui caſum proponit in privatis, qui ad vitanda dam-
na, quæ patiebantur caſtra ab hoſtibus occupata,
pecunia redemerunt, vel cum exercitu expugnarunt
non animo lucrandi, ſed reſtituendi veris dominis.
Cumque recuperatores negotium dominorum geſſiſ-
ſent, nil mirum quod ab eis ſumptus recuperationis
conſequi valerent argum. text. *in d. L. in bello* §. *ſi*
118*quis ſervum, ff. de captiv.* Non vero decidit caſum,
quo caſtra à Principe recuperata fuere, in quo datur
diverſa ratio, Tenetur namque Princeps vaſſallos,
& eorum bona defendere, atque tueri ratione ſupre-
mi dominii, & poteſtatis, quam populus in eum
tranſtulit in Regni erectione, ut dicemus *infra cap.*
32. numero 1.

Diximus ſupra ſine juſſu Principis, & authoritate
119non poſſe inferiorem bellum indicere. Sed hæc re-
ſolutio limitanda eſt, ut non procedat caſu, quo Im-
peratoris, ſeu Principis copia haberi non poteſt, &
res ita ſit comparata, ut moram ulteriorem abſque
imperii incommodo, & læſione nullam patiatur:
Tunc enim etiam inconſulto Principe bellum juſ-
tum ab inferiori geri poterit arg. text. *in l. ſi alius* §.
belliſſime juncta gloſſ. verb. ex magna ff. quod vi, aut
clam Et ita per illum textum determinat Martin.
Laudenſ. *de bello q.* 2. Ubi illius Commentator *n.* 6.
comprobat ex eo, quod ubi non eſt Judicis copia, po-
teſt quis ſibi ipſi jus dicere *L. ait Prætor* §. *ſi debitorem*
ff. quæ in fraud. cred. text. *in d.* §. *belliſſime* Decian. *in*
*tract. crimin. lib.*12.*c.*9.*n.*3. Alex. *conſ.*135.*n.*1.*lib.*1.
120Anton. Rub. *conſ.*13.*n.*7. Bald. *in c. olim. n.*2.*de reſ-*
cript. & Laudenſ. ſequuntur Socin. Jun. *conſ.*68.*n.*69.
Ayala *de jure bell. lib.*1.*cap.*2.*n.*9. Et quidem ſi ag-
greſſio ſit inopinata; tunc ut unus, & plures ſe defen-
121dere poſſunt impune Bellarm. *de laic. c.* 15. Immo
quando periculum eſt in mora, tacitus conſenſus ſupe-
rioris adeſſe præſumitur. Tuſch. *litter. B. concluſ.*
33.*n.*4. Beſold. *in ſynopſ. doctr. Polit. lib.*2.*cap.*12.*n.*
16.*poſt med.* Unde ſi Gubernator in longinquis agens,
puta in India Orientali, Angola, ſeu Braſilia viderit,
quod peregrina quædam gentium colluvies Imperii
ditiones vaſtare intendit, aliave damna, & mala fa-
cere; bene poteſt, & debet ſine juſſu Principis bel-
lum ſuſcipere, & hoſtes è finibus Imperii depellere
Matth. Steph. *de juriſd. lib.*2.1.*p. cap.*1. *membr.* 2. *n.*
54. Comment. ad Martin. Laudenſ. *q.* 2. *num.* 6.

Vel quando aliqui contra Principis Majeſtatem,
vel Reipublicæ quietem machinantur; tunc enim po-
122terit poteſtas adverſus eos bellum gerere tanquam
contra ſeditioſos, & rebelles nulla Principis expectata
authoritate Gregor. Lopez *in l.* 3. *tit.* 19. *partit.* 2.
gloſſ. 8. Eo enim ipſo rebelles in pœnam læſæ Ma-
jeſtatis incurrunt *extravag. qui ſint rebelles* & tan-
quam hoſtes occidi poſſunt §. *ult. ff. ad l. Corn. de ſicar.*
L. proditores, ff. de re milit. Et ideo nullo præcedenti
proceſſu licitum eſt poteſtati jura tranſgredi, &, ſe-
ditioſos ſuſpendi facere Addit. ad Abbat. *in c. inter*
alia de immunit. Eccleſ. in addit. quæ incipit per con-
trarium, Bald. *in c.* 1. *de conſ. col.* 5. *verſ. extra nota.*
123Quod ſi periculum imminet, & tumultus poſſunt cul-
pabiles puniri abſque ullo ordinato proceſſu idem
Bald. *in L. ſi quis violaverit, ff. de rer. diviſ.* Greg. Lo-
pez *in l.* 16. *tit.*26. *partit.*2. Avilez *in c.*1. *Prætorum*
gloſſ. dercebamente n. 14. Cumque hi etiam captivi
fiant *L. transfugam ff. de adquir. rer. domin.* bona eo-
rum deprædari poſſunt, & capientium fiunt *gloſ. in ex-*
travag. qui ſint rebelles, & ibi Bart. & Curt. Jun. quos
citat, & ſequitur Ayala *de jure bell. lib.* 1. *c.*2. *n.*10.
Ubi exemplum adducit Lucii Pinarii, qui cum Æn-
næ eſſet Præfectus præſidii, & civium rebellionem,
ac defectionem ad Carthaginenſes præſentiret, &
liberum non eſſet legatos ad Conſulem Marcellum
mittere, quamvis haud procul eſſet ex improviſo ma-
gna cæde facta omnes cives oppreſſit. Quod factum
Marcellus non improbavit, & Ænna retenta militibus
Ænnenſium prædam conceſſit Ita Livius *lib.* 34.

Hæc de bello, & ejus effectibus dixiſſe ſufficiat.
Nunc admonere velim Principem noſtrum, ut hoc 124
tempore pacis armorum tractationem tanquam omni-
no neceſſariam inſtituat: quam etiam tempore pacis
exercendam dixit Adam. Contzen. *lib.* 10. *Polit. cap.*
14. *per totum.* Namque, ut dixit Caſſiod. *L. epiſt.* 40.
Ars bellandi ſi non præluditur, cum neceſſaria fuerit,
non habetur. Diſcat miles in otio, quod proficere poſſit
in bello, animos ſubditi ad arma non erigunt, niſi qui
ſe ad ipſa idoneos præmiſſa exercitatione confidunt. Fa-
cile, ut dixit Plato, eæ civitates ab exteris vincuntur.
quæ prorſus arma deſeruerunt, ſeque totas otio (pa-
cis certitudine fieri) emanciparunt. Hyppolità Co-
libus *in Princ. c.* 11. Exercitus ipſo nomine exercita-
tos requirit ut dixit Amirar. 40. *diſcurſ.* 2. Ideoque 125
militares luſtrationes, vulgo *Alardos*, expedit fieri
in toto Regno, ut vaſſalli ſint apti, & idonei ad bel-
lum gerendum; & vim illatam propulſandam: ut mo-
nuit Juſtus Lipſ. *lib.* 5. *Polit. cap.* 9. Faxius *axiom. bell.*
31.58.& 90. Et ea propter olim Nobiles militum pa-
ratorum loco ſemper erant, & ideo illi feuda daban-
tur. Promptiores, & confidentiores ſunt ad duellum,
qui arte gladiatoria, vel equeſtri præpollent: Et ſic
ad militiam exercitatio conveniens eſt. Eſt namque 126
diſciplina militaris ſevera confirmatio militis ad ro-
bur, & virtutem à Duce belli inſtituta *l. locſtium* 12.
ff. de re milit. cum quam milites aſſique etiam in
pace ad uſum armorum, atque opera militaria inſtitu-
untur. Nulla enim re militem damno majori affici con-
ſtat, quam otio, & luxu. Et denique notandum, quod
pax ſæpius eſt ſimulata, ut nempe debilior recuperet
vires, & alacrioris hoſtis primus impetus retundantur;
& ſæpe majus periculum incurritur pace, quam bello
pateretur. Et ideo caute agendum eſt in prævenien-
dis militibus, Ducibus, & annonis ad belli inopinatos
caſus: ut ait Petr. Greg. *de Repub. lib.*11. *cap.*3. Et inſu-
per magna habenda eſt cura armorum, omniſque ge-
neris militarium inſtrumentorum; ut ſic inopinati bel-
li occaſionibus facilius poſſit occurri Chriſtophor. Be-
ſoldus *in ſynopſi polit. doctr. lib.* 2. *c.* 12. *à n.* 1.

Porro ad Principis Regaliam pertinet ex vi ſuæ 127
ſupræmæ poteſtatis poſſe ſubditos cogere ad bellum,
ut pro defenſione patriæ morti ſe exponant *l. nullus,*
*C. de curſu publico lib.*12. *l. c.*4. & 5. *tit.*9 *p.*2. *Ordin.*
*lib.*2. *tit.*26. §. 5. ibi: *Ebem aſſi ſervilo opovo em tempo*
do guerra peſſoalmente: ſive bellum ſit defenſivum, ſive
offenſivum, dummodo juſtum ſit & ex juſtis cauſis ſuſ-
ceptum: ut optime tradunt Bañes *in* 2.2. *q.*64. *à n.* 5.
*dub.*1 Leonard Leſſ. *lib.*2. *de juſt. & jure c.* 4. *in fine*
Gregor. de Valent. *diſtinct.*3. *q.*16. *de bello punct.* 2. &
3. Ameſcua *de poteſtate in ſe ipſum lib.*2. *c.*2. *n.*16. Et
comprobatur ex variis locis Sacræ Scripturæ Geneſ.
*c.*14. & *lib.*1. *Reg. c.*23.24. & 26. *lib.* 2. *c.*10.11. & 18.
& *lib.*3. *cap.*15.16. & 20. & *lib.*4. *cap.*3. *Judith. c.*15. &
20. Zach. *c.*14. Oſeæ *c.*10. Mach. *lib.*1. *c.*1.2. & 3. Ubi
populus ad bellum compulſus fuit notat Solorz. *de*
jure Ind. to. 2. *lib.*1. *c.*13. *n.*63. ſequitur Larrea *alleg.*
114. *c.*11. Calixt Ramires *de l. Regia* §. 31. *n.*13. Ubi 128
quod pro Republica & Rege quilibet vaſſallus vitam
ſuam tenetur opponere cuivis maximo & urgen-

tiſſimo

tiſſimo periculo intentione, & ſpe evadendi Covarr.
*lib.*1.*var.c.*2.*n.*10.Menchac. *illuſtr.c.*11. *n.* 30. *&* 31.
129*n.*12.Plaça *de delict. c.* 23. *n.*7. Quamvis enim actus
directo tendens ad mortem non poſſit eſſe licitus *c. ſi*
non licet 9.*c. non eſt noſtrum* 11.23.*q.*5. Fagundez *in*
5.*pracept. Decalogi c.* 11.*per totum*, & cum pluribus
Larrea*d.alleg.*114.*n.*6. Quare dixit Ameſcua *de po-*
*teſtate in ſe ipſum lib.*2*c.*2. quod neque pro ſalute Rei-
publicæ poſſit quis ſe certæ, & voluntariæ morti of-
ferre; tamen cum in bello, licet periculum mortis
immineat, mors certa non ſit; ita ut quis voluntariè
ad bellum ire poteſt, ita & Princeps eum cogere va-
let, ut in bello mortis periculo ſe exponat pro patria,
& publica ſalute; quamvis mors inde ſequatur. Quia
cum bellum ſit licitum, ut diximus ſupra *n.*127. Prin-
cipi imputandum non eſt, quod præter ejus volunta-
tem acciderit *c.de accidendi* 23.*q.*5. ibi, *Abſit, ut ea,*
qua propter bannm, ac licitum facimns, aut babemus,
ſiquid per hæc prater noſtram voluntatem cuiqnam ma-
li acciderit, nobis imputetur: ac proinde non ſolnm li-
cet Principi vaſſallos compellere ad bellnm, ſed etiã
vaſallum innocentem vitæ periculo exponere pro com-
muni bono, & ſalute, ut late comprobat Larrea *d.alleg.*
114. Plane omnis actus poſitivus, & affirmativus; qui
130mortem neceſſario, & infallibiliter non infert, ſi in ali-
quem finem juſtum, & ſufficienter bonum dirigatur,
etiamſi ex accidenti morti ſit proximus, & maximum
contineat periculum licitus eſſe poteſt, & meritorius
Covarr. *lib.*1.*var.c.*2.*n.*8. Bannes *d.q.*64. *art.*5.*dnb.*
1.*ad* 2. Navarr. *in manual. c.* 17. *n.*87. Simanch. *de*
Catholicis inſtit.tit. 18.*n.*30. Ameſcua *d.lib.*2.*c.*2.*n.*
6.*&* 16.*&c.*3.*n.*5.*& c.*6.*n.*7.*&* 8.Ramires *d.*§. 31. *n.*
13. Atque ita cum bellum neceſſario mortem non in-
ferat, ritè poteſt Princeps vaſſallos ad bellum, ipſique
pro defenſione patriæ ſe ſe particulis exponere tene-
tur juxta illud Horat.

Dulce, & decorum eſt pro patria mori.

Nec ſapiens ullum pro Republica vitabit periculum
Cicur. *lib.* 1. *officior. c.*4. ibi: *Nullum eſt periculum,*
quod ſapiens pro ſalute patria vitandum arbitretur.
131Et *in procem. tit.*22.*partit.*2. ibi *Et tenudo el pueble a*
ene jente deſto de abrar por amor en la tierra donde
ſon naturaler ennobreciendola, y angmentandula:
Solorzan.*de jure Indiar.tom.*2.*lib.*2.*c.* 5.*n.*51. Callix-
to Ramirez.*de leg. Reg.* §.31.*n.*13. Quapropter pa-
triæ parendum eſt in perſona illius, qui ei principali-
ter præeſt tanquam caput ipſius ſupremum Vnde di-
xit Auguſtin *in c. qua contra* 8.*diſt.* generale pactum
eſſe ſocietatis humanæ obedire Regibus. Immo pro
conſervatione capitis vitam periculo exponere Ayala
*de jure belli lib.*1.*c.*2.*n.*26.*verſ. quemadmodum enim*
Alphonſ.de Caſtr. *de leg.pænal.lib.*1.*c.*1.*pag.*12. Ameſ-
cua *de poteſt.in ſe ipſum lib.*2.*c.*2.*n.*6.*&* 16. *& c.*3.*n.*
5.*&* 6. Prout manus exponi ſolet periculo ad conſer-
vationem capitis, D.Th.1.*p.q.*6. Joann. de Terrarub.
*in tract. contra rebell. art.*32.*verſ.* 1.Solorzan. *d.* 2.
*tom. lib.*1. *c.*13 *n.*65. Larrea *d.alleg.* 114. *n.*8. Qui
noſtram reſolutionem aliis ſimilibus comprobant.

Caput XXVII.

De Repræſaliis, & à quo concedi poſſint.

SUMMARIUM.

1 *Ad Principem ſpem ſpectat jus concedendi repræſa-*
lias, quæ ad inſtar belli ſunt.
2 *Salus Princeps ſuperiorem non recognoſcens poteſt*
repræſalias concedere, non autem inferiores.
3 *Repræſaliarum uſus antiquiſſimus eſt.*
Repræſaliæ jure Divino, & gentium licita ſunt. Ibid.
4 *Repræſalia dicebantur clarogationes. In noſtri jure*
dicnntur pignoratianes. Et unde repræſaliæ no-
men traxerint.
5 *Repræſalia duplicem continent cauſam, publicam,*
& privatam. Et qua in propoſito ſit cauſa publica.
6 *Repræſaliæ ob cauſam publicam matu proprio Prin-*
cipis conceduntur, & continent publicã vindictã.
Iure belli, & manu militari fiunt. Et ex eiſdem. cauſis
poteſt Princeps bellum indicere, & repræſalias
concedere. Ibid.
7 *Repræſaliæ, & pignorationes ſunt à jure probibita,*
ac odioſa.
8 *Bellum quando eſt publicum, repræſaliæ ſunt permiſ-*
ſæ omni jure.
9 *Pæna tantum ſequi debet ſuos autbores.*
10 *Nemo debet ex facto alterius prægravari: Neque*
alteri per alterum iniqua conditio poteſt inferri.
Subditi innocentes ob culpam ſui Principis neque pu-
niri, neque vexari poſſunt. Ibid.
11 *Repræſaliæ non debent decerni, niſi in cauſis ex*
quibus bellum juſtum indici valet.
12 *Repræſaliæ poſſunt concedi, quoties Princeps de-*
negat juſtitiam, vel injurias intulit contra omnes
ſubditos, ita ut bellum contra omnes indici poteſt.
13 *Aliquando quis punitur non data culpa.*
Innocens poteſt bonis privari; quia pars Reipublicæ
iniqua Ibid.
Concluditur repræſalias contra innocentes poſſe con-
cedi. Ib.
14 *Reſpondetur ad fundamenta contraria partis.*
15 *Legati, & eorum bona jure gentium à repræſaliis*
ſunt immunes.
16 *Clerici, ac eorum bona, & Eccleſia à repræſaliis*
ſunt immunes.
Laicus exercens repræſalias contra clericum incidit
in excommunicationem Bullæ Cænæ. Ib.
17 *Clerici continentur appellatione vaſſallorum Re-*
gis, & veniunt appellatione populi.
Sunt cives, & membra populi. Ib.
18 *Clerici, quamvis immunes à tributis, non gaudent*
immunitate tempore neceſſitatis adventitia.
Princeps propter bellum poteſt vaſa aurea, & argentea
Eccleſia aſſumere, dummodo ceſſante neceſſitate
reſtituat. Ib.
19 *Repræſalia à ſaculari contra bona Eccleſia, & Cle-*
ricorum fieri non poſſunt ex veriore ſententia, niſi
conſtiteri, quod Principem adjuvant, & illi tri-
buta perſolvunt.
20 *Repræſaliæ poſſunt concedi contra Epiſcopum qui*
negligit juſtitiam facere de Clericis ſuis.
Repræſalia concedi poſſunt à Iudice competenti dam-
num paſſi, quando non adeſt ſuperior damnum
dantis. Ib.
21 *De praxi procedendi in judicio Regiæ Coronæ con-*
tra Iudicem Eccleſiaſticum, qui recuſat abtem-
perare ſententiis in caſibus recurſus.
22 *In hoc Regno repræſaliæ non conceduntur adver-*
ſus ſubditos, & Regis vaſſalles: Et tantum con-
cedi ſolent adverſus Principem, contra quem bel-
lum publicum geritur, & ejus vaſſalles.
Item adverſus Iudicem Eccleſiaſticum, qui in caſibus
recurſus, & protectionis non abtemperat ſenten-
tiis latis: in aliis verò caſibus repræſaliæ uſu re-
cepta non ſunt. Ib.
23 *Princeps non debet repræſalias indicere, niſi prop-*
ter magnam, & juſtam cauſam, non vero ob mo-
dicum prajudicium.
24 *Capta pro repræſaliis non fiunt capientium: ſed*
cuſtodiri debent, donec damni, vel injuriæ fiat
mendamo
25 *Repræſaliæ, ſi fuerint conceſſa à Principe ob vin-*
dictam publicam, & Princeps bona concedat ca-
pientibus, vel aliis, eorum fient.

1 ITa ut ad Principis ſupremam puteſtatem pertinet
jus indicendi bellum, ita etiam ad eum ſpectat jus
concedendi repræſalias, quæ ad inſtar belli ſunt,
Martin. Laudenſ. *in tract. de repræſal. n. 5. 6. & 8.* And.
Gail. *lib. 1. obſerv. 28. n. 9. & de pignor. c. 1. n. 2.* Sixtin.
de Regal. lib. 2. c. 1. à n. 30. Vveſembeq. *conſ. 46. n. 6.*
Arias de Meſa *lib. 2. var. c. 22. n. 1.* Ayala *de jure belli
lib. 2. c. 4. n. 10.* Ille namque tantum repræſalias dare
poteſt, cui jus eſt indicendi bellum; Et ſic ſolus Prin-
ceps ſuperiorem non recognoſcens poteſt repræſalias
2 concedere Guid. Pap. *dec. 32. n. 1.* Laudenſ. *de repræſal.
n. 8.* Covarr. *in reg. peccatum 2. p. §. 9. n. 4. verſ. hinc de-
nique* Arias de Meſa *d. c. 22. n. 1. & 2.* Coler. *de pro-
ceſſ. exécut. p. 1. c. 2. n. 280.* Sixtin. *d. lib. 2. c. 1. n. 31.* Be-
ſold. *in ſynopſ. Polit. doctr. lib. 2. c. 12. n. 20.* Unde in-
feriores repræſalias concedere nequeunt; prout ne-
que bellum indicere Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediol.
rubr. de repræſal. n. 21.* Arias de Meſa *d. c. 22. n. 1. in fin.*
3 Repræſaliarum uſus antiquiſſimum eſt à venuſtiſſi-
mis Romanorum legibus radicem ſumpſiſſe exiſtimat
Zazius *ad L. 2. §. & ita lege ff. de orig. juris,* Andr. Gail.
de pignor. obſer. 2. n. 5. Et quidem repræſaliæ omni ju-
re Divino, atque gentium & in foro ſori licitæ ſunt:
ut docet Bart. *in tra. repræſal. in 1. q. princ. in 1. & 2.
quæſito.* Guid. Pap. *deciſ. 32.* & Ludovic. Peguer. *dec.
11. n. 2. & ſeqq. verſ. his tamen non obſtantibus,* Me-
noch. *de arbitr. lib. 2. caſu 527. n. 2. & ſeqq.* Petr. Ga-
ball. *reſolu. crim. caſu 122. n. 1.* Et antiquitus diceban-
tur clarigationes: ut tradit Alciat. *in L. provinciales,
ff. de verb. ſignif.* Burſat. 345. *n. 48.* Ramirea *de leg.
4 Reg. §. 26. n. 64. in fin.* Caſtill. *de tert. c. 41. n. 94.* Amaya
in L. providendum 23. n. 35. cum ſeq. C. de Decurion. lib.
10. Andr. Gail. *de pignor. lib. obſerv. 2. n. 8.* Quidquid
alii ſentiant, quos refert Arias de Meſa *d. c. 22. n. 2.*
In noſtro vero jure pignorationes dicuntur *Auth. ut
non fiant pignorationes §. 1. Auth. ſed omnino C. ne
uxor pro marito,* Bar. *in d. Auth. ut non fiant pignora-
tiones n. 1.* Ayala *de jure belli lib. 1. c. 4. n. 102.* Peguer.
dec. 11. n. 5. & eſt tex. *in c. 1. de injur.* Quamvis pig-
norationes à repræſaliis differre tradit Gail. *de pignor.
obſerv. 1. n. 4.* Hæc autem repræſaliarum appellatio
tracta eſt à verbu Gallico *reprendre, & repriſes* quod
eſt, unum aliud pro re ſua accipere, & injuriam in
damno, & facto conſiſtentem poſtulare reſarciri Pe-
guer. *deciſ. 11. n. 4.*
Repræſaliæ duplicem continent cauſam publicam,
5 ſcilicet, & privatam. Fiunt ob publicam cauſam à
Principe non recognoſcente Superiorem contra alium
Principem, & ſuos ſubditos, qui ſunt hoſtes, quandu
injuſtè occupaſſent bona, loca, & caſtra ipſius Prin-
cipis, vel alicujus fœderati. Arias de Meſa *d. lib. 2. c.
23. n. 1.* Vel quando latrones, aut piratæ, aliive homi-
nes alicujus gentis homicidia, rapinas, ac alia ſcelera
perpetraverint, quorum emendationem neglexit Su-
perior eorum. Covar. *in reg. peccatum 2. p. §. 9. n. 4.*
6 Quo caſu repræſaliæ motu propriu Principis conce-
duntur; & continent vindictam publicam, & quan-
dam ſpeciem punitionis criminum Damhouder. *pract.
crim. c. 98. n. 1.* quem refert, & ſequitur Creſp. de Val-
daur. *obſerv. 75. n. 4.* Immu jure belli, & manu militari
fiunt, & conceduntur. Petr. Greg. *ſyntagm. p. 3. lib. 38.
cap. 8. n. 24.* Creſp. *ubi proxime n. 13.* quia eis eiſdem
cauſis Princeps poteſt bellum indicere. Bart. *in tract.
repræſal. 3. q. princ. n. 3.* Jacob. à Canib. *eod. tract. 1. p.
n. 36.* Covarr. *in d. reg. peccatum 2. p. §. 9. n. 4.* Creſp. de
Valdaur. *obſerv. 75. n. 14.* Peguer. *deciſ. 11. n. 9. c. Do-
minus noſter 23. q. 2.*
7 Et hoc in caſu, quamvis regulariter repræſaliæ, &
pignorationes ſint à jure improbatæ, & odioſæ *d.
Auth. ut pignorationes non fiant. c. 1. de injur. lib. 6. L.
1. & tit. 17. lib. 5. Recop.* Franc. Marc. *deciſ. 767. n. 5. 1.
p.* Gail. *de pace publ. lib. 1. c. 5. n. 22.* Gregor. Lopez
in L. 15. verb. en otros tit. 10. partit. 7. Perez *in L. 6.
tit. 16. lib. 8. Ordinam.* Acevedi. *in L. 6. tit. 12. lib. 8.
Recopil.* Arias de Meſa *lib. 2. c. 21 n. 5.* Mart. *de ju- 8
riſd. 1. p. caſu 41. n. 12.* Ubi late fundat repræſalias
omni jure eſſe prohibitas. Veruntamen quoties bel-
lum eſt publicum, repræſaliæ ſunt permiſſæ, ita ut
bellum omni jure permiſſum eſt *cap. Dominus noſter*
23. *q. 2.* Covarr. *d. 2. p. §. 9. n. 4.* Petr. Caball. *caſu* 291.
n. 24. Ayala *de jure bell. lib. 1. c. 4. n. 10.* Et ita quoti-
die videmus repræſalias indici ab uno Principe con-
tra alium, & ejus ſubditos. Prout factum fuit ab In-
victiſſimo Noſtro Rege Joanne Quartu adverſus Ca-
ſtellanos; & à Rege Caſtellæ adverſus Francos, dum
inter alias Coronas bella graſſabantur.
Sed dubitari poteſt, An repræſaliæ ſint conceden-
dæ contra omnes ſubditos Principis, qui hoſtis eſt? 9
An vero ſint excipiendi culpæ expertes? Dubitatio-
nem movet, quod pœna tantum ſequi debet ſuos au-
thores *L. ſancimus, C. de pœn. c. 2. de conſtit. in 6. c.
Roman. in fin. de ſentent. excommun. L. crimen. 26.
ff. de pœn.* Petr. Caball. *caſu 56. n. 53. & caſu 294. n.*
195. Solorzan *de jure Indiar. tom. 2. lib. 1. c. 14. n. 67.
& ſeqq.* Joann. Hering. *q. 1. n. 42.* Neque alius ex facto
alterius debet prægravari *L. paterfamilias. 44. ff. de
hæred. inſtit. L. ſiquis in ſuo §. læſis, C. de inoffic. te-
ſtam.* Cyriac. *controv.* 291. *n. 27.* Carleval. *de judic.
tit. 1. diſp. 5. n. 6. in fin. & n. 26.* Neque alteri per al-
terum iniqua conditio poteſt inſerri *L. non debet 74.
ff. de reg. juris,* Surd. *conſ. 173. n. 84.* Cyriac. *ubi pro-
xime n. 28.* Unde ſubditi innocentes ob culpam ſui
Principis neque puniri, neque vexari poſſunt: Præ-
ſertim cum repræſaliæ non fiant in belli conflictu, in
quo capta capientium fiunt: ut diximus ſupra *c. 26.
n. 45.* Innocent. *in c. olim. col. 2. de reſtit. ſpoliat.* De-
inde facit locus Ezech. *c. 18.* ibi: *Anima, quæ pecca-* 10
*verit, ipſa morietur, & filius non portabit iniquitatem
patris: Et Deuter. cap. 24. Non occidantur patres pro
filiis, nec filii pro parentibus; ſed unuſquiſque pro pec-
cato ſuo moriatur.*
Verum contraria ſententia tenenda eſt: Quoniam
cum repræſaliæ decerni non debeant, niſi ex illis cau- 11
ſis, ex quibus bellum juſtum indici poteſt Covarr. *in
reg. peccatum 3. p. §. 9. n. 4.* Ayala *de jure bell. lib. 1.
c. 4. n. 10. cap. Dominus 23. q. 2.* Ita ut in bello juſtu
poſſunt offendi innocentes, ſi non principaliter, acci-
dentaliter tamen, quando aliter bellum geri non po-
teſt. Ita, & contra culpæ expertes repræſaliæ poſſunt
declarari; quia univerſitas eſt corpus, quod ex ſuis
partibus conſtat *L. ſicut ff. quod cujuſque univerſ. nom.*
Laudenſ. *de repræſal. n. 6.* Unde ſi Princeps juſti- 12
tiam denegaverit, vel injurias intulerit, omnes ſubdi-
ti cum Principe culpam admittunt. Molin. *de juſt. tom.
1. tract. 2. diſput. 121. verſ. confirmari.* Idcircoque,
cum propter delictum Principis bellum indici poſſit
contra Regnum, & ſubditos, ubi aliud remedium in-
veniri non poteſt. Laudenſ. *de bell. q. 38.* nil mirum
ſi repræſaliæ contra ſubditos Principis decerni vale-
ant, quia omnes cum Principe pro hoſtibus habentur:
aliquando namque ex cauſa etiam non data culpa
quem puniri poſſe probatur ex text. *in c. quoniam fre* 13
*quenter §. ſi vero ut lite non conteſtata, c. renovantes
ubi gloſſ. 22. diſtinct. c. vergentis, c. nec hujuſmodi de
hæretic. c. 2. de conſtit.* optime Ayala *d. c. 4. n. 4.* Ubi
exemplis comprobat: & etiam innocens; quippe para
Reipublicæ iniquæ, bonis, & libertate poteſt privari
Covarr. *d. §. 9. n. 4.* P. Soarez *in tract. de charit. diſp.
13. de bell. ſect. 7. n. 12.* Creſp. *d. obſerv. 75. n. 6.*
Exornat Arias de Meſa *lib. 2. var. c. 23. n. 11. & ſeqq.*
Qui hanc opinionem dicit communem. Et eam tuen-
tur Bart. *de repræſal. q. 6.* Laudenſ. *d. q. 38.* Peguer.
deciſ. 11. n. 8. Victor. *in relect. de jure belli. n. 41.* Bellin.
de re milit. 2. p. tit. 11. n. 4. Molin. *d. diſp. 121. verſ.
confirmari,* Azor. *inſtit. moral. lib. 2. cap. 7. q. 20.* Ayala
d. c. 4. nu. 6. & 7. Et certum quod municipes non
tenen-

teneutur ex dolo ſingulari; tamen tenentur ex dolo
ejus, qui eos adminiſtrat *L.ſed ſi ex dolo* 15.*ff. de do-*
lo. Peguer. *deciſ.* 11. *n.*10. Creſp. *obſerv.* 75. *n.*9.
14 Contrariæ vero ſententiæ fundamentis ſatisfacit
optime Arias de Meſa *d.c.*23.*n.*19. *& ſeqq.* ad quem
lectorem remitto; non enim libet alienos tranſcribere
labores. Et tantum adverto, quod licet culpæ exper-
tes in bonis poſſint puniri; non tamen vita privari va-
lent principaliter; accidentaliter vero ſi repræſaliæ
aliter exequi non queunt, etiam occidi poterunt jux-
ta ſententiam Covar. *d.*§.9.*n.*4.Creſp. *obſerv.*75.*n.*5.
At vero excipiuntur à repræſaliis legati, & eorum
15 bona; quia de jure gentium incolumes ſervari debent
Grotius *de jure bell.lib.*3.*c.*11.§.6. Vbi, quod etiam
apud aliquas nationes excipiontur mulieres, infantes,
ſcolaſtici, & qui veniont ad nundinas, ſeu mercatus.
De quibus etiam Fontao. *de pact.nupt.clauſ.*3.*gl.*2.*n.*
34. Thuſc. *litt. S. concluſ.* 198. *n.* 4.
Similiter Clerici, eorumque bona, & Eccleſiæ à
repræſaliarum conceſſione eſſe exemptos probat text.
16 *in cap.* 1. *de injur. lib.*6. Ita ut ſi particularis ſit, qui
eas concedit, & intra menſem non revocaverit, ex-
communicationis mucrone feriatur. Si vero univerſi-
tas, ſit interdicta. Bart. *in tract.de repreſal.* *q.*7. *n.*6.
& 7. Barachin. *in ſuo repert.verb. Clerici pro repræſa-*
liis, Carol. de Graſall.*d. effectib.Clericat effect.*23.*n.*1.
& 2. & alii laudati ab Auguſt. Barboſ.*in d.c.*1. *d.in-*
jur. *in* 6. *num.*2. Vltra quos idem tenent Fontan. *de*
*pact nupt. clauſ.*3.*gloſſ.*2.*n.*34. Mart. *de juriſd.*4.*p.ca-*
ſu 41. *n.*2. *&* 26. Qui *n.* 27. docet laicum exercen-
tem repræſalias contra Clericum incidere in excom-
municatione Bullæ Cænæ. Et prædictam concluſio-
nem probant etiam Laudenſ.*de repræſal.n.*43.Jacob.
à Canib. *eod. tract.*2.*p.in princip.* Franc. Marc. 3. *p.*
deciſ. 356. *n.*1.
Sed loquendo de repræſaliis conceſſis à Summo
Principe contra aliom non recognoſcentem ſuperio-
17 rem, & ejus vaſſallos obſtare videtur, quod Clerici
continentur appellatione vaſſallorum Regis Valaſc.
conſult. 100.*n.*4. & veniunt appellatione populi Va-
laſc. *proxime n.* 5. quia cives, & pars populi, mem-
braque ſunt Reipublicæ temporalis, Bart.*in L.*1.*n.*11.
ff.ad municip. Tiraq. *de Primog.q.*94.*n.*9. Bovad. *in*
*ſua Polit.li.*2.*c.*18.*n.*64.*&* 308. Burg.de Paz.*in L.* 3.
*Tauri n.*4.Salgad.*de Reg.protect.*1.*p.c.*1.*præl.* 1. *n.*58.
Valaſc. *d. conſult.* 100.*n.*2 Mart.*de juriſ.* 4.*p.caſu* 1.
*n.*27. Qua ratione licet alias immunes ſint à tributis,
& collectis, non gaudent immunitate tempore neceſ-
18 ſitatis adventitiæ, & repeniſinæ: Veluti ſi Princeps ab
hoſtibus invaditur: ut tenent Duennas *reg.* 100.*limit.*
12. Mart. *de juriſd.*4.*p.caſu* 100.*n.*2.*& ſeqq.* Auguſt.
Barb.*in L. placet* 5.*n.*7.*C.de ſacroſ. Eccleſ.* Sanfelic.
*in diſp.de donat.n.*38. *& ſeqq.* Bovad. *tom.*1.*lib.*2.*c.*
18.*n.*297.Cevall. *q.*578. *à n.*3.,Caſtill.*de tert.c.* 9.*n.*
20. Immo tempore neceſſitatis propter bellum poteſt
princeps vaſa aurea, & argentea Eccleſiæ aſſomere,
& cum eis publicæ neceſſitati occurrere; dummodo
ceſſante neceſſitate illa reſtituat Solorzan. 2. *tom.lib.*
1. *c.* 13. *n.* 25. *&* 26. Unde, cum Clerici ſint hoſtes
vaſſalli, & ei ſubvenire teneantur, recte poſſunt quo
ad eorum bona repræſaliæ concedi.
19 Verius tamen cenſeo, non poſſe concedi repræſa-
lias à ſæculari contra bona Eccleſiæ & Clericorum:
quamvis enim Clerici cenſeaotur vaſſalli Regis, non
tamen illi ſunt ſubditi ratione juriſdictionis, cujus Rex
eſt incapax. Qua de cauſa non dicuntur delinquere
cum Principe, cujus reſpectu repræſaliæ fuerunt con-
ceſſæ. Ideoque non debent puniri in bonis, niſi con-
ſtiterit, quod Clerici Principem adjuvant, & illi tri-
buta perſolvunt: Tunc enim hoſtes cenſeri debent,
& tanquam tales continentur in conceſſione repræſa-
liarum *c. Dominus noſter* 23. *q.* 2.
Confirmatur: quia ſi Epiſcopus negligit facere

juſtitiam de Clericis ſuis, & non patet facilis reccur- 20
ſus ad ſuperiorem, bene poſſunt repræſaliæ concedi
adverſus eum, & perſonas Eccleſiaſticas. ſecundum
Bartol.*de repraſal.n.*6.Guid. Pap.*d.c.*34. ubi additio
verbo homines, Franciſc. Marc. *p.*2. *dec.*359. *n.*1. &
eo non relato Fontan. *de pact.nupt. clauſ.*2.*gloſſ.*2.*n.*
35. Quia repræſaliæ concedi valent à Iudice omni-
no inconpetenti damnum paſſi, quando non adeſt ſu-
perior damnum dantis, ad quem poſſit haberi recurſus;
vel quando Iudex jus reddere neglexit Sylvan. *conſ.*
34.*n.*30. Gabr. Pereyr. *de man. Reg.p.*2.*c.*22. *n.*10.
Ex qua reſolutione videtur deducta praxis hujus Re-
gni, ſecundum quam Iudex Regiæ Coronæ procedit 21
contra Iudicem Eccleſiaſticum, qui ſententiæ latæ
in ejus judicio in caſibus recurſus Regiæ protectionis
recuſat obtemperare: Tunc namque repræſaliæ per-
mittuntur in bonis Judicis Eccleſiaſtici profanis &
ei omnes interdicuntur temporalitates Ripol. *de Re-*
*gal.c.*27.*n.*42.*&* 43. Immo ſi adhuc recuſat, in amiſ-
ſione naturalitatis Regni condemnatur, & extra Re-
gnum ejitur.
In hoc autem Luſitaniæ Regno repræſaliæ adver-
ſus ſubditos, & Regis vaſſallos non decernuntur, &
tantum concedi ſolent adverſus Principem, cum quo 22
bellum publicum geritur, & ejus vaſſallos: Item ad-
verſus Judicem Eccleſiaſticum, qui in caſibus recur-
ſus, & protectionis ſententiis latis non obtemperat.
In aliis vero caſibus repræſaliæ uſu non ſunt recep-
tæ: Prout apud Germanos in deſuetudinem abierunt;
ut tradit Andr. Gail. *de pignorat.obſerv.*2. *n* 3. *&* 4.
*de arreſt. Imper.c.pig. n.*13. Proindeque de illis tan-
tum repræſaliis ſermo eſt, quæ à Principe indicun-
tur contra alium, qui hoſtis ſit, & ejus ſubditos. Et eſt
advertendum, quod Princeps repræſalias indicere non
debet, niſi propter magnam, & juſtam cauſam, non
vero propter modicum præjudicium argumento text. 23
L.ſi oleum §. *ultim. ff. de dol.L.Socio, ff. de in integr.*
reſtit. Bart.*de repral.q.*2.*n.* 11.Menoch. *d.caſ.*516.*n.*
10.Burſat.*conſ.*345. *n.*53. & cum aliis Arias de Meſa
*d.lib.*2.*c.*4.*n.*22.Ripol. *de reg.c.*27.*n.*31. *&* 32. Por-
ro notandum eſt capta pro repræſaliis non fieri ca- 24
pientium, ſed cuſtodiri debere, donec damni fiat
emenda, & æſtimatio, vel injuriæ illatæ Calderin.
conſ. 65. *n.*4.*verſ. in hoc. tamen caſu* Thuſc. *litter.R*
*conc.*200.*n.*1. Ideoque fieri debet inventarium bono-
rum captorum Mart *de juriſd. p.* 4. *caſ.* 41. *n.* 10.
Quia repræſaliæ ſunt ſpecies arreſtorum, Andr. Gail.
*de pignorat. obſ.*2.*n.*2. Sed hæc intelligenda ſunt de
repræſaliis, quæ fiunt inter privatos ad inſtantiam ali- 25
cujus ob damnum illatum, vel ſpecialem injuriam ad
privatum commodum & ſatisfactionem: de quibus
loquuntur Mart.*ubi ſupra*, Guid.Pap.*deciſ.*32.Peguer.
deciſ. 11. Petr. Caball.*caſ.* 122. At vero ſi repræſa-
liæ fuerint conceſſæ à Principe ad vindictam publi-
cam, & Princeps bona concedat capientibus, vel aliis,
illius fient. *prodeſt.*23. *q.*5. Calderin.*d. conſ.*95. *n.*4.
in fin.verſ.ſi tamen illis Thuſc.lir. *R.concluſ.*200.*n.*2.

CAPUT XXVIII.

De jure faciendi Pacem.

SUMMARIUM.

1 *Vbi non eſt pax, in conſequentia eſt bellum, quia bellum & pax ſunt relative oppoſita.*
2 *Tempus guerræ in calamitate conſiſtit, pacis vero tempus in lenitate, & libertatis tranquillitate, atque ſecuritate.*
3 *Treuga tempus dubium eſt inter pacem, & guerram & potius guerra dicitur quam pacis.*

4 *Pax nil aliud eſt quam multitudinis unitas, in qua modus, & ſalus populi conſiſtit. Et aliqua pacis laudes ſubjiciuntur.*

5 *Pax eſt diſcordiæ finis, & hominum ordinata concordia.*

6 *Pax diſtinguitur à treuga, quæ eſt ſecuritas perſonis, & rebus ad tempus præſtita diſcordia durante, & non finita.*

7 *Treuga dicitur, quando fit inter generoſos, inter alios ſecuritas.*

Valet argumētum de treuga ad pacem: Et è cōtra Ib.

8 *Ius faciendi pacem cum hoſtibus ad Principem ſolum ſpectat.*

9 *Imperator exercitus nullam faciendi pacem habet licentiam: quamvis ſponſionem facere valeat, quæ tamen nullam vim habet niſi Majeſtatis ſequatur ratihabitio.*

10 *Pax fieri poteſt per procuratorem ſpeciale mandatum habentem.*

Non poteſt fieri à Rege infante, & captivo. Ib.

Curator Regis ita ut bellum indicere, ita & pacem facere poteſt. Ibid.

11 *Romani pacem faciebant medio Fecialium Sacerdotum cum Patre Patrato.*

12 *Principes ad ineundam pacem legatos mittere ſolent cum ſpecialibus mandatis, qui pacis fœdera conficiunt, & ratificantur à Regibus, poſteaque ſolemniter pax publicatur.*

13 *Nemo ſanus paci utrinq; pari bellum præoptabit.*

Nihil pace jucundius, nil glorioſius, delectabilius, & utilius. Ib.

Pax Principum reſpicit publicam utilitatem. Ib.

14 *Pax injuſta ſemper bello etiam juſtiſſimo præferenda eſt maxime inter Chriſtianos.*

15 *Princeps non debet audire eos, qui ad bellum ſunt proclives.*

16 *Pax inita à Principe pro ſe, & ſuis ſubditis comprehendit omnes tam præſentes, quam futuros.*

Item comprehendit etiam vaſſallos Eccleſiaſticos. Ib.

Pax debet fieri per pactum. Quod nihil aliud eſt quam capitula Pacis. Ibid.

BEllum, & pav ſunt relative oppoſita, & quod de
uno prædicatur affirmative, de altero prædicatur
negative. Atque ita ubi non eſt pax, in conſequen-
1 tiam eſt bellum *c. hoſpitalium in fin. 32. diſtinct.* Bald.
in L. 1. n. 1. in fin. C. quando non petentium partes,
Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 27. tit. 6. n. 9.* Capic.
Latro 162. *n.* 15. Et quidem pax ab initio incognita,
poſt bellum cognita fuit ut dixit Cyriac. *contr. 21. n.*
36. Cumque tria vitæ, & uſus hominis ſint tempora,
guerræ ſcilicet; pacis, & treugæ: Tempus guerræ in
calamitate conſiſtit, quoniam homines invicem ſe la-
ceſſunt & deprædantur, quod eſt proprium guerræ *l.*
2 *poſtliminium* §. *inducia, ff. de captiv.* Pacis vero tem-
pus proprium in lenitate, & libertatis tranquillitate,
ac rerum, & perſonarum ſecuritate conſiſtit. *c. fin. de*
treug. & pac. Archidiacon. *in c. nol. 23. q. 1.* Bald. *in*
proœm. Gregorian. verſ. ſed. ſunt cauſæ, & verſ. de ſex
cauſis. Tempus verò treugæ cum ſit dubium inter
pacem, & guerram, potius guerræ dicitur, quam pa-
3 cis Ancharran. *conſ.* 88. *incipit præmiſſa facti ſpecie,*
Boer. *deciſ. 40. n. 1.* Thuſc. *litt. P. concluſ. 21. c. 23.* Gre-
gor. Lopez. *in L. 1. tit. 12. partit. 7. gl. 1.* Mantic. *d. lib.*
27. tit. 2. n. 11. Quare inter illa tria tempora jucundius
eſt tempus pacis, & ſic nemo ſanus bellum potius,
quam pacem deſiderabit. Namque pax ut dixit Ol-
drad. *conſ.* 94. aliud eſt, quam multidinis unitas in
qua modus, & ſalus populi conſiſtit, & omni populo
deſiderabilis, quippe in ea Regnum, & populi profi-
4 ciunt & utilitas gentis cuſtoditur: Ipſa bonarum ar-
tium eſt decora mater mortalium genus multiplicat,
facultates protendit, mores denique extollit, &
congruit ſingulari bono, ac gravi præſidi paci ſemper
adhærere, ut quietam poſſit habere ſuam provinciam:
refert, & ſequitur Peguer. *dec. 39. n. 13.* Et alia ſimi-
lia adducit Barboſ. *in rubr. det. treug. & pac. n. 1.*
Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 5. tit. 2. n. 50.* Unde Impera-
tor *in tit. de pac. tenend. in uſib. feudor.* in laudem pa-
cis, hæc verba profert: *Deſideratam, & toti terræ ne-*
ceſſariam per univerſas Regni partes habendam Re-
gia inducimus authoritate. Et plura in laudem tam ex
Poëtis, quam Ethnicis ſcriptoribus facile afferri poſ-
ſunt. Namque Virgil. *lib. 8. Æneid.* ita fatur.

Aureaque (ut perhibent) illo ſua Rege fuere
Sæcula ſic placida populo in pace regebat,

Ovid. *lib. 2. Faſtor.*

Sub juga bos veniat, ſub terras ſemen aratas,
Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.

Et Sylus Italic. *lib. 11. belli Punici.*

Pax optima rerum
Quas hominis noviſſe datum eſt: pax una triumphis.
Innumeris potior: pax cuſtodire ſalutem,
Et cives æquare poteſt.

Alia cumulat Camill. Borel, *de Præſtam Reg. Cathol.*
c. 32. n. 85. Georg. Accac. *de privil. milit. lib. 1. c. 1. n.*
12. Mantic. *de tacit. lib. 27. tit.* 3. & Pegas noſter poſt
hæc ſcripta viſus *ad proœm. Ordin. gl. 24.*

Eſt igitur pax diſcordiæ finis, ut dixit Boer *deciſ.*
40. n. 2. Thuſc. *litt. P. concl. 171. n. 2. & 4.* Boſſ. *tit. de*
pac. n. 2. & 3. Joſeph. de Seſſe *dec. 101. n. 7.* Petr. Cabal.
caſ. 101. n. 57 & caſ. 272. n. 1. Et inſuper hominum or-
dinata concordia, ſecundum Auguſt. *lib. 19. de Civit.*
Dei. Sanct. Th. *2. 2. q. 29. art. 5.* Greg. Lopez. *in L. 2. tit.*
27. partit. 7. glo. 8. & diſtinguitur à treuga, quæ ſecu- 5
ritas perſonis & rebus ad tempus præſtita diſcordia du-
rante, & nondum finita. Hoſt. *in ſumm. de treg. & pac.*
in princ. Boſſ. *tit. de pace n. 5. pag. mihi 586. gl. in c. 1. de*
treug. & pac. Greg. Lopez. *in l. 1. tit. 12. partit. 7. gloſſ. 1.*
Azeved. *in l. 1. n. c. 1. tit. 8. lib. 8. nov. Recopil.* Chriſto- 6
phor. de Pace *in l. 42. ſtyli n.* 7. Perez *in l. 2. verſ.*
dubitatum tit. 8. lib. 4. Ordinamenti Andr. Gail. *de pac.*
publ. lib. c. 4. n. 44. Petr. Caball. *caſ. 101. n. 58.* Benin-
tend. *dec. 65. n. 17.* Et tunc proprie dicitur treuga,
quando fit inter generoſos: At vero inter alios dici-
tur ſecuritas, notat Gregor Lopez *in d. l. 1. gloſſ. 2. tit.*
2. partit. 7. per text. ibi: *Eſt tamen inter pacem, &*
treugam talis connexio ut valeat argumentum de
una ad aliam: Auguſt. Barboſ. *in rubr. de treug.*
& pac. num. 2.

Itaque ut ad Majeſtatem pertinet jus indicendi 7
bellum, ita & ad Principem ſolum ſpectat jus facien-
di pacem cum hoſtibus Bodin. *de Repub. lib. 1. c. 10.*
Chopin *de Doman. Regn. Franc. lib. 3. c. 26. n. 9.* Co-
var. *in reg. peccatum 2. p. §. 9. n. 1.* Sixtin *de Regal. lib.*
1. c. 2. n. 11. Sylv. *in ſumma verb. bellum, q. 1.* Oldrad.
conſ. 70. Peregr. *de jure fiſc. lib. 1. tit. 1. n. 15.* Afflict. *in* 8
c. unico quæ ſint Regal. n. 105 Hugo Grot *de jure bel-*
li, & pacis lib. 2. c. 15. §. 3. & lib. 3. c. 20. §. 2. Arniſæus
de jure Majeſt. c. 5. de poteſt. armor. n. 10. & 14. Adeo
ut Imperator exercitus nullam faciendi pacem habe-
at licentiam, quamvis ſponſionem facere valeat, quæ
tamen à fœdere diſtat: hoc enim eſt pactum Populi
Romani, illa Ducis exercitus, quæ nullam vim habe-
re poteſt, niſi Majeſtatis ſequatur ratihabitio Ayala
de jure belli lib. 1. c. 7. n. 4. Et hac de cauſa Papirius
Dictator petentes pacem ad Senatum ire juſſit: ut 9
tradit Livius *lib.* 8. & Scipio legatos Carthaganen-
ſium ad Senatū remiſit, ut quæ abs ſe de conſilio lega-
torum acta eſſent, ea Patrum, Populique juſſu confir-
marentur. Livius *lib. 30. in fin.* Marius inducias tantū
Ætulis dedit, ſpatiumque mittendi Romam legatos,
& tolerabilem pacis conditionem petendi Plutarch.

in

in Quinctio Quia is, qui injuſſu Principis paſcitur, in-
cidi in crimen læſæ Majeſtatis Ayala *d.c.7.n.5.*

Poteſt tamen pax fieri per procuratorem ſpeciale
10 mandatum habentem Speculat. *de treug. & pac. n. 4.*
verſ. hoc quoque, Mantic. *de tacit. lib.27. tit.3.n. 32.*
Thuſc. *liter. P. concluſ.* 171. *num.*34. Petr. Caball.
caſu 248.*n.*1. Non tamen pax fieri poteſt à Rege in-
fante, & captivo Hugo Grot. *d.lib.3.c.*20.§.3.Cura-
tor autem Regis ita ut bellum poteſt indicere, ita &
pacem facere, cum Regni babeat adminiſtrationem:
ut diximus ſupra 26.

Pacem autem Romani faciebant medio Fecialium
Sacerdotum cum Patre Patrato, ita ut etiam illis
11 mediantibus bellum indicebant, ut diximus *ſupra c.*
26. *u.*35. certa pacis, & fœderum formula obſervata,
de qua apud Livium *lib.* 1. *&* 38. optime Alex. *dier.*
Genial. lib. 5.c.3. Ubi cœremonias Fecialium circa
pacis fœdera enarrat, & Feciales fœdera percuti non
poſſe tradit; niſi præcedente juſſu Populi Senatuſque
& Prætoris. Apud nos verò Principes ad ineundam
pacem legatos cum ſpecialibus mandatis mittere ſo-
lent, qui pacis fœdera conficiunt, & poſtea intra ter-
12 minum præfixum à Regibus ratificantur, & ratificata
ſolemniter pax publicatur: Et his intervenientibus ra-
ta firmaque dijudicatur.

Quare cum Principis ſit jus faciendi pacem, ut ſu-
13 pra diximus, *c.*28.*n.*8. nemo ſanus paci utrinque pari
præmio bellum præoptabit Accac. *lib.* 1. *c.*1. *n.*14. in
hac vita mortali nil pace jucundius, Mantic. *de tacit.*
*lib.*27.*tit.*3.*n.*4. nil glorioſius, delectabilius, & uti-
lius audiri, concupiſci poſſiderive ſolet Socin. Jun.
conſ. 60.*n.*41.*lib.*3. Et pax Principum publicam re-
ſpicit utilitatem Menoch. *conſ.*103. *u.*44. Mantic. *de*
tac. lib. 27. *tit.* 3. *n.* 1. & omnino venit appetenda à
Principe: Injuſta namque pax ſemper bello etiam
juſtiſſimo præferenda eſt, maxime inter Chriſtianos
Andr. Gail. *de pac.publ. lib.*1.*c.*4.*n.*43. Et tunc Prin-
ceps cæleſtem Imperatorem imitabitur, qui princeps
14 pacis dicitur Iſaiæ *c.* 9. ibi: *Parvulus enim natus eſt*
nobis, & filius datus eſt uobis, & factus eſt Principa-
tus ſuper humerum ejus, & vocabitur nomen ejus ad-
mirabilis, Conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæcu-
li, Princeps pacis, multiplicabitur ejus Imperium, &
pacis non erit finis. Et ſequitur præceptum Paul *ad*
*Hebr.c.*12. *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſancti-*
moniam, ſine qua nemo videbit Deum. Unde dixit
David Pſ. 33. *Inquire pacem, & perſequere eam.* Dum
enim pax ſit unus ex finibus ſocietatis civilis, eam
Princeps tanquam finem boni regiminis ſibi debet
15 præſtituere: ut ex D. Thom. tradit Hier. à Salzed. *ad*
opuſc. D. Thom. *de regim. Princ. lib.* 1. *n.* 45. Nam
ut ait Iſidorus *lib.*3. *de ſummo bono: Optandum eſt,*
ut boni pacem habeant ad invicem. Quare non debat
Princeps audire eos qui ad bellum ſunt proclives; di-
xit enim Iſocrat. *orat.* 13. *Propter eos, qui pacem am-*
plectendam eſſe hortati ſunt, nunquam quicquam dam-
ni accepimus: at propter eos, qui proclives ſunt ad
bellum in pleraſque, eaſque non parvas calamitates
incidimus. Teneant itaque menti legem belli, quam
Dominus dedit Moyſi *Deuter. c.* 20. *verſ.* 10. ibi: *Si*
quando acceſſeris ad expugnandam civitatem, offeres
ei primum pacem, ſi receperit, & aperuerit tibi portas:
cunctus populus, qui in ea eſt, ſalvabitur, & ſerviet ti-
bi ſub tributo. Sin autem fœdus inire noluerit & acce-
perit contra te bellum, oppugnabis eam. Cumque tra-
diderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percu-
ties omne quod in ea eſt generis maſculini in ore gla-
dii. refert Petrus Greg. *de Repub.lib.*21.*c.*1.*verſ. con-*
ſultatio de bello. Primo igitur inquirenda eſt pax, ſi-
quidem ea quamvis injuſta, ſemper etiam bello juſtiſ-
ſimo, eſt præferenda Gail. *de pace lib.*1. *cap.*4. *n.*43.
16 Pax vero inita à Principe pro ſe, & ſuis ſubditis
comprehendit omnes tam præſentes, quàm futuros;
ut poſt Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de treug.*
& pac. docet Caſtro *in L. qui ædificium in fin. de ſer-*
vit. urbanor. quos ſequuntur Alex. *conſ.*178.*u.*10.*&*
12. Jaſ. in *L. ſi ſtipulatus fuerim.* §. *cum ſtipulamur n.*
8. *ff. de verb. oblig.* Menoch. *conſ.* 97. *u.*142. Berta-
fold. *conſ. crim.* 29.*u.*4. Surdus *conſ.*262 *u.*49. Thuſc.
lit. P. concl. 171.*n.*18. Et omnes vaſſallos etiam Ec-
cleſiaſticos comprehendit Gail. *de pac. lib.*1.*c.*2.*n.*12.
quia pax per pactum fieri debet ſecundum Bart. *conſ.*
66. *ad declarationem in princ. lib.* 1. & nil aliud eſt
quam capitula pacis Bald. *conſ.*195. *laudare vos col.*2.
*poſt med. verſ. præterea dato lib.*2. Thuſc. *lit. P. concluſ.*
171. *n.* 6. Aliqua de Pacis capitulis ſeu fœderibus in
medium afferre non abs re erit in capite ſequenti.

Caput XXIX.

De Capitulis Pacis, atque ejus Fœderibus.

SUMMARIUM.

1 *Diviſio fœderum pacis per Menippum Regis Antiochi legatum ad Romanos, qui tria eſſe genera dixit.*
2 Henningius Harniſæus *taxat Menippum, quod quartum genus diſſimulavit. Et addit quartum genus ſocietatis inæqualis.*
3 *Alia poſſunt addi fœdera commercii tantum cauſa inita.* Sed Author *de ſecundo fœderum genere agere conſtituit.*
Subjiciuntur Capitula Pacis inita inter Regem Catholicum, & Sereniſſimum Alphonſum Portugalliæ Regem. Ib.
4 *Referuntur dubia, & lites, quas plures ex vaſſallis hujus Regni commorantes in Caſtella excitarunt ſuper bonis patrimonialibus, & Regiæ Coronæ, atque Commendis Ordinum Militarium.*
5 *In principio capituli octavi conceditur abolitio delictorum, quæ occaſione belli fuerunt admiſſa à vaſſallis utriuſque Regis.*
Inita pace inter Principes ob publicam lætitiam fieri ſolet remiſſio delictorum. Ib.
Per indulgentiam, & remiſſionem delictorum à Principe conceſſam liberantur rei à tota pœna, ac ſi per ſententiam fuiſſent abſoluti Ib.
6 *Reſtitutus ex gratia ad bona confiſcata non recuperat fructus jàm perceptos etiam per fiſcum.*
7 *Per remiſſionem pœnæ indultatus non recuperat bona niſi indulgentia exprimatur: n.*8.
8 *Reſtitutio per verbum, indulgent, eſt gratioſa, & reſtitutio ob pacem gratioſa dicitur.*
9 *Proponitur quæſtio. An reſtitutio comprehendat bona per fiſcum alienata? Et afferuntur fundamenta affirmativæ ſententiæ.*
Clauſula pro infectis haberi ejus etiam tertio quæſitum tollit: & per eam omnia reſolvuntur, & tractantur: & bannitus recuperat etiam bona in tertium tranſlata. Ib.
10 *Reſtituto propter pacem trahitur ad alienata, etiamſi in Capitulis non exprimatur, quod reſtitutio ſit ad alienata.*
11 *Reſtitutio propter pacem comprehendit etiam dona feudalia, licet de illis non fiat expreſſa mentio.*
12 *Cauſa pacis favorabilis eſt, & pro ejus bono multa permittuntur contra juris regulas, quæ alias non concederentur.*
13 *Clauſula, quod reſtitui poſſint uti liberè rebus ſuis, oppoſita in capitulis Pacis habet effectum reſtitutionis bonorum occupatorum, & nondum conſumptorum.*
14 *Inita pace poſſeſſiones, quæ ante tempus belli poſſidebantur, debent reſtitui veteribus dominis.*

15 *Bona rebellium aliis conceſſa facta pace reſtituenda ſunt primis dominis.*

16 *Reſtitutio facta à Principe ob bonorum pacis habet vim reſtitutionis in integrum, non ſimplicis indulgentiæ.*

Reſtitutio in integrum omnia reducit ad priſtinum ſtatum. Ibid.

17 *Repoſitum non dicitur, ubi omnia non ſunt purgata, & repoſita uſque ad unum nummum.*

Reſtitutio propter pacem, & publicam utilitatem plenaria dicitur. Ibid.

18 *Mens contrahentium in conventionibus eſt maxime attendenda.*

19 *Capitula Pacis latè ſunt interpretanda, quia reſpiciunt publicam utilitatem.*

20 *Pacis capitula ſunt bonæ fidei, & multa comprehendere poſſunt, quæ verbis non ſunt expreſſa.*

Reſtitutiones factæ à Principibus propter pacem comprehendunt omnia, quæ ſunt de mente Principum. Ibid.

21 *Verba debent aliquid operari.*

22 *Superfluitas omnium vitanda eſt, maxime in contractibus.*

23 *Meliorationes pertinent ad eum, qui expendit reſpectu æſtimationis earum, non proprietatis rei.*

24 *Qui rem melioravit, creditor eſt æſtimationis, non domini rei.*

25 *Expreſſum verè, & propriè dicitur, quod oculis corporeis legi, aut percipi poteſt.*

26 *Expreſſum dicitur, quod ſub verborum natura includitur.*

Expreſſum dicitur, quod infertur ab expreſſo. Ibid.

27 *Expreſſum dicitur, quod ex verbis infertur.*

28 *Dicitur expreſſum quod ex mente diſponentis per conjecturas colligitur.*

29 *Expreſſum dicitur, quod virtualiter ineſt, & quod venit ex natura actus: Et eſt neceſſarium antecedens expreſſi.*

30 *Reſtitutio eſt in integrum ſtatum repoſitio, ſeu redintegratio.*

31 *Diſpoſitio generalis omnia comprehendit, & nullam admittit reſtrictionem.*

32 *Non eſt novum, quod una lex per aliam declaretur.*

33 *Immobilia capta ab hoſtibus ſi à noſtris recuperentur, veteribus dominis reſtituenda ſunt.*

34 *Lex, & natura nihil faciunt fruſtra.*

Fruſtra precibus impetratur, quod de jure communi conceditur. Ibid.

Referuntur Doctores, qui affirmativam partem quæſtionis tenent. Ibid.

35 *Adducuntur fundamenta partis negativæ.*

Pax eſt juris ſtricti, ſicut tranſactio. Ibid.

Omiſſum in capitulis Pacis habetur pro omiſſo: & quod in illis non continetur, comprehenſum non intelligitur. Ibid.

36 *Idem poteſt fieri per pactum, quod per ſtatutum: & quod non poteſt fieri per pactum, neque per ſtatutum.*

37 *Omiſſum in ſtatuto habetur pro omiſſo.*

38 *Reſtitutus ad bona confiſcata non recuperat jam per fiſcum alienata: niſi aliud expreſsè caveatur.*

39 *Si in reſtitutione Principis dicatur continere bona jam alienata, tenetur Princeps de proprio poſſeſſoribus æſtimationem ſolvere, & bonum cambium præſtare.*

40 *Argumentum à contrario ſenſu validum eſt in jure.*

41 *Quod quis non expreſſit, noluiſſe creditur.*

42 *Commenda rebellis ſi alii conceſſa eſt in remunerationem ſervitiorum, & poſtea rebellionis cauſa ceſſat, ac bona reſtitui jubentur, indulgentia non extenditur ad Commendam alteri conceſſam.*

43 *An hor relatis fundamentis utriuſque partis non aperit judicium ſuum: quia plures, & maximi momenti lites pendent ſub Judicibus. Et quod judicatum eſt, refert.*

44 *Reſtituti ad bona ex Principis gratia ea recuperant cum omnibus qualitatibus, quas habebant: etiamſi in gratia non exprimatur: Ita ut quæ erant feudalia, maneant feudalia, & quæ majoratus retineant eandem qualitatem: & quæ erant Ducatus, Marchionatus, & Comitatus cum ejuſdem tituli dignitate reſtituantur.*

45 *Proponitur quæſtio, An ita reſtitutus poſſidere dicatur ex novo titulo, vel antiquo: Et An Princeps novam conceſſionem facere cenſeatur?*

46 *In prædicta quæſtione diſtinguunt Doctores inter caſum reſtitutionis factæ antequam fiſcus poſſeſſionem apprehendiſſet: & inter caſum, quo reſtitutio fuit conceſſa poſt adeptam poſſeſſionem per fiſcum.*

47 *Refertur alia diſtinctio* Petr. Barboſ. *quæ probatur ab* Authore.

48 *Pæna non debetur ante ſententiam condemnatoriam: neque obligat in foro conſcientiæ.*

49 *Pæna, & confiſcatio ipſo jure impoſita non requirit ſententiam condemnatoriam ad incurſionem pænæ: Et tamen neceſſaria ſententia declaratoria delicti.*

50 *Confiſcatio, quæ incurritur ipſo jure, ante ſententiam declaratoriam exequi non poteſt. Et hic & n. 51. quæſtionis reſolutio proponitur.*

52 *In delicto læſæ Majeſtatis notorio neceſſaria eſt declaratoria ſententia ad executionem pænæ. Et ſecundum hanc opinionem judicavit Senatus noſter rejecta contraria.*

53 *Interpretatur* Ord. lib. 5. tit. 6. §. 10.

54 *Proponitur quæſtio, An rebellis ſic reſtitutus recuperet hæreditatem ſibi delatam ante reſtitutionem? Et diſtinguuntur duo caſus. Primus quando hæreditas delata fuit reſtituto, adhuc tamen non eſt adita per alterum. Et in hoc reſolvitur hæreditatem ad reſtitutum pertinere. Secundus caſus eſt, quando hæreditas poſt delictum fuit delata, & à ſequenti in gradu, vel ſubſtituto adita fuit.*

55 *Rebellis amittit omnia, quæ ſunt juris Civilis retinet tamen, quæ ſunt juris gentium.*

56 *Rebellis patitur mediam capitis diminutionem: & civitatem amittit.*

Ut quis hæres eſſe valeat, debet eſſe Civis Romanus. Ibid.

Peregrinus apud Romanos non habebat teſtamenti factionem activam, neque paſſivam. Ibid.

57 *Incapax non conſtituit gradum, neque obſtat ſequentibus in gradu.*

Habetur pro mortuo, & conſideratur, ac ſi non eſſet. Ibid.

58 *Exiſtentia incapacis non facit deficere conditionem ſi ſine liberis, neque obſtat ſubſtitutio.*

59 *Legatum incapaci relictum intercedit, quamvis condemnatus reſtitui poſſit.*

60 *Per aditionem hæreditatis, & poſſeſſionem adeptam dominium transfertur in adeuntem.*

Hæreditas adita jam non dicitur patrimonium defuncti, ſed hæredis. Ibid.

61 *Reſtitutio à Principe conceſſa non operatur in præjudicium tertii.*

62 *Referuntur fundamenta contrariæ partis in hac quæſtione.*

63 *Jus patronatus amittitur ex deportatione patroni.*

Filius patri deportato ſtatim efficitur, ſui juris, ſed patrono, vel patre reſtituto eo ipſo patronus recuperat jus patronatus, & pater jus patriæ poteſtatis. Ib.

64 *Interpretatur* text. in d. L intercidit. ff. de condit, & demonſtr.

65 *Reſtitutio ex gratia Principis non extenditur ad bona*

bona alienata per fiſcum facto hominis ſcilicet per contractum; ſed comprehendit ea, quæ legis miniſterio in tertium fuerunt tranſlata immediatè propter delictum.

66 *In illa quæſtio diſtinguit* Author, *& concordat pugnantes opiniones.*

67 *Jus adeundi non eſt in bonis.*

68 *Reſtitutionis gratia tantum tribuit, quantum abſtulit id, contra quod reſtitutio datur.*

Reſtitutio facit renaſci id, quod fuit penitus extinctum. Ibid.

69 *Proponitur quæſtio, An reus læſæ Majeſtatis reſtitutus à Principe recuperet majoratum ſibi delatum durante rebellione ante reſtitutionem? Et reſolvit Molina, quod ſi ſequens in gradu poſſeſſionem erat adeptus, reſtitutus non admittatur.*

70 *Majoratus ſucceſſio neque per momentum poteſt eſſe in pendenti.*

71 *Dominia rerum non poſſunt eſſe in ſuſpenſo.*

72 *Habilitas ſuccedendi in majoratu conſideratur tempore delatæ ſucceſſionis, & non attenditur præcedens, aut ſequens inhabilitas.*

73 *Habilitas ſuperveniens poſt delatam ſucceſſionem non excludit eum, qui legitime ſucceſſit, niſi res adhuc ſit integra.*

74 *Proponitur, quæſtio, An prædicta circa hæreditatem delatam, & circa ſucceſſionem majoratus delatam ante reſtitutionem procedant in terminis capitulorum Pacis, de quibus agitur; Et conſtituit* Author *non agere de bonis, quæ pervenerunt ad fiſcum, & per eum fuerunt alienata ſed de bonis quæ poſſidentur à tertio titulo hæreditario, aut majoratus: & primo fundat negativam ſententiam, n.75. & ſeqq.*

75 *Fundatur affirmativa ſententia.*

Princeps ob bonum pacis poteſt ſubditos jure quæſito, & dominio privare; & remittere damna, ac injurias ſubditorum; & jus tertio quæſitum auferre. Ibid.

76 *Expenditur diſpoſitio capituli octavi fœderum in quo omnes privationes hæreditatum, & diſpoſitiones factæ occaſione belli, irritæ, & pro infectis habentur.*

Per dictam clauſulam reſolvuntur omnia ſecuta ex crimine rebellionis, & per eam tertio quæſitum tollitur. Ibid.

77 *Reſtitutio facit renaſci illud, quod fuit penitus extinctum.*

78 *Retenta prædicta ſententia reſpondetur ad objecta.*

79 *Princeps facere poteſt, ut facta habeantur pro infectis, etiam quoad effectus præteritos.*

80 *Amplia etiam in præjudicium tertii.*

81 *Refertur doctrina* Cardinalis, *& confirmatur difficultas.*

82 *Fictio non operatur retroactionem in præjudicium tertii, cui jus medio tempore fuit quæſitum.*

83 *Dominium eſt juris gentium, quamvis adquiſitionis modus, & cauſa ſit juris Civilis. Et reſpondetur contrariis. & n.84.*

84 *Princeps poteſt tollere jus immediate quæſitum per modum juris Civilis ante rei traditionem, & apprehenſam poſſeſſionem.*

85 *Ob bonum pacis, & ex cauſa publica utilitatis poteſt Princeps rebellem reſtituere in præjudicium tertii ad bona per eum occupata.*

86 *Proponitus quæſtio, An reſtitutio ex cauſa Pacis comprehendat deſcendentes illius, qui in Regno conſpiravit adverſus Regem Joannem Quartum, & crimen læſæ Majeſtatis admiſit in favorem Regis Catholici, ultimo ſupplicio fuit damnatus, ſceleriſque pœnas luit cum confiſcatione bonorum?*

87 *Reſtitutio ex cauſa Pacis, & indulgentia comprehendit etiam mortuus, qui reſtituti cenſentur præambula hora ante guerram.*

88 *Inita Pace ceſſantur, & reſcinduntur ſententiæ latæ adverſus rebelles.*

89 *Defenditur contraria opinio*

Diſpoſitio reſtringitur ad ſuam cauſam, & materiam ſubjectam. Ibid.

90 *Capitula Pacis ſunt ſtricti juris.*

Gratia non extenditur, ultra quam loquitur. Ibid.

91 *Jus aggratiati, pendet à verbis gratiæ, & reſtitutionis; & tantum conſequitur reſtitutus, quantum ei per gratiam conceditur.*

Capitula Pacis generalis non comprehendunt adhærentes, niſi de eis fiat ſpecialis mentio Ibid.

92 *Capitula, Pacis habent relationem; ita ut ſi pax fiat pro ſe, & adhærentibus, illi tantum ſint comprehenſi, qui erant adhærentes tempore Pacis.*

Pace facta pro puberibus comprehenduntur tantum puberes tempore Pacis, non impuberes; quamvis poſtea puberes fiant. Ib.

93 *Pace inita ſolum remiſſa cenſentur injuria illata, dum vaſſallus erat in ſocietate cum hoſte indulgentis.*

Si vaſſallus commiſit delictum, antequam ad hoſtes ſui Principis accederet, propter quod deberet ſeudo privari, inita pace feudum vaſſallo non reſtituitur. Ib.

94 *Malefactores non comprehenduntur in pace inita inter duos Principes cum abolitione generali.*

Capitula Pacis ſolum proſunt illis, quorum bona à ſuo Principe fuerunt occupata ob eam cauſam, quod hoſtibus inſervierint. Ibid.

95 *Sententia, & condemnationes propter Pacem reſcinduntur, ſi occaſione belli prolata fuerunt; ſecus ſi ex alia cauſa, vel delicto.*

96 *Delictum conſpirationis contra Principem eſt læſæ Majeſtatis in primo capite crimen.*

Quæ notabilia ſunt, niſi exprimantur, neglecta cenſentur. Ib.

97 *Majoratus bona non tranſeunt in fiſcum ob delictum poſſeſſorit.*

98 *Majoratus non ab ultimo poſſeſſore ſed à primo inſtitutore capitur.*

Succeſſor majoratus, ſeu fideicommiſſarius creditor eſt bonorum majoratus, & pro tali habetur.

100 *In caſu læſæ Majeſtatis delicto commiſſo bonæ delinquentis confiſcantur ipſo jure*

Majoratus poſſeſſor bonorum illius dominus eſt. Ib.

101 *Dominium poſſeſſoris majoratus eſt revocabile, & ſolum conſiſtit durante vita poſſeſſoris.*

Poſſeſſor majoratus bona alienare non poteſt. Ibid.

Alienatio facta à poſſeſſore eo mortuo fit irrita; & habetur, ac numquam facta fuiſſet. Ib.

102 *Proponitur quæſtio, An ſi poſſeſſor majoratus delinquens aufugit, vel in abſentia fuit condemnatus, poſſit ſequens in gradu bona vendicare?*

Author *duos caſus conſtituit. Primus eſt: quando in inſtitutione majoratus nulla fuit facta alienationis prohibitio. Secundus eſt: quando expreſſa intervenit alienationis prohibitio.* Ib.

Primo caſu bona cenſentur prohibita alienari à lege. Ibid.

103 *Teſtator, qui dixit majoratum inſtituere, & non adjecit formam ſucceſſionis; tunc ex natura perpetua majoratus cenſentur ſubintellectæ omnes clauſulæ & vocationes neceſſariæ ad perpetuitatem majoratus. Et hoc caſu non impeditur temporis alienatio.*

104 *Qui alienare poteſt, delinquendo dicitur alienaſſe: & tunc commoditates majoratus pertinent ad fiſcum poſſeſſoris delinquentis vita durante.*

105 *Secundo caſu quando expreſſa alienandi prohibitio*

bitio ſacta fuit, delicto commiſſo, non tranſit in fiſcum majoratus etiam reſpectu fructuum.

Quando bona alienari prohibentur, ut conſerventur in familia: ſi hæres alienavit omnes de familia admittuntur ad petendum fideicommiſſum.

Alienatio proveniens ex delicto dicitur voluntaria. Ib.

107 Majoratus in caſu alienationis, & delicti pertinet ad proximiorem.

108 Amplia, etiamſi confiſcatio fiat ob delictum læſæ Majeſtatis.

109 Bannitus habetur pro mortuo, & facit locum ſequenti in gradu, cui non poteſt præjudicare delinquendo.

110 De jure Regio bona majoratus ejus qui crimen læſæ Majeſtatis admiſit, tranſeunt in fiſcum durante vita poſſeſſoris: etiamſi alienationis prohibitio ſit expreſſa, & n. 111. 112. & 113.

114 Secuta morte naturali delinquentis majoratus poſſeſſoris tenetur fiſcus proximiori ipſum reſtituere.

115 Limita ſuperiorem concluſionem, & intellige, ut non procedat, quando inſtitutor majoratus adjecit clauſulam: quod ſi poſſeſſor crimen confiſcatione dignum tentaverit, ſtatim bona transferantur in ſequentem ſucceſſorem.

116 Contrarium erit, ſi verba dirigantur in tempus, quo jam delictum commiſſum fuerit: quia tunc clauſulæ nihil operabitur, & fiſcus commoditates habebit.

117 Proponitur quæſtio, An deſcendens illius qui ob crimen læſæ Majeſtatis capite fuit punitus, vel tranſverſalis admittatur ad majoratum antiquum inſtitutum à Rege de bonis Regiæ Coronæ in favorem certæ familiæ?

118 Conceſſionis, & inſtitutionis forma maxime eſt attendenda.

Princeps poteſt in conceſſione rei ſuæ quas velit conditiones, & onera opponere. Ibid.

119 Specialis proviſio facit ceſſare generalem & conſuetam.

Tenor inveſtituræ derogat omni rerum naturæ, & conditioni. Ibid.

120 Verba contractus ſemper conſideranda ſunt.

121 Majoratus Regiæ Coronæ ſive ad vitas, ſive in perpetuum revertitur ad Coronam propter delictum læſæ Majeſtatis à poſſeſſore commiſſum.

122 Vaſſallus, qui contra Regem dominii feudi deliquit, privatur feudo, quod revertitur ad dominum.

123 Deſcendentes ab eo, qui crimen læſæ Majeſtatis commiſit, redduntur incapaces ex delicto patris.

124 Antiqui ita odio habuerunt læſæ Majeſtatis crimen, ut non tantum filii rebellium, ſed eorum conſanguinei occiderentur.

Filii, & deſcendentes rebellis ſucceſſione privantur. Et ſic ad majoratum Regiæ Coronæ admitti nequeunt. Ibid.

125 Pœna non debet egredi ſuos authores.

126 Ideo puniuntur filii ex delicto patris in crimine læſæ Majeſtatis: quia hæreditarii criminis exempla metuuntur in filiis.

Sæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri. Ibid.

127 Filius præſumitur ejuſdem affectionis & voluntatis, ſicut pater.

Qualibet radix virtualiter ſuam virtutem ejicit in palmites. Ibid.

128 Filii puniuntur ob enormia delicta parentum, ut parentes arceantur à delictis.

Parentes magis terrentur in filiis, quam in ſe ipſis. Ibid.

129 Amplia, ut reſolutio procedat tam in filiis, qui erant nati ante delictum, quam in natis poſt delictum.

130 Pœna L. quiſquis, C. ad L. Jul. Majeſt. non extenditur ultra nepotes.

131 Aliter alii, aliter nepotes appellantur.

In materia odioſa, & ſtricta nepotes non veniunt appellatione filiorum. Ibid.

132 Quæritur, An nepos ex filia delinquentis in crimine læſæ Majeſtatis ſucceſſionis incapax efficiatur?

Conſtituuntur differentiæ inter filios maſculos, & filias ejus, qui crimen læſæ Majeſtatis admiſit. Ibid.

133 Filia venit appellatione filiorum, intellige, ut procedat in favorabilibus, non in odioſis, in quibus appellatione filiorum non venit filia, neque maſculinum concepit fœmineum.

134 Nepos fœmina ſuccedere non poteſt in bonis avi quia nec mater illi ſuccedere poteſt.

Matre excluſa à ſucceſſione patris delinquentis etiam nepos ex ea excluſus cenſetur; quia reſpectu delinquentis à radice infecta provenit. Ibid.

135 Quæritur, An tranſverſalis delinquentis deſcendens à primo adquirente præferatur fiſco in ſucceſſione majoratus Regiæ Coronæ, vel ad fiſcum & Coronam revertatur?

Et afferunt fundamenta pro fiſco. Ibidem, & n. 136.

136 Qualibet donatio revocatur propter ingratitudinem.

137 Probatur pars affirmativa in favorem collateralis deſcendentis, quando donatio per viam majoratus facta fuit v. g. Titio, & omnibus ſuis deſcendentibus, cum diſpenſatione legis Mentalis.

138 Ex donatione facta prædicto modo reſultant tot donationes quot ſunt perſonæ vocatæ, & cuilibet ex deſcendentibus dicitur jus quæſitum immediate à primo concedente.

139 Quando aliquid conceditur Titio, & deſcendentibus una eſt conceſſio in perſona patris, alia in perſona cujuslibet ex deſcendentibus.

140 Feudum ex pacto, & providentia revertitur ad dominum propter crimen læſæ Majeſtatis à poſſeſſore commiſſum, etiam dato agnatorum præjudicio.

141 Si vero feudum fuit conceſſum pro ſe, & deſcendentibus, vel generi, aut familia, ut de uno ſuccedatur in alium: quamvis poſſeſſor committat feloniam contra dominum, feudum non revertitur ad dominum: ſed defertur proximiori agnato.

142 Interpretatur Ordinat. lib. 5. tit. 6. §. 16.

143 Caſus qualificatus non comprehenditur in diſpoſitione ſimplici, quia qualibet qualitas diverſificat diſpoſitionem.

144 Statutum recipit interpretationem legalem juris Communis.

145 Bona Regiæ Coronæ regulariter non ſequuntur naturam feudorum: licet Ordinatio de ſumpta ſit à jure feudorum.

Ordinatio circa bona Regiæ Coronæ quoad modum ſerviendi corrigit jus feudorum, non quoad alia. Ibid.

Majoratus à Principe inſtitutus de bonis Regiæ Coronæ Titio, & deſcendentibus cum derogatione legis Mentalis non confiſcatur ob crimen læſæ Majeſtatis, niſi durante vita delinquentis poſſeſſoris. Ibid.

146 Princeps poteſt diſpenſare in diſpoſitione legis Mentalis: & ſtante diſpenſatione bona Coronæ reducuntur ad terminos juris communis: & in eis ſucceditur jure majoratus, & primogenituræ.

Majoratus inſtitutus à Rege de bonis Coronæ modo de quo ſupra: non confiſcatur ob crimen læſæ Majeſtatis patratum à poſſeſſore: Et ita judicatum. Ib.

147 Majoratus bonorum Regiæ Coronæ confiſcatur in perpetuum in præjudicium agnatorum, quando primus Donatarius crimen læſæ Majeſtatis admiſit.

Feu-

Feudum novum revertitur ad dominum, in cujus perſonam primus adquiſitor peccavit. Ibid.

148 *Feudatarius, qui de novo feudum adquiſivit, poteſt illud alienare de conſenſu domini in præjudicium filiorum, & agnatorum, niſi expreſſe contemplatione filii fuerit conceſſum.*

149 *Pater primus adquiſitor emphyteuſis de pacto, & providentia poteſt alienare emphyteuſim de conſenſu domini in præjudicium filiorum.*

Contrahendo qui præjudicare poteſt agnatis, ita etiam delinquendo. Ib.

150 Ordinat. lib. 5. tit. 6. §. 16. *poteſt verificari in majoratu inſtituto de bonis Regiæ Coronæ ſimpliciter ſive vocatione deſcendentium, neque expreſſa alienationis prohibitione.*

151 *Proponitur quæſtio, An majoratus Regiæ Coronæ civitatis, vel oppidi cum titulo Ducatus, Marchionatus, & Comitatus conceſſus Tertio pro ſe, & deſcendentibus in infinitum pertineat ad exteeum deſcendentem? Et, An hic reſtitutus cenſeatur ex capitulo Pacis?*

152 *Afferuntur fundamenta partis affirmativæ.*

153 *Exterus non poteſt ſuccedere in bonis Regiæ Coronæ: ut ſæpe fuit judicatum.*

154 *Exterus nequit obtinere Beneficia Eccleſiaſtica in hoc Regno: prout neque in Caſtella, & Francia.*

155 *Idem ſervatur de conſuetudine omnium ferè Regnorum quamvis de juris rigore aliud ſit.*

156 *Officia publica in Regno exterus obtinere nequit*

157 *Exteri non poſſunt exercere officium Notarii, ſeu Trebellionis in Regno: ut lege cautum eſt.*

Scriba, & notarius cauſæ debet eſſe naturalis. Ibid.

Item Magiſtratus, Senatores, conſiliarii naturales eſſe debent, non exteri. Ib.

158 *De jure communi Magiſtratus non poteſt eligi de eodem loco, ubi adminiſtratio exercenda eſt.*

159 *Officia conferenda ſunt Regnicolis, non tamen oriundis ex locis, ubi exercenda ſunt.*

Inde oritur Regni conſuetudo, quod in civitatibus, & oppidis notabilibus deputatur Judices oriundi ex aliis locis Regni, quos Foraneos *appellamus.* Ib.

Judices & officiales omnes debent eſſe naturales Regni, & exteri penitus excluduntur. Ibid.

160 *Originarii ad exercenda officia ſunt exteris omnino præferendi.*

161 *Gubernatio exterorum ſuſpecta eſt, naturalium melior & utilior.*

Ad concilium de Republica dandum illud caput eſt noſſe Rempublicam Ibid.

162 Exteri *ſubditos aggravant.*

163 *Peregrini officium eſt præter negotium ſuum agere nihil minimeque eſſe curioſum de aliena Republica.*

Admiſſio exterorum nihil aliud eſt, quam Reipublicæ naturalis everſio Ib.

164 *Reipublicæ intereſt, nec exteris revelentur arcana Regis, & Regni.*

Princeps poteſt prohibere, ne exteri admittantur in Regnos & valet eos expellere è Regno ex cauſa publicæ utilitatis, ne Regni ſcrutetur arcana. Ib.

165 *Navis æquiparatur Caſtello, & non poteſt in extero alienari.*

Naturalibus interdictum eſt cum exteris navigare Et concluditur exterum non eſſe admittendum ad ſucceſſionem bonorum Coronæ. Ibid.

166 *Oſtenditur, quam ſit periculoſa, & nociva exterorum admiſſio.*

167 *Retenta opinione, quod exterus non eſt admittendus ad prædictam ſucceſſionem.*

Elidantur fundamenta pro exteros adducta.

1 FOedera Menippus Regis Antiochi ad Romanos legatus authore Tit. Liv. *lib.* 34. ita diviſit, ut diceret tria eſſe fœderum genera, quæ inter ſe paciſcerentur Reges, & civitates. Unum cum bello victis leges dicerentur à victoribus: Ubi enim omnia ei, qui armis plus poteſt dedita ſunt, quæ ex eis habere victos, quibus eos mulctari vellet, ipſius jus, & arbitrium eſſet. Et tale fuit, quod Æneæ deſerta Troia petenti ab Achæis datum fuit Dionyſ. Halicarn. *antiq. Roman. lib.* 1. Alterum: cum pares bello æquo fœdere in pacem, & amicitiam veniunt. Tertium, cum qui hoſtes nunquam fuerunt ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendam coeunt: qui neque dicere, neque accipere, leges ſolent Menippum tamen taxat Henning. Arniſ. *de jure Majeſt. lib.* 1. *c.* 4. *tit. utrum clien-* 2
tes Majeſtatem amittant pag. 63. *verſ. itaque Menippus*, quod quartum genus diſſimulans omitteret, quippe quod ſuæ cauſæ plus obfuturum, quam profuturum eſſet. Et quartum addit ſocietatis, ſcilicet inæqualis, ſive etiam poſt bellum recedendo quodammodo de ſuo jure victore; ſive ut imminens bellum meliori pacto præveniatur: nempe quando qui conjuncti ſunt Populo Romano, dicuntur eſſet in fide Populi Romani. Quod idem eſt, ac ſi dicerentur clientes, ut exemplis comprobat. At vero Hugo Grotius *de jure belli lib.* 2. *cap.* 15. §. 4. etiam à Menippo diſſentit, & aliter fœdera diſtinguit. Attamen Ayala *de jure belli lib.* 1. *cap.* 7. *à n.* 1. *cum ſeqq.* cum Menippo tranſit: *& in verſ. bujus vero fœderis*, quartum genus additum ab Arniſæo probat, & *verſ. bis addi poſſunt.* fœdera commercii tantum cauſa inita recenſet.
Sed ut cumque ſit nunc de ſecundo genere fœderum 3
noſter erat ſermo. Pullulant namque plures, & variæ lites in Regno circa Capitula Pacis publicæ initæ inter Catholicum Regem Caſtellæ, & invictiſſimum noſtrum Alphonſum Sextum Portugalliæ Regem die 13. Februarii anni 1668. ſuper reſtitutione bonorum. Nam cum Joannes Quartus feliciſſimæ, & glorioſæ memoriæ ad Regnum occupatum à Rege Catholico feliciter fuiſſet reſtitutus, jure optimo inter Caſtellanos, & Luſitanos fortiter fuit dimicatum per ſpatium viginti ſeptem annorum, in quibus plures à Caſtellanis Luſitani victoria reportavere. Tandem recognita Regis Portugalliæ juſtitia ad pacem, & concordiam deventum fuit. Sed quia aliqui ex Luſitanis tempore Acclamationis, & reſtitutionis erant apud Caſtellanos; alii verò imprudenter ad Regem Catholicum deſciverunt inter fœdera conventum, & pactum fuit *art.* 2. in hæc verba: *E porque à boa fè, con que ſe faz eſte tratado de paz perpetua, nam permitte cuidarſe em guerra para o futuro, nem em querer cada huna das partes acharſe paoa eſt caſo commel hor partido, ſe acordaom ſe reſtituerem à Portugal as Prazas, que durando à guerra lhe tomaraõ as armas del Rey Catholicos & a el Rey Catholico, as que durando à guerra lhe thomaraon as armas de Portugal con todos ſeus termos aſſi, & da maneira, & pelos limites, & confrontazoens, que tinhaõ antes da guerra: E todas as fazendas de raiz ſe eeſtituir a ſeus antiquos poſſeidores, ou à ſeus herdeiros, pagado elles as bemfeitorias, uteis, & neceſſarias, & nem por iſſo ſe ponderaon pedir as danificazoens, que ſe attribuem à guerra, &c.*

Et in *art.* 8. ita pactum fuit: *Todas as privazoens de heranzas, & diſpoſizoens feitas con odio da guerra, ſaõ declaradas per nenhũas, & como naon acontecidas, & os dous Reys perdoaõ a culpa à huns, & a outros vaſſallos em virtude deſte tratado. avendoſe de eeſtituir as fazendas, que eſtiveren non fiſco, & Corao às peſſoas as quais ſem intervenzaõ deſta guerra avião de tocari ou pertencer, para poderem libremente gozar dellas: mas os fruitos, E rendimentos dos ditos bens atè o dia da publicazaõ da paz ficaraõ aos que os tem poſſeido durante a guerra: & porque ſe podem offerecer ſobre iſto algũas demandas, que conuem*

abreviar

abreviar para a ſoſſego da Republica, ſerà obrigado cada hum dos pertendentes a intentar as demandas dentro de hum anno, & ſe deternaraõ breve, & ſummariamente dentro de outro. Id eſt, omnes privationes hæreditatum, diſpoſitioneſque factæ odio belli nullæ declarantur, & pro inſectis habentur tanquam ſi non eveniſſent, amboque Reges indulgentiam; ac abolitionem concedunt utriuſque vaſſallis virtute hujus tractatus, ita ut omnibus reſtituatur bona exiſtentia penes fiſcum, & Regiam Coronam, ad quos ſi bellum non interveniret, ſpectarent ad hos ut libere bonis frui poſſint, dummodo fructuum perceptorum non fiat reſtitutio uſque ad diem publicationis Pacis: hi namque remanebunt apud eos, qui perceperunt dante bello. Et quia ſuper hoc aliquæ lites poterunt moveri, quæ abbreviari convenit ad quietem Republicæ tenebitur quilibet ex pretendentibus actionem proponere intra annum, quæ in alio breviter, & ſummarie terminabitur.

Cujus Capituli occaſione plures ex vaſſallis hujus Regni commorantes in Caſtella bona tam patrimonialia, quam Regiæ Coronæ quorum donationes illis, vel prædeceſſoribus à Regibus Luſitaniæ facta
4 fucrant, judicium movere intenderunt aliqui, & quidem pauci præſentes, plures vero abſentes per procuratorem: ſed quia abſentes in ſervitio Regis Catholici adhuc exiſtunt, dubitatum fuit. An eſſent admittendi per procuratorem ſaltem ad petenda bona Regiæ Coronæ, & Commendas Ordinum Militarium? Et quamvis non eſſe audiendos per procuratorem obtentum fuiſſet: poſtea Sereniſſimus Princeps Petrus Regni Gubernator eos eſſe admittendos per procuratorem decrevit quos ita de jure cenſerent doctiſſimi Senatores ad has lites deputati. Et ſic nunc ad faciliorem expeditionem materiæ diſtinguete libet inter bona patrimonialia reſtitutorum, & inter bona Coronæ eſt rurſus, An capitulum comprehendat bona tam patrimonialia, quam Coronæ à Rege jam alienata, vel tantum quæ tempore initæ pacis erant penes fiſcum? Deinde quia durante guerra aliqui ex Magnatibus Regni conſpirarunt adverſus Regem Joannem, incideruntque in crimen læſæ Majeſtatis, ob quod per ſententias delicti pœnas luerunt cum bonorum confiſcatione, videndum erit, An bona, quæ poſſidebant, reſtituenda ſint eorum hæredibus, & deſcendentibus? Ac denique, An exterus à Regno legitimus tamen ſucceſſor bonorum Regiæ Coronæ, illa conſequi valeat virtute diſpoſitionis ejuſdem capitulis vel eorum ſit incapax.

5 In principio capituli abolitio delictum, quæ occaſione belli fuerunt admiſſa vaſſallis utriuſque Regis conceditur. Et ita fieri ſolere in fœderibus inter Principes inita pace ob publicam lætitiam dixit Camill. Borell. *de præſt. Reg. Cath. c.*38.n.74. Ubi meminit ſimile factum anno 1544. in pace facta inter Imperatorem Carolum Quintum & Franciſcum Primum Galliæ Regem. Et anno 1519. in pace inita inter Catholicum Philippum, & Chriſtianiſſimum Henricum Galliarum Regem. Et noſtra ætate idem factum vidimus in pace facta inter Catholicum Philippum Quatium Caſtellæ Regem, & Ludovicum Decimum Quartum Galliarum Regem. Unde vaſſalli utriuſque Regis abſque pœnæ metu ad proprias patrias migrare ſecuri poſſunt; etiamſi adverſus proprium Regem naturalem arma ſumpſiſſent, vel transfugæ fuiſſent aliudve delictum contra Principem perpetraſſent: namque per indulgentiam, remiſſionemque delictorum à Principe conceſſam liberantur rei à tota pœna *L. 1. & per totum C. de ſent. paſſ. & reſtit. L. fin. C. gener. abol.* 1. §. *de qua autem ff. de poſtul.* quaſi per ſententiam eſſent abſoluti juxta doctrinam Bald. *conſ.* 20. *l.*4. *& conſ.* 204. Ant. Gom. *lib.*3. *var. c.* 13. *n.*38. Plaça in *epitom. delict. lib.* 1. *t.* 38. *n.* 2. *&* 3. Pegas *ad proœm. Ordin. gloſ.* 54. *n.* 5. *& ſeqq.* & plures alii citati *ſupra cap.* 18. *n.* 6. *& ſeqq.* Maxime quando ut impræſentiarum in gratia omnes privationes irritas eſſe, & haberi pro non factas continetur *gloſſ. in Clem.* 1. *verb. pro infectis de immu. Eccleſ.* Farin. in *pract.* 1. *q.* 6. à n. 35. *cum ſeqq.*

Proſequitur capitulum *verſ. Havendo de reſtituir* 6
as fazendas, quod etiam facienda eſt reſtitutio bonorum, quæ penes fiſcum, & Coronam exiſterent exceptis fructibus perceptis ante Pacem. In quo Capitulum eſt juri conforme; ſiquidem juxta jus commune reſtitutus ex gratia ad bona confiſcata non recuperat fructus jam perceptos etiam per fiſcum *Autbent, idem de Neſtor. C. de hæretic.* Anton. Gomez *in L. Tauri in fin. & l.* 3. *var. c.* 13. *n.* 38. Fachin. *controv. cap.* 38. Cabed. 1. *p. deciſ.* 192. Parlad. *lib.* 2. *c. fin.* §. 16. *n.* 7. *p.* 5. Phæb. *deciſ.* 123. *n.* 27. Giurb. *dec.* 89. *n.* 4. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 807. *n.* 22. Salgad. *de protect.* 4. *p. c.* 9. *n.* 174. *& ſeqq.* Noguer. *alleg.* 8. *n.* 39. Et notandum eſt utiliter, & cum judicio poſt indulgentiam delictorum additum fuiſſe, quod bonorum fieret reſtitutio; quia ſi pœna tantum eſſet remiſſa, utique non recuperarent bona *L. de ſentent. paſſ. ubi commun.* Scribentes Anton. Gomez in *l.* 1. *Tauri n. fin. verſ. per ſcriptum verſ.* Giurb. *conſ.* 44. *n.* 41. *&* 43. Carol. Tapia *deciſ.* 50. n. 11. Salgad. *d. c.* 9. n. 173. Et regulare eſt, quod indulto generali non comprehenditur bonorum reſtitutio, niſi exprimatur Anton. Gomez *l.* 3. *var. c.* 13. *n.* 38. *verſ. item. adde*, late, & opti- 8
me Latrea *alleg.* 43. *à n.* 6. Vincent. de Franch. *dec.* 213. *n.* 40. *& ſeqq.* Maxime quoniam reſtitutio conceſſa gratioſa fuit, ut indicant verba ibi: *E os ditos Reys perdoaõ a culpa a hũs, & a outros vaſſallos.* Plane verbum indulgent, denotat reſtitutionem eſſe gratioſam Oddo *de reſtit. quæſt.* 93. *art.* 2. n. 7. 8. *&* 9. Maſtrill. *de indult. c.* 23. *à princ. uſque ad n.* 8. Noguer. *alleg.* 8. *n.* 37. Et quod reſtitutio ob pacem ſit gratioſa teneant Clarus §. *fin. q.* 59. *n.* 3. *verſ. ſcias autem.* Maſtrill. *de indult. c.* 1. *n.* 1. Pegas *ad proœm. Ordin. gl.* 9
55. *n.* 20 Unde ſubintrat quæſtio, An prædicta reſtitutio comprehendat bona per fiſcum alienata, & in alium tranſlata, ita ut Princeps ea reſtitutis tradere teneatur ex diſpoſitione dicti Capituli?

In qua quæſtione pro parte affirmativa faciat. Primo: quod in dicto capitulo pacis expreſſe ſtatuitur, omnes privationes & diſpoſitiones factas occaſione belli, irritas eſſe, & pro infectis habendas. Per quæ verba jus etiam tertio quæſitum tollitur, omnia- 10
que deciſa, & ſequuta occaſione belli reſolvuntur, atque retractantur *gloſſ.* in *Clement.* 1. *verb pro infectis de immunit Eccleſiar.* quam ultra Farin. relatum *ſupra n.* 5. ſequuntur Cardinal. in *c. quia diligentia* ubi Immol. *de election.* Decius *conſ.* 251. *incipit, agitur cauſa col. fin.* ubi tradit, quod ſi Princeps reſtituit bannitum non obſtante quacunque condemnatione, quam vult haberi pro infecta, recuperabit bannitus etiam bona in tertium tranſlata Sforc. Oddo *de reſtitut. in initio* 1. *p. q.* 99. *art.* 12. n. 109. *& ſeqq.* Salgad. *de protect. Reg. p.* 4. *c.* 14. n. 42. Crot. *conſ.* 129. Roland. à Valle *conſ.* 45. *n.* 29. *& ſeqq.* Cald. Pereyr. *in reſponſ. pro Sebaſtiano Limpo num.* 43. Peregr. *de jure fiſci lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 58.

Secundo facit celebris doctrina Bald. *in tit. de pac.* 11
Conſtant. col. 12. *verſ. privilegia omnia.* Ubi tenet per illum textum, quod licet regulariter reſtitutus per Principem gratia non recuperat bona alienata. Tamen ſi reſtitutio ſit propter pacem; trahitur ad alienata, ſequuntur Aretin. *in L. Gallus* §. *& quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum.* ubi Jaſ. *col.* 16. Boſſ. *in tit. de remedio ex ſola clement. Princip.* n. 12. Beroius *conſ.* 76. n. 100. *vol.* 1. Surd. *conſ.* 203. n. 15. Capyc. *deciſ.* 69. *n.* 22. Qui intelligit ſupra dictam doctrinam, ut 12
procedat, etiamſi in capitulis pacis non exprimatur,

quod

quod reſtitutio fiat etiam ad alienata. Quare cum
vaſſalli fuiſſent reſtituti à Principe ob pacem, recu-
perare debent non ſolum bona exiſtentia penes Fiſ-
cum, ſed etiam per illum alienata.
Tertio facit, quod licet bona ſeudalia non veniant
in quacunque diſpoſitione, niſi exprimantur. Tamen
in reſtitutione, quæ fit ex cauſa pacis veniunt etiam
feudalia quamvis de illis non fiat expreſſa mentio
Florian *in L.loci §.fin.ff.ſi ſerv.vendicetur* Bellame-
ra *decif.* 743. *& ſeqq.* Unde in hac reſtitutione prop-
ter pacem etiam bona alienata venire debent. Cum
enim cauſa pacis ſit favorabilis, multa pro ejus bono
permittuntur etiam contra juris regulas, quæ aliàs
non concederentur Socin. Jun. *conſ.*68.*n.*158. *lib.*3.
Mantic. *de tacit. & ambig.lib.* 27.*tit.* 3. *n.* 8. & 11.
12 Petr. Cabell.*caſ.*141.*n.*5.Oldrad. *conſ.*95 *n.*7.Alex.
*con.*132.*n.*9.*lib.*1.Pariſ.*conſ.*10.*n.*15.*lib.*1.&*conſ.*68.
*n.*129.*lib.*4.Ruin.*conſ.* 103.*n.*7. & 20. Andr. Gail. *de
pac. pub. lib.*2. *c.* 19. *n.*224.
13 Quarto: quia quando in pacis capitulis fuit con-
ventum, quod reſtituti poſſint libere uti ſuis rebus,
hæc clauſula habet etiam effectum reſtitutionis bono-
rum occupatorum, & nondum conſumptorum Bald.
*conſ.*145.*n.*2.*verſ.quaritur lib.*2. Thuſc.*litt.P. concl.*
178.*n.*4. Sic in propoſito ſiquidem in Capitulo dici-
tur, quod reſtitutio fiat, ut reſtituti poſſint libere bo-
nis ſuis uti, & gaudere: ergo etiam bona tam aliis,
quam à fiſco occupata, & poſſeſſa reſtituenda ſunt.
Quinto: quia inita pace poſſeſſiones, quæ ante tem-
pus belli poſſidebantur, debent antiquis dominis reſ-
titui ſecundum Bald. *in c.* 1. §. *poſſeſſiones de pac.
Conſtant.* quem ſequuntur Boſſ. *c. de reſtitution. quæ
fiunt à Principe n.*8. Menoch.*conſ.*103.*n.*4. Cumque
14 hi reſtituti ante guerram fuiſſent poſſeſſores bono-
rum, quæ à fiſco fuerunt alienata, debent prioribus
reſtitui poſſeſſoribus: & facit text. *in L. ſi captivus
§. verum expulſis, ff. de captiv.* & late diximus *ſupra
in c.*26. *de jure indicendi bellum.*
Sexto: juvat doctrina Bald. *in c.*1, §. *hoc, quod nos
de pac. Conſtant.* ubi dixit, quod ſi bona rebellium
15 tempore rebellionis aliis ſunt cõceſſa poſtmodum fac-
ta pace ſunt reſtituenda primis dominis Boſſ. *de tit.
de reſtitut. quæ fiunt à Princip. n.* 6. Unde inita pace
bona poſſeſſoribus antiquis ſunt reſtituenda. Septimo:
reſtitutio, quæ fit à Principe ob bonum pacis, habet
vim non ſimplicis indulgentiæ, ſed reſtitutionis in
integrum Menoch. *conſ.* 103. *n.* 1. Atque ita juxta
16 formam capituli vaſſallis cenſentur reſtituti ad ſta-
tum, in quo erant ante bellum. Subindeque cum na-
turale ſit reſtitutionis, ut omnia reducat ad priſtinum
ſtatum *L. quod. ſi minor. §. reſtitutio ff. de minorib.*
Bartol. *in L. ab hoſtibus §. ſed quod ff. ex quibus cauſ.
major.* Gama *decif.*110.*n.*12.*in fin.* ubi Flores de Me-
na *in addition*, Salgad.*de protect.p.*4. *c.*9. *n.*108. Va-
lenz.*conſ.*102.*n.*65.Menoch. *conſ.*103.*n.*2. Reſtituti
dici nequeunt vaſſalli, ſi etiam bona alienata illis re-
ſtituenda non ſint. Etenim repoſitum non dicitur, ubi
omnia non ſunt purgata, & repoſita uſque ad unum
nummum Achilles de Graſſ.*decif.*17.*de reſtitut.ſpolia-
17 tor.* Puteus *dec.*56.*n.*12.*lib.*1.Salgad.*de poteſt* 1.*p.c.*2.
§.1.*n.*15. Præſertim quia reſtitutio propter pacem,
& publicam utilitatem plenaria dicitur Guazzin. *de
confiſcat.concl.*28 *n.*56.& *verſ. immo, & fere omnes*:
Et ſic comprehendit bona in alium tranſlata.
Octavo: facit, quod in conventionibus mens con-
trahentium eſt attendenda *l.in conventionibus, ff. de
verbor.ſignif. L. ſed & Celſus §. ſi fundus ff de contr.
18 empt.* Gama *decif.* 36. *n.* 2. ubi Flor.de Mena *verbo
mentem contrahentium* Valaſc.*conſult.*58.*n.*7.Capyc.
latro *conſult.* 85. *num.*3. Regum autem paciſcentium
mens, & intentio bene colligitur ex generalitate,
quæ omnia admiſſa occaſione belli pro infectis
habere. Et ex eo quod in capitulis datur terminus
vaſſallis reſtitutis ad proponendas ſuas actiones Quod
quidem dictum intelligi non poteſt, niſi circa bona
alienata, & à tertiis poſſeſſa non vero circa exiſten-
tia penes fiſcum, cum quo lites non erant neceſſariæ
ſtante diſpoſitione Regum, qui dixerunt ea ſtatim eſſe
reſtituenda. Neque eſt dicendum, quod illo caſu ad-
modum expreſſo lites erant inſtituendæ cum Regia
Procuratore cum ſufficeret quemquã ſummarie oſten- 19
dere, quæ & qualia bona ad eum pertinerent. Maxi-
me, quia capitula pacis ex eo, quod reſpiciunt publi-
cam utilitatem, late ſunt interpretanda. Decian.*conſ.*
38.*n.*6.*lib.*2. Qui etiam dicit, quod contractus initi
ob publicam utilitatem, quamvis alias ſunt ſtricti ju-
ris ſunt late interpretandi Sequitur Thuſc.*litt.P.con-
cluſ.*178.*n.*2. Eo, vel maxime, quoniam capitula pa-
cis ſunt bonæ fidei, & multa comprehendere poſſunt,
quæ verbis non ſunt expreſſa *L.conſenſu ff.de action.
& oblig.* Mantic.*de tacit.& amb.lib.*27.*tit.*5.*n.*1. Qua
ratione reſtitutiones factæ à Principibus propter pa- 20
cem comprehendunt omnia, quæ ſunt de mente Prin-
cipum, Boſſius *tit.de reſtit.quæ fiunt à Princ.n.*1. Un-
de cum ex ſupradictis eliciatur Regum mentem fuiſ-
ſe, ut etiam alienata reſtituerentur, & perinde haben-
dum eſt, ac ſi expreſſe dictum fuiſſet in capitulis vaſ-
ſallos etiam ad bona alienata reſtituendos fore.
Confirmatur ex verbis ipſius capituli; dum dicitur
quod reſtituerentur bona, ut vaſſalli reſtituti eis uti
libere poſſint exceptis fructibus, redditibus percep-
tis uſque ad diem publicationis pacis, qui remanere
debent poſſeſſoribus illius temporis, per quod bel-
lum duravit. Plane, ſi tantum bona exiſtentia penes
fiſcum eſſent reſtituenda, fruſtra diceretur, quod
fructus remanerent penes poſſeſſores, cum tantum eſ-
ſent reſtituenda, quæ erant penes fiſcum. Quare, ut
verbum poſſeſſores, aliquid operetur, & non ſit ſu-
perfluum intelligi debet de poſſeſſoribus in quos bo-
na fuerunt tranſlata text.*in L.ſi quando ff.de legat.*2.
Et quidẽ ſuperfluitas omnino vitanda eſt *d.L.ſi quan-* 21
do l.concubinam §. qui hortos, ff. de leg. 3. *ubi gloſſ.
fin. L. hac ſtipulatio §. Divus, ff.ut leg. nom. caveat.*
Fontan. *de pact. nupt.clauſ.*4.*gloſſ.*9.*p* 4. *n.*65. Quod
maxime procedit in contractibus in quibus nullum 22
verbum debet eſſe ſuperfluum, & debet aliquid ope-
rari Sur. *conſ.*127.*n.*9. & *dec.*22. *n.*25. Andr. Gail.
*lib.*2.*obſer.*28.*n.*3.Mantic.*de tacit.& ambig.lib.*2.*tit.*
12.& *de conject.ult.volunt.lib.*3.*tit.*6.Fontan.*d.n.*65.
Denique faciunt diſpoſita in ſecundo capitulo Pa-
cis. Ubi poſtquam dictum fuit quod caſtra capta &
occupata à quolibet ex Regibus reſtituenda erant ei,
ad quem ante bellum pertinebant. Statim ſubjungi- 23
tur: *E todas as fazendas de raiz ſe reſtituiràona
ſeus antigos poſſeidores, ou a ſeus herdeiros pagando
elles as bemfeitorias uteis, & neceſſarias. E nem por
iſſo ſe poderaõ pedir as dauificazoens, que ſe attribuem
à guerra.* Quæ capituli verba clare diſponunt reſti-
tutionem eſſe faciendam bonorum, quæ jam fuerant
tranſlata in tertios poſſeſſores. Si enim illis meliora-
tiones ſolvi debent, per neceſſariam conſequentiam
infertur dominium à tertiis poſſeſſoribus ob bonum
pacis fuiſſe per Principes ablatum; quippe melioratio-
nes pertinent ad eum, qui expendit reſpectu æſtima-
tionis earum, non tamen proprietatis rei. Idcircoq;
creditor eſt æſtimationis, non vero dominus rei. Ga-
ma *dec.*4.& 22.& *dec.*99.*n.fin.* Valaſc.*de jure emph.
q.*25.*n.*6.& *q.*18.*n.*8.Garcia *de expenſ.c.*15.& 16. *n.*
14.Cald.Pereyr. *de nominat.emphyt.q.*16.*n.*30.Salg.
*in labyrinth.credit.*1.*p.c.*11.*n.*74. Proindeque cũ reſ- 24
titutio meliorationum fieri jubeatur poſſeſſoribus
clare evincitur bona in tertios tranſlata eſſe reſtitu-
enda, cum id expreſſe in capitulis caveatur. Et indu-
bium ſit bona alienata venire in reſtitutionem, quan-
do ita expreſſum fuit. Subindeque in capitulis expreſ-
ſe dicitur, quod etiam bona ad tertios tranſlata reſti-
tuantur.

Quamvis enim expreſſum vere, & propriè dicatur,
quod oculis corporeis legi, aut percipi poteſt L. 1. ff.
quæ in teſtam. delentur, Molin. de Primog. lib. 1. c. 4. n.
21. Flor. de Men. lib. 1. var. q. 9. n. 17. Tamen illud
25 etiam expreſſum dicitur, quod ſub natura verborum
includitur L. ait, Prætor in prin. ubi gloſſ. ff. de non oper.
nuntiat. Felin. in c. tranſlatum n. 5. de conſt. 1. Molin.
d. c. 4. n. 21. Petr. Barboſ. in rub. ff. de ſolut. Matrim.
26 1. p. n. 5. Flor de Mena lib. 2. var. q. 21. n. 26. Fuſar. de
ſubſtit q. 736. c. 5. & ante eos Bart. in L. fidejuſſor. §.
meminiſſe, ff. de legat. 1. Ruin. conſ. 148. n. 6. vol. 3. &
27 conſ. 159. n. 8. & 9. eod. lib. 3. Auguſt. Barboſ. axiom.
89. n. 7. Nec non dicitur expreſſum, quod inſertur ab
expreſſo d. L. ait Prætor §. 1. ubi gloſſ. verb. expreſſum
Aug. Barboſ. proxime n. 5. Immo etiam dicitur ex-
preſſum, quod ex verbis infertur L. ſi ita §. ſi filio, ff.
de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. Roland. conſ. 27. n. 74.
lib. 4. Men. de Caſtro in prax. Luſit lib. 3. c. 1. n. 9. Cy-
riac. controv. 141. n. 53. Tondut. reſolut. civil. c. 110.
n. 26. Prout etiam dicitut expreſſum, quod conſequi-
tur ex alio expreſſo Cyriac. ubi proxime n. 54. Et de-
nique dicitur expreſſum, quod ex mente diſponentis
28 per conjecturas colligitur L. quamvis C. de impuber
DD. in L. licet Imperator ff. de legat. 1. L. cum virum
C. de fideicomiſſ. Gama dec. 51. n. 8. Blaſ. Flor. de
Men. d. lib. 2. q. 21. n. 26. Tiraq. ad leg. connubiales
gloſſ. 7. n. 164. Aug. Barboſ. d. axiom. 89. n. 11. Molin.
d. c. 4. n. 19. & à n. 28. Caſtill. lib. 3. controv. c. 12. n. 42.
Cald. Pereyr. de empt. & vend. c. 9. n. 8. & 12. Et ite-
rum expreſſum dicitur, quod virtualiter ineſt, Ste-
phan. Gratian. diſcept. forenſ. c. 916. n. 38. & c. 857.
29 n. 25. Ubi idem dicit de eo, quod venit ex natura
actus, & quod eſt neceſſarium antecedens expreſſi,
Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 2. n. 2. & 4. Aug. Barboſ. d.
loco n. 2. Plane, ſi juxta capitulum ſecundum fœderis
bona antiquis poſſeſſoribus ſunt reſtituenda, qui me-
liorationes ſolvere tenentur poſſeſſoribus, qui eas fe-
cerunt, neceſſario infertur etiam exiſtentia penes ter-
tios eſſe reſtituenda, & quod ita expreſſim cavetur:
ut ex ſententia verborum, & mente diſponentium
colligitur nec non ex neceſſario antecedenti, cæte-
riſque circunſtantiis, ex quibus expreſſum induci pro-
bavimus. Et inſuper ex natura verbi reſtitutionis, de
30 qua in d. capit ibi: E ſe reſtituiraõ. Siquidem reſti-
tutio eſt in integrum ſtatum repoſitio ſeu redinte-
gratio L. quod ſi minor §. reſtitutio, ff. de minorib. L.
reſtituere, ff. de verb. ſignif. L. præterea, L. julianus §.
1. ff. de reivendic. L. enm fundus, ff. ſi cert. pet. gloſſ. in
L. ſed & ſi ff. de pet. hæred. & in L. ſed & partus, ff.
quod met. cauſ. Salgad. de protect. 4. p. c. 9. n. 208. &
192. Gama dec. 111. n. 12. ubi Flor. de Mena Valenz.
conſ. 102. n. 65. Quare, ut reſtitutio facta dicatur, om-
nia reduci debent ad priſtinum ſtatum.

Neque dici poterit, quod in dicto capitulo ſecun-
do agitur de reſtitutione caſtrorum, & reſtitutione
bonorum ſtabilium exiſtentium in caſtris; quorum
reſtitutio fieri jubetur, etiam ſi apud tertios exiſtant.
At veto in prædicta quæſtione agitur de bonis, quæ
fuerunt per fiſcum alienata: Et ſic quoad ea non pro-
cedit diſpoſitio capituli ſecundi. Quia reſpondetur,
quod licet in dicto capitulo actum eſſet de reſtitutio-
ne caſtrotum, tamen diſpoſitio quo ad bona ſtabilia
generalis eſt & nullam continet reſtrictionem: Atque
31 ea proptet comprehendit quæcunque bona etiam
exiſtentia penes tertios, ut reſtituantur veteribus do-
minis per text. in l. de pretio ff. de Publican. in rem
act. l. 1. §. quod autem, ff. de aleat. Valaſc. conſ. 114.
n. 2. Phæb. deciſ. 31. n. 4. & deciſ. 85. n. 7. Tiraq. in L.
ſi nunquam verb. donatione largitus n. 94.

Ex quo fit, ut diſpoſitio dicti capituli octavi: qua-
tenus bona in eo reſtitui jubentur, intelligenda ſit
generaliter non tantum de bonis exiſtentibus penes
fiſcum; ſed etiam de illis quæ in tertio fuerunt: tranſ-
lata; ſiquidem ibi diſponitur non eſſe reſtituendos
fructus, ut poſſeſſoribus remaneant ii, quos percepe-
runt tempore belli, ita ut diſpoſitio hujuſmodi capi-
tuli octavi declaretur per generalitatem capituli ſe-
cundi. Et non eſt novum; quod una lex, per aliam
declaretur L. ſed & poſteriores, ff. de legib. Gama dec. 32
242. n. 1. & d. 302. n. 8 Cabed. 1. p. deciſ. 111. n. 6. Giurb.
de ſucceſſ. feud. §. 1. gloſſ. 2. n. 18. Unde cum diſpoſitio
dicti capituli ſecundi ſit generalis, & in capite
octavo non ita clare diſponatur, bene poſſumus,
& debemus authoritate alterius legis procedere,
& diſtinguere Jaſ. in L. triticum num. 6. ff. de verb.
oblig Oſaſch. deciſ. 30. n. 18. Giurb. ad conſ. Meſſ.
c. 1. gloſſ. 2. num. 8. & 9.

Confirmatur: quia ſi capitulum ſecundum intelli- 33
geretur de illis tantum bonis, quæ erant in caſtris
occupatis per hoſtes, ſuperflua eſſet illius diſpoſitio,
etenim recuperatis caſtris de jure communi bona ſta-
bilia reſtituenda erant veteribus dominis ſine aliqua
fœderum Pacis declaratione L. ſi captivus §. verum
expulſi, ff. de captiv. Et diximus ſupra c. 26. n. 75.
Quare cum in dicto capitulo expreſſe caveatur, quod
bona ſtabilia reſtituantur, intelligenda eſt illius diſpo-
ſitio de quibuſque bonis immobilibus, & non eſt reſ-
tringenda ad bona ſita in caſtris. Tum quia lex &
natura nihil faciunt fruſtra L. hæc ſtipulatio §. Divus
ff. ut legator. nom. caveatur. Valaſc. conſult. 122. n.
22. Cum etiam, quoniam fruſtra precibus impetra- 34
tur: quod de jure communi conceditur L. loci corpus
ff. ſi ſervit. vendic. L. 2. ff. de edendo, cum aliis relatis
per Didac. de Spin. de teſtam. in rubr. gloſſ. p. 1. n. 3.
Gama deciſ. 341. Solorz. de jure Indiar. 2. tom. lib. 3. c.
12. num. 43. Atque ita dicendum eſt bona etiam alie-
nata venire in reſtitutionem ex dictis fœderibus Pa-
cis. Et ſi hanc opinionem ſequuntur Bald. per illum
text. in c. 1. de pace Conſtantiæ, Aretin. in L. Gallus
§. & quid ſi tantum, n. 21. ff. de lib. & poſth. Peregr. de
jure fiſc. lib. 5. tit. de rebell. q. 17. 19. & 26. Boer. dec.
38. n. 8. Tuſch. litter. R. concluſ. 30. n. 17. Menoch.
conſ. 103. n. 1. & c. 732. n. 62. & 63. Guazin. de confiſc.
concl. 18. n. 59. Qui hanc amplectitur opinionem ex
his, quæ circa illius ampliationem adducit n. 61. & ſeq.

Cæterum pro parte negativa urgent, plura, & non 35
leviora fundamenta. Et primum: Quod in dicto Pa-
cis capitulo conventum fuit ea bona eſſe reſtituenda,
quæ penes fiſcum, & Coronam exiſterent exceptis
fructibus: Et ſic reſtitutio reſtingi debet ad prædicta
bona, non vero ad alienata; quoniam pax eſt juris
ſtricti, ſicut tranſactio L. quidquid adſtringendæ, ff. de
verb. oblig. juncta l. in ſumma in princ. ff. de cond. inde-
bit, L. conventionum ff. de pact. injuria extr. de injur.
Bald. conſ. 195. n. 1. verſ. dato quod damnum, & n. 7. in
fin. & 8. lib. 2. Tuſc. litt. P. concluſ. 178. n. 16. Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 27. tit. 5. n. 2. & melius tit. 6. n. 4.
Ubi docet, quod omiſſum in illis habetur pro omiſſo;
& quod non continetur in capitulis, non intelligitur
comprehenſum. Subindeque, cum tantum jubeantur
reſtitui bona exiſtentia penes fiſcum alienata non
poſſunt comprehendi in reſtitutione.

Confirmatur ex eo quod valet argumentum de 36
pacto ad ſtatutum, & è converſo. Idem enim fieri
poteſt per pactum, quod per ſtatutum, & contra quod
non valet fieri per pactum, nequa per ſtatutum Eve-
rard. in loc. legal. lib. loc. 85. Afflict. d. 91. n. 9. & dec. 258.
n. 2. Stephan. Gratian. c. 88. n. 20. & ſeq. Larrea dec. 11.
n. 17. Atqui in ſtatuto commiſſum habetur pro omiſſo
c. penult. de injuriis, Bald. in l. ſi pater, C. de inſtit. &
ſubſtit. Grat. c. 813. n. 5. Anton. Amat. reſol. 75. n. 23.
Vincent. de Franch. dec. 71. n. 10. Ergo etiam omiſ-
ſum in capitulis Pacis non poteſt in eis comprehendi,
& remanet in diſpoſitione juris communis.

Secundum fundamentū: Quod reſtitutio: de qua eſt 37
ſermo, provenit ex gratia Principis: ut dictum eſt
ſupra

*ſupra n.*8. At reſtitutus ad bona confiſcata non recu-
perat jam per fiſcum alienata, & in alium tranſlata,
niſi aliud expreſſe, caveatur. Ant. Gomez *in l.*1.*Tau-
ri n. fin. verſ. per reſcript. vero, & l.*3.*var. c.*13.*de tor-
tura n.*39.poſt plures Larrea *alleg.*43.*n.*9.Giurb. *ad*
38 *conſu. Meſſan.c.*1.*gloſſ.*4.*n.*110.Menoch. *conſ.*103. *n.*
25.Facbin.*lib.* 1.*contr.c.*39.Carol.Tapia *dec.* 50.*n.*7.
& 10.Salgad. *de Reg.protect.*4.*p.c.*9.*n.*173. Vincent.
de Franch.*d.*213.*à n.*20. Andr.Gail.*de pace publ.lib.*
2.*c.fin.n.*9.*&* 10. Camill. Borrell.*de præſt.Reg.Cath.*
*c.*38.*n.*38. Tondut.*reſ.civ.l.c.*42.*n.*8. Phæb.2.*p.dec.*
123.*à n.*22.*n.ſeq.* Molin.*l.*3.*c.*2.*n.*14. Adeo, ut etiam
ſi dictum ſit reſtitutionem continere bona jam aliena-
ta, teneatur Princeps de proprio patrimonio poſſeſſo-
ribus æſtimationem ſolvere, & bonum cambium præ-
39 ſtare Menoch. *conſ.*103. *n.*26. *& ſeqq.* Valenz. *conſ.*
69.*n.*111.Surd.*conſ.* 203.*à n.*7. *uſque ad* 24. Valaſc.
*conſult.*116.*n.*1. Phæb.*dec.*94. *n.*3. *&* 4.Noguer. *al-
leg.*5.*n.*36. Solorz.2.*tom.lib.*2.*c.*27. *n.* 55.*&* 80.Ca-
pyc Latro *dec.* 199. *n.*23.

Iterum confirmatur: quia dum in capitulo dici-
40 tur eſſe reſtituenda bona exiſtentia apud fiſcum per
argumentum à contrario, diſpoſitum cenſetur jam
antea per fiſcum alienata non comprehendi in reſtitu-
tione. Argumentum autem à contrario ſenſu bene
procedit, & validum eſt in jure *Auth. ex teſtamento
C.de collat, L.*1.*C. de condition inſ.* Anton. Gomez.
*in L.*29.*Tauri n.*3. Gama *dec.*16.*n.*4.Reynoſ.*obſerv.*
42. Et ſic capitulum diſponens eſſe reſtituenda bo-
na exiſtentia apud fiſcum, aliud diſponere in caſu
contrario haud dubium eſt Jaſ. *in L.*1.*ff.de offic. ejus,
cui mand.eſt juriſd.* Flor. de Mena ad Gama *deciſ.*7.
n. 1. *verſ. hæc autem.*

41 Tertium eſt quod ea videtur fuiſſe mens Princi-
pum, qui gratiam conceſſerunt: ſi enim vellent alie-
nata comprehendi in reſtitutione, facile erat expri-
mere *c.ad audientiam de decim. cum ſi nil*, quod autẽ
non expreſſerunt; noluiſſe creduntur argum. text, *in
L.quidam cum filium* 46.*ff. de hæred. inſtit.l.ſi ſervum
§.ſi Prætor.ff.de adquir.hæred.L. unica §.ſi autem ad
deficientis, C.de caduc. tollend.L.commodiſſime. ff.de
lib.& poſth.* Peregrin.*de fideicom.art.*11.*n.*15.*&* 37.
Larrea *dec.*67.*n.*7. Cancer.*l.*2.*c.*20.*à n.*377.Caſtill.
*contr.l.*6.*c.*179.*n.*5.Caſſan.*conſ.*4.*n.*35.Cyriac.*contr.*
242,*n.*5. Valaſc. *conſ.*133. *n.*10.D.Chriſtoph.Creſp.
de Valdaur. *obſ.* 19. *n.* 14.

Denique facit: quia ſi ob cauſam rebellionis quis
fuerit privatus aliqua Commenda, quæ alii fuit con-
42 ceſſa remuneratorem ſervitiorum, ſi poſtea rebellio-
nis cauſa ceſſat, & Princeps jubeat omnia ſua bona re-
ſtitui, adhuc tamen hæc indulgentia ad Commendam
alteri conceſſam non porrigitur; quippe quamvis ceſ-
ſet cauſa rebellionis, non tamen ceſſat cauſa merito-
rum, quæ ſecundam conceſſionem extorſit Ita Cor-
neus *conſ.*312.*n.*36.*vol.*1. Ripa *in L.ſi ventri §.in bo-
nis n.*12.*ff.de priv.creditor.*Solorz.*d.lib.*2.*c.*27.*n.*100.

Hæc ſunt potiora hujus negativæ partis funda-
menta. Propter quæ, & alia adducta in comprobatio-
nem priori ſententiæ affirmativæ difficilis redditur
43 hujus controverſiæ deciſio, circa quam quid ſentiam
aperire non audeo; quia plures, & maximi momenti
lites pendant ſub judicibus deputatis ad harum cau-
ſarum deciſionem; quorum arbitrium ſequi honeſtius
erit, quam à tantis Doctiſſimis Patribus corrigi. Hanc
quæſtionem petractat noſter Pegas multum poſt hæc
ſcripta viſus *in Comment. ad proæm. Ordinat. Regiæ
gloſſ.*55. *à n.*23.*cum ſeqq.* & pro negativa reſolvit *n.*
33. Ac plurea cumulat, qui eam ſequuntur. Tu vero
cogita quia punctum difficile eſt: ſtante diſpoſitione,
de qua in his capitulis.

Poſt hæc ſcripta, & nondum tipis mandata per ſen-
tentias plures cauſæ, & lites ab integerrimis Senato-
ribus fuerunt dafinitæ contra plures, qui vel ex con-
tractibus, vel ex Principis beneficio bona tam patri-
monialia, quam Coronæ ſpectantia ad reſtitutos, vel
eorum hæredes, poſſidebant. Contra quos judicatum
fuit ut bona reſtituerent cum fructibus à tempore ini-
tæ Pacis, & reciſſos eſſe contractus à Rege lactos
ſuper dictis bonis, juſtiſſime decretum fuit, ſequendo
partem affirmativam quæſtionis, quam ſupra exorna-
vimus, quæ fortioribus fulcitur fundamentis.

Et in ſpecie ita judicatum ad ſavorem Domini
Joannis Soarez de Alarcaon contra Emmanuelem de
Miranda: qui domos poſſidebat titulo permutationis
cum Rege factæ. Idem judicatum ad favorem Anto-
nii Soares de Mello cum Ægidio Vaz Lobo ſuper
quodam caſali, quod etiam à Rege poſſidebat. Idem
judicatum ad ſavorem Illuſtriſſimi Stephani de Me-
nezes contra Collegium Societatis Jeſu oppidi de Sã-
tarem ſuper cenſu triginta quinque modiorum magno-
rum tritici conſtituto à Rege in fundis patrimoniali-
bus vulgo *no Reguengo de Toyoſa*, qui pertinebant
ad Statum Comitis de Tarouca: non obſtante quo-
dam reſcripto, per quod Rex ſtatum, & bona prædic-
ti Comitis pro confiſcatis habuit. Inſuper in lite An-
tonii Soares de Mello contra Autonium de Cabide
ſuper jure ſaponis opidi de Thomar, quod Antonius
à Rege habuit titulo emptionis, cum pertinet ad Di-
dacum Soarez patrem dicti Antonii Soarez de Mello.
Non obſtante Regis decreto, per quod habuit pro
confiſcatis bona ejuſdem Didaci. Et idem inter eaſ-
dem partes ſuper aliis bonis. Prout etiam ita judica-
tum contra Emmanuelem de Abreu Conceyçio in
lite ejuſdem Antonii Soarez ſuper quadam Villa
à Rege donata.

Idem judicatum ad favorem prædicti Antonii Soa-
rez cum Antonio de Conri Ventimilha ſuper Capel-
la, ſeu majoratu inſtituto à Ludovico de Figueredo
Falcon, quem Sereniſſimus Rea Alphonſus Sextus
donaverat reo: cum tamen Caſtellæ Rex eam prius
donaſſet prædicto Didaco Soarez idem judicatum ad
favorem Domini Franciſci de Moura Corte Real con-
tra Procuratores Coronæ, & Regii Patrimonii ſuper
domibus nuncupatis de Corte Real, & villæ de Che-
ſuz: quorum bonorum Sereniſſimus Rex Joannes
Quartus donationem fecit noſtro Sereniſſimo Princi-
pi. Ultra has ſententias pro eadem opinione prolatæ
fuerunt pluſquam centum ſententiæ à Judicibus de-
ſignatis ad cauſas reſtitutionis Capitulorum Pacia
Doctoribus Joanne Lampera de Vargas, Domino Jo-
ſepho de Menezes, Joſepho à Souſa de Caſtellobran-
co, Ignatio Pareyra de Souſa & Didaco Marcaon
Themudo. Et ſunt proceſſus apud Ludovicum Go-
mez Pinheyro Scribam Judicii Regii Patrimonii.

Et nota, quod hi vaſſalli per Principem reſtituti ad 44
bona, ea recuperant cum omnibus qualitatibus, quas
antea habebant, quamvis in gratia non exprimatur, Ita
ut quæ erant feudalia, maneant feudalia; quæ ma-
joratus, habeant qualitatem majoratus. Et inſuper
quæ habebant titulum Ducatus, Marchionatus, vel
Comitatus, cum ejuſdem tituli dignitate reſtituantur
*gloſſ.in L.*4.*§.ſi are alieno verb. manet. ff.de pecul ſi-
milis gloſſ.per text.ibi in L.quod dicitur*, ubi late Bart.
*n.*9.*ff.de impenſ. in reb. dotall.* fecit *gloſſ.in c. Impe-
rialem verb.privetur de probib.feud. alienat. per Fri-
der.* Sequuntur Tiraq.*de retract. lign.§.* 30.*gloſſ.*1.*n.*
20. Petr. Greg. *in tract.de conceſſ.feud.*2. *p.q.*3.*n.*1.
Pelaez. *de Majorat.* 1.*p. q.* 12. late Maſtrill. de Ma-
giſtr. *lib.*4.*c.*13.*n.*84.*& ſeqq.* Solorzan. *d. lib.*2.*c.*27.
n. 107. Guazin. *de confiſcat. concluſ.*28.*n.*69.*&* 70.
Pegas *d.gloſſ.*22.*n.* 77.

Unde etiam quæri poteſt, An ita reſtitutus poſſi-
dere dicatur ex novo titulo, vel antiquo? Et An 45
Princeps novam conceſſionẽ facere cenſeatur? In qua
quæſtione diſtinguunt Doctores inter eum caſum,
quo reſtitutio facta fuit, ante quam fiſcus poſſeſſio-

nem bonorum apprehenderet, & inter eum, quo re-
46 ſtitutio fuit conceſſa poſt adeptam poſſeſſionem per
fiſcum. Primo caſu, reſtitutum ex titulo antiquo poſ-
ſidere aiunt: Secundo verò ex novo titulo. Ita gloſſ.
in L.peculium §. ſi ære verb. maneat ff. de pecul. Pro-
bus ad Monach. in c. 1. n. 7. de in integr. reſtit. in 6.
Felin. in c. ſi vero n.2. de jure jur. Peregr. de jure fiſc.
l.4. tit. 2. n.64. Menoch. conſ. 104. n. 35. Paz. de te-
nut. 2.p.c.85.n.5. & 6. Mierez de Major. 1. p. q.12.n.
2. Cyriac. controv. 146. n. 27. & 28. poſt alios Noguer.
alleg. 37. n.6. eleganter Petr. Barboſ. in rubr. ff. de ſo-
lut. Matrim. 3. p. n.38. & 39. Ipſe autem Petrus Bar-
boſa ubi proxime, ſubdiſtinguit in prædicta quæſtio-
ne, & optime ait, quod vel ſumus in caſu, in quo
condemnatoria ſententia erat neceſſaria, & ante il-
lam Princeps remiſit culpam feloniæ ſeu rebellionis.
47 Vel in caſu, quo pœna confiſcationis incurritur ipſo
jure; & tamen eſt neceſſaria ſententia declaratoria fa-
cti. Ita ut primo caſu ante ſententiam reſtitutus poſſi-
dere intelligatur ex titulo antiquo; Etiamſi Princeps
poſſeſſionem apprehendiſſet. Secundo vero caſu, ſi
reſtitutio contingat ante ſententiam declaratoriam,
adhuc reſtitutus ex titulo antiquo poſſidere dicitur:
Si poſt declaratoriam reſtitutio fiat, jam tunc nova
dicetur conceſſio. Fundatur prædicta aſſertio reſpectu
primi caſus in ea ratione; nempe, quia ubi ad incur-
48 rendam pœnam neceſſaria eſt ſententia, pœna non
debetur ante ſententiam condemnatoriam, quæ ne-
que etiam obligat in foro conſcientiæ Valenz. conſ.
18. n.26. Joan. Gutierr. pract. l.4. q. 36. n.21. Aug. Boſſ.
2. tom. moral. tit.12. n.167. Secundo autem caſu, quã-
do confiſcatio, & pœna incurritur ipſo jure, adhuc
dicendum eſt; quod licet ad incurſum pœnæ non de-
ſideretur condemnatoria ſententia; eſt tamen neceſ-
ſaria ſententia declaratoria delicti Tiraq. in L. unquam
verb. revertatur n.400. & ſeqq. C. de revocand. donat.
49 Covarr. de ſponſal. 2 p. c.6. §.6. n.1. Gabr. Pereyr. deciſ.
95. n. 29. Reynoſ. obſerv. 40. à n.8. Decian. in tract.
crim. lib.7. c.42. n.24. Sanfelic. deciſ. 15. n.23. Salgad.
de protect. 3. p. c.7. à n.1. cum ſeqq. Paz. in pax tom. 1.
tempor. 6. n.27. 1. p. Noguer. alleg. 12. n. 72. & ſeqq.
Solorz. de jure Indiar. tom.2. lib.2. c. 25. n. 58. Cald.
Pereyr. de extinct. emphyt. c. 17. nu. 25. Hieronym.
Leo deciſ. 62. num.29. Sanfelic. deciſ. 220. num. 5.
& 6. Aug. Boſſ. d. tit. 11. nu. 166. Et ſine prædicta
ſententia declaratoria confiſcatio bonorum, quæ
incurritur ipſo jure, nullo modo exequi poteſt c. cum
ſecundum §. fin. de hæretic. lib.6. Vantius de nulli-
tat. tit. de null. ex defect. proceſſ. n.94. poſt verſ. item
50 ſufficeret, Alex. conſ. 103. col. fin. verſ. & regulariter,
& conſ. 124. col. 1. n.2. verſ. plus dicit lib.1. Petr. Ca-
ball. reſolut. crim. caſu 133. n. 1. & 2. Proindeque, ſi
ante declaratoriam fiat reſtitutio, verum eſt reſtitu-
tum poſſidere ex titulo antiquo; quamvis Princeps
poſſeſſionem adeptus eſſet ante prædictam ſententiã.
At vero ſi reſtitutio fiat poſt declaratoriam tunc ex
novo titulo reſtitutus poſſidere intelligitur. Aliam
diſtinctionem adducit Solorz. d. l.2. c.27. n 102. & 103.
51 quæ concedit in diſtinctionem Petri Barboſa: & jux-
ta utrãque accipienda ſunt, quæ diſputat Jaſon conſ.
136. vol.4. Ruin. Villalob. Sforcia, & alii relati à Solorz.
d. n.103. Atque ita in caſibus, ubi ex titulo antiquo
reſtitutus poſſidere cenſetur; ſi donatarius habebat jus,
aut privilegium, per quod ex titulo antiquo plures
habebat vitas in feudo, ſeu bonis Regiæ Coronæ, gau-
debit vitis, pro quibus bona erant conceſſa Attamen
in caſibus, in quibus ex novo titulo dicitur poſſidere,
non habebit gaudium vitarum, niſi expreſſe in nova
conceſſione fuerint cõprehenſæ Solorz. d. c.27. n.101.
Quod adeo verum eſt, ut etiam ſi delictum læſæ
Majeſtatis ſit notorium ad executionem pœnæ, ne-
52 ceſſaria dicitur declaratoria ſententia juxta tradita
per Cajetan. 2.2. q.12. art.2. Covarr. in cap. Alma Ma-
ter. 1. p. §.2. n.9. & 10. Farin. in prax. q. 21. n.116.
Qui hanc opinionem æquiorem dicit Hyppol. de
Marſill. in rubr. Cod. de prob. n.246. Thom. Sanch. lib.
2. ad præc. Decal. c.22. n.5. Carlev. de judic. tit.2. diſp.
1. n.47. Quamvis contrariam ſententiam nempe quod
in delictis notoriis, quibus pœna incurritur ipſo jure, 53
ſententia declaratoria non ſit neceſſaria, & ſtandum
facto notorio, tueantur Capyc. deciſ. 122. n.25. Greg.
Lopez. in L.4. tit.2. partit. 7. glo. 3. verſ. quod tamen
limita, Caſtr. de leg. pœn. lib. 1. c.8. verſ. Dominicus de
SanctoGeminiano, & alii, quos refert Carlev. d. diſt.
1. n.46. Sed priorem opinionem amplexus eſt Sena-
tus noſter in caſu reviſionis Illuſtriſſimi Comitis de
Aveyras tunc Præfecti, ac Rectoris Senatus Domus
Supplicationis circa intellectum Ord. lib.5. tit.6 §.10.
Ubi diſponitur, quod ſi delictum perduellionis fuerit
notorium confiſcentur bona ipſo jure abſque alia ſen-
tentia. Quam Ordinationem intelligendam eſſe de
ſententia condemnatoria quæ neceſſaria non eſt in
prædicto delicto notorio evictum fuit in Senatu me
referente, quia deſideratur ſententia declaratoria fa-
cti: ut poſt Joann. de Terra Rub. de rebell. lib. tract. 3.
art.6. in fin. docent Sanch. d. c.22. n.20. Matienc. in
L.5. tit.11. lib.5. Recop. gloſſ. 2. Carlev. d. diſp. 1. n.42.
Cabed. 2. p. deciſ. 82. n.7. Et ita judicatum.
Quibus ſic poſitis dubitari poteſt, An rebellis ſic
reſtitutus recuperet hæreditatem ſibi delatam ante 54
reſtitutionem? In quo articulo duo caſus conſtituen-
di ſunt. Primus, eſt quando hæreditas delata fuit re-
ſtituto ante commiſſum delictum; hæreditas autẽ ad-
huc à nullo adita eſt, neque quæſita Secundus eſt,
quando hæreditas fuit delata poſt rebellionem, ſeu
delictum, & ab alio ſequenti in gradu, vel ſubſtituto
fuit occupata. Primo caſu cum hæreditas adhuc ab
alio adita non ſit, & reſtitutus bona ſua recuperet,
abſque dubio admittetur ad ſucceſſionem patris, vel
matris, alteriusve conſanguinei ex vi reſtitutionis,
quæ illum reponit in priſtino ſtatu. Et ita judicatum
dicit Carol. de Tapia dec. 50.
Secundo verò caſu eſt major dubitatio: Nam re-
bellis amittit omnia quæ ſunt juris Civilis L. amiſſio-
ne §. qui deficiunt ff. de cap. minut. ubi communiter
ſcribentes Bart. in extravag. qui ſint rebelles, verſ. 55
rebellando n.17. & verſ. quid de dominio n. 18. Petr.
Caball. caſu 66. n.1. Decian. de delict. lib.7. c.40. n.7.
licet ea, quæ juris gentium ſunt, retineat: ut per De-
cian. d. n.7. Et inſuper rebellis pro mortuo habetur L.
1. §. fin. ibi: Deportatos enim, mortuorum loco haben-
dos, ff. de bonor poſſeſſ. contra tab. Petr. Caball. d. ca- 58
ſu 66. n.3. Item, & mediam capitis diminutionem pa-
titur. d. L. amiſſione §. qui deficiunt text. in §. min. in- 56
ſtit. de capit. diminut. Decian. d. c. 40. n. 9. Et ſic
cum civitatem amittat & omnia, quæ ſunt juris Ci-
vilis, non poterit hæreditatem capere. Ad hoc enim,
ut quis hæres eſſe valeat, debet eſſe Civis Romanus
Amaya L. certa forma q. 25. C. de jur. fiſc. lib. 10.
Creſp. de Valdaur. obſerv. 97. n.15. Ex quo peregri-
nus apud Romanos neque teſtamenti factionem acti-
vam habebat Petr. Greg. ſyntag. l. 42. c.8. n.23. An-
næus. Robert. lib.4. rer. judic. c. 11. neque paſſivam L.
1. C. de hæred. inſtit. L.1. ff. ad L. Falcid. ubi Cujac.
Eguinar. & Mynſinger in §. fin. Inſtit. de hæred. inſtit.
Salzed. de leg. Polit. lib.2. c.15. n.54. Unde cum re-
bellis incapax eſſet adquirendæ hæreditatis, tempo-
re quo illi fuit delata, & incapax gradum non con-
ſtituat, neque obſtet ſequentibus in gradu L. 1. §.
qui habebat. de bonor. poſſeſſ. contra tab. Aug. Barboſ.
voto 30. n.46. cum pluribus Giurb. de ſucceſſ. feudor.
§ 2. gloſſ. 65. Molin. de Primog. lib. 1. c.9. n.17. Caſtill. 57
lib. 6. contr. c. 137. n. 46. & ſeq. & lib. 5. c. 110. n.
30. quia pro mortuo habetur, & conſideratur, ac ſi
non eſſet d. L. 1. §. filium ff. de bonor poſſeſſ. contra tab.
L.1. §. ſed & ſi patronus, ff. de conjung. cum emancip. li-
ber

ber ejus l.necem.§.*deportatus ff.de bon. liber.* Molin.
*d.lib.*1.*c.*9. *n.*27.Creſp. de Valdaura *obſervat.*97. *n.*
12. Auguſt. Barboſ.*d. voto* 30.*c.*46. Molin.*d.c.n.*27.
Caſtill.*d.lib.*6.*c.* 37.*n.*46. *cum ſeqq.* Giurb.*d.*§.2. *gl.*
6.*n.*65. Adeo ut exiſtentia incapacis non faciat defi-
cere conditionem, ſi ſine liberis, neque obſtet ſub-
ſtituto Fuſar.*q.*425.& 426.& 428.Creſp. *d.obſervat.*
58 97. *numer* 14. Cyriac. *controv.* 205.*numer* 24. Rec-
te ſequitur, quod hæreditas delata rebelli pertinet
ad ſequentem in gradu cui per additionem fuit quæ-
ſita, vel cohæredi accrevit, Decian. *de delict. lib.*
7. *c.* 40. *num.* 26. Cancer. *lib.* 3. *var. c.* 21. *num.*
289. Auguſt. Barboſ. *d. voto* 30. *num.* 44. Cyriac.
contr. 205. *n.* 26. Et probat *Ordin. lib.*4.*tit.*100.§.7.
proindeque rebellis poſtea reſtitutus ad bona hæredi-
tatem alteri quæſitam, non poterit recuperare

Quæ ſententia probatur ex text. *in L. interdicit.*
59 *ff.de cond.& demonſtr.* Ubi legatum incapaci relictum
intercidit, quamvis condemnatus reſtitui poſſit. Et
hoc maxime locum ſibi vendicat, ſi is, cui ob inca-
pacitatem rebellis delata fuit hæreditas, bonorum
poſſeſſionem apprehendit; quia tunc per aditionem
in eum fuit dominium tranſlatum: notat Alex. *in L.*
Gallus §. *& quid ſi tantum n.* 21.*ff. de liber. & poſth.*
Siquidem hæreditas adita jam non dicitur patrimo-
nium defuncti, ſed hæredis adeuntis *L.ſed & ſi plures*
60 §. *filio impuberi, ff. de vulgar.* Anton. Gomez *in L.*
22. *Tauri n.*3. Pichard. *ad rubr. Inſtit. de hared.in-*
*ſtit. n.*16. Poſt.*reſol.* 22.*n.* 24. Cyriac. *controv.* 550.
*n.*24. Salgad. *in labyrint cred.* 1.*p. c.* 9.*n.* 11. & 12.
Surd. *deciſ.*315. *n.*2. Menoch. *de arbitr. caſu* 156.*n.*
9. omnino videndus Arias de Meſa *lib.* 3. *var. c.* 29.
*n.*11. Franch. *deciſ.*92.*n.*4. Giurb. *de ſucceſſ. feudor.*
*pral.*4.*n.*44.*verſ. nec poteſt de harede.* Valenz. *conſ.*
233.*n.*41. D.Joſeph. Vela *diſſert.*5.*n.*40.Gail.*de pac.*
*publ.lib.*2.*c.fin.n.*16. Quia reſtitutio à Principe con-
ceſſa non operatur in præjudicium tertii *L.reſcripta.*
C. de precib. Imper. offerend. ibi: *Niſi forte aliquid,*
61 *quod non lædat alium, ſed proſit petenti, L.*2. §.*ſiquis*
à Pricipe ff.nequid.loco publ. L.quod ſi minor. §. *Scæ-*
vola ff.de minorib.L.fin. C.de repud.hared. Ant.Gom.
l. 3. *var. c.* 13. *n.* 39.

Contraria vero ſententia probari videtur *in L.*1. §.
filio, qui matris, ff.ad Senat. Conſult. Tertyll. in illis
verbis: *Ne ſi forte ſervus pœna effectus beneficio Prin-*
cipis ſit reſtitutus. Ex quo textu deducitur reſtitutum
62 Principis beneficio eſſe admittendum ad hæredita-
tem matris, cujus ex delicto incapax fuerat effectus.
Secundo probatur: quia jus patronatus amittitur ex
deportatione: prout etiam patria poteſtas. Siquidem
filius patre deportato ipſo jure efficitur ſui juris
L. ſed ſi hac lege §. *liberos ff. de jus vocand. L. fin.*
C. de ſentent. paſſ. L. actione §. *publicatione ff. pro*
63 *ſocio, L. ſed ſi alia ff. de bon. damnator.* Bald. *in L.ſi*
qua pœna 2. *ff. de his, qui ſuus ſui.* Tamen ſi pater,
vel patronus fuerit à Principe reſtitutus eo ipſo re-
cuperat jus patronatus, Maſtrill. *de indulto c.* 22.
n. 89. & pater jus patriæ poteſtatis *L. ſed ſi hac lege*
§. *ſi libertus de in jus vocand. L.fin.C.de ſentent.paſſ.*
Unde etiam reſtitutus à Principe delatam ſibi hære-
ditatem recuperare poteſt. Propter quæ fundamenta
hanc partem tuentur Sforcia Oddus *de in integr.reſt.*
*p.*2.*q.*99. *art.*1. Andr. Gaill. *de pac. publ.lib.*2. *cap.*
*fin.n.*17. & 18. Fachin. *lib.*1. *contr.c.*39. Qui dicunt
non obſtare text. *in d.L. intercidit,* quia loquitur de
64 legato relicto ſub conditione, quod deficit moriente
legatario, vel deportato ante conditionis eventum.
Et in cauſa deportationis inſinuat quod ſecuta de-
portatione intercidit legatum. Non vero aperit Juris
Conſultus, quid dicendum ſi legatum fuerit pure re-
lictum, & legatarius pœnæ ſervus effectus, poſtea-
que reſtitutus legatũ recuperare poſſit, necne? Dein-
de docent prædicti Doctores illam reſolutionem, de

qua *n.* 35. & *ſeqq.* quæ habet reſtitutionem non ex-
tendi ad bona alienata, intelligendam de alienatis
per fiſcum facto hominis nempe per contractum one-
roſum, ſeu lucrativum, quia tunc alienata non ve-
niunt in reſtitutionem, Attamen non procedere aiunt 65
in his, quæ ſine facto hominis, legis miniſterio in ter-
tium fuerunt tranſlata immediate propter delictum,
vel condemnationem, quoniam eum lex concedat
reſtituto omnia jura, quæ prius habuit *L.*1.*C.de ſent.*
paſſ. In conſequentiam eidem concedere videtur,
quæ ex ipſius legis diſpoſitione delata ſunt, quaſi
ipſa lex, quod alteri dedit id reſtituto concedere vi-
deatur. Sequuntur Afflict. *in c. de vaſſall. decrepit.*
atat. n. 27. Felin. *in c. inter quatuor n.*5.*de majorat,*
& obed. Giurb. *conſ.* 44. *n.* 53. *verſ. alia ſunt, qua*
immediate, Surd. *conſ.* 203. *n.* 3. Et non obſtare di-
cunt regulam text. *in d. L.*2. §.*ſiqui, à Principe cum*
ſimilib. Quia reſpondet Fachin. *d.lib.*1.*c.*39.*verſ. ex*
his legibus procedere, quando alteri jus fuit quæſi-
tum ex diſpoſitione hominis, ſcilicet ex contractu;
non vero ſi ex diſpoſitione legis.

In hac opinionum varietate, ſi licet meum inter-
ponere judicium, has pugnantes Doctorum ſenten- 66
tias fœdere diſtinctionis componendas dicerem. Ita ut
prima procedat, quando hæreditas, quæ ob rebellio-
nem reſtituti fuit delata ſequenti in gradu, jam ab
eo eſt adita, & per eum poſſeſſio apprehenſa, quia
cum in his terminis hæreditas adita deſinat eſſe patri-
monium defuncti, & ſic effecta patrimonium adeun-
tis, ut diximus *ſupra n.*79. dominiumq; ſit adquiſi-
tum adeunti Molin. *de Primog.lib.*2. *c.*7.*n.*28. Surd.
deciſ. 203. *n.*21. non poteſt ſine ipſius facto ſuo jure
privari neq; præſumitur Principem dominium ab eo
voluiſſe auferre. Secunda vero opinio procedat caſu,
quo hæreditas tempore reſtitutionis adhuc non eſt
adita à tertio, neque ab eo occupata; cum enim tunc
dominium tertio quæſitum non ſit, reſtitutus jam ca-
pax admittendus eſt, quaſi hæreditatis delatio facta
tertio redacta ſit ad non cauſam per reſtitutionem le-
gitimi hæredis per text. *in L.ſiquis filio in* §.*penult.ff.*
de injuſt.nupt. Et faciunt quæ Coſta *in* §.*& quid ſi tan-*
tum, 2.*p.n.*175. & *ſeqq.* Ac quidem cum jus adeun-
di non ſit in bonis Bald. *in L.*1.*q.*10. *C.qui admitt.&*
*in L.licet q.*4.*C.de jure deliber.* Surd.*dec* 138. Amend. 67
ad Vincent de Franch. *deciſ.*60.*n.*2.& *deciſ.* 101. *n.*
24. & 26. Alphonſ. de Olea *de ceſſion.jur.tit.* 2.*q* 3.*n.*
7. Caſtill. *tom.* 5. *c.* 112. *num.* 22. nil mirum, quod
reſtitutus admittatur ad hæreditatem nondum aditam
à ſequenti in gradu; quamvis vere jus habuiſſet
adeundæ hæreditatis ante reſtitutionem hæredis;
quoniam reſtitutionis gratia tantum tribuit, quantum
abſtulit, id contra quod reſtitutio datur *L.fin.Cod.de* 68
ſent paſſ. Salgad. *de protect. Reg.*4.*p.c.*9. *n.*195. & fa-
cit renaſci illud, quod fuit penitus extinctum *L. ſi*
quis filium §.*ſed ſi pater, ff. de injuſt. rupt.* Paul. de
Caſtr. *in L. Gallus* §.*& quid ſi tantum col.penult. ff.*
de liber.& poſth. Et quamvis ſequens in gradu jus ha-
beret ad adeundum, cum tempore reſtitutionis illo
jure uſus non eſſet, bene potuit Princeps jure quæ-
rendi ei præjudicare, etiam ſine cauſa Bart. *in d.* §.
*& quid ſi tantum n.*14. Giurb. *de ſucceſſ. feudor.* §.1.
*gloſſ.*8.*n.*60. Noguer. *alleg.*32.*n.*174. & 175. Arias
de Meſa *lib.*2.*var.c.*50.*n.* 15.

Ex dictis infertur, Aureus læſæ Majeſtatis reſtitu- 69
tus à Principe recuperare queat majoratum ſibi dela-
tum durante tempore rebellionis ante reſtitutionem?
Hoc dubium excitat Molin. *de Primog. lib.* 3. *c.* 2.*n.*
14. & proponit caſum, quando poſt delatam majora-
tus ſucceſſionem, poſſeſſionemque adeptam à ſequen-
ti in gradu, poſtea proximior fuit reſtitutus. Et eo
caſu parum dubitationis ad eſſe docet, cum jam tunc
Princeps non poſſit poſſeſſori dominium etiam per mo-
dum juris Civilis quæſitum tollere, niſi ex cauſa pu-

blica & dato bono cambio, Sequitur Alter Molin. de
juſt. & jure t.3.diſp. 624. n.5.& 6. Add. ad. Mol.d.
n.14. Quod ex eo præcipuè procedit, quia majora-
tus ſucceſſio neque per momentum poteſt eſſe in pen-
denti, ſed actu veluci tranſit in ſequentem legitimum
ſucceſſorem Solorz. tom. 2. l.2. c.2. n.35. Molin. de
70 juſt. & jure d.diſp.624. n.5.& diſp. 664. Olea de ceſſ.
jurium tit.3.q.4.n.14. Melch.de Val.Illuſt. l.3. tract.
4.c.2. n.9. Prout neq; dominia rerum poſſunt eſſe in
71 ſuſpenſo L.fin.in fin.ff. commun. præd. L ſi ex duobus
§. ſed & Marcellus ff. de in diem addict. gloſſ. comm.
DD. in L. ſi ego ff. de ſolut. Fuſar. q. 318.n. 66. Sol.
d. c.2.n.35. Mol. l.1. c.19. n. 9. & 10. Quapropter
habilitas ſuccedendi in majoratu conſideranda eſt
tempore delatæ ſucceſſionis; ita ut habilis illo tem-
pore admittatur: inhabilis verò rejiciatur ſine eo,
quod præcedens, aut ſequens inhabilitas attendatur;
neque aliud, quod poſtea contigerit Valenz.conſ.23.
72 n.99.& 161. Caſſ.conſ.26.n.16.& ſeq. Amat. reſol.1.
n.13.& 16. Et ſic ſi tempore delatæ ſucceſſionis vo-
catus aut proximior erat incapax propter delictum,
vel ex alia cauſa, & ſucceſſio delata fuit ſubſtituto,
vel ſequenti in gradu vocatus primo loco, vel pro-
ximior, qui ex poſt facto fuit capax effectus non ex-
cludit, eum qui legitime ſucceſſit, niſi res adhuc in-
73 tegra ſit Mol.l.1.c.13. n.37. & l.3.c.3.n. 16.& 17.
Flores ad Gama dec.27.ſuper n.5.Mier.de Major.p.1.
q.2.n.11.& p.2.q.3.n.33. & q.6.n.47.& 48. Tiraq.de
retract. lignag.§.2.gloſſ.9.n.10.& de Prim.q.23. n.2.
Caſtill. l.3.contr.c.12.n.103.& 105.& c.15 n.3.& 4.
& l.5.c.91.n.45.Cyriac.contr.205.n.43.Olea de ceſſ.
jur. tit.34.q.4.à n.1. Ac proinde: cum tempore de-
latæ ſucceſſionis reſtitutis incapax exiſteret & ſubſti-
tuto ſequenti in gradu locus factus eſſet, ipſeque
majoratus poſſeſſionem fuiſſet adeptus, non poteſt
poſtea à reſtituto excludi; ſiquidem reſtitutio non
operatur in præjudicium tertii.

74 Supra dicta tam circa hæreditatem delatam quam
quoad ſucceſſionem majoratus delatam ante reſtitu-
tionem bene procedunt juxta jus commune in ſimpli-
ci reſtitutione etiam facta ob publicam utilitatem,
quando non continent clauſulas expreſſas in capitu-
lis publicæ Pacis de quibus ſupra. Nunc videndum
An hæreditas delata rebelli, dum bellum durabat &
adita à ſequenti in gradu, vel ſubſtituto, & inſuper,
An majoratus delatus rebelli tempore guerræ, quam
occupavit ſequens in gradu, vel ſecundo loco voca-
tus, valeat recuperare prædictam hæreditatem, vel
majoratum ex diſpoſitione capitulorum Pacis? Pro
cujus reſolutione advertere libet, quod non agimus
de bonis, quæ pervenerunt ad fiſcum, & per eum fue-
runt alienata circa quæ pro una, & altera parte jeci-
mus fundamenta, Quæſtio præſens verſatur quo ad
alia bona; quæ à tertio poſſidentur titulo hæreditario,
aut majoratus. Et pro parte negativa, ut ſcilicet re-
ſtitutus non poſſit recuperare hæreditatem, vel majo-
tum cujus ſucceſſio delata fuit tempore belli, & re-
bellionis. Facit primo, quia in capitulo ſecundo fœ-
derum Pacis tantum cavetur bona immobilia reſti-
75 tuenda eſſe antiquis poſſeſſoribus, vel eorum hære-
dibus. An vero reſtitutus cui delata eſt hæreditas,
vel ſucceſſio majoratus numquam poſſeſſor fuit.
Ac proinde non poteſt admitti virtute illius capitu-
li; quoniam tempore delationis erat incapax, & nun-
quam poſſeſſor extitit.

Secundo facit: quia ut jam probatum manet n.57.
& ſeq. reſtitutus non poteſt recuperare hæreditatem
delatam, vel majoratum tempore incapacitatis, ne-
que jus adeundi eſt in bonis, neque inter immobilia
connumerantur, ut comprehenſum dicatur in dicto
capitulo. Faciunt, quæ fere in terminis tradit Surd.
d.conſ.203. à n.9. cum ſeq. Tertio facit quod capitu-
la Pacis non comprehendunt bona exiſtentia apud
tertium: ut ſupra. late deductum fuit. Ex quibus di-
cendum videtur reſtitutum non eſſe admittendum
neq; ad hæreditatem neq; ad majoratum cujus ſuc-
ceſſio tempore rebellionis delata fuit.

Verum contrarium dicendum certo certius diju-
dico. Etenim licet verum ſit, quod reſtitutio ex gra-
tia Principis regulariter non extendatur ad bona alie-
nata, ut diximus ſupra: niſi expreſſe dicatur: ex ea ra-
tione, quod non cenſetur Princeps jus alteri quæſi-
tum velle auferre. Tamen certi juris eſt Principem
ob bonum Pacis poſſe jure quæſito & dominio ſubdi-
tos privare Bald. in L. bene à Zenone n. 2. in fin. C.
de quadrien. præſcr. Jaſ. in L. Gallus §. & quid ſi tan-
tum n. 81. Alciat. in L. debitorum n. 18. C. de pact.
Menoch. conſ.701.n.63. Peregr. de jure fiſc.lib. 5.tit.
2.n. 49. Mantic. de tacit.& ambig. l.17. tit.3. n. 12.
Ubi n. 13. quod poteſt vaſſallos alienare: & n. 14.
quod valet ob pacem remittere damna, & injurias
ſubditorum. Prout etiam ob publicam utilitatem jus
tertio quæſitum, & dominium auferre Covarr.lib.3.
var.c.6.n.6. Capyc. dec.66.n.6. Cevall. q. 577.& q.
906. n. 358. Gregor. Lopez in l.31.tit. 18. partit.3.
verb. otro, Surd.conſ.203. à n.17.uſq. ad 24. Larrea
alleg.59.n.19. Caſtill.lib.3.c.6. n. 5.& 7. Hieronym.
Leo.dec.34.n.34. Cyriac.contr. 176.n.10 & 11. San-
felic. in diſp.de donat. n.25.& in addit. Capic. Latro
dec.188 n.69.& dec. 199.n.4.& 28. Andr. Gail. lib.
2.obſerv. 155. Maſtr.de indult. c. 22. n. 148. Atque
ideo bene potuit Princeps per reſtitutionem ex cauſa
Pacis præjudicare illis, quibus ob rebellionem reſti-
tuti jus fuit quæſitum ad ſuccedendum in hæredita-
te, vel majoratu.

Secundo facit: quod in capitulo Fœderum octa- 76
vo expreſſe deciditur omnes privationes hæredita-
tum, & diſpoſitiones factas occaſione belli irritas eſ-
ſe, pro infectis habendas. Unde clarè ſequitur Prin-
ceps declaraſſe nullas, irritas, & pro infectis cauſas, ob
quas rebelles fuerunt hæreditatibus, & ſucceſſioni-
bus privati, ac ſi nunquam contingerent neque exiſ-
terent. Quod quidem intelligendum eſt, ut ſcilicet
rebelles quibus hæreditatis, vel majoratus ſucceſſio
delata fuit tempore rebellionis, ad ſucceſſionem ad-
mittentur, ac ſi nunquam perduellionis rei fuiſſent.
Hoc namque prædicta conventio, & clauſula impor-
tat, ut ſcilicet reſolvantur omnia ſecuta ex crimine
rebellionis. Probat. gloſſ. verb. pro infectis in Clement.
1. de immunit. Eccleſ. quam ſequuntur relata ſupra n.
27. qui omnes tenent, quod per dicta verba jus ter-
tio quæſitum tollitur cenſenturque vaſalli reſtituti
ad jus, quod haberent, ſi tempore ſucceſſionis inca-
pacitatis vitio non laborarent. Reſtitutio namque fa-
cit renaſci illud, quod fuit penitus extinctum L. ſi
quis filium §. ſed ſi pater. ff. de injuſt. rupt. Paul. de 77
Caſtro in d. L. Gallus §. & quid ſi tantum col. penult. ff.
de liber. & poſth. Salgad. de protect. 4.p. c.9. n. 198.
Tantum enim reſtitutionis gratia attribuit, quantum
abſtulit id, contra quod datur reſtitutio L. fin. de ſent.
paſſ. ubi Bart. col.3. Salg. proxime n. 196.

Qua opinione retenta non obſtant in contrarium
adducta. Non primum: quia licet in ſecundo capi-
tulo tantum actum ſit de reſtitutione bonorum ſtabi-
lium, quæ ante bellum fuere poſſeſſa à reſtitutis, ta-
men illud ſuppleri debet à diſpoſitione capituli octa-
vi, ubi privationes hæreditatum factæ in odium bel-
li, irritæ, nullæ, & pro infectis habentur, ac ſi nun-
quam contigiſſent. Hæ vero hæreditatum privatio-
nes irritæ non alibi verificari valent; quam in hære- 78
ditatibus delatis his nunc reſtitutis tempore belli, quo
earum ſucceſſionis incapaces exiſtebant, & aliis ſub-
ſtitutis, vel ſequentibus in gradu ob prædictam inca-
pacitatem fuerunt delatæ. Unde ne prædicta verba
maneant otioſa L. ſi quando ff. de legat. 1. intelligen-
da ſunt de illis hæreditatibus, vel majoratibus, qui
ob

ob incapacitatem rebellium fuere acquiſiti ita ut di-
79 latio ſucceſſionis perinde habeatur, tanquam ſi non
contigiſſet. Bene enim facere poteſt Princeps ut res
factæ habeantur pro infectis etiam quoad effectus præ-
teritos *Clement.1.ubi gloſſ.fin.de immunit.Eccleſ.* quam
ibi ſingularem dicit Cardinal. *in 7.notabil.& in c.quia
diligentia col.3.verſ.tertio quæro de election.* ubi etiam
Immol. *circa medium verſ. dicit. tamen* Abbas, &
cum Ancharr. Philip. Franc.Calderin.Barbacia, Cur-
cio, Decio, & aliis Tiraq. *de jur.conſtit.p.3.limit.7.n.*
47. ſequitur Ang. Barboſ. *d. Clem.* 1.*n.*5. Quod pro-
cedit etiam in præjudicium alterius Ancharr. *in c.* 1.
80 *de conſtit.charta 22.verſ.& licet. iſta ſit comm.* Et ita
Felin.*col.7.verſ. amplia ſecundo*, idem Ancharr.*conſ.*
143.*pro Domina Paula col. ult.* ubi illam gloſſam di-
cit notabilem, *& conſ.225.videtur prima facit dicen-
dum col.1.in fin.* Tiraq.*d.n.*4. Licet enim contra præ-
teritum nulla ſit potentia, & factum ipſius non poſſit ha-
beri pro infecto; tamen bene poteſt quoad effectum
juris, ut dicit Immol. *in c. ut juſtum de appellat.* Pa-
norm. *in cap. quæ in Eccleſiarum col.* 1. *conſtitution.*
81 Neque obſtat doctrina Cardinal.*in c. ad petitionem
col.4. in 5. oppoſition. de accuſation.* quatenus ſibi ex
diametro contrarius dicit, eam clauſulam pro infec-
tis, de qua *gloſſ. in d.Clement.* 1. non habere locum
in præjudicium tertii, cui jus medio tempore fuit
quæſitum ſic intelligens prædictam gloſſam: Quem
ibi ſequuntur relati a Tiraq. *de jure conſtitut. p.3. li-
mit.* 48. Item voluit Felin. *in c.fin.n.4. verſ. ſed iſtis
adde conſtitution.* ubi dicit hanc eſſe æquam, & ſuſ-
tentabilem opinionem: ſubſcribit Surd. *conſ.* 203. *n.*
48. Et hæc difficultas optime confirmatur ea ratione:
quia delatio hæreditatis, quæ contingit ſubſtituto,
vel ſequenti in gradu, non poteſt haberi pro infecta,
niſi per fictionem, ut etiam contingit in clauſula,
quia dicitur perinde habere, ac ſi non deliquiſſet: ut
ſentit Bald. *in c. præterea de dilationib. col. ult. verſ.
ſed contra hoc opponuntur*, & eo non relato Surd. *d.
conſ.203.n.48. in fin.* Fictio autem non operatur re-
trotractionem in præjudicium tertii cui jus eſt medio
tempore quæſitum, *L. ſtipulatio de dote, ff.de jur.dot.*
82 *L. in inſulam §.ult.ff. de ſolut.matr.* Card. *conſ.* 105.
col.4. Tiraq. *de retr.lign.§.1.gloſſ.10.n.68.* Surd.*conſ.*
203.*n.*49. Larrea *deciſ.8.n.73.* Sanfelic. *dec.269.n.*
2. *verſ. nec in præjudicium tertii*, quaſi tunc ceſſet
æquitas, ad quam retrotractionis fictio reſpicit juxta
text.*in L.poſt dominium 19.ff.de captiv.* ubi enim ceſſat
æquitas, fictio etiam ceſſare debet Bartol.*in L.ſi is, qui
pro emptore n.67.ff.de uſucapion.* Larrea *deciſ.8.n.59.*

Quoniam rejecta reſponſione Dec.*conſ.251.col.fin.*
dicentes doctrinam Cardinal. *in d. cap. ad petitionem
de accuſat.* poſſe habere locum in jure quæſito de ju-
re gentium; non vero in quæſito per modum juris Ci-
vilis, quia ejus dictum, uti falſum reprobatur à Nevi-
ſan. *conſ.68.n.47. verſ. non obſtat quod dicit, & n.*51.
verſ. non obſtat, quod poſtea: quem refert, & ſequitur
83 Surd.*d.conſ.n.203.n.10.* Et quidem recte: quia domi-
nium eſt juris gentium, quamvis acquiſitionis modus,
& cauſa ſit juris Civilis ſecundum Bartol. *in L.* 1.
verſ.ſed contra prædicta, C.de jur.& fact.ignorant. Fe-
lin.*in d.c.quæ in Eccleſiarum n.7.verſ.ſecundus caſus,*
Cravet. *conſ.103.n.1.* Surd. *d. conſ.203. n.* 21. Me-
noch. *conſ.103.n.68.* Pereg. *de jure fiſc. l. 5. tit.* 2.

Reſpondeo primo: quod, quidquid ſit in aliis caſi-
bus, quando Princeps reſtituit rebellem cum prædic-
ta clauſula, quod privationes hæreditatum habeantur
pro infectis, ac ſi nunquam contigiſſent: tamen quan-
do prædicta clauſula apponitur in reſtitutione ob bo-
num pacis, debet illa operari etiam in præjudicium
84 tertii; ſiquidem ex cauſa pacis, poteſt Princeps vaſ-
ſallum dominio rei ſuæ privare, ut dictum *ſupra n.*57.
Et ea propter ceſſant opiniones Doctorum, qui docent
Principem non poſſe tollere jus tertio quæſitum de
jure gentium.

Secundo reſpondetur, Principem recte poſſe tolle-
re jus immediatè quæſitum per modum juris Civilis,
etiam ſine cauſa ante rei traditionem & apprehenſam
poſſeſſionem, Paul. de Caſtr. *in L. gallus §. & quid
ſi tantum col.fin.ff. de liber. & poſthum.* Alex.*conſ.*87.
*viſis vol.*2. Decius *in c. quæ in Eccleſiarum de conſti-
tution. n.*36. ut puta, ſi agnatus ſequens in gradu de-
latam ſibi hæreditatem propter incapacitatem primi
adiiſſet; quia tunc ante apprehenſam poſſeſſionem
reſtitutus à Principe eam recuperare valebit, ſiquidem
illud jus, & dominium juris Civilis eſt, ut cum Bart.
& aliis docet Caſt. *in d.§ & quid ſi tantum p.2.n.*175.
verſ. verum in contraria, & verſ.ego autem. Et quam-
vis poſt quæſitam poſſeſſionem regulariter dominium
uti juris gentium à Principe tolli nequeat: Nihilomi-
nus tamen cum illud dominium, quæſitum fuiſſet ex
cauſa habente originem à jure civili, pro ſua natura
retractabili ſtante dicta clauſula pro infectis hæreditas
reſtituto reſtituenda eſt: Et ita docuit Decius *in c.
quia diligentia ad fin. de elect.* Cum quo tranſeunt
Pariſ. *conſ.* 1. *n.* 57. Roland. *conſ.* 45. *n.* 30. ſequitur
Peregr. *de jure fiſc. d. lib.* 5. *tit.* 2. *nu.* 59. *in fin.*

Non obſtat ſecundum: quia licet hereditas adita, 85
vel apprehenſa à ſubſtituto, vel ſequenti in gradu,
regulariter non veniat in reſtitutione à Principe con-
ceſſa incapaci ex reſolutis *ſupra n.*69. Tamen contra-
rium procedit, quando reſtitutio facta fuit propter
pacem, & ex cauſa publicæ utilitatis: Tunc enim be-
ne potuit Princeps rebellem reſtituere etiam in præ-
judicium tertii ad bona per eum occupata: ut tradunt
Doctores communiter & ſignanter Molin. *de Primo-
gen. lib.* 3.*c.*2.*n.*14. ibi: *Cum jam Princeps non poſſit
dominium ſemel etiam per medium à jure civili inven-
tum acquiſitum auferre, niſi ex cauſa publica, & bono
cambio aſſignato.* Et ita tenent plures citati *ſupra n.*
75. *& ſeqq.* Maxime quando in reſtitutione reperitur
illa clauſula, privationes hereditatum pro infectis ha-
beantur. Unde firma manet noſtra reſolutio, quatenus
probavimus, quod ſtante diſpoſitione *dicti capituli oc-
tavi in princ.* hæreditates ob incapacitatem rebellis
delatæ, & acquiſitæ ſequenti in gradu, vel ſubſtituto,
nec non ſimiliter majoratus delatus ſecundo vocato,
vel ſequenti in gradu ob rebellionem primi vocati,
vel proximioris, poſſunt à reſtituto ex cauſa pacis
vendicari. Confirmatur, quia in terminis propoſitis,
neque prædicta hæreditas, neque majoratus fuerunt
per fiſcum alienati, ut dubitatio daretur: An reſtitu-
tio comprehenderet bona per fiſcum alienata? Et cum
in dicto capitulo octavo, privationes hæreditatum pro
infectis habeantur, ac ſi nunquam contigiſſent, bene
poteſt reſtitutus prædicta bona vendicare, quorum
poſſeſſionem ſequens in gradu occupavit; & quidem
non haberet ſi rebellis, eo tempore non haberetur pro
incapaci, ut oſtenſum eſt *ſupra.*

Quæro deinde: An reſtitutio ex cauſa pacis, de 86
qua *in dictis Capitulis*, comprehendat deſcendentes
illius, qui exiſtens in hoc Regno conſpiravit adverſus
Joannem Quartum Luſitaniæ Regem, & crimen læſæ
Majeſtatis admiſit in favorem Regis Catholici, cum
quo bellum gerebatur: Et propter immunitatem cri-
minis ultimo ſupplicatio damnatus ſceleris pœna ſubiit
cum publicatione bonorum?

Pro cujus quæſtionis dilucidatione præmittendum 87
eſt, varias eſſe doctorum opiniones, in ea quæſtione:
Utrum indulgentia, ſeu reſtitutio comprehendat de-
linquentes mortuos? Utriuſque ſententiæ fundamen-
ta ponit Maſtrill. *de indult. c.* 3. *à n.* 2. *uſque ad n.*8.
qui eas fœdere diſtinctionis componere conatur. Et
*n.*8. inquit, reſtitutionem factam ob bonum pacis com-
prehendere etiam mortuos quod admiſſum fuit ex cau-
ſa publicæ utilitatis, licet verba indulgentiæ hoc non
diſponant per text. *in l. pater filium §. fundum*, ubi
Bald. *ff. de legat.* 2. Bald. *conſ.* 408. *quidam civis*,

vol. 1. Sigiſmund. Lofred. *conſ.* 8. Boſſ. *tit. de reſtit.*
quæ fiunt. à Principe n. 2. Bajard. ad Clar. §. *fin. q.* 9. *n.*
96. ibi, quod hæc reſtitutio retrotrahitur, & fingun-
tur mortui reſtituti præambula bora ante motam
guerram Maſtrill. *de indult. c.* 3. *n.* 7. quibus addo Petr.
Ball. *in tract. de re militar. p.* 1. *tit.* 2. *n.* 74. *& ſeqq.* Tuſ-
ch. *litter. P. concl.* 178. *n.* 9. Pegas poſt hæc ſcripta
viſus *in Comment. ad proœm. Ordin. gloſſ.* 54. §. 4 *n.* 13.
& hæc pars in ſpecie tractatus noſtræ pacis nullam
patitur dubitationem: ſiquidem *in ſecundo Capitulo*
cavetur bona ſtabilia eſſe reſtituenda veteribus poſ-
ſeſſoribus, vel eorum hæredibus.

88 Quo ſuppoſito, videbatur dicendum hæredes ejus,
qui adverſus Principem in patria conſpiravit, & tan-
quam reus perduellionis capitaliter fuit punitus, cen-
ſentur reſtituti ad recuperanda bona antea poſſeſſa à
condemnato; præſertim quia inita pace ceſſantur, &
reſcinduntur ſententiæ latæ adverſus rebelles, quo-
niam ceſſante diſcordia ceſſare debent illius effectus
argumento, text. *in L. generaliter, C. de Epiſcop. &*
Cleric. & ſcribunt Bald. *in c.* 1. §. *ſententia quoque n.*
1. *de pac. Conſtant.* Roland. *conſ.* 1. *n.* 17. *vol.* 3. Me-
noch. *conſ.* 103. *n.* 3. Surd. *conſ.* 203. *n.* 14. Et confir-
matur ex *capitula octavo fœderum*, ubi privationes
hæreditatum, & diſpoſitiones factæ odio belli pro in-
fectis habentur, & ac ſi nunquam contigiſſent, ut la-
te diximus *ſupra*. Et denique confirmatur, ex eo quod
conſpiratio facta adverſus Regem noſtrum in favorem
Regis Catholici facta intelligitur occaſione belli: cum-
que *in capitula octavo* indulgentia ſit conceſſa delic-
torum, equidem illa comprehendit quæcunque delic-
ta, etiam adverſus Regem commiſſa.

89 Sed his non obſtantibus: verius eſt illum qui in pa-
tria conſpiravit contra Principem, antequam ad hoſ-
tes accederet, non comprehendi *in Pacis capitulis*.
Primo quia *in capitulis Pacis* illæ tantum privationes
pro infectis habentur, quæ in odio belli factæ fuere:
id eſt, quæ contra rebelles, aut transfugas diſpoſitæ
ſunt: Ex eo quoniam contra ſuum Principem natura-
lem arma ſumpſerunt ad hoſtium favorem: non vero
actum fuit de his, qui in patriam conſpirarunt contra
Principem, & facti, ſceleriſque pœnas luerunt. Etenim
diſpoſitio reſtringitur ad ſuam cauſam, & ad mate-
riam ſubjectam *L. cum pater* §. *dulciſſimis, ff. de legat.*
2. *L.* 1. *in fin. ff. de fonte.* Surd. *deciſ.* 95. *n.* 28. *& de alim.*
tit. 5. *q.* 5. *n.* 5. Caſtill. *eodem tract. c.* 40. *n.* 10. Proin-
deque prædicti *capituli* diſpoſitio reſtringitur ad ſuam
cauſam, & materiam ſubjectam, de qua agebatur: Et
ideo non poteſt comprehendere eos qui in patria ad-
verſus Principem conſpirarunt: præſertim, quia *ca-*
90 *pitula Pacis* ſunt ſtricti juris *L. conventionum ff. d.*
pact. L. in ſumma in princ. ff. de condict. indebit. c.
injuria extra de injur. Bald. *conſ.* 195. *n.* 7. *in fin. lib.* 1.
Socin. Jun. *conſ.* 7. *n.* 2. *verſ. & maxime in hujuſmodi*
lib. 1. Thuſc. *litt. P. concluſ.* 178. *n.* 16. Mantic. *de ta-*
cit. & ambig. lib. 27. *tit.* 5. *n.* 2. Unde omiſſum *in Pa-*
cis Capitulis babetur pro omiſſo: Tum etiam gratia
non extenditur, ultra quam loquitur, Doctores *in*
L. Gallus §. *& quid ſi tantum*, Afflict. *in cap.* 1. *n.* 1. *in*
tit. hic finitur lex in uſib. feudor. Vincent. de Franch.
deciſ. 213. *n.* 41. *&* 50. Maſtrill. *de indult. c.* 20. *n.* 52.
Qua de cauſa jus aggratiati pendet à verbis gratiæ
& reſtitutionis & tantum id conſequitur reſtitutus,
quantum ei per gratiam conceditur, non plus vel mi-
91 nus, Hyeronym, Gratus *conſ.* 106. *n.* 1. *vol.* Maſtrill. *d.*
c. 20. *n.* 12. Guazin. *defenſ. reorum defenſ.* 2. *n* 4. Gi-
urb. *conſ.* 44 *n.* 48. Item quia ſi *capitula Pacis genera-*
lis non comprehendunt adhærentes, niſi de eis fiat
ſpecialis mentio *c. ad Apoſtolica verſ. volebat de re*
judic. ubi Germiniam. Abb. *in cap.* 1. *n.* 29. *verſ. & fa-*
cit ſingulariter de poſtulat. Prælator. Corcet. *in tract.*
de par. n. 16. *verſ.* 54. Thuſc. *litt. P. concluſ.* 178. *nu.*
6. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 27. *tit.* 5.
n. 4. A fortiori non continebuntur rei læſæ Majeſta-
tis, qui in patria deliquerunt, & ultimum ſubiere ſup-
plicium, de quibus *in capitulis.* actum non fuit.

Secundo quia *capitula Pacis*, habent relationem 92
ita ut ſi pax fiat pro ſe, & adhærentibus, illi tantum
ſint comprehenſi, qui erant adhærentes tempore pa-
cis, Mantic. *d. lib.* 27. *tit.* 5. *n.* 8. Immo ſi pax fiat in
qua includantur puberes; non dicentur comprehenſi
qui tempore pacis erant impuberes, tamen ſi poſtea
puberes facti ſint, Corneus *conſ.* 167. *n.* 7. *&* 10. *lib.* 3.
Mantic. *d. n.* 8. *in fin.* Unde. quamvis *in dictis capitu-*
lis dictum ſit, quod Principes indulgentiam conce-
dant omnibus vaſſallis, non comprehenduntur vaſſal-
li, qui eo tempore jam non erant in rerum natura. Et
pro bac parte fecit opinio eorum, qui docent reſti-
tutionem factam etiam ob pacem non extendi ad
mortuos.

Tertio probatur hæc pars ex aurea doctrina Baldi 93
in c. 1. *verb. opinioni n.* 4. *de pace Conſtant.* Ubi ait,
quod inita pace ſolum remiſſæ cenſentur injuriæ illa-
tæ dum vaſſallus erat in ſocietate cum hoſte ſui Prin-
cipis indulgentis. Et ſubjungit Baldus, quod ſi vaſſal-
lus commiſit delictum, antequam ad hoſtes ſui Prin-
cipis accederet, propter quod mereretur feudo pri-
vari, inita pace inter Principem, & hoſtem, feudum
vaſſallo reſtitui non debet. Sic evenit in caſu propo-
ſito, in quo vaſſallus in patria, antequam ad hoſtes
accederet crimen læſæ Majeſtatis admiſit, & captus
capitis pœna fuit damnatus cum confiſcatione bono-
rum: Et ſic iſte caſus non comprehenditur *in Capitu-*
lis Pacis ex Baldo, quem ſequitur Menoch. *conſ.* 103.
num. 9. Quarto facit, quod in pace inita inter duos 94
Principes cum abolitione generali non comprehen-
duntur malefactores: ut tenet Maſuer. *in ſua prax.*
tit. de privileg. quem Boer. *deciſ.* 38. *n.* 6. *verſ. quam-*
vis Maſuerius, ſequitur Menoch. *d. conſ.* 103. *n.* 10.
Ubi bonam reddit rationem, nempe; quippe prædic-
ti ex alia cauſa, quam ex belli propoſito deliquerunt.
Quinto: quia *Pacis capitula* ſolum proſunt illis, quo-
rum bona à ſuo Principe fuerunt occupata ob eam
cauſam, quod boſtibus inſervierint; atque ita occa-
ſione belli; non fuerunt in bello cum hoſtibus, ſed
perfide in patria adverſus Principem conſpirarunt
Menoch. *d. conſ.* 103. *n.* 8. Sexto: quia *in dicto capitu-*
lo octavo Pacis publicæ tantum ceſſantur privationes
hæreditatum, & diſpoſitiones factæ in odium belli: Er-
go privationis extra belli odiũ in reſtitutione non con-
tinentur; quoniam inita pace illæ tantum ſententiæ,
& condemnationes reſcinduntur, quæ occaſione belli
factæ ſunt: ut præter citatos *ſupra* tenet Surd. *conſ.*
203. *nu.* 14. Non vero reſcinduntur prolatæ ex alia 95
cauſa, vel delicto: ut ſignanter tradit Bald. *in c.* 1. §.
ſententiæ, quaque in princ. de Pace Conſtan. Plotus *in*
tract. de in litem jurand §. 1. *n.* 1. *in fine* pulchre Me-
noch. *d. conſ.* 103. *n.* 79. *&* 10. Ubi in noſtra ſpecie
reſolvit illum, qui antequam accederet ad hoſtes ma-
chinavit in perniciem, & detrimentum Cæſaris, non
comprehendi in *Capitulis Pacis:* ad hoc ut bona oc-
cupata ex crimine læſæ Majeſtatis recuperare va-
leat: & idem firmat *n.* 22. in reſponſione ad adducta
in contrarium. Denique conſpiratio contra Principem
eſt læſæ Majeſtatis crimem in primo capite immane;
& maxime exoſum; ideoque non facile cenſetur re-
miſſum; immo ad ejus indulgentiam expreſſa verba
deſiderantur; atque in generalibus verbis compre-
benditur. Quæ enim notabilia ſunt; niſi exprimantur,
neglecta cenſentur: *L. item apud Labeonem* 15. §. *ait*
Præt. ff. de injur. ibi: *Ea enim, quæ notabiliter fiunt, niſi*
ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta Larrea *al-*
leg. 94. *n.* 25.

Non obſtant adducta in contrarium, quibus bene 96
ſatisfacit Menoch. *d. conſ.* 103 . à *n.* 10. *cum ſeqq.* &
ex adductis *ſupra* omnino diluuntur. Et ad id, quod

diceba-

dicebamus, reſtitutionem etiam prodeſſe mortuis, reſpondetur habere locum reſpectu eorum, qui fuerunt cum hoſte, & ejus partes ſecuti deceſſerunt; non verò aliorum, qui in patria, antequam accederent ad hoſtes, conſpiravere adverſus Principem, & in ejus perniciem convicti in patria fuerunt puniti pœna capitis, & publicatione bonorum, quia de his neque in *Capitulis* actum fuit, neque eorum reſpectu indulgentia fuit conceſſa. Unde concludendum venit eorum deſcendentes ex cauſa reſtitutionis, de qua in *Pacis capitulis* nullum habere jus ad bona per ſententias confiſcata. Quod ſi ita eſt: à fortiori locum ſibi vindicat, quando Princeps poſt publicationem, & ſententiam executam bona confiſcata in alio transtulit titulo donationis, vel ſimili; quoniam, ut jam diximus, reſtitutio non extendatur ad bona alienata per fiſcum.

Si vero bona erant majoratus antiqui, ad cujus ſucceſſionem erant vocati deſcendentes, ſeu conſanguinei inſtitutoris, bene poterit deſcendens condemnati ex propria perſona vindicare majoratum à tertio poſſeſſore, cui à Rege bona donata fuere; etenim bona majoratus non tranſeunt in fiſcum ob delictum poſſeſſoris text. *in L. Imperator L. rogo ff. de fideicommiſſ. libert. L. Marcellus §. fin. ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* Mo-
97 lin. *lib. 4. c. fin. à n. 5. cum ſeqq.* Scacia *de jud. lib. 2. c.* 9. à *n.* 114. Cyriac. *controv.* 148. *n.* 2. & 4. Sarmient. *lib. 3. ſelect. c. 4. n. 5.* Facit *Ordinat. lib. 5. tit. 6. §. 15.* Majoratus namque non ab ultimo poſſeſſore, ſed à
98 primo inſtitutore capitur *L. cohæredi §. cum filia. ff. de vulgar. L. unum ex familia §. ſi de Falcidia ff. de legat. 2.* Molin. *de Primog. lib. 1. c. 8. à n. 2. cum ſeqq.* ubi Addentes. Surd. *conſ. 29. n. 4. & conſ. 31. n. 2.* Cyriac. *contr. 402. n. 18.* Solorzan. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 16. n. 19. & ſeqq.* Idem Cyriac. *controv. 57. n. 43. & controv. 98. n. 7. & ſeqq.* Valenz. *conſ 113. n.* 78. Menoch. *conſ. 357. n. 4* Franc. à Souſa *in L. fœmina p. 1. n. 28. ff. de reg. juris.* Et ideo ſucceſſor majoratus, ſeu fideicommiſſarius creditor eſt bonorum majo-
99 ratus; & pro tali habetur *in L. 1. C. de bon. auth. judic. poſid. L. 2. C. qui manumit. non poſſ.* ibi: *Inter creditores autem etiam eos enumeratos eſſe, quibus fideicommiſſum debetur, olim placuit: L. ſervo fideicommiſſaria, ff. de hæred. inſtit.* Atque ita cum fiſcalium pœnarum petitio creditoribus poſtponatur, ut ait Modeſtinus *in L. in ſumma, ff. de jure fiſc.* ſucceſſor majoratus fiſco præferendus eſt.

100 Non obſtat, quod delicto commiſſo omnia bona rebellis confiſcentur ipſo jure *L. quiſquis C. ad l. Jul. Majeſt. Ordinat. lib. 5. tit. 6. §. 9.* Poſſeſſor autem majoratus bonorum illius dominus eſt *l. ſpecies. ff. de auro, & arg. leg. l. generaliter §. 1. ff. qui, & à quib.* Valaſc. *conſult.* 122. *n.* 6. & *conſ.* 116. *n.* 5. & melius *conſult.* 194. *n.* 22. Molin. *lib. 1. c. 19. n. 4. & 16.* Anton. Gom. *in L. 40. Tauri n. 76.* Larrea *deciſ. 38. n. 19.* Solorzan. *d. lib. 2. n. 32.* Salgad. *in labyrinth. cred. 1. p. c. 14. n.* 59. Giurb. *deciſ. 97. n. 37. & ſeqq.* Cyriac. *controv. 23. n. 14. & controv. 99. n. 13.* Hermoſ. *in l. 7. tit. 4. partit. 5. gloſſ. 3. n. 20.* Tondut. *reſol. civil. c. 139. n.* 28. Unde videbatur dicendum, quod majoratus venire deberet in confiſcationem ob delictum poſſeſſoris.

101 Reſpondetur namque dominium poſſeſſoris majoratus eſſe revocabile, & tantum conſiſtere apud eum ſua vita durante: Et ea propter nullo pacto bono majoratus alienare poteſt Anton. Gomez. *in d. L. 40. n.* 81. Molin. *lib. 4. c. 1. n. 2.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. matern. p. 3. n. 102.* Noguer. *alleg. 19. n. 77.* Solorz. *d. lib. 2. c. 14. n. 9.* Cyriac. *controv. 23. n. 14. & ſeq.* Adeo ut ſi ab eo fiat alienatio in ipſo quod poſſeſſoris mors ſupervenit, fit irrita, & habetur ac ſi facta non fuiſſet *L. ſin. §. fin. autem ſub conditione, eod. commun. de leg.* Hieronym. Leo *deciſ. 37. n. 12. & ſeqq.* optime Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 73. n. 6. & ſeq.* Unde ſequitur potiorem eſſe cauſam ſucceſſoris quam fiſci & majoratum ad ſequentem vocatum, ſeu proximiorem pertinere; non vero tranſire in fiſcum ob delictum poſſeſſoris.

At vero ſi delinquens poſſeſſor majoratus aufugit, 102
vel in abſentia fuit condemnatus, & bannitus, ac ſequens in gradu bona velit vindicare, dubium eſt. An ad eum pertineant, vel ad fiſcum? In qua quæſtione duo caſus conſtituendi ſunt. Primus eſt: quando in inſtitutione majoratus, vel fideicommiſſi nulla fuit facta alienationis prohibitio. Secundus eſt: quando alienatio expreſſe prohibita fuit. Primo caſu licet inſtitutoris prohibitio alienandi deficiant; tamen cum bona reſtituenda ſint ſucceſſori majoratus poſt mortem poſſeſſoris, vel in alium caſum expreſſum cenſentur bona à lege tacite prohibita alienare *L. fin. §. ſed quia noſtra Majeſtas, C. commun. de leg.* Sarmient. *lib. 3. ſelect. c. 4. n. 5. verſ. neq; obſtat.* Et hoc evenire ſo- 103
let; quoties teſtator ſe facere majoratum profitetur; non tamen adjecit ſucceſſionis formam, & modum: Vel ex conjecturis colligitur majoratum inſtituere voluiſſe. Tunc enim ex natura perpetua majoratus re ipſa cenſentur ſubintellectæ omnes clauſulæ, & vocationes neceſſariæ ad perpetuitatem majoratus. Prout optime ſcribunt Molin. *lib. 1. c. 3. n. 1.* maxime *n. 5. verſ. quibus rationib. & c. 4. n. 13. & 20. verſ. quæ omnia, & à n. 32. & c. 6. à n. 28. & c. 17. n. 26. verſ. nam ut ſupra.* Anton. Gom. *in l. 40. Tauri n. 59. in 3. fund. verſ. ex quibus noviter, & n. 64. verſ. ſed in hoc articulo*, Gregor Lopez. *in L. 2. tit. 15. partit. 2. gloſſ. 1. poſt princ. verſ. unde ſufficeret, & q. 1.* Covarr. *lib. 3. var. c. 5. n. 1.* Didac. Burg. *quæſt. civil. p. 1. q. 2. à n. 67.* Menoch. *conſ. 1005. à n. 9. & 10. & conſ. 1032. n. 26.* cum pluribus aliis Noguer. *alleg. 9. n. 14. 15. & 59. & alleg. 25. n. 104.* D. Joſeph. Vela *diſſert. 49. n. 38.* Quidquid contrarium velint ab eo relati *n.* 39. quibus ſatisfacit Caſtill. *tom. 3. c. 22. à n. 1. & lib. 3. c. 12. n. 70. & l. 5. c. 87. n. 24. & lib. 6. c. 145. in princ. & §. unico à n. 2.* In hoc igitur caſu, quo tantum prohibitio alienationis à lege fuit inducta non impeditur temporalis alienatio majoratus, dum venit reſtitutionis dies. Et in hoc ſenſu accipienda eſt traditio Doctorum, qui volunt majoratus poſſeſſorem tanquam dominum res majoratus alienare poſſe: Atque ita prædictus poſſeſſor, qui temporaliter alienare poteſt, delinquendo dicitur alienaſſe, text. *in L. Imperatores* ibi: *Tu te pœnæ ſubdi-* 104
diſti: ff. de jure fiſc. L. omnem ff. de judic. Lara *de vita homin. c. 21. n. 20.* Molin. *lib. 4. c. 11. n. 7.* Peregr. *de jure fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 99.* Unde in prædicta ſpecie, ſi poſſeſſor crimen læſæ Majeſtatis admiſerit, vel aliud, ex quo confiſcatio bonorum ſequatur, commoditates majoratus pertinent ad fiſcum poſſeſſoris vita durante *gloſſ. notabilis in L. cum pater §. libertis verb. ne id alienarent in fin. ff. de legat. 2.* Ripa *in L. filius familias §. Divi n. 74. ff. de legat. 1.* Boer. *deciſ. 278.* Gozadin. *conſ. 84.* Boſſius *tit. de bonor. public. n. 39. circa fin.* Clar. *lib. 5. q. 78. n. 10. incipit item quæro nunquid.* Roland. à Valle *conſ. 98. n. 10. lib. 2.* Sarmient. *lib. 3. ſelect. c. 4. n. 5.* Farin. *q. 25. n. 22. 35. & 36.* inſinuat Carvalh. *in c. Raynaldus p. 2. n. 402. de teſt.* optime Scaccia *de judic. lib. 2. c. 9. n. 1121.* Et eſt communis opinio ex his quæ Peira *de fideicomm. q. 3. n. 11. in fin.* Fachin. *lib. 4. contr. 50. verſ. poſtremum argumentum eſt.* Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q. 73. n. 92.* Molin. *lib. 4. c. 11. n. 6.* & melius *n. 11.* Cald. Peregr. *lib. 1. receptar. q. 23. n. 46. & 50. cum ſeqq.* Et juxta hanc receptam opinionem intelligenda videtur *Ordinat. d. lib. 5. tit. 6. §. 15.* prout tentari poſſe dixit Caldas *d. q. 23. num. 46. in fin.*

Probatur autem prædicta ſententia ex text. *in L. Statius Florus §. Cornelio Felici, ff. de jure fiſc. L. filius familias, §. Divi ff. de legat. 2. L. peto §. prædium, ff. eod.* Quam ſententiam ultra citatos exornant Farin. *q. 25. n. 34.* Peregr. *de jure fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 98. cum ſeqq.*

ſeqq. Guazin. *de conſiſc.q.13.limit.17.n.2.13.14.& 15.*
105. Si vero in majoratus conſtitutione expreſſa ſit alie-
nationis prohibitio, tunc concors eſt omnium ſcriben-
tium ſententia, quod delicto commiſſo majoratus ne-
que reſpectu fructuum, & commoditatum tranſeat in
fiſcum; ſed ſtatim deferendus eſt legitimo ſucceſſori
per text. *in L. Imperator. ff. de fideicommiſſ. libert.*
Ubi cum Firmius Mucianus, ſive Titianus tragœdos
tres legaſſet, & adjeciſſet: *Quos tibi commendo, ne
cui alii ſerviant: publicatis bonis Titiani reſcriptum
eſt debere eos publicæ manumitti.*

Secundo probatur ex eo, quod cum bona prohiben-
tur alienari, ut in familia relinquantur, ſi hæres alie-
naverit, omnes de familia fideicommiſſum, petere
poſſunt *L. peto §. fratre ff. de legat.2.* Atque ita cum
alienatio proveniens ex delicto voluntaria dicatur *L.
Imperatores ff. de jure fiſc.* merito dicendum proximi-
106 orem de familia poſſe petere majoratum, ſimul atque
poſſeſſor delictum commiſit, ex qua confiſcationis
pœna irrogatur. Et denique probatur ex eo, quod do-
minium majoratus non poteſt eſſe in pendenti; ut di-
ximus *ſupra n.70.* Non enim valet ire ad fiſcum con-
tra diſpoſitionem conſtituentis, nec poteſt eſſe penes
poſſeſſorem, qui factus eſt incapax. Ergo devenire
debet ad legitimum ſucceſſorem juxta mentem inſti-
tuentis, quæ etiam in perceptione commoditatum ob-
107 tinet; præſertim cum ex ſeparatione dominii, & fruc-
tuum ſequatur effectus contrarius intentioni inſtitu-
toris *L. ex adverſo §.1. ff. de rei vendi.* Docent in ter-
minis Bart. *in d. L. Imperator. & in L. rogo ne, ff. de
fideicommiſſ. libert.* ſequuntur Alex. *conſ.23. à n.3. vol.
1.* Roland. à Valle *conſ.30.n.11.& 12.lib.2.* Fachin.
d. lib.4.cap.50. verſ. ſed contraria ſententia Beroius
q.41.n.5.& 6. Socin. Jun. *conſ.77.n.15.lib.2.& conſ.
49. lib.3.* Ant. Gabr. *lib.7. commun. concluſ. 24.n.1.*
Petra *de fideicommiſſ.q.8.n.110.in fin.111.& 389.* Ubi
loquitur etiam in caſu, quo confiſcatio fit propter
crimen læſæ Majeſtatis Farin. *q.25. limit.1.n.22.* In-
trigl. *de ſubſtit. cent. 3.q.75.n.90.& ſeqq.* Jul. Clar.
in §. fin.q.78.n.10. poſt plures Scaccia *de judic.lib.2.*
108 *c.9.n.116.* Molin. *lib.4.c. ult. n.10.& 11.* Sanch. *ad
precept. Decal. lib. 2. cap.18.n.15.* Carvalh. *in d. c.
Raynaldus 2. p. n. 400. & ſeqq.* Et hæc eſt in puncto
juris verior, & receptior ſententia Guazin. *de conſiſc.
q.13. limit. 17.n.12.13.14.& 15.* Peregr. *conſ.1.n.40.
& ſeq. lib.1.* Card. Peregr. *lib.1. recept.q.23.n.47.&
ſeqq.* Roxas *de incompatib. majorat.* poſt hæc ſcripta
viſus *3.p.c. 2. num. 10. & 11.*
109 Confirmatur: quia bannitus habetur pro mortuo
*L. ſi qua pœna, ff. de his, qui ſunt ſui gloſſ. in §. relega-
ti Inſtit. quib mod. jus patr. pot.* Caball. *caſu 264. n.
24.* Andr. Gail. *de pac.lib.2.c.11.n.12.* Farin. *q.20.n.
23.* Oddo *de reſtit. q.7.n.13. & conſ. 45. n. 18.* Surd.
conſ.491.n.4. Magon. *deciſ. Lucenſ. 84.n.13.* & poſt
alios Giurb. *conſ.3.n.7.* Unde tanquam incapax facit
locum ſequenti in gradu, cui delinquendo non pote-
rit præjudicium inferre *L. ſi filius 3.C. de bonor. proſ-
cript.* Gomez *in L. 40.n.41.* Molin. *lib.4.c.11.n.7.&
18.* Peregr. *lib.5.tit.1.n.90.& 99.* Carlev. *tit.3.diſp.
19. num. 16. & diſp. 20. nu. 6.* Lara *de vita homin.
cap. 22. num. 21.*
110 Obſtat tamen *Ordinatio lib. 5.tit.6.§.15.* quæ ab-
ſolute diſponit bona majoratus ejus, qui læſæ Majeſ-
tatis crimen admiſit, tranſire in fiſcum pro vita poſſeſ-
ſoris delinquentis. Quæ deciſio cum generaliter diſ-
ponat generaliter eſt intelligenda *L. de pretio ff. de
public. in rem action. cum ſimilib.* nec aliter interpre-
tari licet, cum leges Regiæ interpretari prohibeantur
Ordinat. lib.1. tit. 5. §.5. Joann. Martin. à Coſta *in
tract. Dominus Supplicationis annot.4. à n.9. cum ſeqq.*
Gama *deciſ. 302.n.8.* Gomez *in l. 1. Tauri n. 7.* Cal-
das *de nomin. q. 8. n.34.* Et quamvis ſtatutum diſpo-
nens ſuper eo, quod jus commune recipiat interpre-
tationem legalem juris communis Bald. *conſ.67.col.1.
in fin. & verſ. nec obſtet ſi dicatur. lib.3.* Tiraq. *de re-
tract. convent. §.1. gloſſ.2.n.9.in fin.* Gratian. *c.163.n.
14.* Salgad. *de protect.c.9.n.129.* Cancer. *lib.1.c.4.n.* 111
23. Valaſc. *conſult. 28.n.1. & conſult. 66.n.17. & de
partit. c.13. n.8.* de jure communi magni nominis In-
terpretes tenuerunt, etiam data expreſſa prohibitione
alienationis non poſſe proximiorem, vel ſubſtitutum
fideicommiſſum vendicare, aut majoratum ante gra-
vati delinquentis mortem: quorum numero fuerunt
Paulus Caſtrenſ. Alciat & Ruin. *in d. L. filius famili-
as §. Divi ff. de legat.2.* Oldrad. *conſ.17.* Roman. *in
L. ſi conſtante §. ult. ff de ſolut. Matrim.* plures laudat
Roxas *de incompat. 3. p.c.2.n.9.* Immo hanc opinio-
nem eſſe communem dicit Alciat. *conſ.783.n.1.* Qua
propter tam in majoratu, in quo ſolum datur tacita
alienationis prohibitio, quam in eo, in quo expreſſa
prohibitio alienationis reperitur, dicendum eſt com-
moditates, & fructus illius pro tempore vitæ delin-
quentis tranſire ad fiſcum nulla data differentia inter
prohibitionem tacitam, & expreſſam. Et ita in praxi
ſervandum docet Præceptor Carvalh. *in d c. Reinal-
dus p.2.n.400.* optime Melch. de Valent. *Illuſtr. lib.3.* 112
tract. 6. c. fin. n.7. Cabed. *p.1. deciſ. 183. n.7.* Card.
recept. q.23.n.64. Gama *deciſ. 153.n. fin.* Mol. *lib. 1.
cap.20.n.12.* Ubi eam præſtat rationem; quia facul-
tas percipiendi fructus, ſeu commoditates longe di-
verſa eſt à ſucceſſione, & jure majoratus, cui non
cauſatur præjudicium; ſed agitur de fiſco non defrau-
dando. Eandem ſententiam quam Ordinatio amplexa
eſt, tuetur Peregr. *de jure fiſc. lib. 5.tit.1.n.101.* Ubi 113
in verſ.4. adduxit ſimile decretum Conſilii latum: ut
ſimpliciter, & indiſtincte bona delinquentis, etiam
reſtitutioni ſubjecta tranſeant in fiſcum. Et ita judi-
catum dicit. Noſque ſic judicare debemus; & à præ-
dicta opinione recedere non licere exiſtimamus.

Non obſtat judicatum in hoc Regno ſuper Statu
Ducis Averii; quia jam ante ſententiam conſtitit de
illius mortem naturali. Ac proinde dicendum non eſt
fuiſſe approbatum Doctorum opinionem ratione pro-
hibitionis, alienandi expreſſæ contra legem Regiam,
cui non tantum Doctorum opiniones, ſed & ipſæ le-
ges juris communis cedunt ex Ordinat. *lib. 3. tit.
64. in princ.*

Adveniente vero morte naturali delinquentis ma- 114
joratus poſſeſſoris tenetur fiſcus proximiori majora-
tum reſtituere, quia illius bona cum ſua cauſa in fiſ-
cum tranſiere: ut probatur *ex L. quadam teſtamento
§. quoties, ff. de legat.1. L. in facto §. fiſcus ff. de con-
dition. & demonſtrat.* Facit text. *in L. non poſſunt, &
in L dicitur, ff. de jure fiſc. L. penult. §. ſi fidei ff. ſi quis
aliquem teſtari prohibuerit* text. expreſſus *in L. Mar-
cellus §. fin. ff. ad S.C. Trebell. L. Caius ff. de ma-
numiſſion.* Sarmient. *lib. 3. ſelect. c. 4. num. 5.*

Limitanda tamen erit prædicta ſententia, & diſpo- 115
ſitio legis Regiæ *lib. 5.tit.6.§.15.* ut non procedat ca-
ſu quo ultra prohibitionem alienationis majoratus in-
ſtitutor clauſulam adjecerit: Quod ſi poſſeſſor crimen
confiſcatione dignum tentaverit, bona ſtatim ad ſe-
quentem ſucceſſorem transferantur; quia per illam
clauſulam jam dominium tranſit ad ſequentem ſucceſ-
ſorem ante conſummatum delictum *L. interdum, ff.
quemadmodum uſusfruct. amitt. L. Stichus 39. ff de
manumiſ. teſtam.* Nam in hoc caſu non agitur de ſola
delinquentis utilitate, ſed de familiæ conſervatione,
ſiquidem bona ab ipſo delinquenti auferuntur, & in
ſequentem transferuntur. Juſta, & valida eſt prædic-
ta diſpoſitio Anton. Gomez. *in L.40. Tauri n.91. verſ.
quod tamen ſingulariter limita, & intellige.* Et notat
Bart. *in d L. filius familias §. Divi n.6.* & ibi: Alcia
n.22. Decius *conſ.182.col.2.* Molin. *de juſt. & jure diſp.
656.*

Digitized by Google

656. *n. fin.* Peregr. *de jure fiſc. d.l.5.tit.*1.*n* 10. Ubi hujus ſententiæ fundamenta ponit alter Mol. *de Primog. lib.*4.*c.*11.*n* 16. Card. Peregr. *d.q.*23.*n.*47. Carvalh. *in d. c. Raynaldus n.* 403. *& ſeqq.* Contrarium tamen erit; ſi verba dirigantur ad tempus, quo jam
116 delictum commiſſum fuerit, commoditateſque jam in fiſcum tranſierint; quia tunc clauſula tranſlationis nihil operabitur in præjudicium fiſci. Avertit Molin. *d. lib.* 4. *c.* 11. *n.* 17. *& lib.* 1. *c.* 12. *n.* 35.

117 Retento igitur eodem themate, quæro: An deſcendens illius, qui ob crimen læſæ Majeſtatis capite punitus fuit, vel tranſverſalis admittatur ad majoratum antiquum inſtitutum à Rege de bonis Regiæ Coronæ ad favorem certæ familiæ? Quæ quidem quæſtio paucis ab his temporibus in controverſiam venit ſuper ſtatu Ducis Averii inter Illuſtriſſimum Dominum Petrum de Alencaſtro cum Procuratoribus Regiæ Coronæ, & Patrimonii. Nam cum Raymundus Ducatus, & Status poſſeſſor defeciſſet, & ad hoſtes ſe tranſtuliſſet: ac in abſentia tanquam perduellionis reus accuſatus, & damnatus fuiſſet ad mortem cum publicatione bonorum, Illoſtriſſims Petrus litem movit vendicando majoratum inſtitutum à Regibus Joanne Secundo, & Emmanuele ad favorem Domini Georgii Ducis Colimbriæ, Magnique Magiſtri Militiarum Divi Jacobi de Spata, & Aviſii, cum clauſulis valde prægnantibus; prohibitioneque alienationis, ot ſuper dictus majoratus ad illius deſcendentes deveniret: nulloq; caſu ad Coronam reverteretur: niſi deficientibus omnino deſcendentibus Georgii tam maſculis, quam fæminis In qua lite longe, lateque decertatum fuit. Secuta tandem morte naturali Ducis Raymundi judicatum fuit ad favorem Illuſtriſſimi Petri contra Regiam Coronam excluſis Illuſtriſſimo Comite de Figueyro, & Illuſtriſſimo Marchione de Gouvea, nec non illuſtriſſima Comiſſa de Faro. Qui omnes cum dicto Petro erant deſcendentes Georgii, collaterales tamen delinquentis condemnati. Unde ad hujus rei perfectam cognitio[illegible]em imprimis inſpici debet conceſſionis, & inſtitutio[illegible]rma, quæ omnem regit diſpoſitionem *L. in conditionibus cum ſimilib. ff. de condit. &*
118 *demonſtration.* Et in ſpecie probat text. *in c. ſi cui verſ. tenorem inveſtituræ, ſecundum in tit. de extraord. l. c. Conradi, & in cap.* 1. *de duobus fratribus verſ. propter tenorem inveſtituræ*, obi Bald. Poteſt enim Princeps in conceſſione rei ſuæ, quas velit conditiones, & opera apponere Cardoſ. *in prax. verb. contractus n.* 12. Surd. *conſ.*440.*n.*43. Card. Peregr. *de renovat. q.* 11. *n.*19. Thuſc. *C. concluſ.* 980. in terminis Solorzan. *de jure Indiar. tom.*2.*lib.* 2.*c.* 11.*n.*8. Itaut ſemper inveſtituræ tenor ſeqoendus ſit: ut late probat Giurb. *de ſucceſſ. feudor. præl.* 6. n. 40. quamvis præter, vel ultra ordinariam naturam actus adjectum, vel conventum fuerit, cum illa ſpecialis proviſio faciat ceſſare generalem, & conſuetam. *L. fin. C. de pact. convent. L. &*
119 *habet* §. *cum quis ubi gloſſ. ff. de precar. L. in toto ff. de reg. juris c. generi* 34. *eod. tit. in* 6. Solorzan. *d. lib.* 1.*c.*8.*n.*4. *& d.c.* 11.*n.*9. Quare dixit Bald. in *d. cap.* 1. *de duobus fratribus*, qood tenor inveſtituræ derogat omni rerum naturæ, & conditioni, idem Bald. in *L. quoties col.* 1. *C. de ſuis, & legitim. hæred.* Alex. *conſ.* 52. *col.* 4. *vol.* 4. poſt plores Tiraq. *in L. ſi unquam verb. libertis* n.9. *C. de revocand. don.* optime Roſentald. *de feud. c.* 1. *concl.* 12. *litter. A.* Solorzan. *dec.* 11.*n.*11. *&* 12. Ex ea ratione, quia verba contractus ſemper conſiderari debent, *L. fidejuſſor. Magiſtratuum, ff. de fidejuſſor.* Gama *deciſ.* 303.*n.*1. & habentur pro textu, cui ſemper credendum, Boecius *conſ.*41.*n.*12. Anton. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 20.§.10. *n.*40. Cravet. *conſ.*105. *num.* 2. *lib.* 1.

120 Si igitur majoratus inſtitutio, ſeu conceſſio de bonis Regiæ Coronæ cum titulo Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus facta fuerit in perpetuum Petro, & ejus deſcendentibus cum diſpenſatione legis Mentalis, & unus ex deſcendentibus Petri crimen læſæ Majeſtatis admiſerit, pro quo punitus ſit capitaliter, vel cõdemnatus; quæritur, An nepos delinquentis, aut ejus filius à fiſco poſſit majoratom vendicare? In qua quæſtione reſolutive dico, quod licet majoratus antiquos à privato inſtitutus non poſſit confiſcari in perpetuum ut probatum manet *ſupra n.*105. Tamen majoratu etiam antiquos inſtitutus à Rege de bonis Re-
giæ Coronæ, ſive ad vitas, ſive in perpetuum, rever 121
titur ad Regiam Coronam propter delictum à poſſeſſore contra Majeſtatem commiſſum: ut expreſſe diſponit *Ordinat. lib.* 5. *tit.*6.§.16. cujus hæc ſunt verba: *E ſe algum trouxeſſe morgado, feudo ou foro do Rey, quer in perpetuum, quer em poſſoas, & cometeſſe tal crime de leſa Mageſtade, per que ſeus boenes deveſſem per confiſcados e eſſe margado, feudo, ou fòro ſeja tornado ao Rey para fazer delle o que for ſua meree.* Cujus legis diſpoſitio deſumpta fuit ex text. *in c.* 1. §. *denique in tit. quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi in uſibus feudorum.* Cujus etiam verba ſunt penè ſimilia dictæ Ordinationi ibi: *Denique ſæpe quæſitum eſt vaſſallo propter juſtam culpam à feudo cadente, utrum ad dominum, an ad ſucceſſorem vaſſalli beneficium pertineat? Sed hæc diſtinctio tam ratione, quam moribus comprobata eſt, ut ſiquidem vaſſallus, ita in dominum peccaverit, ut feudum amittere debeat, non ad proximor ſed ad dominum beneficium revertatur, ut hanc ſaltem habeat ſua injuria ultionem*, Similis eſt in Caſtella pragmatica ſanctio Regis Henrici Secundi, quam tranſcripſere Molin. *de Primog. lib.*4.*cap.*11.*n.* 42. & alter Molina conſtanter teneot majoratum inſtitutum de bonis Regiæ Coronæ à Principe confiſcari propter crimen læſæ Majeſtatis à poſſeſſore patratom. Ex ea ratione, quia in donationibus caſtrorum, vel oppidorum, quas Reges faciant titulo majoratus, hæc conditio tacita ineſſe videtur; ut illorum poſſeſſores Regiæ Coronæ in bello deſerviant, & eidem ſint fideles. Hanc eandem reſolutionem tenet Greg. Lopez *in L.*2.*tit.*2.*partit.* 7. *verb. mandas col.* 2. Et pro reſolutione hujus quæſtionis, quam rationi, & juri conſentaneam eſſe dixit Molin. *d.c.*11.*n.* 46. Ubi quod iniquum cenſeri non debet, ſi ab his, qui hoſtes Reipublicæ efficiuntur; & à ſuis deſcendentibus ea omnia auferantur, ut ſaltem dominus ſuæ injuriæ hanc habeat ultionem *d.c.*1.§. *denique in fin. tit. quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi feudum.*

Confirmatur ex eo: quod vaſſallus, qui contra Re- 122
gem dominum feudi deliquit, privatur feudo; quod ex crimine læſæ Majeſtatis ad dominum revertitur *d.c.*1.§. *denique in d. tit. quæ fuit prima cauſa beneficii.* Bald. *in c. Imperialem* §. *callidis nu.* 7. *de prob. feud. alien. per Frider.* Afflict. *in c.* 1.§. *item ſi fidelis* n.26. *&* 27. *&* in *fin.n.*20. *in fin. & dec.*265.*n.*60. *& dec.*385.*n.*4. Ubi dicit feuda non Confiſcari, niſi ob crimen læſæ Majeſtatis Joan. Ferrat. Montan. *l.* 4. *feud. ver.*78. *idem reſpondemus.* Uveſ. *conſ.*57.*n.*15. Qui dicit ideo feudo per rebellionem aperto prima inveſtitura nunquam poſtea in conſideratione habetur. Quod dixerat Pariſ. *conſ.*21.*n.*49. *& ſeq. vol.* 1. Soc. Jun. *conſ.*68.*n.*47. *&* 89. *vol.* 3. poſt plures Roſentald. *de feud. c.*10. *concl.*35. *n.*37.70.81. *&* 82. *litter. D.* Menoch. *conſ.* 99. n.95. *&* 99. Solorz. *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 10. Et probat expreſſe *Ordinat. lib.*5. *tit.* 6. §. 16.

Quæ quidem reſolutio nullam patitur difficulta 123
tem reſpectu filiorum, & deſcendentium; ut optime tradit Andr. Gail. *de pac. publ. lib.*2.*c.*13.*n.*11. *&* 12. Deſcendentes namque incapaces redduntur ex patria delicto *L. quiſquis* §. *filii C. ad L. Jul. Majeſt.* Anton. Gomez. *lib.* 3. *var. cap.* 2. *rub.* 13. Gigas in *tract. de crim. læſæ Majeſt. l.* 3. *rubr. de pæn. quas filii incurr. q.* 1. *à n.* 1. Fachin. *lib.*7. *controv. c.*23. Decian. *delict.*

lib. 7.

*lib.7.cap.*41. Bajard.ad Clar.*in* §.*læſæ Majeſtatis* 25. Peregr. *de jure fiſc. lib.* 3.*tit.*9.n.1. Molin. *de juſt. & jure diſp.*658. Amaya *lib.* 2. *obſerv. c.* 6.*n.*47. *&* 48. Menoch. *lib.*5. *præſumpt.* 33. *à n.*5. Pichard. *in* §.*interdum n.* 7. *Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt.* Covarr. *lib.*2.*var.c.*8.*n.*5. Sanch. *ad præcept. Decal. lib.* 2. *c.*
124 29. Farin. *q.* 116. *à n.*72. *uſque ad* 116. Et adeo antiqui hoc crimen odio habuerunt, ut non tantum filii rebellium, ſed eorum conſanguinei occiderentur: ut ex lege Macedonum fieri refert Alex. ab Alex.*lib.*3. *dier. Genial. c.* 5. Quam legem horrendam appellat Quint Curtius *lib.* 5. Et eam ſuſtuliſſe gloriatur Alexand. Philippi Filius apud Quintum Curtium *lib.* 7. Decian.*d.lib.*7.*c.*41.*n.*1. Sublata tamen pœna corporali remanſerunt aliæ, de quibus *in d.l. quiſquis*, juxta quam filii, & deſcendentes delinquentis ſucceſſione privantur. Et ita in noſtra quæſtione dubium non eſt deſcendentes delinquentis non poſſe ſuccedere in majoratu Regiæ Coronæ, vel feudo: ut bene probatur ex *d.c.*1.§. *denique tit. qua ſit prima cauſa beneficii amittendi.* Ubi illa verba non ad proximos, abſque controverſia intelliguntur de filiis ipſius delinquentis: ut ultra gloſſam ibi docent *commun.* DD. & expreſſe Thom. Marin. *lib.*1.*feudor. tit.*2.*de feudo ex pacto & providentia antiquo n.* 88. *verſ. ad textum in* §. *denique* Menoch.*conſ.*304.*n.*17. Probat etiam text. *in c.*1.*tit. ſi vaſſallus feudo privetur*, cujus verba ſunt. *Vaſſalli feudum delinquentis licet ad agnatos quandoque pertineat: filius tamen ad id nullatenus adſpirabit niſi licite iterum à domino adquirat ſibi gratiam faciente:* verbi gratia, ſi non ſint alii ex latere, quibus aperiatur, ad ejus petitionem admittuntur, qui quarto gradu ſunt remoti ab eo, qui id adquiſivit *c.*1. §. *ſi vaſſallus culpam tit. ſi de feudo defuncti fuerit controverſia* ibi: *Si vaſſallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat, neque filius, neque ejus deſcendentes ad feudum revocabuntur.* Quam opinionem late fundat Menoch. *conſ.* 504. *n.* 16. *& ſeqq.* Et hæc fuit ſententia Batt. *in L.* 3.*ff. de interd. & releg.* Paul. de Caſtr. *in L. ſed. & ſi* §. *patronum n.* 4. *in fin.ff. de in jus vocand.* Alex.*conſ.*30.*n.*9.*lib.*6. Aſſlict. *in d.*§. *denique n.*2.*&* 3. Ubi dicit in hoc deteriorem eſſe conditionem filiorum, quam agnatorum, Greg. Lopez. *in L.*2.*tit.*2. *partit.* 7.*verb. mandas, quelle fueren fechas*, optime Andr. Gail.*de pac. publ. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 12. Qui omnes loquuntur in feudo antiquo ex pacto, & providentia.

125 Non obſtat, quod pœna non debet egredi authores culpæ *L. ſancimus C. de pœn. L. ſiquis* §. *legis C. de inoffic. L. legem, C. de natural. liber. L. hoc Matrimonium C. ne uxor pro marito L. ſi pœna* 20. *L. crimen* 26.*ff. de pœn.* Covarr. *lib.*2.*var.c.*8.n.1. Vela *de delict.c.*21.*n.*14.*&* 16. Farin.*in prax.tit.*1.*q.*24. Amaya *d.lib.*2.*c.*6.*n.*48. Quæ ratio in cauſa fuit ut exiſtimaret Budæus *in d.L.*3.*ff. ad L. Jul. Majeſt.* textum *in d. L. quiſquis*, conditum ab Imperatoribus Arcadio, & Honorio correctum fuiſſe per *d. L. ſancimus C. de pœn.* conditam ab ipſis Imperatoribus. Sed contrarium ait Duaren. *in diſput. anniverſar. lib.* 2. *c.*24. Et quidem bene: quia *d. L. ſancimus* non loquitur de crimine læſæ Majeſtatis, neque etiam loquitur de filiis; ſed affinibus, propinquis, notis, familiaribus, & amicis, Sequitur Decianus *d. lib.* 7. *cap.* 41. *n.* 2.

126 Ad regulam vero text. *in d.L. ſancimus* reſpondetur quod vera ratio, ex qua procedit diſpoſitio *d. L. quiſquis*, & noſtræ *Ordinat. lib.*5.*tit.*6.§.9. in eo expoſita eſt, quia hæreditati criminis exempla metuuntur in filiis: ut notat *gloſſ. verb.* in *quibus in d.L.quiſquis.* Et faciunt jura *in L. quod ſi nolit.* §. *qui mancipia. ff. de ædilit. edi. L. vitia C. de adquir. poſſeſſ.* Ubi probatur, quod vitia poſſeſſorum à majoratibus contracta perdurant, & ſucceſſorem authoris ſua culpa comitatur. Unde dixit *gloſſ. in d.L. quiſquis*, quod ſæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri, cujus refert imaginem *L. Divo Marco C. de quæſt.* Et dixit Angel. *in L. ſi fugitiv. Cod. de ſerv. fugitiv.* quippe ſi pater eſt partialis Regis vel contra Regem, filius idem præſumitur: notat Grammat.*conſ.*15.*n.*5.*& ſeq.* Et ait Quintile *lib.* 4. ſequentia verba: *Argumenta ſæpe à perſonis deducenda: nam ſimiles parentibus, ac majoribus ſui filii plerunque creduntur, & nonnumquam ad honeſte, turpiterque vivendum inde cauſa fluunt.*

Diogenes cum ebrium in foro videret, dixit: *Illius pater ebrius fuit.* Et ex eadem ratione Martial.*lib.* 6. *epigram* ad Catull.

Miror, quod Baſſis filia potat aquam.

Igitur filius præſumitur eſſe ejuſdem affectionis, & 127
voluntatis ſicut pater; & ſolet parentis geſta imitari tam in vitiis, quam in virtutibus Roland. *conſ.*1.*n.*42. *vol.* 3. Perez. de Lara *in compend. vitæ homin. c.*1.*n.* 50.*L. fin. de impuber.* Et quidem in filio transferunt qualitates, & affectiones parentum Neviſan. *in ſylv. nunt.n.*131.*p.*371. Ubi probat, quod quælibet radix naturaliter ſuam virtutem ejicit in palmites Martin. Delrio *diſquiſit. magicar lib.*4.*c.*3. *q.* 4. *concluſ. unic. & q.* 5. *concluſ.* 1. Sanch. *ad præcept. Decal. lib.*2.*c.* 38. *numer.* 4. & poſt alios Eſcob. *de purit. ſang. p.* 1. *q.* 4. *numer.* 79. *&* 80.

Puniuntur etiam filii ob enormia delicta parentum, 128
ut parentes arceantur à delictis committendis propter filiorum charitatem Amaya *d. lib.* 2.*c.*6.*n.*47. Et dixit Cicer. in *epiſt. ad Brut.* ibi: *Nec me vero fugit quam ſit acerbum ſcelera filiorum pœnis lui; ſed hoc præclare legibus comparatum eſt, ut charitas liberorum amiciores parentes Reipublicæ reddat, Magis namque parentes terrentur in filiis, quam in ſe ipſis: l. iſti quidem, ff. de eo, quod met, cauſa.* Qua ratione puniuntur fillii ob delictum parentis *d. L. quiſquis, Cod. ad L. jul. Majeſt. c. ſiquis cum* 22.§. *filii* 6.*q.*1.*c. accuſatus.* §. *in eo de hæret. lib.* 6. *c. felicis de pœn. in* 6. *Auth. Gazaros C. de hær. Ordinat. d. lib.* 5. *tit.* 6.§. 13. ibi: *Eſta pena averaon pela maldade, que ſeu pay commeteo* Tiraq. *in L. ſi unquam verb. donatione largitus n.*333. Menoch. *lib.*5. *præſumpt.*33.*à n.*5. Petr. Faber. *lib.*3. *ſemeſtr. cap.*8. Schifordeger *lib.*3.*tract.* 19.*q.*7. Oſuald. ad Donel. *lib.*8. *comment. cap.*8. *litter. X.* Thom Sanch. *ad præcept. Decal. lib.*3.*c.*14. & aliis relatis Eſcob. *de purit. ſanguin.* 1.*p.q.*4.*n.*35. *&* 89.

Et prædicta reſolutio non tantum procedit reſpec- 129
tu filiorum, qui erant nati ante delictum; ſed etiam reſpectu eorum, qui poſt illud commiſſum editi ſunt, quamvis enim valde ſit controverſum: An pœna *d. L. quiſquis* comprehendat filios natos ante delictum? Et negativam tueantur etiam de jure communi Bernard. Dias *reg.* 165. *verſ. ſecundo ſublimita*, Jul. Clar. *in* §. *læſæ Majeſt. n.*11.*&* §. *hæreſis n.*12. Molin. *lib.*4.*c.*11. *n.*55. Cevall. *commun. contra commun. q.*653. Alter. Molin. *diſp.*658.*n.*21.*&* 22. Farinac. *in prax. q.*116. *n.*92.*& de hæreſ. q.*191.*n.*39. *& dec.*87.*n.*90. *&* 122. Sanch. *in ſumma c.*25. *à n.*29.*cum ſeq.* Amaya *d.lib.* 2.*c.*6. *n.*50. Tamen *Ordin. d. lib.*5.*tit.*6.§.9. tam natos & conceptos ante delictum, quam poſt illud editos inhabiles teddit tibi: *Avidos antes, ou deſpois de commettido, tal maleficio.* Quæ ſecuta eſt eorum opinionem, qui tenent pœnas *d.L. quiſquis* comprehendere etiam natos vel conceptos ante delictum. Quos congerit Sanch. *ad præcept. Decalog. lib.*2.*d.c.*27.*n.*9. *verſ. tandem quia*, Claud *in L. ſiquis col.* 5.*ff. de juriſd. omn. Judic.* Roland. à valle *conſ.* 76.*n.*280.*vol.* 3. Menoch. *de præſumpt.* 33.*n.*7. Boer. *deciſ.* 7. *n.*6. Gigas *in tract. de crim. læſæ majeſt. lib.* 3.*q.*5. *in fin.* Ricicol. *de jure perſon. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib.*5. *c.*10.*n.*27. *in fin. & n.*28. Caſtr. Pal. *in opuſ. moral. de pœn. impoſit. de hæreſ. ſuſpect. tract.*4.*diſp.* 7. *punct.* 2. *ex* n.14. Parlador *lib.* 3. *rerum quotid. differ.* 108. *n.*25. Garcia *de Benefic. p.*11.*c.*10.*n.*7. *& ſeqq.* Lara

de

*de vita homin. c.*1. *à n.*35. Cevall. *d.q.*653. *à n.*1. Et
eam veriorem dicit Joann. de Eſcob. *de purit. ſang.*
1.*p.q.*4.§.4. *à n.* 70. *cum ſeqq.* Ubi *n.* 117. plures ad-
ducit hujus opinionis ſectatores. Et hæc in hoc Re-
gno ſequenda eſt ex *Ordinat. d.* §.9. quidquid in Caſ-
tella ſpeciali jure ſit introductum.

130 Verum prædicta pœna ultra nepotas non extendi-
tur juxta *Ordinat. d. tit.* 6. §. 13. ibi: *Eo meſmo ſe-
rà nos netos sòmente, cujo avo commetteo o dito eri-
me.* Docent Cynus *in d. L. quiſquis.* Ubi notat, quod
per hanc diſpoſitionem ſublata fuit dubitatio quæ an-
tea vigebat, deducta ex conſtitutione Imperatoris
Friderici, approbata per Romanam Eccleſiam poſt
illius damnationem; in qua Fridericus loco verbi
filii, de quo *in d. L. quiſquis* appoſuit *liberi*, quæ
latiorem habet ſignificationem. Sequitur Gigas *in d.
tract. tit. de pœn. quas fil. incurr. q.* 8. Ant. Gomez.
lib. 3. *var, c.* 2. *n.*15. Peregr. *de jure fiſc. lib.* 3. *tit.*
9. *n.* 5. Jul. Clar. *in* §. *læſæ Majeſtatis n.*13. Farin. *d.
q.*116. *à n.*89. Sanch. *d.c.*27. *n.*2. Et quidem Ordina-
tio Regia *lib.* 5. *tit.* 6. §.9. convenire videbatur cum
Friderici conſtitutione ibi: *Que tenha filhos, ou outros
alguns deſcendentes.* Quorum appellatione veniunt
omnes in infinitũ tam maſculi quam fœminæ; & etiam
deſcendentes ex fœminis per text. *in l. ult. C. de ſuis,
& legit. hered.* §. 1. *in Auth. de hæred. inſtit.* Decius
c..223. *n.*27. Camuncul. *deciſ.* 38. *n.*1. Intrigl. *de
ſubſt. cent.* 3. *q.*85. Peregr. *de fideicomiſſ. art.*9. *n.*11. niſi
Ordinatio ſe ipſam limitaret *in d. tit.*6. §.13. Ubi pœ-
nam ab ea impoſitam procedere declarat in filiis, &
nepotibus tantum, comprobans prædictam Doctorum
opinionem, quod ſi non faceret, & nepotes expreſſiſ-
ſet, recte dubitari poterat. An appellatione filiorum
contineantur nepotes? namque aliter filii, & aliter
131 nepotes appellantur *L. quod ſi nepotes ff. de teſtam.
tutel.* §. *fin. Inſtit. qui teſtam. tut.* Larrea *dec.* 34. *n.*
13. ubi plures laudat Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4.
*gloſ.*9. *p. n.*23. Fachin. *lib.*5. *controv. c.*28. Cyriac. *con-
trov.*8. *n.*40. Sanfelic. *deciſ.*202. *n.*5. Et ſaltem verum
eſt, quod in materia odioſa, & ſtricta nepotes non ve-
niunt appellatione filiorum §. *nos igitur in Auth. de
reſtit. fideicommiſſ.* Bart. *in L. filius familias* §. *Divi
col. ult. ff. de legat.*1. *& L. Lucius* §. *ſemproniæ ff. de
legat.*3. Notant Canoniſtæ *in c. ad extirpandas de fil.
præſbiter* Gamà *deciſ.*317. *n.*1. Decian. *d. lib.*7. *c.*41.
n. 7. Ubi hanc opinionem veriorem dicit, & eam in-
trepide defendere incertum authorem. Quapropter
in hoc Regno à prædicta ſententia, quæ nepotes com-
prehendit, recedendum non eſt ex *Ordinat. d.* §.13.
Quidquid aliud ſentiat Molin. *de juſt. & jure d. diſp.*
658. *verſ. dubium circa ſuperius.* Loquitur enim ex-
preſſe contra diſpoſitionem dictæ legis Regiæ cujus
deciſio confirmatur ex his, quæ Covarr. *lib.* 2. *var.
c.* 8. *n.* 2. Molin. *de Primog. lib.* 4. *c.*11. *n.* 50. Clar.
in d. §. *læſæ Majeſtatis n.* 13.

Sed recte dubitari poteſt: An nepos ex filia delin-
132 quentis comprehendatur in diſpoſitione *Ordinat.* §.
13. Quoniam *d. L. quiſquis*, & *Ordinat. in d. tit.* 6.
plures conſtituunt differentias inter filios maſculos, &
filias delinquentis. Prima eſt, quod licet filius exclu-
datur à ſucceſſione matris tam ab inteſtato, quam ex
teſtamento *d. L. quiſquis* §. *filii Ordinat. d. tit* 1. §.13.
tamen filia matri ſuccedit, & retinet Falcidiam jux-
ta text. *in d. L. quiſquis* §. *ad filias Ordinat. d. tit.*6.
§. 14. non tantum concedit filiabus, ut ſuccedant in
tota matris hæreditate, ſed etiam omnium aſcenden-
tium & deſcendentium ac tranſverſalium, dummo-
do tales non fuiſſent participes delicti. Immo filia-
bus concedit, ut poſſint capere ex teſtamento extra-
nei, & contractu inter vivos. Quod *in d.* §. *ad filias*
prohibitum non reperitur; ſed id, quod filiabus per-
mittitur, filiis denegatur *in L. quiſquis* §. *filii ve-
ro. & in Ordinat. d.* §. 13. Deinde in propoſita ſpe-
cie filii rebellis efficiuntur infames *d.* §. *filii vero Or-
dinat. d.* §. 13. filiæ autem infames non efficiuntur.
Tum quia *in d. L. quiſquis* tale non invenitur diſpoſi-
tum; tum etiam quoniam *Ordinat. d. tit.*6. §.13. ex-
preſſè probare videtur filias infamiæ nota non labo-
rare. Audi Legiſlatorem ibi: *E em qualquer deſtes ca-
ſos aſſima declarados, onde os filhos ſaon excluſos da
herança do pay, ſe ſarem varoens ficaraon infamados
para ſempre:* Ergo fœminæ non efficiuntur infames,
ut per argumentum à contrario ſenſu colligitur ex
dicta Ordinatione Argumentum autem à contrario
ſenſu validum eſt in jure *L.* 2. *C. d. de cond. incert.
Auth. ex teſtamento, C. de collat* Gama *deciſ.* 16. *n.*4.
Reynoſ. *obſerv.*42. *n.*12. & contrarius ſenſus legis pro
lege habetur. Valaſc. *de partit. c.*16. *n.*20. Reynoſ. *d.
n.*12. Ultra quod cum text. *in d. L. quiſquis* §. *filii ve-
ro, & Ordinat. d.* §.13. de filiis loquantur, non com-
prehendit diſpoſitio filias. Ex ea ratione quia filius
innocens punitur propter delictum patris ex odio irra-
tionabili; & non debet fieri extenſio de perſona ad
perſonam. Ita in terminis tenet Bart. *in L.*1. *ff. de verb.
ſignif.* ubi dicit, quod pœna infamiæ, & incapacita-
tis bonorum extraneorum non tenet filias fœminas,
quoniam hoc expreſſe cautum non reperitur. Quod
idem docet Salicet *in L. quicunq; C. de ſervis fug.* ubi
Bald. & Angel. Aretin. *conſ.* 39. *per totum* Decius
*c.*64. *col. penult.* Et eſt communis, ac verior ſenten-
tia ex Gigante *de crim. læſ. Majeſtat. tit. de pen. quas
fil. incurr. q.* 14. Roland. *conſ.*93. *in fin. vol.* 2. Decian.
*d. cap.*41. *n.*12. & 13. Peregr. *de jure fiſc. lib.* 3. *tit.*9. 133
n. 8. Maxime quippe licet filia veniat appellatione
filiorum per text. *in L. quiſquis* 116. *L. Servius alias
Herennius* 112. *L. juncta* 201. *ff. de verb. ſignif. L. ſi ita
ſcriptum* 46. *ff. de legat.*2. Pegret. *de fideicommiſſ. art.*
25. *n.*1. Fuſar. *q.*311. *n.*1. *& ſeqq.* Cyriac. *controv.*548.
*n.*53. Caſſan. *conſ.*6. *à n.*1. *cum ſeq.* Intrigl. *de ſubſtit.
cent.*3. *q.*73. *n.*174. Capyc Latro *dec.*127. *à n.*26. Gi-
urb. *de feud.* §.1. *gloſſ.*8. *n.*12 Gama *dec.*317. *n.*1.3.4.
5. & 10. Tamen in odioſis, & odio irrationabili apel-
latione filiorum non veniunt fœminæ, neq; maſcu-
linum concipit fœmininum Jaſon *in L. ſiquis id quod*
ubi Decius *ff. de juriſd. omn. Judic.* Aretin. *d. conſ.* 39.
Ruin. *conſ.* 103. *n.*14. *vol.*4. Decius *in L. fœminæ n.*
190 *ff. de reg. juris.* Quos ſequuntur Decian. *d. c.*41. *n.*
13. Peregrin. *d. tit.*9. *n.*8. Unde nepos ex fœmina ne-
que ſuccedere prohibetur, neque notatur infamia
ex delicto avi: Et ſic dicendum eſt non comprehendi
in diſpoſitione *d. Ordinat. lib.* 5. *tit.* 6. §. 13.

Nihilominus tamen non poſſe ſuccedere in bonis
avi verius: quia nec mater illi ſuccedere valet, quam-
vis ipſius matri, cæteriſq; aſcendentibus; & deſcen- 134
dentibus collateralibus, & extraneis ſuccedere poſſit.
Cum enim mater excluſa ſit à ſucceſſione delinquen-
tis *per d. L. quiſquis* §. *ad filias Ordinat. d. tit.* 6.
§. 9. nepos ex ea excluſus etiam dici debet cum reſ-
pectu delinquentis à radice infecta proveniat *L. ſi vi-
va matre C. de inoffic. teſtam, cum ſimilib.* Bart. *in
L. liberorum n.*15. *ff. de verb. ſignif.* Deciſ. *conſ.*534.
n. 5. Ruin. *conſ.* 120. *n* 3. *lib.*1. Menoch. *conſ.* 172.
n. 32. *lib.* 2. Caſtill. *lib.* 3. *c.* 15. *n.* 59. & 60. Tiraq.
*de primog. q.*12. *à n.* 5. Mantic. *de conject. lib.* 8. *tit.
fin. à n.* 72. Valenz. *conſ.*113. *n.*6. *& ſeqq.* Caſtill. *lib.*
6. *c.*91. *à n.*8. Ex quibus reſponſum accipiunt, quæ
ſupra in contrarium fuere conſiderata.

An vero tranſverſales delinquentis, deſcendentes
tamen à primo adquirente præferantur fiſco in ſuc-
ceſſione majoratus Regiæ Coronæ, cujus delinquens
fuit poſſeſſor, vel ad fiſcum; & Coronam reverta- 135
tur? Major eſt dubitatio, præſertim ſi à rege inſtitu-
tore alienatio fuerit prohibita; & omnes deſcenden-
tes primi ſint vocati in infinitum.

Pro fiſco ſtat deciſio text. *in d. c.* 1. §. *denique tit. quæ
fuit prima cauſa beneficii amittendi, & Ordin. d. lib.*5.

tit. 6. §. 16. Ubi ſimpliciter diſponitur majoratum à Rege inſtitutum, & ſeudum revertere ad Regiam Coronam; ſi poſſaſſor crimen læſæ Majeſtatis admiſerit, etiam in præjudicium agnatorum: ut diximus *ſupra n.*121.*c.*1.*§. ſi vaſſallus tit.ſi de feud.fuerit.contr. inter domin. & aguat.* Molin. *lib.* 4. *c.* 11. *n.*9.

136 Et quamvis quælibet donatio revocetur propter ingratitudinem *L. fin. C. de revocand. donat. Ordin. lib.* 4. *c.* 11. *numero* 41. Unde ex crimine læſæ Majeſtatis donatio Principis revocata dici debet. Nulla enim major poteſt dari ingratitudo, quam rebellis beneficiati; quia ſi iſte tanquam vaſſallus dominum defendere tenetur, etiam cum vitæ periculo nullo à Principe beneficio accepto: A fortiori ſe gratum exhibere debet propter beneficium, non ingratum. Quippe nullum, aut turpius aut à natura hominis alienius vitium ingrati animi vitio eſſe poteſt: ut ſentit Menander ex Auſon. *epigr.* 132. ibi:

Nihil homine terram pejus ingrato creare Amaya *d. lib.* 2. *c.* 6. *num.* 1.

Verum his non moventibus, contrariam ſenten-
137 tiam dicerem veriorem, eo caſu, quo donatio per viam majoratus facta fuit v. g. Titio, & omnibus ejus deſcendentibus in perpetuum cum expreſſa alienationis prohibitione. Si enim unus ex deſcendentibus crimen læſæ Majeſtatis amiſerit, & alii collaterales ſint deſcendentes primi adquirentis, majoratus Regiæ Coronæ non revertitur ad fiſcum, ſed proximiori conſanguineo ex deſcendentibus à primo adju-
138 dicabitur. Ex eo, quod ex donatione facta prædicto modo reſultant tot donationes, quot ſunt perſonæ vocatæ, & quilibet ex deſcendentibus dicitur jus quæſitum immediate à primo concedente, ita ut quilibet ſuo caſu, & tempore admittatur ex propria perſona, & vocatione, non ex jure tranſmiſſo à prædeceſſore bonus text. *in L. quoties C. de donation. quæ ſub modo*, Paul. de Caſtr. *in L. ſi pecuniam n.* 11. *ff. de cond. indeb.* Soarez *in q. Majoratus n.*18.*& ſeqq.* Covarr. *lib.* 1. *var. c.*14.*n.*7. *verſ. quinto Bartoli ſententia*, Molin. *de Primog. lib.*1.*c.*1.*n.*17.18.*&* 19. Anton. Gom. *in L.*40. *Tauri n.*28.*verſ. fin.& n.*33. Greg. Lopez. *in L.*23.*tit.*13.*partit.*2. *verbo hom. enagem.& verbo fueras ende*, Caſtill. *contr. l.*5.*c.*89.*n.*152. Tell. Fernand. in *L.*27. *Tauri n.*2. Matienc. *in L.*9.*tit.*1.*gl.*2.*n.*4.*lib.*5. *nov. Recop.* Barboſ. *in L. divortio* 8.*p.*2.*n.* 11.*&* 12.*ff. de ſolut. Matr.* optime Valenz. *conſ.*60.*n.* 14. Roſentald. *de feud. c.* 9. *concluſ.* 67. *n.* 2. *litter. F. & c.*11. *concluſ.* 7. *n.* 5. *& ibi gloſſ. litter.* F. Robles *de repræſent. lib.* 3. *c.* 19. *n.*62. Pax. *de tenut. c.* 32. *à n.* 44. Andr. Gail. *lib.*2. *obſerv.* 149. Giurb. *de*
139 *ſucceſſ. feudor.* §.1.*gloſſ.*7.*n.*3.*&* §.2.*gl.*10.*n.*69. Quando enim aliquid conceditur Titio, & deſcendentibus, una conceſſio eſt in perſona patris, alia in perſona cujuſlibet deſcendentium Angel. *in L. apud Julianum §. ſiquis alicui, ff. de legat.*1. Gama *dec.*174.*n.*21. Peguer. *dec.*113.*n.*2. Giurb. *d.* §. 2. *gloſſ.*10.*n.*69. Ideoque in perſona cujuſlibet ex vocatis, una dicitur donatio à Rege facta, ita ut quilibet ab eo capiat proprio jure Soarez *in d. q. majoratus n.*58. Molin. *lib.*4.*c. fin. n.*48. *&* 88. Cabed. *p.*2.*dec.*5.*n.*3. Menoch. *conſ.*1053.*n.*13. 52.53.*&* 59. Caſtill. *d.*89.*n.*153. Unde poſſeſſor hujus majoratus delinquendo ſibi, & filiis præjudicare poterit; non vero aliis deſcendentibus à primo adquirente, qui rei perduellionis non fuerunt, Boer. *dec.*7. *n.*1. Cancer. *deciſ.* 94. *n.*3. Carleval. *de judic. tit.* 3. *diſp.*19.*n.*16.*& diſp.*20.*n.*6. Quare cum cujuſlibet jus ſit diſtinctum, & ſeparatum à jure poſſeſſoris, nil mirum, quod illius delictum aliis non præjudicet.

140 Confirmatur ex eo, quod licet feudum de pacto, & providentia revertatur ad dominum propter crimen læſæ Majeſtatis à poſſeſſore commiſſum contra dominum, etiam dato agnatorum præjudicio, ut tradunt communiter Doctores per text. *in d. cap.* 1. § *denique quæ ſit prima cauſa benef. amittend. cap.* 1. *in tit. an ille interfecit fratr. domin. ſui*, quantumcunque feudum ſit antiquum, quia conceſſum intelligitur ſub ea conditione, ſi accepti beneficii memoriam non deponant, quæ tacita conditio habetur pro expreſſa: ut ſcribunt *gloſſ. in d. c.* 1. §. *denique verbo ad proximos*, ſimilis *gl. in c.*1. *verbo facultatem in tit. de allodiis*, Bald. *in c.*1.§. *ant ſi libellario n.*2.*tit. quib. mod. feud. amittat.& in c.*1.*n.*3.*tit. ſi vaſſall. feud. privet.* Alex. *conſ.*21.*n.*52.*vol.*1. Socin. Jun. qui communem dicit *conſ.*68.*n.*126.*vol.*3. communiorem dicit Andr. Gail. *de pac. publ. lib.*2.*c.*13.*n.*10. Ubi *n.*12. ab ea non eſſe recedendum dicit: poſt plures Roſentald. *c.* 11. *concl.* 4.*n.*4.*&* 5. *in gl. litt. A.* Faclin. *lib.*7.*c.*23.

Tamen ſi feudum fuit conceſſum pro ſe, & deſcen- 141
dentibus vel generi, aut familiæ, ut in eo ſuccedatur de uno in alium, quamvis poſſeſſor committat felloniam contra dominum, non revertitur ad eum, ſed proximiori agnato defertur juxta doctrinam Bartol. *in L. ſi finita* 15. *ff. de vectigalibus* ubi Immol. *n.*5. Alex. *n.* 21. *ff. damn. infect.* Anton. Gom. *in l.*40. *Tauri n.*91. *verſ. &* in *expreſſo*, Guaz *de confiſc. concl.* 27. *n.* 55. Bald. *in d. c.* 1. §. *denique*, Gail. *de pac. publ. c.*13.*n.*17. *&* 18. Roland. à Valle *conſ.*10.*n.*54.*vol.*3. Burſat. *conſ.* 225. *n.* 187. *verſ. tertio ubi filii vol.*2. Pereg. *de jure fiſc. l.*5.*tit.*1.*n.*209. Menoch. *conſ.* 99. *n.*112. Jordan. *de ſucceſſ. feudor. p.*1.*q.*7.*art.*1.*n.*40. *&* 43. Quæ reſolutio in terminis juris communis bene fundatur *in L. cum qui* 3. *ff. de interdict. & relegat.* Cujus diſpoſitio etiam in materia feudali ſervanda eſt, quia quæſtio non reperitur deciſa in uſibus feudorum, ut teſtatur Roſentald. *d. c.*11. *concluſ.*5. *litter. G.* deficiente enim jure feudorum ad jus commune eſſe recurrendum ait Roſentald. *cap.* 2. *concluſ.* 33. *n.* 60. Et majori cum ratione procedit in Regno, ubi bona regiæ Coronæ feudorum naturam non induunt ex *Ordinat. lib.*2.*tit.* 35. §. 3. Quo dato à regulis juris communis petenda eſt quæſtionis deciſio, ſecundùm quod alter ex alterius delicto ſeu facto non debet prægravari ex vulgari. Atque ita, neque majoratus Regiæ Coronæ conceſſus Titio, & ejus deſcendentibus propter delictum poſſeſſoris & confiſcati valet.

Non obſtat *Ordinat. lib.* 5. *tit.* 6. §. 16. Ubi clare 142
ſtatuitur majoratum inſtitutum de bonis Regiæ Coronæ ob crimen læſæ Majeſtatis reverti ad Coronam. Quia reſpondetur, quod Ordinatio diſponit in caſu ſimplici majoratus Coronæ; non vero in caſu qualificato, quando ſcilicet donatio facta fuit titulo majoratus Titio, & ejus deſcendentibus in infinitum, Tunc enim, cum jus deſcendentium ſit diſtinctum, & ſeparatum à jure aliorum: ut diximus ſupra. Caſus ita qualificatus non comprehenditur in diſpoſitione ſimplici Ordinationis; ſiquidem quælibet qualitas eam diverſificat *L. quæſitum* §. *filius ff. de legat.* 3. *c. ſtatutum de elect. in* 6. Valaſc. *conſult.* 51. Barboſ. *in L.* 1. *&* 2. *nu.* 140. *&* 144. *ff. de judic.* Larrea *alleg.* 108. *num.* 4. *& alleg.* 148. *n.*14. Salgad. *de protect. Reg. p.*2.*c.*7.*n.*16. Unde Ordinationis diſpoſitio in 143
dicto caſu ſimplici non poteſt adaptari caſui propoſito, de quo ſpecialiter non loquitur. Prout neque loquuntur jura feudalia ex Roſentald. *ſupra concl.* 5. *litt. G.*

Neque replicari poteſt Ordinationem diſponere in caſu, ſuper quo diſponit text. *in c.* 1. §. *denique*, *& in cap.* 1. *tit. an ille qui interf. fratr. dom. ſui*, ubi per felloniam poſſeſſoris feudum revertitur ad domi- 144
num excluſis deſcendentibus, & agnatis. Quia reſpondetur: quod ideo Ordinatio recipit omnes interpretationes, quæ prædicta jura feudalia admittunt: ſiquidem ſtatutũ diſponens idem, quod jus cõmune interpretatur ſecundum jus commune, & recipit limitationes juris communis *L. ſi ſervi veſtri Cod. de noxal.* Valaſc. *conſult.*66.*n.*17. Surd. *dec.*138.*n.*22. & regulariter verba gena-

generalia ſtatuti recipiunt interpretationem legalem juris communis: ut ſcribunt Bald.*con.67.col.1.in fin. & verſ.nec.obſtat.ſi dicatur l.3.*Tiraq.*de retr.convent.* *§.2.gloſſ.n.9.in fin.* Gratian.*diſcept.forenſ.c.168.n.14.* Sald.*de protect.4.p.c.9.n.129.*Cancer.*l.1. var.c. 4.n.* 23. Atqui prædicta jura feudalia eam recipiunt limitationem, ut non procedant in caſu propoſito ex dictis ſupra: Ergo eandẽ limitationem recipere debet Ordinationis diſpoſitio; præſertim cum juri communi conveniat *ex d. L. 3. ff. de interdict. & relegat.*

Confirmatur; quia licet bona Regiæ Coronæ re-
145 gulariter non ſequantur naturam ſeudorum *Ordinat. lib.2.tit.* 35. §.3. tamen cum Ordinationis diſpoſitio *lib.5. tit.*6.§. 16. deſumpta fuiſſet *ex d.c.2. denique*, quoad præſentem quæſtionem bona Coronæ, tanquam feudalia habenda ſunt, & ea juribus feudalibus deciſio prædictæ quæſtionis eſt dirimenda. Præſertim quoniam ut notat Jacob à Saà *d. Primog. n.* 42. Lex Mentalis quoad modum ſerviendi corrigit jus feudorum, & non quoad alia. Et ſic excepto caſu ſervitii bona Coronæ tanquam feudalia cenſeri debent. Proinde ſi Princeps majoratum inſtituerit de bonis Regiæ Coronæ, illum conceſſerit Titio, & ejus deſcendentibus cum derogatione legis Mentalis, non confiſcabitur ob crimen læſæ Majeſtatis; niſi durante vita delinquentis: ut eleganter tradit Greg. Lopez *in L.2.tit.a.part.7.verbo mandas, verſ.& pro reſolutione.* Et dicit probabilem Thom. Sanch. *ad præcept.Decalog.lib.2.c.*18.*n.*37. Et comprobatur ea his quæ Guazin. *de confiſcat.concl.*13. *lim.* 40.*n.*1. ibi: *Limita in donatione facta à Principe alicui pro ſe, & deſcendentibus, ut non poſſit confiſcari, niſi in vita delinquentis: ad text.* in *L. Statius Florus* §. *Cornelio Felici, ff.de jur.fiſc.*& allegat Peregr.*de jure fiſc.lib.*5. *tit.* 1. *n.* 122. Qui hoc procedere ait, quando à Principe alienatio bonorum fuit interdicta, Boſſ.*de publicat.bonor.n.*59.ſequitur Guazin. ubi proxime *n.*2. Eo maxime caſu tenenda eſt, quo Princeps donationem fecit cum diſpenſatione legis Mentalis, ut facere po-
146 teſt *ex Ordinat.lib.2.tit.*35.§. 26. *verſ. porem.* Tunc enim ceſſante dicta lege Mentali bona Coronæ donata reducuntur ad terminos juris cummunis: ut dicemus Deo dante *in 4.p. hujus Tractatus.* Et eis ſucceditur jure majoratus, & primogenituræ: notat Greg. Lopez *in L.*12.*tit.*1.*partit.*2. Palac. Rub. *in rubr.de donation.inter* §.47.*n.*7. Menchac.*de ſucceſſ.creat.*§. 16.*n.*42.Molin.*lib.*1.*c.*11. *n.*15.*& lib.*3.*c.*2.*n.*4. Matienç.*in L.*11.*gloſſ.*7.*à.n.*3.*tit.*7.*lib.*5. *Recopilat.* Robles *de repræſent.lib.*3.*c.*13.*n.*2. Cald.*receptar.q.* 20. *n.*17. Unde quemadmodum majoratus inſtitutus à privato non confiſcatur in perpetuum ob delictum poſſeſſoris, ut diximus *ſupra n.* 97. Ita, & majoratus inſtitutus à Rege de bonis Regiæ Coronæ non venit in confiſcationem, quando legis Mentalis diſpenſatio intervenit; quia tunc deſcendentes à primo adquirente, qui non fuerint, deſcendentes poſſeſſoris delinquentis, admtitendi ſunt ad majoratum: maxime ſi expreſſe interveniat alienationis prohibitio, ut dixit *ſupra n.*105. Et probat Guazin.*de confiſc.concl.* 13. *lim.* 17. *n.*1. Et ita judicatum videmus in noſtro Senatu *anno* 1668. per eximios Sonator. Regioſque Coſiliarios in illa graviſſima cauſa Senatus, & Ducatus Averii. Ideoque à prædicta ſententia recedendum non eſt.

147 Diſpoſitio autem *Ord.lib.*5.*tit.*6.§.16.bene procedere poterit in donatione bonorum Regiæ Coronæ facta per viam majoratus, quando primus donatarius, crimen læſæ majeſtatis admiſit, tunc namque etiam in præjudicium agnatorum bona revertuntu ad Coronam. Prout etiam ſeudum revertitur ad dominum, in cujus perſonam ſeudatarius primus adquiſitor peccavit: ut eſt pulchra deciſio And. de Iſern. *in d. c.*1.§. *denique n.*51.*&* 52.Ubi Afflict. *n.* 1. Veriſſimum, & receptam dicit reſolutionem Thom. de marin. *de generib. & qualitat.feudor.tit.*3. *n.*23. Anton. ab Alexand.,*conſ.*52.inter conſililia Sigiſmundi Lofred.*n.*1. Carvalh. *in c.Raynaldus p.*2. *n.*397. Peregr. *de jure fiſc. lib.*5.*tit.*1.*n.*107.Jul.Clar.§.*fin.q.*84.Socin. Jun. 148
*conſ.*68.*n.*124. Et ea ratione, quia feudatarius de novo adquirens cum domini conſenſu poteſt ſeudum alienare in præjudicium filiorum, & agnatorum; niſi expreſſe contemplatione filii conceſſum ſuerit: ut per Afflict, *in c.*1. §. *præterea notab.* 2. *n.*2. *tit. quæ fuit prim.cauſa benef.amitt.*ſubſcribunt Curt.Jun.*de feud. p.*4.*n.*132.*in fin.verſ.ſecundũ concordiam,& p.*5.*n.*3. *in fin.*Fachin. *contr.lib.*7. *c.*23. cum pluribus Roſental. *de feud.c.*9.*concl.*65.*n.*2. *& ſeqq. & c.*11.*concl.* 1. *litter. C.* Prout etiam pater primus emphyteuſis adquiſitor alienare valet emphyteuſim de conſenſu Domini Flor.de Mena ad Gam.*dec.*5.*n.*7.Barboſ.*ad Ordinat. lib.*4. *tit.*37.§.6.*n.*4.Giurb. *de ſucceſſion. feud. prælud.*5.*n.*60.*& ſeqq.*§.1.*ubi gloſſ.n.*45.*& ſeqq.* Unde 149
cum primus adquiſitor contrahendo agnatis præjudicare poteſt; ita etiam delinquendo; & è converſo, qui non poteſt præjudicare contrahendo neque etiam delinquendo juxta theoricam Bart.*in L.ſiquis in tantam n.*12.*C.unde vi, & in L.ſi finita* 15.§. *ſi de vectigalibus n.*12.*ff.de damn.infect.* idem Bart. *in L.Imperat.ff.de fideicommiſſ.libert.*Roſentald. *de feud. c.*11. *concl.*2.*n.*5.*litter.C.* Quare ita ut ſeudum novum revertitur ad dominium. Propter delictum commiſſum in ejus perſonam; ita majoratus Regiæ Coronæ ob crimen læſæ Majeſtatis admiſſum à primo adquirente revertitur ad fiſcum juxta *Ordinat. d.*§.16.

Item diſpoſitio Ordinationis *d.lib.*5.*tit.*6.§.16.po- 150
terit verificari in majoratu ſimplieiter inſtituto de bonis Regiæ Coronæ abſque vocatione deſcendentium, neque expreſſa alienationis prohibitione; quamvis enim majoratus ita inſtitutus verus dicatur & perpetuam majoratuum naturam induat, ita ut de primogenito in primogenitum deferatur; & conſanguineos etiam comprehendat: ut diximus *ſupra n.*103. Quibus addo Menoch. *de ſucceſſ. creat. lib.*3.§. 26. *n.*93. *&* 94. Tamen, cum prohibitio alienationis expreſſa non reperiatur, neque diſpoſitio legis Mentalis, dicendum eſt, quod etiamſi majoratus ſit antiquus, revertitur ad Coronam ob delictum læſæ Majeſtatis à poſſeſſore patratum. Et in his caſibus procedit Ordinationis diſpoſitio; non vero in ſpecie noſtræ quæſtionis ex ſuperius traditis.

Denique quæro: An reſtitutio capitulorum Pa- 151
cis comprehendat externum, & ſorenſem deſcendentem ab eo, cui per viam majoratus à Principe donatic ſacta ſuit civitatis, vel oppidi cum titulo Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus pro ſe, & deſcendentibus in infinitum cum derogatione legis Mentalis? Et an ad ſucceſſionem ſit admittendus, quamvis cum hoſte ſuerit, & ejus ſit vaſſallus?

In hac quæſtione pro extero deſcendentem facit 152
primo diſpoſitio Capitis ſecundi ſœderum Pacis. Ubi bona exiſtentia in hoc Regno reſtitui jubentur non tam veteribus poſſeſſoribus, ſed etiam eorum hæredibus. Secundo facit text. *in L. milites prohibentur, ff. de re milit.& in L.qui officii 62.ff.de contrab.empt.* Ubi probatur, quod miles, vel alius, qui in provincia officium exercet, bona ſtabilia emere nequit; tamen ſi diſtrahantur ea, quæ fuerunt ſuorum majoratum, bene poteſt illa comparare. Ex quibus juribus tradit Platea *in L.unico C. quib. ad conduct. præd.fiſcal.* forenſem prohibitum per ſtatutum adquirere bona ſtabilia in loco (ut Statutum Mantuæ, de quo Cyriac. *controv.*205.) bene poſſe adquirere ea, quæ fuerunt ſuorum majorum. Et eum ſequuntur Plotus *conſ.* 19. *n.*54.Ruin.*conſ.*15.*n.*7. *&* 8.Thuſc. *litter. S. concluſ.* 463.*n.*23. *& concluſ.*555. *n.*46. *&* 107.Cyriac.*contr.* 543. *n.* 324. Unde etiam hic forenſis deſcendens à

primo adquirente, bene poterit ſuccedere in majoratu bonorum Regiæ Coronæ, in cujus inſtitutione, & inveſtitura eſt comprehenſus.

Tertio ſacit: quod licet exterus non poſſit obtinere Beneficium Eccleſiaſticum in Regno; tamen illa
153 prohibitio non extenditur ad Beneficium, in cujus fundatione conſanguinei ſundatoris ſunt vocati Creſp. de Valdaura *obſerv. 6. n. 69.* Cum igitur prædictus majoratus ex prima inveſtitura deferatur deſcendentibus primi adquirentis quorum appellatione omnes continentur; exterus admittendus eſt, & reſtitutus cenſetur.

Contraria vero ſententia longe verior eſt, & tenenda, quam in noſtris terminis amplexus eſt Greg. Lopez *in L.3.tit.18. partit.2. gloſſ.6. verb. de fuera.* Qui pro ea citat Signarol. *de homid. conſ.166.& text. in L. unic. Cond. non licet habit. Metrop. lib. 11.* ubi bona metrocomiæ in exterum transferri prohibentur Sequuntur Matienç. *L.2.tit.10.lib.5.Recopil. gloſſ.1.* Salzed. *de leg. Polit. lib.2. c.20. n.57. & 58.* Quod, & ipſum in hoc Regno ſancitum fuit à Regibus Emmanuele, Joanne Tertio, & Sebaſtiano Primo: immo, & à Philippo Secundo Caſtellæ Rege, quando hoc Regnum injuſte occupavit: ut refert Phæb.2.*p.deciſ.* 14.*n.*22. Unde donationes bonorum Regiæ Coronæ oppidorum, civitatum, juriumque Regalium collatæ in exteros nullæ declaratæ per ſententias ſupremi Senatus. De quibus. Phæb. *deciſ.* 184.& 185. quæ ex ſequentibus confirmantur. Primo ex *Ordinat. lib.2. tit.25. in princip.* ibi: *Como os bẽs,& terras da Coroa do Reyno entre ſeus vaſſallos, & naturaes ſe ouveſſem de regular, & ſuceder.* Ex quibus verbis clare elicitur bona Coronæ non niſi naturalibus eſſe conferenda.

Secundo facit, quod beneficia Eccleſiaſtica in hoc Regno exterus obtinere nequit: ut probatur ex di-
154 plomate Regio, quod tranſcripſit Cabed. *de patron. Regia Coron.c.29.n.1.* Et videtur probari *in Ordin. lib.2.ti..13.* Docent Cabed.*d.c.* 29. Pereyr. *de Manu Reg. 2.p. c.64. num.* 38. Et in Regno Caſtellæ idem diſponitur *in L.15 tit.13.partit.1.L.18.tit.3.L.8. L.22.tit.2.lib.1.Ordinam.* Covarr.*pract.c.* 35.*n.*5. Salzed. ad Bernard. Dias *c.54.in princip.* Cabed. *d.c.* 29.*n.*2. Gonçalez de Salzed.*de leg.Poli.lib.2. c.* 15. *per totam, & n.20.* Quod non tantum legibus Regiis ſtabilitur in hoc Regno Caſtellæ, & Franciæ, de quo Rebuff.*in prax.Beneſ.reg.de idiomat.gloſſ.1.tit.de reſcript.mixt.n.*8. Azeved.*in L.14.tit.3.lib.1.Recop* Salzed.*d.c.*15.*n.*24. Valenz.*conſ.*34.*n.*70.& *conſ.*105.*n.* 87. ſed etiã de conſuetudine omniũ fere Regnorũ obſervatur; ut de Bononia; Gallia, Navarra, & Arago-
155 nia teſtatur Salzed.*d.c.*15.*n.*24.& *ſeqq.*& de Aragonia Creſp.de Valdaura *obſer.*6. *n.*55. Aug.Barb.*in c. null.61.diſt.n.7.* Quod inſuper juri communi eſt conforme juxta text.*in cap.eum de beneficiis d.præb.in 6. c.nullus, cap.obitum* 61.*diſt.*Covarr.*in c.2.de teſtam. n.2.& 3.*Garcia *de benefic.p.7.c.10. n.3.* Loterius *de re Benefic.lib.2.c.35.n.12.* Barb.*in d.c.nullus n.6. &* 7.Creſp.*d.obſ.*6.*n.*81. Quãvis de juris rigore etiã exterus poſſit ad Beneficia præſentari: dummodo habeat qualitates requiſitas ad notata *in c. venerabili ubi gloſſ.* Abb. all. *de præb. & dignit.*Ang. Barb. *d. c.* 7.

Tertio: quia ita ut Beneficia exteris conferri non
156 poſſunt, ita neque officia. Tum ex eo, quod de officiis ad Beneficia validum eſt argumentum, & è converſo. Cabed. 1.*p. deciſ.* 182.*n.*1.& 2. *p. deciſ.* 20.*n.* 3. *& deciſ.*91.*n.*4.Barb.*in loc.commun.loco* 14. & 76. Larrea *alleg.* 50. *n.* 52. Quapropter, ut exterus eſt incapax Beneficii, ita, & officii. Cum etiã quoniam juxta foros, & leges Regni exteri non poſſunt exercere officium Notarii, ſeu Tabellionis in Regno *ex Ordinat. lib.1. tit.* 81. Debet enim Scriba, & Notarius cauſæ eſſe naturalis, Creſp. *d.obſer.6.n.12.& 13.*

Idemque procedit in Magiſtratibus, & Senatoribus, 157
Regiiſque Conſiliariis, qui naturales, non exteri eſſe debent: Et ita de antiqua conſuetudine obſervatur inconcuſſe. Quamvis enim de jure communi prohibitum videatur originariis Magiſtratum gerere *L. unic. C.ut nulli patr.ad min. permit.L. fin.C.de crim ſacrileg.* Ita ut Magiſtratus non poſſit eligi de eodem loco, ubi adminiſtratio exercenda eſt *L. ſi eodem ff. de offic.aſſeſſor.l.3.de diverſ.offic.lib. 12.L.hi qui n.1.* 158
*& ſeq.ff.ex quib.cauſ.majores L.nullus C.de offic.Rect. provinc.*Bart.*in L.quod ſervus n.2.ff. de condict. cauſ. data* Avendañ. *de exeq. mand. c.3.n.5.verſ.item Iudex* Bovad. *lib.1. c.12. n.23.* Vvil. *in c.4. Prætorum gloſſ.11.* Menoch. *de arbitr. caſu* 251. *n.9.* Solorzan. *tom.2.lib 4.c.4.n.48.*Salzed.*de leg.Polit.lib.2.c.20.n.* 65. Maſtrill.*de Magiſtr.lib.2.c.7.à n.3.cum ſeqq.*

Et comprobatur: quia licet Regnicolis tantum conferenda ſint officia; non tamen concedi debent oriundis ex locis, ubi exercenda ſunt *L.fin.C.de crim.* 159
ſacrileg. Salzed.*d.c.20.n.66.verſ.ſed cum diſtinctione.* Quæ fuerunt in cauſa, ut Reges noſtri Invictiſſimi in civitatibus, & oppidis notabilibus deputarent Judices oriundos ex aliis locis Regni, quos Foraneos judices appellamus. De quibus *Ordinat.lib.1.tit.65.* Sed tam hi, quam cæteri Magiſtratus, & officiales debent eſſe naturales Regni, & exteri penitus excluduntur. Prout apud Venetos excludi tradunt Caſſaneus *in Catal.glor.Mund.p.11. conſid.*22.Maſtrill. *de Magiſtr.lib.2.c.7.n.*47. Qui apud Siculos idem obſervari teſtatur *d.c. 7.n.27. cum ſeqq.* Et apud Valentinos, & Aragonenſes. Creſp.*d.obſ.*6. Et in Gallia Caſſan.*d.conſid.*22. Licet antiquitus aliud ibi eſſet diſpoſitum à Philippo Pulchro: ut per Caſſan.*proxime* Petr. Greg.*ſyntagm.lib.47.c.10.n.13.* Guillielm.Bened.*in c.p.Raynucius verb.uxorem deciſ.5.n.489.* Salzed. *d. c.20.n.64.* Et ita in regno Caſtellæ diſponit *L. 8. tit. 2. lib.7.Recopil.L.2.tit.3.lib.8.Recop.L.18.tit.3.lib.1. Ordinam.* exterum nullatenus ad publica officia admittendum eſſe Azeved. *in L.14.tit.3. lib.1. Recop.* Salzed. *d.cap.20. n.80.*

Idem in noſtro Regno lege, moribus, & conſuetudine introductum eſt, ſumma cum ratione, quoniam originarii ad exercenda officia ſemper exteris ſunt 160
præferendi *L. Divus, ff. de tutor. & cur. dat. ab his.* Ubi in tutela idem ſtatuitur, & in Prætura Urbana probatur. *ex L.fin.C.de offic.Prætor.* & in publicis negotiis adminiſtrandis *L.unic.Cod.ſi curial.rel.civit.lib.* 10. Luc. de Pæna *in L.quiſquis, C. de omn. agr. deſ. lib.*10. optime Azeved.*L.14.tit.5.lib.1.Recop.n.7.*Menoch.*conſ.80.n.10.conſ.112.n.61.conſ.329.n.33.*Caſſan.*d.conſid.*22.Valenz.*conſ.34.n.71.*Salzed. *de leg. Polit.lib.2.c.14.n.66.*Pereyr.*de Man.Reg.2.p.c.64.n.* 30.Solorz.*tom.2.lib.2.c.19.n 7.& lib.4.c.4.n.50.*plures congerit Maſtrill.*de Magiſtr.lib.2.c. 7. n.27.* Camill.Borell.*de Magiſtr.c.5. ex n.23.* optime Ramirez de Prado *de conſil & conſiliar. lib. 3. c. 6. per totum.* Ubi ait prædictam ſententiam uſu omnium fere gentium eſſe receptam. Et Illuſtriſſimus D. Rodericus à Cunha *in cap.nec.emeritis 61.diſt.n.2.* Vincent. de
161 Franch. *deciſ.479.* Quia ut dixit Cicer.*in lib.de Amicit.* *Potiores ſunt cives, quam peregrini.* Et inſuper exterorum gubernatio ſuſpecta eſt *L. fin. Cod. de offic. Præf.Prat.*Solorzan.*d.lib.4.c.4.n.*50 naturalium melior eſt, & utilior; & rectius adminiſtrare intelliguntur, cum provinciæ mores, & ſenſum melius percipiunt. Namque ut ait Cicer *lib.2. de Orat.* poſt Ariſtotelem: *Ad conſilium de Republica dandum illud caput eſſe, noſſe Rempublicam.* Et Valer. Maxim. *lib. 1. de auſpic.*ita inquit: *Auſpiciis enim patris, non alienigenis Rempublicã miniſtrare oportere antiqui judicabant: idque ob rerum patriarũ experientiã.* Indigenæ enim melius mores ſciunt, & conſuetudines Regni, ſecundum quas judicare debent.*L.2.C.quemadmodum teſtam.*

162 *teſtam. aper. L. ſi fundus, ff. de evict.* Facit *Ordinat. lib. 3. tit. 64. in princ.* Exteri vero ob earum ignorantiam, ſubditos aggravant: ut plena manu tradit Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 2. c. 7. n. 23. & ſeqq.*

Et vere quidem peregrini officium eſt præter negotium ſuum, agere nihil; minimeque eſſe curioſum in aliena Republica *c. leges* 3. q. 6. Caſſan. *d. conſid.* 22. *verſ. peregrini enim.* Unde bene dixit Salzed. *de leg.*
163 *Polit. lib. 2. c. 15. n. 67.* ex Navatret. & Petr. Greg. quod admiſſio exterorum nihil aliud eſt, quam Reipublicæ naturalis everſio, & Regnicolarum expulſio, atque verecundia; bellique civilis præparatio Quare ita ut exteri arcentur ab officiis, & Beneficiis; ita non debent admitti ad ſucceſſionem bonorum Regiæ Coronæ cum titulo Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, in quibus officium & juriſdictio exercetur.

Quartu: quia Reipublicæ intereſt, ne exteris revelentur arcana Regis, & Regni *L. mercatores Cod. de*
164 *commer. & mercat.* ubi Aug. Barb. *n.* 7. Azeved. *in L. 14. n. 19. tit. 3. lib. 1. Recopil.* Et ob hanc cauſam bene poteſt Princeps perhibere, ne exteri admittantur in Regno, Franc. Marc. *dec.* 356. Giurb. *conſ.* 49. *n.* 13. Creſp. de Valdaur. *obſ.* 59. 14. Immopoteſt Princeps ex cauſa publicæ utilitis è Regno exteros expellere ne Regni ſcrutentur arcana *d. L. mercatores,* Maſtril. *de Magiſts. lib. 3. c. 4. n. 135. &* 141. Avendañ. *de exeq. mand. lib. 2. c. 6. n. 9.* A. Pont. *de poteſt Proreg. tit. 2. §. 2. n. 3.* Thor. *in compend. dec. verb. rixoſus,* Creſp. *d. obſer. 59. n. 13.* Proindeque nullo modo exterus admittendus eſt ad ſucceſſionem majoratus cum titulo Ducatus, vel alio ob timorem revelandi Regni arcana: Maxime ſi majoratus habuerit Caſtella, & fortalitia, quæ naturalibus tantum ſunt tradenda, & fidenda.

Probatur quinto: quia navis æquiparatur Caſtello
165 *L. 9. in fin. tit. 24. partit. 2.* naves autem alienare in exteros prohibet *Ordinat. lib. 5. tit.* 114. *& tit* 98. etiam interdicitur, ne naturales cum exteris navigationes faciant extra Regnum. Quod ſimiliter in Caſtella prohibentur *per L. 6. tit. 10. lib. 5. Recopil.* de qua Greg. Lopez *in L. 1. tit. 18. gloſſ. 6. partis. 2.* & Salzed. *d. c. 15. n. 60.* Unde, ſi naves exteris vendi non poſſunt, ſi cum exteris non licet naturalibus navigare: à fortiori dicendum eſt exteros non poſſe admitti ad ſucceſſionem bonorum Regiæ Coronæ cum titulo Ducatus, vel alio in oppidis & caſtellis. Et quidem periculoſa ſemper fuit exterorum admiſſio, quorum moribus aſſumptis Reſpublica corrumpitur, & exit atque ruit extra
166 moderamen, quo antea in omnibus utebantur: ut pulchre tradit Don Fernãdo Piſaro *in tract. Viror. Illuſtr. c. 5. obſerv. 8. fol. 25.* per hæc verba: *Y la razon, que dan los Hiſtoriadores Romanos de averſe perdido aquella Monarchia fue averſe eſtragado con la entrada de las Naciones eſtrangeras, de donde tomaron ſus coſtumbres, & ſalieron de la moderaciõ, en que vivian.* Juſt. Lipſ. *de magnit. Roman. lib. c. 7.* Quos refert, & ſequitur Salzed. *de leg. Polit. d. c. 15. n. 46.* Ac equidem cum magno dolore experimur; quod poſtquam in hoc Regnom fuerunt admiſſi Caſtellani, & Francigenæ, poſtea luxus circa mulierum veſtes, & ornamenta, nec non etiam virorum in dies crevit, incidendique mores antiqui corrupti fuere, hominum mulierumque veſtes mutatæ in peius; ita ut Luſitani non naturales noſtri videantur, ſed Galli. In quibus patrimonia conſumuntur, & boni, ſanctique mores antiqui aboliti videntur. Faxit Deus, ut Princeps Noſter Invictiſſimus in propria perſona præbendo exemplum veteres reſtituat mores, & expellat externos; ut ſic Reſpublica reſtaurata divitiis polleat, & non pereat.

Hac igitur opinione retenta tanquam veriori non obſtant in contrarium adducta. Nam ad primum de
167 capitulo Pacis reſpondetur procedere in hæredibus poſſeſſorum capacibus ad adquirendum; non in exteris; qui bonorum Regiæ Coronæ ſunt incapaces ut probatum manet. Ad ſecundum de *L. milites. ff. de re milit.* reſpondeo loqui de militibus, & Magiſtratibus qui bona ſtabilia emere prohibentur in provincia, ubi militant, vel adminiſtrant, quibus permiſſum eſt, ut res majorum ſuorum comparare poſſint propter rationem text. *in L. quæ tutores C. de adminiſtrat. tutor.* Verum iſti non ſunt omnino incapaces adquirendi in Regno; prout ſunt exteri reſpectu bonorum Regiæ Coronæ quæ ipſe Rex illis concedere nequit. Salzed *d. c.* 15. *n.* 58. Denique non obſtat reſolutio cira Beneficium de qua Creſp. *obſerv. 6. n.* 69. Quia ultra quod loquitur juxta foros Aragoniæ & in admiſſione ad Beneficium non datur idem periculum, quod verſatur in admiſſione ad majoratum, Ducatum, vel Comitatum cum civitatibus oppidis, & fortalitiis, quæ ab exteris poſſideri, & reipublicæ utilitati conveniens non eſt.

Inſuper in capitulo octavo Pacis publicæ quilibet ex Regibus propriis vaſſallis etiam rebellibus indulgentiam conceſſit, & reſtitutionem bonorum. Cum autem is, de quo agimus, non ſit vaſſallus hujus Coronæ, nullo modo reſtitutionem aſſequi poteſt, nec ei licet bono alterius Principis petere.

CAPUT XXX.

De obſidibus, & quis eos dare poſſit.

SUMMARIUM.

1 *Obſes dicitur qui loco pignoris pro fide ſervanda datur; & de ejus diffinitione n. 2.*
3 *Obſides ob fidem fractam occidi poterant, & afferuntur exempla.*
4 *In bello inter Chriſtianos obſides necari non poſſunt, neque flagellis, cædi: ſed ob fidem fractam in ſervitutem rediguntur.*
5 *Obſides proprie dari poſſunt à Principe, vel Republica nullum recognoſcente ſuperiorem ex cauſa publicæ pacis, vel induciarum.*
6 *Princeps ſubditos invitos obſides dare poteſt.*
Obſidum miſerabilis eſt conditio; & periculo vitæ, vel ſaltem ſervitutis ſunt expoſiti. Ibid.
7 *Cives ſunt patriæ debitores, & pro ejus ſalute vitæ periculo ſe exponere debent.*
Obſes datus ſi recuſet, tanquam rebellis poteſt morte puniri. Ibid.
8 *Obſides dati non mutant ſtatum, neque libertatem amittunt, neque vere ſervi fiunt.*
9 *Obſides retinent dominium bonorum, quæ domi reliquerunt: non tamen poſſunt teſtari, & quæ ſua, dum obſides ſunt fiſco adquiruntur.*
10 *Obſides non habent teſtamenti factionem: niſi eis à Principe permittatur expreſſe, vel tacite conceſſo uſu Togæ.*
11 *Limita in obſidibus datis, vel receptis in bello inter Chriſtianos: quia teſtari poſſunt, & alios quoſcunque actus facere.*
12 *Domini inferiores à Principe obſides dare nequeunt.*
13 *Limita, quando datur diſcordia inter unam, & alteram civitatem, vel inter unum Dominum inferiorem, & aliquam Communitatem pro ſervanda concordia: quia tunc obſidum datio ſuſtinetur: licet impropria ſit.*
14 *Hi obſides non mutant ſtatum, neque conditionem: neque rediguntur in ſervitutem ob fractam fidem.*
15 *Obſides ab inferioribus non poſſunt dari inviti, ſed volentes. Et tunc obſidatus durat, dum obſides volunt.*

36 *Pro cauſa privata, qui pecuniaria ad obſervantiam pactorum, vel rei judicata obſides dari nequeunt.*

17 *Liberi hominis pignoratio prohibetur à jure.*

18 *Detentatio liberi hominis in pactum deduci non poteſt, neque conventio commorandi præciſe in certo loco.*

19 *Liber homo, qui ad pretium participandum ſe venandari paſſus eſt, efficitur ſervus.*

20 *Apud Chriſtianos moribus introductum eſt, ut qui ſe venundari paſſus eſt, non efficiatur ſervus.*

21 *Coloni adſcriptitii erant glebæ terræ adſcripti, & ſequebantur terram, immobiliumque appellatione continebantur.*

Rex noſter hanc hominum conditionem damnavit, ſubſtulit adſcriptitios. Ibid.

22 *Obſides dati ab inferioribus quocunque tempore reluctaverint, retineri non poſſunt.*

23 *Limita prædictam reſolutionem, ut non procedat, quando quis pro redemptione alicujus captivi alium hominem liberum volentem ſuppoſuit, quia retineri poteſt donec pretium captivi ſolvatur.*

24 *Ita ut publice intereſt, ut civitas liberis hominibus repleatur, ita, & per captivitatem amiſſos recuperari.*

25 *Redemptus ab hoſtibus manet obſtrictus redimenti; donec ei pretium datum reſtituat.*

26 *Limita ſecundo prædictam reſolutionem, ut non procedat, quando obſides dati pro cauſa privata cum juramento ſe obligarunt non recedere à loco, dum promiſſa non implerentur.*

27 *Pactum de perſiſtendo in certo loco reprobatur à jure, ut pote naturalem libertatem reſtringens.*

28 *Juramentum appoſitum in dicto pacto non valet, neque jurantem obligat.*

Interpretatur text. in c. ex reſcripto de jure jur. & *num.* 29.

Ubi novus intellectus D. Joſeph. Vela *refertur, qui tamen rejicitur ab* Authore & *num.* 30. & *n.*31. *verus illius textus intellectus adducitur.*

32 *Obſes, qui fidem dedit, ut laxius haberetur, non poteſt aufugere; ſi vero fidem non dedit, ei aufugere licet: ſed Princeps eum iterum cedere tenetur; alias fœdus ruptum dicitur.*

33 *Offendens, vel occidens obſidum durante obſidatu, & ſciens eum eſſe obſidem committit crimen læſæ Majeſtatis. Quod idem dicendum de eo, qui obſidibus præſtiti favorem, adjutorium vel conſenſum ad fugiendum.*

34 *Obſides dati in unam cauſam, in aliam retineri non poſſunt.*

35 *Obſes datus pro pretio captivi eo mortuo liberatur; quia neque pretium debetur.*

1 IMponamus ultimam manum huic Belli, ac Pacis
materiæ cum quæſtione obſidum ad eam ſpectante.
Dicitur autem obſes qui loco pignoris pro fide
ſervanda datur, ut ſi non ſervetur, recipiens jus vitæ,
necíſque in eum habeat. Et fuit dictus ab adverbio
ob, & fides mutata littera F. in S. ut dixit
Pompeius Feſt. *lib.* 16. *de verb. ſignific.* & obſervat
Connan. *lib.* 9. *Comment. c.* 4. *n.* 6. *poſt med. verſ.*
eodem jure: & notat Decian. *in tract. crim. lib.* 7. *c.* 18. *n.*
2. Larrea *deciſ.* 9. *n.* 8. D. Joſeph. Vela *diſſert.* 35. *n.*
2 114. Scalano *de teſtam. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 41. 42. & 43. Et
definitur obſes, ut ſit, qui tradatur imperio alicujus
ea conditione, ut ſi is, qui obſidem dedit, à fide recedat,
recipientis ſit poteſtas in corpus, & vitam ejus
ſæviendi, qui datus eſt obſes. Quam diffinitionem
tradit Sebaſtian. Covarr. *in theſaur. ling. Caſtell. verb.*
Rehenes. Quem refert Larrea *d. deciſ.* 9. *n.* 8. Et ita ob
fidem fractam obſides occidi poſſe, & ſolere tradit
Joann. Bodin. *de Repub. lib.* 5. *cap. ult.* Archidiac. *in* 3
c. cum homines de decim. quem refert. Roderic Suarez.
de tract. de fidejuſſor. in cauſ. crim. Ut fecit Appius
Claudius, qui trecentos obſides de Gente Volſcorum
in foro cæſus virgis ſecuri percuſſit: ut tradunt,
Dionyſ. Halicarn. *lib.* 6. Sabellic. *Enead.* 2. *lib.* 8.
Scalona *d. c.* 1. *n.* 45. Prout obſides Tarentini ex ſaxo
Tarpeio ejectos fuiſſe dicit Livius *lib.* 5. *decad.* 3. Verum
tam factum Appii Claudii, quam aliorum ab omnibus
improbatum fuit: cum poſtea fides violari conſueviſſet,
obſides capite plecti deſierunt: ut ex aliis
docent Petr. Greg. *ſyntagm.* 2. *p. lib.* 19. *cap.* 13. & *p.* 3. 4
lib. 24. *cap.* 3. *n.* 12. Anton. Hering. *de fidejuſſor. c.* 20. §.
9. *n.* 61. Cum vero bellum geritur inter Chriſtianos ita
ut bello capti non efficiunt ſervi ut diximus *ſupra c.*
26. *n.* 41. Eodem modo obſides necari non poſſunt, neque
flagellis cædi, poſſunt tamen ob violatam fidem
in ſervitutem redigi: ut ſcribunt Victor. *d. jur. bell. n.*
43. Molin. *de juſt. & jure tom.* 1. *diſp.* 120. *n.* 2. & *tom.* 2.
diſp. 530. *n.* 5. *in princ.* Hering. *d.* §. 9. *n.* 62. & 66. *verſ.*
cæterum, D. Joſeph. Vela *diſſert.* 35. *n.* 22.

Obſides autem proprie dari poſſunt à Principe, vel 5
Republica nullum recognoſcente ſuperiorem ex cauſa
publica pacis, vel induciarum pro ſecuritate fidei
datæ, & fœderis initi inter hoſtes *L. hoſtes* 24. *ff. de*
cap. & poſt lim. reverſ. L. obſides ff. de teſtam. c. expoſita
de arbitr. c. ſupplicitèr 22. *q.* 8. *ubi gloſſ.* 2. *ſimilis gloſſ.*
fin. in d. c. expoſita Baeca *de inop. debitor. cap.* 1. *n.* 24.
Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *n.* 1. *circa fin.* Barboſ. *in L.*
alia 16. §. *eleganter n.* 39. *ff. de ſolut. Matrim.* Auguſt.
Barboſ. *in collect. ad c. ex reſcripto* 9. *n.* 2. *de jurejur.*
Sylveſt. *in ſumma verb. obſes n.* 1. & 2. Jaſ. *in* §.
rurſus n. 35. *Inſtit. de action.* Andr. Gail. *de pac. pub. lib.*
2. *cap.* 2. *n.* 10. Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum lib.* 2. *cap.*
14. *n.* 1. & 2. Decian. *in tract. crim. lib.* 7. *cap.* 18. *n.* 4. &
6. Larrea *deciſ.* 9. *n.* 25. & 52. D. Joſeph. Vela *diſſert.*
35. *n.* 114. Anton. Hering. *de fidejuſſor. cap.* 10. *nu.*
281. & *ſeqq.* & *cap.* 20. §. 9. à *n.* 59 *cum ſeqq.*

Quæ reſolutio ampliatur, ut Princeps ſubditos in- 6
vitos obſides dare poſſit, Larr. *alleg.* 115. *n.* 122. Vela
diſſert. 35. *n.* 122. Ameſcua *l.* 2. *c.* 14. *n.* 10. *ad fin.*
Et quidem obſidum miſerabilis eſt conditio Hering.
d. c. 20. §. 9. *n.* 73. & periculo vitæ, ſaltem ſervitutis
ſunt expoſiti. Sed quia cives ſunt debitores patriæ,
& periculo vitæ pro ejus ſalute ſe exponere debent;
& ad id compelli poſſunt; ſi recuſarint, ut contumaces,
& rebelles puniri valent ut tradunt Diana *tom.*
5. *reſol. moral. tract.* 4. *reſol.* 2. Layman. *tom.* 1. *Theol.*
moral. p. 3. *tract.* 3. *de injuſt. læſ. corpor. c.* 1. *n.* 4.
ibi: *Quod ipſum Reſpublica, vel Princeps non minus* 7
quam alia virtutum officia præcipere poterit. Si ille poſtea
recuſet, nocens jam eſſe incipit, ut contumax, &
rebellis morte affici poſſit, dummodo ſpes nulla ſuperſit;
quamvis cum multorum ſanguine Rempublicam liberandi:
Ac proinde ſemper obedire tenentur, ut
dixit Socrates *de patr. obed.* apud Platon in Caton. ibi:
Ac ſive mandaverit te verberari, ſive in vincula conjici,
ſive in prælia miſerit ad vulnera excipienda mortemque
ſubeundam parendum eſt omnino.

Obſides autem ita dati non mutant ſtatum, ne- 8
que libertatem amittunt, neque vere ſervi ſunt; ſed
ſolummodo ſe ſiſtunt certo loco, ut pacta ſerventur;
& interim in eo retineantur, cum revera liberi ſint,
& ſuis expenſis, vel Reipublicæ vivunt, ut poſt Immol.
& Felin. tenent Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 69. *n.*
1. & *tit.* 6. *q.* 1. *n.* 28. & 29. Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum*
lib. 2. *c.* 15. *n.* 9. poſt alios Larrea *deciſ.* 9. *n.* 30. Vela
diſſert. 35. *n.* 115. Andr. Gail. *de pac. publ. lib.* 2. *cap.*
2. *n.* 11. Hugo Grot. *de jure bell. & pacis lib.* 3. *cap.* 20. 9
§. 53. Decian. *in tract. crim. lib.* 7. *c.* 10. *n.* 10. Ubi,
quod bonorum, quæ domi reliquerunt, retinent dominium,
licet teſtari non poſſint: & quod ea, quæ acquiſiere,
dum obſides ſunt, fiſco adquirunt, *L. Divus ff.*
de

de jure fiſc. intelligendo, ut ea fiſcus occupet poſt mortem obſidis, non in ejus vita; ut bene advertit Larrea deciſ.6.& n.62. & Vela diſſert. 35. n. 115. ad fin. Peregr. de jure fiſc. lib. 4. tit. 3.n.15. Scalon. de teſtam. lib. 2. c. 1. num. 125.

10 Prohibetur tamen obſidibus teſtamenti factio per text. in L. obſides, ff. de teſtam. Ex ea ratione quia cum in poteſtate hoſtium ſint, quoad teſtamenti factionem captivis adnumerantur, & quaſi ſervi teſtari nequeunt; niſi expreſſe à Principe permittatur; vel tacite conceſſo uſo Togæ L. ſed ſi accepto, 32. ff. de teſtam. docent Bald. in repet. l.1. C. de ſacro. Eccleſ. q. 14.n.82. Sylveſt. in ſumma verbo obſes in princ. Abb. in c. ex reſcripto de jurejurand. n.7. verſ. primo caſu, ubi Cardinal. n.2. Anton. Gomez. in L.2. Tauri n.12. verſ. item prohibetur, Petr. Gregor. ſyntagm. lib.19. cap.13.n.1. & lib.42.c.8.n.7. Decian. de delict. lib.7. c.18.n.3. Surd. de alim. tit.1.q.69.n.5. Spin. de teſtam. in rubr. p.3.n.8. Menchac. Illuſtr. lib. 3. c. 108. n.1. poſt princ. & aliis relatis Vela diſſert. 35. num. 120. Ubi ait, quod hæc ratio frequentius admittitur à Doctoribus, quamvis ipſe reddat aliam cum Cujac. Connan. Duaren Dovel & Uſuald. ad interpretationem text. text. in L. obſides ff. de teſtam. L. Divus, de jur. fiſc. Quos, & Vela conſule ubi ſupra nn. 117. 118. 119. & ibi plene. Poſt hæc ſcripta pervenit ad manus liber de Teſtamentis editus à Franciſco Antonio Scalano qui quolib. 2. c. 1. n. 133. & ſeq. aliam præſtat rationem, cur obſides teſtari non poſſint. Tu illum vide. Et n.129.& 130. ubi bene docet contra Antonium Fabrum obſides retinere teſtamenti factionem paſſivam, licet non habeant activam.

11 Retenta vero ratione communi, limitanda venit prædicta reſolutio, ut non procedat in obſidibus datis, vel receptis in bello inter Chriſtianos; quia tam teſtari, quam cæteros actus facere recte poſſunt. Prout captivi, qui ſervi non afficiuntur, neque obſides ſervorum imaginem induunt, juxta Bartoli doctrinam L. hoſtes 24.n.16. in fin. verſ. ſed ſecundum mores, ff. de captiv. Salicet in L. ab hoſtibus 12.n 7.& 18. C. de poſtlim. reverſ. Aloiſ. Leo in L. 2. n. 5. C. de patrib. qui filios diſtrax. Ant. Hering. de fidejuſſor. cap.7.n. 538. Covarr. in reg. peccatum p.2.§.11.n.6. Valaſc. conſult.30.n.3.& 4. plures de more allegat Vela diſſert. 35.n.121. Scalona de teſtam lib. 2. c. 2. n. 135.

Diximus obſides tantum dari poſſe à Principe, vel
12 Republica non recognoſcente ſuperiorem ob bonum pacis, & publicam utilitatem; quia domini inferiores obſides invitos dare nequeunt; ut pote qui liberi hominis ſtatum mutare, vel minuere non poſſunt; cum id tantum ſupremo Principi liceat per text. in L.1.§. de qua ff. de poſtuland. Sylveſt. in ſumma verbo obſes in princ. verſ. & impropriè, & n. 2. verſ. ab aliis autem inferioribus, & ante eum Abb. in d. c. ex reſcripto de jurejurand. n. poſt med. verſ. aut quæritur nunquid, & verſ. ego Credo. D. Joſeph. Vela diſſert. 35.n 124. Petr. Barb. in L. alia §. eleganter. n.39. ff. de ſoluto Matrim. Decian. d. lib. 7. cap. 18. n. 5.

13 Si vero datur diſcordia inter unam, & alteram Civitatem, aut inter duas communitates: vel denique inter unum dominum inferiorem, & inter aliquam communitatem, ſi pro ſedanda diſcordia obſides dati ſunt, vel pro ſervanda concordia, & pace conventa, aut in arbitrio alicujus collata; vere quidem hæc obſidum datio impropria eſt, ſed ſuſtinetur ob bonum pacis etiam privatæ c. expoſita de arbitr. gloſſ. 1. in d. c. ex reſcripto gloſſ.2. in c. ſuppliciter 23.q.8. Et ſcribunt Innocen. in d. cap. ex reſcripto poſt princ. verſ. vel pecunia. ubi Abb. n.7. & Immol. num. 6. verſ. unde, Vela ubi ſupra n. 125. & 126. Larrea deciſ. 7. num. 43. Barboſ. in d. eleganter n. 39. verſ. cui difficultati, Covarr. lib. 2. var. c. 1. n. 1. circa fin. verſ. niſi de pace Baeca de inop. debit. c. 1. num.24. verſ. ideo aliis rectius. Sed hi obſides aliquam ſtatus mutatio- 14
nem, ſeu conditionis non patiuntur; neque teſtari, & quoſlibet actus gerere prohibentur, neque ob inobſervantiam pactorum in ſervitutem rediguntur Decian. d. c.18.n. 5. Vela ubi ſupra n. 124. Immo nullum jus pignoris in obſidibus conſtituitur Barboſ. d. §. eleganter n. 39. Et enim ab inferioribus obſides dari non poſſunt inviti, ſed conſentientes Larrea deciſ. 9. n. 431. Vela ubi ſupra n. 124. ibi: Volens non invitus, ut interim obſes datus volens non invitus.

Inter privatos vero, & pro cauſa privata, ſeu pe- 15
cuniaria obſides dari nequeunt ad obſervantiam pactorum, vel rei judicatæ; ita ut loco veterum obſidum teneatur, ut docent Covar. lib 2. var. c. 1. num. 1. circa finem verſ. unde in privatis, Decian. d. c. 18. 16
n. 19. Vela ubi ſupra n. 128. Et eſt ratio: quia liberi hominis pignoratio conſtituens in eo jus reale prohibetur à jure L. fin. ff. qua res pignor. dari poter. L. 17
qui filios, C. eodem L. 1. ibi: Neque pignoris jure, C. de patrib. qui fil. diſtract. L. ob æs alienum 1. 2. Authent. immò, C. de action. & oblig. c. 2. de pignor. Authent. ut nulli Judicum §. quia vero, & hujuſmodi collat. 9. Gregor. Lopez. L. 3. verbo otro ſi dezimos tit. 13. partit. 5. Connan. l.4. commentar. c.14.n.8. Neguz. de pignor. membr. 3.p.2.n.50. Baeca de inop. debit. c.1. n.6. Molin. de juſtit. & jur. tom. 3. diſput. 530.n.4. Anton. Fab. in juriſprud. Papinian. tit.8. princ.6. illat.2. verſ. docent. tamen. Oſuald. ad Donel. lib. 15. commentar. c. ultim. lit. C. ad fin. Ameſcua de poteſt. in ſe ipſum l.2.c.14.n.17.20.& 31. Pichard. in §. fin. 9. Inſtit. d. action. Auguſt. Barboſ. in c.2. pignor. n.2.& 3. Immo neque detentio liberi hominis in pactum deduci poteſt, neque conventio, ut præciſe in loco certo commorari debeat, cum ita libertas infringatur L. Titio centum §. centum c.2. ff. de condit.& demonſtr. l.1.& 2. 18
ff. de liber homin. exhib. Rodrig. de ann. reddit. lib.2.q. 10.n.6. in terminis Barboſ. d. §. eleganter n.40. verſ. ſed nec hæc reſponſio: Quoniam contra naturam eſt, ut qui liber natus eſt; ſe ſervum efficiat L. nec ſi volens ff. de liberal. cauſ. §. ſervitus Inſtit. de jur. perſonar. Et quam- 19
vis liber homo, qui ad pretium participandum ſeſe venundari paſſus eſt, efficiatur ſervus de jure civili §. ſervi Inſtit. de jur. perſonar. L. ſi quis filio exhæredato §. irritum ad fin. ff. de injuſt. rupt. L. cum pacto 40. ff. de liber. cauſ. Adeo ut non poſſit ad libertatem proclamare toto tit. ff. quib. ad libertat. proclam. non licet. Connan. lib.2. commentar. c.1.n.3.& 6. Revard. lib.2. cap.8. Ant. Fab. in juriſprud. tit.3. princ.4 illat.3. Donel. lib. 2.c.9. ubi Oſuald. litter. P. Ameſcua ubi ſupra lib.2.c. 17. in princ. Queſad. diverſ. quæſt. c.8.n.6. Larrea deciſ.9.n.9. Tamen hodie apud Chriſtianos moribus introductum eſt, ut qui ſe venundari paſſus eſt ad pretium participandum, ſervus non efficiatur, Valaſc. de Jure emphyt q. 37. num. 9.

Immo quamvis olim eſſent coloni adſcriptitii L. cum 20
ſatis L. colonos C. de agric. lib. 11. L. 2. C. in quib. cauſ. coloni eodem lib. 12. L. quicunque C. de re milit. lib. 12. L. quis, Cod. de Epiſc. & Cleric. Qui quidem glebæ terræ 21
erant adſcripti, & ſequebantur terram, immobiliumque appellatione continebantur Valaſc. d. q. 37. n. 3. Quorum aliqui erant in hoc Regno. Tamen Legiſlator noſter piiſſimus hanc hominum conditionem damnavit, & adſcriptitios ſubſtulit, libertati favendo per Ordin. lib. 4. tit. 42. Et idcirco pactum, quo libertas infringitur ſervandum non eſt; & ſic ex cauſa privata obſides dari non poſſunt; etiamſi ipſi obſides conſentiant. Atque ita iſti obſides dari ab inferioribus, & privato etiam volentes, quocunque tempore reluctaverint, nullo modo poſſunt retineri: Et eatenus poteſt valere obſidum datio quatenus ipſi voluerint; ſi enim eorum detur repugnantia illico libertati manebunt ſecundum Ripam in L. obligatione n. 12. poſt med. verſ. ego autem dubio, ff. 22

de pignor. Larrea deciſ.9.n.44. Vela diſſert.35.n.129.
Limitatur prædicta reſolutio, ut non procedat eo
caſu, quo qui pro redemptione alicujus captivi alium
hominem liberum volentem, & conſentientem ſup-
poſuit, obſidemque dedit. Namque hic retineri poteſt
donec pretium captivi ſolvatur L.3.tit. 13. partit. 5.
23 Larrea dec.9. n. 37. Vela ubi ſupra. n. 132. Quæ re-
ſolutio ex eo locum ſibi vendicat, quod redemptio
captivorum publicam reſpicit cauſam; ſicut enim
publicè intereſt, ut civitas liberis hominibus replea-
tur L. 1. ff. de ſolut. Matr. ita, & per captivitatem
amiſſos, recuperari, cum libertas ſit pretioſior, &
24 inæſtimabilior L. libertas 106. L. libertas 122. ff. de
reg. juris L. ſanc.21.verſ.excepto de ſacroſ. Eccleſ. L.
ſiquis pro redempt.36.C.de donation. Vela diſſert. 35.
n. 132. Qua de cauſa redemptus ab hoſtibus quodam
naturalis pignoris vinculo manet obſtrictus redimen-
25 ti, donec ei pretium datum reſtituat L. Senatus 43.
§.fin.ff.de legat. 1.L.3.§.ſiquis eum ff.de liber. homin.
exhibend. L. ſi pater 15. L. ſiquis ingenuam 21. ff.de
captiv.L.2.in princ.& verſ. proinde L.ſi quis liberum
11.L.ſi is, qui 13. L.liber. captus 17. Cod. de poſtlim.
reverſ. notant Franciſc.Clement.ſingular.16. Ripa in
d.L. obligatione generali n. 16. Anton. Fab. in juriſ-
prud.princ.4.illat.11.poſt princ. Larrea deciſ.9.n.38.
Unde nil mirum, ſi conſentiens pro pretio captivi pi-
gnori datus poſſit retineri non tanquam verus obſes,
quia teſtamenti factionem amittit, nec ſtatum mu-
tat, ſed velut pignus pretii redemptionis captivi.

26 Secundo limita, ut non procedat reſolutio caſu,
quo dati obſides pro cauſa privata, & pecuniaria re-
ligione juramenti ſe obligarunt non recedere à loco,
dum partes promiſſas non implerent text. in d. c. ex
reſcripto de jure jurand. quem ſic intelligunt com-
muniter, ut teſtatur Aug.Barb. in collectan. ad illum
text. n.1. verſ. propter quæ. Et obſervarunt Innocent.
in d. c. ex reſcripto in ultima ſolution. verſ. vel dic.
quod obſides, Hoſtienſ. ibi n. 5. verſ. poteſt tamen, &
n.10. ad verbum inſuper. verſ. vel dic. Pariſ. in addi-
tion. ad Bart. in L.obſides ff. de teſtam. verſ. ſi autem
dantur Guillielm. Bened. in c.Raynutius verbo teſta-
mentum 3.n.26. Beronis conſ.160.n.fin.vol.3. Covar.
lib.2.var.c.1.n.1. circa fin. verſ. quod ſi juramentum,
Belin.de re milit.q.11.n.14. Baeca de inop. debit.c.1.
n.25.verſ. verus, & planus, Barb. in L.alia §. elegan-
ter. n.40. verſ.unde melius Gutierr.de juram. confir-
mat. p. 1. c. 18. n. 8.

27 Sed hæc communis ſententia labefactari videtur
ex eo, quod pactum de perſiſtendo in certo loco à
jure prohibetur, ut pote naturalem libertatem infrin-
gens L. Titio centum §. Titio centum c.2. ff. de con-
dit. & demonſt. & gravem continet iniquitatem L. 1.
& 2.ff.de liber.hom. exhibend. Subindeque juramen-
tum in eo poſitum; neque valet, neque jurantem
28 obligat c.1.cum ſeqq. 22. quæſt.4. c.ſi diligenti in fin.
de for.competent c.ſi vero c. verſ. niſi tale c.cum quæ-
ſitum 12.§.illi vero c.quanto 18.verſ.ſuper quo c.Quin-
tavalis 23.c.& ſi Chriſtus 26. verſ.& quamvis c. ſicut
noſtris 27. de jurej.L. juriſgentium 7.§.& generaliter,
ff.de pact.L. ſiquis inquilinos 112.ff.de legat.1.L.non
dubium, C. de legib.c.quid ſæpe 40. verſ.non obſtanti-
bus de elect. in 6. Quo fundamento communem ſen-
tentiam rejiciunt Aug. Barb. in d.ex reſcripto & Ve-
la diſſert. 35. n. 135. Ubi alium intellectum Abbatis
reprobat cum quo remanere videtur Barb. in d. §.
eleganter n.40.verſ.eſt tamen advertendum, dum ex
ſententia Panormitani prædictum communem intel-
lectum ad d.c. ex reſcripto reſtringendum eſſe ait, ut
pactum juratum in eo ſenſu intelligatur, ut obſes non
poſſit recedere à loco metu incurrendi perjurium;
non autem in eo ſenſu ut etiam invitus vi præciſa co-
gatur in eo loco perſiſtere, quia hoc modo nimis in-
fringeretur libertas: quem intellectum etiam reprobat.
Vela ubi ſupra nu. 135. inquiens, quod ſi pactum ip-
ſum ſimpliciter eſt illicitum, à jureque improbatum,
nullo modo poteſt juramento confirmari.

Quare Eduardus Caldeyra de error. pragm. lib. 3.
c.9.n.fin. ait in d.c.ex reſcripto datos fuiſſe Monachos
obſides pro pecunia ſolvenda; non tamen ibi probari
cuſtodiam, & detentionem eorum; ſed injungi fidem, 29
& obſervantiam juramenti, ita ut ingreſſu Eccleſiæ
arceantur, donec impleantur, quæ ab illis fuerunt
promiſſa. Qui novus Caldeyra intellectus probatur à
Larrea deciſ.9.n.42. Improbatur etiam à Joſeph. Ve-
la diſſert.35.n.136. quia hæc interpretatio convenit
cum ſuperiore Abbatis. Et vere ſi Monachorum cuſ-
todia non probaretur in eo textu; eſſet ex eo, quod
pactum de obſidibus retinendis naturalem libertatem
infringeret. Ex ea ratione neque obſides ad obſer-
vantiam juramenti poſſent compelli pœna interdicti
Eccleſiaſtici, quæ gravis eſt, & Chriſtiano populo
damnoſa. Unde exploſis prædictis intellectibus idem
Vela ſupra num. 139. dicit, verum, & planum illius
textus intellectum (quem miratur fugiſſe tot viros
doctos) eſſe, quod in eo textu novum jus fuit conſti-
tutum erga Monachos; ut ſcilicet pro debito monaſ-
terii etiam inviti ab Abbate poſſint obſides dari. Quod
jus ita ſpeciale ad alios trahi nequit; & ſpecialitatis
rationem in eo conſiſtere dicit; quoniam Monachus
per profeſſionem Prælato, & Abbati perpetuam de-
bet obedientiam in omnibus licitis, & honeſtis; præ-
ſertim in pertinentibus ad regularem obſervantiam,
& ſui Ordinis conſervationem. Quo nomine veniunt
ea quæ ad monaſterii utilitatem, & ejus ſublevan-
dam neceſſitatem ſpectant c. 2. de poſtul. Unde quia
monaſterium mediis ejus facultatibus conſervatur,
quibus labi poſſet, ſi magno ære alieno premeretur,
ſiquidem ejus bona alienari poſſunt pro ſatisfactione
creditorum, nullum aptius remedium inveniri poſ-
ſet, quam conſequi dilationem à creditoribus ſub ido-
nea ſecuritate, ut paulatim congregata pecunia bo-
nis illæſis Prælatus ſolvere valeret, quod datis Mo-
nachis obſidibus evenire poteſt, donec ſolutio fiat. In
quo juſtitiæ cauſa verſatur. Abbas facere valet etiam
ſine conſenſu Monachorum. Et de conſenſu Papæ,
eorumque, qui obſides dantur, poſſe Clericos obſides
dari docet gloſſ. verb. obſides verſ.quod autem dicitur
ubi Archidiac. n. 3. in d. cap. ſuppliciter in gloſſ. 1. ut
princ. ubi Bald. n. 1. verſ. & hoc de eorum conſenſu
Gigas de crim. læſ. Majeſt. tit. qualit. & à quib. 19.n.
10. Tamen inquit Vela, quod Monachus ſtrictiori
vinculo, quam Clericus ſuo Epiſcopo, obedientiam
debet Abbati. Qua propter, & creditor retinens Mo-
nachum debito modo excuſatur, ne incidat in pœnam
excommunicationis. Hic intellectus placet Joſepho
Vela, qui illum confirmat d. num. 139. & ſeqq.

Verum quamvis hic intellectus probabilis videri 30
poſſit, non tamen mihi placere valet. Namque in d.c.
ex reſcripto Monachi volentes dati ſunt obſides pro
ære alieno Monaſterii: ut obſervat gloſſ. ubi verbo ob-
ſides dedit. Et probatur etiam ex textu ibi: Qui de
obſervanda conventione juraverunt: Et ibi: Ut ſicut
jurarunt, eandem conventionem faciat adimpleri: non
autem conſtat invitos, & reluctantes juraſſe. Immo
etiamſi per metum juraſſent, tenerentur adimplere;
niſi juramentum vergeret in interitum ſalutis æternæ
c. ſi vero 8. de jurejur. Atqui etiam homo liber con-
ſentiens obſes dari poteſt in cauſa privata, non ut jus
pignoris in eo conſtituatur, ſed ut valeat retineri,
quo uſque impleatur, quod conventum fuit. Docet
gloſſ. in c.expoſita de arbitr. & in c.2. de pignor. quam
ſequuntur Hoſtienſ. Guid. Pap. Alex. de Nævo, &
alii, quos laudat Ameſcua de poteſt in ſe ipſum lib.2.
c.14.n.33. Larrea deciſ.9.n.38. Ergo non ex jure ſpe-
ciali procedi deciſio textus in d. c. ex reſcripto, ſed
ſecundum juris regulas; ſiquidem non conſtat de re-
pugnantia

pugnantia Monachorum: vel ſaltem ſubſtinetur factum *in d.c. ex reſcripto* neceſſitate Eccleſiæ, & authoritate Summi Pontificis: ut voluit intelligere *gloſſ. verb. obſideſque in d. cap. ſuppliciter 23. quæſt. 8.*

31 Rejectò igitur prædicto intellectu tanqoam divinatio magis placet intelligendi modus, de quo Aug. Barboſ. *in d. c. ex reſcripto n. 2. verſ. ſed rejecta hac communi ſententia*, ut ſcilicet ex eo *in d.c. ex reſcripto* potuerunt Monachi obſides dari, & juramentum valere, quia non ſimpliciter, & abſolute dati fuerunt, ſed liberum eiſdem manebat recedere, dummodo aliqui loco eorum ponerentur; & ipſi in quantum poſſent, & in ſe eſſet, id efficere curarent. Quod manifeſtè probatur ex eodem textu ibi: *Qui de obſervanda conventione juraverunt, ut ſi ipſi deficerent, alii Monachi loco eorum in obſtagio ponerentur.* Quæ verba inſinuant jam fuiſſe cogitatum, quod Monachi, qui convenerunt poterant à loco recedere: Et ſic non eſſe veros obſides. Inſuper Monachos, qui alios ſubſtituere juraverunt, nil aliud promiſiſſe, quam factum alienum, ſatisfacereque ſi curaſſent alios ſubſtitui juxta text. *in L. ſtipulatio iſta 38. in princ. L. inter ſtipulantem 84. ff. de verb. oblig.* ut notat *gloſſ. verb. inhibentis in d.c. ex reſcripto.* Et hic mihi videtur verior intelligendi modus ad dictum textum: quamvis fatear nullum ex traditis à Doctoribus tranſire ſine ſcrupulo. Sed ut cumque ſit tenenda eſt communis ſententia, & limitatio, ut ſcilicet homo liber cum juramento obſes dari poſſit; non ut verus obſes cenſeatur, ſed ut non poſſit recedere à loco abſque perjurii reatu.

32 An autem obſes aufugere poſſit? Quæſtionis eſt. In qua Hugo Grot. *de jure bell. lib. 3. c. 20. §. 54.* ita diſtinguit: Aut enim obſes ab initio, vel poſtea, quo laxius haberetur, fidem dedit, aut non. Primo caſu non licet obſidi aufugere; ſecundo non videtur animus Principis obligandi civem; ne aufugeret, ſed hoſti dandi facultatem qualis vellet cuſtodiæ. Unde ait, quod defendi poteſt Cleliæ: factum quæ non peccavit, ſed civitas eam recipere & retinere non poterat. Et ſubjungit; quod ſi non reddatur obſes, fœdus ruptũ cenſetur: ut de Porſena tradit Livius *lib.* 11.

33 Notari tamen opportet, quod offendens, vel occidens obſidem durante obſidatu, ſcienſque eom eſſe obſidem committit crimen læſæ Majeſtatis Dec. *de delict. lib. 7. c.* 18. *n.* 11. qui dicit hanc quæſtionem tactam non reperiiſſe; ſed ex eo moveri, quia obſes datus manet ſub fide, & protectione Principis, & quod ex offenſione ſequi poteſt pacis violatio. Idem tenent Gigas *de crim. læſ. Majeſt. tit. qualit. & à quib. crim. læſ. Majeſt. commit. q.* 19. Bajard. ad Clar. *in §. læſæ Majeſtatis n. 2. verſ. quarto ſi obſides.* Farinac. *q.* 113. *n.* 59. Et apud nos probat *Ordinat. lib. 5. tit.* 6. §. 23. Ubi idem decidit de eo, qui obſidibus favorem, adjutorium, vel conſenſum præſtitit ad fugiendum. Quod idem probat text. *in L. 1. ff. ad L. Jul. Majeſt.* Boſſius *tit. de crim. læſ. Majeſt. n.* 16. Decian. *d. lib. 7. cap.* 18. *num.* 1.

34 Obſides autem dati in unam cauſam, in aliam retineri non poſſunt, veluti ſi aliud quid ſine obſidum acceſſione promiſſum ſit, niſi in cauſa pro qua obſides dati ſunt, fides jam ſit violata; quia tunc poterunt obſides retineri, non ut obſidea ſed eo gentium jure, quo ſubditi ex facto imperantium detineri poſſunt: ut optime tradit Hugo Glot. *d. l. 3. c.* 20. §. 55.

35 Denique notabis quod ita ut jus pignoris captivi redempti, de quo ſupra *n.* 23. extinguitur mortuo captivo, *L. ſi patre, ff. de captiv.* ita etiam obſes datus pro pretio captivi, eo mortuo, liberatur; quia nec pretium debetur *d. L. ſi patre.* Et ſic eveniſſe Demetrio refert Hugo Grot. *d. c.* 20. §. 56.

Caput XXXI.

De Regia Protectione.

SUMMARIUM.

1 *Oſtenditur cauſa præcipua Regum creandorum.*

2 *Regnum non tam ad Regis, quam ad ipſius Regni utilitatem introductum fuit.*

Nihil aliud eſt Imperium, niſi cura ſalutis alienæ. Ib.

3 *Regum proprium officium eſt vi oppreſſos liberare.*

4 *Protectionis officium ita eſt proprium Regis, ut naturale dicatur regiminis attributum & qualitas inhærens oſſibus Diadematis.*

5 *Protectio eſt de Regalibus majoribus, quæ competunt Regi in ſignum ſupremæ poteſtatis.*

6 *Jus protectionis non poteſt à Rege inferioribus concedi, neque communicari.*

7 *Protectio non intelligitur in conceſſa generali donatione juriſdictionis facta cum mero, & mixto imperio.*

8 *Jus protectionis non poteſt adquiri contra Regem aliqua præſcriptione.*

9 *Regia protectio tripliciter conſideratur.*

10 *Si Donatarius, cui cognitio competit remota appellatione, abutatur juriſdictione, datur recurſus ad Regem, qui ſe intromittere poteſt ad tollendam violentiam & juſtitiam miniſtrandam.*

Rex in dicta donatione non abdicavit à ſe ſupremam poteſtatem, & ſuperioritatem: & ſic per viam recurſus, & querelæ poteſt adiri. Ibid.

11 *Appellatio iniquitatem ſententiæ, vel imperitiam judicantis reſpicit: recurſus vero proprii erroris veniam, vel adverſarii circumventionem manifeſtat.*

12 *Recurſus ſemper cenſetur exceptus, & remanet penes Majeſtatem.*

13 *Recurſus tunc habet locum, quando oppreſſio fuerit manifeſta.*

Et quæ manifeſta dicatur. Ibid.

14 *Secundo modo Rex protectionis officium exercet quando Judex Eccleſiaſticus violentiam intulit exercendo juriſdictionem Eccleſiaſticam. Quod tribus modis evenire poteſt: nempe, quando opprimit cum cauſa cognitione contra merita, juſtitiam. Et hoc caſu non datur recurſus ad Regem.*

15 *Secundo, quando procedit de facto ſpoliando partem: Et tunc violentiam, & notoriam oppreſſionem facere intelligitur. Atque hoc caſu Princeps tanquam Protector occurit ad tollendam violentiam.*

16 *Gravatus à Judice Eccleſiaſtico prædicto modo, vel quia procedit parte inaudita, habet recurſum ad Regium Tribunal; ſi violentia ſit notoria.*

17 *Hic recurſus ad Regium Tribunal eſt remedium extra judiciale, & Judex procedit extrajudicialiter, & per viam facti.*

Cognitio, per viam violentiæ non requirit partis citationem, ac eſt ſummariſſima, in qua proceditur velo levato. Ibid.

18 *Recurſus eſt remedium ſubſidiarium, & non ſuſpendit juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici, ita ut ab eo geſta pendente recurſu non dicantur attenta.*

Rejicitur contraria opinio Emmam. Alvar. Pegas. Ibid.

19 *Ut princeps vaſſallos tueatur à violentiis Eccleſiaſticorum, non eget juriſdictione.*

20 *Renuntians recurſui ſive tacitè, ſive expreſſe illo juvare poteſt.*

Quili-

Qnilibet renuntiare poteſt juri ſuo. Ibid.

21 *Renuntiatio santum operatur in præjudicium renuntiantis, aon tertii.*

Protectio vaſſalloram inhæret Regia Corona, & ipſe Rex eam à ſe abdicare non poteſt: Ideoqae non obſtat partis renuntiatio. Ib.

22 *Referuntar Doctores, qai egerunt de hoc recurſu Regiæ protectioais: & ideo breviter ab hac materia Author ſe expedis, Primo datur recurſus, quando Eccleſiaſticus procedit extrajadialiter parte non citata, neqae juris ordine ſervato.*

Amplia, at procedat etiam ſi Eccleſiaſtici ſententia juſta ſit; quia ſi feratur contra non citatum, & eam executioni mandaverit, violentiam committit. Ibid.

24 *Secundò datur recurſas reſpectu eorum actaum, qai jurisdictionem ſaſpendunt, ſi Judex ad alteriora procedit; at in recuſatione, & ſimilibus.*

25 *Tertio datar recurſus quando Eccleſiaſticus non ſervat commuaem Doctoram opinionem.*

Communis opiaio ia jadicando ſequenda eſt. Ib.

Opinio communis ſemper præſumitur verior. Ibid.

26 *Varia ſant contra legem judicare, vel contra communem opinionem; qaa venit appellatione legis.*

27 *Quando concurrunt duæ opiniones æque communes & probabiles, bene poteſt Judex, quam velit, eligere, etiam in foro conſcientiæ.*

28 *Appellatio eſt defenſionis ſpecies, & nemini denegaada.*

In dubio deferendum eſt appellationi, quam Judex recipere debet. Ibid.

29 *Si Eccleſiaſticus rejecta appellatione ad executionem procedit, oppreſſionem, & violentiam notoriam facit, quæ recurſus cauſam præbet.*

Intellige, quando ſamus in caſibus in qnibus appellatio eſt permiſſa: ſecus in illis, in quibus regulariter eſt prohibita. Ibid.

30 *Si Eccleſiaſticus appellationi non detulit caſu, quo appellatio eſt prohibita; recurſui locus non datur.*

31 *Datur recurſus, quando Eccleſiaſticus non admiſſa exceptione incompetentiæ, non detulit appellationi interpoſitæ.*

32 *Exceptio incompetentiæ eſt præjudicialis, & ea oppoſita Judex superſedere tenetur in cauſa principali.*

33 *Poteſt appellari à Jadice Eccleſiaſtico ab inordinato, & intricato proceſſu, qaando ſimal judicialiter & extrajudicialiter procedit: Et ſi tuac appellatio interponitur, cai Eccleſiaſticus non detulit, datur recurſus.*

34 *Quando Eccleſiaſticus non detulit appellationi interpoſitæ à reſervatione exceptionis nullitatis ad finem litis, bene datar recurſus.*

Idem erit, ſi non detulit appellatioai reſervationis exceptionum, quæ reſpiciunt habilitationem perſonæ. Ibid.

35 *De exceptioaibus præjadicialibus ante omnia cognoſcendum eſt ſuſpenſa cauſa principali.*

36 *Datar recurſus, ſi Ordinarius non detalit appellationi interpoſitæ à negligentia decidendi cauſam quaado ter monitus eam non decidit.*

37 *Item datur recurſus, qaando Metropolitanus ſe intromittit ad cognoſcendum de cauſa in prima inſtantia, & noa detulit appellationi interpoſitæ.*

38 *Patrono datur recurſus à collatione Beneficii facta ab Epiſcopo ſpreto jure patronatus; ſi enim patronus erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, violentiam facit.*

In Beneficialibus ultimus ſtatus Beneficii attenditur. Ibid.

39 *Datur recurſus, ab Eccleſiaſtico incompetente, qui ſine jurisdictione procedit.*

Item à Delegato qai procedit non oſtenſis litteris ſuæ delegationis; vel illius terminos excedit. Ib.

40 *Datar recurſus ad Regium Tribunal, quando Eccleſiaſticus cognoſcit de cauſa temporali inter laicos, vel contra laicum, & Regiam aſurpat jurisdictionem.*

41 *Confraternitates laicorum, in quarum inſtitutione noa interaenit Epiſcopi aatboritas, ſunt immunes jurisdictione Eccleſiaſticæ & non poteſt Eccleſiaſticus compellere adminiſtratores ad reddendas rationes coram eo, & ſi id faciat, vel ſe intromittat in electione adminiſtratorum datur recurſus ad Regium Tribunal. Et referuntur ſententiæ latæ in Judicio Regiæ Coronæ, qaibus judicatum fuit Prælatos non poſſe ſe intromittere in rationibus reddendis.*

42 *Eccleſiaſticus non poteſt ſe intromittere electionibus capellani coafraternitatis ſecalaris, vel alicajus privati ſacelli: & ita judicatum.*

43 *Eccleſiaſticus non poteſt ſe intromittere circa ornamenta, & veſtimenta, confraternitatis ſæcularis: & ita jadicatam.*

44 *Proponitar dabiam: Aa poſt Concilium Tridentinam Eccleſiaſticas poſſit viſitare hoſpitalia, & confraternitates laicoram, & ab adminiſtratoribus rationes exigere; Et partis affirmativa fundamenta referuntur num.* 45.

46 *Approbatar negativa ſententia ea declaratione, quod Eccleſiaſticas poteſt inquirere de operib. piis ut illa adimplere faciat. Et ita judicatum dicitur,*

47 *Confraternitates, quæ authoritate Prælatoram fuerunt erectæ, ſaat loca pia, & Religioſa.*

48 *Confraternitates, hoſpitalia, aat Albergaria inſtituta per laicos, quæ ab illis adminiſtrantur, viſitari debent à Magiſtratibus ſæcularibus, & Eccleſiaſticus tantum poteſt inquirere, at pia opera impleantur: quod ſi ad alia ſe intromiſerit, datur recurſus ad Regium Tribunal: & ita judicatum dicitur.*

49 *Inventarium bonoram Clerici, qui laicos hæredes inſtituit, poſt aditam hæreditatem pertinet ad ſæcularem. Et ita judicatum fuit.*

50 *Si vero inventarium ſit, antequam à laico ſit adita hæreditas, pertinet inventarium ad Judicem Eccleſiaſticum, qaando hæreditas eſt jacens.*

Hereditas jacens perſonam defuncti repræſentat. Ibid.

51 *Privilegium exemptionis Clerici habet locum quoad bona, quæ etiam exempta ſuat.*

52 *Eccleſiaſticus ſi hæreditate Clerici jacente inventarium confecit, ſtatim illud remittere debet ad ſæcularem, dum laicus comparet, & eſſe hæredem confitetur.*

53 *Idem dicendum in caſu quo Clericus ab inteſtato deceſſit.*

54 *Si Clericus decedit ab inteſtato bona privilegium fori admittunt. Et alia fundamenta proponuntur pro Judice ſæculari.*

55 *Sed à diſtinctione ſupra poſita recedendum non eſt. Et interpretatur deciſio.* Cabed. p. 1. deciſ. 81. *& alia lata in Senatu.*

56 *Aditio hæreditatis ex eo tantum probatur, quod quis ſe alicajus hæredem nominat.*

57 *Proponitur quæſtio: An Judex Eccleſiaſticus in menſibus ſuæ alternativæ poſſit aliquid decernere circa bona eorum, qui ab inteſtato deceſſerunt, ut ex illis certa quantitas in ſuffragiis, & piis operibus pro anima defuncti erogetur. Et reſolvitur negative n.* 58.

Bona quæ inteſtatus reliquit pertinent ad proximiores ſine aliquo onere. Ibid.

Inteſtatus videtur alienare in venientes ab inteſtato. Ibidem.

59 *Ne-*

59 *Neque Judex Eccleſiaſticus neque Proviſor laicus poteſt aliquid diſponere circa bona inteſtati.*

60 *Conſtitutiones Epiſcopatus diſponentes certam quotam bonorum inteſtati erogandam eſſe in ſuffragiis, ſervanda non ſunt: Et ab Eccleſiaſtico datur recurſus ad Regium Tribunal: ut ibi judicatum oſtenditur.*

61 *Viſitator non poteſt cognoſcere circa bona eorum qui ab inteſtato deceſſerunt. Neque videre an quod Judex ſeparavit ad ſuffragia pro anima defuncti expenſum ſit: & ita judicatum dicitur.*

Judex portionum poteſt deducere, quid ſibi videtur ad erogandum pro anima defuncti juxta conſuetudinem, & vires patrimonii. Ibid.

62 *Lex Regis Emmanuelis circa prædicta non fuit in uſu recepta, & poſtea nulla declarata.*

63 *Eccleſiaſticus in caſibus, in quibus poteſt ſe intromittere, ut voluntates defuncti exequantur, tantum valet procedere contra executorem teſtamenti laicum, non vero contra hæredem laicum vel tertium bonorum poſſeſſorem.*

64 *Executor teſtamenti poteſt implorare officium Judicis, ut hæres, vel poſſeſſor compellatur ſibi tradere bona ad ſolvenda legata, immo ut hæres compellatur adire.*

65 *Si Eccleſiaſticus procedit contra hæredem, vel tertium poſſeſſorem, datur recurſus ad Regium Tribunal: & ita judicatum, & n. 66.*

67 *Extra caſus uſurpatæ juriſdictionis non datur recurſus ab Eccleſiaſtico, qui validè, & ſervato juris ordine procedit, licet injuſtam ſententiam proferat.*

Intellige, niſi ſententiam contineat expreſſum juris errorem. Ibid.

68 *Quando ſententia Eccleſiaſtici notoria nullitate laborat, & illam exequi vult; tunc datur recurſus ſecundùm veriorem opinionem.*

69 *Non datur recurſus in cauſis, de quibus cognoſcunt Miniſtri ſanctæ Inquiſitionis.*

70 *Non datur recurſus in cauſis Regularium circa correctionem, & viſitationem.*

71 *Non datur recurſus à Judice inferiori procedente in cauſa, quando ſuperior, ad quem fuit appellatum cauſam remiſit declarando non fuiſſe bene appellatum.*

72 *Non datur recurſus quando appellatio non fuit interpoſita à Judice Eccleſiaſtico.*

73 *Non datur recurſus præſentato in Beneficio, qui dicit habere plures voces, ſi Eccleſia eſt Parochialis.*

1 PRæcipua Regum creandorum cauſa fuit, ut con-
ſtitutus in illa dignitate æqua lance inter populos
ſibi ſubjectos jura redderet, & ab hoſtium incurſibus
liberaret imbecilleſque à potentiorum injuriis defen-
deret Ariſt. *lib. 3. Polit. c.11. & lib.5.c.10.* Juſtin. *hiſt.*
lib.1. in princ. Mench. *in præfat. ad contr. Illuſtr. n.*
121. *& ſeqq. & n.120.* Juſt. Lipſ. *l.2.doct.c.15.* Mat-
th. Lopez Bravo *in aureo lib.1. fol.8.* Bened. Ægid.
in L.ex hoc jure 1.p.cap.3.n.7.ff.de juſt.& jure D. Au-
guſt. *de Civit.Dei l.4.c.6.* Melc. de Val. *Illuſtr.tract.*
2.c.5.n.2. & ſeqq.lib.2. Solorz. *de jure Indiar.l.2.cap.*
21.n.59. & poſt alios Salg. *de retent. Bull.p.1.c.1.n.*
74. Beſold. *in ſynop. Polit. doctr.c.2. de Majeſt. ſpe-*
cial.n.49. Unde Regnum non tam ad Regis quam ad
2 ipſius Regni, & civium utilitatem introductum fuiſ-
ſe tradunt poſt Platon. Cicer *lib.1 de offic.* D. Irenæus
lib.1.contr. hæreſ. D. Th. *in opiſc.21.ad Duciſſ. Bra-*
bant Lucas de Pæna *in L. militaribus, C. de Decur.*
lib. 10. Mench. *lib. Illuſtr.n.101. & 104. & l.2.c.8.n.*
2. Valenz. *in diſc. de ration. ſtatus, & bell. 1.p. con-*
ſid.14.n.18. Quia ait Ammian. Marcel *lib.29. Nihil*
aliud eſt imperium, niſi cura ſalutis alienæ. Sequitur
Robert *lib.2.rer.judic.c.11.* Et ait Oſorius noſter *lib.7.*
de Reg.inſt. ibi. *A principio Reg. creatos, ut miſeros,*
& afflictos à tyrannidis crudelitate liberarent: & ut ju-
diciorum ſcelera coërcerent, & unicuique, quod ſuum
eſt, tribuerent: & vim hoſtium propulſarent, &c.
Proindeque officium Regis proprium eſt vi oppreſ- 3
ſos liberare *c. Regum 23.q.5.* Salg. *de protect. p.1.c.*
1.n.43. & c.2.n.26. Ubi quod cum illa qualitate &
attributo regimen à Deo Reges acceperunt Facit.
text. *in L. illicitas §. ne potentiores, ff. de offic. Præſ.*
Navar. *in cap. cum contingat rem 1. caſu 16.* Pereyr.
de Man. Reg.p.1. præl.1.n. 7. Quia cum Regni cor,
& Reipublicæ Rex ſit, dormiente Regno vigilare de-
bet juxta illud *Cantic c. 5. Ego dormio: & cor meum*
vigilat: Navarr. *en los diſcurſos Politicos c. 22. fol.*
147. *col. 3.* Salgad. *de retent Bull. 1.p.c.1.n. 73.*
ut miſeros, & afflictos à tyrannidis crudelitate liberet
Valenz. *in diſc. de ration. ſtat. & bell. p.2. conſ.22. à*
n.50. Salg. *d.c. 1. n. 80.* Ovid. *2. de Ponto.*
Regia, crede mihi, res eſt ſuccurrere lapſis.
Ut ſubditos in pace & tranquillitate contineat *L. nam*
ſalutem 3. ff. de offic. Præf. Vigil. ibi: *Nam ſalutem*
Reipublicæ tueri nulli magis credidit convenire neque
alium ſufficere, quam Cæſarem, L. imperialis, C. de
nupt. ibi: *Imperialis benevolentiæ proprium eſſe judi-*
cantes, ut omni tempore ſubjectorum commoda tam in-
veſtigare, quam eis mederi procuremus, Unde dixit
Caſſiodor. *lib. 2. epiſt. 29. Quod regnantis eſt gloria*
ſubditorum otioſa tranquillitas. Caſſan. *in Cath. glor.*
Mund. p. 5. conſid. 26. Valenz. *conſ. 70. nu. 3.* Gu-
tier. *conſ. 1. num. 14.*
Quod quidem protectionis officium ita proprium
Regis eſt, ut naturale dicatur regiminis attributum,
& qualitas inhærens oſſibus, & ſubſtantiæ Diadema- 4
tis; ita ut regimen, & protectio unum conſtituant
continens inſeparabile à Rege Salg. *de protect.c.1.n.*
43.97. & 310. Ex ea ratione, quia hæc protectio de 5
Regalibus majoribus eſt, quæ competunt Regi in ſi-
gnum ſupremæ poteſtatis Seſſe *de ſubib. c.8. §.3.nu.*
70. Salg. *de protect. d.c.1.n.97. & 310. & cap. 2. n.*
32. & de retent. Bullar. 1.p.c.1.n. 103. & 124. Aze-
ved. *in L. 1. in fin. tit.21.lib. 4. nov. Recop.* Bovad.
lib.2.c.16.n.90. Avendaño *de exeq.mand.cap.1.n.32.*
verſ.& cum hæc conſuetudo poſt alios Caſtill. *de tert.c.*
41. n.163. Cancer. *lib.3.c.18.n.19.* Creſp. *obſer.60.n.77.*
Pereyr. *de Man. Reg. 2. p. c. 37. num. 27.* Oliva *p.*
1. q. 25. numero. 12.
Ideoque ſoli Regi competit, & non poteſt Domi- 6
nis inferioribus concedi, neque, communicari Bo-
vad. *d.c.16.n.90.* Salgad. *d.c.2 n.34.* neque in gene-
rali donatione juriſdictionis facta Ducibus, & aliis
Dominis terrarum cum mero, & mixto imperio con-
ceſſa intelligitur Bovad. *d. cap. 16. n. 83.* Scaccia *de*
appell. q.8.n.111. verſ. oppono ſecundo, Salg. *de Reg.*
protect. p.1.c.2.n.34. & 35. Immo neque preſcriptio- 7
ne poteſt adverſus Regem adquiri: ut notat Salg. *d.*
n.34. Neque illud jus ad Duces, & inferiores Domi-
nos ſpectat, cum ſolis Principibus, qui non reco- 8
gnoſcunt ſuperiorem, competat, Bovad. *d. c. 16.*
num. 90. Salgad. *d. c. 2. num. 33.*
Hæc Regia protectio tripliciter conſideratur. Pri-
mo inter ſubditos, laicos quando à Dominis terrarum 9
oppreſſi inveniunt: Secundo quando à Judicibus Ec-
cleſiaſticis tam ſæculares, quam Ecſiaſtici notoriam
patiuntur oppreſſionem & violentiam. Vel quando
illis jus naturale non ſervatur. Tertio quando juriſ-
dictionaliter proceditur.
Primo modo oppreſſio contingit, ſi Dominus ter-
rarum, cui cognitio competit, remota appellatione 10
procedit juxta donationem joriſdictions; ſi enim ju-
riſdictione abutantur, patet recurſus ad Regem, qui
vi ſuæ ſupremæ poteſtatis ſe intromittere poteſt ad
tollendam violentiam, & juſtitiam adminiſtrandam

Ord.l.3.tit.71.§.fin. Quia non obſtante dicta donatio-
ne Rex non abdicavit à ſe ſupremam poteſtatem,& ſu-
perioritatem Diadematis oſſibus inhærentem *Ordin.l.*
11 *2.tit.45.in princ.* Et ſic per viam quærelæ, & recur-
ſus poteſt Rex adiri *Auth.de quæſtoribus §.ſi vero for-
ſan.col.*6. Parlad. *l.2.rer. quotid.cap.*1.*n.*26. appella-
tione enim remota remanent recurſus, & querelæ quæ
ſunt diverſa remedia: ut diximus ſupra *cap.* 8. *n.*23.
Quæ appellatio iniquitatem ſententiæ, vel imperi-
tiam judicantis reſpicit *L.appellandi uſus in princ.ff.
de appell.*recurſu vero proprii erroris veniam, vel ad-
verſarii circumventionem manifeſtat: ut docet Con-
ſult. Hermoginian. *in L. Prædicti etiam Prætorio* 19.
12 *ff. de minor.* Unde hic recurſus ſemper cenſetur ex-
ceptus, & remanet penes Majeſtatem, ut Mæcenas
Auguſto ſuaſit teſte Dionyſ. Halic. in *l.* 12. in hæc
verba: *Ipſe ſeorſum de cauſis, in quibus provocatio-*
13 *ne certatur, judicium facies, quæ à majoribus Magiſ-
tratibus, tutoribus, Præfecto Urbis, Subcenſore, Præſi-
dibus provinciarum, annonæ Procuratore, & nocturnæ
cuſtodiæ Magiſtro ad te referuntur*, non enim ita me-
rum imperium obtinere debet, ut non ab eo provoca-
ri poſſit. Tunc autem recurſus ille locum habebit,
quando oppreſſio fuerit manifeſta; quæ tunc dicitur
intervenire, cum magis de facto, quam de jure pro-
cedit: vel quando via ordinaria appellationis ſeu alte-
rius remedii vaſſallo conquerenti Baro ſeu Comes
ſuccurrere nequit Pulchre Creſp. *obſervat.* 4. *n.*157.
Pereyr. *de manu Reg. c.* 22. *à num.* 1. *p.* 1.

14 Secundo vero modo, Rex protectionis officium
exercere poteſt, & debet. quando Eccleſiaſticus vio-
lentiam intulit Eccleſiaſticam juriſdictionem exer-
cens. Quod tribus modis evenire poſſe dixit Pereyr.
*de Man. Reg. p.*1.*c.*6.*n.*2. Nempe quando Eccleſiaſ-
ticus opprimit cum cauſæ cognitione, tamen contra
merita cauſæ & juſtitiam. Quo caſu continet violen-
tia dubiam opinionem, quæ cum meritis cauſæ com-
miſcetur; ita ut neceſſe ſit examinare proceſſum ut
de oppreſſione conſtet. Et in hoc caſu non dari re-
curſum ad Regem, ſed eſſe adeundum Eccleſiaſticum
ſuperiorem Judicis Eccleſiaſtici tenet Gab. Pere-
yr. *d. c.* 6. *num.* 2 per text. *in paſtoralis de appell.
c. Romana eod.tit. in* 6. Soarez. *lib.*4. *adverſ. Angl.
error. c.* 34. *num.* 34.

15 Deinde Eccleſiaſticus Judex violentiam facere in-
telligitur, & notoriam oppreſſionem, quando proce-
dit de facto ſpoliando partem: *ut in c. conquirente de
reſt. ſpoliat.* vel quando procedit parte inaudita, & de-
negata naturali defenſione *cap.* 1. *de cauſ. poſſ. & pro-
prietat.* Quo caſu Princeps non ut judex,ſed tanquam
Rex, & Protector occurrit ad tollendam violentiam
ex *Ordinat. lib.* 1. *tit.*9.§.12. quam late exornat Ga-
br. Pereyr. *de Man. Reg.* 1.*p.c.*1. *& ſeqq.* tam ex con-
ſuetudine Regni tolerata à Summo Pontifice, quam
ex concordia inita inter Regem, & Clerum. Et de-
nique ex text. *in l. filius* 16. *q.* 7. *c. petimus* 11. *q.* 1.
cap. quidam Monachi 16. *q.*1. *de inhib. cap.*8.§.3.*n.*
15.*&* 73.*& cap.*9.*n.*1. Et tam de jure naturali, quam
divino, & Canonico hanc Regiam protectionem pro-
cedere tradit Salgad. qui plures refert, *de protect.* 1.
p. c. 1. *n.* 79. 95. 97. *& ſeqq.* Seſſe *in epiſt. ad Reg. n.*
70. *tom.* 2. *deciſion.* Cevall. *de cognit per viam vio-
lent. in prolog. num.* 45. Et apud omnes Chriſtiani
Orbis Nationes idem obſervari tradunt Joſeph. de
Seſſe *d. cap.* 8. §. 3. *num.* 46. Capyc. Latro *deciſ.*
69. *num.* 6.

16 Et in hoc caſu ille, qui gravatus reperitur, habet
recurſum ad Regium Tribunal, Judicemque Regiæ
Coronæ pro tollenda violentia Judicis Eccleſiaſtici
Ubi auditur; ſi oppreſſio, vel violentia fuerit notoria
*Ordin. lib.*1.*tit.*9.§.12. ibi *Notoria oppreſſaon on for-
ca:* Quod verbum *forca*, de notoria intelligendum
dixit Pereyr. *d.p.*1.*c.*7.*n.*2. notoriam manifeſtamque
violentiam deſiderari docent Seſſe *in d. epiſt. ad Reg.
n.* 77. *& deciſ.*114.*n.*22. Cevall. *de cognit per viam
violent.* 1. *p. gloſſ.* 1.*n.*24. Hieronym. Leo *dec.*2.*n.*1.
& ſeqq. Oliva *de for. Eccleſ.*1.*p.q.*15.*n.*34. Suarez *ad-
verſ. Angl.error.lib.*4.*c.*34.*n.*33. Pereyr. de Caſtr. *de
Man. Reg.* 1.*p. c.*1. *&* 4.*n.* 6. *& c.* 7. *n.*2. *c.*8. *n.* 28.

Obſervandum tamen eſt, quod hic recurſus ad 17
Tribunal Regium eſt remedium extrajudiciale, &
quod Judex Regiæ Coronæ procedit extrajudiciali-
ter, & per viam facti, non vero juriſdictionaliter;
quia in Eccleſiaſticos nullam Princeps ſæcularis ha-
bet juriſdictionem, neque ejus miniſtri ſunt judices,
vel ſuperiores Eccleſiaſticorum: ſed procedunt tan-
quam Reges, quibus incumbit defenſio ſubditorum
Afflict. *dec.* 24. *n.*2. *&* 6. Seſſe *in d. epiſt. ad Reg. n.*
54. Cevall. *de cognit per viam viol. in proœm. n.*210.
Soarez *d.lib.*4.*c.*34.*n.*32. Pereyr. *de Man. Reg.* 1. *c.*
4. *per totum*, Salg. *de protect. Reg.*1.*p.c.*2.*n.*2. Oliva
*d.q.*15.*n.*39. Ubi *n.* 40. ait, quod in cognitione per
viam violentiæ non requiritur partis citatio, ſed le-
vato velo proceditur ſummariſſime habita informatio-
ne violentiæ Pereyr. de Caſtr. *d.* 1. *p. c.* 4.*n.*3. *&* 4.
Hieronym. Leo *dec.*2.*n.*34. Ubi, quod recurſus eſt
remedium ſubſidiarium, Poſthius *de manut. obſerv.*6.
*n.*26.*& ſeqq.* Ideoque prædictus recurſus non ſuſpen-
dit juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici, neque ab eo
geſta pendente recurſu dicuntur attentata: ut relatis
fundamentis hujus, & contrariæ ſententiæ hanc eſſe
veriorem teſtatur Oliva *de for. Eccleſ.* 1.*p.q.*20.*n.*3.
& ſeqq. & eam latiſſime defendit Salgad. *de protect.*
1.*p.cap.*7. *à num.* 10. *cum ſeqq.* quem vide. Ex cujus 18
fundamentis convincitur opinio affirmativa, quam
ſequuntur relati ab Oliva *d.q.*20.*à n.*1.*cum ſeq.* Dein-
de placere non poteſt, quod noviter, ut ipſe, ait vo-
luit defendere Emmam. Alvar. Pegas *ad Ord. lib.* 1.
*tit.*9. §. 12. *n.* 10. *& ſeq.* quatenus refert Judices Re-
giæ Coronæ non extrajudicialiter, ſed judicialiter co-
gnoſcere, de grauaminibus pro tollenda violentia Ju-
dicis Eccleſiaſtici: quia omnia ab eo conſiderata di-
luuntur unico tantum verbo; nempe ad hoc, ut juriſ-
dictionalis dicatur cognitio neceſſario requiritur quod
in cognoſcente detur juriſdictio: ſed Princeps, &
ejus miniſtri ſunt incapaces juriſdictionis Eccleſiaſti-
cæ: Ergo eorum cognitio circa tollendas violentias 19
juriſdictionalis non eſt, neque eſſe poteſt. Immo ne-
que Princeps ad tuendos vaſſallos à violentiis Ec-
cleſiaſticorum juriſdictione indiget, quamvis aliqua
cognitione egeat ad cognoſcendum. An violentia fac-
ta ſit, nec ne? Ita Salg. *de Regia prot.* 1. *p. c.* 1. *per
totum*, & maximè *præl.* 5. *à n.* 194. *de recent. Bul-
lar.* 1. *p. c.* 1. *n* 152. *&* 153. Et obiter nota, quod
recurſus datur ei, qui tacite, vel expreſſe renuntiavit
recurſui; quamvis enim quilibet renuntiare poſſit ju-
ri ſuo *L. ſi quis in conſcribendo C. de pact. L.quæritur
§. ſi venditor ff.de ædil. edict.* Tuſc. *litter. R. concluſ.*
170. Gregor. Lopea. *in L.*3.*tit.*13. *part.*5.*gloſſ.*5. Va-
lenz. *conſ.*2.*n.*7. Capyc. Latro *deciſ.* 187. *n.* 20. Ta- 20
men cum in propulſanda violentia verſetur intereſſe
Principis, renuntiatio illi præjudicium inferre nequit;
namque renuntiatio tantum operatur in præjudicium
renuntiantis non tertii Gutierr. *practic. lib.* 3.*q.*71.*n.*
3. Giurb. *de ſucceſſ. feud.* §.2. *gloſſ.* 12.*n.*8. *circa fin.*
Add. ad Molin. *l.*3.*c.*10.*n.*44. Olea *de ceſſion. jurium* 21
tit. 3. *q.*4.*n.*32. Quare cum protectio vaſſallorum in-
hæreat Regiæ Coronæ, & ita ſit inſeparabilis, ut ip-
ſe Rex eam ſe abdicare nequeat; niſi ſimul Coronæ
renuntiet Salg. *de reten. Bullar.*2.*p.cap.*33.*n.*28. non
obſtabit renuntiatio vim paſſi, ut recurſus denegetur
quippe ultra quam recurſus naturalem contineat de-
fenſionem, remanet Principi jus quod conſiſtit in li-
berando vi oppreſſos: Atque ita hanc ſententiam
tenet Salgad. *de protect.* 1.*p. cap.* 2. *numero* 71. *in
fin. & num.* 72.

De

22 De proteſtationis materia & recurſu ad Judices ſæ-
culares copioſiſſimos ediderunt tractatus, Cevall. de
cognit. per viam violentiæ, & Gabriel Pereyra de Ca-
ſtro de Manu Regia 1. & 2. p. Franciſcus Salgado de
Regia protectione ubi latiſſime: & noſter Oliva 1. p.
de foro Eccleſ. q. 15. & ſeqq. plura cumulat Emman.
Alzar Pegas poſt hæc ſcripta viſus ad Ordinat. lib.
1. tit. 9. §. 12. concluſ. 14. Cumque fere omnia à dic-
tis Scriptoribus eleganter dicta ſint, paucis ab hac ma-
teria me expediam; ne alienos labores tranſcribere
videar, ſed ne ſic compede rivum tranſeamus, aliqua
prænotare conſtitui. Et primo, quia recurſus ad Re-
gium Tribunal datur, quando Eccleſiaſticus proce-
dit extrajudicialiter parte non citata, neque juris or-
dine ſervato c. conquerente de reſtit. ſpoliat. Boer.
deciſ. 238. n. 4. Menoch. de recuper. remed. 6. n. 8.
Joſeph. de Seſſe in epiſt. ad Reg. n. 89. & dec. 114.
23 n. 20. Oliva de for. Eccleſ. 1. p. q. 16. n. 26. & ſeq.
Auguſt. Barboſ. voto 48. n. 13. Valaſc. conſult. 191.
Pereyr. de Caſtro de Manu Reg. 1. p. c. 4. n. 7. Quod
adeo verum eſt, ut procedat, etiamſi ſententia juſta
ſit, quoniam nihilominus ſi feratur contra tertium non
citatum, & Eccleſiaſticus eam executioni mandave-
rit, violentiam committit. Cevall. de cognit. per viam
violent. quæſt. 16. n. 24. Pereyr. de Man. Regia 1. p.
c. 22. n. 8. verſ. ſic pariter: tunc enim Judex tanquam
privatus reputatur, Oliva 1. p. q. 16. n. 30.
24 Inſuper datur recurſus reſpectu eorum actuum qui
juriſdictionem ſuſpendunt, ſi Judex ad ulteriora pro-
cedit; ut in recuſatione, & ſimilibus, de quibus Ma-
ranta de ordin. judic. 6. p. tit. de appell. à n. 7. cum
ſeqq. Lancelot de attent. 2. p. c. 13. uſque ad c. 19.
Et ita hanc reſolutionem probant Cevall. in d. tract.
2. p. c. 14. num. 10. & 11. Pereyr. de Caſtro d. c.
22. num. 10. Oliva d. 1. p. q. 17. num. 57. & ſeqq.
25 Auguſt. Barboſ. voto 48. num. 11. & 12. Præterea
datur recurſus, quando Eccleſiaſticus communem
Doctorum opinionem non ſervat Salgad. de Reg. pro-
tect. 1. p. c. 2. §. 3. n. 25. Ex ea ratione, quia com-
munis opinio in judicando ſequenda eſt: notatur in
c. novimus de verb. ſignif. Gama deciſ. 194. n. 2. Va-
laſc. conſult. 121. n. 8. Larrea deciſ. 7. n. 36. Tiraq.
de pœn. temp. n. 51. & 54 Salgad. d. §. 3. n. 23. &
24. Ubi quod ſemper præſumitur verior: Greg. Lo-
pes in prolog. partit. gloſſ. 18. n. 1. Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 138. n. 4. & 8. Cevall. in proœm. pract.
ex n. 30. Caball. de omn. gener. homicid. n. 373. Gua-
26 zin. de defenſ. in præfat. n. 35. Valenz. conſ. 139. n.
26. Immo paria ſunt contra legem judicare vel con-
tra communem opinionem Franc. Vivius deciſ. 34.
n. 28. quoniam venit appellatione legis: ut ibi per
eum n. 29. Et tradit Beroius conſ. 71. n. 16. vol. 2.
Si verò in articulo reperiuntur duæ opiniones æque
communes, & probabiles, bene poteſt Judex, quam
velit, eligere, etiam in foro conſcientiæ Gutierr. lib.
27 1. Canonic. c. 13. n. 23. Villalob. n. ſumma tract. 1.
difficult. 5. Salgad. d. c. 2. §. 26. Et ſic videbatur non
eſſe locum recurſui: ut inſinuat Salgad. d. n. 26. Gabr.
Pereyr. d. c. 22. n. 5. Oliv. d. q. 17. n. 40. Attamen, ſi
pars appellationem interpoſuerit, cui Eccleſiaſticus
non detulit, dicendum eſt, quod in dubio opinionum
circa juſtitiam cauſæ recurſus ad Regem locum ha-
bere debet. Cum enim appellatio ſit defenſionis ſpe-
cies, quæ nemini deneganda eſt L. 1. ff. de appell. cap.
cum ſpeciale §. porro eod. tit. ubi commun. DD. & cum
28 pluribus Giurb. deciſ. 49. n. 1. Oliva d. q. 17. n. 11. &
12. Salgado de protect. 1. p. cap. 1. præl. 3. num. 81.
Solorzan. de jure Indiar. 2. tom. lib. 4. c. 36. n. 59. Vin-
cent. de Franch. deciſ. 120. n. 4. & 5. In dubio defe-
rendum eſt appellationi, & Judex eam recipere de-
bet Andr. Gaill. lib. obſ. 71. n. 12. Giurb. qui alios dat
dec. 34. n. 8. dec. 49. n. 1. & deciſ. 101. in fin. Unde
ſi rejecta appellatione ad executionem procedat, tac-

tè ex hoc capite reſultat oppreſſio, & violentia noto- 29
ria, quæ recurſui cauſam præbet Cevall. de cognit.
per viam violent. gloſſ. 15. n. 13. Pereyr. de Caſtr. d.
1. p. c. 22. n. 8. Salgad. de protect. 1. p. §. 3. n. 31. &
32. Oliva d. q. 17. n. 41. & ſeqq. Quod intellige,
quando ſumus in caſibus, in quibus regulariter eſt
prohibita; quia in dubio ſtandum eſt regulæ Alciat.
conſ. 68. n. 8. lib. 6. Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. am-
pliat. 3. n. 16. & 17. Salgad. de protect. 2. p. c. 1. n. 203. 30
& 204. Atque ideo ſi caſus fuerit, in quo appellatio
prohibita ſit, & eam Eccleſiaſticus rejiciat, recurſui
locus non erit: ut tradunt Seſſe in d. epiſt. ad Reg. à
n. 92. & ſeq. & deciſ. 114. n. 4. Cevall. inde tract. gloſſ.
1. n. 7. verſ nono deducitur, & gloſſ. 6. à n. 10. & gloſſ.
9. à n. 7. Gab. Pereyr. d. 1. p. c. 7. n. 9. Oliva d. q. 17. n.
26. Ea declaratione, quod ſi ſententia in parte fue-
rit appellabilis, in totum efficietur appellabilis; quam-
vis in alia non ſit appellabilis, Giurb. deciſ. 101. late
Salgad. de protect 2. p. c. 7. à n. 1. & 45. cum ſeqq. In-
telligendo ut per Camunc. ſupra n. 11. & deciſ. 47. n.
13. Salgad. proxime n. 28. & 52. cum ſeqq.
Datur etiam recurſus, quando Eccleſiaſticus non 31
admiſſa exceptione incompetentiæ interpoſitæ ap-
pellationi non detulit, quia vim facit c. ex parte de
appell. c. ſignificaſti de offic. delegati L. ait Prætor §.
permittitur, ff. de minorib. Thuſc. litter. A. concluſ.
359. n. 7. Salgad. de protect. 2. p. c. 1. n. 29. & c. 12. n. 32
29. & 30. Valaſc. conſult. 47. n. 5. Eſt enim exceptio
incompetentiæ præjudicialis, & ea oppoſita Judex in
cauſa principali ſuperſedere tenetur Marania de or-
din. judic. 4. p. diſt. 20. n. 17. Mend. à Caſtro in prax.
lib. 3. c. 3. n. 14. Salgad. de protect. 2. p. c. 18. num.
10. Noguer. allegat. 12. num. 108. Unde, ſi Ju-
dex appellationi interpoſitæ non deſerat, vim fa-
cit. Item bene poteſt appellari à Judice Eccleſiaſti-
co ab inordinato & intricato proceſſu, quando ſi-
mul judicialiter & extrajudicialiter proceditur c. ex-
hibita de judic. Covarr. pract. c. 23. n. 8. verſ. cæte- 33
rum licet, Oſach. deciſ. 25. num. 14. Salgad. de pro-
tect. 2. p. c. 6. à num. 68. & c. 12. num. 137. & c. 18.
num. 30 Surd. deciſ. 16. n. 16. & 17. Et tunc ſi ap-
pellatio interponatur, cui Eccleſiaſticus non detu-
lit, datur recurſus ad Regium Tribunal Salgad. d.
2. p. c. 6. num. 68. & 71. & c. 13. n. 137. & c. 18.
num. 30.
Præterea datur recurſus, quando Eccleſiaſticus 34
non detulit appellationi interpoſitæ ex eo quod nul-
litatis exceptionem reſervavit ad finem litis, & ad
ulteriora procedit Salgad. d. c. 18. n. 40 & 41. Quod
idem erit ſi non deferat appellationi reſervationis ex-
ceptionis, quæ reſpiciunt habilitationem perſonæ,
& quarumcunque exceptionum præjudicialium Sal- 35
gad. d. c. 18. num. 42. Ex ea ratione, quia de ex-
ceptionibus præjudicialibus ante omnia cognoſcen-
dum eſt ſuſpenſa cauſa principali L. 1. C. ſi quis
aliq. teſt. probib. L. ſi eum teſtibus C. de ordin. cog-
nit. L. quoniam C. de adult. L. præſens C. ad L. Flav.
L. ſiquis hæreditatem ff. de petit. hæredit. §. præjudi-
ciales inſtit. de action. Cevall. commun. contra com-
mun. q. 818. à num. 17. cum ſeqq. Salgad. d. 2. p. c.
18. n. 43. Phæb. 2. p. arreſt. 121. Cald. Pereyr. lib.
1. forenſ. q. 25. n. 27. Cyriac. controv. 96. n. 1. Ton-
dut. de prævent. 1. p. c. 15. n. 2. Antonin. Amat. re-
ſol. 80. n. 12. & 13.
Iterum datur recurſus, ſi Ordinarius non detulit
appellationi interpoſitæ à negligentia decidendi
cauſam, quando ter monitus eam non decidit gloſſ.
in c. 2. ad fin. de appell. in 6. & in c. ad aures de ſi-
monia, & cum Philipp. Franc. Innoc. & tradit Salgad. 36
2. p. c. 17. n. 31. Et inſuper datur recurſus, quando
Metropolitanus ſe intromittit ad cognoſcendum de
cauſa in prima inſtantia contra decretum Concil. Tri-
dent. ſeſſ. 24. de reform. c. 20. & non detulit appel-

37 lationi circa hoc interpoſitæ Paz *in praxi tom.2.pral.* 11. quem refert, & ſequitur Salgad. *d. c.17. n.3. &* 4. Ubi quod Metropolitanus in hoc caſu ſine juriſdictione procedit.

Rurſus habet locum recurſus à collatione Beneficii facta ab Epiſcopo ſpreto jure patronatus; quia tunc patrono vim, & manifeſtam facit oppreſſionem
38 Salgad. *de protect. 3. p. c. 9. n. 129. & ſeqq.* ſi patronus erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, & ille eſt ultimus Beneficii ſtatus; qui tantum eſt attendendus *v. conſultationibus de jure patron.* Galdas *de nominat. q.15. n.21.* Gonçales *ad reg. octav. Cancell. gloſſ.45. §.2. à princ. & n.4.* Pereyr. *de Man. Reg. 2.p.c.62.n. 6. & ſeq.* Salgad. *de protect. 3.p.c.10.n.3.* & melius *n. 5. & 6* Nogner. *alleg. 28. n.52.* Poſthius *obſerv. 70. n.52. & ſeqq. & obſerv.71.n.4. & obſerv.32. n.4.* Cald. Pereyr. *conſ.5. n.24. & 25.* Mareſcot. *lib.1.var. c.55. n.12.* Vincent. de Franch. *deciſ.85.n.2.* Capyc. Latro *conſult.153.n.8. & dec.77.n.14.* Quapropter ſi patronus eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi per ſe, vel prædeceſſorem, & præſentatio ſortita eſt effectum; tunc ſi Epiſcopus ab eo præſentatum nolit inſtituere, violentiam & oppreſſionem manifeſtam committit: Et ſic datur ei recurſus ad Judices Regiæ Coronæ: ut præter Salgad. *d.c.9.n.129. & ſeqq.* tradit Pereyr. de Caſtr. *de Man. Reg. 1.p. c.7. n.25.*

Porro datus recurſus ad Regium Tribunal ab Eccleſiaſtico incompetente, qui ſine juriſdictione proce-
39 dit Joſeph. de Seſſe *in epiſt. ad Reg. n. 59. & deciſ. 114. n. 30. & ſeqq* Cevall. *de cognit. per viam violent. 2.p.q.126.n.9. & ſeqq.* Oliva *d.q.16.n.49.* Quod idem dicendum caſu, quo delegatus procedit non oſtenſis litteris ſuæ delegationis, vel excedit terminos illius; quia contra eum datur recurſus. Pereyr. de Caſtr. *d.1.p.c.7.n.8. §. de conſervatoribus,* Oliva *d. q. 16. n.50. & 51.*

Denique datur recurſus ad Regium Tribunal, quando Eccleſiaſticus cognoſcit de cauſa temporali inter laicos, vel contra laicum, & Regiam uſurpat ju-
40 riſdictionem *Ordinat. lib.1. tit. 12. §.5. & lib. 2. tit. 1. §.15.* Covarr. *pract. c.35. n.3.* Seſſe *deciſ.114.n.14. cum ſeqq.* latè Pereyr. *d.1.p.c.10.* Oliva *d.q.10.n.55. & ſeqq.* Salgad. *de protect. 1.p.c.2.n.69.* Aug. Barboſ. *voto 48. n.14.* Ripol. *de Regal. c.2. à n.1. cum ſeqq.*

Hinc fit, quod cum confraternitates laicorum, in quarum inſtitutione non intervenit Epiſcopi authoritas ſint immunes à juriſdictione Eccleſiaſtica ex *Or-*
41 *dinat. lib.1. tit. 62. §.39. in fin.* Valaſ. qui alios laudat *conſult.105.n.53.* non poteſt Eccleſiaſticos compellere ad reddendas rationes coram eo *Ordinat. d. tit. 62. §. 39.* Frideric. *conſ. 130.* Valaſc. *d. conſult. 105. n. 49.* Ideoque ſi Eccleſiaſticus laicos ad reddendas rationes coram ſe adſtringat: vel ſe intromittat in adminiſtratorum electione, vim facit, & ad Regium Tribunal patet recurſus. Et ita judicatum fuit multoties in judicio Regiæ Coronæ, ac in gravamine Joannis de Figueredo Coelho Proviſoris tractus oppidi Nabantiæ quod interpoſuit à Vicario Generali oppidi de Abrantes, cujus decreti verba ſunt.

E deferindo a eſte aggravo de dito Provedor, per que ſe monſtra, que ſende o dito aggravante Provedor da dita Comarca de Thomar, & pertencendolhe pro bẽ de ſeu officio tomar as contas das Confrarias inſtituidas, & adminiſtradas per peſſoas leygas na forma da Ordenaçon, & ſentenças dadas no caſo viſto a dito Vigayro Geral con ſundamento sòmente de dizer eſtà em poſſe per ſy & pelos Vigayros ſeus paſſados de tomar as ditas contas aos mordomos: impede ao dito Provedor tomalas, & naon exercitar ſeu officio. A qual poſſe ainda que naon immemorial, naon podia prejudicar à juriſdiçaon Real nem o dito Vigayro Geral tem alguna, de que poſſa neſta caſo uſar; antes uſurpando a Real procede neſte particular de facto, & ſem juriſdiçaon alguna moleſtando ao Provedor, & meos vaſſallos, à quem eu como Rey, & ſenhor tenho obrigaçaon de acudir, livrandoo das moleſtias, & forças, que ſe lhes fazem. Pelo que mando ſe paſſe carta para vos dito Vigayro Geral, per que vos rogo, & encomendo deſiſtais da dita força, & deineis ao dito Provedor fazer ſeu officio, & lhe levanteis as cenſuras. E naon o fazendo aſſi: &c. Lisboa 24. de Julho de 1645.

Idem judicatum fuit in alio gravamine quod fuit interpoſitum ab Auditore Eccleſiaſtico Prælati de Thomar 28. die Fabruarii anni 1648. Judicibus Didaco Marchaõ Themudo, & Emmanuele Gameyro, ac Doctore Cardoſo. Equidem procedit in Viſitatore, qui etiam non poteſt cogere adminiſtratores ſæculares ſuæ adminiſtrationis rationes reddere: ut judicatum fuit in gravamine interpoſito ab adminiſtratore confraternitatis Divini Sacramenti Eccleſiæ de Sote Epiſcopatus Portuenſis ad Senatum Portuenſem 13. Januarii anni 1632. Super qua ſententia in Palatino Senatu declaratum fuit per decretum, quod vulgo dicitur *Aſſento* Chartas Judicis Regis Coronæ rite, & recte fuiſſe expeditas 16. die Novembris anni 1632. per Senatores Ludovicum Mendez Barreto, Joannem de Frias Salazar, & Ferdinandum Cabral. Idem judicatum anno 1633. 23. die Aprilis in gravamine proviſoris de Thomar, quod interpoſuit à Proviſore, & Auditore Prioratus do Crato Militiæ Hoſpitalis Sancti Joannis. Ubi judicatum fuit quod etiam in terris ejuſdem militiæ non poterat Eccleſiaſticus rationes exigere ab adminiſtratoribus confraternitatum laicarum, & tantum poſſe providere circa onera pia.

Deinde non poteſt Epiſcopus, neque alius Præla- 42
tus ſe intromittere in electionibus Capellani confraternitatis ſæcularis, ſeu privati alicujus ſacelli: ut judicatum fuit in gravamine Decurionum oppidi de Alcontim interpoſito à Capitulo Epiſcopatus Sylvenſis, nunc de Faro; Regni Algarbiorum, cujus ſententiæ hæc ſunt verba.

Acordaon em Relaçaon, &c. Viſtos eſtes autos de aggravo que os aggravantes officiaes da Camera da Villa de Alcontim, & da Confraria de Noſſa Senhora da Conceiçaon ſita na hermida, que eſtà junto da dita Villa, a que aſſiſte o Procurador da Coroa, tiraraon do Cabido da See de Faro: monſtraſe que ſendo os aggravantes leigos, & da juriſdiçaon do dito Senhor, & eſtando empoſſe antiquiſſima de adminiſtrata dita Confraria, & de eleger officiales della, & Capellaens, que diſſeſſem as Miſſas ida obrigaçaon por ſer a Confraria inſtituida, & adminiſtrada por leigos officiaes da dita Camera & tendo eleyto neſte praſente anno ao Padre franciſco Fernandez para dizer as Miſſas da devaçon da dita Confraria, por mandado do dito Cabido foy notificando com pena de excommunhaon, que naon ſerviſſe de Capellaon, nem diſſeſſe as Miſſas da dita Confraria. No que o dito Cabido faz força notorio aos ditos aggravantes, mandandoos, & os bulhandoo da dita poſſe, & uſurpa a juriſdicaon do dito ſenhor: por quanto ſendo a Confraria de leygos, ſe naon pode entrometer nas eleiçoens della conforme as Ordenaçoens deſte Reyno, & concordatas, & sòmente per via de viſitaçaon pode prover ſobre o pio. O que viſto, mandaon ſe paſſe certa para o dito Cabido, per que o dito Senhor roga, & lhe encomenda deixẽ ſervir o dito Capellaon aſſi eleyto & o naon priva da poſſe, em que eſtà, neu proceda contra ella. E naon o querendo aſſim fazer, o que delle ſenaon ſpera, mandaon as Juſtiças do dito Senhor lhe nam obedaçaon, nem guardem ſuas ſentenças, mandados, nem procedimento, nem evitem aos agravantes, nem ſeu Capellao per ſuas cenſuras, nem lhe levem penas de excommungados. Lisboa 20. de Agoſto de 1634.

Peſſoa Sertaon. Pinto Pereyra.

Et

Et cum Capitulum recuſaſſet implere Chartas Judicis Regiæ Coronæ; audito Capitulo in Senatu Palatino decretum fuit Chartas Judicis Regiæ Coronæ rite, & recte fuiſſe expeditas die 15. Junii, anni 1635. Judicibus Salazar; Barreto, & Cavalho.

Deinde non poteſt Eccleſiaſticus ſe intromittere
43 circa ornamenta, & veſtimenta confraternitatis ſæcularis: ut judicatum foit in gravamine adminiſtratorum Confraternitatis Martyrum oppidi de Punhere interpoſito à Vicario ſeu Archi-presbitero ejuſdem oppidi de Punhere die 25. Aprilis anni 1626. Neque etiam Eccleſiaſticus ſe poteſt intromittere circa eleemoſinas, quas petunt idem confratres: ut judicatum fuit in Senatu Portuenſi in gravamine adminiſtratorum confraternitatum ſæcularium Parochiæ de Villa Franca oppidi de Barcellos 24. die Novembris anni 1606. Prout neque Eccleſiaſticus ſe poteſt intromittere circa pœnas, & mulctas, quas Decuriones ſolent imponere eis, qui non incedunt, & comitantur proceſſiones ſolemnes, quæ fiunt in aliquibus feſtivitatibus annuis, juſſu Decurionum ſecundum conſuetudinem: ut etiam fuit judicatum in gravamine incolarum Vici de Arcozello die 10. Novembris anno 1609. Proindeque Eccleſiaſticus non poteſt ſe intromittere circa diſtributionem mulctarum, & pœnarum quæ infliguntur adverſus eos, qui diebus feſtivis Divino Miſſæ ſacrificio non interſunt, quando Parochiani ſunt in poſſeſſione illas expendi in ſumptus fabricæ: ut judicatum fuit in Senatu Portuenſi die 10. Novembris anni 1610. in gravamine Parochianorum de Montaria Archiepiſcopatus Brachrenſis.

Dubium tamen eſt: An poſt Concilium Tridentinum, & ejus Decretum *ſeſſ.22. de reformat. c.9. & ſeſſ.7. c. ultim.* poſſit Ordinarius, Epiſcopus ſcilicet,
44 vel ejus Viſitator hoſpitalia, & confraternitates laicorum viſitare, & ab adminiſtratoribus rationes exigere? Quia in prædictis Decretis Concilii generaliter diſponitur Epiſcopum poſſe cogere ſæculares ad reddendas rationes hoſpitalium, & confraternitatum, non obſtante quacunque conſuetudine, aut privilegio? niſi inſtitutione, aut fundatione aliud ſit diſpoſitum: Et quod etiam tunc Ordinarius admittendus eſt cum his, qui juxta fundationem, vel conſuetudinem rationes exigere poſſunt. Et pro parte affirmati-
45 va ſtant Decreta ſacri Concilii, & tex. *in Clement. quia contingit de Religioſ. domib.* Mart. *de juriſdict. p. 2. c.18.* Mar. Antonin. *var. reſolut.* 14. *n. 7. verſ. ſi vero.* Et plures alii relati ab Auguſt. Barb. *de poteſt. Epiſc. p.3. alleg.75. n.2. & ſeqq. & in collat.ad Concil.Trid. ſeſſ.7. c. ult. n.2. & ſeſſ.22. de reform.c. 9.n.7.& 8.* Gutierr. *lib.1. Canonicar. q. 35. n.29.* Et pro hac ſententia aliquando judicatum fuit in ſupremo Senatu ex lege Regis Sebaſtiani; qua decreta ſervari juſſum fuit.

Nihilominus tamen negativa ſententia in hoc Regno verior, & ſequenda eſt: quæ habet Epiſcopum
46 non poſſe aliquid diſponere circa hoſpitalia ſæcularia, & confraternitates laicorum ab ipſis erectas, & adminiſtratas, juxta *Ordinat. lib.1, tit.62. §.39.* Quæ tamen illi concedit, ut poſſit providere, & inquirere de operibus piis, ut illa adimplere faciat, & ſuper hoc adminiſtratores coerceat, dummodo rationes redditenum hoſpitalium, vel confraternitatum non exigat; neque circa alia, quam piorum operum executionem ſe intromittat Tuſch. *littor. H. concluſ.160. n.8.* Valaſc. *conſult.106. n.55.* Gabr. Pereyr. *de Man.Reg.p. 1. c.17. num. 7. & 10.* Cabed. *p. 1. deciſ. 204. & de patron. Reg. Coron. c. 42.* Et ita judicatum fuit die 7. Januarii anni 1631. in gravamine, quod interpoſuit Antonius Couceyro Proviſor Civitatis Leyrienſis à Vicario Generali illius Epiſcopatus, revocatis aliis ſententiis, quæ in contrarium latæ erant. Verba ſententiæ quoad hanc partem ita ſe habent.

E quanto a outra parte, do que o aggravate proveo, declarando, que os Mordomos da dita Confraria non preſtaſſem ſogeiçaon Uſitadores do Ordinario Eccleſiaſtico, mais que no tocante ao cumprimento dos encargos pios contra o julgando pela dita ſentença] he faz ou reſimo dito Vigayro Geral vexaçaon & força notoria, com uſurpaçaon da juriſdiçaon Real: & por quanto o que o dito aggravante proveo he conforme ao que, neſta materia eſt à determinada pela Ordenaçaon, & concordatas do Reyno, & julgado de longo tempo, aſſim por multiplicadas ſentenças: ſem embargo do que contra iſto ſe julgou na ſentença referida, em cujos fundamentos ſe naon allega cauſa ſpecial, per que nulla e podeſſe julgar contra as ditas multiplicadas ſentenças, Ordenaçoens, & concordatas: antes a dita ſentença contem em ſeu theor erro expreſſo, em quanto ſe funda na Extravagante, que no tempo, em que foy dada eſtava em contrario, do que ſe julgou na dita ſentença. E poſto que o ſenhor Rey Dom Sebaſtiaon paſſou depois da dita Extravagante Alvara, per que mandou gardar o Concilio ſem conſideraçaon ao de poſto pela dita Extravagante: com tudo na nova compilaçaon da nova Ordenaçaon ſe mandou guardar por ley o que eſtava diſpoſto pella dita Extravagante, & concordata, E conforme a ella ſe julgou ſempre a favor da juriſdiçaon ſecular antes, & depois do Concilio, declarando ſe que o Ordinario Eccleſiaſtico naon pode tomar, conhecimento mais que dos encargos pios conforme as Ordenaçoens do Reyno, & concordatas delle. Pelo que a dita ſentença he, & foy de direito nulla, por tal a julgaon conforme às ditas Ordenaçoens, & concordatas. O que viſto, mandaon ſe paſſe carta ao dito Vigayro Geral, per que o dito Senhor, lhe roga, & encomẽda deſiſta da dita força, & naon proceda contra o agravante con cenſuras, &c.

Et quia Vicarius noluit adimplere chartas Judicis Regiæ Coronæ, vocatus fuit ad Senatum Palatinum, ubi auditis partibus decretum fuit, quod chartæ fuerunt ritè, & rectè expeditæ Verba Decreti ita ſe habent.

Foraon ovidos neſta menſa o Procurador da Coroa, & Juiz dos feitos della com o Vigayro General de Beſpado de Leyria ſobre o caſo contendo neſtes autos & aſſentouſe que as cartas do Juizo da Coroa eſtavaon bem paſſadas & ſe deviaon cumprir. Lisboa 13. Julii de 1631. Gabral, Pimenta de Abreu, Salazar, & Barreto.

Et vere quidem confraternitates, quæ authoritate 47
Prælatorum fuerunt erectæ, ſunt loca pia, & Religioſa *c. 1. de cenſibus lib.* ibi: *Et alia Religioſa & pia loca, cap. ad hæc de Religioſ. Domib. Clement. quia contingit eodem tit.* Gutierr. *lib. 1. Canonicar. cap.35. n.18.* Gama *deciſ. 309. n.6.* Cabed. *1.p. deciſ.204.* Valaſc. *conſult.105. n.34.* Gabr.Pereyr. *d.c. 17. n.8.* Auguſt.Barboſ. *d.alleg.75. n.14.* Atque ita in his confraternitatibus ad ipſos Epiſcopos privativè ſpectat viſitatio *Ordinat. libr.1. tit.63. §. 43.*

At vero ſi confraternitas, hoſpitale vel albergaria 48
conſtituta eſt per laicos, & ab ipſis adminiſtratur, ad Magiſtratus ſæculares pertinet omnis viſitatio, & rationum exactio *Ordinat. d.tit.62. §.39.* Faber. *in §. nullus Inſtit. de rer. diviſ. verſ. ſi quis Bart.* Pariſ. *conſ. 34. n. 15. lib. 4.* Cabed. *de patron. Reg. Coron. c. 42.* Gabr.Pereyr. *d.c.17. n 7.* Auguſt. Barboſ. *d. alleg.75. n.14.* latè Valaſc. *d.conſult.105.* & Gutierr. *d. q. 35.* Et hoc caſu Epiſcopus tantum poteſt inquirere, An opera pia exequantur? ut optimè deciſum fuit in dicta ſententia, & probant ſuperius relati. Quare ſi Eccleſiaſticus ſe intromittat circa prædicta hoſpitalia, & confraternitate ultra executionem piorum operum, ab eo dabitur recurſus ad Regium Tribunal: ut ſupra diximus: & etiam judicatum fuit in hoc Senatu die 5. Julii anni 1633. in gravamine

Rectoris, & aliorum adminiſtratorum confraternitatis Spiritus Sancti oppidi de Arronches, quod interpoſuerunt confratres ab Epiſcopo Portalegrenſi: & in alio Judicis Foranei ejuſdem oppidi de Arronches ſuper electione eremitæ Eccleſiæ dictæ confraternitatis. Quæ ſententiæ per Decretum Senatus Palatini fuerunt approbatæ die 8. Martii anni 1634.

49 Præterea dubitari poteſt: An mortuo Clerico, qui hæredem laicum inſtituit, illius inventarium pertineat ad Judicem ſæcularem, vel Eccleſiaſticum. In qua quæſtione duo caſus conſtituendi ſunt. Primus eſt quando agitur de inventario conficiendo poſt aditam hæreditatem à laico, vel adeptam poſſeſſionem: Et tunc apud omnes conſtat, quod inventarii confectio ad Judicem pertinet ſæcularem, quia adita hæreditate bona efficiuntur patrimonium ipſius hæredis, & jam non dicuntur patrimonium defuncti *L. ſed & ſi plures §. filio impuberi, ff. de vulg. L. ejus qui verſ. hæreditati ff. ſi certum petatur L. hæres 43. ff. de adquir. hæred. gl. verb. unum in L. 1. §. veteres ff. de adquir. poſſeſſ.* Ant. Gomez. *in L. 22. Tauri n. 13.* Pich. *ad rubr. Inſtit. de hæred. inſtit. n. 16.* Ludov. Poſt *reſol. 12. n. 24.* Cyriac. *contr. 550. n. 24.* Salgad. *in labyrinth. cred. 1. p. c. 9. n. 11. q. 12.* Surdus *deciſ. 515. n. 2.* Menoch. *de arbitr. caſu 156. n. 9.* omnino videndus Arias de Meſa *lib. 2. var. cap. 29. n. 11.* Vincent. de Franch. *deciſ. 92. n. 4.* Giurb. *de ſucceſſ. feudor. pral. 4. n. 44. verſ. nec poteſt de hærede*, Valenz. *conſ. 133. n. 4.* Joſeph. Vela *diſſert. 5. n. 40.* Andr. Gail. *de Pac. publ. lib. 2. c. fin. 15.* Propter quam rationem prædictam ſequuntur opinionem Guid. Pap. *dec. 161.* Joann. Gallus *in arreſt. Pariſ. 212.* quos refert, & ſequitur Petr. Barboſ. *in L. hæres abſens in princ. n. 177. ff. de judic.* Qui *n. 179.* ita intelligit generalem doctrinam Guid. Pap. Sequuntur Gutierr. *pract. quæſt. lib. 2. q. 49. n. 1.* Mart. *de juriſd. 4. p. caſu 122. n. 16.* Pereyr. de Caſtr. *in Man. Reg. 1. p. c. 16. n. 20.* Cabed. *p. 1. deciſ. 81.* Bovad. *lib. 1. c. 4. n. 179.* Oliva *de for. Eccleſ. 1. p. q. 31. n. 2.* Et in his terminis pluries judicatum fuit in Senatu contra Judicem Eccleſiaſticum, qui ſe intromittebat in factione inventarii bonorum Clerici, poſtquam laicus eorum poſſeſſionem fuerat adeptus in gravamine Didaci dos Reys Germani: cujus ſententiæ verba ſunt.

Acordaon em Relaçaon, &c. Viſtos eſtes autos de aggravo, que tirou Diego dos Reys Almaon do Vigayro Geral deſte Arcebiſpado; & como ſe moſtra aggravante ſer leygo, & da juriſdiçaon ſecular, & eſtar de poſſe dos beens profanos, que ficaraon por morte do Clerico defunto como parente mais chegado como he a mulher do aggravante, em quanto naon apereceſſe a mãi do Clerigo augente no Braſil. Pelo que em o dito Vigaro querer fazer inventario deſtes beens, & comſtellir o agravante, que os traga a ſeu juizo, naon lhe pertencendo conhecer delles: avoxa aos ſupplicantes com cenſuras, & uſurpara juriſdiçaon do dito Senhor. O que viſto, & o mais dos Autos, mandaon ſe paſſe carta: &c. Lisboa 13. de Abril. de 1612. Brandõ, Figuredo, Tinogo. Et cum Vicarius Generalis ſententiæ obedire recuſaſſet, negotium delatum fuit ad Palatinum Senatum. Ubi audito Vicario ſententia fuit approbata decreto ipſius Senatus die vigeſima ſecunda Maii anni 1612. Idem judicatum in alio gravamine interpoſito à Vicario Generali oppidi da Torre do Moncorvo die 18. Aprilis annis 1592. in Senatu Portuenſi. Ac in illa ſpecie etiam hæres laicus bonorum poſſeſſionem fuerat adeptus. Idem judicatum in gravamine Hieronymi Ferraz Civitatis Mirandæ, qui etiam poſſeſſionem bonorum Clerici jam nactus erat, & ſententia lata fuit in Senatu Portuenſi die 23. Julii anni 1593. Idem judicatum in gravamine Barbaræ Barboſæ, quod interpoſuit à Vicario Generali oppidi de Villa Real, quæ jam bona poſſidebat. Quare jam in hoc primo caſu dubitationi locus non eſt.

Secundo verò caſu, quando adhuc hæreditas Clerici non eſt adita à laico quamvis ille hæres ſit inſtitutus, major videtur eſſe dubitatio; quoniam dum hæreditas jacet, defuncti perſonam repræſentat. *L. hæreditas ff. de adquir. domin. §. ſervus alienus Inſ-* 50 *tit. de hæred. L. denique §. quæſitum in fin. ff. quod vi, aut Clam.* Petr. Barboſ. *in d. L. Hæres abſens nu. 181.* Gutier. *de Gabel. q. 88. nu. 7.* Atque ita ut perſona Clerici etiam ratione bonorum in vita erat exempta à poteſtate ſæculari tam ratione perſonæ, quam bonorum; ita etiam bona exempta ſunt à juriſdictione ſæculari, cum defuncti privilegio fruantur, quod etiam bonis conceſſum eſt Covarr. *pract. c. 31. n. 1.* Felin. *in c. Eccleſia Sancta Mariæ nu. 8. de conſtit.* Petr. Barb. *in d. L. hæres abſens n. 210. & ſeq.* Pereyr. de Caſtr. *d. c. 16. n. 21.* Oliva *d. q. 31. n. 4.* Qui dicit hanc fuiſſe mentem Guidonis Pap. & aliorum, 51 qui aſſerunt quod hæreditate jacente confectio inventarii bonorum Clerici pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum. Et hæc videtur verior ſententia & ſecurior; quamvis contrarium teneatur Gutier. *d. lib. 2. pract. q. 49. n. 3. verſ. nihilominus tamen.* Cujus rationes improbat Barboſ. *ubi ſupra 184. & duob. ſeqq.* qui à *nn. 192. cum ſeqq.* defendere conatur opinionem Gutierrez. Ex eo quod publicatio teſtamenti Clerici fieri debet coram ſæculari, & cum inventarium ſit præparatorium, & quaſi pars teſtamenti, ſequi 52 debet ipſius naturam; & conſequenter confici per Judicem ſæcularem apud quem publicatio teſtamenti fieri debet. Ideoque cum ſæcularis ſit Judex præparati, etiam debet eſſe Judex præparantis Barboſ. *ubi ſupra n. 196.* Sed hæc ratio reprobatur à Pereyr. de Caſtr. *d. cap. 16. n. 19.* Et quidem recte, quoniam inventarium non reſpicit publicationem teſtamenti, neque inſinuationem ipſius. At vero fuit inventum in favorem hæredis, ut bona hæreditaria conſerventur, & evitentur rapinæ, & expilationes. Quapropter prior ſententia amplectenda; ita quamvis Clericus laicum inſtituat hæredem, jacente hæreditate inventarium pertineat ad Eccleſiaſticum; qui in eo procedere debet, quouſque accedat hæres laicus, qui ſe hæredem profiteatur; tunc enim ſtatim acta inventarii ſunt remittenda ad Judicem ſæcularem: ut bene advertit Gabr. Pereyr. *d. cap. 16. n. 21. circa fin.* Ubi ſic eſſe intelligendos ait Oliva *d. quæſt. 31. n. 7. & 8.* Quare juxta ſuperius tradita quocunque caſu, quo hæres laicus adierit hæreditatem Clerici, ſi Eccleſiaſticus ſe intromiſerit in confectione inventarii, uſurpare dicitur juriſdictionem Regalem, & ab eo poteſt gravamen interponi.

Et juxta ſupra dictam diſtinctionem decidendus 53 eſt caſus, in quo Clericus deceſſit ab inteſtato relictis conſanguineis laicis, qui ei ſucceſſuri ſunt; namque ante aditam hæreditatem inventarium pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, poſt aditam vero ad Judicem ſæcularem: ut optime tradit Gabr. Pereyr. *d. c. 16. nu. 28. & 29.* Oliva *de for. Eccleſ. 2. p. q. 31. nu. 23. & ſeq.* Apud quos invenies plures alias quæſtiones notatu dignas.

Sed obſtare videtur, quod ſi Clericus decedit ab 54 inteſtato, bona ejus fori privilegium amittunt; & ſi ad conſanguineos laicos pertineant, vel ad fiſcum in eorum defectum, tanquam laica cenſenda ſunt: ut ex Guid. Pap. *d. dec. 261.* & ejus Additionare Petr. Matth. Guillelm. Bened. Franc. Marc. Covarr. Gutierr. Lazarte, & Bovad. tradit Solorz. *de jure Indiar. 2. tom. lib. 4. c. 7. n. 32.* quibus addo Cabed. *2. p. dec. 81.* Ubi, quod mortuo Clerico, qui filios minores reliquit, inventarium pertinet ad Judicem Orphanorum ſæcularem. Et quidem Solorzanus ubi proxime docet inventarium Clerici, qui apud Indos deceſſit ab

inteſtato,

inteſtato, quando laici ſunt hæredes, pertinere ad
Judicem laicum defunctorum. Ac denique in Senatu
judicatum fuit 24. Maii anni 1634. in gravamine
Daci Vaſquii Gago Orphanorum Judicis oppidi de
Campo de Ourique ad ipſum pertinere inventarium
Clerici, qui conſanguineos ætate minores hæredes
inſtituit, nulla facta declaratione, an hæreditas eſſet
adita, necne? Quæ ſententia per decretum Senatus
Palatini fuit approbata de 15. Maii anni 1635. Unde
videbatur dicendum, quod quoties apparuerit hæ-
redes ab inteſtato eſſe laicos ad Judicem ſæcularem
inventarium pertinere. Nihilominus tamen à prædic-
55 ta dictione recedendum non eſt. Et quidem deciſio
Cabed. procedere poteſt ex eo, quia cum Clericus
filios haberet minores, quos legitimos ſupponere de-
bemus in illis aditio neceſſaria non erat cum ſuivita-
tis jura conſervarent: Et ſic nihil mirum, quod abſque
aditione hæreditatis inventarium ſpectaret ad Judi-
cem Orphanorum. In caſu autem oppidi de Ourique
ſupponendum eſt ex parte minorum bona fuiſſe peti-
ta: Ac proinde aditam fuiſſe hæreditatem; cum adi-
tio ea ſolum probetur, quod quis ſe alicujus hære-
56 dem nominat juxta doctrinam Bart. *in L. gerit. nu.
14. ff. de adquir. hæred.* Ludoviſ. *deciſ.* 460. *nu.* 1.
Tondut. *reſol. civil. cap.* 109. *n.* 24.
57 Nunc quæritur: An Judex Eccleſiaſticus in men-
ſibus ſuæ alternativæ poſſit aliquid decernere circa
bona eorum, qui ab inteſtato deceſſerunt, ut ex
prædictis bonis certa quantitas erogatur in ſuffragiis,
& aliis piis operibus pro anima defuncti; Et an con-
ſtitutiones Epiſcopatuum, in quibus certa, quota
deſignatur validæ ſint, & obſervandæ? Et quidem
licet tam ad Judicem ſæcularem, quam ad Eccleſia-
ſticum ſpectet executio ultimarum voluntatum; ut
58 probatur *ex toto tit. Ordinat. lib.* 1. *tit.* 62. *& tit. de
teſtam. in Decret.* Tamen nullibi repetitur expreſſum
poſſe Eccleſiaſticum aliquid diſponere ſuper bonis
eorum, qui ab inteſtato deceſſerunt. Cum enim bo-
na ſint profana, & per aditionem hæreditatis effician-
tur patrimonium hæredis ſæcularis, nullum Eccleſia-
ſticus habet juriſdictionem circa prædicta bona, qui
inteſtatus relinquere cenſetur venientibus ab inteſta-
to ſine aliquo onere *L. ſiquis cum nullum L. confi-
ciuntur* 8. *in princ. ff. de jure codicillor. gloſſ. in L.
non juſtum verſ repetitum in fin. C. ad Trebell.* Et qui
non teſtatur, videtur alienare invenientes ab inteſ-
tato *L. codicillis* §. *matre ff. de legat.* 2. Surdus *de-
ciſ.*272. *n.*8. *verſ. præmiſſis, & in fine deciſion.* Hiero-
nym. Leo *deciſ.* 12 *n.*17. Mant. *de conject. ultim. lib.*7.
*tit.*7. *n.*14. Caſſanat. *conſ.* 37. *n.* 28. Fontan. *tom.*1.
*clauſ.*4. *gloſſ.* 23. *n.* 10. & 11. Seſſe *dec.* 48. *nu.* 7. &
dec. 53. *n.* 6. Antonin. Amat *var. p.*2. *reſol.*76. *à n.*
18. *cum ſeqq.* Giurb. *ad ſtatut. Meſſan. cap.* 6. *gloſſ.*
11. *n.*15. Cancer. *lib.*1. *c.*2. *n.*116. & *cap.* 8. *n.* 9. 79.
Olea *tit.* 3. *q.* 1. *n.* 37. Adeo ut neque ipſe Proviſor
ſæcularis poſſit aliquid providere circa inteſtatorum
59 bona. Quod probatur ex argumento *Ordinat. d. tit.*
62. §. 24. Ubi diſponitur, quod fiat executio teſta-
mentorum, eodem modo codicillorum; ſed nihil diſ-
ponitur circa bona inteſtatorum Atque neque Pro-
viſor, neque Judex Eccleſiaſticus aliquid diſponere
poſſunt circa prædicta bona. Et ſic neque conſtitu-
tiones Epiſcopatuum diſponentium, quod certa quo-
ta bonorum expendatur in ſuffragiis, & operibus piis
obſervandæ ſunt tanquam diſponentes circa profa-
na, in quibus Eccleſiaſticus nullam habet juriſdictio-
60 nem. Et ideo ſi Eccleſiaſticus ſe intromiſerit ad coer-
cendos hæredes laicos pro quota hæreditatis ad ſuf-
fragia, vel addendas rationes quantitatis inventario,
& partitionibus ſeparatæ ad aliqua ſuffragia peragen-
da, violentiam, & oppreſſionem facit notoriam cum
uſurpatione Regalis juriſdictionis; & ab eo datur re-
curſus ad Regium Tribunal; ubi proviſio conceditur.

tur. Et ita deciſum fuit gravamine Judicis Orphano-
rum oppidi de Arronches, quod impoſuit à Doctore
Franciſco Gonçalves Proviſore Epiſcopatus Porta-
legrenſis: & Senatus decretum ſic ſe habet:

*Acordam &c. Que viſto eſte inſtrumento, que o
Juiz dos Orfaons da Villa de Arronches tirou por
mandado do Provedor da Comarca dante vos Provi-
ſor de Biſpado de Portagre a Douto Franciſco Gonça-
ves de vos entremeterdes a tomar contardas peſſoas
leygas, que morrem ab inteſtadas mandando geſtar
das terças de ſuas frazendas, o que vos perece E ca-
mo a vós dita Proviſor per nẽñũa via pertence entre-
metervos no dita caſo, nem para iſſo tendes juriſdi-
çaon, ſendo as peſſoas leygas, & de minha juriſdiçaon,
& os beẽs, que delles ficaõ profanas, os quais de pois
da morte do defunta ſe fazen logo patrimonio de ſeus
herdeyros, quias herdeiros ſendo outraa legos vos
dito Proviſor nãm tendes nelles, nem em ſua fazenda
juriſdica: E pois os defunto nam quis diſpor de ſua te-
rea ſegunda direito, ſoy viſto querer deixala a ſens her-
deiros Pelo que naon ſe pode pelas Juſticas Eccleſiaſti-
cas ſobre eſte caſo entende com as ditas peſſoas, & ſous
beens; & ſomente a deſpeza da funeraria ſaon os her-
deiros obrigados a fazer, & iſto do monte, mayor, &
naon da terças a qual deſpeza do enterramento, nem
ainda a vos Proviſos pertence, & ao Provedor, ou Juiz
dos Orfaons pertence. O que ſomente mande ao dito
Provedor, & Juiz que facaon fazer, & no mais ſe naõ
entremettraõ o dito Provedor, nem Juis dos Orfaons
por tambem nano poderem mandar, gaſtar, nen fazer
tais teſtamentos, & deſpezas contra a vontade dos
herdeiros, a que pertence a fazenda ab inteſtata E
viſto mais como vos dito Vigayso, & Proviſor mandais
ter livros de notas Notarios Apoſtolicos aſſinados per
vós para fazerdos teſtamentos as peſſoas leygas o que
naon pódem fazer, nem vós Proviſor tal mandar, nem
ordinar por pertencer aos meus officios da juriſdiçaon
ſecular ſomente fazerem notas, & teſtamentos Man-
doſque ſe paſſe certa para vós dito Proviſor, & Juſti-
ças Eccleſiaſticas, per que vos rago, & encomendo,
que naon conheçais dos ditos caſos, nem perturbeis
minha juriſdiçaon, & mandeis abſolver ao ſupplican-
te, & levanteis voſſos procedimentos, & cenſuras, &
mandeis que Notarios Apoſtolicos nam tenhaon tais
livros, nem tomem nelles teſtamentos. E naon o fa-
zendo vós aſſim, manda as minhas Juſtiças que naon
cumpraon voſſos mandados, & procedimentos, nem
vos obedeçaon, nem evitem ao ſupplicante, nem lhe
levem pena de excommungado. Dado em Lisboa a
27. de Agoſto pelo Doutor Jorge da Cunha do ſen De-
ſembargo, & Deſembargador das Aggravos, & Juiz
de ſeus feitos na Supplicaçaon Gaſpar Gomez à fez
por Jocome de Villasboas, anno 1567.*

Neque etiam viſitator poteſt cognoſcere circa bo- 61
na eorum, qui deceſſerunt ab inteſtato, neque vi-
dere, quod de eorum bonis fiant expenſæ quoad ſuf-
fragia, & opera pia: ut judicatum fuit in gravamine
Didaci Monteyro oppidi da Torredo Moncorvo in
Senatu Portuenſi die 22. Maii anni 1613. Quod idem
fuit judicatum in gravamine Nonii Alvarez Pereyra
Judicis Orphanorum Civitatis Juliæ Pacis, quod in-
terpoſuit à Vicario ejuſdem civitatis. In qua ſenten-
tia declaratum fuit Judicem Orphanorum poſſe in in-
ventario, & partitionibus deducere, quod ſibi videbi-
tur ad erogandum in ſuffragiis pro anima defuncti jux-
ta conſuetudinem, qualitatem, & vires patrimonii
die 25. Maii anni 1630. Et prædicta ſententia fuit
approbata in Senatu Palatino die 16. Februarii anni
1632. Et in aliis cauſis idem fuit judicatum. Ac in
ſumma Eccleſiaſticus non poteſt cogere hæredes de-
functi ab inteſtato ad expendendam certam ſummam
pro ejus anima; ſed tantum ad facienda ſuffragia jux-
ta conſuetudinem, & qualitatem defuncti.

62 Non obſtat quædam lex Regis Emmanuelis promulgata die vigeſima prima anni 1515. qua cavebatur certam tertiæ quot tam hæreditatis expendendam eſſe in ſuffragiis defuncti; quoniam illa lex non fuit uſu recepta: Et ideo non obligat: ut diximus *ſupra c.* 10. *n.* 87. Et ita inveni in quibuſdam manuſcriptis celeberrimi Doctoris Thomæ Pinheyro da Veyga, qui teſtatur, quod cum anno 1640. valuiſſent practicari dictam legem, ſe cum Tribuno Plebis hujus Civitatis contra eam oppoſuiſſe; & in judicio confirmationum fuiſſe per decretum nullam judicatam.

63. Rurſus ſuppoſito, quod Judex Eccleſiaſticos poſſit ſe intromittere contra ſæculares, ut defunctorum voluntates mandentur executioni: ut probatur *ex Ordinat. lib.* 1. *tit.* 62. §. 4. *& lib.* 2. *tit.* 9. §. 2. Ubi conceditur alternativa inter Eccleſiaſticum, & ſæcularem. Tamen Eccleſiaſticus tantum procedere poteſt contra executorem teſtamenti laicum; non vero habet juriſdictionem ad procedendum contra hæredem laicum, vel tertium bonorum poſſeſſorem; quia hi omnes conveniendi ſunt coram ſæculari *Ordinat. d. tit.* 62. §. 2. ibi: *Ou poſſuidos por outrem* & §. 39. ibi: *E conſtranger os mordomos, & confrados à ſeguir as demandas, que ſe moverem entre leigos ſob o beens, ou dividas ditas caſas; porem aos Juizes pertence o conhecer dos ditos feitos, & naon aos Eccleſiaſticos.* Et §. 41. ibi: *E proceder contra os adminiſtradores*, Et §. 44. Et ſic Eccleſiaſticus concedere poterit tempus teſtamentario ad agendum contra hæredem, vel alios poſſeſſores; ipſe verò contra eos procèdere nequit Guilhelm. Bened. *in c. Raynutius verbo abſque liberis c.* 2. *n.* 165. Cevall. *commun. contra commun q.* 1.
64 *n.* 962. quoniam executor teſtamenti poteſt inplorare judicis officium, ut hæres, poſſeſſorve hæreditatis compellatur tradere bona ad hoc ut debita & legata ſolvantur; immo etiam, ut hæres compellatur adire Covarr. *in c.* 3. *de teſtam. n.* 3. Greg. Lopez. *in L.* 4. *tit.* 10. *partit.* 6. *verbo no ha poder*, Seraphin. *deciſ.* 842. Gabr. Alvar. de Valaſc. *de privileg. pauper. p.* 2. *q.* 63. *n.* 2. Caſtill. *de alim. cap.* 54. *n.* 4. ſed cognitio cauſæ pertinet ad Judicem ſæcularem, ſi hæres, vel poſſeſſor laicus eſt. Quapropter ſi Eccleſiaſticus procedat adverſùs hæredem, vel poſſeſſorem bonorum, aut debitorem hæreditatis laicum, oppreſſionem, & violentiam committit: ut judicatum fuit in grava-
65 mine Ludovici de Melo de Tovar interpoſito à Judice Eccleſiaſtico Reſiduorum: & verba ſententiæ, ita ſe habent.

Acordaon em Relaçaon, &c. Vitos eſtes autos de aggravo que o aggravante Luis de Mello de Tovar, à que aſſiſte o Procurador da Coroa do dito Senhor tirou do Doutor Belchior Vaz Correa Deſembargador da Relaçaon Eccleſiaſtica, & Juiz dos Reſiduos. Moſtraſe que ſendo o aggravante leigo, & da juriſdiçaon do dito Senhor, & poſſuidor de hũa quinta, que Franciſco Fernandez Monſanto ſeu pay comprou à Dona Joanna de Goes, o dito Juiz dos Reſiduos procede contra elle, & lhe embarga ſeus beens, & o obriga a doceen mil reis a hua Violenta de Magalhaens, por dizer q' a dita Joanna de Geos deixara, de legado à dita Violenta de Magalhaens, no que o dito Juiz dos Reſiduos procede de facto, & ſem juriſdiçaon alguã no caſo pryente, & uſurpa a do dito Senhor. Por quanto o dito aggravante Luis de Mello naon foi teſtamenteiro da dita Joanna de Goes, antes ouve della a dita quinta por titulo particular de compra: & poſto que ella em ſeu teſtamento encommendaſſe a ſua herdeyra, & teſtamentyra, que a tiraſſe do poder do dito Franciſco Fernandez Monſarto pela lezaon, que diz tinha para desfazer a venda, & que de procedido della pagaſſe o legado dos ditos cem mil reis naon ſe podia o dito Juiz dos Reſiduos intrometer em julgar, nem era Juiz deſta reivindicaon por a cauſa ſer profana, & entre leygos, & pertencer o conhecimento della às Juſtiças ſeculares; & quando o teſtamentero no juizo ſecular cobraſſe a dita quinta entaon poderia ter lugar obrigallo a pagar o legado: & pela meſma raon ſe naon podia tanbem intrometer na deciſaon da dita cauſa, nemo. Deſembargadores da Relaçaon Eccleſiaſtica, nemo Juiz executar ſua ſentença, per ſer notoriamente nulla O que viſto, mandaon ſe paſſe carte para on dito Juiz dos Reſiduos, per que o dito Senhor lhe rega, & encomenda naon proceda mais contra o aggravante na execuçaon do dito cem mil reis, & lhe haja por levantado a embargo, que na dita, quinta, & mais propridades tinha feito, & lha torna à repor no eſtado, em que eſtava, antes de ſer notificado ſem o vexar, nem moleſtar; naon o querendo aſſim fazer, & c. Lisboa 5. *de Janeiro de* 1634. Povoas, Nogueyra, Almeyda; Eſteve præſente Pinheyro.

Et cum Eccleſiaſticus recuſaſſet ſententiam adimplere, devoluto proceſſu ad Senatum Palatinum, ibi audito Eccleſiaſtico ſententia approbata fuit die 13. Julii anni 1634. Idem judicatum fuit in gravamine
Agnetis Dias die 23. Decembris anni 1587. Et qood 66
quando à teſtamentario petuntur bona contra hæredem ad ſatisfactionem legatorum cauſa tractanda ſit coram ſæculari judicatum fuit in Senatu Portuenſi die 11. Maii anni 1591. Idem judicatum in alio gravamine Domini Georgii die 6. Maii anni 1638. Et in alio gravamine Martini Alphonſi de Ataide 9. Junii anni 1640. Quæ ſententia probata fuit in Palatino Senatu die 5. Junii 1644. Et quod Judex Eccleſiaſticus tantum procedere poſſit adverſus teſtamentarium, non contra alios, iterum judicatum fuit in gravamine Iſidori à Coſta: quæ ſententia etiam probata fuit per decretum Senatus Palatini, & in pluribus aliis cauſis.

Denique datur recurſus ad Regium Tribunal in 67
quibuſcunque caſibus, ubi Eccleſiaſticus procedit contra laicos extra caſus in quibus juriſdictionem poteſt exercere.

Redeundo igitur ad ſpecificum recurſus materiam, ſciendum eſt, quod extra caſus uſurpatæ juriſdictionis non datur recurſus, quando Eccleſiaſticus validè, & ſervato juris ordine procedit; licet ſententiam injuſtam proferat: ut bene tradit Oliva *de for. Ecclеſ. p.* 1. *q.* 16. *à n.* 3. *cum ſeqq.* Gabr. Pereyr. *de Man. Reg. p.* 1. *c.* 4. *n.* 7. Seſſe *in epiſtol. ad Reg. n.* 89. & *deciſ.* 114. *n.* 23. & 29. Quæ reſolutio intelligenda eſt, ut procedat, niſi ſententia contineat expreſſum juris, & Conſtitutionis errorem; quia tunc datur recurſus, prout etiam quando continet notorium errorem calcoli: vel quando ſententia eſt notorie injuſta, & continet damnum irreparabile: ut poſt plures tradit Oliva *d. q.* 26. *n.* 18. & 19. Ludovic. Poſth. *de manut. obſerv.* 12. *n.* 11. Ubi quando dicatur notoria injuſtitia.

An autem, quando ſententia judicialiter prolata ab Eccleſiaſtico, & notoria nullitate laborat detur recurſus, ſi Judex eam exequitur; Variæ ſunt Doctorum opiniones. Affirmativam tenent. Abb. & De- 68
cios, cum quibus Boer. *deciſ.* 238. *n.* 4. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 8. *n.* 19. Pereyr. de Caſtr. *d. p.* 1. *c.* 4. *n.* 7. & 8. Oliva *d. q.* 16. *n.* 21. & 22. Verum contraria ſententia verior videtur ex his, quæ Menoch. *d. remed.* 8. *n.* 20. *cum ſeqq.* Seſſe *in d. Epiſt. ad Reg. n.* 89. & *deciſ* 114. *n.* 33. & *ſeqq.* Oliva *d. q.* 16 *n.* 23. & 24. Qui *eadem quæſt.* 25. conciliare conatur has diſſidentes ſententias; ut ſcilicet prima communis procedat, quando ex actis conſtiterit de nullitate clara, & patenti, & ſimul de notoria injuſtitia; quia notoria injuſtitia nullitati æquiparatur: ſecunda vero opinio procedat, quando conſtat ex actis de nullitate, injuſtitia tamen clara non eſt.

Deinde non datur recurſus in cauſis, de quibus cognoſcunt

cogooſcunt miniſtri ſanctæ Inquiſitionis Salgad. *de
protect. 1. p. c. 2. §. 4. n. 5. & ſeqq.* Hieronym. Leo *deciſ.*
69 *c. 2. à n. 30. cum ſeqq.* Cevall. *de cognit. per viam
viol. in prol. n.* 203. Seſſe *in epiſt. ad Reg. n. 98. &
de inbib. c. 30. n. 44.* Simanc. *de Cathol. tit. 26. n. 2.*
Item non datur recurſus in cauſis Regularium circa
correctionem, & viſitationem factam a Prælato Cé-
70 vall. *de cognit. per viam viol. 4. p. q. 678. n. 287.* Gabr.
Pereyr. *de Man. Reg. 1. p. cap. 7. n. 18. in med.* Rode-
ric. *de ann. redditib. lib. 1. q. 17. n. 71. n. 7.* Seſſe *ubi
ſupra,* Salgad. *d. c. 2. §. 5. n. 10.* Iterum non datur re-
curſus à Judice inferiore procedente in cauſa, quan-
do ſuperior, ad quem fuit appellatum, cauſam remiſit
inferiori, declarando non fuiſſe bene appellatum
71 Rota *dec. 1. alias dec. 138. de offic. de leg. in novis,*
Nicol. de Milis *in ſuo repertor. verb. Judex, à quo
appellatum eſt fol. 125.* Lancelot. *de attent. 2. p. c. 12.
limit. 26. n. 1.* Mareſch. *de commiſſion. 1. p. c. 22. n.
31.* Salgado *de protect. 2. p. c. 17. n. 17.*

72 Non etiam datur recurſum, quando appellatio non
fuit interpoſita à Judice Eccleſiaſtico; quia deficien-
te appellatione ſententia tranſit in rem judicatam
Lancelot. *d. 2. p. c. 12. limit. 2. n. 38.* Salgad. *de pro-
tect. 1. p. c. 2. n. 64. & ſeqq. & p. 3. c. 15. n. 17.* Inſu-
per non datur recurſus Clerico præſentato à patrono,
qui dicit habere plures voces patronorum, & quod
Epiſcopus inſtituit habentem minores voces; Eccle-
ſia ſit Parochialis: ut poſt relatam contrariam ſenten-
73 tiam tenet Salgad. *de protect. 3. p. c. 9. n. 143. & ſeqq.*

CAPUT XXXII.

De Charta Tuitiva Conſervatoria.

SUMMARIUM.

1 *Ad Regiam Protectionem pertinet conceſſio chartæ Tuitivæ.*

Regis proprium eſt tueri ſubditos à violentiis, ut in tranquillitate vivant. Ibid.

Ad ſupremam Regis poteſtatem pertinet Tuitiva conceſſio. Ibid.

2 *Princeps non poteſt concedere inferiori hoc jus ſuperioritatis, quod in nulla donatione cenſetur conceſſum.*

3 *De jure communi ad Rectores civitatum, & Provinciarum pertinebat hoc jus protectionis.*

4 *Hoc jus tuitivæ apud Caſtellanos appellatur interdictum interim, & in aliis Regnis.*

5 *Tuitivæ remedium idem eſt, ac mandatum de manutenendo, & aſſimilatur interdicto uti poſſidetis ſummariſſimo.*

6 *Per mandatum de manutenendo ordinatur, ut aliquis in ſua poſſeſſione, vel quaſi manuteneatur.*

Idem in remedio Tuitivæ. Ibid.

7 *Datur diſcrimen inter mandatum de manutenendo, & Tuitivam: quia mandatum per Judicis officium expeditur: Tuitiva vero à Rege conceditur: ut n.* 8.

9 *Tuitiva, & mandatum de manutenendo conveniunt in multis, de quibus n.* 10. 11. & 12.

13 *Aliud eſt poſſidere, aliud in poſſeſſionem eſſe.*

14 *In concedendo mandatum de manutenendo, & proceſſu Tuitivæ non ſervantur termini judiciales judicii.*

Citatio partis neceſſaria eſt in proceſſu Tuitivæ, & in mandato. Ibid.

15 *In quocunque judicio executio, & ſummario citatio partis neceſſaria eſt.*

Citatio eſt de jure divino, & naturali, nec Princeps eam tollere poteſt. Ibid.

16 *Periculum in mora quando datur, non eſt neceſſaria parti citatio ad interrogandos teſtes.*

17 *In juſtificatione tuitivæ & mandatis de manutenendo requiritur partis citatio.*

18 *Cognitio ſuper juſtificatione Tuitivæ debet eſſe ſummaria: quia remedium extraordinarium eſt, & ſummarium.*

19 *Dubitatur, An detur appellatio à pronuntiatione Judicis ſuper Tuitiva: Negat* Valaſcus. *Sed contraria ſententia verior eſt.*

20 *Remedium Tuitivæ in hoc regno datur tantum in cauſis Eccleſiaſticis, non profanis. Et circa illud ſervandum eſt jus Canonicum, ſecundum quod in poſſeſſoriis licita eſt appellatio.*

21 *Appellatio in remedio Tuitivæ producit effectum devolutivum, non ſuſpenſivum.*

22 *Tuitiva, & mandatum de manutenendo ſecum trahit executionem: & is, cui fuit conceſſa, non poteſt magis poſſidere, quam poſſidebat tempore conceſſionis.*

Poſſeſſor pendente lite privandus non eſt ſua poſſeſſione, quamvis injuſtus, ſed manutenendus. Ib. & n. 23.

24 *Conceſſa Tuitiva ſi poſſeſſor ſpolietur ante juſtificationem Judex illam reſtituere debet.*

25 *Ad validitatem Tuitivæ requiritur, quod impetrans ſit in poſſeſſione tempore conceſſionis illius.*

26 *Dubitatur, An detentatori etiam concedatur Tuitiva?*

Detentatio minus eſt, quam poſſeſſio: quia minus eſt detinere, quam poſſidere. Ibid.

27 *Contraria ſententia verior.*

28 *Detentatio eſt meri facti, & ut quis manuteneatur, ſufficit, quod poſſeſſoris locum teneat.*

Detentatio pro poſſeſſione habetur, & venit appellatione poſſeſſionis. Ibid.

29 *Colono detentatori ſpoliato datur interdictum unde vi: & ita judicatum dicit.*

30 *Mandatum de manutenendo non ſolum poſſeſſoribus, ſed etiam detentatoribus conceditur.*

31 *In hoc Tuitivæ remedio, & mandati de manutenendo ſolum agitur de ſimplici ſtatu, & de eo conſervando.*

32 *In interdicto uti poſſidetis non eſt neceſſaria tituli productio.*

33 *In impetratione Tuitivæ non eſt neceſſarius titulus: quia agitur de poſſeſſione.*

In beneficialibus non poteſt haberi poſſeſſio ſine titulo habito ab habente authoritatem, & abſque Canonica inſtitutione. Ibid.

34 *Manutentio paſſim datur ſine tituli productione, & non obſtante oppoſitione de defectu tituli.*

35 *In Beneficialibus datur vera poſſeſſio ſine titulo.*

36 *In hoc Regno non conceditur Tuitiva ſine productione tituli, ſaltem colorati.*

37 *Non obſtant adducta in contrarium: quia procedunt quando cauſa agitatur in Judicio Eccleſiaſtico: non vero quando ſæcularis ſe intromittit ad adjuvandum Eccleſiaſticum.*

38 *Tuitiva conceditur patrono exiſtenti in quaſi poſſeſſione præſentandi, & ejus præſentato, ut inſtituatur.*

Intellige, ſi conſtiterit de jure patronatus. Ib.

39 *Declara, ut non ſit neceſſaria plena juris patronatus probatio, ut Tuitiva patrono concedatur, ſed ſufficit probari patronum eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi, & ejus præſentationes fuiſſe ſortitas effectum.*

Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur ex præſentationibus, quæ ſortita ſunt effectum. Ib.

40 *Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur per unicum actum, qui ſortitus eſt effectum.*

In Beneficialibus ultimus ſtatus, & ultima præſentatio attendenda eſt.

41 *Patrono concedenda eſt Tuitiva nullo alio oſtento titulo, quam præſentandi poſſeſſio.*

42 *Penſionarios, qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, conceditur Tuitiva, & mandatum de manutenendo.*

43 *Quaſi poſſeſſio penſionarii adquiritur per unicum actum ſolutionis.*

44 *Amplia, ut ſufficit unica ſolutio facta ab anteceſſore, ut penſionarius agere poſſit contra ſuceeſſorem.*

45 *Secundo amplia etiamſi unica ſolutio ſiat metu cenſurarum ſine proteſtatione.*

Limita, niſi in Bulla reſervationis appoſita ſit clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis, quis ſolutio facta vigore dicta clauſulæ non conſtituit penſionarium in quaſi poſſeſſione. Ibid.

46 *Coactus dicitur facere, qui ad faciendum cogi poteſt.*

47 *Sufficit potentia cogendi, licet ad actum coactionis deventum non ſit.*

Non dicitur ſponte facere, qui ex juris diſpoſitione, facere tenebatur. Ibid.

48 *Solutio facta cum proteſtatione non conſtituit penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi.*

Intellige, ſi proteſtatio facta ſit in ipſo actu ſolutionis. Ibid.

Ut per ſolutionem probetur quaſi poſſeſſio, requiritur quod ſolutio facta ſit ſponte, & ſimpliciter ſine proteſtatione in ipſo actu ſolutionis. Ib.

49 *Solutio facta cum proteſtatione in ipſo ſolutionis actu præſumitur facta per metum.*

Non ſufficit, quod ſolutio fiat per compulſionem; niſi ſolvens compulſioni acquieverit. Ibid.

50 *An penſionarius, ad impetrandum Tuitivam teneatur dicere de titulo; Diſtingue ut hic, & n. 51 & 52.*

51 *Penſio non poteſt conſtitui ſine authoritate Papæ, & literis non expeditis exigi non poteſt.*

Si narrativa continetur conditio, vel modus, verificandus eſt.

53 *Si producatur titulus, non eſt cognoſcendum de ejus validitate, aut invaliditate.*

54 *Intellige ſupra dicta quando agitur de manutentione in judicio Eccleſiaſtico, ſecus, ſi agatur de Tuitiva: quia tituli productio neceſſaria eſt: & n. 55.*

56 *An penſio ſit Beneficium Eccleſiaſticum, vel non? Deſtingue ut n. 57. & 58.*

59 *Penſio reſervata in Beneficio Eccleſiaſtico ſemper habetur pro Beneficio, etiam quoad fori privilegium, & n. 60.*

61 *Tuitiva deneganda eſt extero, qui in Regno Beneficii poſſeſſionem obtinuit.*

Amplia etiam in extero penſionario. Ibid.

62 *Tuitiva denegatur ei, cui reſervata fuit penſio in Beneficio patronatus Regiæ Coronæ, ſive ſit penes Regem, ſive ad donatarium.*

63 *De praxi, quæ ſervatur in concedenda Tuitiva.*

64 *In judicio juſtificationis Tuitivæ audiuntur partes, & reus poteſt exceptiones opponere; non tamen illas, quæ altiorem requirunt indaginem.*

In cauſis poſſeſſoriis, & executivis non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem; ſed reſervantur plenario judicio. Ibid.

65 *Exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem, quæ dicantur.*

66 *Exceptio contra jus patronatus reſervatur ad petitorium reſpectu Beneficii; prout etiam exceptio invaliditatis proviſionis; niſi exceptio nullitatis incontinenti probetur.*

67 *Tuitiva non conceditur ei, qui habet poſſeſſionem ſpoliativam, vel alio modo nullam, tanquam intruſo.*

68 *Probatio facta intra terminum juſtificationis Tuitivæ dicitur facta incontinenti.*

69 *Si adverſarius probaverit impetrantem ab eo habere poſſeſſionem clam dolo, aut precario, impetrans non obtinebit: Secus ſi poſſeſſio fuerit precaria, aut clandeſtina reſpectu tertii.*

70 *Spoliatus non eſt reſtituendus, quando notoriè conſtat de notorio defectu proprietatis, & dominio ſpoliantis.*

71 *Tuitivæ remedio non eſt locus, ſi de non jure impetrantis notorie conſtiterit abſque aliqua diſceptatione.*

72 *Non datur Tuitiva ei, qui fuit inſtitutus ab Epiſcopo de Beneficio, quod vacavit in Curia.*

73 *Proviſus in Beneficio, quod vacavit in Curia, non poteſt habere titulum coloratum; neque manuteneri valet, quantumcunque ſit in poſſeſſione Beneficii.*

74 *Decretum irritans induit formam.*

75 *Decretum irritans annullat geſta in contrarium.*

76 *Decretum irritans non ſolum titulum, ſed etiam poſſeſſionem inficit.*

Geſta contra decretum irritans nullum producunt effectum. Ibid.

77 *Decretum irritans habet annexam inhibitionem.*

78 *Intruſus dicitur, qui habet Beneficium ab eo, qui non habebat conferendi poteſtatem.*

79 *Intruſus dicitur poſſidens Beneficium de facto, & injuſtè alteri ablatum.*

80 *Intruſus dicitur, qui abſque Diœceſani alteriuſve ſuperioris conſenſu, vel authoritate poſſeſſionem Beneficii apprehendit.*

81 *Intruſus cenſetur, qui ſine titulo Canonico, vel per vim ingreſſus eſt poſſeſſionem Beneficii.*

82 *Intruſus cenſetur, qui litteris non expeditis Beneficii poſſeſſionem apprehendit.*

83 *Dicitur intruſus, qui ſine titulo propria authoritate Beneficii poſſeſſionem occupavit.*

84 *Dicitur intruſus qui reſignavit Beneficium, & poſt reſignationem illud retinet.*

Reſignans Beneficium abdicat à ſe omne jus, & ad illud regredi nequit. Ibid.

85 *Reſignans Beneficium in forma dignum non poteſt redire ad Beneficium, ſi reſignatarius non eſt idoneus; niſi probaverit diligentiam vel ignorantiam.*

86 *Intruſus dicitur, qui poſtquam fuit electus, ante confirmationem adminiſtravit.*

87 *Intruſus dicitur, qui ſine electione, vel ex electione non Canonica, puta minoris partis votantium, ſe intruſit.*

88 *Intruſus dicitur, qui notoriè nullum jus habet in Beneficio; quia titulus per ſententiam nullus fuit declaratus.*

89 *Dicitur intruſus, qui habet poſſeſſionem beneficii nondum vacantis, & hominis viventis.*

90 *Intruſus non citatus expellendus non eſt à poſſeſſione Beneficii, niſi notoriè conſtet ex actis eſſe intruſum, & nullam ei defenſionem competere.*

Si tituli producti, vel invaliditas notoriè appareat ex actis, neque manutentio, neque Tuitiva concedenda eſt. Ibid.

Prohibitio, quæ fit libris apertis, nunquam rejicitur. Ibid.

91 *Tuitiva non conceditur ei, qui habet contra ſe juris præſumptionem vel reſiſtentiam.*

AD prædictam protectionis materiam pertinet chartæ Tuitivæ conceſſio, de qua *Ordin. lib. tit. 3. §. 6. & l. 3. tit. 85. §. 1. & in Regimine Senatorum Palatii §. 116. & lib. 2. tit. 10.* Cumque proprium Regis ſit tueri ſubditos à violentiis, ut in tranquillitate vivant Pereyr. *de Man. Reg. 1. p. c. 21. n. 3.* 1

Oliva

Google

Oliva *de for. Eccleſ. 1. p. q. 25. n. 52.* indubium eſt
ad ſolum Principem, & ejus ſupremam ſuperioritatem
pertinere hoc Tuitivæ præſidum, tanquam de majo-
ribus, Regalibus, reſervatum in ſignum ſupremæ po-
teſtatis: ut in ſpecie docent Pereyr. *de Man. Reg. 2.
p. c. 37. n. 27.* Oliva *d. q. 25. n. 13.* Cabed. *2. p. deciſ. 71.*
2 *n. 2.* Ex quibus infertur non poſſe Principem conce-
dere hoc ſuperioritatis jus, neque donatum intelligi,
in quibuſcumque donationibus quantumvis factis cum
generaliſſimis verbis mero, & mixto imperio: ut ſæ-
pe ſæpius dictum eſt: & in ſpecie tradit Pereyr. *d. c.
37. n. 27.* Quamvis jure communi attento manuten-
tiones, & defenſiones competant defenſoribus civi-
tatum, & Rectoribus Provinciarum *c. petimus 11. q.*
3 *1. c. quadam §. ſtatuit 16. q. 1.* Lucas de Pœna *in L.
ſi colons q. fin. C. de agric. & cenſit.* Afflict. *deciſ. 24.
n. 5.* Qua ratione videbatur dicendum prædictum
jus ſpectare ad donatarium habentem merum, & mix-
tum imperium ex Oldrad. *conſ. 89.* Sed verius eſt ad
Principem tantum pertinere, qui ſuperiorem non re-
cognoſcit; & nunquam intelligi conceſſam; immo
ſemper reſervatum in donationibus *Ordin. lib. 2. tit.
45. §. 40.*

4 Hoc Tuitivæ remedium apud Caſtellanos dicitur
interdictum interim Covarr. *pract. c. 17.* Rodric. *de
annuis reddit. q. 17. n. 37. verſ. ultimo quæ diximus*,
Valaſc. *conſult 79. n. 11.* Cancer. *lib. 3. v. r. c. 1. n.
434.* Fontan. *de pact. nupt. clauſul. 7. gloſ. 3. p. 10.
n. 7. 10. & 16.* Poſth. *de manuten. obſ. 3. n. 38.* Scac-
cia *de appell. lib. 2. q. 17. limit. 6. membr. 1. n. 56.* Apud
quem, & Poſth. *d. obſerv. 3. n. 1. 2. 3. 4. 5. & 24. cum
ſeqq.* videre potes, quibus aliis nominibus appelletur.
Et quod in aliis Regnis denominetur etiam interdic-
tum interim tradunt Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 7. n. 6.*
Chriſtoph. de Paz. *de tenut. c. 2. n. 15.* Apud Nos ve-
ro remedium Tuitiva appellatur, quæ quidem idem
5 eſt, ac mandatum de manutenendo, ut per Valaſc.
conſ. 79. n. 1. Poſt. *d. obſer. 3. n. 42.* Pereyr. de Caſtr.
de Man. Reg. 1. p. c. 21. n. 1. & aſſimila ut interdicto uti
poſſidetis ſummariſſimo Thuſc. *litter. M. concluſ. 60.
n. 1. verb. mandatum de manutenendo*, Cenc. *de cen-
ſib. deciſ. 101. n. 4.* Ruin. *conſ. 28. n. 4.* Valaſc. *con-
ſult. 79. n. 2.* Fontan. *d. clauſ. 7. gloſſ. 3. p. 10. n. 16.* Paz.
de tenuta c. 1. n. 72. Poſt. *d. obſerv. 3. n. 7. 8. & 9.*

6 Quemadmodum enim mandatum de manutenendo
dicitur remedium, pronuntia, ac littera Judicis, per
quam ordinatur, aliquis in ſua poſſeſſione, vel quaſi
manuteneatur, ſeu conſervetur, ac defendatur; & in-
hibetur alteri, ne ipſum poſſeſſorem in eadem poſſeſ-
ſione turbet. Cancer. *d. lib. 3. c. 14. n. 3.* Cæſar. Barz.
deciſ. 71. ſub n. 9. & n. 40. Poſt. *in d. tract. obſerv. 2.
n. 47.* Ita virtus, & effectus Tuitivæ in eo conſiſtit,
ut is qui eam impetravit, manuteneatur, conſervetur,
& defendatur in ea poſſeſſione, & ſtatu, quo erat tem-
pore impetrationis Tuitivæ, quamvis poſt eam adep-
tam ab adverſario ſpolietur Pet. de Caſtr. *in Man. Reg.*
7 *1. p. c. 21. n. 12.* Tamen inter Tuitivam, & mandatum
de manutenendo datur diſcrimen: quod prædictum
mandatum per Judicis officium obtinetur, & expedi-
tur Beccius *conſ. 21. ſub n. 10. poſt med.* Achilles Per-
ſonal. *de adipiſc. poſſeſſ. n. 10.* Poſthius. *d. obſerv. 2.*
8 *n. 34. & 35.* Tuitiva autem à Rege poſtulatur, & ab
eo, atque Senatoribus Aulicis expeditur *Ordinat. lib.
1. tit. 5. §. 6. & in Regim. Senator. Palat. §. 116. & lib.
2. tit. 10. & lib. 3. tit. 85. §. 1.* Ubi quod conceditur
ex mera gratia Principis Cabed. *1. p. deciſ. 76. n. 1.*
Pereyr. de Caſtr. *d. c. 21. n. 3.*

9 Conveniunt tamen Tuitiva, & mandatum de ma-
nutenendo in cæteris; quia ita ut Tuitiva concedi-
tur poſſeſſori ob timorem litis, & ante illam motam,
immo ratione moleſtiæ futuræ Valaſc. *conſ. 79. n. 17.
in fin.* Gabr. Pereyr. *d. c. 21. n. 14.* Cev. *comm. contra
comm. q. 989. n. 464.* Ita mandatum de manutenendo
non tam præſentem, ſed & futuram moleſtiam reſ-
picit Menoch. *de retinend. ult. n. 1. & 2.* Capyc. *de-
ciſ. 189. n. 11.* Pot. *d. obſerv. 2. n. 10.* Et inſuper ita
ut mandatum ſummarium de manutenendo, quod ab
aliquibus appellatur pars judicii, nil aliud continet, 10
quam manutentionem, conſervationem ac defenſio-
nem in poſſeſſione, vel quaſi rei in controverſiam de-
ductæ, interim dum plenius fuerit cognitum de peti-
torio, vel poſſeſſorio plenario Menoch. *de recuper. in
præl. n. 24. & ſeq.* Fachin. *lib. 8. contr. c. 15. in princ.*
Plot. *de in litem jurando §. 3. n. 36. & 43.* Poſthius *d.
obſerv. 2. n. 27. 28. & 32.* Si pariter Tuitivi tantum reſ-
picit conſervationem poſſeſſionis, ſeu ſtatus, in quo
erat poſſeſſor, ut non turbetur, quin prius audiatur
in judicio competenti, ſive in petitorio, ſive in poſſeſ-
ſorio plenario. Non enim agitur in Tuitiva de juſti-
tia, aut injuſtitia poſſeſſionis; ſeu Rex per viam pro-
tectionis occurrit violentiæ inferendæ, ut pax ſerve-
tur, donec de cauſa petitorii, vel poſſeſſorii cogni-
tum. Et Valaſc. *conſul. 79. n. 5. & 18.* Menoch. *de
retinend. poſſeſſ. remed. ult. n. 58.* Pereyr. de Caſtr. 11
d. c. 2. q. 21. n. 15. Et ſicut mandatum de manutenen-
do eſt præparatorium judicii petitorii, vel poſſeſſorii
plenarii Poſt. *d. obſerv. 2. n. 29.* eodem modo Tuitiva
eſt etiam præparatorium judicii Cevall. *commun. con-
tra commun. q. 897. n. 946.* Covarr. *pract. c. 17. à princ.* 12
Pereyr. *d. c. 21. n. 15. in fin.* Immo in hoc remedio
non tractatur, quis lite pendente debeat poſſidere;
ſed quis debeat eſſe in poſſeſſione. Et quidem aliud
eſt poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe Capyc. *dec. 12.* 13
n. 1. & dec. 55. n. 1. & 2. Chriſt. de Paz. *de tenut. c. 3.
n. 12. & c. 10. n. 12. & c. 40. n. 37* Poſt. *d. obſ. 2. n. 29.*
Ubi plures laudat. Et ultra eos Giurb. *de ſucceſſ. feud.
§. 1. gloſſ. 16. n. 15. & 16.* Tuſch. *litter. P. concluſ. 404.*
Pichard. *in §. in ſuma inſtit. de interd. n. 121.* Fer-
moſin. *in c. fin. §. in aliis q. 1. n. 18. ut lite conteſta-
ta*, Capyc. Latro *deciſ. 182. n. 37.*

Deinde conveniunt Tuitiva, & mandatum de ma-
nutenendo in eo, quod quamvis in concedendo dic-
to mandato & in proceſſu Tuitivæ termini ſubſtantia-
les judicii, nempe libelli litis conteſtationis, & alii non
ſerventur, ut per Salluſt. Tiber. *in pract. A. C. lib. 3.
c. 3. n. 8.* Poſt. *de manut. obſerv. 79. n. 1.* Pereyr. *d.* 14
cap. 21. n. 16. circa fin. Tamen citatio partis deſide-
ratur, tam ad probationes faciendas ſuper poſſeſſione,
vel quaſi; quam ad pronuntiationem Judicis ſuper
Tuitivæ juſtificatione: ut circa mandatum de manu-
tenendo tradunt Menoch. *de adipiſc. remed. 6. n. 18.
& 32. & de retinend. poſſeſ. remed. ult. n. 31.* Salluſt.
Tiber. *in d. pract. A. C. lib. 2. c. 7. n. 9.* Franc. Vivius,
lib. 2. deciſ. 226. n. 9. Sylvan. *conſ. 27. n. 9.* poſt plurea
Ludovic. Poſt. *obſerv. 79. n. 2.* Et in Tuitiva ſentire
videtur Gabr. *d. cap. 21. n. 16.* dum docet, quod in
Tuitiva proceditur juris ordine ſervato, ſicut in aliis
cauſis ſummariis: & verum eſt quod in quocunque
judicio etiam executivo, & ſummario citatio partis
neceſſaria eſt Valaſc. *de part. c. 15. n. 41.* Munhos
de Eſcob. *de ratiocin. c. 31. n. 21.* Solorzan. *de jure
Indiar. 2. tom. l. 2. cap. 27. n. 87.* Hieronym. Leo *de-
ciſ. 40. n. 5.* Hanc namque quaſi de jure divino, & na- 15
turali neque Princeps tollere poteſt *Clem. paſtoralis
§. cæterum de ſent. & re judic. cap. 1. de cauſ. poſſeſſ.
& propriet.* ubi Aug. Barboſ. *n. 7.* & cum Afflict. Vant.
& aliis Joann. Bapt. de Larrea *alleg. 5. n. 6. & alleg.
107. n. 8.* Salgad. *de protect. Reg. p. 2. cap. 1. n. 17.* Ca- 16
pyc. Latro *conſult. 146. n. 22. & conſult. 186. n. 134.
& ſeqq.* Immo quamvis in conceſſione Tuitivæ apud
nos partis citatio non deſideretur; prout etiam quan-
do datur periculum in mora, non eſt neceſſaria partis
citatio, & poſſunt teſtes interrogari parte non citata
ſuper timore rixæ, armorum, ſcandali ad effectum
appo-

apponendi ſequeſtrum in poſſeſſione , & prohibendi ,
ne partes accedant ad rem : ut ſcribunt Menezes *in*
*rubr. C. de tranſact. n.*5. Pereyt. *d. c.* 21. *n.*16. *verſ.*
in ſummariſſimo Menoch.*de adipiſ. poſſeſſ. remed.*6.*n.*
19.*& de retin. remed.ult.n.*31.*in fin.*Perſonal.*de adi-*
piſc. poſſeſſ.n. 11.24 & 38. poſt alios Ludovic. Poſt.
17 *d. obſerv.* 79. *nu.* 5. Tamen in juſtificatione Tuitivæ
citatio neceſſaria eſt ; prout etiam deſideratur in
mandato de manutenendo , quando ceſſat periculum
mora: Poſtius *d. obſerv.* 79. *n.* 7.

18 Cognitio autem Judicis ſuper juſtificatione Tui-
tivæ ſummaria eſſe debet Valaſc. *conſult.* 79. *n.* 14.
Pereyr. *d. c.*21. *nu.verſ. quare omnibus.* Eſt enim re-
medium extraordinarium , & ſummarium Benintend.
deciſ. 79. *num.* 2. & 6. dicitur ſubſidiarium Cyriac.
controver. 244. *n.* Poſt *obſerv.* 3. *n.*31. & 32. & cum
in eo non judicetur de juſtitia, aut injuſtitia poſſeſſio-
nis, ſed de manutentione poſſeſſionis , ſeu ſtatus , in
quo impetrans erat tempore impetrationis , extra or-
dinem , & ſummarie procedendum eſt ne lites trahan-
tur in longum contra reg. text. *in L. properandum ,*
C. de judic. c. fin. de dol. & c. contum.

19 An autem à pronuntiatione Judicis ſuper Tuitiva
datur appellatio ; Quæſtionis eſt. In qua Valaſc.
conſult. 79. *d. nu.* 18. appellationem non eſſe admit-
tendam docet. Ex eo , quia ſententia illa eſt inter-
locutoria, quæ poſſeſſionis cauſam in totum non deſ-
finit. Unde de jure Regio ab ea appellare non licet.
Ultra quod in aliis Reguis appellatio locum non ha-
bet in ſimilibus remediis. Contrarium tuetur ſenten-
tiam Percyr. de Caſtro *d. c.* 21. *num.* 17. & bene :
Quamvis enim ſententia illa ſit interlocutoria , ut ex
Paul. de Caſtro *conſ.* 3. *vol.* 2. Voluit Valaſc. *d. nu.*
18. tamen in illo judicio alia ſententia expectanda
non eſt : Et ſic habet vim diffinitivæ , & ab ea poteſt
appellari *Ordinat.lib.*3.*tit.*69. §.3. & *lib.* 5. *tit.* 122.
§. 3. *L.* 2. *ff.de appell. recip.* Surd. *deciſ.* 36. *nu.* 14.
20 Et inſuper quia hoc Tuitivæ remedium in hoc Reg-
no datur tantum in cauſis Eccleſiaſticis, non in pro-
fanis Cancer. *lib.*3. *c.* 14. *n.* 33. Pereyr. de Caſtr. *d.*
cap. 21. *n.* 17. *col.* 5. *in princ.* Et ideo ut ipſe adver-
tit , jus Canonicum ſpectandum eſt. At vero ſecun-
dum jus Canonicum à ſententia lata ſuper mandato
de manutenendo admittitur appellatio, quoad utrum-
que effectum Mart. Andr. *deciſ.* 60. *n.*3. *& ſeqq.* Ubi
quod quando Judex procedit per viam diffinitivæ
datur appellatio ad utrumque effectum de jure Ca-
nonico. Quæ opinio attento illo jure non habet con-
tradictorem. Sequitur Poſt. *de manuten. obſerv.* 106.
*n.*68. Immo etiam de jure Regio in cauſis poſſeſſo-
riis admittitur appellatio. *Ordinat. lib.*3.*tit.*70. §.10.
Atque ita Appellationi locum eſſe à ſententia lata
ſuper Tuitiva dubitandum non eſt. Et ita ſervat ſty-
lus , qui confirmatur ex *deciſ.* Burat 220. *n.* 4. & 5.
Ubi meminit de ſimili ſtatuto Bononiæ, quod in poſ-
ſeſſoriis admittit appellationem , & procedere dicit
in ſententia ſuper mandato de manutenendo. Plures
laudat Ludov. Poſt *obſerv.* 106. *n.* 87.

An vero Judex à quo , pendente appellatione à
ſententia Tuitivæ manutenere debeat impetrantem?
Vel appellatio utrumque producat effectum , necne?
Dubitari poteſt. Et quidem in Regno Franciæ ap-
pellatio in hoc remedio , quamvis non ſuſpendat cau-
21 ſam devolvit Scaccia *de appell.* 17. *limit.* 6. *membr.*
2. *n.* 41. Quod idem ſervatur in Catalonia Fontan.
*de pact. nupt. clauſ.*7. *gl.* 3. *p* 10. *n.*87. *& ſeqq.* Et in
Caſtella Roderic. *de ann. reddit. lib.*1. *q.*17 *n.*49. *&*
ſeqq. Poſt.*d. obſerv.* 106.*n.*88. Cevall. *de cognit. per*
viam viol. q. 29. Pereyr. *d. c.*21. *n.*17. Ubi *in verſi-*
culo quod etiam ego. eſtimat appellationem tantum
admittendam in hoc Regno quoad effectum devolu-
tivum , non in ſuſpenſivo. Cujus opinio mihi valde
arridet. Ex eo quod Tuitiva , & mandatum de ma-
nutenendo ſecum trahit executionem , & ea non vi-
detur egere ; quia cum concedatur poſſeſſori , ille
qui in poſſeſſione , non poteſt magis poſſidere Fon-
tan. *d. clauſ.*7. *gloſſ.*3. *p.* 10. *n.* 85. Poſtius *d. obſerv* 22
106. *n.*21. cum manutentio poſſeſſionem non tradat,
ſed traditam, vel habitam declaret , atque confirmet
abſque alia executione Poſt. *d. n.*21. *& poſt tract. dec.*
647. *n.*34. Menoch. *de retin. remed. ult. n.* 57. Ac ,
cum nemo pendente lite privandus ſit ſua poſſeſſio-
ne , etiam ſi injuſtus ſit poſſeſſor *L.* 2. *C. ſi per vim ;*
vel alio modo cap. licet Epiſcopus de præbend. in 6.
Gamma *dec.*4. *n.*1. Poſt. *de manut. obſerv.* 1. *nu.* 38. 23
39. & 40. Giurb. *de ſucceſſ. feudor.* §.1. *gloſſ.*16. *n.*13.
& 14. Capyc. Latro *deciſ.*77. *n.* 15. & 30. ita ut lite
pendente manutenendus ſit in ſua poſſeſſione,& com-
modo illius Salgad. *in labyr. cred. c.*11.*n.*30. *& ſeqq.*
Giurb. *d. gloſſ*16.*n.*14. Auguſt. Barboſ. *voto* 21. Poſt.
obſerv. 2.*n.*9. *& ſeqq. & obſerv.*9. *n.* 96. nil mirum ſi
judex , à quo etiam poſt appellationem impetrantem
Tuitivam in ſua poſſeſſione manuteneat & conſervet.

Confirmatur : quia ſi impetrans Tuitivam poſt
illam adeptam , & ante juſtificationem ſpolietur, Ju- 24
dex illum reſtituere debet vocato ſpoliatore , non ut
de ſpolio cognoſcat , ſed ut poſſeſſionem tueatur , &
conſervet virtute Tuitivæ ; quia protectionis ratio
non deficit , quando impetrans Tuitivam ab adver-
ſario meliore tempore ſpoliatur ; & ſufficit tempore
datæ impetrantem eſſe habilem , ut manuteneretur
per ea , quæ Doctores *in cap. ſi eo tempore de reſ-*
cript. in 6. Et ita tenet Gabr. Pereyr. *d.* 1. *p. c.* 21.
n. 12. quod ſi Judex poſſeſſorem turbatum etiam an-
te juſtificationem Tuitivæ , & ſententiam tueri de-
bet ; multo fortius id facere tenetur poſt juſtificatio-
nem , & ſententiam, etiam appellatione pendente.

Rurſus obſervandum eſt , quod ad impetrandum
Tuitivam neceſſario deſideratur impetrantem tem- 25
pore conceſſionis eſſe in poſſeſſione Valaſc. *conſult.*
79. *nu.* 12. non enim ſufficit eam adipiſci poſt reſ-
criptum , & chartam Tuitivam Gabr. Pereyr. *d. c.*
21. *n.* 13. An vero poſſeſſori tantum , vel etiam de-
tentatori Tuitiva ſit concedenda; Dubitari conſuevit
ex fundamentis , de quibus Valaſc. *conſult.*79. *n.*10.
& Gabr. Pereyr. *d. c.* 21. *n.*6. Quibus probatur inter-
dictum uti poſſidetis , cui hoc Tuitivæ remedium aſ-
ſimilatur , non dari detentatori , ſive qui vere non
poſſidet. Unde neque Tuitiva detentatori concedi 26
valet. Quibus addo detentationem eſſe nudam inſi-
ſtentiam facti ; & detentatorem eſſe minus , quam
poſſeſſorem, prout minus eſt detinere,quam poſſidere
Neviz. *conſ.*81. *n.*9. & 10. Nihilominus tamen verius 27
eſt detentatoris Tuitivam eſſe concedendam : nam
quidquid ſit de interdicto uti poſſidetis reſpectu de-
tentatoris ; hoc Regale auxilium Tuitivæ inductum
fuit ad tollendas violentias , ne inferantur ; & ad re-
ſtitutionem illatarum. Et ſic quamvis ceſſent circa
detentatores remedia interdictorum; non ceſſabit hoc
auxilium Regalis Tuitivæ ad inſtar meri Judicis of-
ficii , quod datur hujuſmodi detentatoribus pro tuen-
do , ſeu recuperando ſtatu , ac conſervando illo , in
quo erant per text. *in L. Aquilius Regulus, ff. de do-* 28
nat. Alciat. *lib.* 2. *parerg. n.* 49. Clat *in* §. *donatio*
q. 3. Cujac. *lib.* 17. *obſerv. c.* 33. Et eſt ratio , quia
detentio eſt meri facti ; ac ut quis manuteneatur, ſa-
tis eſt quod poſſeſſoris locum teneat , Lother. *de re*
beneſic. lib. 3. *q.*11.*n.*81. & omnis detentator præſu-
mitur poſſeſſor, Sylvan. *conſ.* 27. *n.*4. quippe deten-
tatio pro poſſeſſione habetur ; atque venit appellatio-
ne poſſeſſionis , Rota , Bonon, *deciſ.* 80. *n.* 33. Poſt.
obſerv. 42. *nu.* 76. Et quibus invaluit colono deten-
tatori ſpoliato , & expulſo dari interdictum unde vi
ſecundum Anton. Fabr. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 42. *de lo-* 29
cato diffinit. 58. Giurb. *deciſ.* 12. à *n.* 10. Fontan. 1.
p. deciſ. 136. & 137. Et ita judicavit Senatus me

reſe-

referente die 1. Martii anni 1663. in lite Emanuelis
Rodriguez Teyxara cum Antonio Botelho Palla op-
pidi de Senatarem. Eſt videndus Valaſc. conſult. 78.
30 Qua propter mandatum de manutenendo non ſo-
lum poſſeſſoribus, ſed etiam detentatoribus concedi-
tur: ut ſcribunt Covarr. pract.c.17.n.5.verſ. ſit ſane.
Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. ult.n.16. & 34. Lo-
ther. de re beneſic. tom.1. lib.1.q.37.n.48. & q. 38.n.
224. Chriſtophor de Paz. de tenut. c. 9. n. 4. Benin-
tend. decis.75.n.12. Cæſar. Barg. decis. 46. n. 18. &
dec. 47. n.2.5.19. & 25. & pluribus relatis deciſioni-
31 bus Rotæ Poſt. obſerv 42. n. 74. Et in ſpecie hujus
auxilii Tuitivæ Valaſc. conſul.79.n.10.& 11. & con-
ſult. 111. n.20. Gabr. Pereyr. d. c. 21.n.7. Ubi non
obſtare verba Tuitivæ explicat. Confirmatur: quia
in hoc Tuitivæ remedio, & mandati da manutenendo
ſolum agitur de ſimplici ſtatu, & de eo conſervando,
Giovign. conſ. 11. num.20. & 21. Poſt. d. obſerv. 42.
n. 83. ſiquidem manutentio datur ad ſtatum: tradit
ex Rota Poſt. ſupra n. 80. Cum detentator tempore
impetrationis Tuitivæ in eo ſtatu ſit, debet manu-
teneri, & tueri in eo; quoniam in judicio manutenti-
onis diſputetur de facto, non de jure poſſeſſionis;
neque an quis verè poſſideat, ſed an detineat; opti-
me Poſt. obſerv. 42. n. 94.
Aliud inſurgit dubium circa juſtificationem tituli
poſſeſſionis. In quo articulo dicendum eſt ad juſtifi-
cationem Tuitivæ non eſſe neceſſariam tituli produc-
tionem; quippe in hoc judicio, & interdicto retinen-
dæ tantum de poſſeſſione agitur; illa vero non depen-
32 det à titulo, cum poſſeſſio nil commune habeat cum
proprietate, & titulo L. naturaliter. §. nihil commune.
ff. de adquir. poſſeſſ. §. retinendæ Inſtit. de inter.d. Et ſic
in eo interdicto, ut poſſidetis tituli productio, & juſ-
tificatio non requiritur Valaſc. conſult. 79.n.3. Pere-
yr. de Caſtr. d.cap.31.n.8. & 9. Mar. Antonin. reſol.
66. n.9. lib.1. Lother. de beneſic. tom. 1. lib.2.q.46.n.
63. Poſt. de manuten. obſerv. 42. n. 24. & poſt tract.
decis.355.n.3. Atque ita neque in mandato de manu-
tenendo, neque in Tuitiva tituli juſtificatione opus eſt,
33 ut loquentes Tuitiva tradunt Valaſc. d.n.3. & 4. Pe-
reyr. d.c.21.n.8. & 9. & de mandato de manutenen-
do Gratian. diſcept. forenſ. c.310.n.71. Cenc. de cen-
ſib. poſt. tract. decis.242.n.15. Loter. d.q.46.n.68. &
lib.3.q.24.n.4. Poſt. d. obſerv.42.n.24. Mohedan. dec.
22. de reſtit. ſpoliator. Quod nedum procedit in pro-
fanis, ut per ſupra citatos Valaſc. d.n.3. Peregr. d.n.
9. Sed etiam in beneficialibus, in quibus licet poſſeſſio
haberi non poſſit abſque titulo habito ab habente autho-
ritatem, & ſine Canonica inſtitutione c. Beneſ. de Reg.
34 jur. in 6. ubi plures citat Auguſt. Barboſ. & ultra eos
probarunt Valaſc. d. conſult. 79. n. 3. & 4. Peregr.
d.c.21.n.8. & 10. Poſtius d. obſerv. 42. n. 26. & 27.
Roder. de annu. reddit. lib.1.q.17. ſub.n.37. Tamen paſ-
ſim datur manutentio ſine tituli productione, & non
obſtante oppoſitione de defectu tituli, & invaliditate
Gratian. d.c.310.n.7. Mareſcot. lib. 1. var.c.11.n.12.
& ſeqq. Seraphin. decis. 299. n. 5. Cencius de cenſib.
decis.242.n.16. & dec. 246. n.4. Menoch. de retin.
poſſeſſ. remed. ult. ſub.n.43. Poſt. de obſerv.42.n.28.&
decis.112.n.8. Ex ea ratione, quia etiam in beneficia-
libus datur vera poſſeſſio ſine titulo juxta ſententiam,
Ancharr. Innocent. Butr. Panormi quos ſequitur Be-
roius n.86. in c. in litteris 5. de reſtit. ſpoliator. Co-
varr. pract.c.17.n.6. Menoch. de retin. remed. ult. n.
35 21. per text. in L.3. §. ex contrario ff. de adquir. poſſeſſ.
& ſecuta & Rota decis.734.n.7.p.1. diverſar. Poſtius
obſerv. 42. nu. 28. & decis.328. n. 8. Quam opinio-
nem probat, & exornat Auguſt. Barb. in d. reg.
beneficium num.3. & 4. Ubi contrariis reſpondet. Et
hæc quidem ſententia etiam in beneficialibus tenen-
da eſt: alioquin cuilibet liceret poſſeſſores moleſtare.
Quod jura tam Civilia, quam Pontificia ſummopere
abhorrent Loter. d. lib. 3. q. 24. n. 7. & ſeqq.
Ex quibus labefactari videntur reſolutiones Valaſ- 36
ci & Gabrielis Pereyra, quorum primus conſult. 79.
n.3. & alter d.c.21.n.9. & 10. docent. Tuitivam non
concedi in beneficialibus, niſi impetrans perducat ti-
tulum ab habente authoritatem. Quod confirmatur
ex his, quæ Cancer. lib.3. c. 14. n. 24. Ubi quod in
Cathalonia ad effectum manutenſionis in Beneficio
requiritur titulus. Et quidem apud Nos hæc in praxi
ſervatur opinio; quia Tuitiva non conceditur, niſi
producatur titulus ſaltem coloratus: Et ideo ab ea
recedendum non eſt. Neque obſtant adducta in con- 37
trarium. Reſpondetur enim procedere quando in ju-
dicio Eccleſiaſtico manutentio Beneficii poſtula-
tur; tunc enim ad concedendum mandatum de ma-
nutenendo non erit neceſſaria tituli productio, &
juſtificatio. At vero in caſu, quo ſæculares ſe intro-
mittunt ad coadjuvandos proviſos à Papa, vel Ordi-
nario, productio tituli neceſſaria eſt: ut in terminis
tradit Durand. dec. 13. in fin. quem ſequitur Ludov.
Poſt. d. obſerv. 42. n. 29.
Infertur ex dictis Tuitivam concedendam eſſe pa- 38
trono exiſtenti in quaſi poſſeſſione præſentandi ad Be-
neficium, vel Capellam, & ejus præſentato, ut inſti-
tuatur ex reg. text. in c. conſultationibus de jur. patron.
Menoch. de retin. remed.3.n.131.& ſeq. Cancer. d. lib.
3.n.14.n.32. Pereyr. de Caſtro d.c.21.n.10. circa fin.
& n. 14. verſ. ex quo infertur, Boccat de interd. uti
poſſidetis c.1.n.29. Poſtius obſerv.10.n.25. Quod intel-
ligendum eſt dum tamen conſtet de jure patronatus
Vivian. in prax. jur. patron. p. 2. lib. 11. c. 6.n.20. &
21. Poſt. d. obſerv. 10. n.26.
Verùm declara, quod ad hoc, ut patrono Tuitivæ 39
remedium concedatur, non requiritur plena juris pa-
tronatus probatio; ſed ſufficit probari patronatum
eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi, & præſentatio-
nes fuiſſe ſortitas effectum: ut optime tradit Poſt.
tract. decis. 267. & quod ſufficiat probatio ultimi ſta-
tus, aſſerit Gabr. Per. de Man. Reg. 1.p.c.21.n.10. Et
quidem optimo jure, quoniam præſentandi quaſi poſ-
ſeſſio, & nominandi, atque eligendi ad effectum ma-
nutentionis dicitur quæſita, & probatur ex præſen-
tationibus, & nominationibus effectum ſortitis: ut
ex pluribus Rotæ deciſionibus comprobat Poſtius ob-
ſerv.32.n.1. & ſeqq. Cabed. de patron. Reg. Coron. c.
34. Reyn. obſerv.66.n.18. & obſerv.62.n.13. & ſeqq.
Immo quaſi poſſeſſio juris patronatus per unicum ac- 40
tum præſentationis adquiritur, qui ſortitus ſit effec-
tum Pont. de ſpol. lib.2.c.16.n.173. Gratian. c. 113.n.
32. & c.310.n.77. Garc. de Beneſ. 5.p.c.5.n.59. Reyn.
ubi ſupra Pereyr. de Man. Reg. 1.p.c.7.n.26. & dec.
91.n.24. Themud. 3. dec.302.n.51.59. & 74. Phæb.
2.p. dec.213.n.11. Noguerol. alleg. 28.n.37. Auguſt.
Barboſ. voto 20.n 18. Poſt. obſer. 18. n. 16. ubi plures
laudat & dec.267.n.2. Mareſcot. lib. 1. var. c. 55.n.
24. Et in proviſionibus Beneficiorum ultimus ſtatus,
& ultima præſentatio attendenda eſt: ut diximus ſu-
pra c.31.n.28. Unde nullo alio oſtenſo titulo Tuitiva 41
concedenda eſt patrono exiſtenti in quaſi poſſeſſione
preſentandi eſſet enim iniquum patronos ſua quaſi
poſſeſſione privare, ut ex Hoſt. & Ancharr. tradit
Poſtius decis. 217. num. 53.
Item concedenda eſt. Tuitiva penſionario exiſten- 42
ti in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, ne turbe-
tur in dicta quaſi poſſeſſione. Ex eo quia ei datur re-
medium mandati de manutenendo Garcia de Beneſ.
1.p.c.5.§.4. à n.442. cum ſeq. Ubi plures Rotæ deciſi-
ones adducit. Mareſcot. lib. 1. var.c.22 n.13. Poſtius
obſ.42.n.34. Cenc. de cenſ. dec.242.n.16. & dec.246.
n.2. & ſeq. Seraph. dec.582.n.5. Reynoſ. obſerv.62.n.
8. Auguſt. Barboſ. in prax. exig. penſ. 1.p.q.2.n.19. Quæ
quaſi poſſeſſio exigendi penſionem per unicum ac-
tum ſolutionis adquiritur juxta veriorem ſententiam;
de

43 de qua Ang.& Immol. quos ſequitur Anton. Gomez.
in L.45. Tauri n.172.col.2. Alea. *conſ. 74. à n. 16.*
lib.4. Rod. *de ann. reddit lib. 1. q. 15.n.21.* Seraph.
dec.436.n.1. dec. 14. t1. d.2. Nicol. Garcia *d. c. 5.*
n.560. Auguſt. Barboſ. *d.q.2.n.93.* Reynoſ. *obſer.62.*
n. 10. Poſt. *obſerv. 18. n. 336. & dec. 318. n. 1. &*
ſeqq. Gratian. *d. c. 310. n. 76.* Cancer. *lib.2. var. 6.*
n.45. Mend. à Caſtr. *in prax. Luſitan. 2.p.lib.3.c.21.*
num. 158. Et hæc reſolutio ampliatur, ut procedat,
etiamſi penſionarius agat contra ſucceſſorem in Be-
neficio. Unica namq; ſolutio facta ab anteceſſore
ſufficit, ut penſionarius contra ſucceſſorem manute-
44 neatur: ut ſcribunt Greg.XV.*dec.275.à n.1.*Lother.*de*
re benef.l.1.q.48.n.113. Aug. Barb. *q.2.n.41.* Puteus
dec.342. & 343. lib.1. Poſt. *obſerv. 42.n.42. & dec.*
70. n.3. dec. 316. n. 1. Mareſcot. *lib. 1. c. 22. n. 10.*
45 Secundo amplia, ut procedat reſolutio, etiamſi uni-
ca ſolutio facta ſit metu cenſurarum; quia adhuc per
eam conſtituitur penſionarius in quaſi poſſeſſione exi-
gendi penſionem; niſi ſolutio fiat cum proteſtatione
Garcia *d.c.5.n.451. & ſeq.* Melch. Loth. *de re benef.*
lib.1.q.38.n.208. Seraph. *dec.107.n.11.* Ang. Barb.
d.q.2.n.42. Poſtius *obſerv.35.n.36.& 43.* Ubi *n.45.*
intelligit, ut non habeat locum reſolutio caſus, quo
in Bulla reſervationis appoſita fuit clauſula ſine re-
tardatione ſolutionis penſionis, tunc enim ſolutio non
conſtituit penſionarium in quaſi poſſeſſione, quia
neceſſitas removet voluntatem liberam ab actu ſolu-
46 tionis. Sequitur Ang.Barboſ.*d.n.42.* Et quidem poſ-
ſeſſor Beneficii in his terminis metu coactus ſolvit;
is enim dicitur coactus facere, etiam ſi ſponte facere
videatur, qui ad faciendum cogi poterat teat. *in L.*
noviſſimè, ff. quod falſo tutore, Deciuseonſ.22.Aretin
conſ.24 Salgad.*de protect.1.p.c.4.n.8.& in labyrinth.*
cred. 1.p.c.14.n.81. & 82. Vincent. de Franc. *deciſ.*
200.n.20. Surd. *deciſ. 305.n.28.* ſufficit namque po-
tentia cogendi, licet ad actum coactionis deventum
non ſit Aretin. *conſ.24.n.9.verſ. præterea,* Hyppolit.
47 de Marſill. *in L. quæſtionis n.20.ff. de quæſt.* Menoch.
conſ.175.n.20. Surd. *dec. 305.n.28.* Gratian. *c. 227.*
per totum, Salgad.*de protect.d.c.4.n.9.& in labyrint.*
d.c.14.n.86. Neque ſponte facere dicitur, qui ea ju-
ris diſpoſitione facere tenebatur. Tiraq. *de retract.li-*
gnag. §. 1.gloſ. 14. num 11. & de retract. convent.
§. 3. gloſſ. 1. num. 12. Giurb. *dec. 79. n. 18.* Salgad.
d. c. 14. num. 85. & 87. Et ſic iſte, qui ſolvit metu
prædictæ clauſulæ non conſtituit penſionarium in
dicta quaſi poſſeſſione.
48 Maxime ſi ſolutio fiat cum proteſtatione ſine præ-
judicio quotumcunque jurium; quæ proteſtatio ſuf-
ficiens eſt, ut per hujuſmodi ſolutionem non ſit ad-
qoiſita quaſi poſſeſſio Gratian. *d.cap. 310.n.46. & c.*
981.n.40.& ſeq. Cenc. *de cenſib. deciſ.250. ante n.8.*
Poſt. *obſerv.35.n.46.* dum tamen proteſtatio facta ſit
in ipſo actu ſolutionis Garcia *de Beneſic.1.p.cap.551.*
Seraphin.*de deciſ.1047.n.11.* Poſt. *d.obſerv.33.n.43.*
49 Nam, ut per ſolutionem penſionis probetur quaſi poſ-
ſeſſio exigendi requiritur, quod ſolutio fiat ſimplici-
ter, & ſponte, atque ſine proteſtatione in actu ſolu-
tionis: ut tradunt Mareſcot. *lib. 1. var. c. 22. n. 22.*
Seraphin. *ubi proxime n.11* Lother. *d.q.38.n.208. &*
209. Poſt. *d. obſerv. 35. n. 36.* Si vero proteſtatio in-
terveniat in ipſo ſolutionis actu, præſumitur ſolutio
facta per metum, & proteſtatio jus partis conſervat
Gama *dec. 148.n.3.* Mendez à Caſtr. *in prax. lib. 2.*
c.11.n.3. Amat.*reſol.50.n.9.10.& 16.* Menoch.*conſ.*
156.n.42. & conſ.75.n.69. Valenz. *conſ.73.n.27. &*
conſ.74.n.55. Non enim ſufficit, quod quis ſolvat per
compulſionem, ſi ſolvens compulſioni acquieverit
Mareſcot. *d.c.22.n.22.* Poſt. *ubi proxim. n.36.* Unde
ſi non intervenit proteſtatio, neque clauſula ſine re-
tardatione ſolutionis, penſionarius manutenendus
eſt, & Tuitivæ remedio juvandus.

Sed an penſionarius petendo Tuitivam teneatur 50
docere de titulo; Dubitari poteſt. Et diſtinguere
placet inter eum caſum; quo penſionarius agit ad
penſionem, quam nondum exegit; & inter eum, quo
jam erat in poſſeſſione exigendi, & manuteneri deſi-
derat. Primo caſu Tuitivæ locus non eſt, cum illa
non concedatur, niſi poſſeſſori; ac quando de con-
ceſſione dubitari poſſet, ſemper erat neceſſaria tituli
productio; ſiquidem penſio abſque authoritate Sum-
mi Pontificis conſtitui non poteſt, & ſcripturam re-
quirit Lother. *de re beneſic. lib. 1.q.35.n.20.* Cancer. 51
lib.3.c.14.n.48. Poſt. *obſerv.42. n. 13.* Immo litteris
non expeditis penſio exigi nequit propter decretum
irritans in reſervationibus appoſitum, niſi ſaltem lit-
teræ pervenirent ad officium plumbi ante exactionem
Mareſcot. *lib.1.c.22.n.12.* Cenc. *de cenſib.deciſ.246.*
n.4. Poſt. *d.obſerv.42.n.34.* Ultra qood, ſi narrativa
contineret conditionem, vel modum, verificari de-
bet; etiamſi procederetur executive *c. 1. de reſcript.*
Caſſador. *deciſ.10.eod.tit.* non enim poteſt Beneficii
poſſeſſor ad ſolutionem cogi ante juſtificationem Caſ-
ſador *proxime n. 8.* & Gigas *de penſion. q. 85. n. 10.*
ex aliis Barboſ. *d. q. 2. n. 1. & 2.* Si vero agatur ad-
verſus eum, qui reſervationi penſionis conſentit pure, 52
nulla deſideratur juſtificatio, Seraphin. *deciſ. 1017.*
num. 3. & probat ea Rotæ deciſionibus Auguſt.
Barboſ. *d. q. 2. num. 17.*
Secundo verò caſu, quando penſionarius jam eſt
in quaſi poſſeſſione exigendi, titulum oſtendere non
tenetur, neque probare Mareſcot. *d. c. 22. n. 11. &*
12. Cenc *d.dec.242.n.4.* Poſt plures Ludovic. Poſt.
obſerv.42.n.34. deciſ. 113.n.9. Marchez *de commiſ.*
fol.984.n.4. Garcia *d.1.p c.5.n.442.& ſeq.*Seraphin.
dec.552.n.5. Reynoſ. *obſer.62.n.6.*& cum aliis Barb.
d. q. 2. n.19. ita ut ad conſequendum manutentionis
mandatum neceſſario non ſit expeditio litterarum; ex
quo non eſt neceſſaria probatio proprietatis Poſt. *d.*
obſerv. 42.n.35. neque narrata ſunt juſtificanda Sal-
gad. *de protect.3.p.cap.3.n.34.* Auguſt. Barboſ. *d. q.* 53
2.n.19. Immo etiamſi de facto titulus producitur de
validitate, aut nullitate cognoſcendum non eſt Poſt.
dec.264.n.3. Barb. *d.q.2.n.19.* Ex ea ratione quia in
poſſeſſoriis non requiritur titulus, neque ejus proba-
tio *cap. in litteris de reſtit. ſpoliator.* Gregor. XV.
deciſ.275. ubi Beltram. *n.17.* Poſt. *obſerv. 42.n.74.*
Barboſ. *d. q.2.n. 10.* Ubi *n.21.* inquit non eſſe diſpi-
ciendum, an poſſeſſio ſit juſta, vel injuſta; cum reſ-
pectu non poſſidentis ſemper ſit juſta Mendez à Caſ-
tr. *in prax. 2. p. lib. 4. c.10. num. 24.* per text. *in L.*
2. ff. uti poſſidetis.
Superius tradita recte ſe habent in judicio manu-
tentionis intentato in judicio Eccleſiaſtico. Cæterum 54
quo ad noſtrum. Tuitivæ remedium dicendum arbi-
tror penſionarium teneri oſtendere titulum reſerva-
tionis, ſaltem coloratum: ut diximus ſupra circa im-
petrationem Tuitivæ reſpectu Beneficii Eccleſiaſtici.
Tum quia etiam in judicio manutentionis ultra quaſi
poſſeſſionem exactionis neceſſaria eſt tituli reſerva-
tionis productio: ut voluerunt Farin. *deciſ. 179. n.*
2. & Rota *diverſor. deciſ.72.n.3.4.p.* Gratian.*c.508.*
n.36. & ſeqq. Salluſt. Tiber. *in pract. litter. A. C. lib.*
3. c.3.n.5. & 6. Cum etiam quoniam licet penſio non
poſſit haberi abſque authoritate Papæ, prius debet
conſtare de exiſtentia illius ſecundum Bart. *in L. 1.*
§. & parvi n.3. ff. quod vi aut clam. per text. *in L.4.* 55
§. condemnatum, ff. de re judic. L. non ignorat. C. qui
accuſ. non poſſ.
Non obſtat aſſerere penſionem non eſſe Benefi-
cium Eccleſiaſticum: ut ſcribunt Felin. *in c. ad au-*
dientiam. n.6.de reſcript. Decius *in rubr. de reſcr. ad*
fin. Soria *de Sacerdot. 1.p.c.4.* Flamin. *de reſign. lib.*
1.q.11.n.70. & lib.2.q.15.n.15. Azeved.*in L.2.tit.4.* 56
lib.1. Recop. ſub n.5.verſ.ſed an penſio. Conſtitit nam-
que

que in mera temporalitate *c. quamvis ubi DD. de præbend. in 6.* Selva *de Beneſic. 2. p. q. 3. n. 20.* Cacia Lupus *de penſion. q. 30.* Pereyr. de Caſtr. *de Man. Reg. 2. p. c. 31. n. 8.* Mareſcot. *lib. 2. n. 4.* & poſt alios Garcia *de Beneſic. 1. p. cap. 5. n. 3.* Azor. *to. 2. moral. cap. 5. q. 2.* Salzed. *de leg. Polit. lib. 2. c. 16. n. 4. & 5.* Capyc. Latro *dec. 73. n. 14.* & laico poteſt conferi Garcia *d. c. 5. n. 8.* Mareſcor. *d. c. 2. n. 4.* Proindeque non requiritur productio tituli; temporalia enim ſine eo poſſideri poſſunt.

57 Reſpondetur namque penſionis duplicam eſſe ſpeciem; aliam, quæ ſimpliciter conſtituitur, & ad tempus ſuper fructibus Beneficii alicui aſſignatur ſuperioris authoritate; aliam vero, quæ loco Beneficii deſignatur, ut commodius quis ſuſtentari valeat: vel ex cauſa reſignationis, vel ceſſionis conſtituitur, ne reſignans ex ceſſione nimium diſpendium patiatur. Et hæc eſt hodie in uſu; & datur in titulum. Prima neque eſt Beneficium Eccleſiaſticum, neque aliquid habet ſpiritualitatis: exemplificatur in penſione, quæ datur laico ſuper fructibus Beneficii pro patrocinio, pro pulſandis campanis, pro aperiendo fores Eccleſiæ, vel pro aliquo alio miniſterio, eſt omnino profana Duaren. *de Beneſic. lib. 6. cap. 4.* ex aliis Garcia *d. p. c. 5. n. 6. 7. & 8.* Et hæc penſio diverſa eſt à Beneficio, & diverſam habet naturam Corraz. *de Sacerd. 1. p. c. 4.* Hoged. *de incompat. 1. p. in præfat n. 31. & 2. p. à n. c. 7.* Gigas *de penſion. q. 28.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib. 2. q. 15. n. 11.* Et vere Beneficium Eccleſiaſticum non eſt, ſed quoddam ſtipendium temporale Rodoan. *de Simon. 2. p. c. 14. à c. 26.* P. Soarez *de Relig. tom. 2. de Simon. lib. 4. c. 6. n. 1. & 2.* Sebaſtian. Cæſar. *de Hierarch. Eccleſ. 3. p. diſp 14. §. 10. à n. 1. uſque ad n. 7.* Narbon. *de ætat. ad human. actus requiſ. anno 1. q. 15. n. 7.*

Secunda verò ſpecies penſionis non eſt mere temporalis, ſed ſpiritualis; vel ſaltem ſpiritualibus annexa dependenter, ſeu conſequenter ad inſtar Beneficii. Quemadmodum enim beneficium præſupponit
58 Clericatum, & illum, prærequirit: ideoque dicitur ſpirituali annexum dependenter Garcia *de Beneſic. 1. p. cap. 1. n. 5. & 6.* Ita etiam iſta penſio prærequirit Clericatum juxta Curiæ ſtylum, de quo Rodoan. *d. cap. 14. n. 13.* Navarr. *can. 63. de Simon. n. 6.* Quod comprobatur ex Conſtitutione Sixti V. de habitu, & tonſura per Clericos, ſeu Milites; vel etiam penſionarios deferendis: & ex Conſtit. 31. & ex alia Pii V. 138. circa obligationem injunctam penſionariis recitandi Officium parvum Beatæ Mariæ. Ex qua dixit Navarr. *de reſtit. lib. 2. c. 2. n. 100.* quod jam dubitari non poteſt penſionem dari ad officium, ſicut Beneficium. Quo caſu penſio appellatur Beneficium Caietan. *de ſimon. q. 2.* Soarez *de cenſur. diſp. 13. ſect. 1. 11.*
59 Salzed. *de leg. Polit. lib. 2. c. 16. n. 8.* Quando enim penſio reſervatur habita ratione ad Beneficium, ſemper pro Beneficio Eccleſiaſtico reputatur etiam quod fori privilegium: unde praxi Hiſpaniæ teſtatur Salzed. *in pract. c. 52. n. 10.* Sebaſt. Cæſar. *de Eccleſ. Hierarch. 3. p. diſp. 14. §. 10. n. 9.* Unde hanc ſententiam rectè tuentur Navarr. *de Simon. conſ. 59. 61. & 63. ac 62. & in Manual. c. 23. n. 111.* Mandoſ. *reg. 19. q. n. 11.* Hieron. Gabr. *conſ. 191. n. 8. lib. 2.* Flores de Mena *lib. 1. var. q. 21. n. 199.* Ludov. Lopez *inſtruct. conſcient. 1. tom. 303.* Fr. Emman. Rodrig. *in ſumma tom. 2. c. 21. n. 7. & 8.* quos, & alios refert Garcia *d. 1. p. c. 5. n. 18.* & poſt plures Diana *reſ. moral. 1. p. tract. 2. de immun. Eccleſ. reſol. 30. verſ. ſed contrariam*, pulchrè Salzed. *de leg. Polit. lib. 2. c. 16. n. 4. & ſeqq.* Et in eandem ſententiam inclinat Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 3. n. 24. in fin.* Gigas *de penſion. q. 94.* Ubi pro hac parte deciſum teſtatur. Sequitur De Pont. *conſ. 24. n. 1.* Quarant. *in ſumma Bullar. tit. de habit. Cleric. fol. 275.* Et eam ſervari inquit. P. Joan. Baptiſta Suit. *in ſelect. ſumm. Pontiſ. conſtit. theorem. 382. epitom. 148. &* 149. optime Pereyr. *de Man. Reg. 2. p. c. 64. n. 42.* Cum qua diſtinctione vera penſionum conciliantur contrariæ opiniones; ita ut penſio aſſignata laico ob aliquod, miniſterium temporalis ſit; ea vero aſſignatur Clerico in titulum ut commodius valeat ſuſtenta- 60
ri, vel loco Beneficii ex cauſa reſignationis, ad inſtar Beneficii habeatur, ut optimè tradunt Sebaſt. Cæſar. *d. 3. p. diſp. 14. n. 14.* Soarez *de cenſur. tom. 2. diſp. 13. ſect. 1. n. 11. & de Relig. tom. 2. lib. 2. c. 22. n. 4.* Sanch. *conſil. moral. lib. 2. c. 2. dub. 63. n. 4.* Salzed. *d. c. 16. n. 17. 18.* Layman. *in Theol. moral. lib. 1. tract. 5. 2. p. c. 2. n. 8. & lib. 4. tract. 2. cap. 18. n. 2.* optimè Aug. Barb. *de jure Eccleſ. lib. 3. c. 11. n. 16.* Atque ita cum penſio ſine authoritate Papæ conſtitui non poſſit; neque laicus ſine titulo fructus Beneficii poſſidere; ita ut Tuitiva in beneficialibus non conceditur, niſi oſtenſo titulo, ita pro penſione concedenda non eſt; niſi reſervationis titulus producatur.

Deneganda tamen eſt Tuitiva extero, qui in Re- 61
no Beneficium adeptus ejus poſſeſſionem aliquo modo occupavit. Quoniam exterus in Regno Beneficium obtinere nequit: ut diximus ſupra *c. 26. n. 154. & ſeq.* Et idem erit dicendum in extero penſionario; hic enim ita ut Beneficium in Regno obtinere nequit, ita neque penſionem: ut optimè tradit Pereyr. *de Man. Reg. p. 2. c. 64. n. 42.* latè Salzed. *de leg. Polit. lib. 2. c. 16. à n. 1.* Creſp. de Valdaura *obſ. 6 n. 55. & ſeqq.* Et quamvis Pereyr *d. n. 42. in fin.* aſſerat, in Regno Italis penſiones concedi ob rationem ibi traditam. In aliis exteriis contrarium dicendum eſt quaſi in eis eſſet ratio per eum aſſignata.

Inſuper deneganda eſt Tuitiva penſionario, qui 62
penſionem obtinuit in Beneficio juris patronatus Regii, ſive jus patronatus ſit penes Regem, ſive apud Donatarium Coronæ; quia in tali Beneficio non poteſt penſio imponi abſque Regis aſſenſu, ex his quæ Cabed. *de patron. Reg. Coron. cap. 13. n. 16.* Gabr. Pereyr. *de Man. Reg. p. 2. c. 2. c. 29. n. 16. & 17.* Ubi pluries in Senatu judicatum dicit. Cumque penſionis titulus ſit apparenter nullus, non debet penſionarius manuteneri in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem.

Et nota, quod in expeditione Tuitivæ illa obſer- 63
vatur praxis, nempe quod ſupplicatione porrecta ab impetrante coram Palatinis Senatoribus, expeditur Decretum nomine Regis, ut unus ex Senatoribus gravaminum Senatus Domus Supplicationis, viſis documentis ſuffragium præbent, ſeu informationem, an concedenda ſit, vel deneganda Tuitiva: & hac informatione præcedente in Menſa Senatus Aulici, vel conceditur, vel denegatur. Et in caſu conceſſionis, expeditur charta Tuitiva ad certum Judicem, qui citatis partibus, & auditis ſummariè de jure ſuo, & admiſſis probationibus ſuper narrativa ſententiam profert, vel ad decernendam tuitionem, vel denegandam; à qua pars gravata appellationem interponere poteſt: ut diximus *ſupra n. 17. cum ſeqq.*

In quo judicio adverſarius contra impetrantem ex- 64
ceptionibus oppoſitis jus ſuum proſequitur, non tamen audiendus eſt cum exceptionibus reſpicientibus materiam cauſæ principalis, tam petitorii, quam poſſeſſorii plenarii, quæ requirunt altiorem indaginem, quia in judicio poſſeſſorio, non admittuntur exceptiones, quæ altiorem requirunt indaginem, Rota *dec. 186. n. 2. in fin. p. 2. recent.* Poſt. *de manut. obſ. 42. n. 70.* Et in hac materia manutentionis tradunt Poſt. *d. obſerv. 42. n. 68.* Valaſc. *conſ. 79. n. 20. in fin.* Immoneque in ſummariis cauſis, & executivis prædictæ audiuntur exceptiones, ſed reſervantur plenario judicio *l. fin. C. de ordin. cognit. L. 3. §. ibid. ff. ad exhibendum*, Parlador. *lib. 2. re. quotidian. §. 11. n. 40.* Afflict. *deciſ. 351. n. 4. ad fin.* Larrea *alleg. 21. n. 6.* Marc. Anton. Camuncul. *deciſ. 15. n. 5.* Salgad. *de protect. p. 2. c. 18. n. 45. & p. 4. c. 7. n. 64.* Cyriac. *contr. 120. n. 30.*

*n.*30. & 31. Tondut. *de pravent. p.*2. *c.*56. *n.*16. &
17. Anton. Amat. *reſolut.*80. *n.*1. Dicuntur ante ex-
ceptiones requirere altiorem indaginem quando con-
tinent agitationem conſiſtentem tam in jure, quam in
facto Surd. *conſ.*152 *n.*10. Camuncul. *deciſ.*15. *n.*6.
Salgad. *d.c.*18. *n.*62. Giurb. *deciſ.*21. *n.*1. Caſtill. *lib.*
3. *contr. c.*24. *n.*94. Amat. *reſolut.* 81. *n.*18. Poſt. *d.*
65 *obſerv.*42. *n.*71. & 72. Chriſtophor. de Paz. *de tenut.*
*c.*38. *n.*5. 24. & 25. Vel quando articulus eſt valde
intricatus. Capyc. *deciſ.*10. *n.*19. & 20. Poſtius *d.ob-
ſerv.*41. *n.*71. & 72. An vero articulus ſit intricatus,
necne? Relinquitur Judicis arbitrio Gratian. *diſcep-
tat. forenſ. c.*170. *n* 4. Camuncul. *d. n.*6. Poſt. *d.ob-
ſer.*42. *n.*72. Salgad. *d.c.*18. *n.*48. Tiraq. *in L. ſi un-
quam verbo omnia n.* 31. *C. de revocand. donation.*
Amat. *reſolut.* 80. *n.*3. Menoch. *de arbitr. caſ.*20. *n.*
3. Propterea que in hoc Tuitivæ judicio remittitur
ad petitorium exceptio juris patronatus, reſpectu Be-
66 neficii, Cavaller. *deciſ.*250. *n.*3. Prout etiam excep-
tio invaliditatis proviſionis Rota *recentior. dec.* 341.
*n.*4. Poſt. *obſerv.*42. *n.*68. niſi exceptio defectus pro-
prietatis incontinenti probetur poſt. *deciſ.*295. *num.*
1. & 14.

67 Quia in hoc judicio omnis exceptio aliena dicitur,
quæ incontinenti non probatur Poſt. *deciſ.* 295. *n.*1.
& 4. *obſerv.* 42. *n.* 73.

Si vero adverſarius oppoſuerit de injuſtitia poſſeſ-
ſionis, & in promptu probaverit notoriè eſſe injuſtam,
ſpoliativam, violentam, doloſam, improbam, ſeu vi-
tioſam; vel poſſeſſorem eſſe intruſum, furem, vel
prædonem, & de hoc conſtiterit notoriè & eviden-
ter abſque alia diſputatione, non erit hujuſmodi poſ-
ſeſſori danda Tuitiva, ſeu manutentio *L.* 1. *in princ.
ff. uti poſſidet. L. improba, C. de acquir. poſſeſſ.* Flamin.
*de reſignat. lib.*1. *q.*6. *n.* 8. Roderic. *de ann. reddit.
lib.*1. *q.*17. *n.*21. & *ſeqq.* Cancer. *lib.*3. *c.*14. *n.*54. &
55. Gratian. *cap.*870. *n.*16. & *c.* 899. *n.*11. & *deciſ.*
10. *n.*4. Cyriac. *contr.* 46. *n.* 12. poſt alios Ludovic.
Poſt. *obſerv.* 42. *n.*137. Tondut. *de prævent. p.* 2. *c.*
58. *n.* 16. Intellige tamen, quod ſupra dictum eſt
de probatione injuſtitiæ poſſeſſionis incontinenti fa-
68 cienda, ut ſcilicet incontinenti facta dicatur proba-
tio, quæ intra terminum probatorium juſtificationis
Tuitivæ facta fuerit Chriſtophor. de Paz *de ten. c.*
20. *n.*16. & *c.*23. *n.*7. & 39. & *c.* 30. *n.*39. Poſt. *d.
obſ.*42. *n.*73. Cum enim impetrans juſtificare debeat
preces Tuitivæ coram Judice nominato, & adverſa-
rio opponenti de injuſtitia poſſeſſionis terminus pro-
batorius aſſignandus ſit, quamvis ſummarius, probatio
facta intra illum, quaſi incontinenti data cenſeri de-
bet; & ita ſervat ſtylus.

69 Item opponere poterit adverſarius impetrantem
ab eo poſſidere clam, vel dolo, aut precario. Quo
caſu impetrans non obtinebit Tuitivam *de L.* 1. *in
princip.* & §. *perpetuo* & §. *fin. ff. ut poſſidet. L. unica
C. eodem* § *hodie Inſtit. de interdict.* Aretin. *in* §. *re-
tinendæ n.*4. *Inſtit. de interdict.* Cancer. *var. c.*14. *n.*
41. Virgin. Bocat. *de manut. c.*2. *ſub n.*46. & *c.*3. *n.*
12. & *c.*10. *n.*6. & 7. poſt plures Poſt. *obſerv.* 42. *n.*
162. & 170. Valaſc. *conſult.*79. *n.*19. Secus tamen
erit, ſi poſſeſſio fuerit clandeſtina, precaria, ut aliàs
injuſta reſpectu tertii, qui de illo non contendit; tunc
enim procedet Tuitiva contra adverſarium turban-
tem Valaſc. *d. n.*19. Anton. Gomez. *in L.*45. *Tauri n.*
169. Cæſar. Barz. *deciſ.*140. *n.*31. Poſt. *d. obſervat.*
42. *n.* 169.

Deinde admittenda erit exceptio de non jure im-
petrantis, quando notorie, in promptu conſtat de do-
70 minio opponentis. Quemadmodum enim in inter-
dicto *unde vi* non reſtituitur ſpoliatus, ſi conſtat de
notorio proprietatis defectu, & dominio ſpoliantis.
Innocent. *in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſ-
ſeſſion. & propriet.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.*1.
q. 19. *n.* 131. Maſcard. *de probat. concl.* 1327. *n.* 1.
Oliva *de for. Eccleſ. p.*1. *q.*16. *n.*39. Moguer. *alleg.*
26. *n.*338. Solorzan. *tom.*2. *lib.*2. *c.*28. *n.*70. Hiero-
nym. Leo *deciſ.*24. *n.*13. Garcia *de nobilit. gloſſ.*12.
*n.*86 Anton. Gomez *in L.*45. *Tauri n.*183. D. Joſeph. 71
Velo *diſſert.* 49. *n.*64. Ita in hoc Tuitivæ remedio
non habebit locum manutentio, ſi de non jure impe-
trantis notoriè, & evidenter conſtiterit abſque alia
diſceptatione Cancer. *lib.*3. *c.*14. *n.*54. & *ſeqq.* Fon-
tan. *de pact. nupt. clauſ.*7. *gloſ.*3. *p.* 10. *n.*74. Poſt. *obſ.*
42. *n.*148. Quia tunc petitorium abſorbet poſſeſſorium
Roderic. *de ann. reddit. lib.*1. *q.*17. *n.*21. Neque lex,
aut Rex vitioſum poſſeſſorem tueri intendit Valaſc.
*conſult.*79. *n.*19. & 20. Poſt. *d. obſerv.*42. *n.* 15.

Quod exemplificatur in eo qui titulum Beneficii
neque coloratum habet, vel fuit ab Ordinario inſtitu-
tus de Beneficio quod vacavit in Curia & erat reſer- 72
vatum Sedi Apoſtolicæ, cujus proviſio ſpectat ſolum
ad Romanum Pontificem *c* 2. *de præbend. in* 6. *gloſſ.
verbo ſi ad nos in Clement. penult. de præbend.* & poſt
Ancharran. Dominic. & Ordinat. *in d.c.*2. Rebuff. *de
nominat. q.*15. *n.* 27. Covarr. *practicar. c.* 36. *n.* 7.
Flamin. *de reſignat. lib.*2. *q.*26. *n.*18. Thuſc. *litt. A.
concluſ.* 76. Zerola *in praxi Epiſcopal p.*1. *verbo Be-
neficia verſ. ad ſecundum pag. mihi* 81. Nicol. Garcia
*de Benefic. p.*1. *c.*5. *n.*68. & *ſeqq.* Auguſt. Barboſ. *de
poteſt. Epiſcop.* 3. *p. alleg.* 32. *n.*22. & *in collectan. ad
text. in d.c.*2. *de præbend. in* 6. *n.*1. & Valaſc. *conſult.*
163. *n.*8. Et bene probatur *ex Regula* 5. *Cancellariæ.*
Quapropter iſte ſic proviſus nec titulum coloratum
habere poteſt, Valaſc. *conſ.*79. *n.*7. & 8. Aug. Barb.
in d. c. 2. *n.*1. neque manuteneri poteſt, quantum-
cunque ſit in poſſeſſione Beneficii. Valaſc. *d. conſult.* 73
79. *n.* 7. & 8. Cujus opinionem veriſſimam cenſeo,
quidquid in contrarium teneat Poſt. *obſerv.*42. *n.*105.
Textus enim *in d.c.*2. *de præbend. in* 6. continet de-
cretum irritans, quod formam inducit Bald. *in L.* 1.
verſ. quæro ergo, ff. de liber. & poſthum. Anton. Gabr.
*in tit. de cauſ. concl.*3. *n.*70. Mareſcot. *lib.*2. *var. c.* 74
38. *n.*8. Reynoſ. *obſer.*30. *n.*4. Decretum autem irri-
tans annullat geſta in contrarium *c. ſi poſtquam de
elect. in* 6. Anton. Gabr. *de concl.*3. *n.*56. Reynoſ. *d.
n.*4. Ita ut ab initio omnia nulla reddantur Salgad. *de
protect. p.*3. *c.*10. *n.*69. Cald. Pereyr. *forenſ. lib.*1. *q.*6. *n.*
29. Mareſcot. *d.c.*38. *n.*12. Aug. Barb. *vot.*56. *n.*41. Ca- 75
pyc. Latro *conſ.* 81. *n.*41. Et non ſolum titulum, ſed
etiam poſſeſſionem inficit Reynoſ. *d. obſer.* 30. *n.*4. Sal-
gad. *d.c.*10. *n.*65. Ubi ait, quod talis poſſeſſor nullo
juris remedio juvari poteſt, & *n.*70. Caſſador. *ſuper re-
gul. deciſ.*7. *n.*3. Garcia *de Benefic. p.*5. *c.*1. *n.*427. Poſt. 76
*obſer.*46. *n.*4. & *ſeqq.* Valaſc. *conſ.*79. *n.*6. Cald. *forenſ.
q.*22. *n.*41. & *ſeq.* Mareſcot. *d.c.*38. *n.*16. & 20. Quod
adeo verum eſt, ut geſta nullum producant effectum,
neque alia quod juris fomentum habeant *cap. ſi eo
tempore de elect. in* 6. Gomez *in regul. de trien. q.*49.
*n.*3. Poſt. *dec.*50. *n.*2. Salgad. *d.c.*10. *n.*66. Habet enim
Decretum irritans annexam inhibitionem Hieronym.
Leo *dec.* 95. *n.* 18. Unde nullo modo talis poſſeſſor
tuendus eſt neque dicit poteſt habere titulum colora-
tum. Immo intruſus dicendus eſt ſecundum regulam
Cancellariæ de triennali, Maſcard. *concluſ.*937 *n.*25. 77
Et ea propter nullo modo tuendus eſt.

Intruſus autem dicitur variis modis. Primo qui ha-
bet titulum, & poſſeſſionem ab eo, qui non habebat
conferendi poteſtatem *c. fin. de exceſſ. Prælator. cap.
quia diverſitatem de conceſſ. præbend.* Decius *conſ.* 78
121. *n.*4. Selva *de Benefic. p.*3. *q.* 10. *n.* 15. Gomez *in
d. reg. de trienn. q.*47. *verſ. quarto dicitur,* Mandoſ. *in
reg. de ſubrog. collitig. q.* 4. Aug. Barboſ. *in c. tanta*
18. *de exceſſ. Prælator. n.*4. Tuſch. *litter. I. concluſ.*
342. *n.*3. Capyc. *deciſ.*6. *n.*12. Saluſt. Tiber. *in pract.
A. C. lib.*3. *c.*7. *n.*41. Poſt. *obſerv.*42. *n.*107.

Secundo dicitur intruſus, poſſidens Beneficium
de

Digitized by Google

de facto, & injuſtè alteri ablatum, Rebuff. *in addit.*
79 *ad reg.29. Cancellar. verſ. quarto* Argel. *de legitimo contradictor. q.15. n.78.* Maſcard. *concl.* 937. *n.22.*
Tertio dicitur intruſus, qui abſque Diœceſani, alteriuſve ſuperioris conſenſu, vel authoritate poſſeſſionem Beneficii apprehendit *c. eum qui de præbend. in*
80 *6.* Et facit text. *in c. ad aures de exceſſ. Prælator. c. jam dudum de reſcript.* Anton. de Buir. *in c. cum ſatis col.2. de offic. Archidiac.* Felin. *in c. in noſtra 12. de reſcript.* Gomez *in reg. de trienn. q.47. in princ.* Spin. *de teſtam. gloſſ. 4. n.92.* Maſcard. *concluſ.937. n.5.* Auguſt. Barboſ. *in c. eum qui n.2. de præbend. in 6.* Flamin. *de reſig. lib. 7. q.1. n.114.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. c. 35. q.10.*

Quarto intruſus cenſetur, qui ſine titulo Canonico, vel per vim ingreſſus eſt poſſeſſionem Beneficii
81 Azor. *lib. 7. c. fin. q. 10.* Aug. Barb. *in c. cum dum 18. n.2. de præbend.* Capyc. *deciſ. 6. n. 12.* Quinto dicitur intruſus, qui literis non expeditis poſſeſſionem Beneficii apprehendit Flamin. *de reſign. lib. 10. q.1. n. 21.* Barboſ. *in d. c. jam dudum n. 2. de præbend.* Sexto, qui ſine titulo propria authoritate Beneficii
82 poſſeſſionem occupavit Flamin. *de reſignat. lib.7. q. 1. n.114.* Auguſt. Barboſ. *in d. c. eum jam dudum n. 2.* Rota *diverſor. 2. deciſ.21. n.5. recentior. p.2. dec.*
83 *60. n.3.* Poſt. *obſerv. 42. n.107.* Septimo dicitur intruſus, qui reſignavit Beneficium, & poſt reſignationem illud retinet Flamin. *de reſign. lib.1. q. 6. n. 5.* Quare, ſi conſtat de reſignatione, manutenen-
84 dus non eſt Menoch. *de retinend. remed. 3. n. 697. & ſeqq.* Durand. *deciſ.158. n.5. & 6.* Poſt. *obſerv.42. n.144. & 145.* Ex ea ratione quia renuntians Beneficium abdicat à ſe omne jus, quod habet, & ad illud regredi nequit *c. ex tranſmiſſa de renunciat. c. quam periculoſum 7. q.1.* Flamin. *lib. 5. q. 13. n. 1. uſque ad n. 16.* Gratian. *c. 814. n.* Salgad. *de protect. p.2. c.13. n.217.* Solorzan. *tom.2. lib.2. c.6. n.50.* Quæ reſolutio obtinet, etiamſi quis reſignaſſet beneficium
85 ad favorem alterius in forma dignum, qui repertus fuit non idoneus; quia adhuc non poteſt redire ad Beneficium; niſi probaverit diligentiam adhibuiſſe, vel ignoraſſe Garcia *de Benefic. p.11. c.3. n. 38.* Fermoſin. *in c.2. & 3. de reſtit. ſpoliat. q. 2. n.12.*

Octavo dicitur intruſus, qui poſtquam fuit electus, ante confirmationem adminiſtravit *c. cum veniſſent. 2. de in integr. reſtit. c. avaritia de elect. in 6.* Felin.
86 *in c. veniens ſub n.2. de accuſat.* Rebuff. *in prax. Beneficial. in reg. de ſubrog. collitig. gloſſ.4. n.* poſt alios Maſcard. *concluſ.937. n.7.* Auguſt. Barboſ. *in d. c.2. de in integr. reſtit. n.2.* Selva *de Benefic. p.2. q.7. n. fin. & p. 3. q.59.* Riccius *in prax. aur. reſolut.224. n.*
87 *3. verſ. quarto,* Thuſc. *litt. I. concluſ.342. n.5.* Et à fortiori dicetur intruſus, qui ſine electione, vel ex electione non Canonica puta, minoris partis votantium ſe intruſit in Beneficio Joan. de Immol. *conſ. 132. n.7.* Tuſch. *d. concluſ. 342. n.6.* Et vide per eundem Tuſch. *ubi proximè n.7.* & per Maſcard. *concluſ. 937. n.7. cum ſeqq.* Ubi limitationes hujus reſolutionis videre potes: Et an, & quando adminiſtrans ante confirmationem dicatur intruſus, vel non?
88 Nono dicitur intruſus qui notoriè nullum jus habet in Beneficio, ut puta, quando titulus per ſententiam nullus fuit declaratus, Ferret. *conſ. 12. n. 11. & 12.* Thuſc. *d. concl. 342. n.2.* Decimo intruſus dicitur; qui habet collationem Beneficii nondum vacantis;
89 vel ab Ordinario, vel à Papa. Qui ſi cepit poſſeſſionem Beneficii viventis, dicitur intruſus Ancharran. *conſ.397. incipit apparet n.2. & 3.* Thuſc. *de concluſ. 342. n. 4.* Qui incidit in pœnam impetrantis Beneficium viventis, de qua *Ordin. lib.2. tit.13.*

Eſt tamen advertendum; quod intruſus non citatus expellendus eſt lite pendente; niſi notoriè con-
90 ſtet ex actis eſſe talem, & nullam ei defenſionem competere, Francus *in c. ex parte n.29. de appellat.* Hieronym. Gabr. *conſ.41. n 20. lib.2.* Aug. Barboſ. *in cap. licet Epiſcopus 27. de præbend. in 6.* Et hoc caſu procedit opinio Poſtii, & aliorum, quos citat *d. obſervat. 42. n.105.* Si vero tituli producti defectus, vel invaliditas ex inſpectione actorum appareat, neque manutentio, neque Tuitiva concedenda eſt, Menoch. *de retinend. remed. 3. n. 188.* ut ex Rotæ deciſionibus probat Poſt. *d. obſerv. 42. n.155.* Quia probatio quæ fit libris apertis, nunquam rejicitur: ut per eundem *n.156.* Perſonal. *de adipiſcend. n.408. verſ. huic eſt.*

Denique Tuitiva non conceditur ei qui habet contra ſe vehementem juris præſumptionem & reſiſtentiam. De quo, & quando locum habeat, videndi ſunt Poſt. *obſervat. 44. n. 12. & per totam.* Auguſt. Barboſ. *in d. c. Beneficium n.4. de reg. jur. in 6.*

CAPUT XXXIII.

De Charta Tuitiva appellantium.

SUMMARIUM.

1 *Auxilium Tuitivæ appellantium ad Principis protectionem ſpectat.*
2 *Tuitiva appellantium, quæ apud Arragonenſes dicitur juris firma, innititur conſuetudini, quæ à primordiis hujus Regni initium cepit.*
3 *Iſta conſuetudo à jure naturali deſcendit.*
4 *Principi inter alia magis commendatur cura ad ſalutem ſubditorum conſervandam; & protectio ad tollendas violentias.*
Ad Regem pertinet ſubditos in juſtitia conſervare tam ratione contractus, quam ex quodam principio naturali, & divino. Ib.
5 *Eſt in Regibus ſummum bonum juſtitiam colere & ſua cuique jura ſervare.*
Juſtitia firmat ſolium. Ib.
Remota juſtitia Regna ſunt nihil aliud, quam magna latrocinia. Ib.
6 *Princeps ratione officii tenetur facere juſtitiam, & vi oppreſſos liberare, atque inter ſubditos pacem ſtatuere, proprioſque vaſſallos defendere.*
7 *Defenſio ſubditorum conſiſtit in protectione vaſſallorum, & in hoc officium Principis magis elucet.*
8 *Protectio Principis orta fuit ab origine cum ipſo Regno; quia Regnum creatum fuit propter protectionem, non protectio propter Regnum.*
9 *Defenſio juris naturalis eſt communis hominibus & brutis.*
10 *Defenſio excommunicato, & etiam Diabolo eſt permiſſa.*
11 *Bene poteſt quis alium occidere pro defenſione conſanguinei, vel extranei.*
Mortaliter peccat, qui cum poſſet, noluit alium defendere. Ib.
12 *Princeps tenetur defendere ſubditos juris naturalis dictamine: non ſolum armis, ſed & protectione ad tollendas violentias: ut n.13.*
Clerici ſunt cives, & pars populi, ac Reipublicæ ſæcularis membra. Ib.
Protectio Regis non tam quoad ſæculares, ſed quoad Eccleſiaſticos exercenda eſt. Ib.
14 *Clerici ſunt exempti in temporalibus, ſed ad Principem pertinet quod in ſuis litibus juſtitia ſervetur.*
15 *Auxilium Tuitivæ appellantium conceditur laicis, & Clericis, ut pendente appellatione Eccleſiaſticus ſententiam non exequatur.*
16 *Auxilium Tuitivæ extrajudicialiter conceditur non per viam juriſdictionis.*

Tuitiva cauſa finalis eſt ad dirigendos Judices Eccleſiaſticos, ne abutantur juriſdictione. Ib.

17 *Appellatio eſt defenſionis ſpecies, & in jure naturali fundatur.*

Per appellationem corrigitur Judicis iniquitas, & injuſtitia. Ib.

18 *Appellatio dicitur præſidium innocentiæ.*

Appellatio in dubio eſt admittenda. Ib.

19 *Eccleſiaſticus, qui non defert legitimæ appellationi, vim facit, & notoriam oppreſſionem committit contra jus naturale.*

20 *Conſuetudo leges immutandi, interpretandi, atque corrigendi vim habet.*

21 *Diſtinguitur inter conſuetudinem poſitivam, & interpretativam.*

Conſuetudo, de qua Ordinat. lib. 2. tit. 10. *eſt interpretativa juris naturalis.* Ib.

Et ipſa conſuetudo potius dicenda jus naturale, quam conſuetudo. Ib.

22 *Quæ ſunt juris naturalis, immutabilia ſunt.*

Conſuetudo, de qua in dicta Ordinatione, tolli non poteſt per legem Pontificiam. Ib.

23 Bulla Cœnæ cap. 14. *non comprehendit conſuetudinem, ſecundum quam à Principe conceditur Tuitiva appellantium.*

Conſuetudo, de qua ſupra, rationabilis eſt, & inducta ad bonum Reipublicæ. Ib.

24 *Præſcriptio immemorialis habet vim tituli, & privilegii.*

Juriſdictio adquiritur per immemorialem præſcriptionem. Ib.

25 *Non ſunt mutanda, quæ ſemper certam interpretationem habuerunt.*

Novitates contra ea, quæ à noſtris prædeceſſoribus ſunt obſervata, detrahunt juri publico, & per eas tumultui, perturbationi, & ſcandalo cauſa datur. Ib.

26 *Novitates ſunt odioſæ, à jure reprobatæ, atque vitandæ quia ſæpiſſime Rempublicam turbant, & in diſcordias ruere faciunt.*

27 *Conſuetudo inveterata non eſt mutanda.*

Amplia in conſuetudine Principis, quia ſemper illa remanere debet. Ib.

28 *Conſuetudo tantum valet, quantum gratia Principis, ſeu Papæ.*

Conſuetudo æquiparatur privilegio, maxime in his, quæ ſunt juris poſitivi. Ib.

29 *Princeps ſæcularis non poteſt legem ferre contra Eccleſiaſticos: etiam in temporalibus.*

30 *Conſuetudo contra Eccleſiaſticas conſtitutiones non poteſt induci.*

Conſuetudo, ut legi deroget, debet introduci ab his, qui poteſtatem habent legis condendæ. Ib.

31 *Diſtinguitur inter conſuetudinem laïcorum: & conſuetudinem mixtam tam ſæcularium, quam Clericorum: ut prima non obliget Clericos, ſecunda vero ſic. Quod explicatur.*

32 *Summus Pontifex, qui conſuetudini non contradicit, conſentire videtur, & ſufficit tacitus conſenſus.*

33 *Clauſula appellatione remota nihil operatur, ſi conſtat de gravamine.*

34 *Clauſula appellatione remota appoſita ſine cognitione cauſæ intelligitur tantum de appellatione frivola, non de legitima.*

Idem dicendum, quando fuit appoſita in parte executiva actus. Ib.

35 *Prædicta clauſula non operatur, quando appellatur à facto Judicis procedentis vigore reſcripti cum clauſula appellatione remota, quando pars non impugnat reſcriptum, ſed factum Judicis.*

A ſententia lata ſuper exceptione incompetentiæ bene poteſt pars appellare, etiam ſi Judex procedat cum clauſula appellatione remota. Ibid.

36 *Si Judex qui procedit appellatione remota, dolo malo vel fraude ſententiam profert, poteſt ab eo appellari. Et ponitur exemplum.*

37 *Tuitivæ non eſt locus in caſibus, ubi de jure appellatio non eſt admittenda.*

38 *Appellatio à proviſione, collatione vel inſtitutione Beneficii non habet effectum ſuſpenſivum, quando proviſio fieri jubetur extrajudicialiter: ſecus, ſi judicialiter: ut n. 39.*

40 *Limita de jure noviori in proviſione Parochialium, à qua appellatio interpoſita non ſuſpendit: Sed intellige: ut n. 41.*

42 *Si unus tantum fuerit præſentatus à patrono, qui ab examinatoribus fuit reprobatus, & appellavit appellatio utrumque effectum producit.*

43 *Proviſus, qui in gradu appellationis ſuccubuit: ſi appellavit, utrumque effectum producit appellatio.*

44 *Appellatio à proviſione Beneficii notoriè nulla utrumque effectum producit: ſive proviſio judicialiter, ſive extrajudicialiter fiat.*

45 *Appellatio à ſententia decimarum virtute inter Parochum, & alios Vicarios pretendentes jus ſibi eſſe decimandi, utrumque producit effectum.*

DE hoc Tuitivæ auxilio agit *Ordinat. lib. 1. tit. de Regim. Senator. Palat.* § 116. *& lib. 2. tit. 10.* quam perbelle explicat Pereyra *de Man. Reg. 1. p. cap. 22. per totum.* Ubi à *n. 2. cum ſeqq.* non offendere Eccleſiaſticam libertatem edocet: Immo ad Regiam protectionem pertinere oppreſſioni Judicis Eccleſiaſtici denegantis appellationem, vel exequentis ſententiam appellatam occurrere oſtendit. Et ab eo dictis plus addere quaſi otioſum videtur. Sed cum facilè ſit inventis addere, ſequentia ſubjiciam. 1

Primo: quod hæc Tuitiva, quæ apud Aragonenſes appellatur juris firma Joſeph. de Seſſe *de inhibit. cap. 8. §. 2. n. 9.* conſuetudine innititur: ut declarat *Ordin. lib. 2. tit. 10.* ibi: *Por quanto aſſim foy ſempre uſado, & particado, & ſe coſtumou ſemelhãtes cartas ſerem dadas pelos noſſos Deſembardores do Paço.* Prout etiam cognitio per viam violentiæ tam apud Nos, quam apud cæteras gentes conſuetudine fuit introducta: ut diximus *ſupra in cap. de Protect. n. 17.* ut tradit Pereyr. *de Man. Reg. p. 1. c. 22. n. 7.* Ubi quod hæc conſuetudo à primordiis hujus Regni initium cepit, & quod ſit immemorialis, ultra dictam Ordinationem probat Cevall. *commun. tom. 4. q. 897. n. 222.* Quare omnino ſervanda eſt. 2

Præſertim, quia illa conſuetudo à jure naturali deſcendit à quo mediante hominum conſenſu Regis poteſtas derivatur, ut ſenſerunt Covarr. *pract. c. 1. n. 2.* Azor. *tom. 2. moral. lib. 10. cap. 2. verſ. his poſitis, & lib. 11. c. 1.* Cevall. *de cognit. per viam viol. in prol. n. 19.* Soarez. *de legib. lib. 3. c. 4. n. 2.* Petr. Gregor. *de Repub. lib. 7. c. 19. n. 16. & 17.* & facit *L. 1. ff. de conſtit. Princ.* ad hoc ut Rempublicam bene regeret, & gubernaret Bellarm. *de offic. Princ. à c. 9.* D. Thom. *de regim. Princ. lib. 1. c. 8. & lib. 2. cap. 15.* Salgad. *de protect. cap. 1. præl. 1. n. 44. & 45.* Inter alia tamen, quæ ad officium Principis ſpectant, magis commendatur cura ad ſubditorum ſalutem conſervandam Giurb. *conſ. 62. n. 3.* Mart. *de clauſ. 2. p. clauſ. 7. nu. 11.* & protectio ad tollendas violentias *c. Regum 23. q. 5.* Prout etiam ad Regem pertinet ſubditos in juſtitia conſervare, tam ratione contractus Salas *de legib. diſp. 14. ſect. 2. tit. 14. q. 96. n. 2.* Valenz. *conſ. 70. n. 6. & 7.* quam ex quodam principio naturali, & divino, quibus coactivè obligatur Soto *de juſt. & jure lib. 1. q. 6. à n. 7.* Soarez *de legib. lib. 3. cap. 35.* Salzed. *de leg. Polit. lib. 1. c. 7. n. 11.* Eſt enim in Regibus ſummum bonum juſtitiam colere, 3 4

&

& ſua cuique jura ſervare Torres lib. 7. Philoſoph.
moral. cap. 2. Carol. Tapia de jure Neapol. lib. 1.
5 rubr. de legib. c. 193. n. 5. Caſſan. in Cathal. glor. mund.
5. p. conſid. 5. Giurb. conſ. 1. n. 26. Valenz. conſ. 70. n. 6.
quoniam juſtitia firmat ſolium; ut dicitur Proverb.
c. 16. & ea remota Regna ſunt, nihil aliud, quam
magna latrocinia Torres lib. 7. cap. 3. Juſt. Lipſ. lib.
4. doctr. civil. c. 14. in fin. Valenz. conſ. 70. nu. 10.
Cumque Princeps ratione officii teneatur facere juſ-
titiam, & vi oppreſſos liberare Camill. Borell. de
præſt. Reg. c. 84. n. 13. & 14. & omni modo conſulere
bono publico: ut dixit D. Auguſt. Homil. 4. Salzed.
6 de leg. Polit. lib. 1. c. 8. n. 7. Subindeque pacem inter
ſubditos ſtatuere Moneta de commut. ult. volunt. c. 6.
q. 1. concluſ. 2. n. 329. Alberic. in L. 1. n. 4. C. de ca-
duc. tollend. Socin. Jun. conſ. 60. n. 39. lib. 3. poſt alios
Salzed. de leg. Polit. lib. 1. c. 7. n. 13. quia in rebus hu-
manis nihil pace eſt glorioſius Petr. Greg de Repub.
lib. 11. c. 13. & 14. Conrad. de Imper. lib. 1. c. 1. §. 4. aſ-
ſert. 16. n. 1. ut Princeps illa aſſequatur, inſtante na-
turalis juris dictamine proprios ſubditos defendere te-
netur: quoniam ut ait D. Auguſt. Hom. 4. Opus Re-
gis eſt vitam ſuam pro his, quibus regnat, ponere. Cum
7 autem hæc defenſio in protectione ſubditorum conſi-
ſtat, eos ab injuriis, & oppreſſionibus liberare debet,
in quo Regis officium principaliter elucet cap. Re-
gum. 23. q. 5. Joann. Lupus de confident. Princ. mem-
br. 1. §. antequam n. 6. Moſcon. de Majeſtat. Eccleſ.
lib. 2. c. 2. 1. p. fol. 280. litter. A, & fol. 688. litter. B.
Petr. Gregor. de Repub. lib. 9. c. 1. n. 16. Salgad. de re-
tent. Bullar. 1. p. c. 1. n. 120. ita ut non tam in bello,
quam in pace defenſio ſit intelligenda. Notat Salzed.
de leg. Polit. lib. 1. c. 7. n. 74. Et quidem hæc protectio,
& defenſio cum ipſo Regno ab origine orta fuit, uti
Regni objectum, & cauſa finalis, ſiquidem Regnum
8 creatum fuit propter protectionem, non protectio pro-
pter Regnum Salg. de protect. Reg. in epilog. proœm.
& de retent. Bullar. 1. p. c. 1. n. 102. Dimanat enim
protectio à juris natura fontibus; prout à jure Divi-
no, Canonico, ac Civili L. ſciendum §. cum aliter ff.
ad L. Aquil. L. 1. unde vi, L. 1. §. cum arietes ff. ſi
quadrup. pauper. feciſſe dicatur L. ut vim ff. de juſt.
& jure, Malvaz. conſ. 14. n. 9. Hypol. de Marſili. conſ.
9 4. n. 4. Salgad. de retent. Bullar. 1. p. c. 2. n. 106. Proin-
deque cum defenſio juris naturalis ſit, & quidem
communis hominibus, & brutis d. L. 1. §. cum arie-
tes Anton. Gomez lib. 3. var. c. 3. n. 20. verſ. immo,
Salzed. de leg. Polit. lib. 1. c. 7. n. 102. Adeo ut non
tantum homo ſe ipſum defendere poſſet cum mode-
ramine inculpatæ tutelæ c. ſignificaſti ubi gloſſ. de ho-
micid. Joann. Faber. in §. jus naturale Inſtit. de juſt.
& jure Jul. Clar. in §. homicidium n. 19. & 27. Boſ-
ſius tit. de homic. n. 82. Diana tom. 5. tract. 4. reſol.
10 1. & ſeqq. Namque defenſio etiam excommunicato,
& Diabolo permiſſa eſt Cened. in collect. 29. ad De-
cret. n. 2. Soarez de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. n. 33. Mo-
lin. de juſtit. & jure tom. 4. diſp. 11. & ſeqq. Sarmient.
ſelect. lib. 1. c. 1. per totum, Auguſt. Barboſ. in collect.
ad text. in cap. 2. de homicid. & in c. 1. de cauſ. poſ-
ſeſſ. & propriet. n. 7. & in c. petitia de jurejur. nu. 2.
Fachin. lib. 1. contr. c. 27. 30. 31. & 32.

Sed etiam poteſt homo alium occidere pro defen-
11 ſione conſanguinei, vel etiam extranei Anton. Go-
mez. d. lib. 3. var. c. 3. n. 21. Carrer. in prax. tract. de
homicid. ex aſſaſſin. §. 5. excuſat defenſio n. 46. Vil-
lalob. in commun. opinion litt. O n. 21. Plaça delict.
lib. 1. c. 28. Boſſius tit. de homic. n. 85. Gutierr. lib. 2.
Canon. c. 6. n. 116. Larrea alleg. 114. ex n. 2. Molin.
de juſt. tom. 4. diſp. 18. n. 2. Ubi docet teneri quem
alium defendere ſi commodè poteſt ſub reatu peccati
mortalis Leſſius lib. 2. c. 9. dub. 13. Diana tom. 5.
tract. 4. reſol. 19. Cancer. lib. 1. var. c. 10. à n. 73.
12 A fortiori igitur Princeps, qui, non ut ſibi proſ-
piciat, creatus eſt; ſed ut ſubditi per eum in tran-
quillitate vivant Salgad. de protect. 1. p. c. 1. præl. 1.
n. 44. & 53. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. c. 1. n. 79. Salzed.
dict. cap. 7. nu. 40. tenetur ſubditos tueri, & defen-
dere ex juris naturalis dictamine Bart. in d. L. ut vim.
n. 7. ff. de juſt. & jure, ubi Paul. de Caſtr. Decius conſ.
678. n. 7. plures dat Salzed. de leg. Polit. lib. 1. c. 12.
n. 43. & 44. Salgad. de protect. 1. p. c. 1. præl. 3. n. 88.
non tantum armis ſed protectione ad tollendas inju-
rias, & violentias Petr. Greg. de Republic. lib. 10. per 13
totum, Covarr. in reg. peccatum 2. p. §. 10. n. 3. Va-
lenz. in diſc. ſtat. & bell. 2. c. conſid. 2. n. 83. Marquez
de gubern. Chriſt. lib. 2. c. 31. §. 1. Salgad. d. lib. 1. c. 7.
n. 112. Ayal. de jure bell. lib. 1. c. 2. n. 30. Cumque
Clerici ſint cives, & pars populi, ac Reipublicæ ſæ-
cularis membra Bart. in L. 1. n. 11. ff. ad municip. Ti-
raq. de Primog. q. 94. n. 9. Bovad. in ſua Polit. lib. 2.
cap. 18. n. 67. 181. & 308. Burg. de Pace in L. 3. Tauri
n. 4 Salgad. de protect. 1. p. c. 1. præl. 2. n. 58. Va-
laſc. conſult. 103. n. 2. Marta de juriſd. 4. p. caſu 1.
n. 27. protectio Regis non tam quoad ſæculares; ſed
etiam quoad Eccleſiaſticos exercenda eſt Salgad. d.
præl. 2. n. 57. Sequitur Salzed. lib. 1. c. 7. nu. 47.
Quamvis enim Clerici in temporalibus ſint exempti; 14
non tamen remanent immunes, ut à Rege in ſuis li-
tibus juſtitiæ obſervatio omittatur: ut dixit idem
Salzed. ſupra n. 48.

Quapropter auxilium Tuitivæ appellantium tam
Clericis, quam laicis Princeps impartitur; ut pen- 15
dente appellatione Eccleſiaſticus Judex ſententiam
non exequatur, neque appellans à ſua rei ſeu Benefi-
cii poſſeſſione amoveatur, antequam per ſuperiorem
cauſa ſit deciſa. In quo nullum Eccleſiaſticæ juriſ-
dictioni præjudicium generatur; immo ſuperioris au-
thoritas, & Sedis Apoſtolicæ juvatur atque augetur
Cenedo canonic. q. 25. n. 35. Morla in empor. juris tit.
2. q. 14. n. 8. Salgad. de protect. 1. p. c. 1. præl. 5. n. 240.
Soar de immun. Eccleſ. c. 44. n. 43. Cevall. commun.
contra comm. q. 897. ſub. nu. 137. & de cognit. per
viam viol. gloſſ. 4. ſub n. 4. Salzed. de leg. Polit. lib.
1. c. 10. n. 6. & 7.

Neque dici poteſt Regem non poſſe in cauſis Ec-
cleſiaſticis ſe intromittere; hoc enim Tuitivæ auxi- 16
lium extrajudicialiter conceditur, non per viam ju-
riſdictionis Cevall. d. q. 897. n. 47. Salgad. de protect.
d. c. 1. præl. 5. & c. 2. n. 153. Pereyr. de Caſtr. de
Man. Reg. 1. p. c. 22. & illius cauſa finalis eſt ad di-
rigendos Judices Eccleſiaſticos, ut non abutantur
juriſdictione, neque ſententias ipſe pendente legiti-
ma appellatione exequantur Salgad. d. præl. 5. nu.
236. Pereyr. d. c. 22. à n. 3.

Eſt autem appellatio defenſionis ſpecies, & in ju-
re naturali fundatur Mart. de juriſd. 1. p. c. 42. n. 1. 17
Scaccia de appell. q. 16. n. 4. Covarr. pract. c. 23. n.
6. Salgad. de protect. d. c. 1. prælud. 3. n. 81. Marant.
de ordin. judic. 6. p. verb. & quandoque appellatur
n. 247. Paz. in prax. in proœm. tom. 1. n. 6. & 7. Sal-
zed. de leg. Polit. lib. 1. c. 9. n 5. Oliva de for. Eccleſ.
1. p. q. 17. n. 11. & 12. Solorzan. de jur. Indiar. 2. tom.
l. 4. c. 10. n. 59. Vincent. de Franch. dec. 120. n. 4. & 5.
per eam enim corrigitur judicis iniquitas, & injuſti-
tia Rebuff. tit. de appellat. in præfat. n. 17. Scacc. de
appel. q. 3. n. 1. Cæſar. Conrard. in L. unica in ratione
dubitandi n. 3. & 5. C. ſi de moment. poſſ. Salg. d. præl.
3. n. 82. Salz. d. c. 9. n. 4. Et ideo dicitur præſidium 18
innocentiæ c. cum ſpeciali §. porro de appell. Salgad.
& Salzed. ubi proxime. Proindeque regulariter eſt ad-
mittenda, & in dubio illi deferendum eſt; Judexque
eam admittere debet, Andr. Gail. lib. 1. obſerv. 71. n.
12. Giurb. qui plures laudat deciſ. 34. n. 8. & deciſ.
49. n. 1. & ſeqq. & deciſ. 101. n. fin.

Unde Judex Eccleſiaſticus, qui non defert legiti-
mæ appellationi, vim facit, & notoriam oppreſſionem 19

ecmmittit contra jus naturale, text. *L. lege Julia ff. L. Iul. de vi publ.* Boer. *dec.* 153. *n.* 4. Laucelor. *de attent.* 3. *p. c.* 31. *n.* 242. *cum ſeqq.* Salgad. *de protect.* 1. *p. c.* 1. *n.* 189. Oliva *de for. Eccleſ. d. q.* 17. *n.* 11. Pereyr. de Caſtr. *de Man. Reg.* 1. *p. c.* 22. *n.* 5. Sibindeque cum de jura appellatione pendente nihil ſit innovandum *toto tit. ut lit. vel appell. pend.* recte Princeps autoritatem ſuam interponere poteſt ad hoc, ut juſtitia adminiſtretur, & appellans in ſua poſſeſſione, & ſtatu conſervatur utans naturali defenſione & protectione.

Ex quibus patet Tuitivæ auxilium inniti jura, &
20 ratione naturali: Et ſic juſtam, & rationabilem eſſa conſuetudinem, in qua legis Ragiæ diſpoſitio fundatur. Etenim conſuetudo leges immutandi, interpretandi & corrigendi vim habet legis *c. cum dilectus ubi gloſſ.* Joan. Andr. & Abb. *n.* 7. *c. fin. de conſuetud.* Adeo ut dixerit Jaſon. *in L. ut liberis n.* 7. *Cod. de collat. & in L. certi condictio ff. de reb. cred.* Omnem diſpoſitionem reſpicientem leges contractus, vel ultimas voluntates interpretari à conſuetudina Salaz *de uſu. & conſuetud. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 2. Valenz. *conſ.* 8. *n.* 20. & 25. Atque ita datur diſcrimen inter
21 conſuetudinem poſitivam, & interpretativam. Primo namque novum jus inducit; ſecunda vero per ſe jus novum non inducit; ſed illud latens io jure naturali, ſeu poſitivo declarat, ex his, quæ Soto *de juſt. & jure lib.* 1. *q.* 5. *art.* 2. *concluſ.* 3. Soarez *de legib. lib.* 7. *c.* 4. *n.* 15. & 16. Salzed. *de leg. Polit. lib.* 1. *c.* 7. §. 1. *n.* 96. & *c.* 8. *n.* 2. Et idao conſuetudo, de qua *in d. Ordinat. lib.* 2. *tit.* 10. ſecundum quam Princeps Tuitivam concedit, interpretativa eſt illius juris naturalis ax quo Princeps ſubditos oppreſſos defendere tenetur, ut tenet Salzed. *d. c.* 7. §. 1. *n.* 98. *per text. in L.* 36. *tit.* 2. *lib.* 1. *Recop.* Et ſic ipſa conſuetudo à jure naturali deſcendens potius dicenda eſt jus naturale, quam conſuetudo, Burgos de Paz *in L.* 1. *Tau-*
22 *ri n.* 176. Salzed. *d. c.* 8. *n.* 9. Quare quemadmodum ea, quæ à naturali jure proveniunt, immutabilia ſunt; adeo ut nec per legem civilem tolli poſſint §. *ſed naturalia Inſtit. de jur. natur. Clement. paſtoralis de re judic.* Lupus *alleg.* 55. *nu.* 5. Jul. Clar. §. *homicidium n.* 71. Valenz. *conſ.* 6. *nn.* 20. ita prædicta conſuetudo per legem Pontificiam tolli nequit Salzed. *c.* 8. *n.* 10.

Unde diſpoſitio Bullæ Cœnæ *c.* 14. quæ interdicit laicis cognitionem per viam violentiæ prædictam
23 conſuetudinem non comprehendit, ut pote injure naturali fundatam, ſiquidem neque per Pontificiam conſtitutionem, neque per Bullam tolli poterat, Soarez *de cenſur. ad Bull. Cœn.* Salzed. *d. c.* 8. *n.* 12. Eo vel maxime quia prædicta conſuetudo rationabilis eſt, & inducta ob bonum Reipublicæ, & oppreſſorum defenſionem: ut inſinuat Covarr. *pract. c.* 35. *n.* 6. Fulv. Pacian. *conſ.* 166. *n.* 49. & in obſaquium Sedis Apoſtolicæ, Diano *reſolut. moral.* 1. *p. tit.* 2. *reſol.* 12. Salzed. *d. c.* 8. *n.* 13. Propptereaque cum legitimum haberet initium fundatum in jure naturali, conſuetudoque immemorialis ſit ut probat. *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 10. ibi: *Por quanto aſſim foi ſempre uſado, & prati-*
24 *cado:* Salgad. *de Reg. protect.* 1. *p. c.* 1. *n* 120. *& ſeqq. & de retent. Bullar. p.* 1. *c.* 9. *n.* 7. omnino ſervari debet, cum immemorialis præſcriptio vim habeat tituli, & privilegii *L. hoc jure* §. *ductus aquæ cum ſimilib. ff. de aqua quotid. & æſt.* Salgad. *de protect. p.* 1. *c.* 1. *nu.* 125. *& ſeqq.* Et per eam hic protectionis modus poſſit adquiri, prout per immemorialem juriſdictio adquiritur: ut tradit Salzed. *d. c.* 8. *n.* 2. Unde cum non ſolum Pontificis conſenſu, & taciturnitate Tuitivæ præſidium à Rege concedi ſoleat; ſed etiam hæc Regis protectio, & defenſio opreſſorum in vetuſta; & ordinaria praxi admiſſa, ac inconcuſſe ſervata cernitur, nil contradicentibus Summo Præſule & prælatis inferioribus: Et ſic jam de illa dubitandum non eſt, neque mutanda, quæ certam ſemper interpretationem habuerunt *L. minime ff. de legib.* Valaſc. 25
de jur. emphyt. q. 27. *n.* 15. quia ex mutatione, & novitate contra ea, quæ antiqua traditione, & conſuetudine ſunt à noſtris Patribus, & Prædeceſſoribus admiſſa, & conſtanter obſervata, detrahitur juri publico, & deinde tumultui, pertorbationi, & ſcandalo cauſa datur: ot optime dixit Salgad. *de retent. Bullar.* 1. *p. c.* 6. *n.* 8. Sunt namque novitates odioſæ, & à jure reprobatæ, ideoque vitandæ *c. enim conſuetudinis* §. *conſuetudine de excep. Præl.* Menoch. *l.* 26
5. *præſumpt.* 34. *n.* 2. *& ſeqq.* Greg. Lopez *in L.* 33. *tit.* 13. *partit.* 5. *gloſ.* 2. Valenz. *conſ.* 24. *n.* 2. *& conſ.* 114. *n.* 27. & ſæpiſſime Rempublicam turbant, ac in diſcordias ruere faciunt: ut cum pluribus notet Salgad. *de retent. Bullar. p.* 1. *c.* 6. *n.* 3. *& ſeqq.* & ut dixit Tertullian. *Novum omne, & incognitum quod eſt ſuſpectum eſt.* Et Cæſar *de bell. Gallic.* ita ſcribit: *Nemo eſt tam fortis quin non rei novitate turbetur.* Unde inveterata conſuetudo non eſt mutanda, etiam ſibi in melius videatur mutata D. Auguſt. *epiſt.* 118. 3. 5. ibi *Ipſa quoque mutatio conſuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitatem novitate perturbat:* ut ex Luciano tradit Valenz. *conſ.* 24 *n.* 4. Sequitur Salgad. *d. c.* 6. *n.* 3. Quod majori cum ratione procedit in conſuetudine Principis, quæ illæſa remanere debet ex his quæ Cardinal. *conſ.* 8. *incipit propoſita quæſtione* Ubi docet, 27
quod Epiſcopus non debet mutare conſuetudinem, ex qua Princeps diu contulit Beneficia à ſe fundata, quando ex hoc dubitatur de ſcandalo inde orituro Palac. Rub. *de Benefic. vacant. in Curia* §. 11. *col.* 3. *ad fin. & col. ſeqq.* Sequitur Salgad. *d. c.* 6. *n.* 11. & 12. Tantum enim valet conſuetudo, quantum gratia Principis, ſeu Papæ Innoc. *in c. ad Apoſtolicam de Simon. & in c. novit. de Iudic. & in c. cum contingat.* 28
de for. compet. Seſſe *de inhibit. c.* 8. §. 3. *n.* 138. & conſuetudo æquiparatur privilegio Salzed. *de leg. Polit. c.* 8. *n* 27. maxime in his quæ ſunt juris poſitivi, in quibus prævalet conſuetudo *c. cum tanto de conſuetud. L. de quib. ff. de legib.* Seſſe *d. n.* 137. Atque ita cum exemptio Clericorum ſit juris poſitivi, ut late fundat Pereyr. *de Man. Reg.* 1. *p. c.* 7. *n.* 41. *& ſeqq. & p.* 2. *c.* 22. *n.* 23. bene ſequitur conſuetudinem, de qua prædicta Ordinatio, ſervandam eſſe, præſertim ſi ſit legitime præſcripta.

Quamvis enim Princeps ſæcularis non poſſit legem ferre contra Eccleſiaſticos etiam in temporalibus, *Auth. Caſſa C. de ſacroſ. Eccleſ. Auth. ſtatuimus Cod. de* 29
Epiſcop. & Cleric. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ c. quæ in Eccleſiarum de conſtit. c. fin. de immun. Eccl. Salas *de legib. diſp.* 14. *ſect.* 8. §. 2. Fragoſ. *de regim. Reipub.* 1. *p. lib.* 2. *diſp.* 4. §. 3. *à n.* 303. Surdus *conſ.* 2. *& conſ.* 301. *à n.* 69. Auguſt. Barboſ. *in collect. ad c. quæ in Eccleſiarum de conſtit. n.* 2. Cyriac. *controv.* 140. Sanſelic. *dec.* 287. Salzed. *d. c.* 8. *n.* 19. Soarez *de legib. lib.* 7. *c.* 16. *n.* 9. & ita conſuetudo à ſæcularibus induci nequeat 30
contra Eccleſiaſticas conſtitutiones Salzed. *d. n.* 19. Ex eo ratione: quia ut conſuetudo legi deroget, neceſſario induci debet ab his, qui poteſtatem habent legis condendæ, & contra eam valeant ſtatuere Gratian. *c.* 973. *n.* 38. Creſp. *obſervat.* 63. *n.* 10.

Nihilominus tamen facieoda eſt diſtinctio inter conſuetudinem laicorum, & aliam mixtam, tam laicorum, quam Clericorum; ita ut prima non obliget 31
Clericos; ſecunda verò ſic, Soarez *d. c.* 16. *n.* 9. Proindeque cum hæc conſuetudo protectionis pro tollenda violentia mixta ſit pro laicis, & Clericis ob bonum Reipublicæ, cujus Clerici ſunt membra: ut dixi *ſupra c.* 27. *num.* 17. Recte dicendum prædictam conſuetudinem ſufficientem eſſe ad derogandas Pontificias Conſtitutiones. Neque obſtat, ſi dicatur in laicis non eſſe poteſtatem inducendi conſuetudinem; quia ſi in

ſi in eis deficit poteſtas activa condendi legem contra Eccleſiaſticos, ſufficit capacitas paſſiva legis. Et quod conſuetudo introducator ab his, ad quos lex loquitur & dirigitur, & ex hac capacitate poſſe laicos conſuetudinem introducere ad abrogandam legem Eccleſiaſticam docet Soarez *de legib. lib. 7. c.*
32 18. *n.* 4. *& c.* 9. *n.* 10. Sufficit namque Summi Pontificis tacitus conſenſus: qui ex eo elicitur, quod poterat tranſgredientes leges cohibere, vel punire; & ſi non fecerit permittere videtur Soto *de juſt. lib.* 1. *q.* 7. *art.* 2. Soarez *de legib. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 3. *gloſſ. in l.* 2. *C. quæ ſit longa conſuetudo* Salzed. *d. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 20. Nam cum rationabilis ſit hæc conſuetudo, & à jure naturali derivetur, conſenſus perſonalis Pontificis neceſſarius non eſt; & ſufficit tacitus, ut conſuetudo ſervanda ſit. Proſequitur Salzed. *d. c.* 18. *à n.* 21. *cum ſeqq.* Ubi à *n.* 43. Bullæ Cœnæ diſpoſitionem hanc conſuetudinem non comprehendere late edocet. Ac vide Pereyr. 1. *p. c.* 22. *num.* 26.

33 His coadjuvaſſe ſufficiat noſtrum Pereyr. circa defenſionem conſuetudinis, de qua *in d. Ordinat. tit.* 10. Nunc etiam addere libet ad eundem *d. p. cap.* 22. *n.* 23. quod quando cauſa commiſſa eſt cum clauſula appellatione remota, ea clauſula operatur ſi conſtat de gravamine Decios *conſ.* 49. *in fin.* n. 3. Ruin. *conſ.* 62. *n.* 1. *lib.* 5. Gratian. *cap.* 41. *n.* 17. *& c.* 76. Salgad. *de protect. p* 3. *cap.* 6. *num.* 76. Auguſt. Barboſ. *dict. clauſ.* 9. *num.* 20. *&* 23. Ampliatur etiam, ut non operetur, quando clauſula appoſita fuit nulla prævia cauſæ cognitione; tunc enim ſolum intelligitur de appellatione frivola, non de legitima *gloſſ. in c. ut debitus de appel.* Gratian. *d. c.* 41. *n.* 18. Salgad. *d. c.* 6. *n.* 75. Flor. *lib.* 1. *var. q.* 10. n. 76. Lan-
34 celot. *de attent. appel. pend. limit.* 8. *n.* 4. Aug. Barb. *voto* 4. *n.* 60. *& d. clauſ.* 9. *n.* 15. Creſp. *obſerv.* 69. *n.* 22. Neque etiam, quando appoſita fuit in parte executiva actus; quia neque auget actum neque excuſat ab attentatis, ſi aliquod fiat pendente appellatione; immo neque ſubreptionem tollit Gratian. *c.* 41. *n.* 19. Salgad. *d. c.* 6. *n.* 77.

35 Item non operatur, quando pars appellat à facto Judiciis procedentis vigore reſcripti cum clauſula appellatione remota, non impognando reſcriptum, ſed factum Judicis qui decipi potuit Sanfelic. *dec.* 261. Barboſ. *ſupra n.* 24. Item non operatur dicta clauſula, quando pars oppoſuit exceptionem incompetentiæ; quia à ſeotentia lata ſuper ea poteſt appellare; quamvis Jodex procedat appellatione remota Sanfelic. *dec.* 300. à *num.* 3.

Rurſus admittitur appellatio, quando Judex dolo
36 malo, vel lata culpa ſententiam protulit; quia tunc clauſula prædicta non impedit appellationem Scaccia *de appel. q.* 16. *limit.* 1. *p.* 84. Auguſt. Barb. *d. clauſ.* 9. n. 21. Quod eo caſu locum habebit, quo appellans paratus ſit incontinenti docere de juſta, & legitima cauſa appellandi Ripa *c.* 1. *n.* 2. *verſ. ſed ſi removeatur de reſcript.* Pacific. de Salvian. *inſpect.* 4. *c.* 2. n. 96. Barboſ. *ſupra* nu. 23. Et in his caſibus juſte Tuitiva concedenda eſt, & appellans in ſua poſſeſſione manutenendus.

An autem Tuitivæ locus ſit eo caſu, quo appellatio interpoſita fuit à proviſione, inſtitutione, & collatione beneficii Eccleſiaſtici? Quæſtionis eſt. Et pendet ex alia, in qua controvertitur, An appellatio
37 interpoſita habeat utrumque effectum? Certi enim juris eſt, quod Tuitivæ locus eſſe nequit in his caſibus, in quibus Jodex non obſtante appellatione poteſt ad ulteriora procedere, & ſententiam ſuam executioni mandare? quia appellatio non habet effectum ſuſpenſivum ut in terminis tradit Seſſe *de inhib. c.* 8. §. 1. *n.* 2. *& ſeqq.* Pereyr. *de Manu Reg.* 1. *p. c:* 22. *n.* 43. Salzed. *de leg. Polit. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 82.

38 Plane in prædicta quæſtione omiſſa diſputatione diſtinguendum eſt inter eum caſum, quo inſtitutio; ſeu collatio fieri jubetur extrajudicialiter, & eum caſum, quo juris ordine ſervato per ſententiam cum contradictore proceditur. Primo caſu appellatio ab illo actu extrajudiciali non ſuſpendit *c. conſtituit de appell.* Lancelot. *de attent. p. c.* 17. *limit.* 1. *n.* 4. *&* 5. *& limit.* 40. *n.* 6. *&* 7. *& limit.* 49. *num.* 5. Gonçal. *ad reg. octav. Cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *in annotat. num.* 27. *&* 207. *verſ. ad textum* Garcia *de Benef. p.* 9. *c.* 4. n. 19. Cuch. *de inſtit. lib.* 4. *tit.* 4. *n.* 67. Salgad. *de protect.* 2. *p. c.* 13. *n.* 155. *&* 3. *p. c.* 11. *nu.* 32. Auguſt. Barboſ. *in d. c. conſtitutis* n. 4. Lara *de anniverſ. lib.* 2. *c.* 11 n. 3. Et ſic in hoc caſu Tuitiva concedenda non eſt.

Secundo verò caſu appellatio utrumque effectum 39
producit *c. à collatione Beneficii de appel. in* 6. *cap. non ſolum de appell. c.* 2. *ut lite pendente* in 6. Abb. *in d. c. conſtitutis n.* 6. 14. *&* 15. & ibi Decius *n. fin.* Lancelot. *de attent.* 2. *p. c.* 12. *limit.* 4. *n.* 11. *& limit.* 46 *n.* 2. *&* 5. Lara *d. c.* 11. *n.* 2. *& ſeq.* Ubi plures adducit Rotæ deciſiones Garcia *d. p.* 9. *cap.* 4. à n. 16. *cum ſeqq.* multos laudat Salgad. *de protect.* 2. *p. c.* 13. *à n.* 156. *&* 3. *p. c.* 11. *n.* 32. Ideoque in hoc caſu ita ut habet locum recurſus per viam gravaminis, ſi Judex pendente appellatione aliquid fuerit molitus Lara *d. c.* 11. *n.* 8 ita, & Tuitivæ locus erit.

Cæterum prædicta diſtinctio bene procedet in Be- 40
neficiis ſimplicibus animarum curam non habentibus. At vero de jure noviori locum non vendicat in parochialibus; quia juxta *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 28. *& Conſtit Pii V. incipit: In conferendis Beneficiis*, quocunque modo proviſio contingat, nunquam appellatio ſuſpendit proviſionem, ut per Gomez *in reg. de menſib. & alternat. gloſſ.* 9. in *annot. n.* 208. *& ſeqq. uſque ad* 263. Salgad. *d. c.* 13. à n. 167. *cum ſeqq.* Valenz. *conſ.* 45. *n.* 11. *&* 19. Lara *d. c.* 11. *n.* 7. Poſt. *de manuten. deciſ.* 238. *num.* 6.

His tamen non moventibus à ſupra poſita reſolu- 41
tione recedendum non eſt. Immo ſi judicialiter procedatur tam in proviſione Beneficii ſimplicis, quam curati, appellatio utrumque effectum producet ex dictis ſupra, Non obſtat decretum Concilii *d. c.* 18. & Conſtitutio Pii V. Reſpondetur enim, quod Concilium loquitur in relatione facienda ab examinatoribus, quæ non poteſt ſuſpendi per appellationem; quo minus fiat inſtitutio: Secus vero in caſu, quo quis prætendit eſſe in quaſi poſſeſſione juris patronatus, & per ſententiam judicialiter fuit proceſſum ex prædicta cauſa, non ad relationem examinatorum; nam quæ eo caſu etiam in parochiali ſuſpendit appellatio Garcia *de Benef. p.* 9. *c.* 4. n. 18. *&* 22. *cum ſeq.* Ubi tradit ſic judicatum in Rota: optime Poſt. *dec.* 238. n. 6. *& ſeqq.* Quidquid aliud ſimpliciter dicat Salgad. *d. c.* 13. *n.* 168. *&* 193. Et ita judicavimus in Portuenſi Senatu die trigeſima Auguſti anni 1658. in gravamine Illuſtriſſimi Comitis de Miranda digniſſimi Gubernatoris illius Senatus cum D. Domino Donatario Concilii de Bayaon Scriba Rocha, in quo Judicem Eccleſiaſticum vim facere dictum fuit non deſerendo appellationi in cauſa Beneficii curati quoad effectum ſuſpenſivum.

Rurſus: Si unus tantum fuerit præſentatus à patro- 42
nis ad parochialem, qui ab examinatoribus fuit reprobatus, & appellavit, verum eſt appellationem habere utrumque effectum ex his, quæ Salgad. *d.* 2. *n. c.* 13. n. 206. *&* 207.

Deinde, ſi proviſus ad parochialem in gradu appel-
lationis ſuccubuit, quia proviſio revocata fuit, & ap- 43
pellationem interpoſuit à ſententia, dubium non eſt, quod appellatio utrumque effectum producit Garcia *de Benef. p.* 2. *cap.* 2. n. 247. Ceval. *d. q.* 897. *nu.* 262. Salgad. *de protect.* 3. *p. cap.* 4. *n.* 52. *& ſeqq.* Et ſic hoc caſu Tuitiva concedi debet.

Denique, ſi appellatio interpoſita ſit à proviſione Beneficii tam ſimplicis, quam cureti ſacta ſive extrajudicialiter ſive judicialiter; quia proviſio notoriè nulla fuit, & ex actis conſtat de defectu formæ ſervandæ: Et ſic de notoria nullitate apellatio utrum-
44 que effectum producit Salgad. *de protect. 3. p. c. 9. n. 59. & ſeqq.* Immo ſi Judex appellationi non detulit, vim facit, & datur recurſus. Ac per conſequens Tuitiva appellanti concedenda eſt.

45 Similiter: quamvis in cauſa decimarum vertente inter parochum, & parochianos non detur appellationi locus quoad effectum ſuſpenſivum; tamen ſi lis tractatur inter parochum, & alios Vicarios prætendentes ſibi competere jus decimandi, tunc appellatio à ſententia ſuper decimis utrumque habet effectum, & poſſeſſori appellanti Tuitiva concedenda eſt. Joſeph. de Seſſe *de inhib. cap. 8. §. 1. n. 7. 8. & 9.*

Caput XXXIV.

De jure cognoſcendi de cauſis Eccleſiaſticorum exceptorum.

SUMMARIUM.

1 *Ad Regalia jura pertinet poteſtas cognoſcendi de cauſis Eccleſiaſticorum exemptorum à juriſdictione ordinaria, qui in Regno non habent ſuperiorem.*

2 *Etiam ad Regaliam pertinet poſſe Regem ad ſe vocare Epiſcopos, qui obedire tenentur.*

3 *Amplia ut Epiſcopus ſimul vocatus à Rege, & Archiepiſcopo, teneatur Regi obedire, & Archiepiſcopi præceptum intermittere.*

4 *Olim Epiſcopi oſculabantur manum Regis, hodie verò non, & Reges ſolum genuflectione contenti ſunt.*

5 *Epiſcopus vocatus ſimul à Papa, & à Rege Papa obedire tenetur.*

6 *Princeps cognoſcit de propria cauſa tangente ad jura Regalia, & bona Coronæ, tam contra ſæculares, quam Eccleſiaſticos.*

7 *Amplia, ſive bona Coronæ ſint penes ipſam, vel ejus nomine conveniantur poſſeſſores, ſive ſint apud Donatarios.*

8 *Bona Coronæ tranſlata in Donatarios quocunque vadant, retinent naturam bonorum Regiæ Coronæ. Et in his terminis Judex ſecularis cognoſcit, etiam contra Clericos.*

9 *Si Donatarius ſit perſona Eccleſiaſtica, poteſt convenire alium Eccleſiaſticum pro juribus donati coram ſæculari.*

10 *Clericus, qui habet à Rege bona, vel juriſdictionem, convenitur coram ſæculari reſpectu bonorum, & juriſdictionis, & pro redditibus rerum fiſcalium.*

11 *Eccleſiaſticus conveniri poteſt coram ſæculari pro quibuſcunque juribus Regi debitis, & pro rebus, quæ inciderunt in commiſſum, ſi civiliter agatur.*

12 *Judex Eccleſiaſticus non poteſt procedere per cenſuras contra exactores, & conductores gabellarum, ſeu aliorum jurium Regalium, & ita judicatum.*

13 *Inquiſitores contra hæreticam pravitatem reſpondent in ſæculari pro juribus Regalibus, & exactoribus moleſtiam inferre non debent.*

14 *Clerici pro rebus prohibitis, quæ invehuntur vel extrahuntur è Regno, ſi agitur de amiſſione earum, civiliter conveniuntur coram ſæculari: ſi ad alias pœnas actum fuerit, coram Eccleſiaſtico conveniendi ſunt.*

An duplum, vel triplum rerum, quæ inciderunt in commiſſum, peti poſſit coram ſæculari? Remiſſive. Ib.

15 *Rex hujus Regni poſſidet decimas, quas dicimus* Tertias *in aliquibus Eccleſiis.*

16 *Tertiæ poſt quam fuerunt incorporatæ Regali patrimonio temporales ſunt effectæ.*

17 *Rex poteſt* Tertias *in laicos transferre.*

18 *Cognitio circa* Tertias *etiam contra Clericos pertinet ad Judicem Regiæ Coronæ.*

19 *Si Rex* Tertias *donavit Eccleſiæ, ipſa priſtinam aſſequuntur naturam, & Judex Eccleſiaſticus de illis cognoſcit.*

ITem ad Regalia jura ſpectat poteſtas cognoſcendi 1
de cauſis civilibus Prælatorum, & aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum ab ordinaria juriſdictione exemptarum, quæ in Regno non habent Judicem competentem, & certum *Ordinat. lib. 2. tit. 1. in princ.* De cujus validitate, & explicatione videndus eſt Præſes Pereyra de Caſtr. *de Man. Reg. p. 2. cap. 22. per totum.* Ubi eleganter materiam proſequitur, & nihil intactum reliquit Valaſc. *conſult. 99. n. 3. & 5.* Similiter etiam in Cathalonia idem obſervatur: ut dixit Anton. Olib. ad Uſaticum, aliud namque *c. 14. n. 13.* qui docet hanc cognitionem ſpectare ad ſupremam Regis poteſtatem; & eſſe de Regalibus majoribus: ſequitur Ripol. *de Regal. c. 11 n. 49. & 50.* Solorz. *de jure Indiar. t. 2. lib. 3. c. 2. n. 49.* Ex ea ratione, quia Rex propter ſupremam Regaliam tenetur proſpicere univerſo gregi ſui Regni Cancer. *l. 3. var. cap. 5. à n. 119. uſque ad 127.* Borell. *de præſt. Reg. Cath. c. 53. n. 3.* Germon. *ſacror. immunit. lib. 2. cap. 12.* Solorz. *de jur. Indiar. lib. 3. c. 2. n. 49. tom. 2.*

Deinde ad authoritatem, & præeminentiam, Re- 2
giſque Regaliam pertinet poſſe Regem ad ſe vocare Epiſcopos, qui juſſui obedire tenentur *c. petimus 11. quæſt. 1. c. Principes c. adminiſtratores c. Regum 23. q. 5. c. tributum ubi gloſſ. 23. q. 8. c. ſi Epiſcopus 18. diſtinct. L. 65. tit. 5. partit. 1. verſ. la quarta.* Gregor. Lopez ibi, *& in L. 8. tit. 7. partit. 2. l. 13. tit. 3. lib. 4. Recopilat.* Decius *conſ. 72. n. 3. in fin. & n. 4.* Azeved. *in l. 1. n. 45. tit. 1. lib. 4. Recopil.* Bovadill. *in ſua Polit. lib. 2. cap. 18. n. 61.* Bellug. *in ſpecul. Princ. rubr. 1.* Oliban. *de jur. fiſc. cap. 10. n. 9.* Carol. Graſſ. *lib. 2. Regal. Franciæ jur. 13.* Valenz. *conſ. 4. num. 110.* Solorz. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. c. 6. n. 58.*
Auguſt. Barboſ. *in c. cum parati de appellat.* Adeo 3
ut ſi Epiſcopus vocatus ſit à Rege, & ſimul ab Archiepiſcopo, teneatur prius ire ad Regem, & præceptum Archiepiſcopi intermittere *cap. ſi Epiſcopus 18. diſt. d. cum parati de appellat. c. paſtoralis §. enim autem de offic. delegat. c. de rebus 12. quæſt. 2.* ibi: *Prius conſulatis Principem: gloſſ. in c. reprehenſibile 23. q. 8.* Avil. *in cap. 1. Prætor. gl. mandamos, n. 9. & 10.* Guilelm. Bened. *in c. Raynuntius de teſtam. verbo & uxorem 2. n. 50.* & poſt plures Bovadill. *d. c. 18. n. 61. litter. A.* Valenz. *d. conſ. 4. n. 110.* Solorz. *d. cap. 6. n. 58.* Et tanta eſt Regis authoritas ut olim Epiſcopi ejus manum oſcularentur: ut tradunt Archidiac.
& Laurent. *in c. duo ſunt 96. diſtinct.* Alvar. Pelag. 4
de planctu Eccleſ. lib. 2. cap. 18. & 30. Franciſc. Marc. *deciſ. 454. n. 13.* Camill. Borell. *de præſtant. Reg. cap. 54. à num. 1. uſque ad num. 25.* Ubi invehitur contra Alvarum Pelagium, dum dicit, potius timore, quam amore fuiſſe oſculatum manum noſtri Regis Portugaliæ Solorzan. *lib. 3. c. 6. n. 59.* Ubi *& n. 60.* notat jam hodie Reges Hiſpanos hac non uti prærogativa contentos ſola genuflexione tam Epiſcoporum, quam Presbyterorum; ut oſtendant quantum Sacerdotum dignitati, & aliis perſonis Eccleſiaſticis deferant Quod ita obſervari videmus à Rege noſtro Invictiſſimo, & à Sereniſſimo Principe Regni Moderatore.

Si autem Epiſcopus vocatus ſi à Papa, & ſimul 5
à Re-

à Rege; prius Papæ obtemperare tenetur, quam Regi Innocent. *in d.c. cum parati n.20. de appellat.* & ibi Præpoſit. Decius, & cum Villalob. & Azeved. Bovadill. *d. c.* 18. *n.* 61. *litt. C.*

6 Denique quamvis nemo in ſua cauſa judicare valeat, tamen Princeps cognoſcit de propria cauſa tangente ad jura Regalia & bona Coronæ tam contra ſæculares, quam Eccleſiaſticos: ut tenent Roland. à Valle *lib.* 2. *conſ.*89. *n.*28. ibi *Quod Princeps eſt Judex competens in cauſa ſua, & defenſione Regaliorum etiamſi Prælatus, vel alia perſona eſſet Eccleſiaſtica: immo ſi Eccleſia ipſa alia teneat, quia non poterit declarare juriſdictionem Regis.* Optime Oldrad. *conſ.* 83. Et eſt text. *in L. proxime* 3. *ff. de his, quæ in teſt. delend. toto tit. C. ubi cauſæ fiſcales*, Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 97. *tit.* 1. *n.* 1. & *tit.* 2. *n.* 16. Alfar. *de offic. fiſc. gloſſ.* 16. *n.* 21. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 55.

7 Quod nedum procedit, quando bona Regiæ Coronæ ſunt penes ipſam Coronam; vel ejus nomine poſſeſſores conveniuntur; ſed etiam quando dona ſunt penes Donatarios Principis, vel ad eos ex donatione pertinet; quia adhuc poſſeſſores poſſunt conveniri à Donatariis in judicio Regiæ Coronæ. Ex ea
8 ratione quoniam bona Coronæ etiam ſi ſint penes Donatarios, non amittunt naturam bonorum Regiæ Coronæ, quocunque vadant *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 9. *in princ.* ibi: *Poſto dos ditos beens, & direytos tenhamos feito merce a algunas peſſoas.* Cabed. *de patron. Reg. Cor. c.* 50. Solorz. *d. c.*1. *n.* 56. & 57. Et in his terminis Judices Regiæ Coronæ cognoſcere etiam contra Clericos docens Cald. Pereyr. *conſ.* 5. *n.* 3. & 18. Larrea *alleg.* 27. *nu.* 14. Salgad. *de retent. Bullar.* 1. *p. c.* 1. *n.* 133. Seſſe *de inhibit. c.*8. §. 3. *n.*100.

9 Immo etiamſi Donatarius ſit perſona Eccleſiaſtica, & agat contra alium Eccleſiaſticum ſuper juribus Regalibus, ſemper lis eſt agitanda coram ſæculari: ut tenet Afflict. *deciſ.* 2. Qui deciſum teſtatur, quod monaſterium pro conſervanda donatione ſibi facta per Regem poteſt litigare coram Judicibus Regalibus contra aliud monaſterium Sequuntur Ant. Faber. *in Cod. tit. de privil. fiſc. diffin.*2. Solorz. *d. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 58.

10 Amplia, ut Clericus, qui bona habet à Rege vel juriſdictionem aliquam, convenire poſſit coram Judice ſæculari *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 1. §. 17. Nec non pro redditibus bonorum fiſcalium *Ordinat. ubi proxime* §. 18. Eleganter Gabr. Pereyr. *deciſ.* 43. *n.* 5. Noguer. *alleg.* 19. *num.* 44.

11 Deinde Eccleſiaſticus conveniri poteſt coram ſæculari pro quibuslibet juribus Regi debitis in Regiis Baſilicis, non rebus, quæ inciderunt in commiſſum, ſi civiliter agatur *Ordinat. d. lib.* 2. *tit.* 1. §. 19. Et quod magis eſt, non poteſt Judex Eccleſiaſticus procedere per cenſuras contra exactores, & conductores gabellarum, ſeu aliorum jurium Regalium: ut
12 judicatum teſtatur Cabed. 2. *p. areſt.* 93. & 94. Et inſuper ita judicatum fuit in gravamine exactorum jurium Regalium *Jugatarum* oppidi de Torres vedras decima quarta die Auguſti anni 1602. Et Senatus decretum ſe habet.

Acordaon em Relaçaon, & c. Viſto eſtes Autos de aggrave, que ſe tiraraon do Doutor, Joaon Gonçalves de Araujo Vigayro Geral: per que ſo moſtra que ſendo os aggravantes leigos, & da juriſdiçaon ſecular Officiaes do direito da Villa de Torres Vedras, & demandan doſe diante delles certas peſſoas Eccleſiaſticas por fazenda de Jugada: *que ſe diz deverem ao dito Senhor. Hora o Vigayro Geral procede contra elles cam cenſura, para que naon conheçaon da dita cauſa, & a remetaon ao ſeu Iuizo Eccleſiaſtico. No que o dito Vigayro Geral, moleſta aos aggravantes, & perturba à juriſdiçaon do dito Senhor por o conhecimento deſto cauſa pertenzer ao Iuiz des direjtos Reais, & naon ao Iuizo Eccleſiaſtico conforme as leys deſte Reyno. O que viſto como mais dos Autos, mandaon ſe paſſe carta, & c*

Idem judicatum fuit in gravamine exactorum Impoſitionis vini oppidi de Palmela interpoſito à priore Conventus illius oppidi. Cujus decreti tenor eſt: *Acordaon em Relaçaon & c. Que viſto o aggravo que tiraraon do Dom Prior de Convento de Palmela, & como ſe mouſtra os aggravantes ſerem leygos, & da juriſdiçaon do dito Senhor, & ſeus Miniſtros para porem em arrecadaçaou ſuas rendas, & eſtarem emposſe de arrecadarem dos Freyres do dito Convento à impoſiçaon dos vinhos, que mandaon vender na dita Villa, o dito Prior os priva da dita poſſe procedendo contra elles com cenſuras privandoos da poſſe, em que eſtaon, de cobrar o direyto Real da impoſiçaon do ditos vinhos fazendolhe força, & violencia manifeſtas uſurpando outroſi a juriſdiçaon do dito Senhor: por quanto as Juſtiças ſeculares limitadas privativamente para iſſo pertenſe o conhecimento deſta cauſa ainda entre peſſoas Eccleſiaſticas O que viſto: & c. Liſboa* 24. *de Abril de* 1612. Carlos. Brandaon Pereyra, Salazbr, Sanches.

Et cum Prior obedire recuſaſſet, ex vocato ad Senatum Palatinum decretum fuit juſte fuiſſe judicatum in judicio Regiæ Coronæ die trigeſima Maii anni 1613. per Senatores Machado, Franciſco Vaz Pinto & Barboſa.

Iterum ita fuit judicatum in gravamine Antonii à Coſta conductoris Impoſitionum vini oppidi de Alverca interpoſito à Vicario Generali die undecima Julli anni 1633. Judicibus Valadares, Serrano, & Meſquita. Quæ ſententia poſtea probata fuit per decretum Senatus Palatini die decima tertia Octobris ejuſdem anni per Senatores Cabral, Salazar, Barreto.

Idem judicatum in gravamine Ferdinandi Lopez conductoris reddituum Regalium interpoſito à Vicario Generali, Et ſententia lata fuit vigeſima tertia Septembr. anni 1604 Judicibus Ferdinando de Magalhaens, Petro Nonio à Coſta & Coſma Rangel.

Inſuper Inquiſitores contra hæreticam pravitatem ſuper juribus Regalibus tenentur reſpondere in judicio ſæculari, neque moleſtiam inferre debent exactoribus jurium Regalium: ut expreſſe decravit Rex
per Epiſtolam exaratam die decima quinta novem- 13
bris anni 1628. Cujus hæc ſunt verba.

Sobre a queyxa, que fez Franciſco Gonçalves vi as conſultas de minha Fazenda, como que pareceo ao Deſembargo do Paço ſobre a queyxa, que Franciſco Gonçalves que ſerve de Almoxariſe da Impoſiçaon dos vinhos deſta Cidade de Liſboa, fez do inſidores della, lhe naon pagarem os direitos de impoſiçaon dos ſeus vinhos que me enviaſtes E encomendovos que chameis à Gaspar Pereyra de Conſelho Geral da Santa Inquiſiçaon & lhe direis da minha parte eſtranhe ao Inquiſido Pero da Silva mandar chamar a aquelle tribunal Franciſco Gonçalves pela cauſa dos vinhos dos inquiſidores, que, trazem à eſta Cidade para vender, & o modo com que tratou, & que ſendo iſſo materia de arrecadaçaon de direytos Reais, naon tinha elle juriſdiçaon para ſe entrometer nelles: E que lhe encarrego nam faca moleſtia alguna aos Officiaes da minha fazenda por accaſiaon de fazerem cum os Miniſtros, & familiares do Santo Officio as diligencias, que ſaon neceſſarias para boa arrecadaçon dos direitos, que ſaon obrigados a pagar, & que de o fazerem aſſim cumpriraon con ſoa obrigaçaon. E eu me averei por melhor ſervido delles.

Et nota, quod Clerici pro rebus prohibitis, quæ 14
invehuntur vel extrahuntur à Regno, de quibus *Ordin. lib.* 1. 5. *tit.* 12. & 113. *l.* 2. *tit.* 26. §. 10. poſſunt conveniri coram Judice ſæculari, & à clericis per ſæculares res prohibitæ, quæ inciderunt in commiſſum

miſſum valent extorqueri, &ubicumque ſint, capi; quia ſimulatque in commiſſum ceciderunt, à dominio Clerici exierunt *L. commiſſa ff. de publican. & veſtig.* ibi *Nam quod commiſſum eſt ſtatim, deſinit eſſe ejus, qui crimen contraxit.* Ac proinde, ſi de ipſis rebus agatur civiliter, Clericus coram ſæculari reſpondere tenetur; non vero ſi ad alias pœnas actum ſit, quia, coram Judice Eccleſiaſtico petendæ ſunt Gutierr. *pract. c. 38. num. 23. Ordinat. d. lib. 2. tit. 1. §. 19.* Gabr. Pereyr. *de Man. Reg. c. 38. n. 15. 2. p.* Sed an duplum, aut ſimplum, quod incurritur reſpectu rerum, quæ ceciderunt in commiſſum, peti poſſit in judicio ſæculari? Dicemus *infra 3. p.* dum acturi ſumus de rebus, quæ incidunt in commiſſum, & illo jure Regali.

15 Denique notabis, quod Rex hujus Regni poſſidet decimas Eccleſiaſticas in aliquibus Eccleſiis, quas volgo decimus *Terças* ut per Cab. *2. p. dec. 63.* Reynoſ. *obſerv. 60. à n. 10. cum ſeqq.* Larrea *alleg. 27.*
16 Quæ quidem Tertiæ poſtquam fuerunt incorporatæ Regali patrimonio, temporales ſunt effectæ ex his, quæ Cabed. *deciſ. 63. à n. 1.* Cevall. *commun. contra commun. q. 822. à n. 71.* Larrea *alleg. 27. n. 2. & 3. alleg. 82. n. 9.* Solorz. *de jure indiar. tom. 2. lib. 3. c. 1. n. 30. & c. 4. n. 21.* Valaſc. *de jure emphyt. q. 15.* Hieronym. Leo *deciſ. 3. n. 23.* Salzed. *de leg. Polit. lib. 2. c. 7.*
17 *n. 29.* Et ideo Rex poteſt has decimas in laicos transferre Barboſ. *in L. Titia 35. n. 42. ff. de ſolut. Matrim.* Cabed. *deciſ. 62. n. 5. p. 2.* Oliva. *de foro Eccleſiæ 1. p. q. 7. n. 56. & 106.* Gutierr. *pract. lib. 1. q. 14. nu. 2.* Mench. *Illuſt. l. 1. cap. 89. n. 1. & 6.* Caſtill. *de tert. c. 16. & 17.* Gabr. Pereyr. *de Manu Regia 2. p. c. 27. n. 31. verſ. Adhuc.* Garcia *de expenſ. c. 9. n. 97.* Ac
18 proinde cognitio circa Tertias etiam contra Clericos pertinet ad Judicem Regiæ Coronæ Cabed. *2. p. deciſ. 63. n. 4.* Noguer. *alleg. 39. n. 3.* Larrea *alleg. 27. n. 3. & ſeqq.* Solorzan. *tom. 2. lib. 1. cap. 1. n. 31.* & melius *à n. 41. cum ſeqq. uſque ad* Hieronim. Leo *deciſ. 3. n. 12.* Caſtill. *de tert. c. 12. n. 20.*

19 An autem harum Tertiarum cognitio pertineat ad ſecularem, quando Rex illas donavit Eccleſiis? Dubium eſt. Et negative reſpondet Valaſc. *de jure emphyt. q. 15. n. 5. verſ. Quibus accedit, & q. 17. n. 15.* quia priſtinam naturam aſſequuntur Sequitur Solorz. *d. c. 1. n. 37. & 39.* Qui tamen *n. 53.* contrariam opinionem tuetur ſed eodem *lib. 3. c. 12. n. 63.* priorem ſententiam veriorem dicit.

Caput XXXV.

De jure mittendi, & recipiendi Legatos.

SUMMARIUM.

1 *Jus mittendi, & recipiendi Legatos pertinet ad Principem, qui ſuperiorem non recognoſcit.*
2 *Reſpublicæ, quæ nullum recognoſcunt ſuperiorem, item Duces, Marchiones, & Comites, qui habent jura Imperii, Legatos mittere: & recipere poſſunt.*
3 *Tutor, vel Curator Regis jus habet mittendi, & recipiendi Legatos.*
4 *Tyrannus Legatos mittere poteſt.*
Item illi, qui Impari fœdere junguntur, Legatos mittere valent. Ibid.
5 *Illi, qui ex parte ſunt ſubditi, ex alia vero non, poſſunt mittere Legatos pro ea parte, qua non ſunt ſubditi.*
6 *Ut competat jus mittendi Legatos, non eſt neceſſarium, quod mittens, velis, qui mittitur, æquales ſint Regni magnitudine: ſed ſufficis, quod abſoluta poteſtate ut valeant.*
7 *Victi in bello non habent jus legationis.*
Piratæ, & latrones, atque rebelles Legatos mittere non poſſunt. Ibid.
Agentes, & Deputati rebellium ſecuritatem habere debent Ibid.
8 *Subditis non licet mittere, vel recipere Legatos.*
Deputati ſubditorum reguntur jure Civilis quia jus gentium pertinet ad Legatos eorum qui habent ſummam Imperii. Ibid.
9 *Uſum legationum neceſſitas introduxit.*
Collocutiones, & congreſſus Principum ſunt periculoſi. Ibidem.
10 *Legati de fœderibus pacis, & belli fine præcipuè agunt.*
11 *Legatus quis dicatur, & quid ſignificet.*
12 *In eligendo Legato quæ ſint conſideranda.*
13 *Legati ſunt oculi Reipublicæ, & Regnorum aures.*
Legati appellantur Sancti, & ſancta ſunt eorum corpora. Et apud omnes ſanctum eſt Legatorum nomen. Ibid.
14 *Iure gentium duo præcipue Legatis conceduntur. Primum, ut admittantur. Secundum, ut non violentur.*
15 *Ius gentium legatis ſecuritatem, & immunitatem concedit. Quod apud omnes obſervatur. Et probatur exemplis.*
16 *Securitas Legatorum pertinet ad eorum bona, quæ pignori capi non poſſunt.*
Intellige reſpectu contractuum geſtorum extra Curiam, vel in ea, antequam quis Legatus fiat. Ib.
17 *Legatus non poteſt conveniri in Curia durante legatione, ea tamen finita poſt decem dies conveniri valet.*
18 *Securitas Legatorum comprehendit etiam comites, qui non poſſunt puniri pro delictis ante legationem commiſſis in territorio Principis, ad quem mittuntur.*
An legatus poſſit conveniri durante Legatione pro contractibus geſtis in loco illius legationis? Remiſſive. Ibid.
19 *An Legati puniri poſſint à Principe, ad quem mittuntur, pro delictis commiſſis in ejus territorio durante legatione? Dubium eſt. Et pro utraque opinione referuntur DD. inter ſe contrarii.*
20 *Legati in alienis terris debent ſe modeſte gerere.*
21 *Legatus perſonam Principis repræſentat, qui eum miſit: & illius authoritatem, dignitatem, & præcedentiam conſervare debet.*
22 *Legato ſalaria ampliſſima perſolvi debent.*
23 *Amplia, ut ſi Legatus ſit Doctor, qui legebat in publico ſtudio, debet habere duplex ſalarium, ſed reprobatur, ut n. 30. & 31.*
24 *Salarium duplex habere debet, qui duo officia exercet.*
25 *Si jura duorum concurrunt in eadem perſona, perinde illa habetur, ac ſi diverſæ eſſent perſonæ.*
26 *Canonicus, qui gerit duo officia, vel habet duas præbendas, conſequitur duas diſtributiones quotidianas.*
27 *Limita reſolutionem, ut tantum procedat, quando officia ſunt compatibilia: non vero ſi incompatibilia ſint.*
28 *Salarium debetur propter ſervitium, & illud non poteſt habere, qui non exercet officium.*
29 *Officia duo ſimul quis habere non poteſt.*
Interpretatur Ordinat. lib. tit. 1. §. 24. Ibid.
30 *Duo officia quis habere non poteſt ſine diſpenſatione Principis.*
Neque duo ſalaria ſine Principis licentia poteſt obtinere. Ibid.
31 *Etiam ſi duo officia à Principe commendentur uni perſonæ, non poteſt ex redditibus Regiis conſequi*

ſequi duo ſalaria, valet tamen ex duobus unum eligere ſecundum jus Regium.

32 *Legatus qui mittitur à Principe, dicitur abeſſe cauſa Reipublicæ.*

Abſens cauſa Reipublica reputatur præſens, ut non privetur emolumento. Ibid.

33 *Principes, ad quos Legati mittuntur, ſemper conſueverunt aliquid eis donare.*

34 *Dona data Legatis, quando ipſis acquiruntur, vel Principi, qui eos miſit.*

35 *Venetiis lege cautum eſt dona data Legatis pertinere ad Rempublicam.*

36 *Legatus extra legationis officium nihil tractare debet, quod eum diſtrahat ab officio legationis: alias privatur ſalario, & officio, ut illud amplius non poſſit habere.*

Si miſſus fuerit ad Summum Pontificem, & ea occaſione impetraverit Beneficium pro aliquo conſanguineo, vel amico: non incidit in pœnam ordinariam, neque extraordinariam. Ibid.

1 DEnique ad majora jura Regalia, quæ oſſibus Co-
ronæ inhærent, ſpectat legationes, & Legatos
mittere, quos tantum Majeſtas, & illi, qui in ſumma
ſunt poteſtate, & nullum recognoſcunt Superiorem,
mittere valent, & accipere, ut tradunt Hugo Grotius
de jur. Belli & Pacis lib. 2. c.18. §.3. D. Joan. An-
ton. de Vera *en el Embaxador diſcurſ. 1. fol.*35. Be-
ſold. *in ſynop. Polit. doctr. lib. 2. c.13. n.3. & in diſ-
ſertatione de Legato c.*4. Ideoque etiam Reſpublicæ,
quæ nullum recognoſcunt Superiorem. Item Duces,
Marchiones, & Comites, qui habent jura Imperii Le-
gatos mittere, & recipere poſſunt. Prout etiam Cura-
2 tor Regis, vel Tutor Legatos mittere, & recipere
poteſt, cum illi omnia jura Regalia exercere nomi-
ne Regis licet: ut diximus *ſupra hac 2. p. c. 24. de
Comitiis Generalibus n. 66. & ſeq.* Unde inciviliter
3 Sereniſſimus Angliæ Rex Legatum noſtri Sereniſſi-
mi Principis Adminiſtratoris recipere per aliquod
tempus diſtulit, quem poſtea meliori ductus conſi-
lio cum omnibus ſolemnitatibus recepit.

Item Tyrannus jus Legatos mittendi habet. Nam-
4 que, ut ait D. Joann. Anton. de Vera *en el Embaxa-
dor diſcurſ. 1. fol. 37. à terga* nullus eſt, qui minus
Superiorem recognoſcat, quam Tyrannus. Item, &
hi, qui impari fœdere junguntur Legatos mittere poſ-
ſunt; quia ſui juris eſſe non deſinunt Hugo Grotius
5 *d. lib. 2. c.18. §.2. verſ. qui ergo.* Et etiam illi, qui ex
parte ſunt ſubditi; ex alia vero non ſunt ſubditi;
quippe pro ea parte, qua non ſunt, jus legationis ha-
bent. Notant Hugo Grotius *d. verſ. qui ergo*, & Joan.
Antonius de Vera *d. diſcurſ. 1. fol.36. circa fin.*

Ut autem legationes mittendi jus competat, non
6 eſt neceſſarium, quod mittens, vel is, cui mittitur le-
gatio æquales ſint in Regnorum magnitudine; ſed ſuf-
ficit, quod ſuprema, & abſoluta poteſtate uti valeant:
ut ait Plutarch. *in vita Eumenis: Qui cum jam non
haberet in dominio amplius, quam unicum caſtrum,
noluit cedere Antigono Aſiæ Regi.* Beſold. *in diſſert.
de Legat. c.11.* ibi: *Si commeat inter eos, qui quod
ſummum rerum faſtigium inſident pares, & cenſentur,
& dicuntur. Neque enim æſtima hanc parilitatem
magnitudine opum, modove finium, ſed forma, & for-
te, ſive conditione regnandi:* Joann. Gonçales de Sal-
zedo viſus dum jam poſt hæc ſcripta erant in manu
Typographi, ut operi finem imponeret, in Theatro
Honoris *ad L.1. lib.4. Recop. gloſſ. 26. n. 23.*

Victi verò in bello legationis jus non habent; quia
7 cum aliis bonis jus illud amiſerunt. Et ideo Publius
Æmilius Legatos miſſos à Perſeo devicto apud ſe re-
tinuit, Piratæ, & latrones, qui non conſtituunt civi-
tatem; item, & rebelles Legatos mittere nequeunt.
Ex his, quæ Hugo Grotius *d. c.18. §.2. verſ. qui ergo*
D. Juan. Antonio de Vera *d. diſcurſ. 1. fol.*37. Qui
tradunt Tiberium indoluiſſe, cum ad eum Legatos
mitteret Tacfarinas, quod deſertor, & prædo ho-
ſtium more: ut inquit Tacit. *l. 3. de Hiſt.* D. Joan.
Antonius de Vera *d. diſcurſ. 1. fol. 37. verſ.* Alberic.
Gentilis *lib. 2. c. 7. & ſeq.* Beſold. *in ſynopſ. Polit. doctr.
lib. 2. cap. 13. n. 4.* Ubi infert Regem Hiſpaniæ Mon-
tignium Belgarum Legatum ſupplicio affeciſſe, &
aptis Angliæ Reginam conqueſtum fuiſſe, quod Bel-
garum Agentem uti Legatum tractaſſet Advertit ta-
men, quod ne rebellibus, & ſeditioſis omnia recon-
ciliationis, vel excuſationis media adimantur, Agen-
tes, & Deputati eorum ſecuritatem habere debent
Carolus Paſchal. *de Legato cap.* 12. Beſold. *d. cap.
13. num.* 4.

Obſerva, quod nemini ſubditorum, vel mittere, 8
vel recipere Legatos eſt conceſſum Beſold. *in diſſert.
de Legat. c.3. & d. c.13. n.3.* D. Joann. Antonio de
Vera *d. diſcurſ. 1. fol. 37. verſ.* Unde hi, quos Vaſſalli
mittunt ad Principem, dicuntur Deputati, & quos
Princeps mittit ad ſubditos, dicuntur Commiſſarii
Beſold. *d. c.13. n.3.* Qui non jure gentium, ſed Ci-
vili reguntur, Hugo Grotius *d. c.18. n. 2.* quoniam jus
gentium ad eos Legatos pertinet, quos mittunt hi,
qui habent ſummam imperii, Hugo Grotius *d. c. 18.
n.2.* Idenque, ſi ab aliquo extraneo Legatus mitti-
tur ad alterius Principis ſubditum, is vel non recipi
debet, vel ejus petita ſuperiori manifeſtanda fuit: ut
tradit Beſold. *d. c.13. n.5.*

Legationis uſum neceſſitas introduxit: ut tradit 9
Carolus Paſchal. *de Leg. c. 6.* Salzed. *d. gloſ. 26. n.
9. & 13.* Cum enim inter Principes magna & varia
negotia ſæpè ſæpius habeantur, quæ litteris commit-
tere non ſatis eſt tutum: ut dixit Conrad. Brun. *d.
Legat. lib.1. cap.2.* collocutiones, atque congreſſus
Principum, qui ſeria tractant periculoſi ſint; ut ait
Philippus Cominæus *lib.5.* & Paulus Æmilius, qui de
congreſſu Richardi Angliæ, & Philippi Auguſti
Franciæ Regum loquuntur. Et addi poteſt exemplum
Noſtri Regis Sebaſtiani, & Philippi, Regis Caſtellæ:
Ex quo congreſſu bellum minitatum fuiſſe traditur
niſi Philippi prudentia illi obviaret. Qua propter le-
gationis uſus neceſſarius fuit, ut ſecurius inter Prin-
cipes negotia expedirentur; & unius voluntas atque
effectus aliis pateſiant; miniſterioque Legati Princi- 10
pum conſilia, ac mutua deſideria ultro, citroque com-
municentur. Sunt enim Legati, qui de fœderibus pa-
cis, & belli fine præcipue agunt, & Regum vox, at-
que lingua dicuntur juxta illud Poëtæ.

Vox Regum, lingua ſalutis,
Fœderis Orator, pacis via, terminus iræ,
Semen amicitiæ, belli fuga, litibus haſtis.

Dicitur autem Legatus qui lectu, miſſuque publi- 11
co negotium publicum peregre agit; non militari ma-
nu, ſed eloquio, & viribus ingenii: Et cum legare
ſonet mittere, dictumque ſi à legendo, Legatus utrum-
que ſignat, & lectus, & miſſus: ait Marc. Varro *lib.
4. de ling. Latin.* Sequitur Carol. Paſchal. *de Lege
cap. 1.* Qui ait lectum dici, qui à pluribus lectis, &
optimorum optimus, primorumque primus; & Prin-
cipis eſſe debet ut docet Plutarch. *Sylla L. ſciendum
4. ff. de Leg.* Salzed. *d. gloſſ. 26. n. 15.* In quo maxi-
mus vertitur Legati bonos: ut dixit Sophocles *in
Philocte.*

Pulchra poſſeſſio eſt unum è Græcis.
Judicatum fuiſſe præſtantiſſimum.

Et ſic in eligendo Legato maxima Principis debet 12
eſſe cura; ut ſcilicet in Legatum eligat talem, in cu-
jus virtute luceat Principis dignitas, & Reipublicæ
univerſæ Majeſtas. Et cum Legatus ſit rerum maxi-
marum arbiter, Gentium, Regnorum, Imperiorum-
que

que miniſter, qui ardua rerum ſubit, & confragoſa complanat, in eo maximè ſpectanda eſt ſolertia, felicitas, & prudentia, dignitas, & authoritas perſonæ, rerumque experientia, ingenii amœnitas, ut ſimilitudine virtutis conſtringantur hi, ad quos itur: Si enim electio fiat ex optimis, qui prædictis virtutibus ſunt prædıti, eveniet, ut Legatus præclare in legatione ſe habeat. Et quidem optimum erit Principem noſſe ſuos, & eorum ingenia ut ſic electio bona ſemper reputetur juxta illud Martial. *lib.* 8.

Principis eſt virtus maxima, noſſe ſuos.

13 Sunt igitur Legati oculi Reipublicæ, & Regnorum aures: ut Author eſt Guichardin. *lib. 5. Hiſtor.* Arniſæus *de doctr. Polit. cap.* 16. *pag.* 412. Et ſancti appellantur à Pomponio *in L.ult. ff. de legat.* Sancta ſunt corpora Legatorum ut ait Marc. Varro *lib.* 3. *de ling.Latin.* Arniſæus *d.c.*16.*p.*413. Sanctum dicitur Legatorum nomen apud omnes Nationes Cæſar. *de Bello Gallico lib.*3. Arniſæus *d. cap.*16.*p.*413. Qui ait ſanctum dici à Sagminibus id eſt herbis, quas Legati Populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos violaret Mart. *in L. ſanctum eſt* 8. *ff. de rer. diviſ.* Et quidem de jure gentium duo præcipua Legatis conceduntur. Primum, ut admittantur. Secundum, ut
14 non violentur Hugo Grotius *d.c.*18. §.3. Ubi, quod poteſt dari juſta cauſa, ne Legati admittantur. Et exempla commemorat. At vero ſine cauſa jus gentium Legatos rejici vetat.

Quoad ſecundum dicendum eſt jus gentium Le-
15 gatis ſecuritatem, & immunitatem præſtare; ut dixit Pompon. *in d.L.ult.ff.de legation.* ibi. *Siquis Legatum hoſtium pulſaſſet, contra jus gentium id commiſſum exiſtimatur: quia Sancti habentur Legati. Et ideo ſi cum Legati apud nos eſſent gentis alicujus, bellum cum eiſdem indictum ſit: reſponſum eſt liberos eos manere: id enim juri gentium convenit eſſe. Itaque eum, qui Legatum pulſaſſet, Quintus Mucius de hoſtibus, quorum erant Legati ſolitus eſt reſpondere.* Idem probat Ulpian. *in L. lege Julia* 7. *ff. ad L. Jul. de vi public.* Ubi poſtquam ſtatuit, quod lege Julia de vi publica tenetur is, qui cum poteſtatem haberet, Civem Romanum poſt provocationem necaverit, aut verberaverit: Ita ait: *Item quod ad Legatos, Oratores, Comiteſve attinebit, ſiquis eorum quempulſaſſe, & ſive injuriam feciſſe arguetur.* Et quidem hoc jus omnium gentium uſu receptum tradit Arniſæus *d. c.*16. *pag.* 413. Qui illud Romanorum exemplis comprobat. Hi enim non tam Tarquini Legatos proditionis conſcios dimiſerunt Livius *l.* 2. Hugo Grotius *d.lib.* 2. *cap.*18. §.4. *verſ. Spectandum ergo*; ſed etiam juvenes, qui Apollinarium Legatum temere pulſaſſent, dediderunt Apollinaribus Fior. *Epiſt.*15. Quod idem obſervatum fuit in Lucio Manutio Myrtilo, & Lucio Manlio, quos Marcus Claudius Prætor Urbanus Legatis Cartaginenſium tradidit ex eo quod eos violaſſe convincebantur. Et verè nunquam Legati impune violati fuerunt Athenienſes & Lacedemonii Xerxis Legatos in puteum projecerunt; at Lacedemonii duo ex ſuorum Civibus miſerunt ad expiandum facinus Herod. *l.* 7. quod Xerxes lædere noluit; ne ipſe faceret, quod alii exprobaret. Cúm verò Athenienſes parum ſoliti eſſent de expiatione Urbe exuti fuere Herod. *l.* 8. Romani Senones Bolos deleverunt, quia M. Curii Legatum ad redimendos captivos miſſum interfecerunt; ut refert Polyb. *l.*2. Dioniſius Syracuſanus à Civibus fuit ejectus, quod Primarios nomine Legatorum evocatos in carcerem conjecit Juſtin. *l.*21. Et adeo Legatorum ſecuritas, & immunitas, obſervata fuit, ut A. Cornelius Coſſus in Tolumnium impetum fecerit his verbis. Hiccine eſt, ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris. Jam ego hanc mactatam victimam ſi modo Sancti quidquam in terris Dii eſſe volunt Legatorum Manibus dabo, Livius *l.*4. Arniſ. *d.c.*16. *p.*414. *verſ. Charta abhorreret in fin.* Ubi refert judicium Poſthumii, qui deditus Samnitibus Legatum Romanum pulſavit; eo quod putaret ſe, qui jam ex ordine Samnitum erat, eo ſcelere Samnitibus infortunium attracturum: ut ait Livius *l.*6. Quod tamen poſtea lege lata declaratum fuit, ut ſcilicet deditus Civis Romanus eſſet: ut ait Pompon. *in d. L. ult. C. de legation.* Sed judicium Poſthumii adhuc in ſuo vigore manet, ut intelligatur, quod violans Legatum in jus gentium committit: Atque ita deprehenditur ſecuritatem, & immunitatem legatorum eſſe de jure gentium, & peræque apud omnes obſervari, ut ſcilicet non violentur; ſed recepti ſide publica indemnes ſerventur: ut tradunt Arniſ. *d. c.*16. *p.*413. *&* 14. Hugo Grotius *d. l.* 2 *c.* 18. Pet. Barboſ. *in L.*2. §. *Legatis n.*15. *ff. de judic.* D.Juan. Anton. de Vera *en el Embaxador diſcurſ.*1. *à fol.*46. *cum ſeqq.* cum aliis Salzed. *d. gloſſ.*26.*n.*12.

Quæ ſecuritas non tantum competit Legatorum 16
perſonis, ſed etiam ejus bonis tanquam perſonæ acceſſoris. Et ſic eorum bona mobilia, & vaſa jure pignoris capi non poſſunt: ut tradit Hugo Grotius *d. c.* 18.§.9. Quod intellige, ut ſcilicet in pignus capi non poſſint pro debitis contractis extra Curiam, in qua reſident, vel etiam in ipſa Curia, antequam Legati fierent, quia neque pro illis poſſunt in Curia conveniri: ut probat text. *in d.L.*2.§.*Legat.ff.de judic Ordin. l.* 17
3. *tit.*4. *in princ.* & §.1. Maſcard. *concluſ.* 592. Petr. Barboſ. *in d.* §. *Legatis n.* 49. & 50. niſi poſt finitam legationem per tempus decem dierum fuerint in Curia; tunc namque poterunt ibi conveniri pro quibuſcumque debitis: ut probat *Ordinat. d.tit.*4. §.1.

Deinde ſecuritas Legatorum comprehendi etiam 18
comites legationis ex text. *in L. lege Julia, ff. ad L. Jul. de vi publ. Ordin d. tit.*4 §.1. ibi: *E bem aſſima todos, os que em ſua companhia vierem pelo ſervir & accompanhar na dita embaixada, naon ſendo noſſos naturaes.* Et quod magis eſt, ſi Legati, vel comites ante legationem delictum commiſiſſent in territorio Principis, ad quem mittuntur, neque poſſunt conveniri, neque puniri pro delictis antea commiſſis: ut diſponit *Ord. d. tit.* 4. §.1. An autem pro contractibus geſtis durante legatione conveniri poſſint in Curia? Videndi ſunt Petr. Barb. *in d.*§.*Legatis à n.*122. *cum ſeq. Ord. d. l.* 3. *tit.* 4. *in princ.* & Salzed. *in d. tractat. de Theatro Honoris gloſſ.*28. *n.*16. Creſp. de Valdaura *obſervat.*113. *n.*25.

Et an Legati pro criminibus admiſſis in Curia Re- 19
gis, ad quem miſſi ſunt, puniri valeant à Principe in cujus territorio delictum fuit commiſſum; Diſputant Hugo Grotius *d.c.*18. §.4. *& ibi annot. ad eumdem.* Qui tenet Legatos puniri non poſſe, ſed remittendos ad Principem, qui eos miſit, ut puniat vel eos dedat. Contra cujus ſententiam inſurgit Richard. Zoncheus *in diſſert. de Legat. delinq. Judic. compet.* Ubi late utriuſque partis fondamenta adducit. Anaſt. Germ. *de Leg. l.*2. *c.*4. *à n.*4. & *c.* 9. *n.*1. Creſp. *obſer.*113. 24. Carol. Paſch. *de Leg. c.*76. late Salz. *ſupra gloſ.* 28. *à n.*11. & maximè *gloſ.*27. *à n.*2.

Sed hoc unum verum eſt, Legatos modeſte ſe ge- 20
rere in alienis terris debere, neque extra officium aliquid malè tractare, ut hoc dubium non excitetur: Sunt enim plura exempla eorum, qui ob res in legatione geſtas perperam, & delicta perpetrata fuerunt malè habiti de quibus Arniſæus *de doctr. Polit. c.* 16. *pag.*414. *verſ. portet autem Legatos*, & D. Joan. Antonio de Vera *en el Embaxador. diſc.* 1. *fol.* 47. *cum ſeqq.* & alia cumulantur à Zoucheo *in d. diſſert. de Legat. delinq. Judic. c.*3. *& ſeqq.*

Deinde Legatus perſonam Principis repræſentat, 21
qui eum miſit Beſold. *in diſſert. de Legat. c.* 3. *n.* 6. Paſchal. *de legat. c.* 38. Salzed. *d. gloſ.* 26. *n.* 25.

Lau-

Lanfranc. Zach. *ſalar. q.* 53. *n.* 21. & illius authori-
tatem, dignitatem, & præcedentiam conſervare de-
bet: ut optime proſequitur D. Joan. Antonio de Ve-
ra *en el Embaxador diſcurſ. 3. fol. 37. cum ſeqq.* apud
quem omnia ad materiam pertinentia invenies. Et ea
propter, ut mittentis majorem ſplendorem, & magni-
tudinem oſtendat, debent Legato ampliſſima ſti-
22 pendia perſolvi *L. Legatus antequam* 10. §. *ſiquis
in munere, ff. de legat. L.* 2. *C. eod. lib.* 10. *L. idem-
que* §. *Labeo ff. mandati*, Axo *in ſumma ad tit. Cod.
de leg. l.* 10. *verſ. illud præcipuum eſt ſub n.* 8. Bart.
in L. ſervus communis §. *quod vero ad mandati ff. de
offic. Aſſeſſ. ſub n.* 5. ſequitur Lanfr. *d. q.* 53. *n.* 2. Qui
n. 3. hanc concluſionem extendit, ut ſi Legatus ſit
23 Doctor, qui legebat in publico ſtudio, vel Senator,
qui officium exercebat in Senatu debet habere du-
plex ſalarium; ſcilicet officii, & muneris Legati Mar-
tin. Laudenſ. *in tract. de Legat. Princip. q.* 29.

Verum hæc doctrina non tranſit ſine ſcrupulo:
24 licet enim de jure communi, qui duplici munere,
& officio fungitur, duplex poſſit habere ſalarium
Auth. ut Judices ſine quoquo ſuffragio §. *illud collat.*
2. *l. his ſcolarib. C. de erog. milit. annon. lib.* 12. *l.
quæſitum* §. *ſiquis fundum ff. de fund. inſtruct. l. Titia*
§. *qui Marco ff. de annuis legat.* Felin. *in cap. tranſlato
de conſtit. n.* 2. Andr. Gail. *l.* 1. *obſer.* 44. *n.* 8. Noguer.
allegat. 33. *n.* 62. Maſtril. *de Magiſt. l.* 1. *c.* 21. *n.* 72.
Reynoſ. *obſ.* 27. *n.* 15. *& ſeq.* Larrea *alleg.* 113. *n.* 10.
Aug. Barb. *voto* 74. *n.* 20. Solorz. *de jure Indiar. t.* 2.
25 *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 57. Ex ea ratione, quia cùm duorum jura
in eadem perſona concurrant, perinde eſt, ac ſi di-
verſæ eſſent perſonæ Surd. *dec.* 153. *n.* 36. *& conſ.*
183. *n.* 12. Reynoſ. *d. obſer.* 27. *n.* 17. *verſ. item & exeo,
& obſ.* 54. *n.* 6. *& ſeq.* Pereyr. *dec.* 58. *n.* 7. Solorz. *de
jure Ind. t.* 1. *l.* 2. *c.* 21. *à n.* 7. *& t.* 2. *l.* 3. *c.* 14. *n.* 89. *&
c.* 23. *n.* 38. Larrea *alleg.* 113. *n.* 5. *& ſeqq.* Valenz.
conſ. 156. *n.* 81. Giurb. *de ſucceſſ. feudar. præl.* 3. *n.* 37.

Qua ratione Canonicus, qui duo gerit officia,
26 vel præbendas, duas conſequitur diſtributiones
quotidianas: ut tradunt Angel. Innocent. Andr. *in
c. cum olim de re judic.* Bald. *in L. ſi adſcribatur C. de
appell.* Covarr. *lib.* 3. *var. c.* 13. *ſub n.* 8. *in fin.* Caſtrill.
dec. 44. *n.* 9. Hojeda *de incompatib. Benefic.* 1. *p. c.* 12.
à n. 15. Maſtrill. *d. c.* 21. *n.* 75. Reynoſ. *d. obſ.* 27. *n.* 17.
Lanfranc. *de ſalar. q.* 11. *n.* 11. Aug. Barb. *de offic. &
poteſt. Epiſc. q.* 3. *alleg.* 62. *n.* 21. Et ea propter vide-
batur dicendum cum Lanfranco, & aliis Lega-
tum habente officium Doctoris legentis, vel Se-
natoris, rectè duplex ſalarium conſequi poſſe. Ta-
27 men illa regula juris communis procedit caſu, quo
officia duo in eadem perſona concurrere poſſint,
& ſint compatibilia; non vero ſi incompatibilia
ſint. Et quidem munus Legati, & officium Docto-
ris legentis, vel Senatoris incompatibilia ſunt, non
enim ſimul poteſt Legatus in longinquis agens, &
legationi incumbens legentis, aut Senatoris offi-
cium exercere in Univerſitate, vel Senatu. Et ideo
ſimul atque Legatus legationem acceperit priva-
tur omni jure ad officium legentis, vel Senatoris.
L. fin. C. de cohortal. lib. 12. ubi Bart. *c. ut quis* 25. *de
elect. in* 6. Roxas *de incompatib. p.* 6. *c.* 4. *n.* 75. Namque
ſalarium debetur propter ſervitium, & qui officium
non exercet, illud conſequi non poteſt *d. L. Selo
amico ff. de annuis leg. L. diem functo ff. de offic. Aſſeſ.*
28 ubi Bart. & Maſtrill. *d. c.* 21. *n.* 63. Reynoſ. *d. obſ.* 27.
n. 21. Flores de Mena *lib.* 1. *var. q.* 8. *n.* 21. 28. *&* 32.
Et ideo non debetur ſalarium, niſi pro rata ſervitii *L.
penult. in fin. C. de erogat milit. annon. L.* 1. *C. de re milit.*
Surdus *conſ.* 42. *n.* 10. Idcirco Legatus, qui non exer-
cuit officiũ Doctoris legentis, vel Senatoris illius ſalariũ
percipere nequit. Immo ſi officia duo eſſent compatibi-
lia, adhuc illa ſimul non poterat officialis habere, atque
exercere *L. nemo fin. C. de Aſſeſſ. L. quiſquis* ubi Bart. *de*

cohortal. lib. 12. Petr. Greg. *Syntagm. lib.* 47. *c.* 10. *n.* 21. 29
Curia Piſana *lib.* 2. *cap.* 22. Anton. Sola *inſtit. Pedemont.
gloſſ.* 2. *n.* 4. Avilez. *in c.* 1. *Prætor. verb. officio n.* 1. *&* 6.

Unde Lex Regia. *lib.* 1. *tit.* 1. §. 24. jubet Rectori
Domus Supplicationis, quod in caſu abſentiæ,
vel impedimenti, alicujus Senatoris officium ejus
alteri committat, dummodo non habeat officium pro-
prium in Senatu ibi: *Porém naon ſerà a tal commiſſaon
a Deſembargador, que officio outro teaba na Caſa.* Et eſt
regulare neminem officia duo eodem tempore abſque
Principis diſpenſatione poſſe obtinere *L. libertus* §. 30
præſcrip. ff. ad municip. L. fin. ff. de Aſſeſſ. L. 1. *Cod. que-
madmodum civil. muner. lib.* 10. *L. hac parte Cod. de
proxim. ſacror. ſcrin. l.* 12. *c. ad hæc de multa de præbend.*
Adrian. Neguzant. *q.* 293. *n.* 16. Lanfranc. Zacch. *d. q.*
11. *n.* 34. Proindeque ſi quis duo exerceat officia ſine
licentia Principis, duplex ſalarium conſequi nequit De
Pont. *cõſ.* 146. *n.* 48. *vol.* 2. Capiblanc. *ſingul.* 162. *ſalariũ
n.* 166. Lanfranc. *d. q.* 11. *n.* 33. Quod maxime procedit,
ſi ſalaria duo ab eadem perſona ſint accipienda ex red-
ditibus Regii Patrimonii; tunc namque, quamvis duo
officia tam a Rege, quam ab ejus officialibus eidem
perſonæ ſint commiſſa, cum quibus quilibet ex offi-
cialibus ſingula ſalaria habere poterat: Tamen unum
tantum is, qui duo officia exercet, obtinere valet ad
ſui electionem: ut diſponitur in Regimine rationalium
Regni vulgo *dos Contos c.* 36.

Et cum prædicta procedant in eo, qui vere, & 31
realiter duo exercet officia à fortiori idem dicen-
dum eſt in Legato, qui tantum legationis munus
exercet, & aliud, quod habebat, exercere nequit.
Ideoque ab opinione Martini Laudenſis, & Zac-
chiæ diſcedo: quamvis enim Legatus Reipublicæ
cauſa abſit, & Princeps videretur diſpenſare ſciens
Legatum Doctorem eſſe legentem, vel Senatorem:
in quo eorum opinio fundatur: ut dixit Lanfranc.
d. q. 53. *n.* 5. Tamen cum lege Regia contrarium ca- 32
veatur etiam in eo, cui à Rege duo officia fuerunt
commiſſa, neceſſario fatendum, reſpectu Legati idem
eſſe judicandum; niſi Rex expreſſe diſpenſaverit, ut
utrumque ſalarium conſequi valeat. Prout factum vi-
dimus aliquibus Senatoribus in legationem miſſis,
& quidem recte; quia Legatus, qui mittitur à Prin-
cipe, Reipublicæ cauſa abeſſe dicitur Boër. *q.* 17.
n. 7. Grat. *c.* 868. *n.* 24. Et is, qui Reipub. cauſa abſens
eſt, dicitur adeſſe ſecundum Bartol. *in L. hac lege*,
ubi Alexand *in Apoſtill. C. de prox. ſacror. ſcrinior.
lib.* 21. *c. ex parte c. dilectus de Cleric. non reſiden.
l. teſtamentum ita cautum ff. de alim & cib. leg.* Ric.
in pract. for Eccleſiaſt. reſol. 462. *n.* 1. Et ita non pri-
vantur emolumento, vel jura, quod illo tempore
abſentiæ ipſius quoquo modo competere poterat
Cyriac *contr.* 57. *n.* 28. Solor. *de jur. Ind. t.* 2. *l.* 2. *c.* 17.
n. 99. Et ideo abſentiæ cauſa juſte cum Legati fieri
ſolet diſpenſatio, ut duo ſalaria percipere poſſint.

Prætarea ſciendum eſt, quod ſemper conſueve- 33
runt Principes, ad quod Legati mittuntur, aliquid
eis donare *L. ultim. in fin. ff. de bon damnator.* Corrad.
Brun. *in tract. de legation. lib.* 4. *c.* 6. quem refert &
ſequitur Menoch. *l.* 3. *præſumpt.* 27. *n.* 7. Lanfranc.
de ſalar. q. 53. *c.* 30. Unde venit in dubium, An Le-
gato donatum ipſius efficiatur, vel Principis mit-
tentis? Super quo dubio ſex caſus diſtinguit Me-
noch. *d. præſumpt.* 27. Et communis eſt ſententia,
quod regulariter donatum Legatis eorum ſit, niſi
res donata magis conveniat Principi mittenti, quam
Legatis: vel quando expreſſe id fuit traditum, ut
Principi mittenti redderent: tunc enim tenentur 34
dona Principi mittenti conſignare, tanquam illius
contemplatione elargita: ut tradit Menoch. *d. præ-
ſumpt.* 27. & Bald. *in L. cum oportet.* n. 4. *C. de bon.
quæ liber.* Bartol. *in L. ſed. & ſi plures* §. *abrogato
ff. de vulgar.* Menoch. *d. præſumpt.* 27. *num.* 3. *&* 6.

Lanſranc. *d. quæſt.* 53. *n.* 22. *&* 33. In aliis vero caſibus, vel quando ſumus in dubio, ad Legatos pertinent dona Principum, ad quos mittuntur, neque de illis rationem reddere debent Principi mittenti, eorum contemplatione data cenſeantur *gloſſ. in L. qui propio §. procurator, & in d. L. ſed & ſi plures §. in abrogato*, Caſtrenſ. *in L. ſi vere §. item quidquid. ff. ſolut. matrimon.* Martin. Laudenſ. *in d. tract. de legation. Princip. quæſt.* 22. Menoch. *d. præſump.* 27. *n.* 7. Lanſranc. *d. q.* 53. *n.* 19. *&* 22. ubi plures laudat: niſi lege Principis mittentis aliud ſit ſtatutum prout Venetiis lege cautum dicit Menoch. *d. præſumpt.* 27. *n.* 8. quod donata Legatis, Reipublicæ acquirantur.

Denique Legatos extra ſuum oſficium nihil attentare debet; immo totus vacare circa officium legationis: ut tradit Bartol. in *L. Paulus n.* 1. *ff. de legation.* Quod ſi propria, vel aliena negotia tractaret, quæ illum diſtraherent ab officio legationis, non ſolum privatur ſalario, ſed etiam officio, ut amplius illud non poſſit habere, ut refert Lanſr. *d. q.* 35. *n.* 36. *& ſeq.* Attamen Legatus miſſus ad Summum Pontificem, ſi impetravit tali occaſione Beneficium pro aliquo ſuo conſanguineo, vel amico, non incidit in aliquam pœnam, ſive ordinariam, ſive extraordinariam, neque amittit ſalarium Angel. *conſ.* 130. *& conſ.* 319. *per tot.* Tuſch. *litter. A concl.* 323. & Lanſranc. *d. q.* 53. *n.* 37.

Pro coronide eſt advertendum, quod Legatus ex quo ſui Principis perſonam repræſentat, & duarum perſonarum vice fungitur, ſcilicet propria: & ſui Principis, debet ſummopere in quibuſcunq; actionibus ſe talem præbere, ut poſita conditione privati in humeros ſuos publicũ onus ſuſtuliſſe demonſtret, & mente Principem induat, cujus perſonam tanquam in ſpeculo gentes intuentur in ipſo Legato. Unde Principis magnificentiam, & authoritatem in exteriori cultu extollere tenetur Anaſtaſ. Germoſ *de Leg. lib.* 2. *c.* 11. *à n.* 2. Salz. *in Theat. Honor. ad L.* 16. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. gloſſ.* 28. *n.* 3. *&* 4. Quibus addo Carol. Paſch. *de Leg. c.* 22. *p.* 147. & Salzed. ubi ſupra ampliſſimas legationes extollit Ducis de Feria, & Ferdinandi Albani à Tolleto Marchionis Villæ Novæ: quibus adjungo ſplendidiſſimam, mirabilemque legationem Illuſtriſſimi Marchionis de Caſcais; Comitis Montis Sancti, quam miſſus ab Invictiſſimo Rege Joanne, Quarto ad Ludovicum Decimum Quartum Francorum Regem feliciter, & magna cum magnitudine peregit.

Sed quamvis Legatus oculis babere debeat proprii Principis authoritatẽ, magnitudinemque & eam oſtentare tenetur: attamen ita ſe ad modeſtiam reſpectu comitum, & familiæ componere licet, ut etiam inter hoſtes credatur exuiſſe boſtem, & ſe conciliatorem pacis venerabili cultu profiteatur; non vero militares copias turmatim ducere fas eſt, Nam quiſquis ornatus in modõ militarem proterve, & numeros, & arma oſtentat in aliena ditione; hujus ferociæ ſimili paratu obviam eundum, ut ſi amicitiam verbis pertendere, & re pro hoſte ſe gerere curaverit, hunc ipſum experiatur hoſtẽ, quem decipere ſtuduit: ut evenit Georgio Ubi Daræ Præpoſito a Juſtiniano, qui Iſdigunnæ Legato Coſrois ſe oppoſuit; ducebat enim ſecum quingentos Perſas, ut ea manu Daram improviſo occuparet. Sed Georgius intellecta barbara fraude huic ad confinia obviam prodiit, ſicuti hoſpitem excepturus, hoſtem repreſſurus, hoſpitalitatem ex una parte oſtentans, ferrum, & arma ex alia, & utrumque in promptu habens. Viſa ea turma verius quam comitatu impudentiam barbari aggreſſus illi dixit in eos: Non mere Legati venire, neque tot Perſas hoſtes Imperii fas eſſe recipi ulla urbe ditionis Romanæ. Tamdem Legatum viginti comitibus ſtipatum in Urbem admiſit: ut refert Procop. *l.* 2. *bell. Perſic.* & Carol. Paſchal *de Leg. p.* 182. *c.* 29.

Inſuper Legatus ſimolatque iter arripuerit, palam, & aperto cælo ambulare debet: quia ut ait Carol. Paſchaſ. *d. c.* 29. *pag.* 179. latebras ignorat legatio, palam ambulat, amat agnoſci, adſpici ſalutari. Diſſimolanter, & habitu privatorum exteras provincias peragrare damnoſum, & periculoſum eſt. Legatio adeo eſt animoſa, ut non protegi velit ſed protegere, non latere, ſed aliis eſſe tutamen. Speculator potius, quam Legatus is dicitur, qui occulto limite graditur Clandeſtinæ legationes quid aliud hominibus ſuſpicandum relinquunt, quam agitati illicita? Unde Livius *lib.* 32. *ait: quod cum indicatum Senatui eſſe ſpecie Legatorum Illirios ſpeculatores Romæ eſſe Perſeo authore miſſos, ut quid ageretur, ſcirent; Illiri vocati ſunt in Senatum. Qui cum Legatos ſe eſſe miſſos a Rege dicerent, ad purganda crimina, ſiqua de rege Iſſenſes deferrent. Quæſitum ecquid ita non adiſſent Magiſtratum, ut ex inſtituto loca lautia acciperent? Sciretur denique veniſſe eos, & ſuper qua re veniſſent? Hæſitantibus in reſponſo ut Curia excederent, dictum Reſponſum tanquam Legatis, ut qui adire Senatum non poſtulaſſent, dari non placuit.*

Nihilominus tamen interdum expedit Legatum clandeſtino iter facere, ſi per hoſtium ditionem abſque gratia tranſeundum eſt, dummodo cautè eat, ut feliciter quoque perveniat; eſt enim hoc non tamen in manu prudentiæ, quam in fortunæ temeritate poſitum, & vix probari poteſt ſine exceptione felicitatis: ut bene tradit Procop. *lib.* 2. *bell. Perſic.* & Carol. Paſchal. *d. cap.* 29. *pag.* 181.

Et cum his finem imponimus huic Secundæ Parti de Juribus Majeſtatis majoribus ad laudem, & gloriã Omnipotentis Dei, Virginiſque Matris: cenſuræ Sanctorum Patrum, atque univerſalis Eccleſiæ omnia dicta ſubjicio, quod ſi aliqua ſuſpecta irrepſerint, ex tunc prout nunc ea damnare, & eſſe damnata profiteor.

In Tertia Parte juvante Divino Numine agemus de Juribus Majeſtatis minoribus, quæ inferioribus cõcedi poſſũt, & quomodo eorũ Donationes ſint intelligẽdæ.

Finis Tomi Primi.

INDEX

INDEX
RERUM, ET VERBORUM
Notabilium, quæ in hoc primo Tomo continentur.

Primus numerus librum, ſecundus libri primi prælудium, tertius paragraphum, vel caput, quartus numerum marginalem ſignat.

Et in ſecundo libro, primus ſignat librum, ſecundus caput, tertius numerum marginalem.

A

ABolitio differt ab indulgentia, quia delictum non extinguit; ſed inſtantiam judicii ſuſpendit. 2. c. 18. numero 7.
Abſenti facta donatio, quando valeat vel inutilis ſit? Vide verbo *Donatio facta abſenti.*
Abſens cauſa Reſpublicæ reputatur præſens, ut non privetur emolumento: 2. c. 35. n. 32.
Legatus, qui mittitur à Principe dicitur, abeſſe cauſa Reipublicæ. Ibid.

Abſolutio, Abſolutus.

Abſolutus in cauſa criminali ex probationis defectu poteſt agere actione injuriarum contra accuſatorem. 2. c. 18. n. 18.
Si accuſator habuerit pro ſe publicam vocem, & famam, excuſatur, etiam ſi non probet. ibid.
Defectus probationis indicat querelæ dolum: Vide verbo *querela.*
Abſolutionis vicem obtinet Principis indulgentia, ibid. n. 6.

Academia.

Academiæ, vel Univerſitates neceſſariæ ſunt in Republica bene inſtituta, 2. c. 32. n. 1.
Jus creandi Academias ad ſolum Principem pertinet. d. d. c. 32. n. 5.
Idem competit ſummo Pontifici in terris ſuæ ditionis; extra illas vero Academias erigere nequit, niſi in caſu, quo imminere poteſt diſcrimen Fidei Catholicæ ex defectu ſtudiorum: ibid. n. 6.
Academia approbata à Pontifice, & erecta à Principe ſupremo in ſuis terris non efficitur Eccleſiaſtica: Ibid. n. 7.
In hoc Regno duæ ſunt Academiæ, Conimbricenſis & Eborenſis: & de fundatione. & tranſlatione Conimbricenſis: Ibid. n. 8.
Ad Regem ſpectat deſignatio loci Academiæ, & ejus eſt transferre cujus eſt condere: Ibid. n. 9.
Agitur de collegiis Conimbricenſis Academiæ, & de eorum fundatione: Ibid. n. 10.
Academiæ Conimbricenſis laudes referuntur. Ibid. n. 11. & 12.
Notatur Camillus Borrellus, qui erectionem Conimbricenſis Academiæ tribuit Regi Joanni Alphonſi filio: & declaratur dictum P. Franciſci Soares, è Societate Jeſu, & P. Andræ Mendo ejuſdem Societatis ibid.
Protectio, & conſervatio Academiæ ad Principem pertinet, & noſtræ Conimbricenſis Protector eſt perpetuus Rex noſter invictiſſimus. Ibid. n. 13.
Reſcriptum à Rege expeditum circa res Univerſitatis Conimbricenſis eſt nullum, & ſubreptitium ſi in eo

Rex non denominetur Protector Univerſitatis. Ibid. n. 14.
Rex noſter, dum ſacris initiatur, ad petitionem Academiæ tenetur jurare ſe protecturum, defenſurumque Univerſitatem, cum rebus ſuis: & ſervaturum illius ſtatuta: ibid.
Agitur de fundatione Eborenſis Univerſitatis, & de illius laudibus. ibid. n. 15.

Acceptatio.

Acceptatio in utilibus ſemper præſumitur. 1. c. 4. n. 27.
Donatio Principis fieri cenſetur ſub conditione, ſi acceptetur: Vide verbo *Donatio Principis.*
Acceptare cenſetur penſionem, qui ad illam agit. d. c. 4. n. 27.
Acceptatio non præſumitur in habentibus onus annexum: d. c. 4. n. 28.
Acceptans pactum videtur illud acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus. d. c. 4. n. 29
Acceptans legatum quando cenſeatur onus agnoviſſe? Vide verbo *Legatum.*
Acceptare, qui vult lucrum, & debet onus ſubire, præl. 2. §. n. 113.

Accuſatio.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. 1. præl. 2. §. 2. n. 48 & §. 3. n. 5
Accuſare de nece ſponſi poteſt ſponſa de præſenti. & præfertur conſanguineis illius. 2. c. 18. n. 70.
In accuſanda morte uxoris præfertur maritus omnibus conſanguineis, ſi extant filii, concurrunt cum marito tam in accuſando, quam in faciendo pacem Ibid. n. 71.
Accuſare, etiam remittere ſunt correlativa, & qui poteſt accuſare, etiam remittere valet. 2. c. 18 n 98.
Proximiores conſanguinei offenſi, vel occiſi præferuntur in accuſando, & remittendo delictum. ibid n. 99
Ad accuſandum admittuntur conſanguinei occiſi intra quartum gradum cum proximioribus in eodem proceſſu, ſive remotiores fuerunt citati, ſive ultro comparuerint. Ibid. n. 101.
Et hoc caſu pœna applicatur proximioribus in gradu. Ibid. n 115.
Si proximiores primi, vel ſecundi gradus accuſaverunt delinquentem, qui per ſententiam fuit condemnatus, vel abſolutus, non poſſunt conſanguinei in tertio, vel quarto gradu rerum de novo accuſare: Ibid. n. 104. Limita ut Ibid. n 105 & 106
Vide de materia verbum *Remiſſio.*
Jus accuſandi, & remittendi delicta competit jure ſanguinis proximioribus, tanquam ſingulis pro ſua parte. Ibid n. 118.
Uxor accuſare poteſt necem defuncti, & ſoceri. 2. c. 18. n. 59. & 61.

Agere. Actio.

Agere poteſt maritus pro injuriis facta uxori, & eam

remittere 2. c. 18. numero 95. 97 & 98.
Agere quando poſſit pater pro injuria filio illata? Et quando eam remittere valeat? Vide verbo *Pater*.
Actionis perſonalis ea eſt natura, ut is tantum obnoxius ſit, qui ex contractu, vel delicto obligatus eſt 1. præl. 2. §. 1. n. 163.
Actiones perſonales vel ſunt mere perſonales, vel in rem ſcriptæ: Mere perſonales non tranſeunt in ſingularem rei ſucceſſorem; in rem ſcriptæ tranſeunt. d. §. 1. n. 166.
Actio perſonalis non datur contra tertium poſſeſſorem. d. § 1. n. 164.
Amplia, etiamſi obligatio fuerit contracta intuitu rei. Ibid. n. 163.
Actio competens ſecundo donatario ex contractu donationis tranſit ad hæredem, etiam eo mortuo in vita primi donatarii. Ibid. n. 159.
Actionem qui habet ad rem, ipſam rem habere videtur. 2. c. 13. n. 95. & c. 26 n. 93.
Agere non poteſt creditor conditionalis, vel in diem ante eventum conditionis, vel ante diem. Et quando poſſit agere? Vide verbo *Creditor*.
Agere poteſt dominus cenſus, vel alterius annuæ præſtationis, ut ſibi ſolvatur ſtatutis temporibus. 1. §. 2. n. 29.
Agere quando poſſit ſucceſſor majoratus in vita poſſeſſoris, ut declaratur ſucceſſor poſt illius mortem? Vide verbo. *Majoratus*.
Actio competit uxori ad rem donatam à marito ſuæ concubinæ Vide verbo. *Donatio in concubinam*.
Actio directa, & utilis non duæ ſunt, ſed una tantum; & utraque ejuſdem petentiæ conſiderato effectu. 1. præl. 2 § 7. n. 50.
Actio nulla ingrati legibus prodita eſt. 1. c. 3. n. 55.
Actio, & paſſio non poſſunt concurrere in eodem ſubjecto. 2. c. 9. n. 5.
Actio competens ex delicto ad vindictam non tollit alteram, quæ competit ad damna, & intereſſe. 2. c. 8. n. 36.
Actio pœnalis datur contra hæredem in caſibus, ubi factum ipſo jure, & ipſo facto punitur. 2. c 20. n. 71.
Actio pœnalis datur contra hæredem quatenus ad eum pervenit, licèt res ſit conſumpta. Ibid. n. 74.
Actio pœnalis regulariter ante litem motam non tranſit in hæredem. d. c. 10. n. 29.
In criminibus exceptis, ſi lis cum defuncto non fuit conteſtata, actio intentari debet intra annum, vel intra quinquennium. Ibid. n. 75
Limita in crimine hæreſis, in quo poſt mortem rei proceditur intra quadraginta annos ad pœnam confiscationis. Ibid. n. 73.
Actio perſonalis non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. Ibid. n. 78.
Actiones ad immobilia veniunt appellatione immobilium. 2 c. 26. n. 92.
Actiones & jura non veniunt appellatione bonorum mobilium, & immobilium; ſed tertiam ſpeciem conſtituunt ſecundum communem. d. c. 26. n. 94.
Actiones applicantur mobilibus, & immobilibus, quando neceſſe eſt, ut applicentur: ut ſi actio competit ad rem mobilem, judicetur mobilis, & ſi ad immobilem, habeatur pro immobili. d. c. 26 n 95.
Actiones directæ oſſibus creditoris inhærent, & à perſona ſeparari nequeunt Ibid n 98.
Actio non quæritur tertio ex alterius ſtipulatione, etiamſi pactum apponatur in traditione rei propriæ. 1. præl. 2. §. 3. n 149.
Limita, ut Ibid. n. 150.
Actio perſonalis competit donatario in ſpecie L. quoties C. de donat. quæ ſub modo. Ibid n. 152.
Actionem ut quis acquirat, vel jus, quod non habet, non admittitur moræ purgatio 1. præl. 2. §. 1. n. 113.
Actus.
Actus requiſitus pro executione diſpoſitionis non dicitur novus. 1 c. 4. n. 11.
In quocumque actu ultra voluntatem requiritur poteſtas. 2. c 1. n. 24.
Actus non ſuſtinetur ex poteſtate, qua quis uſus non eſt. Ibid. n 25.
Actum non dicitur, quando aliquid ſupereſt agendum. 2. c. 29. n. 37.
Actus directo tendens ad mortem non poteſt eſſe licitus. 2. c 16 n 129.
Limita, ubi mors certa non eſt, licet immineat periculum, utpote in bello, quia tunc licitus eſt. Ibid.
Omnis actus poſitivus, qui mortem neceſſario non infert, licitus eſſe poteſt, ſi in aliquem finem juſtum dirigatur; etiamſi contineat periculum. d. c. 16. n. 130.
Aditio hæreditatis
Adire hæreditatem dicitur hæres per conſtitutionem procuratoris ad illam adeundam. 2. c. 13. n. 55.
Per aditionem hæreditatis bona efficiuntur patrimonium hæredis. 2. c. 31 n. 49.
Aditio hæreditatis neceſſaria eſt ad confirmandum legatum. 1. præl. 2. §. 3 n. 37 & 38.
Non requiritur reſpectu donationis cauſa mortis. Ibid. n. 37.
Adminiſtratio.
Adminiſtratio libera dicitur illa, cujus jus effectus extrinſecè impediri nequit. 2. c. 19. n. 16.
Item, & illa quæ non pendet à voluntate, facto, aut conſilio alterius ibid.
Adminiſtratores civitatis, & univerſitatis conſtituuntur in mora re ipſa abſque interpellatione. 1 prælud. 2. §. 5. n. 125.
Adſcriptitii.
Adſcriptitii appellantur membra terrarum, & habentur pro rebus immobilibus. prælud. 2 §. 4. n 1. c. & 2. c. 30. n 21.
Adſcriptitium ſe facere poteſt colonus domino ſoli pretio, vel gratis, & promittere ſe à ſolo non diſceſſurum 1. præl. 2. §. 2. n. 109.
Per pactum poteſt quis ſe facere adſcriptitium. d §. 2. n. 99.
Explodiiur opinio D. Franc. de Amaya, & ſuſtinetur communis opinio d. §. 2. n. 101.
De jure Regio non valet pactum quo quis ſe adſcriptitium facit. d. §. 2. n. 111 & 2. c. 30 n. 41.
Ædificium.
Ædificium totum corruit ſublato fundamento, 1. præl. 2. §. 3. n. 77.
Æquitatorum idem eſt judicium, & diſciplina. 1. præl. 2. §. 7. n. 17. 1. & 2. c. 13. n. 60. & c. 19 n. 41.
Diſpoſitum in uno ex æquiparatis cenſetur diſpoſitum in alio; quando eadem militat ratio, licet materia ſit odioſa d. c. 13. n. 60.
Æqualitas in contractibus ſervanda eſt tanquam naturalis commun. 2. c. 19. n. 22.
Ætas
Ætas 25. annorum legitima eſt, & perfecta 2. c 19. n. 24.
De ætate legitima quando fit mentio, intelligitur de ætate legibus definita. Ibid. n. 25.
Ætatis legitimæ non dicitur eſſe qui veniam ætatis impetravit ibid. n 56.
Ætas minor in fæmina quam requiritur quam in maſculo reſpectu pubertatis, & impetrandæ veniæ ætatis; ibid n. 27.
Legatum, vel donationem non conſequitur is, qui impetravit veniam ætatis, ſi relictum fuit, cum pervenerit ad certam, vel legitimam ætatem. ibid n. 56.
De venia ætatis minori conceſſa Vide verbo *Venia*.
Affectus.
Affectus ſeu conatus de conſuetudine non punitur, quando effectus ſecutus non fuit 2. c. 25 n 77.
Intellige, ut regulariter non puniatur affectus pœna ordinaria delicti, ſi verò conatus devenerit ad actum proximum, & exteriorem delicti, punitur pœna extraordinaria Judicis arbitrio. ibid. n. 79.
Subintellige, ut pœna extraordinaria locum habeat in delictis gravioribus; in his vero, quæ atrociora non ſunt, non punitur affectus. ibid.
Affectus, ſeu conatus in delicto falſæ monetæ punitur pœna ordinaria d. c. 25. n 78.
Idem in crimine læſæ Majeſtatis, & conjurationis contra Principem. ibid. n. 85.
Aggreſſio ſi fuerit inopinata, tunc ut unus, ſic plures ſeſe defendere poſſunt impunè. 2. c. 26. n. 125.
Alienatio.
Alienata per donatarium ante ingratitudinem non revocantur. 1. præl. 2. n. 22.
Alienationis prohibitio ſine cauſa facta in ultima voluntate nullius eſt momenti. præl. 2. § 1. n 16. & 20.
Alienatione prohibita cenſetur prohibitus omnis actus, per quem pervenitur ad illam. 1. præl. 2. §. 6. n. 59.
Alienari quando poſſint vaſſalli inviti? Vide verbo *Vaſſallus*.
Alienari, vel obligari quando poſſint bona majoratus cum Regia facultate ex cauſa dotis deſcendentium inſtitutoris, vel ex cauſa dotis deſcendentium inſtitutoris; vel ex cauſa publicæ utilitatis, aut ex cauſa utilitatis ipſius majoratus? Vide verbo *Majoratus*, & verbo *Princeps*.
Alienatio bonorum fideicommiſſi quando fieri poſſit ex cauſa dotis? Vide verbo *Fideicommiſſum*.
Alienatione prohibita, ut bona conſerventur in familia, ſi hæres alienavit, omnes de familia admittuntur ad petendum fideicommiſſum. 2. c. 29. n. 106.
Alienatio proveniens ex delicto poſſeſſoris dicitur voluntatis, Ibid.
Alienare

Digitized by Google

Alienare qui poteſt, dicitur alienare delinquendo ibid. n. 104.
Alienare, vel obligare quando poſſit donator rem donatam ante traditionem? Vide verbo *Donator.*
Alimenta non tenetur præſtare frater filio fratris 1. præl. 2. §. 1. n. 18.
In cauſa alimentorum non admittitur appellatio quoad effectum ſuſpenſivum. ibid. n. 130.
Alimenta debentur poſſeſſori majoratus, à quo bona avocantur propter dilapidationem. 1. præl. §. 2. n. 33.
Alimentorum debitor quando poſſit purgare moram Vide verbo *Mora.*

Alternativa.

In alternativis debitoris eſt electio. 1. c. 3. n. 23.
Limita in donationibus, & gratiis Principis, quia in eis conceſſionarii eſt electio. ibid. n. 24.
Regula in alternativis non procedit in donationibus Principis maxime remuneratoriis. d. c. 3. n. 26.
Intellige ut n. 27.
Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. 2. c. 27. n. 10.
Aliud pro alio invito creditore ſolvi non poteſt. 2. n. 98.
Ambigua omnia per obſervantiam ſubſecutam deciduntur 1. c. 10. n. 49. & c. 24. n. 58.

Ambitus.

Ambitus pluribus legibus punitur. 2. c. 12. n. 38.
Ambitiones, nundinationes, & venditiones Magiſtratuum, nundinationes, Reipublicæ letales, ibid. n. 37.
Et quæ mala ex illis ſequantur. Vide ibid.
Simoniam dicitur committere, qui pretio, vel muneribus obtinet ibid. n. 37.
Licitum eſt à Rege petere officia, & Magiſtratus, quando quis nixus ſuis litteris, virtutibus, & bonis moribus petierit. d. c. 12. n. 39.

Animus.

Anima prioris mariti contriſtatur ſecundis nuptiis uxoris. 1. præl. 2. §. 2. n. 78.
Antecedenti ſublato tollitur conſequens, & conceſſo antecedenti, etiam conſequens dicitur conceſſum. 1. præl. 2. §. 3. n. 76.

Annus.

Annus intra quem clericus ab ſpoliato poteſt conveniri coram Judice ſæculari, de quo Ordin. l. 2. tit. 1. §. 2. eſt utilis, & non continuus: prout idem dicendum de anno interdicti unde vi. 2. c. 13. n. 124. & 132.
Annus utilis dicitur poſtquam nullum datur agendi impedimentum ex parte actoris, rei, atque Judicis. ibid. n. 132.
Annus utilis non currit, niſi à tempore, quo quis potuit agere, ibid.

Appellatio.

Jus appellationum, & ultimæ provocationis pertinet ad ſupremam Regis poteſtatem. 2. cap. 8. n. 16.
Princeps non poteſt terras, & juriſdictionem ita donare, ut ad eum non appelletur, ibid. n. 16. & 17.
De jure communi non valet conceſſio juriſdictionis cum clauſula, ut non poſſit appellari ad Regem: tamen de jure Regio valida eſt. ibid. n. 21. 22.
Sublata appellatione non cenſentur ſublati recurſus, & querelæ reſpicientes Regiam Majeſtatem ibid. n. 23.
Appellatio reducit cauſam ad ſtatum, quo erat tempore litis conteſtatæ. ibid. n. 26.
Appellatio à ſententia Prælati, qui habet à Rege temporalem juriſdictionem pertinet ad Judicem Superiorem Eccleſiaſticam. d. c. 8. n. 38.
Sed contrarium, immo, quod pertinet ad ſuperiorem ſæcularem, verſus eſt: ut ibid. n. 37. & 38.
Appellatio quodammodo extinguit judicatum, & reponit cauſam, & perſonam in ſtatu, quo erat poſt litem conteſtatam. 2. c. 20. n. 43.
Appellatione pendente reus condemnatus cum effectu dici nequit. & ſi in vita appellavit, & mortuus eſt, ſolvitur judicium, & extinguitur delictum tam quo ad pœnam corporalem, quam ad confiſcationem bonorum. ibid. n. 43. & 44.
Idem procedit, quando reus mortuus eſt pendente termino ad appellandum. d. c. 2. n. 45.
Intellige, ut prædicta procedant in publicis criminibus, in quibus per legem non ſolum imponitur pœna corporalis, ſed etiam amiſſionis bonorum, & confiſcatio venit in conſequentiam delicti, quia tunc mortuo reo pendente appellatione judicium ſolvitur quoad utramque pœnam. d. cap. 20. n. 47.
Si vero pœna confiſcationis non eſt impoſita à lege, ſed Judex ultra pœnam corporis condemnavit reum in amiſſionem, vel aliqua pœna pecuniaria: tunc mortuo reo poſt appellationem extinguitur judicium quoad pœnam corporis: Sed remanet examen quoad pecuniariam, & tranſit inſtantia appellationis in hæredem. ibidem numero 48.
Appellatio, & reviſio pari paſſu ambulant. Vide verbo *Reviſio.*
Appellatio, & reviſio in aliquibus differunt, & in aliis conveniunt 2. cap. 25. n. 5. & 6.
Appellare tertio non licet. c. 21. n. 12.
De differentia inter appellationem, & gravamen ordinarium. Vide d. c. 21. n. 18. & 19.
Appellatio iniquitatem ſententiæ, vel imperitiam judicantis reſpicit; recurſus vero propter erroris veniam, vel adverſarii circumventionem 2. c. 31. n. 11.
Appellatio eſt defenſionis ſpecies, & nemini deneganda. ibid. n. 18. & c. 33. n. 17.
In dubio appellationi deferendum eſt, & eam Judex recipere debet d. n. 18. & c. 33. n. 18.
Si Judex Eccleſiaſticus rejecta appellatione ad executionem procedit, oppreſſionem notoriam & violentiam facit. d. c. 31. n. 29. Et Vide verbo. *Recurſus.*
Judex Eccleſiaſticus recipere debet appellationem interpoſitam à ſententia prolata ſuper exceptione incompetentiæ. d. c. 31. n. 32.
Appellari poteſt à judice Eccleſiaſtico, procedente judicialiter, & extrajudicialiter ab inordinato, & intricato proceſſo. d. c. 31. n. 33.
Rite appellatur à Judice Eccleſiaſtico qui reſervat ad finem litis exceptiones nullitatis. ibid. n. 34.
Item rite appellatur à reſervatione exceptionum, quæ reſpiciunt habilitationem perſonæ. ibid.
Appellatio rite interponitur à pronuntiatione Judicis facta ſuper juſtificatione Tuitivæ 2. c. 32. n. 19.
Appellatio ſuper juſtificatione Tuitivæ à ſententia lata producit effectum devolutivum, non ſuſpenſivum. ibid. n. 21.
Appellatio in cauſis poſſeſſoriis admittitur de jure Canonico. d. c. 32. n. 20.
Per appellationem corrigitur Judicis iniquitas, & injuſticia. 2. c. 33. n. 11.
Appellatio dicitur prædium innocentiæ. ib. n. 18
Clauſula appellatione remota nihil operatur, ſi conſtat de gravamine 2. c. 13. n. 33.
Appoſita ſine cauſæ cognitione intelligitur tantum de appellatione frivola, non legitima. ibid. n. 34
Appoſita in parte executiva actas non operatur circa appellationem legitimam. ibid.
Clauſula appellatione remota non operatur, quando appelatio interponitur à facto Judicis procedentis cum dicta clauſula, ſi appellans non impugnat reſcriptum, ſed factum Judicis. ibid. n. 35.
Non obſtante dicta clauſula rite appellatur à ſententia lata ſuper exceptione incompetentiæ. ibid.
Rite appellatur à Judice qui procedit appellatione remota, ſi dolo, vel fraude ſententiam protulit. ib. n. 36.
Appellatio à proviſione, collatione, vel inſtitutione Beneficii non habet effectum ſuſpenſivum, quando proviſio fieri mandatur extrajudicialiter d. c. 33. n. 38.
Si vero judicialiter proviſio fieri mandatur, habet appellatio utrumque effectum. ibid. n. 39.
De jure noviori in proviſione parochialium non ſuſpendit appellatio. ibid. n. 40.
Subintellige, ut ibid. n. 41.
Si unus tantum præſentatus fuit à patrono, & appellavit, quia ab examinatoribus fuit reprobatus, appellatio utrumque effectum producit. ibid. n. 42.
Appellatio interpoſita à proviſo ad parochialem, qui in gradu appellationis ſuccubuit, revocata proviſione utrumque effectum producit. d. c. 33. n. 43.
Appellatio interpoſita à proviſione Beneficii tam ſimplicis, quam curati facta judicialiter vel extrajudicialiter utrumque effectum producit. ſi ex actis notorie conſtat de nullitate proviſionis. ibid. n. 44.
Appellatio à ſententia lata in cauſa decimarum vertente inter Parochum, & alios Vicarios, qui prætendunt jus ſibi eſſe decimandi, utrumque effectum producit. 2. c. 33. n. 46.

Approbatus.

Approbatus ſemel non poteſt amplius reprobari, niſi juſta cauſa interveniat. 2. c. 13. n. 113.
Medicus approbatus poteſt poſtea reprobari ob publicam utilitatem, & ſanitatem. ibid. n. 114.

Archiepiſcopus Bracharenſis.

Archiepiſcopus Bracharenſis habet dominium plenum illius civitatis, & omnimodam juriſdictionem in civilibus, reſervata tantum appellatione in criminalibus. 1. c. 8. n. 23.

Argumentum.

Argumentum à contrario ſenſu validum eſt in jure. 1. præl. 2. n. 76.

Argumentum à contrario ſenſu non procedit, quando eo admiſſo datur legum pugnantia, vel derogatio. 2. c. 20. n. 54.
Argumentum de officio ad Beneficium, & è contra bene procedit. 2. c. 13. n. 57.
Armorum tractationem tempore pacis tanquam neceſſariam Princeps inſtituere debet, ut Vaſſalli exerceantur in militari diſciplina. 2. c. 26. n. 124.

Arrhæ.

Arrhas ſolum tenetur ſolvere maritus, quatenus dos fuit ſoluta, vel illius pars 1. præl. 2. §. 6.
Arrhæ nullæ debentur, ſi nulla dos fuerit ſoluta. ibid. n. 24.
Arrhæ in totum debentur, ſi maritus dotem pro accepto tulit, & promittentem liberavit. ibid n. 25.
Idem ſi maritus habuit fidem de dote. ibid.
Arrhæ debentur dote non ſoluta, ſi maritus fuit in mora recipiendi dotem. d. §. 6 n. 16.
Et an ſit neceſſaria interpellatio. ibid.
Arrhas lucratur mulier, ſi marito data fuerunt in dotem nomina debitorum, quæ neglexit exigere. ibid. n. 27.
In Caſtella ſi tempore promiſſionis arrharum ſponſus poſſidebat bona, quæ poſtea fuerunt evicta, computatio decimæ partis, quam pro arrhis dare poterat, facienda eſt reſpectu bonorum, quæ ſua erant, etſi de futuris etiam promiſſio fieret. ibid. n 28.
In Regno computatio tertiæ partis dotis mulieris reſpectu arrharum facienda eſt de bonis, quæ verè & propriè dotalia remanſerunt, non de his, quæ fuerunt evicta d. §. 6. n. 30.
Ad ineundam rationem tertiæ dotis reſpectu arrharum non eſt facienda computatio bonorum majoratus mulieris, ſed fructuum juxta computatio text. in L. hereditatum ff. ad L. Falcid. ibid. 32. 33. & 34.
Mulier ad conſequendas arrhas non tenetur probare non excedere tertiam partem dotis, ſi maritus promiſſionem tertiam non exceſſiſſe. d. § 6 n. 36
Arrhæ deducendæ ſunt ex toto acervo hæreditatis, tanquam æs alienum, quamvis poſtea nati ſint filii; niſi fraus interveniat. d. §. 6 n. 39.
Sed in regno deducendæ ſunt ex tertia promittendis, quando filii nati ſunt ibid. n. 40.
Et amplia ut. n. 49.
Legatum uxori fictum non compenſatur cum debito arrharum d. §. 6. n 46.
Arrhæ non debentur uxori putativæ. ibid n. 54.
Mulier pro arrhis habet tacitam hypothecam in bonis mariti. d § 6. n 61.
Non tamen habet jus prælationis. ibid. n. 62.
Filius familias non poteſt arrhas promittere ſine patris conſenſu ibid n. 60.
Minor quando, & de quibus bonis arrhas promittere poſſit? Vide verbo *Donatio arrharum*.
Cætera de donatione arrharum, & an, & quando fieri poſſit, & intra quam ſummam valida ſit? Vide verbo *Donatio arrharum.*
Aſſaſſinii crimen eſt unum de exceptis. 2. cap. 20. n. 70.

Aſſertio.

Aſſertioni partis ſtandum eſt in his, quæ pendent ab animo. 2. c. 13. n. 138.
Aſſertioni Principis quando ſtetur circa merita, Vide. 1. præl. 2 n 51 & 52.
Aſſertio meritorum inter perſonas prohibitas donare non ſufficit, ut merita probata dicantur. ibid n. 48.
Aſſertio meritorum in donatione facta inter perſonas non prohibitas probat merita interveniſſe ibid. n. 49.
Cætera Vide verbo *Merita*, & verbo *Donatio.*

Avaritia

Avaritia eſt omnium malorum radix, & mater. c. 1, n. 13.
Avaritia, & luxuria ſunt peſtes, quæ omnia magna Imperia everterunt. ibid. n. 16.
Deteſtatur Author vitium avaritiæ. ibid. n. 14.
Avarus licet multum habeat, plus cupit, & Inferno ſimilis eſt d c 1 n 15.
Principes avaritiam fugere debent. ibid. n. 14.
Avaritia in Principe multum damnatur. ibid. n. 12 & 13.

B

Bannitus habetur pro mortuo, & facit locum ſequenti in gradu, cui præjudicare non poteſt delinquendo. 2. c. 20. n 109
Per Baptiſmum quis efficitur civis illius loci, in quo baptiſatus eſt tam quoad ſpiritualia, quam quoad temporalia. 2. c. 15. n. 3.

Baro.

Baro quid ſit, & unde nomen traxerit. 2. c. 6. n. 63. & 64.
Notatur Theodor. Hoëping. qui ex cauponaria Baronis titulum ortum habuiſſe dicit. ibid.
Baro dicitur, qui habet caſtra à Rege cum juriſdictione in titulum Baroniæ. ibid. n. 65.
In hoc Regno datur differentia inter Baronem, & Dominos vaſſallorum. ibid. n. 66 Ubi de Barone de Alvito.
Baronitas eſt Dignitas Regalis. ibid. n. 67. & 68.
Baronis Dignitas proxima eſt poſt Comites, licet illis inferior n. c. 6. n. 68.
Barones præferuntur aliis nobilibus, qui non ſunt Comites. ibid.
Baro neque ſedet coram Rege, neque ſtat capite cooperto. ibid. n. 69.
Baſtardi, & naturales idem ſunt. 2. c. 17. n. 68.

Bellum.

Belli, & pacis arbitrium apud Romanos Populus habebat, quod Julius Cæſar Populo eripere cœpit, poſtquam in Regem Populus tranſtulit omne jus, & imperium. 2. c. 26. n. 1.
Jus indicendi bellum pertinet ad ſolum Principem qui ſuperiorem non recognoſcit. ibid. n. 2. & 3.
Inferitur, qui ſine juſſu Principis bellum gerit, & exercitum comparavit, crimen læſæ Majeſtatis committit. ibid. n. 4.
Bellum indicere non poſſunt privatus, neque civitates ſubjectæ: ſed de ſuo jure agere debent apud ſuperiorem. ibid. n. 5.
Bellum à privato indictum eſt injuſtum, & reprobatum.
Bellum indictum à privato dicitur latrocinium, & prædatio, ibid. n. 7.
Bella juſta debet Princeps indicere, non injuſta. ibid. n. 8.
Bella juſta ſunt permiſſa de Jure Divino, gentium, & Canonico. ibid.
Bellum cuilibet Principi, & Reipublicæ Chriſtianæ licitum eſt de Fide, & affirmare contrarium ſapit hæreſim. ibid. n. 10.
Bellum eſſe licitum de jure gentium, Canonico probatur. ibid. n. 10.
Bellum vel eſt defenſivum, vel eſt offenſivum. ibid. n. 11.
Bellum juſtum deffinitur & quod dicatur ibid. n. 12.
Bellum dicitur juſtum, quod ſuſcipitur ob illatam injuriam nobis vel noſtris & pro offenſa facta legatis noſtris. ibid n 13.
Ad juſtitiam belli quinque requiruntur ſecundum opinionē Guid. Pap. d. 26 n 14.
Sed verius eſt, quod belli juſtitia ad tria reducitur, de quibus deficientibus, vel uno ex duobus primis, injuſtum eſt bellum. n. 15.
Bellum, quod geritur ſine authoritate Principis ſupremi eſt juſtum ibid.
Bellum non poteſt eſſe juſtum ſine cauſa juſta ibid. n 16.
Belli cauſa juſta eſſe debet ad bellum juſtificandum: & hæc in eo conſiſtit, quod bellum fiat propter neceſſitatem, vel ut pax acquiratur ibid. n. 17
Quæ ſint cauſæ juſti belli, & quæ injuſti? Remiſſive. ibid.
Bellantium recta intentio tunc dicitur intervenire quando bellum ſuſcipitur ob bonum commune, velut pax ſequatur, & ad malum vitandum. ibid. n 18
Bella non ſunt ſuſcipienda ex cauſis levibus, neque ex cauſis juſtis, niſi prævia maxima conſideratione, & multorum conſilio; ib d. n. 19
Bellum eſt epitome, atque farrago omnium immanitatum & feris committuntur. d. c 26. n. 20.
Bellum eſt res ſæva, & trahit ſecum cumulum injuſtitiarum, & violentiæ ibid.
Belligerare malis videtur felicitas, bonis neceſſitas, Et alia circa materiam ibid & n. 21.
Bellum non niſi ex neceſſitate, vel maxima occaſione ſuſcipiendum eſt ibid n. 22.
Bellum ut vitetur, ſemper jus remitendum eſt. ibid.
Bella non ſunt ſuſcipienda, quando majora, & graviora damna, diſpendia, & calamitates ſubditis ſunt everſura, quam ab ipſis hoſtibus potuiſſent timere ibid. n. 23.
Bellum nullum eſt juſtum, ſi conſtat geri majori damno Reipublicæ, quam bono & utilitate: Et neque quando, jus vel injuria alter poteſt emendari. ibid. n. 24.
Bellum gerendum eſt, ut pacem habeamus. ibid n. 25.
Quæritur, An ſit juſtum bellum geſtum à Principibus Chriſtianis contra Infideles, ut cogantur fidem Chriſtianam ſuſcipere? ibid. n. 27. Et reſolvitur quæſtio in n. ſeq.
Bellum juſtum geritur contra Turcas infideles. ibid. n. 28.
Bellum juſtum indici non poteſt ſine cauſa contra infideles, qui neque de jure, neque de facto ſubjacent Chriſtianis, neque eorum terræ unquam fuere in dominio Chriſtianorum. d. c. 26. n. 29.

Non

Non eſt cauſa ſufficiens, quod tales infideles Catholicam fidem ſuſcipere nolint: & hæc eſt vera opinio. ibid n. 20.

Bellum juſtum infidelibus indici non poteſt propter idololatriam, & alia peccata niſi talia ſint, quæ cadant in injuriam innocentium ib. n. 31.

Juſtiſſimum eſt bellum in belluas, proximum in homines belluis ſimiles ibid.

Bellum juſtum geritur contra infideles, qui Chriſtianos impediunt in prædicatione fidei Orthodoxæ. ibid. n. 34.

Bellum ut juſtum dicatur, neceſſario requiritur diffidatio, quæ fiebat apud Romanos per collegium Fecialium: de quorum authoritate, & officio, ac de cæremoniis, quibus utebantur in bello indicendo, vide. ibid. n. 35.

Bellum ſi geritur inter Principes Chriſtianos diffidatio omnino neceſſaria eſt ad juſtitiam belli ibid. n. 36.

Diffidatio non requiritur, ſi bellum geritur contra Turcas Sarracenos, aut hæreticos. ibid. n. 37.

Neque eſt neceſſaria in bello defenſivo ibid.

Neque etiam quando bellum indicitur contra rebelles, qui noſtro ſubiaciant imperio. ibid.

Belli effectus liciti ſunt poſt diffidationem, non ante. ibid. n. 38.

Inferior ſine Principis juſſu bellum indicere poteſt, caſu quo Principis copia haberi nequit, & mora Imperio nocere poteſt. d. c. 26. n. 119.

Si aggreſſio fuerit inopinata, ita unus, ſic plures ſe defendere poſſunt in pugna. ibid. n. 121.

Gubernator in longinquis agens, & videns quod peregrini ditiones Imperii vaſtare velint, poteſt abſque Principis juſſu bellum ſuſcipere. ibid

Bellum poteſt gerere gubernator inconſulto Principe adverſùs eos, qui machinantur contra Principis Majeſtatem, & Reipublicæ quietem. ibid n. 122

Et quando Gubernator abſque proceſſu ſeditioſos ſuſpendi poſſit facere? Vide verbo *Seditioſus*.

Princeps poteſt cogere ſubditos ad bellum, ut pro defenſione patriæ morti ſe exponant, dummodo bellum ſit juſtum, & ex juſtis cauſis ſuſceptum. d. c. 26. n. 127.

De rebus captis in bello, quando fiant capientium, vel recuperata veteribus dominis ſint reſtituenda? Vide Verbo *Capta in bello*.

Circa bella cum Turcis, & Sarracenis ſervandum eſt jus gentium, quia Regibus gubernatur. d. c. 26. n. 65.

Beneficium.

Beneficium Principis latiſſimè eſt interpretandum. 2. c. 7. n. 6. & c. 13. n. 28.

In beneficialibus ultimus ſtatus beneficii eſt attendendus. 2. c. 31. n. 38.

Proviſus in beneficio, quod vacavit in Curia, non poteſt habere titulum coloratum, neque manuteneri debet, quantumcumque ſit in poſſeſſione Beneficii, 2. c. 32. n. 73.

Reſignans Beneficium abdicat à ſe omne jus, & ad illud regredi nequit. ibid. n. 84.

Reſignans Beneficium in forma dignum, ſi reſignatarius non eſt idoneus, ad Beneficium redire non poteſt, niſi probaverit diligentiam, vel ignorantiam ibid. n. 85.

Beneficia non poſſunt habere exteri in hoc Regno 2. c. 15. n. 39. & c. 31. n. 01. & c. 28. n. 182. & c. 29. n. 154. & 155.

Valet argumentum de Beneficio ad officium, & è contrà. 2. c. 13. n. 57.

Bona.

Bona non dicuntur niſi deducto ære alieno 1. præl. 2. §. 6. n. 29.

Bonorum præſentium, & futurorum appellatione veniunt, jura, & actiones 1. præl. 2. §. 7. n. 48.

Bonorum mobilium, & immobilium appellatione non continentur jura & actiones. d. §. 7. n. 71.

Bona mobilia ſequuntur perſonam. 2. cap. 10. n. 61.

Bona extra territorium ſita an comprehendantur in Lege, vel ſtatuto alterius Regis? Vide verbo *Lex*, & verbo *Statutum*. Verbum Bona, & verbum Rex an diſpoſitione Legis, & hominis idem important. 2. c. 26. n. 76.

Bona ſeu res, quæ mobilia, & quæ immobilia dicantur? Vide. d. 26. n. 77.

Bonorum mobilium, & immobilium nomina, & primam naturam non poteſt mutare error aut verborum interpretatio. 2. c. 26 n. 78.

Bona Regiæ Coronæ ſunt ſubjecta reſtitutioni. 5. c. 10. n. 61.

Bona Coronæ regulariter non ſequuntur naturam feudorum. 2. c. 29. n. 145.

Intellige quod modum ſerviendi, in quo Ordinario corrigit jus feudorum non quoad alia. ib.

Bona Coronæ tranſlata in donatario quocunque vadant: retinent naturam bonorum Regiæ Coronæ, & ſic Judex ſæcularis cognoſcit etiam contra Clericos de cauſis motis circa prædicta bona. 2. c. 34. n. 8.

Bona immobilia capta ab hoſtibus non fiunt capientium, ſed pertinent ad Principem victorem, & recuperata à noſtris reſtituuntur veteribus dominis 2. c. 26. n. 75. & c. 29. n. 33.

Bona immobilia ſunt, quæ omnino moveri non poſſunt, & quæ longo tempore vix moventur, mobilia verò quæ ſunt corpora apta natura, & uſu, ut transferantur de uno loco in alium. d. c. 26. n. 77.

Mobile immobili cohærens cenſetur immobile, & hoc contingit applicatione perpetua rei mobilis corporibus alterius naturæ. ibid. n. 79.

Affixa domui, ut puta, dolia columna, & alia, veniunt in venditione domus, vel legato, & ea, quæ ibi ſunt perpetui uſus cauſâ, licet non ſint affixa. ibid n. 80.

Item granaria, & horrea ex tabulis confecta, quæ moveri non poſſunt, immobilia dicuntur: ibid. n. 81.

Lignum deſtinatum ad ædificium inter immobilia computatur. ibid. 82.

Recuperata domo ab hoſtibus reſtituenda eſt prioribus dominis cum mobilibus affixis, defoſſis & his, quæ ibi erant perpetui uſus cauſa ib. n. 82. & 84. Bonorum immobilium appellatione veniunt cenſus etiam redimibiles. ib. n. 85. 86. & 87.

Molendina quando dicantur comprehendi appellatione immobilium? Et recuperata ab hoſtibus reſtituantur veteribus dominis? Vide verbo *Molendinum*.

Bona mobilia recuperata ab hoſtibus, quando veteribus domininis ſunt reſtituenda? Vide verbo *Capta ab hoſtibus*.

Bona, quæ inteſtatus reliquit, pertinent ad proximiores conſanguineos ſine aliquo onere 2. c. 23. n. 57.

Bulla.

Bullæ Pauli, 3. & alia Julii 3. Pauli 4. & Pii 5. Super ſpoliis Epiſcoporum non fuerunt receptæ in hoc Regno præl. 2. § n. 90. & 2. c. 10 n. 94.

Bulla Pii V. ſuper forma creandi cenſus non fuit recepta in hoc Regno 2. c. 10 n. 93.

Bulla Gregoriana ſuper immunitate Eccleſiæ non fuit recepta in hoc Regno. d. c. 10. n. 95.

Bulla in Cœna Domini c. 14. non comprehendit conſuetudinem, ſecundùm quam Triſivæ auxilium Rex noſter concedit. 2. c. 33. n. 23.

C

CAnonicus, qui gerit duo officia, vel habet duas præbendas conſequitur duas diſtributiones quotidianas. 2. c. 35. n. 25.

Capitulum.

Capitulum Sede vacante repræſentat Epiſcopum in his, quæ ad illum ſpectant tanquam Prælatum. 5. cap. 13. n. 125.

Apud capitulum Sede vacante remanet omnis juriſdictio ibid.

Capitulum ſuccedit in adminiſtratione omnium, quæ pertinent ad Archiepiſcopum, vel Epiſcopum tanquam talem. ibid n. 126.

Capitulum poteſt omnia exercere; quæ poterat Epiſcopus, vel Archiepiſcopus; ſi ei non ſunt ſpecialiter interdicta. ibid.

Capitulo debetur idem honos; quam Prælato. d. n. 126.

Capitulum repræſentans Prælatum conveniri debet coram eodem Judice, apud quem Prælatus conveniendus erat. Et ſic in Regno reſpondere tenetur coram præſide Curiali. ibid. n. 127.

In Capitulum Sede vacante non tranſit juriſdictio ordinaria; ſed etiam Metropolitana. ib. n. 128.

Capitulum Metropolitanum utitur ſuperioritate quoad inferiorea. ibid.

Capitula pacis. Vide *Pacis fœdera*.

Capta ab hoſtibus

Capti bello jure gentium ſervi capientium fiunt 2. c. 26. n. 39.

Turcæ, vel Mauri capti à Chriſtianis eorum ſervi efficiuntur ibid.

Chriſtiani capti à Mauris eorum ſervi fiunt ſecundum veriorem opinionem. ibid n. 40.

Capti in bello etiam juſtiſſimo inter Chriſtianos non fiant ſervi capientium ex antiquiſſima conſuetudine. ib. n. 41.

Sic capti inter Chriſtianos non amittunt libertatem, &

poſſint teſtari & capere ex alterius teſtamento, & ſunt capaces omnium ſucceſſionum. ibid. n. 42.

In locum ſervitutis inter Chriſtianos ſucceſſit jugum carceris, & redemptionis, ſeu taliæ & poſſunt retineri pro redemptionis pretio ibid. n. 43.

Pretium redemptionis regulandum eſt ex qualitate, & divitiis perſonæ captæ, & talis eſſe debet ut veriſimiliter ſolvi poſſit. ib.

Hæc redemptionis talia antiquitus apud nos fuit obſervata, ſed jam in deſuetudinem abiit, & ſolent capti in carceribus ſervari datis alimentis de publico, pro aliis noſtris captis ab hoſtibus permutari; quibus deficientibus talia decernitur ibid. n. 44.

Res captæ ab hoſtibus in bello juſto fugatis hoſtium copiis, & devictis exercitibus ſtatim noſtra fiunt ibid. n. 45.

Quod intellige de bonis mobilibus; non vero de immobilibus, quæ non fiunt capientium, ſed publicatur & pertinent ad Principem. ib. n. 46.

Amplia, ut in bello inter Chriſtianos bona capta capientium fiant. ib. n. 47.

Res noſtræ captæ ab hoſtibus, & recuperatæ fortitudine noſtrorum militum veteribus dominis reſtituuntur, ſi nondum in præſidia hoſtium delatæ fuerint. d. c. 26. n. 54.

Res noſtræ ab hoſtibus captæ, & intra eorum præſidia collocatæ, ſi poſtea à militibus noſtris recuperentur, ipſorum fiunt in prædam, & non reſtituuntur veteribus dominis, & quod temporis intervallum ſufficiat, ut, in præda dici valeant? Vide d. c. 26. n. 55.

Refertur contraria ſententia eorum, qui tenent res noſtras recuperatas ab hoſtibus ex intervallo prioribus dominis eſſe reſtituendas ib. n. 56.

Sed verior eſt prior opinio. ut n. 57.

Intellige ut res recuperatæ ab hoſtibus ex intervallo, in quibus habet locum jus poſtliminii: quocumque tempore recuperatæ reſtituantur veteribus dominis. ibid. n 57.

Recuperatæ ab hoſtibus incontinenti reſtituuntur dominis; non ſi ex intervallo d. c. 26 n. 58.

Intellige, ut recuperata ab hoſtibus, quæ jam erant intra eorum præſidia à noſtris militibus, qui inſequebantur hoſtes, veteribus dominis reſtituenda ſint. ibid. n. 59.

Recuperata ab hoſtibus, & poſita intra eorum præſidia à noſtris militibus, qui paſſi ſunt ea reponi dolo, vel negligentia, prioribus dominis reſtitui debent ib.

Milites, tenentur ſatisfacere dominis, quod eorum culpa fuit amiſſum ib. n 60.

Capta à piratis, & latronibus nunquam capientium fiunt, & quocunque tempore recuperata prioribus dominis reſtituenda ſunt, ib. 1. n 6.

Capta ab hoſtibus in eorum territorio, vel in territorio capientium eorum fiunt. Secus ſi capiantur in territorio alieno, in quo hoſtea bona repoſuerunt. ib. n 66.

Intellige, quando in alieno territorio non agebatur bellum: ſecus ſi eo territorio bellum ſit, & ibi ſunt noſtra caſtra ib.

Servus noſter ab hoſtibus captus, & poſtea quocunque tempore recuperatus reſtituitur priori domino jure poſtliminii. d. c. 26. n. 67.

An ſervus ab hoſtibus captus, qui poſtea aufugit, remaneat liber, vel in priſtinam ſervitutem redigatur? Verbo. *Servus.*

Quæritur, An res incorporales, & nomina debitorum pertineant ad victorem, vel ad veteres dominos? Et fingitur caſus in civitate capta, ubi erant inſtrumenta debitorum civitatis, & aliorum privatorum. d. c. 26. n. 96.

Diſtinguuntur duo caſus: primus eſt quando inſtrumenta capta fuerunt à principe victore, qui civitatem evertit: & hoc caſu nomina debitorum civitatis pertinent ad Principem. ib. n. 97.

Secundus eſt, quando miles privatus cepit in bello tabulas, ſeu inſtrumenta debitorum: & tunc nullum jus acquiritur capienti in nominibus debitorum. ib. n. 98.

Pecunia deſtinata ad emptionē prædiorum quando recuperata ab hoſtibus dominis veteribus ſit reſtituenda, vel non? Vide verbo *Pecunia.*

Caſtrum quando recuperatum ab hoſtibus reſtitui debeat à rege ipſius Donatario? Vide verbo *Caſtrum.*

Captivus.

Jura ut publice intereſt ut civitas liberis hominibus repleatur: ita, & intereſt per captivitatem amiſſos recuperari. 2. c. 30 n. 24.

Homo liber ſuppoſitus pro redemptione alicujus captivi poteſt retineri donec pretium captivi ſolvatur. d. c. 3. n. 23.

Iſte obſes datus pro pretio captivi, eo mortuo liberatur; quia neque pretium debetur. ib. n. 35.

Redemptus ab hoſtibus manet obſtrictus retinenti, donec ei pretium donatum reſtituat. ib n. 25.

Carceratus.

Carceratus in domo, & in vinculis publicis æquiparantur in jure. 2. c. 71. n. 95.

Debitori carcerato tenetur creditor alimenta præſtare. 2. c. 17. n. 69.

Item debitori nobili pauperi carcerato in domo tenetur creditor alimenta præſtare. ib. n. 101.

Intellige in eis tamen caſibus in quibus debitor ceſſionem bonorum facere poteſt. ib.

Limita, ut non procedat, quando debitor habet, unde ſe alat. d. c. 17. n 102.

Carcerari non poteſt debitor nobilis etiam ſuſpectus de fuga in publico carcere, neque in homagio. d. c. 15. n. 96.

Carcerari non poteſt in publico carcere nobilis pro delicto; niſi tale ſit quo probato pœna mortis ſit infligenda, ſed poni debet in homagio. ib. n. 95.

Caſtrum.

Caſtrum eſt ſeparatum à juriſdictione; qui juriſdictio eſt qualitas ſeparata à caſtro. 2. cap. 7. n. 58.

In conceſſione generali caſtri, vel loci non venit juriſdictio. ib. n. 5

Caſtrum ab hoſtibus captum, & à Rege ſuis ſumptibus recuperatum Donatario per Regem reſtituendum eſt. 2 c. 6. n. 113.

Limita, ſi Donatarius refundat Regi ſumptus factos in recuperando caſtro. ib. n. 114.

Rex tenetur compenſare cum ſumptibus redditus caſtri perceptos, & quidquid occaſione illius fuit lucratus ib. n. 115.

Rex tenetur ad reſtitutionem caſtri, niſi probetur culpa Donatarii, quod caſtrum illius negligentia notabili ab hoſtibus fuit occupatum. ib. n. 116.

Donatarius caſtri non tenetur ad ſolutionem ſumptuum, & expenſarum recuperationis illius. ib. n. 117. & 118.

Caſus.

Caſus, quos nectit paritas æquitatis, & identitas rationis non ſunt ſeparandi quoad juris diſpoſitionem. 2. c. 10. n. 110.

Caſus omiſſus in lege correctoria remanet in diſpoſitione juris communis. ib. n. 124.

Lex quæ providet in certo caſu cenſetur velle, ut proviſio ceſſet in caſu omiſſa. ib. n 125.

Caſus qualificatus non comprehenditur in diſpoſitione ſimplici. 2. cap 17 n. 89. & n. 29. n. 148.

Inter caſus fortuitos connumerantur litis exitus, & ſententia, 2. cap. 18. n. 24.

Caſus fortuitus quando imputetur depoſitario? Vide verbo *Depoſitarius.*

Cauſa.

Cauſa propriè dicitur finalis impulſiva vero dicitur cauſa impropriè 1. præl. 2 n. 61. & 62.

Cauſa finalis eſt prima in conſideratione diſponentis, ultima in fieri diſpoſiti; & eſt diſpoſitionis ſubſtantia. ib. n. 63. & 64.

Cauſa ubi non eſt eficax, neque cauſatum poteſt eſſe efficax, 1. præl. 2. §. 2. n. 78.

Cauſans ſemper ſpectari debet, non actus cauſatus, & plus influit cauſa in ſe ipſa, quam in cauſato. ibid. n. 79.

Sublata non cauſa diſpoſitionis, ſi duæ concurrunt, remanet alia, per quam ſuſtinetur diſpoſitio. d. §. 2. n. 100.

Cauſa finalis deprehenditur ex proœmio diſpoſitionis. 2. c. 10. n. 29.

In mixtis illud attenditur, quod eminet, & cauſam alterius occultat. 2. c 18. n. 24.

Cauſa quid ſit, & quomodo accipiatur & diſtinguatur ab inſtantia. 2. c. 20 n. 3

De donatione ob cauſam Vide verbo. *Donatio.*

Cauſa extrinſeca, quæ non reſpicit commodum donantis, ſimplicem donationem facit. 2. præl. 2. n. 66.

Ceſſante cauſa ceſſat diſpoſitio. 1. præl. 2. §. 1. n. 97. & 98.

Cenſus.

Cenſus ſive perpetui, ſive redimibiles, & annui redditus perpetui, inter immobilia connumerantur. 2 c. 16. n. 85. & 86.

Cenſus redimibiles quoad emptorem perpetui, cenſentur. ibid. n. 87.

Emptori cenſus redimibilis non datur facultas extinguendi cenſum ibid.

Si bona, ex quibus ſolvebatur cenſus, ab hoſtibus capta, fuerint recuperata, dominus cenſus à poſſeſſoribus penſiones exigere poteſt. ib.

Cedens.

Digitized by Google

Cedens. Ceſſio.

Neque cedi, neque tranſmitti poteſt facultas nominandi ad officium 2. c. 13. n. 48.

Cedi non poteſt, neque tranſmitti facultas declarandi voluntatem defuncti ibid. n. 49.

Jus arbitrandi non eſt ceſſibile, neque tranſmiſſibile. ibid.

Eligendi facultas conceſſa ad utilitatem tertii cedi non poteſt. ibid. n. 50.

Si electio competit jure proprio, & ad utilitatem ejus, qui eligere debet, bene poteſt facultas eligendi cedi & in alium transferri. ibid. n. 51.

Charta Tuitiva. Vide verbo *Tuitiva.*

Chriſtianus.

Capti in bello inter Chriſtianos non efficiuntur ſervi. Vide verbo, *Capta in bello.*

In bello juſto inter Chriſtianos res captæ capientium fiunt. 2. c. 26. n. 47.

Turcæ, & Mauri ſunt de jure ſubjecti Chriſtianis, quamvis non de facto; & contra eos juſtum indicitur bellum. ibid. n. 58.

Chriſtiani non poſſunt impediri ab infidelibus in prædicatione Evangelii. ibid n. 34.

Chriſtiani Principis an, & quando poſſunt juſtum bellum gerere contra Infideles. ibid. n. 27. & ſeq.

Chriſtiani converſi ex Judæis an, & quando nobiles dicantur Vide verbo *Nobilitas.*

Chriſtiani capti à Turcis fiunt eorum ſervi. 2. c. 26. n. 40.

Citatio.

Citatio partis eſt de jure divino, & naturali, & eam Princeps tollere non poteſt 1. c. 32. n. 15.

Citatio in quocumque judicio, etiam executivo, & ſummario neceſſaria eſt ibid.

Citatio requiritur in Juſtificatione Tuitivæ, & mandati de manutenendo ibid. n. 17.

Citatio partis neceſſaria non eſt ad interrogandos teſtes, quando datur periculum in mora. ibid. n. 16.

Illi tantum citandi ſunt ad cauſam, quos negotium tangit principaliter? non illi ad quos pertinet ſecundario 2. c. 50. n. 111.

Civis Civilitas.

Civilitas originis immutabilis eſt. Vide verbo *Origo.*

Per Baptiſmum efficitur quis civis illius loci, in quo baptiſatus eſt tam quoad ſpiritualia, quam quoad temporalia. 1 c 15. n. 5.

Civis efficitur quis per habitationem quadriennii in aliqua civitate. 1. c. 15 n. 37. & 38.

Appellatione civium non continetur exterus, quamvis domiciliarius efficiatur: & non poteſt ad officia & honores admitti. ibid. n. 38. & 39.

Clerici ſunt cives, pars populi, ac Reipublicæ ſecularis. 2. cap. 33. n. 12.

Civitas.

Civitates, vel oppida, quæ ſuperiorem recognoſcunt, Leges ferre nequeunt, niſi ex conceſſione Principis, vel ex conſuetudine. 1. c. 10. n 13

In Regno civitates & oppida poſſunt facere Statuta vulgo, *Poſturas*, ex antiqua conſuetudine pro earum bono regimine ibid. n 14.

Hæc ſtatuta debent eſſe generalia, non contra jus ſingulorum. ibid.

Civitas dicitur magis beata quo majoribus dignitatibus fulcitur ad condecorandos cives. 1. c. 11. n. 84.

Civitates ſubjectæ non poſſunt indicere bellum, ſed pro injuria agere debent apud Superiorem 2. c 28. n. 5.

Civitatem Regni, vel oppidum an, & quando poſſit Princeps, alienare, & donare? Vide. 1. 4. n. 3.

Clauſula.

Per clauſulam conſtituti transfertur poſſeſſio. 1. præl. 2 n. 12.

Item per eam transfertur dominium, ſi præceſſit titulus habilis ad ejus translationem. ibid. n 13.

Intelligit ſi conſtituens poſſidebat tempore conſtituti. ibid. n. 17.

Secundo intellige, ſi conſtitutarius, vel donatarius fuit præſens tempore donationis, alterius contractus? vel acceptavit, antequam donator, vel venditor rem alienaſſet, vel obligaſſet ibid. n. 18.

Clauſula conſtituti non operatur in abſentis favorem. ib. n. 20.

Per clauſulam conſtituti non quæritur poſſeſſio abſenti per procuratorem. ib n. 21.

Poſſeſſori ex clauſula conſtituti dantur omnia remedia poſſeſſoria ib n 14

Poſſeſſor ex clauſula conſtituti poteſt ſe opponere tanquam tertius executioni, quæ fit in re exiſtente penes conſtituentem, & impedit executionem ib n 15

Poſſeſſione tranſlata per clauſulam conſtituti in donatarium non poteſt donator rem donatam alienare, vel obligare. ibid. n. 16.

De clauſula, quod modo non ſervato res revertatur ad dominum. Vide verbo *Donatio ſub modo* & verbo *Modus*

Clauſula appoſita in executivis non ampliat neque alterat diſpoſitionem, neque illius naturam mutat. 1. præl. 2. §. 3. n. 13.

Clauſulæ, quæ à Tabellionibus apponi ſolent, parum, aut nihil operantur, & contractus naturam non immutant. d. § 3. n. 16

Clauſula omni meliori modo facit valere actum, ſi non, ut eſt geſtum, eo modo, quo valere poteſt. 1. præl. 2. §. n. 38.

Clauſulæ adjectæ in contractu ſequuntur ejuſdem naturam, & efficiuntur inutiles ſi contractus inutilis eſt. d. §. 7. n. 53.

Clauſula pro infectis haberi jus etiam tertio quæſitum tollit, per eam omnia reſolvuntur, & retrotractantur. 2. c. 29. n 9.

Clauſula pro infectis reſolvit omnia ſecuta ex crimine rebellionis. d. c. 29. n. 76.

Clauſula.

Clericus dicitur miles cœleſtis militiæ 1. præl. 2. §. 7 n. 16.

Clericus non poteſt repetere à concubina rem donatam. Vide verbo *Donatio Clerici facta concubinæ.*

Clericus non eſt ſolutus, ſed ligatus Eccleſiæ, cognoſcens mulierem committit adulterium ſpirituale, & ſacrilegium. d. §. 7. n. 18.

Clericus de jure communi non poteſt diſponere per teſtamentum de reditibus Eccleſiæ, vel Beneficii. d. §. 52 n. 78.

De conſuetudine verò Hiſpaniæ Clericus teſtari poteſt de bonis quæſitis intuitu Eccleſiæ, ita ut illi ſuccedant venientes ab inteſtato. ibid.

Clerici tenentur ſervare leges civiles editas in commune bonum, ſi non repugnant Juri Canonico, vel libertati Eccleſiæ. 2 c. 10. n. 75.

Clerici non tenentur ſervare leges civiles vi coactiva, ſed directiva. d. c. 10. n. 76.

Clerici tenentur ſervare taxam impoſitam vino, frumento, oleo. Vide verbo *Taxa*

Clerici non gaudent immunitatis privilegio circa tributa tempore neceſſitatis adventitiæ; ſed executio facienda eſt à Judice Eccleſiaſtico. 2. c. 24. n. 117. & c. 27. n. 18.

Clerici continentur appellatione populi, & vaſſallorum Regis. c. 27. n. 17.

Clerici & Eccleſia, atque eorum bona ſunt immunes à repreſaliis. d c. 27. n 26.

Exercens repræſalias contra Clericos incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ. ib.

Limita, niſi conſtiterit, quod Clerici adjuvant Principem hoſtem, & illi tributa perſolvunt. ib n. 19.

De inventario Clerici, qui hæredes laicos inſtituit, vel deceſſit ab inteſtato, & proximiores ſunt laici, & quando pertineat ad Judicem ſecularem, vel Eccleſiaſticum? Vide verbo *Inventarium*

Privilegium exemptionis Clerici habet etiam locum quoad bona, quæ dicuntur exempta 2. c. 31. n. 51.

Clerici ſunt cives: pars populi, ac Reipublicæ ſæcularis. 2. c. 33. n. 12.

Quamvis Clerici ſint exempti in temporalibus; tamen ad Principem pertinet providere, ut in ſuis finibus juſtitia ſervetur ib. n. 14.

Clerici conveniuntur coram Judice ſæculari ſuper rebus prohibitis, quæ invehuntur, vel extrahuntur à Regno, quando civiliter agitur de amiſſione rerum: ſed quoad alias pœnas conveniendi ſunt coram eccleſiaſtico 2. c. 34 n. 14.

Ad duplum, vel triplum æſtimationis rerum, quæ inciderunt in commiſſum, peti poſſit coram ſæculari; Remiſſive. ib.

Clericus poteſt conveniri coram ſæculari pro quibuſcumque juribus Regi debitis, & pro rebus quæ inciderunt in commiſſum, ſi civiliter agatur. ib. n. 11.

Coactio

Coactus dicitur facere, qui ad faciendum cogi poteſt 2. c. 30. n. 46.

Sufficit potentia cogendi, licet ad coactionis actum deventum non ſit. ib. n. 47.

Non dicitur ſponte facere, qui ex juris diſpoſitione tenebantur facere. ib.

Coitus Clerici cum concubina puniblis eſt à jure Civili, Canonico 1. præl. 2 §. 7. n 18.

Collatio.

Conferre quando teneatur filius expenſas factas cum eo à patre in ſtudio? Vide verbo *Filius.*

Conferre fratribus non tenetur filius donationes factas à

Rege

Rege contemplatione patris, neque redditus annuos, vulgo *Tenca*. 1. c. 3. n. 6.
Colonus adſcriptitius Vide verbo *Adſcriptitii*.

Comes.

Comites unde dicti ſunt, & à quo inventa fuerit hæc dignitas, & quid ſit Comitatus 2. c. 6. n. 51.
Comitis dignitas fuit in Hiſpania prima. ib. n. 52.
Regna Caſtellæ, Portugalliæ, & Aragoniæ titulo Comitatus fuerunt poſſeſſa ib.
Comites verè, & propriè ſunt qui de Comitatu fuerunt inveſtiti à Rege. ib. n. 53.
Comes, ut quis propriè dicatur, requiritur, ut inveſtiatur de Comitatu cum territorio villarum, ſeu caſtrorum. ib. n. 54.
Qui non habet Comitatum cum territorio, non eſt Comes, ſed abuſivè & impropriè, ib.
Comites improprii non veniunt appellatione Comitum. d. c. 6. n. 55.
Comitatus conſiſtit in aſſignatione fundi, vel oppidi. ibid.
Comes ut quis propriè ſit; ſufficit, quod dignitas conferatur à Rege cum titulo Comitatus alicujus oppidi, vel caſtri. ib. n. 56.
Comites non tantum ſunt ſpectabiles, ſed illuſtres ſedent coram Rege, & præcedunt alios Nobiles præter Duces & Marchiones. ib. n. 57.
Comitis dignitas in Luſitania excellentior eſt quam in aliis Hiſpaniæ Regnis; ſunt enim Magnates, id eſt *Grandes*, & ſtant coram Rege capite cooperto, ib n. 58.
Quo tempore Comitis dignitas creari cœpit in hoc Regno, ib. n. 59.

Comercia.

Commercia ſunt de jure gentium. 2. c. 23. nu. 8. & c. 25. n. 45.
Commercia à principio permutationibus peragebantur. 2. c. 25. n. 2
Unuſquiſque utilibus inutilia permutabat; & ideo electa fuit materia cujus publica, & perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum ſubveniret. ib. n. 3.
Commercia ſine pecunia eſſe non poſſunt. ib. n. 46.
Si commercia non fuerint, neceſſe erat homini aliena rapere. ib. n. 45.
Commercium diſcordias excitare ſolet. 2. c. 25. n. 2.

Commenda.

Commendæ non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica ſecundum veriorem opinionem. 2. c. 13. n. 78.
Commendæ per ampliationem vitarum fiunt hæreditariæ in magnum Reipublicæ detrimentum. d. c. 13. n. 79.
Commenda rebellis alii conceſſa in remunerationem ſervitiorum, ſi poſtea rebellionis cauſa ceſſat, & bona reſtitui jubentur, Indulgentia Principis non extenditur ad commendam alteri conceſſam. 2. c. 26. n. 42.
Commendatarii, & Equites Ordinum Militarium ſunt vere Religioſi, ſecundùm unam opinionem. 2 cap. 13. n. 56.
Contrariam vero opinionem, quæ habet non eſſe veros Religioſos, ſed impropriè, & ſecundum quid probant alii de quibus ib. n. 77.
Rex noſter tanquam Magiſter Ordinum Militarium poteſt concedere expectativas ad Commendas vacaturas, d. c. 13. n. 71.
Comitia. Vide verbo *Curia*.
Computatio, de qua in L. hæreditatum 68. ff. ad L. Falcid. non tantum procedit in habenda ratione Legis Falcidiæ; ſed in quibuſcunque aliis caſibus 1. præl. 1. §. 6. n. 33. 34. & ſeqq.
Conatus quando puniatur, vel non? Vide verbo *Actus*.

Conceſſio.

Conceſſio contenta in ſignatura nullius eſt momenti, nec dicitur perfecta ante expeditionem litterarum in Cancellaria. 1. c. 4. n. 7.
Conceſſio facta à Principe per modum beneficii dicitur realis, & perpetua. 2. c. 7. n. 5.
Conceſſio facta perſonæ cauſa meritorum dicitur realis, & tranſit ad hæredem. ib. n. 7.
Sed contrarium verius. ib. n. 9.
Conceſſio omnis facta ad meram utilitatem concedentis revocabilis eſt. 2. c. 2. n. 18.
Conceſſio ob cauſam non revocatur, ſi accipiens ſit paratus illam adimplere; revocatur; tamen, ſi cauſam non impleverit. d. c. 24. n. 35.

Concilium.

Concilium generale ſubjicitur Papæ tanquam unico Chriſti Vicario. 2. c. 24. n. 25 & 42.
Ubi reprobantur contrarium tenentes.
Concilium generale nemo poteſt congregare, & aperire, niſi ſolus Papa. ib. n. 27.
Concilium congregatum clauditur & diſſolvitur ex cauſa, & authoritate Papæ. ib. n. 28.
Concilii conſtitutiones debent à Papa approbari, & confirmari. ib. n. 29.
Conciliaribus conſtitutionibus non ligatur Papa. ib. n. 28.
Concilii decreta poteſt Papa derogare, & in eis diſpenſare, ſi de illis facit mentionem. ib. n. 29.

Concubina.

Concubina antiquitus uxorem imitabatur, & de jure Romanorum dignitate tantum diſtinguebatur ab uxore. 2. præl. 2. §. 7. n. 1.
Eodem tempore duas concubinas habere non licet neque duas uxores? Et de differentiis inter uxorem, & concubinam. d. §. 7. n. 2.
Concubina non poteſt donare ſuo concubinario, & amaſio ibid. n. 10.
De donatione facta concubinæ & quando donatum concubinæ repeti poteſt. Vide verbo. *Donatio facta concubinæ.*

Conditio.

Conditionalis conditio quæ ſit. 1. præl. 1. n. 4.
Conditionis natura eſt ut ſuſpendat actum, donec impleatur conditio. 1. præl. 2 §. 1. n. 25.
Conditio in eo differt à modo, quod conditio ponitur à parte antea, modus verò à parte poſt, d. §. 1. n. 23.
Conditio impleri debet ante emolumenti aſſecutionem. ib. n. 14.
Conditio nihil ponit in eſſe, donec impleatur, & impedit acquiſitionem ib. n. 19.
Conditio appoſita ſubſtantiæ diſpoſitionis ſuſpendit actum? at vero appoſita reſolutioni facit actum purum, reſolvendum tamen ſub conditione ib. n. 30.
Conditionis defectus facit, ut diſpoſitio habeatur, ac ſi unquam facta fuiſſet. ib. n. 31.
Conditionalis contractus reſolvitur ipſo jure deficiente conditione. ib.
Conditionem ſufficit ſemel eſſe defectam. d. §. 1. n. 32.
Intellige, ut non procedat in actibus ſucceſſivis, in quibus conditio poteſt quandocunque impleri. 1. ibid. n. 33.
Conditionem ſufficit ſemel eſſe impletam, quamvis non duret implementum, ut actus efficiatur purus d. §. 2. n. 14.
In actibus ſucceſſivis non ſufficit conditionem ſemel impleri; ſed requiritur, quod duret implementum. ibid. n. 33.
Conditionem ſufficit ſemel eſſe impletam, quamvis non duret implementum, ut actus efficiatur purus. d. §. 2. n. 34.
In actibus ſucceſſivis non ſufficit conditionem ſemel impleri Sed requiritur, quod duret implementum. ibid. n. 35.
Si duæ conditiones concurrunt in diſpoſitione, vel in una conditione duæ qualitates, non ſufficit unam impleri, ſed ambæ verificari debent. d. §. 1. n. 36.
Conditio tanquam individua non poteſt ſcindi. d. §. 1. n. 18.
Conditiones omnes, & qualitates requiſitæ in aliquo actu habentur pro una. ib. n. 37.
Ad implementum conditionis non requiritur monitio, ſeu interpellatio; ſecus ad modi implementum 1. præl. 2. §. 1. n. 39.
Conditionum tres ſunt ſpecies, caſualis, poteſtativa & mixta, quæ declarantur. ib. n. 40. & 41.
Conditio mixta deficiens per caſum facit evaneſcere relictum. ib. n. 42.
Conditio impoſſibilis in præteritum, vel præſens concepta rejicitur in ultimis voluntatibus, & valet actus. d. §. 1. n. 48.
Conditio impoſſibilis in contractibus non rejicitur, ſed vitiatur actus. ib. n. 49.
Conditio impoſſibilis adjecta in teſtamento, quæ juſta de cauſa teſtatori poſſibilis viſa fuit non rejicitur, ſed vitiatur diſpoſitio. ib. n. 50.
Conditio nuptiarum habetur pro impleta, quando non ſtat per legatarium, quominus impleatur. d. §. 1. n. 72.
Conditione impleta diſpoſitio reputatur liquida, & pura, ac producit omnes juris effectus. 1. præl. 2. n. 3.
De donatione conditionali. Vide verbo. *Donatio conditionalis.*
Conditionis implementum in contractibus retrotrahitur ad tempus factæ donationis. 1. præl. 2. §. 2. n. 4.
Intellige, ſi in utroque extremo reperiatur habilitas, hoc eſt, tempore celebrationis actus, & tempore exiſtentiæ conditionis. ib. n. 5.
In ultimis voluntatibus conditionis implementum non retrotrahitur, ſed inſpicitur tempus exiſtentiæ conditionis. ib. n. 6.

Idem

Idem procedit in donatione cauſa mortis ib. n. 7.

Conditio poteſtativa non retrotrahitur, ſed tantum caſualis, vel mixta d. §. 2. n. 9.

Deficiente conditione donatio perinde habetur, ſi nunquam facta fuiſſet. ibid. n. 11.

Pendente conditione, nulla ex contractu oritur actio, vel obligatio, ſed virtus illius eſt in ſuſpenſo, dunc impleatur conditio. ibid. n. 14.

Idem procedit ſi conditio fuerit tacita, & ineſt obligationi ſubſtantia, non ſi executioni. ibid. n. 15.

Conditionalis tunc dicitur diſpoſitio, quando conditio importat cauſam finalem non quando impulſivam. ib. n. 16.

Dies incertus quando habeatur pro conditione, tam in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus d. §. 2. n. 17, 18. 19. & 20.

Et quando in contractibus dies certus an, & incertus quando non faciat actum conditionalem; ib. n. 21.

Jus implendæ conditionis poteſtativæ etiam in contractibus non tranſit ad hæredes §. 2. n. 29.

Conditio poteſtativa cenſetur injuncta perſonæ. ib. n. 40.

Jus implendæ conditionis caſualis, vel mixtæ in tractibus tranſit ad hæredes activè, & paſſivè. ibid. n. 49.

Jus implendæ conditionis in ultimis voluntatibus non tranſmittitur ad hæredes. ib. n. 50.

Conditio quando erat implenda in perſona ejus, qui fuit, in mora, ſi implere debens paratus erat vel habetur pro impleta, vel tranſit ad hæredes, etiam in ultimis voluntatibus, quando non fuit impleta facto ejus, cui erat adimplenda d. §. 2. n. 51.

Conditio defecta facto tertii non habetur pro impleta ſed datur actio legatario ad intereſſe. ib. n. 52.

Conditio nuptiarum appoſita in contractu, vel habetur pro impleta, quando defecit facto illius, in cujus perſona erat adimplenda, ib. n. 53.

Conditiones aliæ ſunt neceſſariæ, aliæ voluntariæ, & quæ dicantur d. §. 2. n. 54.

Conditio in ſpecifica forma eſt adimplenda non per æquipollens d. §. 2. n. 53. & 50. & 2. c. 13. n. 100.

Conditio inducit formam d. §. 2. n. 56.

Conditio neceſſaria poteſt impleri per æquipollens. ib. n. 59.

In conditione neceſſaria teſtator magis conſideravit effectum, quam modum ib. n. 60.

Conditio ſi reſpicit certum finem & effectum, ſufficit quod illa ſequatur. ibid n. 61.

Conditio neceſſaria appoſita in contractu poteſt impleri per æquipollens. ibid. n. 62.

Conditio voluntaria non poteſt impleri per æquipollens ibid. n. 64.

Conditio caſualis quocunque tempore impleatur, ſive in vita ſive poſt mortem teſtatoris ſed ipſo jure legatum validum, & quocumque tempore deficiat, vitiat actum. d. §. 2. n. 65.

Contractibus quocunque tempore impleatur conditio caſualis, manet actus purus. ib. n. 66

Conditio poteſtativa deficiens per caſum, quo honoratus fuit impeditus, habetur pro impleta ad commodum ipſius gravati, ſi non fuit in mora implendi. d. §. 2. n. 67.

Conditio, ſi non nupſerit, impoſita virgini in perpetuum, vel homini, qui nunquam nupſit, habetur pro non ſcripta d. §. 2. n. 68.

Conditio prædicta, quâ lege fuerit rejecta. ib. n. 69.

Conditio, ſi non nupſerit non ſolum rejicitur quando apponitur Virgini ſed etiam corruptæ nunquam nuptæ. ib. n. 70.

Conditio non habendi à Lege reprobata dicitur impoſſibilis, & in ultimis voluntatibus rejicitur, & valet relictum. ib. n. 71.

Conditio impoſſibilis in ultimis voluntatibus rejicitur, & valet diſpoſitio ib. n. 72.

Conditio impoſſibilis adjecta in donatione, vel contractu non rejicitur, ſed vitiantur actus. ib. n. 73.

Conditio, ſi non nupſerit uſque ad certum tempus, valet; & ſervanda eſt. d. §. 2. n. 74.

Conditio, ſi filia mea intra 25. annum non nupſerit, impleri debet: alias non debetur legatum, vel donatio. ib. n. 75.

Si in conditione ita longum tempus præſcriptum ſit ut mulier commodè nubere non poſſit, eo tranſacto nulla eſt, tanquam in fraudem legis appoſita. ib. n. 76.

Et quando tempus dicatur longum. ib.

Conditio viduitatis injuncta viduæ, impleri debet: tam ſi à marito, quam ab alio adjecta fuerit: alias mulier amittit legatum vel rem donatam. ib. n. 80.

Conditio ſi non nupſerit, adjecta à marito, patre, filio, vel conſanguineo extenditur ad ſtuprum à vidua commiſſum. ib. n. 81.

Conditio viduitatis appoſita in prima donatione cenſetur repetita in ſecunda in qua conditio fuit omiſſa, & idem dicendum in legato. d. §. n. 86.

Conditio, ſi vidua remanſerit injuncta à marito, vel filio intelligitur de viduitate perpetua. ib. n. 87.

Conditio ſi liberos non habuerit rejicitur tanquam turpis. d. §. 2. n. 88.

Conditio, ſi Religionem non ingrediatur, valet, & eſt adimplenda. ib. 89.

Conditio, ſeu præceptum teſtatoris, quod in majoratu non ſuccedat Monachus, monialis, vel Sacerdos valida eſt, & ſervanda. ib n. 90

Intellige, ſi conditio fuerit expreſſa, quia non ſufficit tacita. d. §. n. 91.

Conditio viduitatis habet effectum, tam ſi apponatur mulieri viduæ, quam homini viduo ib. n. 92.

Conditio non nubendi adjecta favore piæ cauſæ, valida eſt, & ſervanda, d. §. 2. n. 93.

Conditio commorandi in aliquo loco rejicitur, valet relictum, ib. n. 94.

Conditio appoſita viro commorandi in certo loco ſub aliqua pœna in capitulis Matrimonii, valida eſt ſecundùm veriorem opinionem. ib. n. 96. & 97.

Si maritus recedat è loco ſine cauſa, committitur Pœna pacti, conditionis. ib. n. 104.

Si nova cauſa ſuperveniat, maritus recedens è loco non incidit in pœnam. ib. n. 105.

Maritum recedentem ſine juſtis cauſis non tenetur uxor illum comitari, ſecus ſi juſta cauſa interveniat. d. §. 2. n. 108.

De legato, vel donatione facta ſub conditione commorandi cum hærede, vel alia perſona: Vide verbo *Legatum*.

Conditio habitandi cum meretrice teſtatoris, vel locaria injuncta juveni, ſervanda non eſt; donatum vero, vel legatum conſequitur legatarius, vel donatarius, ſecus ſi donatario ſeni injuncta ſit prædicta conditio d. §. 2 n. 113.

Conditio habitandi cum privignis, juvenibus injuncta uxori juveni rejicitur, & uxor conſequitur legatum, ſecus ſi ſit ſexagenaria, ib n. 119.

Conditio ſi filios habuerit, convertitur cum conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, & refertur ad tempus mortis, d. §. 2. n. 124.

Conditio, ſi filios habuerit, dicitur impleta, ſi honoratus filios habuit, licet, non exiſtant tempore mortis: & hoc caſu non eſt locus ſubſtituto. ib. n. 125.

Inter conditionem, ſi liberos non habuerit, & conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit, illud datur diſcrimen, quod ſi in prima non ſit relatio ad tempus mortis, vel aliud certum quandocumque defecerint liberi etiam poſt mortem hæredis inſtituti, admittitur ſubſtitutus. d. §. 2. n. 125.

Conditio vero, ſi ſine liberis deceſſerit, requirit filiorum exiſtentia tempore mortis, & deficit uno tantum filio relicto. ib. 126.

Et regulariter evaneſcit conditio decedente gravato cum filiis. ibid.

In hac conditione, ſi filii poſt mortem gravati deceſſerint ſine filiis, non eſt locus ſubſtituto, d. §. 2. n. 127.

Conditio ſi ſine filiis deceſſerit, ad hoc, ut deficiat, ſufficit filios ſupereſſe, quamvis non ſint hæredes patris. ib. n. 128.

Qui filii faciant deficere conditionem, ſi ſine liberis & an naturales ſufficiant? Remiſſive. ib. n. 129.

Conditio ſi ſine liberis adjecta in fideicommiſſo perpetuo habens tractum ſucceſſivum cenſetur repetita in filiis, & cæteris deſcendentibus. ib. n. 130.

Conditio ſi ſine liberis operatur, dum ſpes eſt inſtitutum filios habere poſſe & durat uſque ad mortem, interimque non admittitur ſubſtitutus ib. n. 131.

Si conditio ſi ſine liberis ſit oppoſita ei, qui ingreſſus eſt monaſterium incapax bonorum, emiſſa profeſſione, ſtatim admittitur ſubſtitutus. d. § 2 n. 134.

De gravato cum conditione ſi ſine liberis, ingrediente monaſterium, ſive capax, ſive incapax bonorum. Vide verbo. *Monaſterium*.

Conditio non nubendi cum perſona ex ſanguine maculato ſub pœna privationis majoratus valida eſt, & juſtiſſima. d. §. 2. n. 146.

Hæc conditio non eſt impeditiva, Matrimonii, neque contra ejus libertatem. ib. n. 147.

Amplia, ut prædicta conditio intelligatur, etiamſi pia cauſa ſit ſubſtituta. ib n. 153.

In diſpoſitione aſcendentis humanitatis intuitu intelligitur plus dictum & minus ſcriptum. d. §. n. 150.

Conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligitur in diſpoſitione aſcendentis reſpectu aliorum deſcendentium. ib n. 154.

Conditio, ſi ſine liberis non ſubintelligitur in diſpoſitione

gratia

fratris reſpectu alterius fratris, vel collateralium. ibid. n. 155.

Et An conditio, ſi ſine liberis ſubintelligitur in majoratu inſtituto à fratre in favorem alterius fratris, vel conſanguinei nulla facta mentione filiorum, Remiſſive, ib. n. 116.

Conditio ſi ſine liberis ſubintellecta in diſpoſitione aſcendentis nil differt ab ea, quæ exprimitur à teſtatore. ib. n. 157.

Filii concepti poſt deportationem, non faciunt deficere conditionem, ſi ſine liberis, niſi pater fuerit reſtitutus. ib. n. 158.

Conditio ſi ſine liberis injuncta poſthumo non verificatur eo non nato. ib. n. 159.

Conditio omnino extituta non ſuſpendit actum qui ſtatim valet. 1. p. præl. 2. §. 2. n. 160.

Conditio, quæ refertur ad præſens, vel præteritum non ſuſpendit actum, nec illum reddit conditionalem. ib. n. 161.

Conditio, quæ tacitè ineſt, quamvis exprimatur, eo modo, quo ineſt à jure vel à natura, non faciet actum conditionalem, neque impedit tranſmiſſionem. ib. n. 162.

Si alio modo ſit expreſſa, facit actum conditionalem, & impedit tranſmiſſionem. ib. n. 163.

Declara, ut n. 164.

Conditio, quæ tacitè ineſt ſi conſiſtit in poteſtate donatarii vel legatarii, ſi exprimatur, impedit tranſmiſſionem; quamvis conditio inſit ex natura rei vel juris diſpoſitione. ib. n. 165.

Conditio, quæ ineſt à natura rei, vel juris diſpoſitione non facit legatum conditionale, niſi contrarium conſtet de voluntate teſtatoris, qui poteſt tranſmiſſionem impedire. ib. n. 166.

Conditio quando dicatur in eſſe ex natura rei vel legis diſpoſitione. Remiſſive. ib. n. 167.

Conditio, ſi tertius ſupervivat facit legatum conditionale. ib n. 168.

Conditio negativa non habet veram exiſtentiam niſi per reductionem ad impoſſibile ibid. n. 169

Conditio negativa non admittit implementum momentaneum, ſed quod durat uſque ad mortem ejus, in cujus perſona adimplenda eſt. ibid. n. 169.

In conditionibus attenditur eventus, qui de facto ſuccedit, & merum factum inſpicitur. ib. n. 171.

Conditio, ſeu præceptum inſtitutoris majoratus de contrahendo matrimonio cum muliere certæ familiæ, vel cum certa perſona ſub pœna privationis majoratus valida eſt, & ſervanda. 1. p. præl. 2. §. 1. n. 89.

Conditio, vel onus injunctum filio, ut nubat cum certa perſona, vel certo genere perſonarum in ſua legitima non valet, niſi filius conſenſerit. 1. p. præl. 2. § 1. n. 90.

Conditio, ſeu præceptum, ut ſucceſſor majoratus contrahat matrimonium cum perſona indigna, non, valet. d. § 1. n. 92

Quæ ad intentum dicatur perſona indigna: ib. n. 93.

Conditio poteſtativa circa reſolutionem contractus tranſit ad hæredem. Vide verbo *contractus*.

Conditio habitandi quando cenſetur adjecta favore ejus cum quo erat commorandum, vel legatarii: Remiſſive. d. p. 1. præl. 2. §. n. 16.

Conditio in inſtitutione majoratus, quod ſucceſſor ducat uxorem nobilem, valida eſt, & ſervanda: & debet verificari in nobili genere non ex privilegio. ibid. n. 148.

Conditio ſi ſine liberis cenſetur tacitè injuncta diſpoſitione aſcendentium facta favore deſcendentium. ib. n. 149. & 150.

Intellige, ut procedat non tantum quando filius gravatur de reſtituendo extraneo, ſed etiam quando gravatus de reſtituendo alteri filio. ib. n. 151.

Amplia, ut procedat non tam in ultimis voluntatibus. ſed etiam in donatione inter vivos facta ab aſcendente cum onere reſtituendi. ib n. 152.

Conditio poteſtativa circa reſolutionem contractus tranſit ad hæredem. 1. præl. 2. § 2. n. 43. & 46.

Una conditio pro alia invito creditore apponi nequit 2. c. 13. n. 98.

Conditio nuptiarum habetur pro impleta, quando non ſtat per eum, qui implere debet, quominus impleatur. ib. n. 148.

Si officium conceſſum ſit Titio ſub conditione, ſi contraxerit matrimonium cum una ex filiabus Sempronii, una requiſita quæ noluit nubere, aliam non tenetur requirere ibid. n. 149.

In prædicto caſu ſi Titio nupſit Seja, cui officium erat conceſſum, ut nubat, ſi poſtea Matrimonium nullum fuit declaratum, ob aliquod juris impedimentum, officium non pertinet ad Titium ib n. 150.

Si conditio nubendi non ſit appoſita in perſona Titii, ſed dictum fuerit, quod conceditur Titio, ſi cum Seja nupſerit, & illa recuſaverit, non debetur officium Titio. ib. n. 152.

Confirmatio.

Confirmatio donationum Regiarum tunc deſideratur, quando is, qui habebat donationem terrarum, vel dignitatis in perpetuum, aut pro ſe, & filiis, mortus eſt: quia tunc filius intra ſex menſes confirmationem petere debet, quæ vocatur per ſucceſſionem ſub pœnas contentis in Ordinatione Regia. 2. c. 7. n. 12.

De Stylo Reges noſtri quocumque tempore confirmationem concedunt; erit tamen locus pœnæ, ſi in judicio oppoſitum fuerit Donatarium non obtinuiſſe confirmationem ib. n. 12.

Confirmationem per ſucceſſionem tantum petere tenetur, qui poſſidet, non qui non poſſidet. d. c. 7. n. 14.

Aſſignatur ratio petendæ hujuſmodi confirmationis. ib. n. 16.

Petendæ dictæ confirmationis tempus non currit impedito ex cauſa litis motæ, vel ex alio impedimento non affectato. ibid. n. 15.

Confirmatio ad titulum primævum referenda eſt, ib. n. 18.

Si in confirmatione per ſucceſſionem nihil de novo fuit additum, donatio non dicitur nova. ib. n. 17.

In confirmatione per ſucceſſionem ſemper apponitur, clauſula, ſi ille, per cujus obitum terræ vacarunt, eas poſſidebat tempore mortis. d. c. 7. ſub n. 18.

Si in prima donatione aliquis dabatur defectus, idem durat poſt confirmationem. ib n. 19.

Confirmare non cenſetur Princeps actum nullum. ib.

Confirmationem petenti per ſucceſſionem poteſt Princeps prorogare tempus legis. ib. n. 20.

Confirmatio, quæ fieri ſolet à ſucceſſore in Regno dicitur apud Nos *de Rey à Rey* & introducta fuit conſuetudine à tempore Regis Joannis ſecundi. ib. n. 21.

Confirmationes *de Rey à Rey*, ſolent fieri ad Regis beneplacitum in tempore ab eo præfinito, & interim ſolent Donatarii ſibi providere de litteris, quæ dicuntur *Alvarat de eſtar empoſſe*. ib. n. 26.

Publicato edictali confirmationum generalium tenentur Donatarii exhibere donationes intra terminum: quo facto uti poſſunt donationibus. ib. n. 28.

Confirmatio generalis, quæ fit in Comitiis, dicitur in forma communi, & nihil de novo operatur, ſed confirmat donationem, prout erat in ſtatu, quo poſſidebatur. ib. n. 29.

Confirmatio ſemper præſumitur facta in forma communi, & nihil de novo tribuit. ibid. n. 30.

Confirmatio ſi fiat à Principe in forma ſpeciali. & Princeps voluit diſpenſare in vitio, vel nullitate, ſupplet omnes illius defectus, & habet vim novæ conceſſionis. ibid. n. 31.

Confirmando dare videtur, qui dare poteſt. d. c. 7. n. 31.

Confirmatio dicitur fieri in forma ſpeciali, quando cauſa cognita negotio; & circumſtantiatum fit: vel quando tenor donationis inſeritur in ipſa confirmatione. ibid.

Si donatio expiravit cum vita Donatarii, non poteſt fieri confirmatio in Senatu Palatino: ſed gratia de novo obtinenda eſt à Rege. d. c. 7. n. 32.

Non poteſt confirmari privilegium, quod non exiſtit. ibid. n. 33.

Confiſcantur bona delinquentis ipſo jure in crimine Leſæ Majeſtatis 1. c. 29. n. 100.

Confraternitas.

Adminiſtratores confraternitatum laicorum, in quarum inſtitutione non intervenit Epiſcopi authoritas, non poteſt Judex Eccleſiaſticus compellere ad reddendas rationes coram eo. c. 31. n. 41.

Neque poteſt ſe intromittere in electione capellani confraternitatis ſæcularis aut cujuſlibet privati ſacelli. ib. n. 42.

Neque poteſt ſe intromittere circa ornamenta, & veſtimenta confraternitatis ſæcularis: & ita fuit judicatum. ib. n. 43.

Quæritur, An poſt Concilium Tridentinum poſſit Eccleſiaſticus viſitare hoſpitalia, & confraternitates laicorum, & rationes exigere ab adminiſtratoribus; Referuntur fundamenta partis affirmativæ: ibid. n. 44. & 45.

Probatur negativa ſententia ea declaratione, quod Eccleſiaſticus poteſt inquirere de operibus piis ut illa faciat adimplere: & ita judicatum. ib. n. 46.

Confraternitates erectæ authoritate Epiſcopi ſunt loca pia, & religioſa. ib n. 47.

Confraternitates, hoſpitalia, & albergariæ inſtituta per laicos, adminiſtrata viritari debent à Magiſtratibus Sæcularibus: Eccleſiaſticus vero tantum poteſt inquirere, ut

opera

ut opera pia impleantur, etſi ad alia ſe intromittat, detur recurſus ad Regium Tribunal; & ita fuit judicatum, ib. n. 48.
De conſilio ea, quæ ſunt, non inducunt obligationem. 1. præl. 2. §. 1. n. 9.
Conſtituens ſuperius eſt conſtituto, niſi in conſtitutum deponatur omnis, quæ erat in conſtituente poteſtas. 2. c. 24. n. 37.

Conſuetudo.

Conſuetudo inveterata non eſt mutanda. c. 3. n. 6
Conſuetudo judicandi aliquem caſum inducitur ex duabus, vel tribus ſententiis Senatus pro una opinione: Secus ſi vario modo fuerunt prolatæ 2. c. 10. n 44. & 45
Conſuetudo non dicitur inducta, quando ſtatutus deformis. ib. n. 45. & 46.
Quæ conſuetudo neceſſaria ſit ad abrogandam legem? Vide verbo *Lex.*
Ad inducendum conſuetudinem non ſufficiunt actus deformes, & varii. d. c. 10. n. 106.
Conſuetudo, ut oportet, debet eſſe legitime præſcripta per longum tempus juncto populi conſenſu, & actuum frequentia. ib n. 101.
Conſuetudo ratione contrarietatis actum reddidit inpræſcriptibilis. ib. n. 107.
Conſuetudo ſi habet contra ſe alteram, nulla prævalet, ſed recurrendum eſt ad jus commune, niſi posterior præſcripta, quia tunc prævalet ib
Quod ſolitum eſt fieri, intelligitur actum ex diſpenſatione, ſeu privilegio. 2. c. 13. n. 72.
Conſuetudo unius Regni non prodeſt, nec nocet ſubdito in alio Regno 2. c. 17. n. 90.
Conſuetudo pro lege habetur. 2. c. 24 n. 89.
Conſuetudo leges mutandi, corrigendi, & interpretandi vim habet legis. 2 c. 23. n. 20.
Conſuetudo alia eſt poſitiva, alia interpretativa: Prima jus novum inducit, ſecunda verò illud non inducit ſed latens in Jure naturali, ſeu poſitivo declarat. ibid. n. 21.
Conſuetudo, de qua in ordin. lib. 2. tit. 10. eſt interpretativa juris naturalis, & potius dicenda eſt jus naturale, quam conſuetudo. ib.
Conſuetudo, de qua in Ordina l. 2. tit. 10. non poteſt tolli per Legem Pontificiam. ib. n. 22.
Conſuetudo Tuitivæ appellantium non continetur in cap. Bullæ Cœnæ ib. n. 23.
Conſuetudo Tuitivæ appellantium rationabilis eſt, & inducta ad bonum Reipublicæ. ib
Conſuetudo inveterata non eſt mutanda. d. c. 23. n 27.
Amplia in conſuetudine Regis, quæ ſemper illæſa remanere debet. ib
Conſuetudo æquiparatur privilegio, maxime in his, quæ ſunt juris poſitivi. ib n. 28
Conſuetudo tantum valet, quantum gratia Principis, ſeu Papæ ib. n 28.
Conſuetudo contra Conſtitutiones Eccleſiaſticas non poteſt induci per laicos. ib. n. 30.
Conſuetudo, ut legi deroget, debet introduci ab his qui poteſtatem habent legis condendæ. ib.
Conſuetudo laicorum non obligat Eccleſiaſticos at verò mixta laicos, & Clericos comprehendit Quod explicatur. ib n. 31.
Summus Pontifex, qui non contradicit conſuetudini mixtæ laicorum, conſentire videtur: & ſufficit tacitus conſenſus. ib. n. 32.

Contractus.

Contractus ab initio ſunt voluntatis? poſtea verò neceſſitatis. 2 præl 2 §. 1. n. 47.
Contractus conditionalis? Vide verbo *Conditio.*
In contractibus nominatis non eſt locus pœnitentiæ. præl. 2. §. 1. n. 155.
Contractus, & diſtractus ſunt ejuſdem naturæ d. præl. 2. §. 2. n 44.
Solennitas requiſita in contractu, eadem requiritur in diſtractu. ib. n. 45.
Conditio poteſtativa circa reſolutionem contractus tranſit ad hæredem § 2. n. 44 & 46.
Contractus, ſi incipit à diſpoſitione, promittatur pœna implendi, facultas tranſit ad hæredem. n. 47.
In contractu conditio caſualis quocunque tempore impleatur, tranſit ad hæredem. ib. n 49.
Contractus facti cum juramento promiſſorio annullantur de jure regio. d. præl. 2 § 4. n. 10.
Ex contractu celebrato cum juramento poſſunt contrahentes agere adimplendum coram judice Eccleſiaſtico. ib. n. 21. & 22
Omnes contractus excepta donatione poſſunt celebrari inter virum & uxorem, & quomodo ſimulati intelligantur. ib. n. 24
Initium contractus ſemper inſpiciendum eſt. d. præl. 2. §. 6 n. 48.
Contractus deſcendunt à jure gentium. 2. c. 11. n. 9.
Contractus Principis ſemper dicuntur bonæ fidei licet aliàs alias ſint ſtricti. ib. n. 14.
Contractus Principis vicem legis habent. ib n. 17.
De contractibus Principis. & quando illos ſervare vel reſcindere liceat; Vide verbo *Princeps.*
Contractus non æſtimantur à nomine ſed ab effectu & ſi natura repugnet nomine à contractibus initio judicatur contractus ſecundum ipſius naturam. 2. c. 19. numero 21.
Contractus non debent claudicare ib. n. 2.
In contractibus æqualitas ſervanda eſt tanquam naturalis eorum. ib.
Contrahentes ſemper videntur ſe conformare cum juris communis diſpoſitione. 24. n 41.
In contractibus mens contrahentium maxime eſt attendenda. 2. c. 29 n. 18.
Contractu verba ſemper ſunt conſideranda. d. cap. 9. n 110.

Corona.

Corona eſt ſignum inviſibilis poteſtatis exiſtentis in perſona Regis, & idem importat nomen corona quam Regis perſona. 2 c. 1. n. 8.
Sine corona non debet Rex ſe Regem nominare 2. c. 5. n 2.
Corona non tribuit Regnum, eſt tamen ſignum honoris, & Imperialis Dignitatis, & ſemper fuit data in ſignum Imperii. ib n. 3.
Apud veteres coronæ fuerunt inventæ in ſignum gloriæ, & honoris d c. 5. n 4.
Romani variis uſi fuerunt coronis, inventis in præmium rerum bene geſtarum quæ recenſentur. ib. d n. 4.
Illæ Coronæ Romanorum non continebant honorem, ſed erant honoris inſignia d. c 5 n 5.
Coronæ Regis eſt præcipuum ornamentum, & conficitur ex auro, gemmis, & lapidibus pretioſis cum radiis. d. c. n. 6.
Per coronationem, & coronam conſequitur Rex plenitudine poteſtatis ib.
Rex ſine conſenſu populi non poteſt deſtruere Coronam, neque diſmembrare partem Regni. d. c. 5. n 17.
Rex an poſſit alienare partem Regni, vel civitatem, aut oppidum, vel ſervitutem Regno imponere Vide verbo *Rex*, Ubi, & verbo *Vaſſallus* invenies.
In correlativis diſponitur in uno cenſetur diſpoſitum in alio & prohibito uno, aliud cenſetur prohibitum 1. præl. 2. §. 6. n. 11.

Creditor.

Creditor conditionalis, vel in diem pendente conditione largo modo dicitur creditor. præl 2 § 2. n. 24.
Sed non poteſt ante diem agere. ib. n 25
Ante diem agere poteſt, ut ſibi caveatur quando debitor efficitur ſuſpectus de fuga, vel alii creditores certant de prælatione, d §. 2. n 28
Major pars creditorum non præjudicat minori in remittendo totum debitum. 2 c 18 n 118.

Crimen.

In criminibus exceptis, morte rei non extinguitur delictum. 2. c. 20. 61.
Crimina excepta ſunt ſequentia. Primum eſt crimen Læſæ Majeſtatis Divinæ, vel humanæ. ib. n 64
Secundum eſt crimen repetundarum. ib n 66
Tertium eſt crimen peculatus & de reſiduis. ib n. 67.
Quartum eſt crimen ejus, qui mortem ſibi conſcivit. d. c. 20. n. 68.
Quintum eſt crimen deſertoris militiæ ib. n 69.
Sextum eſt crimen eorum, qui occiderunt eos, eorum ſunt ſucceſſores. ib
Septimum eſt crimen aſſaſſinii, & eorum, qui turpia lucra quærierunt ib n. 70.
In criminibus exceptis ſi lis cum defuncto non fuit conteſtata, actio intentari debet contra hæredem intra annum, vel quinquennium. ib. n. 72.
Limita in crimine hæreſis, in quo poſt mortem rei poteſt intra quadraginta annos. ib n. 7
Læſæ Majeſtatis reus eſt, quia propria authoritate dolo malo Magiſtratum gerit. 2. c. 12. n 7.
Læſæ Majeſtatis reus eſt, qui injuſſu Principis exercitum comparavit, & qui ſucceſſorem datum in officio non admiſit. ib. n. 8.

Curator.

Curator datus à patre confirmandus eſt nulla prævia inquiſitione; datus verò à matre confirmari debet cauſa cognita. 2 c 19. n 1.
Minor pubes curatorem accipere invitus cogitur. ibid. n. 8.

Curatorem datum à patre in teſtamento reſpuere poteſt minor. ib. n. 9.
Et cætera de curatore minoris. Vide verbo *Minor.*
Curator Regi puberi dari non poteſt 2. c. 24. n. 67.

Curia, & Comitia.

Verbum Curia varie accipitur in jure, & dicitur Curia locus, ubi princeps reſide.. 2. c. 24. n. 1.
Intellige, ut tunc curia dicatur locus, ubi Princeps reſidet, ſi ibi ſint Regii Conſiliarii, qui ejus lateri aſſiſtunt? tunc enim locus ille dicitur Curia, & ejus territorium cum quinque leucis in circuitu. d. c. 24. n. 2.
Curia etiam dicitur locus, ubi reſidet Senatus Domus Supplicationis. d. c. 24. n. 3.
Curia dicitur, & accipitur pro congreſſu trium Statuum Regni, quem Princeps facit pro optimo Regni ſtatu, & gubernio. Quo ſenſu curiæ debent appellari Comitia generaria. ib. n. 4.
Comitia, ſeu curiæ generales ſunt regni fundamentum, tam ad evertendam, quam ad mutandam, conſervandamque rempublicam ib n. 5.
In illis multa expediuntur pro utilitate reipublicæ juſtitia, & pace. Item leges conduntur. ib.
Ad ſolum Regem pertinet poteſtas & jus convocandi curias. ib. n. 6.
Ad Curias generales convocantur tres regni ſtatus; convocatio que fit per literas Regis cum deſignatione temporis, & loci? & de modo celebrandi curias. ib. num. 9.
In Curiis jurat Rex, qui ſuccedit in regno, ſi vivo patre Princeps juratus non fuit, ib. n. 10.
Rex, quando populus ei jurat fidelitatem, jurat & ipſe obſervare leges, privilegia, conſuetudines regni. ibidem.
Proponitur quæſtio. An comitia ſint ſupra Principem; verè contra? & aſſeruntur fundamenta partis affirmativæ. ib. n. 17. & ſeqq.
Tres Status in Comitiis legitimè congregati poſſunt Principem tyrannum deponere, & alium legitimum cooptare. ib. n 20.
Fundatur contraria negativa opinio, quæ verior eſt. ib. n. 22.
Comitia & concilium generale à pari procedunt. ibid. num. 30.
In comitiis proceditur per conſultationes Regi factas, quibus Rex reſpondet. ib n. 31.
In comitiis Rex tyrannus in exercitio ab adminiſtratione deponi poteſt, niſi aliqua fuerit emendationis ſpes, & hic eſt caſus, quo Comitia ſunt ſupra Principem. d. c 24. n. 65.
Si Regi dandus ſit tutor, vel coadjutor electio ſpectat ad populum, ejuſque procuratores congregatos in publicis comitiis Et hæc eſt vera, & tenenda opinio d. c. 24. n. 71.
Deficientibus omnibus conſanguineis Regis pertinet electio novi Regis ad tres regni ſtatus congregatos in comitiis d. c. 24. n. 72.
Deficiente Rege pertinet ad tria brachia regni in Comitiis cognitio controverſiæ exortæ inter aliquos Principes ſuper ſucceſſione Regni. d. c. 24. n. 73.
Si dandus ſit tutor, vel curator regi qui eſſe debeat? Vide verbo *Rex*,
Nova Vectigalia, vel tributa in caſtella non poſſunt imponi, niſi in Comitiis generalibus de conſenſu procuratorum regni: & idem ſervatur, in Anglia, & in Germania d. c. 24. n 48.
In hoc regno Princeps non poteſt indicere tributa niſi in comitiis generalibus de conſenſu populi ex antiquiſſima conſuetudine. d. c. 24. n. 85.
Regnum bene potuit acquirere contra Regem per immemorialem conſuetudinem illud jus, ut tributa imponi non poſſint, in Comitiis. d. c. 24. n. 86.
In Comitiis ſolent populi convenire cum Rege, ut donativum, ſeu tributum ab eis promiſſum, duret tantum per certum tempus, quo exacto valeant tribuunt tollere propria authoritate. d. c. 24. n. 87.
Princeps eo tantum caſu tributa imponere debet, quo neceſſitas exactionum flagitat, & ejus intereſt, quod in comitiis juſtitia cauſæ, & neceſſitas tributorum examinetur. d. c. 24. n 96.
Procuratores in comitiis conſtituuntur veluti judices, ut examinent publicam utilitatem, & neceſſitatem. ib.
Procuratores in comitiis conſiderare debent reipublicæ neceſſitatem, ut tributa vel augeantur, vel diminuantur pro temporum viciſſitudine. d. c. 24. n. 98.
Si neceſſitas urget, ita ut comitia convocari non poſſint, etſi periculum ſit in mora, bene poteſt Princeps novum vectigal imperare ſine populi conſenſu. d. c. 24. n. 108.
In comitiis circa neceſſitatem regni ſtandum eſt Principis aſſertioni. d. c. 24. n. 118.

D

Damnum.

Damnum eſt omnis diminutio, & læſio. 2. c. 13. n. 11.
Damni qui cauſam dat, tenetur ad intereſſe, etiam ſi cauſa damni non ſit immediata. ib. n. 10.

Data.

Datæ tempus attenditur in reſcriptis gratiæ; non vero tempus præſentationis. 5. c. 4. n. 2.
Vide cætera verbo *Gratia.*
Datum ob turpem cauſam non petitur, quando turpitudo verſatur etiam ex parte dantis. 1. præl. 2. §. 7. n. 18.

Debitor.

Debitor nobilis etiam ſuſpectus de fuga incarcerari non debet pro debito civili in publico carcere? neque etiam in homagio 2. c. 17 n. 69.
Debitor nobilis pro debito civili non poteſt excommunicari. ib. n. 97.
Debitori nobili pauperi incarcerato in domo tenetur creditor alimenta præſtare. ib. n. 101
Intellige, ut tantum alimenta præſtari debeant in caſibus, in quibus debitor ceſſionem bonorum facere poteſt. ib
Limita, ut non teneatur creditor ad alimenta; quando debitor habet, unde ſe alat. d. c. 17. n. 102.
Debitores tam civitatis, quam civium exacti à Principe victore, qui civitatem occupavit, liberantur. 2. c. 26. n. 110 & 112.
Debitor ſolvens judicis alii, quam vero creditori, ut liberatus dicatur, debet ſe habere bona fide, non fraude; & tenetur appellare, & creditori denuntiare; omnemque diligentiam adhibere, ut à ſolutione excuſetur. d. c. n. 103.
Debitor ſolvens juſſu judicis alii, quam creditori, ſi non contradicit, dicitur ſponte ſolvere ib n. 104.
Tria requiruntur, ut ſolvens juſſu Judicis alii, quam creditori liberetur, nempe quod cauſa creditori ſit exactus, quod coactus; & non ſponte ſolvat, tertio quod non fuerit in mora: & ita judicatum d n 104.
Debitor, qui coactus ſolvit victori, vel alii juſſu ejus & metu pœnæ, aut præcepti victoris liberatus manet. ib. n. 105.
Sufficit coactionis metus, & potentia cogendi. ib.
Item ſufficit, ſi Tyrannus legem fecerit, quod quilibet debitor ſibi ſolvere debeat ib n. 106.
Debitor non liberatur per remiſſionem debiti factam à victore, & recuperata civitate creditor debitum exigere poteſt ib.
Debitor, qui contraxerat moram ante exactionem factam à tyranno, non liberatus, etiamſi ei ſolvat. ib. n. 108.

Decretum.

Decretum irritans ligat etiam ignorantes. p 1. c. 10 n. 81. & 83
Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem, & ſtatim operatur. d. c. 10. n 84.
An Lex cum decreto irritari obligit à tempore publicationis; vide verbo. *Lex.*
Decretum Judicis debet præcedere contractum alienationis. 2. c. 19. n. 49.
Decretum debet interponi cauſa cognita, & in actis probata ibid. n. 50.
Non ſufficit quælibet cauſa colorata, ſed requiritur. juſta ibid.
Si cauſa juſta con intervenit nullum eſt decretum, & alienatio. ibid.
Decretum debet interponi cum maxima cauſæ cognitione, non properanter; alias erit nullum. n. 51.
Decreti cauſa debet eſſe vera, quia falſa reddit decretum nullum ipſo jure cauſa falſa probata. ib. n. 51.
Decretum irritans inducit formam. 2. c. 32. n. 74.
Decretum irritans annullat geſta in contrarium. ib. n. 75.
Decretum irritans non ſolum inficit titulum: ſed etiam poſſeſſionem. ib. n. 76.
Geſta contra decretum irritans nullum producunt effectum. ib.
Decretum irritans habet annexam inhibitionem. ib. n. 77.

Decurionatus.

Decurionatus eſt dignitas. 2. c. 17. n. 59.

Defenſio.

Defenſio eſt juris naturalis communis hominibus, & brutis. 2. c. 31. n. 9.
Defenſio permiſſa eſt excommunicatio, & etiam Diabolo. ib. n. 10.
Defendere ſe ipſum quilibet poteſt cum moderamine inculpatæ tutelæ. ib. n. 9.

Pro

Digitized by Google

Pro defenſione conſanguinei, vel alterius etiam extranei poteſt homo alium occidere, ib. n. 11.

Peccat mortaliter, qui cum poſſet, noluit alium defendere. ibid.

Princeps tenetur defendere ſubditos juris naturalis dictamine ib. n. 12.

Non ſolum armis, ſed & protectione ad tollendas violentias. ib. n. 13.

Delictum.

Intereſt Reipublicæ, ne delicta maneāt impunita. 2. c. 18. n. 12.

Quilibet de populo publicum delictum denuntiare poteſt ſi non fuerit inimicus. c. 18 n. 15.

Ex delicto triplex parti contingit intereſſe: Primum ad vindictam, ſecundum expenſarum in curatione; tertium operarum amiſſarum quando accuſator inutilis factus eſt. d. c 18. n. 37.

Quando datur duplex pœna, ſeu actio ex delicto, una ad vindictam altera ad damnum, & intereſſe, una non tollit aliam n. c. 18. n. 36.

In publicis delictum mortuo reo ante ſententiam extinguitur delictum etiam lite conteſtata. Et quid ſi reus lata ſententia appellationem interpoſuit, & ea pendente, vel termino ad appellandum mortuus eſt? Vide verbo *Appellatio*, & verbo *Inſtantia*.

In privatis delictis mortuo reo poſt litem conteſtatam tranſit inſtantia in hæredem. Vide verbo *Inſtantia*. Ubi etiam quando ex privato delicto actum fuit criminaliter, An tranſeat inſtantia? Ex publicis criminibus civiliter agi non poteſt, ſed tantum criminaliter, & jure extraordinario. 2. c. 20. n. 56.

In publicis judiciis non de privata utilitate, ſed de publica vindicta tractatur. ib n. 60.

Mortuo reo ante ſententiam in publicis criminibus judicium ſolvitur ib. n. 60.

Ex privatis delictis non tam civiliter, quam criminaliter, & extraordinario jure agi poteſt. ib. n. 57.

In privatis delictis, quando agitur civiliter tranſit inſtantia in hæredem. ib. n. 61.

Si vero criminaliter agatur, mortuo reo poſt litem conteſtatam ante ſententiam non tranſit inſtantia in hæredem. ib. n. 62.

Inter publica delicta, & privata quando agitur criminaliter, nulla datur differentia. ib.

In delictis de conſuetudine non punitur conatus, quando effectus ſecus non fuit. 2. c. 25. n 77.

Intellige, ut regulariter non puniatur effectus reſpectu pœnæ ordinariæ delicti, ſi vero conatus deveniat actum proximum, & exteriorem delicti, punitur pœna extraordinaria arbitrio Judicis. ib. n. 79.

Subintellige, ut pœnæ extraordinariæ locus ſit in delictis gravioribus, in his vero, quæ atrociora non ſunt, punitur conatus. ibid.

Limita in delicto falſæ monetæ in quo punitur conatus pœna ordinaria, ib. n. 78.

Revelare delictum nemo tenetur. ib n. 83.

Limita in crimine falſæ monetæ ib. n 84.

Secundo limita in crimine Læſæ Majeſtatis, & conjurationis contra Principem. ib. n 85

Amplia limitationes, ut procedant etiam, quando revelans probationes non habet. ib. n. 80.

Non excuſatur ſciens, qui non revelavit propter amicitiam, & conſanguinitatem delinquentes. ib. n. 87.

Immo etiam revelare patrem tenetur ib. n. 88.

Antiqui odio habuerunt Læſæ Majeſtatis crimen, ut non tantum filii rebellium, ſed eorum conſanguinei occiderentur. 2. c. 19 n 144.

Filii ideo puniuntur ex delicto patris in crimine Læſæ Majeſtatis: quia hæreditarii criminis exempla metuuntur in filiis. d. c. 29. n. 126.

Ita ut contrahendo quis poteſt præjudicare agnatis; ita etiam delinquendo, n. c. 29. n 149.

Denuntiatio.

Officialis qui denuntiavit de delicto, non poteſt ab accuſatione inchoata p. 2. c. 18. n. 20.

Neque poteſt pacem facere. ib.

Tranſactio facta à delatore non impedit, quominus alter de populo accuſationem proſequi valeat. ib.

Depoſitum.

Periculum rei depoſitæ pertinet ad dominum, ſicut & augmentum. 2. c. 22. n. 98.

Depoſitum pecuniæ aliud eſt regulare, quando deponitur pecunia obſignata, aliud eſt irregulare quando deponitur ad numerum, ib. n. 97.

Caſus fortuitus non putatur depoſitario. ib n. 99.

Limita in depoſitario, qui contra pactum, & præter voluntatem deponentis utitur pecunia depoſita, vel alia re, quæ conſiſtit in pondere, & menſura. ib. n. 10.

Dominium pecuniæ depoſitæ ad numerum; atque poſſeſſio tranſit in depoſitarium. ibidem numer. 101.

Et hoc caſu periculum eſt depoſitarii. ib. n. 102.

Intellige, ut procedat non ſolum, quando pecunia numerata ſimpliciter deponitur ib. n. 103.

Item quando conventum fuit quod depoſitarius utatur pecunia. ib. n. 104.

Depoſitum quamvis irregulare retinet omnia privilegia veri depoſiti. ib. o. 105.

Deſcendens.

Deſcendentes ab eo, qui crimen Læſæ Majeſtatis commiſit, redduntur incapaces ex delicto patris. 2. c. 29. n. 123.

Filii deſcendentes rebellium ſucceſſione privantur? & ſic ad majoratum Regiæ Coronæ admitti nequeunt d. c. 29. n. 124.

Determinatio una reſpiciens plura determinabilia cenſetur omnia pariformiter determinare. 23. n. 20.

Detentatio.

Detentatio minus eſt quam poſſeſſio, quia minus eſt detinere, quam poſſidere. 2. c. 32. n. 26.

Detentatio eſt meri facti, & ut quis manu teneatur, ſufficit, quod poſſeſſoris locum teneat. c. 32. n 28

Detentatio pro poſſeſſione habetur, & venit appellatione poſſeſſionis. ib

Colono detentatori ſpoliato datur interdictum unde vi: & ità fuit judicatum. d. c. 32. n. 29.

Mandatum de manutenendo non ſolum poſſeſſoribus; ſed etiam detentatoribus conceditur. d. c. 32. n. 30.

Dictio.

Dictio ipſa eſt perſonaliſſima, & alterius rei excluſiva & importat dominium. 1. præl. 2. § n. 81.

Dictio aut, ſeu, vel, eſt disjunctiva, & ponitur inter diverſa. 2. c. 7. n. 2.

Dictio, eo caſu, denotat temporis extremitatem, & reſtringit diſpoſitionem ad caſum expreſſum. 2. c. 13. n. 12.

Dies.

Dies nuptiarum dicitur incertus. præl. 2. §. 1. n. 59.

Dies incertus quando habeatur pro conditione in contractibus, quam in ultimis voluntatibus. 1. præl. §. 2. n. 17. 18. 19. & 20.

Dies certus, an, & incertus quando in contractibus non facit actum conditionalem. d. §. 2. n. 21.

Plus dicitur petere, qui ante diem petit. ib n. 26.

Ante diem agens poteſt repelli à Judice, etiam parte non opponente. ib. n. 27.

Dies mortis conditionem inducit. c. 13. n. 99.

Diffidatio quando ſit neceſſaria ad juſtitiam belli Vide verbo *Bellum* & 2. c. 26 & ſeqq.

De diffinitione donationis vide. 1. præl. 1. n. 37. & ſeqq.

Dignitas.

Si Rex oppidum erigit in Ducatum, Marchionatum, vel Comitatum, & poſtea illud donat in perpetuum, tunc dignitas erit realis, & tranſitoria ad dominum oppidi. 2. c. 7. n 10.

Si dignitas fuit conceſſa in perpetuum, vel pro filiis, & deſcendentibus in infinitum tranſit ad filium donatarii, qui mortuo patre Dux, Marchio, vel Comes appellatur; licet urbanius faciet, ſi expectaverit literas Regis, in quibus eum appellet ſub nomine dignitatis. d. c. 7. n 11.

In Luſitania etiam qui habet donationem bonorum, vel dignitatis in perpetuum aut pro ſe, & filiis mortuo patre intra ſex menſes tenetur petere à Rege confirmationem, quæ appellatur per ſucceſſionem ſub pœnis Ordinationis. d c. 7. n 12.

De Stylo Regni noſtri illud non obſervant, & quocunque tempore confirmationem concedunt: pœnæ tamen locus erit, ſi in judicio opponeretur donatarium non obtinuiſſe confirmationem intra tempus legis ib. n. 12.

Maritus Dux, vel Marchio facit uxorem Duciſſam, vel Marchioniſſam; prout Rex facit uxorem Reginam, d. c. 7. n. 34

Si Duciſſa, vel Comitiſſa duxit viro non titulato, facit virum Ducem, vel comitem de conſuetudine. d. c. 7. n. 36. & 37

Mortua uxore Duciſſa, vel Comitiſſa maritus non poteſt amplius appellari Dux, vel Comes. d c. 7. n. 38.

Sed aliud ſervatur de conſuetudine ib. n. 39 & 40.

Si Rex aliquem tractat uti titulatum, eodem modo ab omnibus debet tractari d. c. n. 40

Dignitas eſt individua, & in ea ſuccedit Primogenitus in caſibus, ubi per mortem patris non expiravit d c. 7. n. 43.

Filius natus ante adeptum Regnum, vel dignitatem ſuccedit in Regno, vel dignitate, & præfertur, ei qui poſt eam, adeptam natus eſt. d c. 7. n. 44.

Princeps ita ut poteſt dignitates concedere, ita etiam in vita patris conceſſionem prorogare pro una, vel pluribus vitis. d. c. 7. n. 46.

Proponitur quæſtio: An ſi pater ex donatione habebat oppidum, vel civitatem cum titulo Ducatus, vel Comitatus,

tatus, ſi patri fiat prorogatio conceſſionis bonorum Coronæ, intelligatur etiam prorogata conceſſio tituli? ib. n. 46.
Et diſputatur n. ſeqq. Et reſolvitur negative. n. 51. & ſeqq. maxime. n. 59.
Dignitates conferre, & de novo erigere; vel creare ad ſolum Regem ſpectat. 2. c. 6. n. 1.
Dignitates inferiores proveniunt à Rege tanquam ipſorum fonte. d. c. 6. n. 2.
Dignitatum theſauri dicuntur eſſe penes Regem reconditi. d. c. 6. n. 3.
Dignitates Ducatus Marchionatus, & ſimiles Rex ſolus creat d. c. 6. n. 4.
Rex ſolo verbo creat prædictas dignitates, quamvis olim in illis conferendis plures intervenirent ſolemnitates. d. c. 6. n. 5.
Ex dignitatibus ſubditorum Regium decus augetur, & Regnum efficitur potentius. d. c. 6. n. 6.
Rex non debet facile prædictas dignitates concedere: Et quibus concedendæ ſint. d. c. 6. n. 7.
Dignitates Senatorum, & Magiſtratuum conferendæ ſunt benemeritis. non indignis, & quos Rex eligere debeat. d. c. 6. n. 8. & ſeqq.
Dignitas ab officiali, non vero officialis propter dignitatem illuſtrari debet d. c. 6. n. 17 & 18.
Dignitates ſi conferantur vilibus, & indignis, viloſcunt, & decolorantur. ib. n. 17.
Dignitates Regales ultra Magiſtratum in triplici ſunt differentia. d. c. 6. n. 19.
Dignitates, Ducatus, Marchionatus, Comitatus. & ſimiles, quoad earum conſtitutionem inter Regales dignitates connumerantur. d. c. 6. n. 20.
Conceſſionarius harum dignitatum non conſequitur Regalia, niſi expreſsè illi conceſſa fuerint. ib d. n. 20.
De origine dignitatis, & tituli Ducis vide. d. c. 6. n. 21. 22. 23. & 24.
Dignitas Ducatus à quo fuit inſtituta. d. c. 6. n. 25.
De differentia inter Duces noſtri temporis, & inter alios, qui Superiorem non recognoſcunt. Ubi de Ducibus Hetruriæ, Sabaudiæ, & aliis. d. c. 6. n. 26.
De inſignibus Ducalibus, & quibus utantur Duces in Hiſpania, & Luſitania. d. c. 6. n. 27.
Dignitate majori præditus præcedit, & inter æquales antiquior in dignitate, & cæteris paribus ætate major. 2. c. 6. n. 31.
Major dignitas præcedit, quamvis poſtremo inſtituatur, quam alia. ib d. n. 31.
Dignitas Marchionis minor eſt quam Ducis, niſi Marchio fuerit, qui Superiorem non recognoſcat 2. c. 6. n. 44.
Dignitas Marchionis major eſt, quam dignitas Comitis, & præcedit Comites: tam in ſedendo, quam in aliis. d. c. 6. n. 48
In Luſitania dignitas Comitis excellentior eſt, quam in aliis Hiſpaniæ Regnis; ſunt namque Magnates, id eſt *Grandes*, & ſtant coram Rege capite cooperto d. c. n. 58.
Dignitas Comitis quo tempore creari cœpit in hoc Regno. d. c. 6. n. 59.
Dignitas Vice Comitis Regalis eſt minor quam Comitis, major verò quam Baronis d. c. n. 61.
Dignitate Vice Comitis gaudebant antiquius Primo geniti Comitum. d. c. 6. n. 60.
Baroniæ dignitas eſt Regalis. d. c. 6. n. 67. & 68.
Dignitas Baronum proxima eſt poſt Comite; licet illis inferior. d. c. 6. n. 68.
Dignitatem majorē adeptus minorē non amittit. d. c. 6. n. 70.
Si in una perſona concurrunt plures dignitatum tituli, attenditur major ib. d. n. 70
Rex bene poteſt in una perſona cumulare plures dignitatū titulos, & minorem in majorem erigere. d. c. 6. n. 71.
Dignitas ſupervenieus acceri debet, & aliis addita eam auget. ib n. 72.
Dignitate conceſſa duobus Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus præfertur prout in data quamvis poſterior prius litteras expediverit. 1. c. 4. n. 17.
In dignitatibus creatis à Principe non expectatur aliquis actus perficiens, & ſtatim operatur electio. d. c. 4. n. 18.
In dignitatibus habentibus annexam adminiſtrationem non attenditur tempus datæ, ſed prioritas poſſeſſionis. d. c. 4. n. 19.
Limita, ſi primo electus fuit impeditus in Regiis obſequiis, & non potuit poſſeſſionem capere quia præfertur poſterior in data. d. c. 4. n. 20.
Stare coram Rege capite cooperto magnæ dignitatis, & authoritatis eſt 2. c. 6. n. 58.
De dignitate Ducum, vide verbo *Dux*.
De dignitate Marchionis, vide verbo *Marchio*.
De dignitate Comitis, vide verbo *Comes*
De dignitate Vice Comitis, vide verbo *Vice Comes*.
De dignitate Baronis vide verbo *Baro*.
A dignitatibus repelluntur maculati ſanguine Hebræorum: vel Maurorum. ib. n. 13.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio quælibet ſemper intelligitur datis terminis habilibus. 2. c. 3. n. 50.
Maxime quoad habilitatem perſonarum ibid.
Diſpoſitum, cenſetur; quod veriſimilius eſt diſponentem reſpondiſſe, ſi de eo interrogaretur. ib. n. 51.
In diſpoſitione generali non comprehenditur quod habet ſpeciale nomen; niſi de eo expreſſa fiat mentio. c. 7. n. 60.
Quælibet diſpoſitio ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus. 2. c. 11. n. 30.
Diſpoſitio, ſeu locutio indefinita ſine præfinitione temporis comprehendit futura 2. c. 13. n. 5. & 8.
Si verò fiat cum adjectione temporis, reſtringitur ad præſentia. d. n. 8.
Diſpoſitio generalis omnia comprehendit, & nullam admittit reſtrictionem. 2. c. 29. n. 31.
Diſpoſitio reſtringitur ad ſuam cauſam. & materiam ſubjectam. 2. c. 29. n. 89

Diſpenſatio.

Conditio de contrahendo Matrimonio cum conſanguinea intra ſecundum gradum non rejicitur, ſi Summus Pontifex diſpenſaverit. 1. præl. 2. § 1. n. 94. & 95.
Tamen gravatus non tenetur præciſe diſpenſationem obtinere, ſed debet illam petere, & ſollicitare omnino cura, & diligentia. ib. n. 96.
Per diſpenſationem in radice verum, & legitimum Matrimonium conſurgit, & alia circa materiam, vide verbo *Legitimatio*.
Diverſitas nominis differentiam inducit. 2. c. 19. n. 57.

Dolus.

Dolus futurus remitti non poteſt per pactum, aut ultimam voluntatem. 1. præl. 2. n. 19 c. 18. n. 28.
Dolus in quacumque diſpoſitione ſemper cenſetur exceptus. 2. c. 10. n. 130.
Dolus præſumptus proprius dolus eſt. ib. n. 129.
Dolus præteritus renuntiari poteſt; non vero futurus 2. c. 18 n. 28.
Limita ut tertio remitti poſſit pœna delicti ab alio committendi, pro quo ipſe alias teneretur: & ponitur exemplum reſpectu filii, ejus, qui crimen Læſæ Majeſtatis admiſit. d. c. 18. n. 29.
Dolia, & vaſa vinaria, & alia inſtrumenta, quæ ſunt in domo, vel in villa perpetui uſus cauſa inter immobilia connumerantur 2. c. 26 n. 04.
Item affixa domui ib. n 80. & horrea confecta ex tabulis, quæ moveri non poſſunt. ib n. 81.
Domicilia quæ quis poteſt habere, aliud originis, aliud habitatoris. 2. c. 15. n 25.

Dominium

Dominium rei donatæ non tranſit in donatarium, niſi traditione ſecuta. 1. præl. 1. n. 9. c. 3 n 12.
Donator ante traditionem manet dominus rei donatæ, & poteſt eam donare, & obligare. d. præl. 1. n. 10. d. c. 3. n. 13.
Intellige niſi per actus fictos in donatarium dominium fuiſſet tranſlatum d. præl. 1. n. 11.
Dominium, & poſſeſſio quando transferatur per clauſulam conſtituti? Vide verbo *Clauſula conſtituti*.
Dominium eſt juris gentium d. præl. 1. n. 34.
Pacto fieri non poteſt quod dominium ſine traditione transferatur. 2. c. 3. n. 9.
Ad dominium transferendum non ſufficit ſola traditio, ſed requiritur, quod interveniat cauſa habilis, & titulus legitimus. d. c. 3. n 11.
Dominium naturaliter incipit à poſſeſſione, & non amittitur ſolo pacto ſine traditione. d. c. 3. n. 10.
Dominium donatione facta Eccleſiæ transfertur in Eccleſiam ſine traditione. d. c. 2. n. 14. præl. 2 § 1. n. 136.
Non tamen transfertur poſſeſſione in Eccleſiam; niſi præcedat traditio. ib. ſ.b n. 14.
Dominium non transfertur in emphyteutam ex inveſtitura, niſi ſequatur traditio. d. 3. n. 15.
Dominium non transfertur ex ſubhaſtatione, vel additione? niſi ſequatur traditio. d c. 3. n. 16.
Dominium non transfertur ex ſententia in victorem abſque traditione. d. n. 16.
Dominium rei legatæ mortuo teſtatore tranſit recta via in legatarium. 1 præl. 2. §. 3 n. 35
Ex donatione cauſa mortis ſi fiat traditio in vita donantis, transfertur in donatarium dominium revocabiliter in caſum pœnitentiæ. d. §. 3. n. 45.
Dominium apud duos eodem tempore ſimul eſſe non poteſt. 1. præl. 2. §. 1 n. 124. & 2. c. 8. n. 59.
Dominium in agente ſupponit rei vendicatio, quæ ab eo tantum intentari valet, qui dominus eſt. d. §. 1. n. 132.

Dominium,

Dominium, & poſſeſſio tranſit in donatarium ex donatione Principis. 2 c. 1. n. 18.
Dominia ſunt juris gentium, quamvis modis civilibus adquirantur. 2. c. 2. n. 26.
Princeps non eſt dominus bonorum ſubditorum d. c. 21 n. 27. & 28.
Dominia rerum reſultantia ex contractibus, & ultimis voluntatibus à jure gentium deſcendunt 2. c. 11. n. 43.
Dominium transfertur in donatarium per ſimplicem donationem ſecuta traditione 1. præl. 2. n. 5
Dominium ex ſolo contractu abſque traditione transfertur in Eccleſiam d. §. n. 136.
Dominium ex pacto legis commiſſoriæ vel addictionis in diem retransfertur in venditorem ipſo jure ib. n. 137.
Et quomodo ex pacto retransferatur in donatorem? Vide verbo *Donatio*
Dominia rerum reſultantia ex contractibus, aut ultimis voluntatibus à jure gentium proveniunt 2. c. 11. n. 63.
Dominia rerum non poſſunt eſſe in ſuſpenſo. 2. c. 11. n. 75 & 29 n. 7.
Dominium non transfertur, neque poſſeſſio ex alienatione bonorum minoris facta ſine decreto. 2. c. 19. n. 51.
Dominia rerum naturali ratione diſtincta fuerunt 2. c. 25. n. 1.
Dominium eſt juris gentium, quamvis adquiſitionis modus, & cauſa ſit juris civilis c. 29 n. 83.
Dominium non retransfertur in donatorem ipſo jure in ſpecie L. 1. C. de donat. quæ ſub modo. 1. præl. 2. §. 1 n. 138 & ſeqq.
In Legatis dominium recta via tranſit in legatarium. 1. præl. 2. §. 1. n. 143.

Donatio.

Donatio dicitur à doni datione. 1. præl. 1. n. 2.
Donum dicitur à donando, & diſtinguitur à munere, ſicut genus ab ſpecie. ib. n. 3.
De diffinitione donationis. ib. n. 37. 38. 39. & 40. Ubi vera aſſignatur diffinitio.
Donatio propria, & vera dicitur, quæ rei interventu, & traditione perficitur, non quæ à promiſſione incipit. d. præl. 1. n. 4.
Quæ ſit donatio incipiens à traditione, & quæ à promiſſione incipere dicitur. ib. n. 5.
Donatio, quæ incipit à promiſſione, perfecta intelligitur. ib. n. 6.
Declaratur n. 9.
Pro donatione facta de præſenti habetur promiſſio de donando ib. n. 7
De differentia inter donationem, quæ incepit à traditione, & eam quæ à promiſſione ib. n. 8.
Donatio facta abſenti nemine pro eo ſtipulante inutilis eſt, & ante acceptationem poteſt donator rem donatam alienare, & hypothecare. ib. n. 19.
Donatio facta abſenti notario pro eo ſtipulante valida eſt ſecuta ratihabitione. ib. n. 22.
Ante ratihabitionem non quæritur abſenti dominium neque poſſeſſio, etiamſi in donatione interveniat notarii ſtipulatio. ib. n. 23.
Donator ante rationem abſentis poteſt revocare donationem; quamvis in ea appoſita ſit clauſula conſtituti. ib. n. 24.
Donator poteſt revocare donationem ante ratihabitionem abſentis non obſtante pacto de non revocando, ib. n. 25.
Donans illum tantum jus transfert in donatarium, quod ipſe habet in re donata. ib. n. 27.
Donator evicta re donata non tenetur de evictione, quando donatio incepit à traditione, ib. n. 29.
Donatio, & venditio rei alienæ mero jure valet. ib. n. 29.
Donator non tenetur præciſe rem facere donatarii, & ſufficit, quod transferatur uſucapiendi conditio titulo pro donato. ib. n. 30.
Donatio, quæ à traditione incepit, eſt modus acquirendi de jure gentium. d. præl. 1. n. 32.
Donatio incipiens à promiſſione eſt modus acquirendi de jure Civili. ib. n. 32.
Donatio eſt contractus juxta communem opinionem. Et an ſit innominatus, vel anomalus? ib. n. 35.
Donatio eſt, & ſemper fuit contractus nominatus juxta veriorem opinionem. ib. n. 36.
Donatio ob cauſam meritorum non eſt propriè donatio ſed quædam permutatio, ſeu titulus oneroſus. ibid. n. 41.
Donatio ex cauſa meritorum dicitur contractus innominatus, do ut des ib. n. 42.
Donationis ſpecies ſecundum DD. ſunt, Donatio inter vivos, & donatio cauſa mortis: Et in his duobus membris cæteræ continentur. 1. præl 2. n. 1.
Donatio inter vivos dividitur inter ſimplicem, & ob cauſam, ſub modo, & conditionalem. ib. n. 2.
Quæ ſit donatio ſimplex, quæ ob cauſam, & quæ ſub modo. ib. n. 3.
Donatio conditionalis quæ ſit ib. n. 4.
Per donationem ſimplicitèr, & ex mera liberalitate factam ſecuta traditione ſtatim transfertur dominium in donatarium. ib. n. 5.
Per reſervationem uſusfructus ad tempus, vel pro vita donantis & per clauſulam precarii transfertur poſſeſſio in donatarium. 1. præl. 2. n. 26.
Donatio perfecta cum rei traditione revocari non poteſt neque donator poteſt illi modum, conditionem, vel gravamen adjicere. 1. præl. 2. n. 6.
Poſt donationem perfectam non poteſt donator pœnitere, neque onus, vel conditiones ei adjicere, etiam in continenti ib. n. 7.
In promiſſione de donando ſimpliciter facta non poteſt adjici modus, conditio, vel gravamen, ib. n. 8.
Donator in teſtamento donationi perfectæ nova pacta, vel conditiones adjicere nequit.
Donatarius à donatore hæres inſtitutus ſi hæreditatem adivit, tenetur parere conditioni, oneribus in teſtamento adjectis, etiam circa res antea perfectè donatas. ib. n. 10.
Ita ut donatio perfecta expreſſa revocari nequit, ita neque tacitè per rerum conſumptionem, alienationem, vel aliam diſpoſitionem. ib. n. 11.
Limita primo, ut donatur ex intervallo poſſit conditiones, & onera adjicere, ſi à principio de illis fuit tractatum, & poſtea donatio ſimplex apparuerit d. præl. 2. n. 12.
Secundo limita, ſi donator ſibi reſervavit facultatem revocandi donationem, vel apponendi conditiones, modum, aut gravamen ib. n. 13.
Tertio limita, ſi poſt primam donationem donator eidem perſonæ aliam fecerit majorem. ib. n. 14
Quarto limita, ſi donatio fuerit inofficioſa ib. n. 15.
Quinto limita, ut donatio poſſit revocari propter ingratitudinem. ib. n. 16.
Donatio etiam juramento vallata poteſt revocari propter ingratitudinem. ib. n. 17.
Pactum de non revocando non impedit revocationem donationis ex cauſa ingratitudinis. ib. n. 18.
An pactum de non revocando ob futuram ingratitudinem validum ſit? Remiſſive. ib. n. 10.
Ad revocationem donationis propter ingratitudinem non ſufficit cauſa, ſed requiritur actus revocationis ipſius donatoris expreſſus? nec ſufficit tacitus ib. n. 21.
Alienata per donatarium ante ingratitudinem non revocantur. ib. n. 22.
Donatio ſimplex revocatur per ſupervenientiam filiorum ipſius donatoris. d. præl. 2. n. 23.
Filii naturales legitimati per ſubſequens Matrimonium faciunt revocare donationem. ib. n. 27.
Amplia in caſu quo filii naturales jam erant nati tempore donationis & poſtea per ſubſequens Matrimonium etiam contractum tempore mortis fuerunt legitimati. ib. n. 25.
Donatio ſimplex excedens valorem quingentorum ſolidorum inſinuari debet: Alias non valet in exceſſu. ib. n. 26.
Amplia in remiſſione debiti, vel renuntiatione facta ex cauſa donationis, quæ excedit quingentos ſolidos. ib. n. 27.
Donatio quoad exceſſus incipit valere à die inſinuationis. ib. n. 28.
Donationis inſinuatio fieri nequit, poſtquam oppoſitum fuit de illa nullitate. ib. n. 29
Donatio non poteſt inſinuari poſt mortem donatoris. ib. n. 30.
Donatio ob cauſam non eſt propriè donatio. 1 præl. 2. n. 31.
Donatio remuneratoria ſecundum aliquos dicitur, quæ fit ex cauſa meritorum, quæ actionem producere poſſunt. ib. n. 32.
Sed verior eſt contraria ſententia. ib. n. 32.
Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio ib. n. 34.
Remuneratoria dicitur accepti beneficii merces ib. n. 35.
Remuneratoria non tantum dicitur donatio, quæ fit ob merita præterita; ſed etiam quæ fit ob merita futura. ib. n. 36.
Donatio quæ fit ob merita futura, dicitur inter vivos, & fit irrevocabilis. ib. n. 37.
Donatio, ut remuneratoria cenſeatur, ſufficit, quod merita præceſſerint, quamvis in donatione eorum mentio expreſſa non fiat. ib. n. 38.
Donatio remuneratoria non revocatur nativitate filiorum ſi merita non excedunt valorem rei donatæ ib. n. 39.
Si merita non ſunt æquivalentia rei donatæ, erit donatio irrevo-

irrevocabilis intra valorem meritorum; at verò in exceſſu revocabitur nativitate filiorum 1. præl. 2. n. 40.
Remedium L. 2. C. de reſcind. vend. habet locum in donatione ob cauſam. ib. n. 41.
Donatio remuneratoria non revocatur propter ingratitudinem. ib. n. 42
In eo, quod excedit valorem meritorum, poteſt revocari propter ingratitudinem. ib. n. 34.
Donatio remuneratoria non requirit inſinuationem intra valorem meritorum, ſed in exceſſu inſinuari debet. 1. præl. 2. n. 44. & 45.
Donatio remuneratoria in eo, quod excedit merita dicitur ſimplex. ib. n. 46.
Exceſſus qualis eſſe debet, ut donatio illius reſpectu non ſit remuneratoria. ib. n. 47.
Donatarius tenetur probare merita eſſe equivalentia. ib. n. 47.
Sola aſſertio meritorum non ſufficit, ut merita dicantur probata, ſi donatio fit inter perſonas prohibitas donata. ib. n. 48.
In donatione facta inter perſonas non prohibitas donare, donatarios merita probare non tenetur; ſi donator ea fatetur. ib. n. 49.
Ut donatio remuneratoria cenſeatur, mérita in ſpecie ſunt exprimenda, quia ſi in genere exprimantur, donatio ſimplex judicatur. ib. n. 50.
Donatio remuneratoria eſt reciproca. ib. n. 53.
Donatio remuneratoria in hoc Regno tunc in partitionibus deducitur ex communi acervo hæreditatis, quando merita ſunt ejus qualitatis; ut donans in judicio pro eis poterat conveniri, ſi vero ſunt talia, quæ ex obligatione antidorali impulerunt ad donandum, deducitur ex tertia bonorum. ib. n. 54. & 55.
Donare non poteſt minor, etiam, cum Judicis, & Curatoris authoritate. ib. n. 56.
Ex cauſa remunerationis bene poteſt minor donare ibid. n. 56.
Intellige, ut poſſit donare, de mobilibus, quæ ſervando ſervati non poſſunt cauſa remunerandi; de immobilibus vel mobilibus, quæ ſervando ſervati poſſunt ib. n. 75.
Contrarium tenet Petr. Barboſ. dummodo interveniant ſolennitates requiſitæ in alienatione bonorum minoris. Et hæc ſententia de rigore juris verior eſt; ſed contraria ſervatur in praxi. ib. n. 58.
Non omnis cauſa expreſſa in donatione facit, ut donatio dicatur ob cauſam, ſed talis eſſe debet, quæ libertatem excludat. 2. præl. 2. n. 59.
Donationis cauſa debet eſſe finalis, quæ ſi fuerit impulſiva, non dicitur donatio ob cauſam, ſed ſimplex, & pura ib. n. 60.
Quæ cauſa dicatur finalis; & quæ impulſiva. Vide verbo *Cauſa*.
Donatio, ut verè dicatur ob cauſam, requiritur, quod cauſa reſpiciat commodum, & utilitatem donantis. ib. n. 65.
Si cauſa eſt impulſiva extrinſeca, & non reſpicit commodum donantis, donatio eſt ſimplex, & pura, ib. n. 65.
Donatio ob cauſam non operatur effectum cauſa non ſecuta. ib. n. 66.
Re integra, & cauſa non ſecuta donator pœnitere poteſt, & donatum repetere. ib. n. 67.
Donatio ob cauſam eſt contractus innominatus, & ut talis revocari poteſt. ib. n. 68.
Intellige niſi in donatione intervenerit ſtipulatio. ib. n. 69.
Donatio ob cauſam dotis facta ab extraneo eſt donatio ſimplex. ib. n. 70.
Donatio facta cauſa Matrimonii continet conditionem; ſi matrimonium ſequatur. ib. n. 71.
Si donatio fiat cauſa certi Matrimonii, & determinati, matrimonium dicitur cauſa finalis illius, ſi vero fiat in genere, Matrimonium dicitur cauſa impulſiva. ib. n. 72.
Donatio ob cauſam certi, & determinati Matrimonii eo non ſecuto revocatur per conditionem ob cauſam. ib. n. 73.
Intellige de donatione facta ab extraneo habito reſpectu ad futurum: Secus ſi extraneus promiſit, ut debitor ex cauſa de præterito, vel ſi dotans erat frater mulieris, quam dotavit de bonis patris defuncti. ib. n. 74.
Donator poteſt repetere rem donatam ob cauſam certi Matrimonii, ſi illud fuit nullum judicatum ob aliquod juris impedimentum? ſive contrahentes fuiſſent conſcii, ſive ignorantes impedimenti 1. præl. 2. nu. 82. & 83.
Donatio facta à conjuge ſciente impedimentum Matrimonii alii ignoranti non quæritur donatario, ſed fiſco. ib. n. 91.
Sed contrarium verius: ut n. 92.
Donatio, vel legatum factum à conjuge ignaro impedimenti alteri ſcienti impedimentum non valet, & manet apud hæredem donantis, vel teſtatoris. ib. n. 93.
Donatio dicitur ob cauſam, quando donatario aliquod onus injungitur, quod reſpicit utilitatem donatoris, vel alicujus tertii. ib. n. 95
Donatio ob cauſam non revocatur nativitate filiorum, quatenus valor, cauſæ concurrit cum æſtimatione rei donatæ. ib. n. 96.
Donatio ob cauſam revocatur propter ingratitudinem. ib. n. 97.
Donatio cauſa dotis, vel Matrimonii non revocatur prætextu ingratitudinis, ſaltem conſtante Matrimonio. ib. n. 98.
Illo vero ſoluto revocari poteſt ob ingratitudinem. ibid. n. 99.
Donatio cauſa dotis facta ab extraneo reſpectu donantis dicitur ſimplex, & non ob cauſa & revocatur in totum nativitate filiorum etiam conſtante Matrimonio. ib. n. 102. & 103.
Neque ſuſtinetur in tertia bonorum donatoris. ib. n. 104.
Donatio ſub modo corruit deficiente modo finali. 1. præl. 2. §. 1. n. 10.
Et quando modus dicatur finalis? Vide verbo *Modus*.
Donator poteſt repetere donatum, ſi modus deficit, quia donatarius implere nollet. d. §. 1. n. 46.
Si Donator vult agere ad implementum modi, non liberatur donatarius reſtituendo rem. ib. n. 47.
In dubio donatio præſumitur potius modalis, quam conditionalis. d. §. n. 52.
Si fiat donatio, vel legatum alicui cauſa dotis ab extraneo, ut nubat, decedente Puella ante nuptias, non tranſmittitur ad ejus hæredes d. §. 2. n. 59.
Donatio facta ad ſuſcipiendos Ordines eſt pura, ſi in ea adſit clauſula, quod purè, & libere donatur, & ab extraneo fit conſanguineo pauperi, ac mortuo donatario tranſmittitur ad hæredes. d. §. 1 n. 75.
Donatio facta ab ingrediente Religionem ceſſat ingreſſu deficiente, vel ſi donator, è monaſterio egrediatur non facta profeſſione. ib n. 97.
Donatio ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus. ib. n. 98.
Monaſterium tenetur reſtituere donatum ex cauſa ingreſſus Religionis, ſi donator vel non fuit ingreſſus vel poſt ingreſſum egrediatur ib. ſub n. 98.
Minor an poſſit donare bona ſua ſine ſolemnitatibus quando ingreditur Religionem? Sub n. 98. Remiſſive.
Et, an donatio revocatur propter profeſſionem omiſſam? d n. 98.
Donatio facta cauſa ingreſſus monaſterii aſſimilatur donationi cauſa mortis; & eodem modo confirmatur profeſſione, ut donatione cauſa mortis confirmatur morte. d. §. 1. n 99.
In donatione facta Eccleſiæ modus adjectus in dubio non præſumitur finalis, ſed impulſivus. ib n 100.
Donatio, in qua fuit adjecta clauſula, quod modo non ſervato res revertatur ad dominum, habetur ac ſi facta non fuiſſet, ſi modus non ſervetur. ib. n. 101.
Donatio facta Eccleſiæ non revocatur, ſi Prælatus, vel Capitulum ſine Prælato modum non ſervat, ſi vero Prælatus cum Capitulo non ſervat modum, vel committit ingratitudinem, revocationi locus eſt. ib. n. 102.
Donatarius, qui ex pacto; vel conventione tenetur alere donatorem, ſi conveniatur non poteſt purgare moram. ib. n. 129.
Declara: ut n. 131.
Donatori modo finali non impleto datur condictio ob cauſam contra donatarium, per quam repetuntur res donatæ, quaſi cauſa non ſecuta. ib. n. 132.
In ſpecie text. L. 1. c. d. de donat, quæ ſub modo, favore alimentorum tranſlatum fuit, ipſo jure dominium in donatorem abſque traditione transfertur. ib. n. 135.
Donatio, & legatum æquiparantur ad hoc, ut tam legatum, quam donatio fieri poſſit ad tempus d §. 1. n. 143.
Donatione facta ea lege, quod poſt tempus certum, vel incertum res tranſeat ad tertium, competit tertio jus avocandi rem donatam finito tempore. ib. n. 147.
Tertio, cui ex donatione alterius jus eſt quæſitum competit actio perſonalis juxta veriorem ſententiam. d. §. 1. n 152.
Jus tertio quæſitum ex prædicta donatione revocari non poteſt eo non conſentiente juxta veriorem ſententiam. ib. n. 153.
Donatio ſub conditione valide fieri poteſt. 1. præl. 2. n. 1.
Donator poteſt in donatione quaſcunque conditiones & pacta adjicere, quæ à jure non ſint reprobata. ibid. n. 2.
Donatarius ſub conditione, illa impleta præfertur creditori

ditori, cui pendente conditione rea donata fuit obligata & hypotecata. ib. n. 8

Donatio conditionalis eſt vera & propria donatio juxta veriorem ſententiam. ib. n. 12

Donator pendente conditione pœnitere non poteſt ib. n. 13.

Donatio, vel legatum ſub conditione commorandi cum hærede? vel alia perſona valet, & donatarius vel legatarius, ut conſequatur donatum, debet conditioni parere. 1. præl. 2. §. 2 n 112.

Donatarius vel legatarius non amitit donatum, vel legatum, ſi non habitaverit propter ſævitias ejus cum quo commorari debebat, vel propter lites, aut rixas. ib. n. 117.

Cætera de materia vide verbo *Conditio*, & verbo *Legatum*.

Donatio cauſa mortis.

Donatio cauſa mortis non eſt propriè donatio 1. præl 2. § 3. n. 1.

Tunc cenſetur facta, quando refertur ad tempus mortis, vel quando ipſa donatio mortem donantis deſiderat, & illius fit mentio, & quando mors eſt cauſa, & occatio donandi. ib. d. n. 2.

Intellige, ſi mentio mortis facta eſt per modum cauſæ finalis. ib n. 3.

Donatio cauſa mortis, quoad initium, & ordinationem propius accedit naturæ contractus ib. n. 4.

Quod effectum potius accedit ultimæ voluntati, habet ſe ad inſtar legati immo nihil ferè diſtat à teſtamento. ib. n. 5.

Donatio, in qua fit mentio mortis in vim dilationis, non eſt donatio cauſa mortis, ſed inter vivos, ib n. 6

Quando mentio mortis facta cenſetur in vim dilationis; ib. n. 7. Remiſſive.

Donatio in qua donator reſervavit aliquid ad teſtamentum dicitur inter vivos, quamvis mentio mortis in ea facta ſit. ib. n. 8.

Donatio, in qua donator reſervavit ſibi uſumfructum dicitur inter vivos: ut n. 9.

Sed contrariam opinionem probat Author. ib. n. 10.

Donatio, in qua fit mentio mortis, & fuit adjectum pactum de non revocando, tranſit in donationem inter-vivos ib. n. 11.

Declara, ſi dictum pactum fuit adjectum in verbis diſpoſitivis, ubi ſubſtantia donationis conſiſtit, Secus ſi in executivis. ib. n. 12.

Si in quacumque parte donationis adjiciatur pactum, facit, quod donatio tranſeat in donationem inter vivos ſecundum aliquos. Quod intellige: ut per Gutierez, cujus Author ſententiam probat. d. §. 3. n. 17.

Pactum de non revocando adjectum in donatione: in qua fit mentio mortis cum juramento, efficit, ut tranſeat in donationem inter vivos ib. n. 18.

Donatio cauſa mortis omnium bonorum cum pacto de non revocando non valet, tanquam inter vivos ib. n. 19.

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta cauſa mortis valida eſt. ib n 21.

Donatio, in qua fit mentio mortis, ſed dictum eſt, quod donator donat titulo puræ, & perfectæ donationis inter vivos, donatio inter vivos, non cauſa mortis: Et differtur executio in tempus mortis. ib. n 22.

Donatio, quæ fit cauſa Matrimonii, vel ex alia expreſſa, etiam cum mentione mortis, dicitur inter vivos. ib. n. 23.

Donatio cum mentione mortis facta Titio pro ſe, & hæredibus tranſit in donationem inter vivos. ib n. 24.

Donatio cum mentione mortis, in qua declaratur, quod ſit inter vivos, non eſt donatio cauſa mortis. ibid. n. 25.

Donatio facta cum minori numero teſtium, quam quinque non dicitur cauſa mortis, quamvis cum mentione mortis facta appareat. ibid. n. 26.

In donatione cauſa mortis requiruntur quinque teſtes juxta communem. ib. n. 27.

Donatio cauſa mortis quamvis quoad initium magis accedat contractui? tamen non eſt contractus: præſertim ſi traditio non fuit ſecuta, & nudo pacto ſine traditione, vel ſtipulatione fieri non poteſt ib. n. 28.

Donatio, in qua fit mentio mortis, colligitur ex conjecturis, & indiciis an ſit inter vivos, vel cauſa mortis. ib. n. 29.

Quando conſtat expreſſe donantem voluiſſe mortis cauſa donare, non eſt locus conjecturis, & donatio mortis cauſa cenſetur. ib. n. 30.

Juramentum appoſitum in donatione cauſa mortis non alterat ejus naturam, niſi donator promiſerit eam non revocare. ib. n. 31.

Donatio mortis cauſa fit vel per traditionem, vel per ſtipulationem. ib. n. 32.

Quando traditio ex donatione cauſa mortis fit in vita donatoris, transfertur dominium in donatarium revocabiliter in caſum pœnitentiæ. ib. n. 33.

Si donatio cauſa mortis ſit per ſtipulationem vivo donatore non transfertur dominium in donatarium, eo vero mortuo transfertur ipſo jure ib. n 34.

Donatarius cauſa mortis non habet neceſſitatem capiendi rem donatam de manu hæredis, ib. n. 36.

Donatio cauſa mortis conſiſtit; etiamſi hæreditas adita non ſit. o. 37.

Interdictum quorum legatorum non pertinet ad donatarios cauſa mortis. d §. 3. n. 19

Donatio cauſa mortis dicitur, quæ fit timore mortis, vel inſtantis periculi ib. n. 49.

Donatio tunc dicitur revocata, ſi fit timore mortis vel inſtantis periculi per convaleſcentiam, vel evaſionem periculi, quando donans infirmus expreſſit ſe donare, quia timebat mori ex illa infirmitate, vel conſtitutus in periculo declaravit donare propter inſtans periculum. ib. n. 50.

Donatio facta ſimpliciter ab ægroto, vel conſtituto in periculo non dicitur cauſa mortis, ſed inter vivos. ib. n. 51.

Donatio cauſa mortis facta à ſano non dicitur revocata, quamvis poſtea donans incidat in infirmitatem, vel periculum, & convaleſcat, vel periculo liberetur. ib. n. 52.

Donatio cauſa mortis confirmatur morte donatoris, & revocatur per pœnitentiam; niſi donator deceſſerit ſine hærede. ib. n. 53.

Pœnitentia ad revocationem donationis cauſa mortis debet eſſe verbis declarata ib. n. 54.

Donatio cauſa mortis revocatur tacitè per alienationem rei donatæ factam à teſtatore. ib. n. 55.

Donatio cauſa mortis revocatur, ſi res donata pignori data ſit pro tam magna ſumma, ut non ſit ſpes luitionis: Secus ſi pro minori ſumma. d. §. 3. n. 60.

Hæres tenetur luere, & ſolvere debitum, pro quo res donata cauſa mortis, vel legata erat pignorata. ib. n. 62.

Donatio cauſa mortis cenſetur revocata per legatum rei donatæ alteri relictum à donatore; non tamen revocatur per inſtitutionem hæredis. ib. n. 63.

Donatio cauſa mortis evaneſcit præmoriente donatario ante donatorem. ib. n. 64.

Si donatarius, & donator ſimul deceſſerint, donatio cauſa mortis firma remanet ib. n. 65.

Donatio cauſa mortis evaneſcit per ſententiam capitalem contra donatorem licet facta fuiſſet ante delictum. ib. n. 66.

Donatio cauſa mortis facta inter conjuges ſecuta condemnatione capitali donantis confirmatur d. § 4. 71.

Revocata donatione cauſa mortis dominium rei donatæ ipſo jure revertitur ad donantem, qui recuperat rem cum fructibus. ib n. 72.

Donator, ſi res cauſa mortis donata per donatarium fuit alienata, agit contra donatarium ad pretium, & intereſſe. Et an agere valeat contra tertium. ib n 74.

Donatio cauſa mortis non valet, neque legatum, ſi hæres non eſt ſolvendo: Et non debentur niſi deducto ære alieno. ib. n. 82.

Donatio cauſa mortis, ſi fiat in teſtamento, aſſumit in omnibus naturam ultimæ voluntatis, & revocato teſtamento cenſetur revocata, licet pactum ſit adjectum de non revocando, vel juramentum. ibid n. 83.

Intellige in donatione facta abſenti in teſtamento, ſecus ſi præſenti ib. n. 84.

Donatio cauſa mortis facta præſenti in teſtamentum nullo pacto adjecto de non revocando, teſtamento revocato cenſetur revocata: ſi vero pactum adjiciatur de non revocando, intelligitur promiſſio, niſi teſtator ipſum revocaverit teſtamentum. ib. n. 85.

Donatio in teſtamento facta præſenti, ſi donator illam nunquam revocare promiſit, etiam revocato teſtamento non revocabitur; quia tranſit inter vivos ibid. n. 86 & 87. Ubi ſecus ſi apparuerit teſtatorem mortis cauſa donare voluiſſe.

Donatio ſimplex, vel cauſa Matrimonii facta in teſtamento redditur irrevocabilis, quamvis ſcriptura principalis ſit teſtamentum ibid n 88.

Donare cauſa mortis poſſunt omnes, qui non reperiuntur prohibiti: qui non poteſt contrahere, nec donare inter vivos, cauſa mortis donare nequit. ib. n. 91.

Minor adultus habens curatorem cauſa mortis donare non poteſt ibid. n. 62.

Contrarium vide n 65. Et reprobatur ab Authore diſtinctio Antonii Fabri, de qua n. 96. & 97

Uſurarius manifeſtus poteſt mortis cauſa donare quia

contrahere non prohibetur. d. §. 1. n. 94.
Uxor ſine licentia viri non poteſt donare cauſa mortis. ib. n. 68.
Donare cauſa mortis non poteſt, qui prohibetur teſtari: ib. n. 104.
Filius familias de conſenſu patris poteſt mortis cauſa donare, quamvis teſtari non valeat. ib. n. 105.
Filius-Familias ſolus poteſt revocare donationem cauſa mortis factam de licentia patris. ib. n. 108.
Filius-familias ſi fecit teſtamentum de conſenſu patris adjecta clauſula codicillari, ſi non valet ut teſtamentum, valeat jure codicillorum, & cujuſque ultimæ voluntatis, dubium eſt, An diſpoſitio valeat in vim donationis cauſa mortis? Quod reſolvitur affirmativè. ib. n. 17.
Donationes cauſa mortis, & legata in pluribus conveniunt. ib. n. 108.
Inſinuatio non requiritur in donatione cauſa mortis. ib. n. 109.
Donatio facta in pœnam revocationis teſtamenti non valet tanquam concepta ſub conditione turpi. d. §. n. 89.
Intellige, quando donatio fit in pœnam revocationis, ſeu mutationis alicujus diſpoſitionis univerſalis, ut eſt inſtitutio hæredis: ſecus ſi reſpicit legata particularia; quia tunc ſubſiſtetur diſpoſitio ib. n. 90.

De donationibus inter virum, & uxorem.

Donatio inter virum, & uxorem aſſinis eſt donationi cauſa mortis 1. præl. 2. § 4 n. 1.
Donatio inter virum, & uxorem improbatur à jure civili, ne conjuges mutuo ſe ſpoliarent amore: & ne venalis eſſet inter conjuges concordia. ib n. 2.
Hæc donatio non eſt omnino nulla, ſed revocabilis, morte donantis confirmatur, ſi ipſe in eadem voluntate perſeveravit ib. n. 3.
Ut donatio inter virum morte confirmetur, requiritur, quod donans in eadem voluntate perſiſtat uſque ad mortem, quia ſi in vita expreſſe, vel tacite revocavit, non confirmatur morte ibid. n. 4.
Donatio inter virum, & uxorem de ſui natura eſt revocabilis quouſque morte confirmetur. ib. n. 5.
Revocata cenſetur, ſi donator poſt factam donationem rem donatam alteri donaverit, vel alio titulo alienaverit. ib. n. 6.
Cenſetur tacitè revocata, ſi donator eandem rem dederit in ſolutum pro dote filiæ. Item ſi divortium factum ſit inter donantem, & donatarium non ſponte, neque mutuo conſenſu. ib. n. 7.
Item dicitur revocata eis modis, quibus donatio cauſa mortis, vel legatum revocatum intelligitur. ib. eod. n.
Ut hæc donatio morte confirmetur, requiritur, quod à donante fiat traditio rei donatæ: Et non ſufficit quod donatarius antea fuiſſet in poſſeſſione. ib. 8.
Non ſufficit ficta traditio ſecundum aliquos: ſed veriùs eſt ſufficere, vel quod aliquid loco traditionis intervenit. ib n. 9.
Ex traditione facta uxori à marito transfertur poſſeſſio in uxorem ib. n. 10.
Donatario mortuo ante donatorem evaneſcit donatio inter virum, & uxorem ib n. 11.
Si donator, & donatarius ſimul perierunt & non conſtat donatarium prius deceſſiſſe, confirmatur donatio inter virum, & uxorem. ibid. n. 12.
Donatio inter virum confirmatur morte donatoris in illa ſumma, in qua valeret ſine inſinuatione, non vero in exceſſu. ib. n. 13.
Donatio inter virum quando valida ſit, & conſiſtat, quia mortis confirmatio deſideretur ib. n. 14.
Donatio inter virum confirmatur ſecuta condemnatione capitali donantis, veluti ſi donans efficiatur ſervus pœnæ ib. n. 15
Donatio facta à conjuge in extraneum mediante perſona alterius conjugis valida eſt. ib. n. 16.
Donatio inter virum, & uxorem valida à principio non ſubjacet revocationi ob cauſam ſupervenientem: neque eſt neceſſarium, quod morte confirmetur ib n. 17.
Donatio inter virum firmatur juramento, ſi donans juraverit eam non revocare ſecundùm communem opinionem. ib. n. 18.
Fallit de jure Regni, ſecundùm quod non poteſt ſubſiſtere [illegible] opinio ib. n. 19.
Obligatio facta ab uxore in utilitatem viri conſtante Matrimonio nulla eſt. ib. n. 21.
Inter virum, & uxorem valent contractus omnes præter donationes [illegible] ib [illegible].
Et quando ſimulati intelligantur, & an valeat donatio inter virum, & uxorem ob benemerita? Remiſſivè. ib. eod. n.
Donatio facta à Principe propriæ uxori conſtante Matrimonio valida eſt. Quod eſt ſpeciale. 1. c. 3. n. 4.
Intellige de Principe, qui Superiorem non recognoſcit ib. n. 5

De donatione inter patrem, & filium.

Donatio facta à patre filio exiſtenti in ejus poteſtate non valet. 1. præl. 2. § 5. n. 1.
Hæc donatio non eſt abſolutè prohibita; quia ex ea oritur naturalis obligatio. ib. n. 2. & 3.
Nec valet donatio propter vinculum patriæ poteſtatis, quod præſtat impedimentum adquiſitionis obligationis civilis. ibid n. 3.
Donatio facta à patre filio in poteſtate, quamvis à principio invalida, confirmatur morte parentis, ſi in eadem voluntate perſiſtit, & rei traditio præceſſit. ibid. n. 4.
Intellige, ut donatio confirmetur morte patris, ſi à principio eo tantum reſpectu non valebat; quia patris poteſtas erat impedimentum: Secus ſi alium patiebatur defectum. ib. n. 5.
Donatio facta à patre confirmatur, ſi ipſe filium emancipaverit nulla præcedente revocatione. ib n. 6.
Intellige idem procedere in hoc regno; ſi filius per matrimonium eximitur à patria poteſtate. ibid. d. n. 6.
Supra dicta procedunt, dummodo rei donatæ traditio præceſſerit emancipationem, matrimonium, vel mortem civilem patris. ib. n. 7.
Valet donatio facta à parente filio in poteſtate, ſi fiat pro legitima, & non poteſt à patre poſtea revocari. ib n. 8.
Legitimæ aſſignatio non eſt vera donatio, cum pater ſit legitimæ quaſi debitor. ib. n. 10.
Donatio facta a patre filiò in poteſtate in ſubſidium ſtudii valida eſt, & ſecuta traditione filio quæritur dominium in re donata. ib. n. 14.
Filius non tenetur conferre fratribus expenſas, quas pater fecit cum illo in ſtudio. ibid. n 19.
Item non tenetur conferre libros à patre donatos ad ſtudium. ib. n. 21.
Donatio facta à patre filio familias cum juramento valida eſt ibid n. 27.
Contrarium de jure regni: ut n. 28.
Donatio facta à patre filio familias cauſa dotis, vel matrimonii valida eſt. ib 29.
Facta à patre pro alimentis filio-familias valet; neque inſinuari debet. ib. n. 30.
Donatio facta à patre ob benemerita filii familias valet. Quidquid alii ſentiant ib n. 31. & 33.
In caſibus, ubi donatio facta à patre ob benemerita filii valet, tenetur filius probare merita, & non ſufficit patris aſſertio. ib. n. 34.
Donatio facta à patre filiis naſcituris valida eſt, & non poteſt revocari in eorum præjudicium. ib. n. 35.
Valet donatio facta à patre filio familias pro Ordinibus ſuſcipiendis ib n. 36.
Mater facere poteſt donationem filio, quia illum non habet in poteſtate. d. §. 5. n. 41
Intellige, ſi mater non ſit uxorata; quia ſi habet virum donare non poteſt. ib n 41.
Donatio filio-familias facta à patre, qui fuit bannitus capitaliter, confirmatur per condemnationem patris ib. n. 42.
Intellige, ut confirmetur donatio per mortem civilem patris, non vero quando pater mortem ſibi conſciverit. ib. n. 43.
Si pater, & filius in bello, vel naufragio ſimul perierunt, dicitur confirmata donatio. ib n 44.
Donatio facta per patrem confirmatur per ingreſſum Religionis, & profeſſionem emiſſam à patre; niſi profeſſio eſſet nulla. ib. n. 45.
Non valet donatio facta à filio-familias alteri fratri exiſtenti in ſacris paternis; etiam ſi pater conſentiat ib. n. 46.
Donatio facta à patre filio illegitimo valida eſt. ib. n 47.
Filius familias ſine patris conſenſu donare nequit eo verò conſentiente donare poteſt tam inter vivos, quam mortis cauſa. ib. n. 48.
In donatione cauſa mortis conſenſus patris debet intervenire in ipſo donationis actu, at verò in donatione inter vivos ſufficit intervenire ex poſt facto. ib. n. 49.
Conſenſus patris in donatione facta à filio familias ipſi parenti non ſufficit, niſi Judicia authoritas interveniat. ib. n. 50.

Donatio arrharum.

Donatio propter nuptias fiebat futuræ uxori in compenſationem dotis, & illius ſecuritatem, & erat ſimilis doti. 1 præl. 2. §. 6 n. 1.
Donatio propter nuptias abiit in deſuetudinem, & illius locum ſucceſſit donatio contemplatione Matrimonii,

quæ

Digitized by Google

quæ in Hiſpania vocatur artha, & in Sicilia dotarium. ib. n. 2.
Donatio artharum in Hiſpania non fit ex neceſſitate ſed ex mera liberalitate. ib. n. 3.
Ita, donatio propter nuptias abiit in deſuetudinem, ita, ut neceſſitas conſtituendi arrhas. ib. n. 4.
In Caſtella promiſſio artharum non poteſt excedere decimam partem bonorum donantis; in Luſitania vero promiſſio artharum non valet excedere etiam partem dotis mulieris. Et quod ultra promittitur non valet. ib. n. 5.
Inter Leges Caſtellæ, & Luſitaniæ ea datur differentia; quod in Caſtella non poteſt ſponſus promittere nomine artharum ultra decimam partem bonorum, quæ ipſe poſſidet In Luſitania vero promiſſio reſpicit quantitatem dotis mulieris. ib. n. 6.
Pactum dotale inter ſponſum, & ſponſam de lucranda certa parte dotis præmoriente uxore non valet ultra tertiam partem bonorum: quæ maritus ſecum adduxit tempore Matrimonii. ib. n. 7. & 9.
Donatio artharum fieri poteſt conſtante Matrimonio. ib. n. 13.
Sed contraria ſententia verior eſt, & ſequenda in hoc Regno ib. n. 14.
Limita, ut artharum promiſſio facta conſtante Matrimonio confirmetur morte mariti, qui eam non revocavit. ib. n. 15.
Secundo limita, ut valeat promiſſio artharum facta conſtante Matrimonio à plebeio, vel ignobili, qui duxit mulierem nobilem, vel quando ſit à ſene in recompenſationem juventutis mulieris, ib. n. 16
Mulier tranſiens ad ſecunda vota non tenetur reſervare filiis prioris Matrimonii arrhas, quas à primo viro percepit. ib. n. 18.
Sed Author contrariam ſententiam probat, & veriorem dicit. n. 20. ib.
Maritus tranſiens ad ſecunda vota, & habens filios ex priori Matrimonio non poteſt facere promiſſionem artharum excedentem tertiam partem bonorum, quæ ipſe poſſidet tempore donationis. ib n. 37.
Amplia; ut idem ſit ſi non filios, ſed aſcendentes habet. ib. n. 38.
Minor habens curatorem arrhas promittere poteſt de mobilibus, quæ ſervando ſervari non poſſunt: licet reſtitui poſſit adverſùs promiſſionem. ib. n 49.
De immobilibus vero, vel mobilibus, quæ ſervando ſervari poſſunt, arrhas promittere poteſt cum authoritate curatoris, & Judicis decreto ib. n. 55.
Filius familias ſine patris conſenſu non poteſt promittere. ib. n. 60.

De donatione facta concubinæ.

Donatio facta concubinæ à privato mero jure valet. ſ. præl. 2. §. 7. n. 3.
Donatio facta à milite repeti poteſt. ib. n. 5.
Amplia, ut idem ſit in militibus noſtri temporis, qui parati ſunt ad bellum, & ſtipendia merentur. ib. n. 6.
Amplia ſecundo in donatione facta concubinæ à Militibus trium Ordinum Militarium, & Sancti Joannis Baptiſtæ. ib. n. 8.
Amplia tertio in Doctore, Licentiato, & Advocato, qui in favorabilibus æquiparantur militi. ib. n. 9.
Donare non poteſt concubina ſuo amaſio, & concubinatio. ib. n. 10.
Ex cauſa remunerationis miles donare poteſt concubinæ. Et valet donatio uſque ad quantitatem meritorum. ib. n. 11.
Donatio facta concubinæ ob ſervitia valet: ſi talia ſunt, ut ſalarium mereantur, & illa ſit pauper, ipſa vero probare tenetur merita, & eorum æſtimationem ib. n. 12.
Donatio facta à milite, ſeu Clerico ei, quæ jam non erat concubina, valida eſt. n. 13.
Intellige, quando donatio facta ſuit ei, quæ cum eſſet juvenis, ad bonam frugem ſe recepiſſe conſtat: Secus ſi concubina ob ſenectutem, vel malam valetudinem receſſit à concubinatu ib. n. 14.
Donatio facta à milite ſuæ concubinæ, vel ab aliis perſonis non firmatur juramento. ib. n. 15.
Donatum à Clerico ſuæ concubinæ ipſe repetere non poteſt. ib. n. 18.
Et an donatum à Clerico concubinæ pertineat ad fiſcum Eccleſiæ, vel ſecularem? Remiſſive. ib. n. 21.
Res donata à Clerico ſuæ concubinæ abſenti, quæ adhuc non acceptavit, interim decedente Clerico pertinet ad ejus hæredes non ad fiſcum. ib. n. 22.
Donatio facta à viro uxorato ſuæ concubinæ nulla eſt, & poteſt uxor conſtante Matrimonio donationem à marito factam revocare, & illam ſibi propriam in ſolidum efficere. ib. n. 24.
Amplia primo; etiamſi res donata à marito eſſet ejus propria in ſolidum. ib. n. 26.
Secundo, amplia in re vendita, & pignorata concubinæ à marito, quam uxor revendicare poteſt pretio non reſtituto. ib. n. 25.
Actio competens uxori ad rem donatam concubinæ eſt in rem, vel ad rem, & non datur contra concubinam, quæ non poſſidet, ſed adverſùs rei poſſeſſorem. ibid. num. 27.
Prædicta actio datur uxori ad res donatas mulieri, cum qua maritus rem habuit; quamvis non eſſet concubina. ib. n. 27.

Donatio omnium bonorum.

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta inter vivos non valet? quia per eam aufertur libera teſtandi facultas. 1. præl. 2. §. 5. n. 20.
Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non firmatur juramento. 1. præl. 2. § 7. n. 28.
Hæc donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non ſuſtinetur in præſentibus. ib. n 29.
Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum cum clauſula omni meliori modo, quo poteſt, ſuſtinetur in præſentibus. ib. n. 31.
Donatio omnium bonorum ſine mentione futurorum valet in præſentibus. d. §. 7 n. 33.
Idem. ſi fieret omnium quorumcumque bonorum ſine futurorum mentione. ib n. 33.
Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta Eccleſiæ valida eſt. ib. n 34
Idem ſi fieret loco pio, vel piæ cauſæ; dummodo effectus principaliter dirigatur in piam cauſam. ib. n. 34
Secus, ſi donatio fieret cum onere, ut donatarius teneatur facere aliquod opus pium. ib n. 34
Eccleſia tenetur alere donatorem, qui ei fecit donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum. d. §. 7. n. 35.
Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum valet favore dotis ib. n. 36.
Intellige ſi, dos promittatur pauperi, alias ſecus. ib. n. 36.
Et quæ fœmina pauper dicatur? Vide n. 37.
Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta ob cauſam Matrimonii valida eſt. ib. n. 38.
Sed contraria ſententia verior: ut ibid. n. 41. & ſeqq. n. 44. Ubi nu. 45. reſpondetur fundamentis contrariæ opinionis.
Donatarius omnium bonorum non eſt juris ſucceſſor. ib. n. 39.
Per donationem omnium bonorum præſentium, & futurum transferuntur in donatarium omnes actiones & directarum exercitium ib n 49.
Reſolvitur illa quæſtio: An donatio tertiæ facta à patre, qui alios habebat filios, valida ſit, ſi pater nihil reſervavit ad teſtandum? Et expenduntur fundamenta Gabrielis Pereyra, qui affirmativam tuetur, ib. 55. 56. & 57.
Defenditur ſententia negativa Alvari Valaſci, qui donationem tertiæ inutilem eſſe tradit. ib. n. 21.
Donatio hæreditatis non valet ib. n. 61.
Donatio facta ab eo, qui non habet alia bona præter donata, cenſetur eſſe omnium bonorum. ib. n. 62.
Donatio omnium bonorum valida eſt, ſi donator reſervavit aliquid ad teſtandum; dummodo non ſit valde modicum d. §. 7. n. 63.
Si reſervatio ſit in minima parte non valet donatio, quod relinquitur arbitrio judicis. ib n. 64
Non ſufficit, quod donator ſibi reſervet in donatione omnium bonorum præſentium, & futurorum aliquam certam partem ad diſponendum inter filios tantum; quia non valet donatio. ib n. 6 .
Si donator de reſervatis diſpoſuit illico, non valet donatio. Et ita judicavit Senatus. ib n. 66.
Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum facta cum reſervatione uſusfructus valida eſt. ib. n 67.
Fructus in prædicto caſu pertinet ad donatorem, qui de illis, & bonis quæſitis ex fructibus teſtari valet. ibid. n 68.
Fructus pendentes, & maturi tempore mortis donatoris pertinent ad ejus hæredem. ib. n. 68.
Non valet donatio omnium bonorum cum reſervatione uſusfructus; ſi fructus reſervati via ad alimenta ſufficiant. ib n. 69.
Donatio de mobilibus, & immobilibus valida eſt, etiamſi dictum ſit de præſentibus, & futuris. ib. n. 70.
Intellige, ut non procedat concluſio, ſi donans habebat aliqua jura, & actiones non parvi valoris, de quibus teſtari poſſet, alias ſecus. ib. n. 72.
Si donator non diſpoſuit de reſervatis pertinet ad donatarium. ib. n. 73.
Sed contrarium verius. ib. n. 74.

Donatarius

Donatarius omnium bonorum non poteſt conveniri à creditoribus donatoris, neque habetur pro hærede. d. §. 7. n. 75 & 2. c. 10. n. 98.
Intellige ſi donator eſt ſolvendo; vel habuit heredem; ſi vero deficiat, bene poteſt conveniri, ut circuitus. ib. n. 76 & 2. c. 10. n. 99 & 100.
Donatarius omnium bonorum cum reſervatione aliqua ad teſtandum tenetur ſolvere debita contracta ante donationem, non quæ poſtea. ib. n. 77.
Epiſcopi non poſſunt facere donationem cauſa mortis de bonis quæſitis intuitu Eccleſiæ. §. 7. n. 80.
Epiſcopi poſſunt diſponere inter vivos, & donare etiam non modice de bonis quæſitis ex redditibus Eccleſiæ, & ea in profanos uſus convertere, dum proſpera utuntur valetudine. Quod idem Papa facere poteſt. ib. n. 82.
Amplia ut procedat in Epiſcopo Religioſo, qui facit fructus ſuos. ib. n. 83
Defenditur Senatus ſententia, de qua Gabriel Pereyra contra Solorzanum. ib. n. 84.
Quæritur, An valeat donatio ab Epiſcopo ægrotante facta, & morti proximo? Et ſubjiciuntur fundamenta negativæ opinionis ib. n. 85.
Donatio inter vivos facta ab Epiſcopo ægrotante valida eſt, niſi fraus interveniſſe probetur. ib. n. 87.
Donatio inter vivos facta in ægritudine non amittit ſuam naturam, & fit irrevocabilis. ib. n. 88.
Veſtes datæ, vel miſſæ ſponſæ ab ſponſo ante Matrimonium non cenſentur donatæ, niſi de hoc expreſſe agatur. d. §. 7. n. 92.
Limita, ſi de more Civitatis donari conſueverunt. ib. n. 93.
Limita ſecundo in Veſtibus quotidiano uſui inſervientibus. ib. n. 94.
Limita tertio, res miſſæ ab ſponſo non ſint magni valoris. ib. eod. n.
Limita quarto in annulis ſponſalitiis. ib. eod. n. 94.
Limita quinto, res eſt inter nobiles, & divites, quia præſumitur donatio ib. eod. n.
Donatio facta ab ſponſo futuræ uxori ante Matrimonium valida eſt, ſi ſtatim dominium fuit tranſlatum, ſi verò collata fuit in tempus Matrimonii, non valet, ib. n. 95.
Donatio facta uxori à conſanguineis viri, vel è contrario à conſanguineis uxoris quæritur ei, cujus contemplatione facta eſt. ib. n. 96.
Mulier tranſiens ad ſecunda vota tenetur reſervare filiis prioris Matrimonii prædictam donationem ſaltem quoad proprietatem. ib. eod. n.
Donatio, vel promiſſio facta ab ſponſo conſanguineo puellæ pro illa ſibi maritanda nulla eſt. ib. n. 97.
Donatum non cenſetur, quod non erat tempore donationis. ib. n. 98.
Donator, qui aliquod jus habet in re donata, illud tantum donare cenſetur. ib. n. 99.

Donatio Principis.

Donationes Principis quam plurima habent ſpecialia. 1. c. 1. & c. 3. n. 1.
Princeps donationes facere debet ſine ſpe retributionis, & exiſtimare ſe debere quod donat. d. c. 2. n. 11.
Donatio propriè non dicitur liberalitas, quando quid erogatur abſque conſideratione perſonæ, temporis, & loci. 1. c. 2. ſub. n. 2.
In donando tria princeps conſiderare debet d. c. 2. n. 3.
Princeps in donando obſervare debet perſonam, & viris honeſtis donationes facere non hiſtrionibus; citharædis, & ſimilibus. d. c. 2 n. 4.
Princeps debet nobilibus. & Magnatibus Regni donationes, & beneficia conferre, ac magnis honoribus cumulare. In quo Regum cura maxima eſſe oportet d. c. 2. n. 10.
Donationes maiores facere debet Princeps Magnatibus, quam aliis perſonis. ib. n. 14
In donando debet Princeps conveniens tempus obſervare d. c. 2. n. 15.
Donare mediocriter debet Princeps juxta Patrimonii, & Status vires, ut principatum conſervet. d. c. 2 n. 17.
Donationes immenſas non debet facere Princeps, ne conſumptis propriis aliena appetat, & ſubditorum bona invadat. d. c. 2. n. 18.
Princeps non debet omnibus eripere, ut paucis donet d. c. 2. n. 25.
Valet donatio facta à Principe non recognoſcente Superiorem propriæ uxori conſtante Matrimonio. 1. c. 3. n. 4. & 5
Donatio facta filio familias exiſtenti in ſacris paternis à Principe valida eſt propter excellentiam Regiæ dignitatis d. c. 3. n. 6.
Donatio facta à Principe ſuæ concubinæ valida eſt. ib. n. 7.
Ex donatione facta à Principe transfertur dominium in donatarium abſque traditione. d. c. 3. n. 8.
In donationibus Principis ſpeciale eſt, ut Prior tempore præferatur ſecundo, qui poſſeſſionem fuit adeptus, quia in primum abſque traditione non ſolum dominium, ſed, & poſſeſſio tranſit in primum d. c. 3. n. 18
Princeps, qui rem uni conceſſit, ſi alteri donat, cenſetur oblitus prioris donationis, & petentium importunitate circumventus. d. c. 3. n. 19.
Princeps non cenſetur concedere vaſſallo id, quod alteri reperitur donatum. ib. eod. n.
Secunda donatio Principis non enervat effectum primæ, niſi in ſecunda dicatur non obſtante prima donatione, & illius fiat ſpecialis derogatio. ib. n. 20.
Donatio gratioſa facta ſubdito poteſt à principe revocari ſola voluntate, nulla ſubſiſtente cauſa ib. n. 20.
Jus accreſcendi habet locum in donationibus principis ſpeciali jure. Quidquid alii ſentiant. ib. n. 22.
In donationibus, gratiis, & privilegiis Principis alternativè conceſſis, electio eſt accipientis, non concedentis; ſive conceſſio fiat motu proprio, ſive ad petitionem partis. d. c. 3. n. 24.
Regula in alternativis non procedit in donationibus Principis maximè remuneratoriis ib. n. 26.
Intellige procedere etiam, quando donantur res de patrimonio Principis. Quidquid contrarium teneant alii. ib. n. 26.
Author ſequitur contrariam opinionem quando per alternativam donantur bona Regiæ Coronæ quorum alienatio vergeret in grave Regni detrimentum: Secus ſi donatio non multum læderet Regni ſtatum ib. n. 27.
Inſinuatio non requiritur in donationibus Principis. ib. n. 28.
In donatione facta Regi à privato non requiritur inſinuatio. d. c. 3. n. 41.
Evictio non habet locum in donatione Principis, quæ incepit à promiſſione. d. c. 3. n. 49.
Princeps non tenetur de evictione in donatione remuneratoria, ſi re evincatur. ib. n. 51.
Contraria ſententia verior eſt ib. n. 57. & ſeq.
Princeps tenetur defendere donationem, quam fecit in remunerationem ſervitiorum: ut contra Pinel tenent plures. ib. n. 71.
Si evictio contingat facto principis, tenetur de evictione ſecundum Authorem, ut de alia re ſimili donatarium provideat, ubi primum potuerit & obtenta ſententia per viam petitionis gratiæ ſatisfactionem petere debet. d. c. 3. n. 62.
Filius non tenetur conferre fratribus donationes à Rege factas contemplatione patris, vel ad ejus petitionem, neque redditus annuos vulgo *Juro en Tergas*, tranſlatos à patre de Regis licentia. d. c. 3. n. 61.
Donationes Principis cenſentur bona quaſi caſtrenſia, & pertinent ad filium pleno jure. ib. n. 64.
Uſusfructus bonorum, quæ filio à Rege fuerunt donata, non pertinet ad patrem, neque uſusfructus bonorum feudalium. d. c. 3 n. 68.
Donatio, ſeu gratia ſtat in lingua Principis, & eo ipſo quod Princeps dixit, fiat perfecta eſt. c. 4. n. 1.
Vide, de gratia Principis quando ſit perfecta, in verbo *Gratia.*
An, & quando donatio principis ſit perfecta, necne? Diſtingue. Aut quæritur: An ſit perfecta quoad eſſentiam, aut quoad effectum, & executionem? Primo caſu gratia dicitur perfecta eo ipſo, quod verbo fuit conceſſa. d. c. 4. n. 10.
Secundo caſu gratia dicitur ineſſicax ante expeditionem literarum in Cancellaria. d. c 1. 11.
Fructus bonorum. & redditaum civilium, quæ continentur in donatione Principis pertinent ad donatarium à die datæ ante expeditionem litterarum, dummodo literæ expediantur, & tranſeant per Cancellariam. d. c. 4. n. 12.
Si eadem res duobus à principe donetur diverſis temporibus, præfertur prior in data, quamvis ſecundus poſſeſſionem fuerit adeptus. d. c. 4. n. 14.
Poſſeſſio capta à poſteriore in data non ſuffragatur neque priori præjudicium parat c. 4. n. 15.
Donatarius Regis prior in data præfertur ſecundo, qui prius litteras præſentavit. d. c. 4. n. 16.
Conceſſa duobus dignitate Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus præfertur prior in data, quamvis poſterior prius literas expedierit. d. c. 4. n. 17.
Donationes à principe, quæ ſolo verbo ſunt perfectæ quoad ſubſtantiam, non poſſunt ex poſt facto revocari in totum, neque in parte. d. c. n. 22.
Princeps donationi verbo factæ non poteſt conditionem, onus, vel modum adjicere. d. c. 4. n. 28.

Google

Limita niſi juſta, & publica cauſa interveniat: quia tunc non ſolum moderare, & limitare, ſed in totum revocare poterit donationem. ib. n. 24.
Princeps ex publica cauſa poteſt limitare donationes tam à ſe, quam à prædeceſſoribus factas, etiam remuneratorias, ſive in ſpecie, ſive per legem generalem. d. c. 4. n. 25.
Donationes principis cenſentur factæ ſub conditione, ſi acceptentur. d. c. 4. n. 26.
Succeſſor in Regno donationes factas à patre impugnare non poteſt. 2. c. 3. n. 28.
Rex liberè poteſt donare, & alienare bona ad ipſum pertinentinentia ex privato patrimonio, ſeu confiſcatione; dummodo Coronæ non ſint incoporata. 2. c. 4. n. 2.
Rex ex veriori ſententia poteſt donare, & alienare bona Regiæ Coronæ, ſcilicet Civitatem, vel oppidum dummodo ex donatione, vel alienatione non inferatur Regno magnum, & notabile detrimentum. d. c. 4. n. 2. &. 9.
Arbitrio judicis relinquitur quænam ſit donatio, quæ Regnum, Coronam, & Dignitatem lædat. d. c. 4. n. 7.
Ex donatione Civitatis inſignis, vel oppidi præcipui maximum infertur Regno detrimentum. ib. n. 8.
Princeps non poteſt facere donationes immenſas quæ lædant Coronam. ib. n. 8.
Donationes immenſæ factæ in grave Regni præjudicium ſunt nullæ, etiamſi firmentur juramento. d. c. 4. n. 9.
Ipſe Rex qui donavit, vel ejus ſucceſſor donationes immenſas revocare poteſt. d. c. 4. n. 10.
Civitas, vel oppidum valde munitum in confinibus Regni donari non poteſt. d. c. 4. n. 11.
Donatio caſtri vel oppidi non valet, ſi ita alienatur, ut nullum prorſus dominium, vel Superioritas remaneat apud Principem. d. c. 4. n. 12.
Donare, & alienare eo modo poteſt princeps, ut ſemper oppida, & vaſſalli remaneant ſub poteſtate ſuprema principis. d. c. 4. n. 13.
Civitates donatæ vaſſallis ſemper manent ſubditæ ſupremo Regis dominio, & tenentur Regem adjuvare, etiam contra Baronem; & immediatum Dominum. ib. n. 13.
Rex non poteſt alii communicare, & concedere Arma, & inſignia Regni. 2. c. 5. n. 18.
Donatio non dicitur nova, ſi in confirmatione per ſucceſſionem nihil de novo additum fuit. 2. c. 7. n. 17.
Donatio facta à Rege durat dumtaxat durante vita concedentis. d. c. 7. n. 22.
De confirmatione donationum Regiarum, vide verbo *Confirmatio.*
Si donatio expiravit cum vita donatarii, non poteſt fieri confirmatio in Senatu Palatino, ſed gratia de novo obtinenda eſt à Rege. d. c. 7. n. 31.
Donatario id tantum à Rege conceſſum intelligitur quod in donationibus expreſſe continetur. d. c. 7. n. 51.
In donatione caſtri cum omnibus juribus quoquo modo pertinentibus non comprehenduntur Regalia 2. c. 7. n. 52.
Reſervata Principi non veniunt in generali donatione ſeu conceſſione. ib. 52.
Jurisdictio non venit in generali conceſſione, ſeu donatione caſtri, vel loci. ib. n. 53.
Ad donatarium non pertinet id, quod tacitè videtur conceſſum; ſed eſt neceſſarium, quod verbis expreſſis, & ſpecialibus concedatur. d. c. 7. n. 54.
In donatione per Regem facta Reginæ, & filiis Regum non cenſetur tranſlata ſuprema juriſdictio, non obſtantibus quibuſcunque verbis donationis. 2. c. 8. n. 10. & 11.
Suprema Principis authoritas, & poteſtas nunquam præſumitur conceſſa in donationibus quantumvis generalibus. d. c. 8. n. 12.
Major poteſtas, & juriſdictio remanet penes Regem, quam ea, quæ donata eſt quibuſcumque verbis. d. c. 8. n. 13.
Princeps concedendo juriſdictionem reſervat ſibi majorem, & poteſt concurrere cum donatario; quia non ita privativè juriſdictio donatur, quin à Suprema Regis juriſdictione diligatur, & effrænetur. d. c. 8. n. 14.
Princeps non poteſt terras, & oppida ita donare, ne ad eum appelletur, ſive donatio fiat cum ſimplici juriſdictione, ſive cum mero, & mixto imperio, & omnimoda juriſdictione. d. c. 8. ſub n. 16. & n. 17.
Reſervata in ſignum ſuperioritatis non cenſetur donata, neque conceſſa, niſi exprimantur. d. c. 8. n. 18.
Regalia non veniunt in donatione generali. ib. eod. n.
Si Regalia conceduntur expreſsè donatarius non poteſt ea exercere cum plenitudine poteſtatis, ſed cum maxima diſcretione. d. 8. n. 19.
De jure communi inutilis eſt conceſſio facta à Rege inferiori ſubdito; ut ab eo non poſſit appellari d. c. 8. n. 21.
De jure Regio valet prædicta conceſſio. d. c. 8. n. 22.
In prædicto caſu, ſi donatarius abutatur juriſdictione, poteſt Princeps ſe intromittere ad juſtitiam miniſtrandam per viam querelæ, & recurſus, & donatarium juriſdictione privare. d. c. 8. ſub n. 23.
Per donationem juriſdictionis factam per principem Eccleſiæ transfertur in Eccleſiam omne jus ſuperioritatis d. c. 8. ſub n. 28. Sed contrarium verius: ut n. 40.
Princeps non poteſt donare, vel concedere ea, quæ ſpectant ad ſupremam poteſtatem. d. c. 8. n. 33.
Donata omnimoda juriſdictione concedenti per viam etiam Eccleſiaſticus ſubeſt concedenti per viam recurſus, querelæ. d. c. 8. ſub. n. 36.
Prælatus, cui à principe fuit donata juriſdictio, non poteſt eam excommunicationis gladio tueri, neque illo uti pro executione ſuæ ſententiæ, ſed temporaliter, & per ſecularis juriſdictionem exercere debet. d. c. 8. n. 39. 40. & 41.
Donationes fiunt à Rege tripliciter: velut ſimpliciter & ad vitam donatarii, vel in perpetuum vel Titio, & filiis ejus. 2. c. 7. n. 2.
Donatio, quæ fiat ad vitam, vel ſimpliciter; extinguitur mortuo donatario d. c. 7. n. 2.
Et non tranſit ad filium: ut n. 8.
Conceſſio per modum beneficii facta ſimpliciter, dicitur realis. & perpetua d. c. 7. n. 5.
Donatio, ſeu conceſſio facta perſonæ ob cauſam meliorum dicitur realis, & tranſit ad hæredes. ib. n. 7.
Sed contrarium verius. ib. n. 9.
Si Rex oppidum erigit in Ducatum, Marchionatum vel Comitatum, & poſtea illud donat in perpetuum, tunc dignitas erit realis, & tranſitoria ad dominum oppidi. ib. n. 10.
Donatio facta in pœnam revocationis teſtamenti, vide verbo. *Teſtamentum.*
Donationes factæ ab eo, qui liberos procreavit de tertia bonorum deducendæ ſunt; quamvis remuneratoriæ, ſi non debentur lege juſtitiæ. prœl. 2. §. 6. n. 41.
Donationes Principis vim legis habent. 1. c. 3. n. 2.
Non ſubjacent fræno, & habent plura ſpecialia. ib. n. 3.
Donator ante traditionem poteſt bona donata alienare, obligare, & hypothecare in præjudicium donatarii. 1. c. 3. n. 13.
Donatione alicujus rei facta duobus ſeparatim, is potior judicatur, cui primo res fuit tradita. d. c. 3. n. 17.
Donans tradendo rem cenſetur donaſſe totum jus, quod habet in re donata. d. c. 3. n. 44.
Donatio tantum dicitur remuneratoria ad producendum evictionis effectum, quæ fit ob merita pro quibus competit actio contra donantem. ib. n. 6
Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio ſed titulus oneroſus. ib. n. 58.
Donationes factæ à Rege in hoc Regno non ſunt feuda, neque eorum naturam induunt. 1. c. 4. n. 33.
Per verbum Donamus, adjectum in donatione Principis arguitur facta donatio, non feudi conceſſio. ibid. n. 34.
Per donationem Principis transfertur dominium directum, & utile; non ſic per conceſſionem feudi. ib. n. 24.
Donationes à Rege tripliciter fiunt in regno, vel ad vitam donatarii, ſeu ſimpliciter, aut in perpetuum, vel Titio, & filiis. 2. c. 7. n. 1.
Donatarii Regiæ Coronæ non poſſunt creare tabelliones, ſeu notarios. 2. c. 13. n. 2.
Donatio univerſalis cenſetur facta deducto ære alieno. 2. c. 20. n. n. 101.
Donatarius omnium, qui de æquitate poteſt conveniri in aliquibus caſibus, non poteſt exequi, niſi in bonis donatis, & intra eorum vires. ib. n. 102.
Donatarius omnium bonorum poteſt conveniri actione hypothecaria. ib. n. 103.
Datum ob cauſa, ſi cauſa non ſequatur, repeti poteſt. 2. c. 24. n. 54.
Donatio revocatur propter ingratitudinem, & nihil homine ingrato pejus eſt. 2. c. 29. n. 126
Ex donatione facta Titio, & omnibus ejus deſcendentibus tot ſunt donationes, quo ſunt perſonæ vocatæ, & cuilibet ex deſcendentibus dicitur jus quæſitum immediate à primo concedente. d. c. 29. n. 128.
Donatione facta Titio, & deſcendentibus una eſt conceſſio in perſona patris, alia in perſona cujuſlibet deſcendentis. d. c. 29. n. 129.
Principes, ad quos legati mittuntur, ſemper conſueverunt ejus aliquid donare. 2. c. 35. n. 33.

Dona-

Dona data legatis quando ipſius acquiruntur; vel Principi, qui eos miſit. ib. 4. n. 34.

Dos.

Dos reſpectu mariti dicitur titulus oneroſus. 1. præl. 2. n. 100

Dos conſtituta ab extraneo non revocatur nativitate filiorum ex L. ſi unquam C. de revocand. donat. Sed contrarium verius præl. 2. n. 102.

De donatione cauſa dotis, vide *Donatio cauſa dotis*. Dotare filias tenetur pater, & donatio cauſa Matrimonii non revocatur nativitate filiorum. 1. præl. 2. n. 105.

Dotis amplæ conſtitutio facta à patre unico filio, vel filiæ natis poſtea ſuſtinetur in tertia, & revocatur quoad duas partes, quæ ſunt legitima filiorum. n. 106.

Et an in Regno Caſtellæ ſuſtineatur nonſolum in quinto, ſed etiam in tertia bonorum. n. 107.

Stipulatio cauſa dotis habet in ſe conditionem; ſi Matrimonium ſequatur ib. n. 59.

Promiſſio non facit dotem, ſed numeratio 1. præl. 2 § 6. n. 24.

Datum ob cauſam dotis ab extraneo repeti poteſt Matrimonio non ſecuto: vel ſi nullum fuit judicatum ob aliquod juris impedimentum. præl. 2. n. 82.

De legato cauſa dotis relicto puellæ vel à patre, vel ab extraneo, vide verbo *Legatum*

Dux.

De origine dignitatis Ducalis, & tituli. 2. c. 6. n. 21. 22. 23. & 24.

Ducatus dignitas à quo fuit inſtituta. ib. n. 25.

De differentia Ducum noſtri temporis, & aliorum, qui ſuperiorem non recognoſcunt ib n. 26.

De inſignibus Ducalibus ib. n. 27.

Duces, Marchiones, Comites, & alii titulati poſt Regem ſunt Nobiliores, & inter ſe ipſos præſtantiores, ſunt antiquiores. ib. n. 28.

Duces præcedunt Marchionibus, & Comitibus. d. c. 6. n. 29.

Duces dicuntur perſonæ illuſtres, & etiam ſpectabiles. ib. n. 39.

Duces, Marchiones, & Comites non habent titulum Excellentiæ in hoc Regno, quia tantum datur filiis Infantum & Duci Brigantiæ. Et aliquando concillium fuit Duci de Aveyro ib. n. 40.

Duces, qui in Luſitania fuere uſque adhuc recenſentur. Ib. n. 41. & 42.

Duces, Marchiones, & Comites in ſuis ſtatibus non poſſunt leges ferre: quia Superiorem recognoſcunt. 2. c. 10. n. 12.

B

Eccleſiaſticus Judex.

ECcleſiaſticus non poteſt ſe intromittere circa bona defunctorum ab inteſtato; ut certa quantitas in ſuffragiis erogetur pro animabus defunctorum. 2. c. 31. n. 57. 58. 59 & 61.

Eccleſiaſticus in caſibus in quibus poteſt ſe intromittere, ut voluntates defunctorum exequantur; tantum poteſt procedere contra executorem teſtamenti laicum; non verò contra hæredem, vel tertium bonorum poſſeſſorem. d. c. 31. n. 63.

Eccleſiaſticus, qui non defert legitimæ appellationi vim facit, & notoriam oppreſſionem committit contra jus naturale. 2. c. 33. n. 19

Eccleſiaſticus, qui habet à Rege bona, vel juriſdictionem, convenitur coram ſæculari reſpectu bonorum, & juriſdictionis, pro redditibus rerum fiſcalium. 2 c. 34. n 10.

Eccleſiaſticus Donatarius Regiæ Coronæ poteſt convenire alium Eccleſiaſticum pro juribus donatis coram Judice ſeculari. ib n. 9.

Eccleſiaſticus conveniri poteſt coram ſæculari pro quibuſcunque juribus regi debitis, & pro rebus, quæ inciderunt in commiſſum, ſi civiliter agatur ib. n. 11.

Judex Eccleſiaſticus non poteſt procedere per cenſuras contra exactores, & conductores gabellarum, & aliorum jurium Regalium: ita judicatum. d. c. 34. n. 12.

Quæ carent effectu nomen non merentur. 1. c. 4. n. 8. & 2. c. 13. n. 40.

Idem eſt aliquid non habere, vel eſſe, quod habetur, inefficax. ib. n. 9.

Electio

Electio, quæ non habuit effectum, non dicitur electio. 1. c. 4 n 9.

Emancipatio liberat filium à patria poteſtate. 2. c 19 n. 8.

Emptio

Emptionis, & venditionis contractus ſine pretio in pecunia conſiſtere nequeunt 2. c. 25. n. 9.

Emphyteuſis.

Filius cenſetur nominatus ab emphyteuta, quia abſque nominatione decesſit 2. c. 13 n. 23

Emphyteuſis, res accepta à patre pro ſe, & filio ex neceſſitate juris ad Filium debet devenire. 2. c. 20 n. 82.

Pater non poteſt præjudicare filio in emphyteuſi, vel re accepta pro ſe, & filio. ib.

Pater primus acquiſitor emphyteuſis de pactis, & providentia poteſt alienare emphyteuſis de conſenſu domini in præjudicium filiorum 2. c 29 n. 149

Epiſcopus.

Epiſcopus per teſtamentum non poteſt diſponere de rebus quæſitis intuitu Eccleſiæ. 1. præl 2 §. 7. n. 79

Epiſcopus non poteſt facere donationem cauſa mortis ex prædictis bonis d. §. 7. n 80.

Poteſt diſponere de bonis patrimonialibus, vel quæſitis ante Epiſcopum; vel poſtea ex ipſius induſtria tam inter vivos, quam per teſtamentum. d §. 7. n 81.

Item de quæſitis ex Beneficiis, ſeu penſionibus obtentis ex diſpoſitione. d. n. 81.

Quando valeat donatio facta ab Epiſcopo de bonis quæſitis intuitu Eccleſiæ Vide verbo *Donatio*

Spolia Epiſcoporum de jure pertinent ad Eccleſiam, ſucceſſorem quod verius eſt. d § 7. n 89.

Spolia Epiſcoporum per Bullas Pontificum pertinent ad Cameram Apoſtolicam, ſed Bullæ non fuerunt receptæ in hoc Regno. d. §. 7. n 90.

Epiſcopi titulares, ſeu annulares poſſunt de acquiſitis diſponere d §. 7. n 91.

Archiepiſcopus Bracharenſis habet dominium illius civitatis, omnimodamque juriſdictionem in civilibus. 2. c. 8. n. 23.

Prælatus, qui habet juriſdictionem à Principe, non poteſt excommunicationis gladio eam tueri, neque pro executione ſuæ ſententiæ, ſed temporaliter, & per ſeculares exercere debet. 2. c. 8 n 39. 40. & 41.

Prælati inferiores non poſſunt concedere expectativas ad officia vacatura, vide verbo *Expectativæ*.

Prælati inferiores Gubernatores temporales, & ſimiles ſolum poſſunt tractare præſentia, non futura, neque ſucceſſoribus præjudicium inferre. 2. c. 11. n 69.

De proviſionibus officium factis ab Epiſcopo, & Prælatis, vide verbo *Officium*.

Epiſcopus vocatus à Rege obedire tenetur 2. c. 24. n. 2.

Epiſcopus ſimul vocatus à Rege, & ab Archiepiſcopo tenetur Regi obedire & Archiepiſcopi præceptum intermittere ibid. n 2.

Epiſcopus vocatus à Papa, & à Rege ſimul, tenetur Papæ obedire. ib. n 3.

Epiſcopi olim oſculabantur manum Regis, hodie vel non: & Reges ſola genuflexione contenti ſunt. ib n. 4

Evictio.

Evictio non habet locum in donatione, quæ incepit à traditione, ſi res à donatario evincatur. 1. c. 3. n. 41.

Intelligitur n. 43. & 44.

Evictio an habeat locum in donatione Principis? Vide verbo *Donatio Principis*.

Si vero donatio incepit à promiſſione, habet locum evictio ſecundum communem. ib. n 45.

Contra n. 46. & 47.

Sed à prima opinione non eſt recedendum. ib. n. 48.

Evictio datur in donatione remuneratoria, quamvis à traditione incipiat d. c 3 n. 50.

Fiſcus non tenetur de evictione in contractibus oneroſis; niſi ad ſimplum, quamvis ejus procurator duplum promiſiſſet. ib. n. 49.

Exceptio.

Exceptio incompetentiæ eſt præjudicialis, & ea oppoſita judex ſuperſedere tenetur in cauſa principali. 2. c. 31. n. 32.

De exceptionibus præjudicialibus ante omnia cognoſcendum eſt, ſuſpenſa cauſa principali. ib n. 35.

In cauſis poſſeſſoriis, & executivis non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem; ſed reſervantur ad plenarium judicium 2 c. 32 n. 64

Exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem, quæ ſint, & quæ dicantur. d. c. 32. n. 65.

Executor teſtamenti.

Executor teſtamenti poteſt implorare officium judicis, ut hæres, vel bonorum poſſeſſor compellatur ſibi tradere bona ad ſolvenda legata, immo, & ut cogatur adire. 2 c. 31 n. 64.

Expectativæ.

Expectativæ officia vacatura poſſunt à Principe concedi in hoc Regno 2 c. 11. n 62 & ſeqq.

Expectativæ ad Beneficia vacatura concedi non poſſunt. Quæ prohibitio revocata fuit per Concilium Tridentinum. ib. n. 61.

Hæc prohibitio præſertim viget in patronis, qui Beneficia

ficia nondum vacantia promittere nequeunt. ib. n. 61.

Proponitur quæſtio, An Princeps concedere poſſit expectativas ad Beneficia vacatura Patronatus Regiæ Coronæ. Et aſſeruntur fundamenta partis negativæ. ib n. 72. & ſeqq

De conſuetudine poteſt Rex concedere expectativas ad Beneficia vacatura Patronatus Regiæ Coronæ. ib. n. 73. & ſeqq.

Rex noſter tanquam Magiſter Ordinum militarium poteſt concedere expectativas tam generales quam ſpeciales ad commendas vacaturas. ib n. 75.

Si Princeps conceſſit Titio expectativam generalem officii ſeu commendæ, primo vacaturæ, vel certi Beneficii, ſeu commendæ. An poſſit Seium Titio præferre? Diſtingue, quod ſi expectativæ ſunt generales, poteſt Princeps Seio officium, vel commendam conferre: Si verò expectativa Titii fuit ſpecialis certi officium, vel commendæ, non poteſt Princeps Seio concedere. d. cap. 13. n. 80. & 81

Intellige; niſi interveniat publicæ utilitatis legitima cauſa, quia tunc poteſt Princeps officium, ſeu Commendam uni promiſſam alteri conferre. ib. n 82.

Concurrentibus pluribus cum expectativis ad officium primo vacaturum, vel Commendam, præfertur prior in data, licet poſterior litteras ſuas præſentaverit. ib. n. 81.

Si officium, vel commenda alteri conferatur non obſtantibus expectativis generalibus, valebit conceſſio. ib. n. 84.

Benemeritus præfertur ei, qui minoribus meritis, & magna importunitate expectativam impetravit à Rege. ib. n. 85.

Concurrentibus duobus, quorum primus habet expectativam generalem Commendæ vacaturæ, & alter, qui habet expectativam ſpecialem certæ Commendæ, ia quamvis poſterior præferendus eſt in dicta Commenda. ib n. 88.

Expectativæ quando dicantur generales, aut ſpeciales? Remiſſive. ib.

Non eſt ſimpliciter verum per viam expectativæ induci votum captandæ mortis alienæ; illa enim reſolutio fundatur in præſumptione. 2. c. 13. n. 65.

Donatarii, & Duces non poſſunt concedere expectativas ad officia vacatura. ib. n 67.

Prælati inferiores, Gubernatores temporales, & Decuriones non poſſunt concedere expectativas ad officia vacatura tempore ſuorum ſucceſſorum n. 68.

Expreſſum.

Nulla datur differentia inter expreſſum, & tacitum quod includitur de natura expreſſi. 1 præl 2 §. 2. n 102.

Quando Lex aliquid expreſſe fieri jubet, non ſufficit tacitè fieri 2. c. 7. n. 54.

Expreſſe verè, & propriè dicitur, quod oculis corporis legi, aut percipi poteſt. 2. c. 29. n. 25.

Expreſſum dicitur, quod ſub verborum natura includitur. ib. n. 26.

Expreſſum dicitur, quod infertur ab expreſſo. ib.

Expreſſum dicitur, quod ex verbis infertur. ib n. 27.

Dicitur expreſſum, quod ex mente diſponentis per conjecturas colligitur. ib n. 28.

Expreſſum dicitur, quod virtualiter ineſt, & quod venit ex natura actus; & eſt neceſſarium antecedens expreſſi. ib. n. 29.

Quod quis non expreſſit, noluiſſe creditur. d. c. 29 n. 41.

Enſis.

Enſis, ſeu gladius, qui portatur ante Regem eſt de Regalibus. Et quid ſignificet. 2. c. 5. n. 12.

Externus.

Externus nullo tempore conſequitur jus naturalitatis, neque gaudet privilegiis naturalium; licet in Regno domicilium conſtituat. 2. c. 15 n. 6.

Illa datur differentia inter incolam, externum, & originarium regni, quod naturalis, ſi de una civitate Regni in aliam ſe contulit, per quadriennium efficitur domiciliarius? & civis illius Civitatis, & poteſt ad honores, munera promoveri Externus verò quamvis domiciliarius efficiatur, nunquam pro naturali eſt habendus, & non continetur appellatione civium. d. c. 15. n. 38.

Exteri ad Beneficia Eccleſiaſtica Regni admitti non poſſunt. d c. 15. n. 39. & c. 21. n. 61. & c. 28. n. 182. & c. 29. n 155.

Neque ad officia ſæcularia admittendi ſunt. d. c. 15. n. 39. 40. 41. & 42. & c 29. n 156

Princeps ferre non debet, quod vaſſalli utantur cognominibus exteris naturalibus incognitis ib. n. 42.

Exteri an in hoc Regno poſſint habere terras, & juriſdictiones Regiæ Coronæ; Remiſſive. n. 43.

Externus non poteſt ſuccedere in bonis Regiæ Coronæ 2 c. 29 n. 153.

Exteri non poſſunt exercere officia notarii, ſeu Tabellionis in Regno, ut apud nos in lege cavetur. d. c. 29. n. 157.

Item non poteſt eſſe Magiſtratus, aut Conſiliarius. ib.

Exterorum gubernatio ſuſpecta eſt, & naturalium melior. d. c 29 n. 161.

Exteri ſubditos opprimunt. d. c 29 n. 162.

Admiſſio exterorum nihil aliud eſt, quam Reipublicæ naturalis everſio. ib. n. 163.

Reipublicæ intereſt, ne exteris revelentur arcana Regis, & Regni. ib. n. 164.

Princeps poteſt prohibere, ne exteri admittantur in Regno, & ex cauſa publicæ utilitatis eos è Regno vale expellere, ne revelent arcana Regni ib.

Exterorum admiſſio eſt periculoſa & nociva. n. 166.

Externus non poteſt admitti ad ſucceſſionem bonorum Regiæ Coronæ. ib. n. 165. & 167.

Navis non poteſt alienari in exteros, neque naturales cum exteris poſſunt navigare. ib. n. 161.

F

Facultas.

De facultate Principis ad alienanda bona majoratus, vide verbo *Majoratus*, & verbo. - *Princeps*

Facultas Principis ad inſtituendum majoratum perſonalis eſt & extinguitur mortuo eo cui fuit facta conceſſio. 2. c 13. n. 21.

De facultate nominandi ad officium, & ad majoratum, vide verbo *Officium* vel verbo *Majoratus*.

Facultatem qui habet diſponendi de aliqua re, debet expreſsè, & ſpecialiter diſponere: aliàs remanet res apud donatarium vel gravatum. ib n 22.

Facultas nominandi conceſſa à Principe non extinguitur, ſi Princeps præmoriatur ante nominationem. 2. c. 13. n. 31.

Falcidia deducitur ex donatione cauſa mortis, & quandò illius ratio nominet, agit hæres per vendicationem in factum. 1. præl 2. § 3. n 48.

Farina venit appellatione frumenti. 2. c 10. n 70.

Feudum.

Feudum ſimpliciter conceſſum intelligitur hæreditarium accipientis pro ſe & hæredibus. 2 c. 7. n. 4.

Prorogatio feudi durante prima conceſſione non facit novum feudum. ib. n. 49.

Feudatarius habens feuda quaternata debet accipere curatorem à judice, qui de feudo cognoſcere poteſt. 2. c. 24 n. 74

Feudum ex pacto, providentia revertitur ad dominum propter crimen læſæ Majeſtatis à poſſeſſore commiſſum, etiam dato agnatorum præjudicio. 2 c. 29. n 140.

Si verò feudum fuit conceſſum pro ſe, & deſcendentibus; aut generi, & familiæ ut ſuccedatur de uno in alium; quamvis poſſeſſor committat feloniam contra dominum, defertur proximiori agnato & non revertitur ad dominum d c. 29. n 147.

Feudum novum revertitur ad dominum in cujus perſonam primus acquirens peccavit. d. c. 29. n. 147.

Feudatarius, qui de novo feudum acquiſivit poteſt illud alienare de conſenſu domini in præjudicium agnatorum, & filiorum; niſi expreſsè fuerit conceſſum contemplatione filiorum, & agnatorum d c 29 n 148.

Fictio non operatur retrotractionem in præjudicium tertii, cui jus medio tempore erat quæſitum. 2. c. 29 n. 82.

Fides.

Nihil tam naturale eſt quam fidem ſervare: & ipſe Deus ſuis promiſſis ſe adſtrinxit. 2. c. 11 n. 2.

Frangenti fidem non eſt ſervanda fides. ib. n. 21. & c. 26. n 26

Fides haſtæ publicæ facile convelli non debet ib. n 40.

Fideicommiſſum.

Mortuo fideicommiſſario ante gravatum, remanet legatum apud eum à quo fuit relictum. 1 præl 2. §. 2. n. 173.

Bona fideicommiſſi poſſunt alienari ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias deſcendentium inſtitutoris 2. c 11. 94

Amplia, ut alienatio fieri poſſit, non ſolum quando alienandi prohibitio tacita intervenit? ſed etiam ſi expreſſa. ib n. 95.

Amplia ſecundo, ut poſſint bona alienari tam pro Matrimonio carnali, quam ſpirituali. ib n. 96.

Tertio amplia, ut poſſint alienari pro conſtitutione, & reſtitutione dotis. ib. n. 96.

Intellige, ſi de vera numeratione dotis conſtat; quia conſeſſio de dote recepta non præjudicat fidei commiſſario, niſi in quibus præjudicat creditoribus ib n. 97

Limita primo, ut procedat concluſio tantum reſpectu deſcendentium inſtitutoris fideicommiſſi, non tranſverſalium ib. n 98.

Secundo limita, ut permittatur alienatio, quando alia non extant præter bona fideicommiſſi. ib n. 99.

Tertio limita, ut non poſſint alienari fideicommiſſi bona ſi fructibus dos conſtitui, aut reſtitui poteſt. ib. n. 100.

Fideicommiſſarium univerſalem reſtituta hereditate tranſeunt omnia jura, quæ hæredi competebant. 2. c. 20. n. 94.

Item in eum transferunt omnia hæreditatis onera ib.

Filius.

Filii concepti poſt deportationem non faciunt deficere conditionem, ſi ſine liberis; niſi pater reſtituatur. 1. præl. 2. n. 158.

Filii ſcientia eſt gloria, & lætitia patris; & quandoque Nobilitas. 1. præl. 2. §. 5. n. 17.

Filium quando pater teneatur mittere ad ſtudium, Vide verbo *Pater*.

Filius non tenetur conferre fratribus expenſas, quas pater cum eo fecit in ſtudio. d § 5. n 19.

Filius non tenetur conferre libros datos à patre ad ſtudendum. ib. n. 22.

Neque conferuntur libri dati filio Doctori, Judici, vel Advocato. ib. n. 22.

Sola traditio librorum, vel emptio nomine filii non ſufficit, ut pater donaſſe videatur: ſed utraque debet concurrere. ib. n. 23.

Limita ut non conferantur libri, niſi magna inter filios detur *inæqualitas*. d. §. 5 n 24.

Filius non tenetur conferre libros, etiamſi in vita patris neque Doctor, neque Licentiatus evaſerit. ib n. 25.

Quando filius tenetur conferre expenſas factas in ſtudio, tantum minus eſt conferendum, quantum filius in domo patris expenderet in alimentis ib. n. 26.

Filius, qui non profecit in ſtudio, & in malos uſus conſumpſit, tenetur conferre fratribus expenſas cum eo factas à patre. ib. n. 21.

Filius familias ex obligatione naturali adſtringitur ad præſtanda omnia obſequia patri. ib n. 32.

Filius tenetur conferre fratribus patrimonium, quod à patre accepit. d. § 5. n. 40.

Intellige quoad æſtimationem. ib.

Filius familias quando conſenſu patris vel ſine eo donare poſſit. Vide verbo *Donatio inter patrem, & filium.*

Filii quodammodo ſunt creditores patris in legitima & habent jus legitimæ in omnibus bonis illius 1. præl. 2 §. 6. n. 50.

Filius familias etiam ſine patris conſenſu poteſt contrahere, & obligatur. d. § 6 n. 57.

Filius-familias non poteſt alienare, neque obligare bona adventitia, in quibus pater habet uſumfructum. d §. 6. n. 68.

Filio familias condemnato ex contractu non poteſt fieri executio in bonis ipſius adventitiis, neque in proprietate, aut uſufructu. d. §. n. 59.

Filii in quacunque gleba terræ habent partem, & jus legitimæ, & inter æquales gradu æquali fit hæreditatis diviſio. 2. c. 3. n. 14.

Filius debet inſtitui à patre, etſi inſtitutus repudiaverit, legitimam habere non poteſt. ib. n. 21.

Filius Regis ſi repudiaverit ejus hæreditatem, Regnum devolvitur ad ſecundo genitum ib. n. 20.

Filii quomodo ſuccedant in regno? Vide verbo *Regnum*.

Filii, & deſcendentes Regis ſunt tertia ſpecies diverſa ab aliis Dominis, & ſubditis, 2. c. 8. n. 11.

Non præſumitur filius prius moriturus, quam pater. 2. c. 13. n. 10.

Filii quoad ſtatum matris conditionem ſequuntur. 2. c. 17. n. 34.

Filii nobilis genere, vel ex privilegio, ſi pater nobilitatem amiſit ob flagitia, quando nobilitatem, retineat, vel non; Vide verbo *Nobilitas*.

Filii naturales ex parte patris, vel matris quando nobilitate gaudeant? Vide verbo *Nobilitas*.

Filius ſuſceptus à nobili ex propria ancilla, mortuo patre conſequitur libertatem, & gaudet nobilitate paterna; niſi pater ſpecialiter eum reliquerit in ſervitute. d. c. 17. n. 75.

Filius ſuſceptus ex ancilla aliena conſequitur nobilitatem patris? ſi tempore mortis illius jam erat à domino manumiſſus, ſecus alias. ib. n. 76.

Filius quando præferatur tam in accuſando necem patris, quam in faciendo pacem: & an etiam exhæredatus præferatur hæredi ſcripto, & an etiam præferatur uxori? Vide verbo *Indulgentia, & indultum.*

Filii quando præferantur in accuſando, vel faciendo pacem ſuper nece patris. Et quando concurrant cum uxore, Vide verbo, *Uxor*, & verbo *Indultum.*

Filius minor quando poſſit valide remittere necem patris; Vide verbo *Minor*.

Et quid de filiis naturalibus, & ſpuriis. Vide verbo *Indultum.*

Filius, vel filia per Matrimonium exeunt à patris poteſtate de Jure Regio. 2. c. 18. n. 96.

Actio injuriæ illatæ filio emancipato, vel conjugato non competit patri. ib. n 97.

Pater quando poſſit remittere injuriam facta filio familias? Vide verbo *Pater*.

Filii ideo puniuntur ex delicto patris in crimine Læſæ Majeſtatis, quia hæreditarii criminis exempla metuuntur in filiis. 2. c. 29. n. 126.

Filius præſumitur ejuſdem affectionis & voluntatis ſicut pater. d c. 29. n. 127.

Filii puniuntur ob enormia delicta parentum, ut parentes arceantur à delictis d. c. 29. n. 128.

Parentes magis terrentur in filiis, quam in ſe ipſis. ib.

Pœna contra filios rebelles procedit tam in natis ante delictum patris, quam in natis poſt delictum d c. 29. 129.

Aliter filii, aliter nepotes appellantur. d. c. 29. n 131.

Filia in favorabilibus venit appellatione filiorum non verò in odioſis. d. c 29. n. 135.

Filii poſſunt petere ſuplementum legitimarum ex donatione facta inter virum, & uxorem valida à principio ſi bona donantis non ſufficiunt pro legitima. 1 præl. 2. §. 6 n. 45.

Filius-familias non poteſt donare inter vivos ſine patris conſenſu, neque arrhas promittere. 1. præl 2. §. 6. n 60.

Filius non habet jus pro legitima in vita patris. 1. præl. 2. §. 5 n. 13.

Filius-familias præſtando operas non tantum officiales, ſed artificiales, & alia ſervitia benemeritus dicitur erga patrem, ut valeat donatio erga patrem. d. §. n. 33.

Finis.

Finem ſi habemus non curamus de modo. 1. præl. 2. §. 2. n. 63.

Finis, à quo omnia regulantur, ſemper inſpiciendus eſt. 2. c. 13. n. 83.

Fiſcus.

Fiſcus aufert à marito, & uxore dotem, & donationem, ſi Matrimonium nullum fuit judicatum ob impedimentum juris, cujus vir, & uxor erant conſcii. 1. præl. 2. n. 84.

De jure fiſci nemò poteſt opponere agenti in judicio. ib. n. 86

Fiſcus non aufert donatum à milite concubinæ ſimplici, ſed ab ea, cum qua miles commiſit ſtuprum, ſeu adulterium. 1 præl. 2. §. 7. n. 20.

Fiſcus habet Judices ſpeciales, ad quos trahere poteſt omnes cauſas pendentes, quamvis ſint contra Clericos. 2. c. 20. n. 108.

Inſtantia an, & quando tranſeat in fiſcum? Vide verbo *Inſtantia*.

Fiſcus non tenetur de evictione in contractibus oneroſis, ad ſimplum, quamvis ejus procurator duplum promiſiſſet. 1 c. 3. n. 49.

Fœdera Pacis. Vide verbo *Pacis Fœdera.*

Formæ defectus etiam minimus vitiat actum. 1. præl. 2. §. 2. n. 57.

Forenſis.

Forenſis ligatur pœnis ſtatuti illius loci, in quo deliquit, quando delictum eſt punibile, & illicitum de jure communi. 2 c. 25. n. 71.

Fraus.

Fraudibus eſt obviandum. 2. c. 10. n. 133.

Non valet, quod in fraudem legis factum eſt. ib. n. 131.

Gravius eſt legi quam homini fraudem facere ib. n. 132.

Quando fraus legi fieri dicatur? Vide verbo *Lex*.

Fraudem qui legi facit, ejus auxilio non juvatur. ib n. 135.

Fructus.

Ad fructus condemnatur poſſeſſor à tempore quo eſt in mala fide. 2. c. 20. n. 19.

Fructus veniunt officio Judicis deſerviente actioni intentatæ. d. c. 20. n. 25.

Ut bonæ fidei poſſeſſor non teneatur ad fructus, ſufficit malam fidem habere. d. c. 20 n. 26.

Fructus bonorum, & reddituum quos dicimus *Tercas*. in donatione Regis pertinent in donatarium à die datæ ante expeditionem litterarum: dummodo expediantur, & tranſeant per Cancellariam. 1. c. 4. n. 12.

Generi

G

GEneri per ſpeciem derogatur. 2. c. 13. n. 88.
Specialis proviſio facit ceſſare generalem, & conſuetam. 2. c. 29. n. 119.

Gratia.

Gratia ſtat in lingua Principis, eo ipſo quod Princeps dicit, fiat, perfecta eſt. 1. c. 4. n. 1.
Diſtinguitur n. 10. & 11.
In reſcriptis gratiæ attenditur tempus datæ, ſeu conceſſionis, non vero tempus præſentationis. ib n. 2.
Gratia Principis ad ſui eſſentiam non requirit. ſcripturam, poteſt probari per teſtes. ib. n. 3.
Gratia ſtat in lingua Principis, in ſcriptura teſtimonium, in executione commoditas. ib. n 4
Gratia Principis non dicitur perfecta, dum non expediuntur litteræ & tranſeunt per cancellariam d. c. 4. n. 5.
Gratia ante expeditionem litterarum dicitur informis, & imperfecta, conceſſa ſub conditione, ſi litteræ expediantur; nec ante dicitur titulus canonicus. ib. n. 6.
Gratia à Principe prorogata circa bona Regiæ Coronæ ad aliam vitam extenditur ad filium, & non dicitur nova conceſſio. 2. c. 7. n. 48.
Supponere non debemus, quod in gratia, vel reſcripto non exprimitur. ib. n. 60.
Interpretatio gratiæ, vel privilegii pertinet ad Regem concedentem. d. c. 7. n. 61.
Gratia non extenditur, ultra quam loquitur. 1. c. 29. n. 90.
Ius aggratiati pendet à verbis gratiæ, & reſtitutionis, & tantum conſequitur reſtitutus, quantum ei per gratiam conceditur. ib. n. 91.

Gravamen.

De inſtrumento gravaminis ab interlocutaria cognoſcitur in ſenatu, ſi præſentetur intra triduum poſt lapſum terminum triginta dierum à Lege Regia præfixum. 1. præl. 2. §. 1. n. 115.
Gravari non poteſt, qui non fuit honoratus. 2. c. 3. n. 19.
Gravatus ſub conditione, ſi ſine liberis, ingreditur monaſterium capax bonorum, omne emolumentum pro ejus vita pertinet ad monaſterium. 2. præl. 2. §. n. 130.

Gubernator.

Gubernator in longinquis agens videns peregrinos Imperii ditionem vaſtare poteſt inconſulto Principe bellum ſuſcipere 2. c. 26. n. 121.
Gubernator poteſt bellum gerere Principe inconſulto adverſus eos, qui machinatur contra Principis Majeſtatem & Reipublicæ quietem ib. n. 112.
Cætera vide verbo *Bellum*, & verbo *Seditioſus*.

H

Hæreditas.

HÆreditas etiam ſine ullo corpore juris intellectum habet. Et ideo qui nulla bona habet, poteſt habere, & hæreditatem. 1. præl. 2. § 7. n. 40.
Hæreditas ut dicatur cum effectu, & debent adeſſe aliqua bona. d. §. 7. n. 46.
Per aditionem hæreditatis, poſſeſſionem adeptam transfertur dominium in adeuntem. 2. c 29. n. 60.
Hæreditas adita jam non dicitur patrimonium defuncti, ſed hæredis. ibid.
Hæreditas jacens perſonam defuncti repræſentat. 2. c. 31. n. 50.
Aditio hæreditatis ex eo tantum probatur, quod quis ſe alicujus hæredem nominet. d. c. 31. n. 56.
Hæreditas adita deſinit eſſe hæreditas, & efficitur patrimonium hæredis. 2. c. 31. n 49.

Hæres.

Hæres tenetur luere, ſolvere debitum rei cauſa mortis donatæ, vel legatæ 1. præl. 2. §. n. 62.
Qui caret deſcendentibus, & aſcendentibus poteſt extraneum hæredem inſtituere relictis conſanguineis. 2. c. 3. n. 13.
Hæres ut quis eſſe poſſit, debet eſſe Civis Romanus c. 29. n. 56.

Homo.

Hominis naturale eſt timore hominem, jacturam favoris, gratiam ipſorum. 2. c. 12. n 33
Liberi hominis pignoratio prohibetur à jure. 2. c. 30 n. 17.
Detentio liberi hominis in pactum deduci non poteſt, neque conventio commorandi præciſè in certo loco. ib. n. 18.
Liber homo, qui ad precium participandum ſeſe venundari paſſus eſt, efficitur ſervus. ib. n. 19.
Apud Chriſtianos moribus introductum eſt, ut qui ſe venundari paſſus eſt, non efficiatur ſervus ib. n. 20.

I

Impedimentum.

IMpedimentum proveniens ex facto partis facit, ut non currat tempus utile, neque tempus à jure vel ab homine præfinitum. 2. c. 13. n. 135.
Impedito agere non currit tempus. d. c. 13. n. 136.
Impedito facto judicis non currit tempus. d n. 136.
Impedimentum ut relevet, non requiritur partis proteſtatio. d. n. 1. 136.

Imperium.

Imperium non habet par in parem. 2. c. 24. n. 22.
Imperium nemo habet in ſeipſum. 2. c. 2. n. 9.

Importunitas.

Obtenta per minimam importunitatem nullitatis vitio laborant. 2 c. 13. n. 86.
Conceſſa per improbitatem, & importunitatem precum dicuntur fieri invito concedente, & non valent. ibid, n. 87.
Multa conceduntur à Principe propter importunitatem petentium quæ ille nec debuit, nec voluit concedere. ib. n. 86.
Teſtamentum factum ab uxore ad favorem mariti nullum eſt, ſi importunæ preces, & ſuaſiones intervenerint juncto metu reverentiali. ib. n. 87.
Non dicitur impoſſibile, quod pendet à voluntate Principis, qui ſolet concedere. 1. præl 2. §. 1. n. 96.
De impoſſibili conditione, vide verbo *Conditio*.

Incapax.

Incapax non conſtituit gradum, neque obſtat ſequentibus in gradu. 2. c. 29. n 57.
Habetur pro mortuo, & conſideratur, ac ſi non eſſet. ib.
Exiſtentia incapacis non facit deficere conditionem, ſi ſine liberis n. 58.
Incapaci legatum relictum intercidit: quamvis condemnatus reſtitui poſſit. ib. n 59.

Incola.

Incola dicitur, qui cum ſit advena, in civitate habet domicilium, quod animo permanendi conſtituit: vel ſi ibi habitavit per decennium, & de jure Regio per quadriennium. 2 c. 15 n. 37.
De differentia inter incolam exterum, & originarium Regni. vide ib. n. 38. & verbo *Exterus*

Indignus.

Præceptum teſtatoris de contrahendo Matrimonio cum perſo a indigna non valet; & conditio habetur pro non ſcripta, 1. præl 2. §. 1. n. 92.
Indigna quæ ad intentum dicatur perſona. ib. n. 93.

Indulgentia, & indultum delictorum.

Indulgentia habet vicem ſententiæ abſolutoriæ, & qui eam obtinuit à principe pro abſoluto habetur. 2. c. 18. n. 6
Abolitio differt ab indulgentia, quia delictum non extinguit, ſed inſtantiam judicii ſuſpendit d. c. 18. n. 7.
Duobus modis indulgentia delictorum conceditur, de quibus. ib. c. 18. n 8.
Indultum generale quibus modis concedi ſolet. d. c. 18. n 9.
Princeps ſine cauſa non debet delicta remittere. d. c. 18. n. 10.
Quando graviora delicta indulgentur, turbatur Reipublicæ gaudium, lætitia, & ideo indulto generali excipiuntur crimina graviora ib. c. 18 n. 12.
In generali indulto comprehenduntur tantum, qui partis remiſſionem impetrarunt d. c. 18. n. 13.
Indulgentia delictorum ut concedi valeat, requiritur remiſſio partis, quæ accuſavit, vel de delicto querelavit coram judice, licet accuſatio non fuiſſet proſecuta. d. c. 18. n 4
Ad concedendam veniam delicti non requiritur remiſſio declaratoris, qui tanquam de populo accuſationem inſtituit d. c. 18 n. 15.
Remiſſio officialis, qui querelavit, vel delinquentem accuſavit, neceſſaria eſt ad validitatem Principis indulgentiæ ſecundum aliquos d c. 18. n. 19.
Sed contraria ſententia verior. d. c. 18 n. 19.
Verba indulti loquentis de parte intelligenda ſunt in propria, & abſoluta ſignificatione d c. 18 n. 21.
Indultum non operatur ſine remiſſione delatoris quando conceſſum fuit poſt ſententiam, in qua illi pœna vel pars illius fuit applicata. d. c. 18. n. 25.
In indulto generali comprehenduntur etiam delicta, in quibus erat ſententia lata, & in judicatum tranſacta. d. c. 18. n. 27.
Indultum generale non extenditur ad delicta futura, d. c. 18. n. 27
Patris remiſſio non eſt neceſſaria, ſi indultum fuerit con-

 ceſſum

ceſſum propter bonum pacis, & utilitatem publicam. d. c. 18 n. 30.

Proponitur quæſitio: An ad obtinendum veniam delicti neceſſaria ſit partis remiſſio? Et fundatur opinio, quæ habet neceſſariam non eſſe d. c. 18. 31. & ſeqq.

Contraria ſententia verior eſt? Et proponuntur fundamenta d. c. 18. n. 33. & ſeqq.

Et confirmatur hæc opinio. d. c. 18. n. 35 & 37.

Venia delicti conceſſa à Principe de plenitudine poteſtatis ſine partis remiſſione ſervanda non eſt, tanquam vis tempeſtatis d. c. 18. n. 43.

Remiſſio partis, quæ tantum querelavit, & accuſationem non fuit proſecuta, requiritur ad validitatem indulgentiæ d. c. 18. n. 44.

Item illius, qui poſt querelam teſtes non adhibuit intra viginti dies juxta Regiam Ordinationem ib.

Item requiritur remiſſio partis oſtenſæ, quæ neque querelavit, neque denunciavit, ſed Judex per inquiſitionem ex officio contra reum proceſſum inſtituit. ib.

Princeps abſque peccato non debet remittere delicta ſine cauſa. d. c. 18. n. 46.

In remiſſione delictorum juſta cauſa debet intervenire, & quæ ſit juſta d. c. 18 n. 48

Major cauſa requiritur ad concedendam veniam delinquenti conſuetudinario. d. c. 18 n. 49.

Reiteratio delicti impedit gratiam ib.

In indulto generali non comprehenduntur delicta reiterata. d. c. 18 n. 50.

Venia delicti impetrata à principe nulla facta mentione de crimine reiterato nulla eſt. ib.

In ſupplicatione ad veniam fieri debet expreſſa mentio de geminato delicto, ac de qualitatibus illud aggravantibus. c. 18. n. 52.

Oſtenditur, quæ ſit legitima pars cujus remiſſio neceſſaria eſt ad impartiendam veniam delicti d. c. 18. n. 15.

Jus vindictæ, & faciendi pacem defertur jure ſanguinis, non hæreditario. ib. n. 54.

Filius tanquam proximior præfertur in accuſanda nece patris, & in faciendo pacem, etiam ſi ab hæreditate occiſi ſe abſtineat. ib. n. 55.

Filius & nepos occiſi præfertur hæredi ab eo ſcripto tam in vindicanda morte patris, vel avi, quam in faciendo pacem ſecundum communem opinionem. ib. n. 56.

Filius exhæredatus præfertur hæredi ſcripto in vindicanda nece patris. Et reprobatur opinio Fernandi Arias de Mejà dicentis contrarium ib. n. 57 & 58.

Uxor in accuſando, & faciendo pacem præfertur conſanguineis mariti occiſi: ut n. 61.

Et parentibus occiſi: ut n. 62.

Uxor an præferatur filiis mariti occiſi in accuſando, & faciendo pacem. Vide verbo *Uxor* Ubi plene

Si filius ſuſceptus ab uxore ex alio Matrimonio occiderit maritum, præferuntur uxori conſanguinei occiſi d. c. 18. n. 69.

Maritus in accuſanda nece uxoris præfertur conſanguineis, & ſi extant filii, concurret cum illis tam in accuſando, quam in faciendo pacem. ib. n. 71

Si maritus occiderit uxorem, & remiſſionem habuerit à filiis communibus minoribus ætate, non prodeſt ei remiſſio; quæ habenda eſt à proximioribus uxoris, ib. n. 72.

Quamvis contrarium teneat Farinacius; ut. n. 73.

Qui reprobatur. n. 74.

Amplia etiam caſu, quo uxoris occiſæ extant filii prioris Matrimonii plures ex homicida, qui omnes remiſſionem fecerunt; quia adhuc remiſſio non prodeſt. ib. n. 75.

Intellige, ſi filii ſint minores; Secus ſi majores, vel emancipati, qui habitant ſeorſum à patre; quies tunc remiſſio prodeſt? vel quando mater fuit occiſa propter adulterium. ib. n. 76.

Si mater occiderit maritum, valet remiſſio filiorum etiam minorum ad conſequendam veniam à Principe ib. n. 77.

Proponitur quæſtio, An filius occiſi minor poſſit valide remittere offenſam, & An remiſſio, tutori cæteris conſanguineis accuſandi via m præcludat? ib. n. 78.

Minor pubes remiſſionem facere poteſt cum authoritate curatoris: impubes major infante cum tutore, & curatore: ſi vero ſit infans, ſolus tutor remittere poteſt. ib. n. 79. 80. & 81.

Filii naturales, & ſpurii deficientibus legitimis poſſunt accuſare, & remittere necem patris, & præferuntur aſcendentibus, & conſanguineis. ib. n. 86.

Monacho occiſo, qui habebat filium, præfertur monaſterium in accuſando, vel committendo. d. c. 18. n. 87.

Et è contra, ſi filius monachus fuerit occiſus, monaſterium præfertur patri. ib

Pater an poſſit remittere injuriam factam filio eo invito; Vide verbo *Pater* & verbo *injuria*.

Impetrata delicti indulgentia à Principe prævia remiſſione conſanguinei proximioris occiſi, remotiores accuſare non poſſunt. ib. n. 99

Et vide verbo *Accuſatio*, & verbo *Remiſſio*.

De remittente delictum ſub conditione, quod in inſulam relegetur. Vide verbo *Remiſſio* Ubi plenè.

Filius, vel conſanguineus, qui pecuniam accepit pro remiſſione mortis defuncti an creditoribus teneatur, vel dicatur adire hæreditatem? Vide verbo *Remiſſio*.

Princeps poteſt remittere delicta, & commutare pœnas pro pecunia. d. c. 18. n. 124.

Dum pœnæ delictorum venduntur, multa oriuntur mala, & in atrocioribus non debent facilè remiſſiones concedi. ib. n. 125.

Indultum generale comprehendit reum plurium criminum ad hoc, ut in uno procedat indultum, in aliis non juxta formam indulti. ib. n. 126.

Princeps poteſt remittere delicta ſine concordia partis in caſu neceſſitatis, vel utilitatis publicæ. ib. n. 127.

Intellige, ut non ſufficiat quælibet cauſa publicæ utilitatis; niſi ſit talis, ut aliter publicæ utilitati, vel neceſſitati occurri non poſſit: ut exemplificatur in cauſa pacis vitandi ſcandali, & cauſa meritorum ſingularium delinquentis. ib. n. 118.

Remiſſio partis non eſt neceſſaria ad obtinendam gratiam contraventionis exilii, ad quod delinquens fuit condemnatus ib. n. 129.

Infideles.

Infidelium genus triplex eſt; de quo 2 c. 26. n. 27. 28 & 29.

Turcæ ſunt acerrimi hoſtes Chriſtianorum, & odio habent Chriſtum, & ejus Eccleſiam. ib. n. 28.

Inferior.

Ordo naturæ non patitur, ut inferior dominetur ſuperiori, minor majori. 2. c. 14 n. 22.

Inferior, qui ſine juſſu Principis bellum gerit, & exercitum comparavit, crimen læſæ Majeſtatis committit. 2 c. 26 n 4.

Ingrati actio nulla prodita eſt in jure. Vide verbo, *Actio*.

Propter ingratitudinem revocari poteſt donatio. 1. præl. 2. n. 16. & 17. Et vide verbo *Donatio*.

Injuria.

Pro injuria facta filio familias an & quando pater agere poſſit, vel eam remittere? Vide verbo *Pater*,

Pro injuria facta uxori agere poteſt maritus, & eam remittere. 2. c. 18. n. 95 97. 98.

Innocens.

Innocentes non poſſunt puniri vexarique ob culpam ſui Principis. 2. c. 27. n. 10.

Innocentes aliquando puniuntur non dicta culpa d. c. n. 13.

Et poſſunt bonis privari; quia pars Reipublicæ ſunt. ib.

Inquiſitor.

Inquiſitores contra hæreticam pravitatem conveniuntur in judicio ſæculari pro juribus Regalibus, & non debent inferre moleſtiam exactoribus. 2. c. 34. n. 13.

Inſignia.

Inſignia Regis ſunt de ſupremis Juribus Regalibus. 2. c. 5. n. 1.

Conſiſtunt in Corona, Sceptro, Solio, Enſe, & Purpura ibid.

De Ducis inſignibus, & quibus utantur Duces in Hiſpania, & Luſitania 2. c. 6. n. 27.

Ad Regem tantum ſpectat jus concedendi inſignium, & armorum honorem. 2. c 17. n. 94.

Cui Rex inſignia, & arma conceſſit, tacite efficitur nobilis. d. n. 94.

Inſinuatio.

Inſinuatio requiritur in donatione ſimplici excedente valorem quingentorum ſolidorum 1. præl. 2. n. 29 & c. 3. n. 29

Inſinuatio quando requiratur in donatione ſimplici, & miſſione debiti, vel renunciatione? Vide verbo *Donatio ſimplex*.

Inſinuatio fieri non poteſt poſt quam fuit oppoſitum de nullitate 1. præl. 2. n. 29.

Inſinuatio fieri non poteſt poſt mortem donatoris. ib. n 30.

Inſinuatio quando requiratur in donatione ob benemerita? Vide verbo *Donatio remuneratoria*.

Inſinuatio non requiritur in donatione reciproca. 1. præl. 2. n. 53.

Inſinuatio non requiritur in donatione cauſa mortis 1. præl. 3. n. 109. Neque in donatione Principis Vide verbo *Donatio Principis*.

Ad quid fuerit introducta 2. c. 3. n. 20.

Requiritur in donatione ſimplici, quæ incipit valere à die inſinuationis, non à die donationis. d. c. 3. n. 31.

Fieri nequit poſtquam oppoſitum eſt de nullitate, ob illius defectum. d. c. 3 n. 32.

Poteſt

Poteſt fieri ex intervallo poſt factam donationem, ſi donator conſentiat. d. c. 3. n. 33.
Non poteſt fieri poſt mortem donatoris. d. c. 3. n. 34.
Non requiritur in donatione cauſa dotis. ib. n. 35.
Non requiritur in donatione facta à patre cauſa matrimonii. d. c. 3. n. 36.
Et quid ſi fiat ab extraneo. d. c. 3. n. 36.
Non requiritur in donatione ob cauſam, & in donatione ob benemerita intra valorem meritorum, ſeu cauſæ. ib. n. 37.
Non requiritur in donatione, cui onus eſt injunctum explicandum de futuro ib. n. 38.
Neque in inſtitutione majoratus cum onere ferendi nomen, & arma. ib. n. 38.
Inſinuatio non requiritur in donatione ad alimenta. d. c. 3. n. 38.
Neque in donatione ſcholari facta cauſa ſtudii. ib. n. 39.
Inſinuatio de jure communi fiebat coram judice competenti, quando redigebatur ad ſcripturam ib. n. 40.
Item ſufficiebat, quod fieret apud acta. ib. n. 40.
Et quid de jure Regio ib. eod. n.
Inſinuatio non requiritur in donatione facta Regi à privato. ib. n. 41.

Inſtantia.

Inter inſtantiam, cauſam, & litem datur differentia. Et quid ſit inſtantia, declaratur. d. c. 20. n. 2.
Aliud eſt inſtantiam eſſe deſertam, aliud cauſam principalem. d. c. 20 n. 5.
Inſtantia perempta, cauſa non dicitur extincta. d. c. 20. n. 6.
Inſtantia de jure civili perimitur; ſi ultra triennium ſententia non feratur. d. c. 20 n. 7.
Poſt peremptam inſtantiam ſententia lata eſt ipſo jure nulla. d. c. 20. n. 8.
Inſtantia de jure Canonico perpetua eſt d. c. 20. n. 9.
Inſtantia ſi perimatur, de jure civili per lapſum temporis quatuor modis inſtaurari, de quibus, ib. n. 10.
Inſtantia in hoc Regno perpetua eſt d. c. 20. n. 11.
Inſufflatio ſpiritus vitæ ex gratia Principis ad inſtaurandam inſtantiam in hoc Regno non eſt neceſſaria. d. c. 20. n. 12.
Jus inſtaurandi cauſas reſpectu inſtantiæ non procedit in Regno, & ſolum habet locum in caſibus, in quibus condemnatus appellationem omiſit vel quando appellavit, & appellationem non fuit proſecutus? aut appellatio deſerta fuit judicata; tunc enim in ſenatu Palatino, audita parte conceditur reſcriptum, ut gravatus poſſit appellare, vel proſequi appellationem deſertam. d. c. 20. n. 13.
Rex concedit reſcriptum ad appellandum à ſententia quæ tranſivit in rem judicatam d. c. 20. n. 14.
Inſtantia perimitur, quando proceſſus per ſemeſtre fuit penes Advocatum: quo caſu non requiritur nova citatio. d. c. 20. n. 15.
Non requiritur ad inſtaurandam inſtantiam citatio uxoris, quando proceſſus fuit per ſex menſes, ſi uxor in principio litis fuit citata. ib.
Si proceſſus fuit penes Judicem per anni ſpatium, non eſt neceſſaria nova partis citatio. d. c. 20. n. 16.
Proponitur quæſtio, An perempta inſtantia in actione reali poſt litem conteſtatam, ſi poſtea fuerit inſtaurata, & ſequatur condemnatio fructuum à tempore litis conteſtatæ teneatur reus ſolvere fructus à tempore primæ litis conteſtationis, vel à tempore inſtauratæ inſtantiæ. d. c. 20. n. 17.
Referuntur. DD. qui tenent fructus deberi à prima litis conteſtatione: & hujus partis ſubjiciuntur fundamenta. d. c. 20 n. 18. & ſeqq.
Contraria ſententia, quæ habet non deberi fructus, niſi à tempore reſtauratæ inſtantiæ. d. c. 20. n. 22.
Quæ probatur ſententia Senatus ut n. 26. 27. & 28.
Malæ fides cauſata ex litis conteſtatione non eſt vera, ſed ficta. d. c. 20. n. 23.
Perempta inſtantia expirat judicis officium d. c. 20. n. 25.
Inſtantia, cauſa, & lis tranſeunt in hæredem tam active, quam paſſive. d. c. 20. n. 30.
Inſtantia tranſit in hæredem in eodem ſtatu, quo erat tempore mortis defuncti d. c. 20. n. 31.
Inſtantia ut tranſeat in hæredem, non requiritur litis conteſtatio cum defuncto; ſed ſufficit citatio, vel libelli datio ibid.
Si plures ſunt hæredes defuncti, unum omnes tenentur conſtituere procuratorem d. c. 20. n. 32.
Inſtantia non tranſit in hæredem ipſo jure, quia mortuo uno ex litigatoribus ſtatim ceſſat inſtantia d. c. 20. n. 33.
In Regno citantur hæredes, & proponuntur articuli, quos vocamus *de Habilitaçaon*, ſuper quibus judex interponit decretum declarans inſtantiam tranſire in hæredes. d. n. 33. 34.
Inſtantia tranſit in Clericum hæredem laici in eodem ſtatu, & proſequenda eſt coram judice laico. d. c. 20. n. 35.
Inſtantia cœpta cum defuncto non tranſit in hæredem, quando morte actoris, vel rei actio perit. d. c. 20. n. 38.
Inſtantia in privatis delictis, lite conteſtata cum defuncto tranſit in hæredem. d. c. 20. n. 39 & 40.
Inſtantia ut tranſeat in hæredem in publicis delictis, non ſufficit litis conteſtatio, ſed requiritur condemnatio in vita delinquentis, alias extinguitur delictum. d. c. 20. n. 41.
Intellige ſi ſententia condemnatoria in vita delinquentis tranſeat in rem judicatam; ſecus ſi ab ea defunctus provocavit, & pendente appellatione, vel intra tempus ad appellandum reus mortuus eſt; quia tunc lis, & condemnatio extinguitur d. c. 20. n. 42.
Si reus in vita appellavit, & mortuus eſt, in publicis judiciis ſolvitur judicium, & extinguitur delictum tam quoad pœnam corporalem, quam quoad bonorum confiſcationis pœnam. ib. n. 44.
Proponitur contraria opinio, quæ habet inſtantiam tranſire in hæredes quoad pœnam confiſcationis, aut pecuniariam; ſive reus in vita appellaverit, ſive non. ib. n. 46.
Conciliantur opiniones, ut prima procedat in criminibus, quibus non ſolum imponitur pœna corporalis, ſed etiam pœna confiſcationis bonorum in conſequentiam delicti: tunc enim mortuo reo pendente appellatione judicium ſolvitur quoad utramque pœnam. d. c. 20. n. 47.
Secunda verò opinio procedit, quando pœna confiſcationis non eſt impoſita à lege, ſed judex ultra pœnam corporis condemnavit reum in amiſſione bonorum, vel aliqua Pœna pecuniaria; quia tunc mortuo reo pendente appellatione extinguitur judicium quoad pœnam corporalem, ſed remanet examen quoad pecuniariam: Et ſic appellationis tranſit inſtantia in hæredem. ib. n. 48.
Idem ſi Judex principaliter condemnavit reum in pœna confiſcationis delictis. ex quibus in conſequentiam pœna confiſcationis à lege imponitur, quia tunc mortuo reo adhuc inſtantia tranſit in hæredem. ib. n. 50. & 55.
Refertur opinio Caldas Pereyr. n. 49.
Quæ reprobatur n. 50. 53. & 54.
In privatis delictis, quando agitur civiliter inſtantia cœpta cum defuncto tranſit in hæredem. ib. n. 61.
Si verò actum ſit criminaliter, mortuo reo poſt litem conteſtatam ante ſententiam non tranſit inſtantia in hæredem. ib. n. 62.
Inſtantia tranſit in hæredem in criminibus exceptis in quibus morte rei non extinguitur delictum. ib. n. 63. & n. 70.
Et quæ ſint crimina excepta? Vide verbo *Delictum*.
Inſtantia non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. ib. n. 75.
Intellige, ut inſtantia in actionibus perſonalibus non tranſeat in ſingularem ſucceſſorem. ib. n. 78.
Secundo intellige, ut inſtantia non tranſeat in ſingularem ſucceſſorem voluntarium: in neceſſarium verò ſic. ib. n. 79.
Et quis ſit ſucceſſor neceſſarius? Vide n. 80. & 81. Inſtantia tranſit in ſingularem ſucceſſorem, qui ſuccedit in re ſuper qua vertitur litigium ex judicis adjudicatione; vel ad quem res de neceſſitate debet tranſire invito actore: vel quando actio erat communis duorum, & in unum fuit conſolidata. ib n. 80.
Ut inſtantia tranſeat in ſingularem ſucceſſorem ſufficit, quod ex juris neceſſitate res, vel actio ad aliquem pertineat. Et ponitur emphyteuſis accepta à patre pro ſe, & filio. ib. 8.
Inſtantia cœpta à patre tranſit in filiam, quando actio de dote conſolidatur in ipſius perſona ib. n. 83.
Idem inſtantia cœpta per patrem pro repetenda dote adventitia filiæ ib.
Inſtantia litis motæ contra patrem ſuper nobilitate tranſit in filium, licet non ſit hæres patris. ib. n. 84.
Inſtantia litis tranſit à reſignante in reſignatarium Beneficii, qui illam proſequi debet in eodem ſtatu & coram eodem judice. ib. n. 86.
Inſtantia litis motæ ſub nomine dignitatis, adminiſtrationis, officii, vel Beneficii cœpta cum poſſeſſore, tranſit in ſucceſſorem tam active, quam paſſive. ib n. 87.
Inſtantia cœpta cum poſſeſſore majoratus tranſit in ſucceſſorem: prout cœpta cum feudatario tranſit in ſucceſſorem feudi. d c. 20. n. 89.
Inſtantia cœpta cum defuncto tranſit in fideicommiſſarium univerſalem hæreditate reſtituta ib. n. 90.
Jus inſtantiæ ceſſibile eſt. ib. n. 76.
Inſtantia ut tranſeat in ceſſionarium, requiritur ſpecialis

ceſſio, vel adeo generalibus verbis facta, ut comprehenſa intelligantur: vel ſi ceſſionarius conſtituatur in locum cedentis ib. n. 77.
Inſtantia cœpta cum hærede gravato non tranſit in fideicommiſſarium ſine ceſſione ib. n. 91.
Proponitur quæſtio, An inſtantia cœpta cum hærede gravato ſuper actione reali tranſeat in fideicommiſſarium. Et referuntur opiniones contrariæ. ib. n. 92.
Author ſequitur doctrinam Bartoli aſſerentis inſtantiam cum gravato ſuper actione reali intentata occaſione fideicommiſſi tranſire in hæredem. d. c. 20. n. 93.
Inſtantia tranſit paſſive in ſucceſſorem ſingularem voluntarium, ſi res, ſuper qua judicium pendet, effecta fuit litigioſa. ib. n. 95.
Inſtantia tranſit in quemlibet ſucceſſorem univerſalem, licet titulo ſingulari ſuccedat: & proponuntur exempla. ib n. 96.
Inſtantia tranſit in patrem, qui occupavit bona peculii filii familias ib n. 97.
Inſtantia tranſit in donatarium omnium bonorum, jurium, & actionum ib. n. 98.
Intellige, in actionibus, non in perſonalibus. ib.
Inſtantia cœpta cum proprietario tranſit in uſumfructuarium active, non paſſive ib. n. 104.
Inſtantia non tranſit in fiſcum active. ib. n. 105.
Limita, quando fiſcus ſucceſſit privato poſt ſententiam latam in prima inſtantia, ſi cauſa devoluta eſt per appellationem. d. c. 20. n. 106.
Rejicitur diſtinctio Petr. Barboſ. ib. n. 107.
Inſtantia cœpta cum fiſco tranſit in reum reſtitutum ex gratia. ib. n. 109.
Inſtantia realis tranſit in ſingularem rei ſucceſſorem. ib. n. 100.
Inſtantia cœpta cum patre ſuper filiatione non tranſit in hæredes patris. ib. o. 115.

Inteſtatus.

Inteſtatus cenſetur relinquere bona venientibus inteſtato. præl. 2. §. 7. n. 74 & 2. c. 13. n. 25.
Et hæc bona pertinent ad proximiores ſine aliquo onere. 2. c. 31. n. 57.
Inteſtatus videtur alienare venientes ab inteſtato. ib d.
Judex Eccleſiaſticus nihil decernere poteſt circa bona eorum, qui deceſſerunt ab inteſtato, ut ex illis certa quantitas erogetur in ſuffragiis, & operibus piis pro anima defuncti. d. c. 31. n 58. 59.
Neque Eccleſiaſticus, neque Proviſor laicus poteſt aliquid diſponere circa bona inteſtati. d. c. 31. n. 59.
Judex parrochianum poteſt deducere, quod ſibi videtur ad ſuffragia pro anima defuncti ad inteſtatum juxta conſuetudinem, & vires patrimonii. d. c. 31. n. 61.
Eccleſiaſticus verò non poteſt intromittere, ut Videat an expenſum ſit, quod à Judice fuit ſeparatum. ib.
Inſtitutio cum onere fideicommiſſi, vel alio cenſetur teſtator illi relinquere voluiſſe tantum minus, quantum eſt in gravamine. 2 c. 16. n 18.
Inſtrumentum contractus conditionalis fit purum, & liquidum, ut pro eo procedatur via executiva, quando conſtat ex alio inſtrumento de conditionis implemento. præl. 2 n. 78.

Interdictum.

Interdictum quorum legatorum non pertinet ad donationes cauſa mortis. præl. 2. §. 3 n. 39.
Interdictum quorum legatorum competit adverſus legatarium, qui propria authoritate rem legatam occupavit. ib. n. 40.
Hæc privationis pœna receſſit ab Aula. 1. n. 41.
Ceſſat interdictum, ſi legatarius occupavit rem legatam de licentia teſtatoris. & poſſeſſio erat vacua. ib. n 41.
Licentia teſtatoris ſufficit tacita. ib. n. 43.
Teſtatoris licentia non operatur, hæres jam apprehendiſſet rei legatæ poſſeſſionem. ib. n 44.
Neque ſi conſtat, vel dubitatur hæredi aliquam detentionem competere ib n. 45
Quando licentia à teſtatore conceſſa intelligatur? Remiſſive. ib n 46.
Interdicta reſtitutoria ſunt in rem ſcripta. 2. c. 26. n. 112.
Remedia poſſeſſoria tranſeunt in ſingularem rei ſucceſſorem abſque ceſſione 2. c. 20. n. 111.
In interdicto uti poſſidetis non eſt neceſſaria tituli probatio. 2. c. 32.

Interpellatio.

Interpellatio non requiritur ad implementum conditionis, ſecus quoad modum. 11. præl. 2. §. 1. 39. vide verbo. *Mora.*
In caſibus, in quibus neceſſaria eſt Interpellatio, licitum eſt purgare moram ante litem conteſtatam in modicum tempus. præl. 2. §. 1. n. 103.
Intellige, ſi tria concurrant, de quibus ibid. nu. 104. & ſeqq.
Et vide plenius verbo *Mora.*
Interpellatio, ut operetur, debet fieri congruo loco, & tempore ib. n. 118.
Interpellatio non eſt neceſſaria in cauſa minoris ib. n. 120. Intellige: ut n. ſeqq.

Interpretatio.

Interpretari legem dubiam ſolus Princeps poteſt. c. 10 n. 26
Interpretari ejus eſt, cujus eſt condere. ib. n. 26. & 27.
Intellige, quando agitur de poteſtate; vel intentione Principis, aut ejus intereſſe: Secus ſi agatur de ſubreptione, vel obreptione, aut modica dubietate, quia tunc judex interpretatur. d. c. 10. n. 27. 28.
Interpretationem particularem, quæ deſervit ad deciſionem cauſæ occurrentis, quilibet Judex facere poteſt d. c. 10. n. 32.
Ordinationes hujus regni interpretari prohibentur & quomodo eas interpretari liceat. ib. n. 34.
Interpretatio Ordinationum quæ Senatoribus permittitur in Ordin. lib. 1. tit. 5. §. 5. habet locum in interpretatione extenſiva? non vero interpretatione comprehenſiva ib. n. 35.
Interpretatio, quæ ex re eſt, & non extra rem, non excluditur ab Ordinatione. ib. n. 36.
Non excluditur interpretatio doctrinalis, ſed frivola intrinſeca, & intellectualis ib. n. 36. & 37.
Non excluditur ab Ordinatione interpretatio, quæ elicitur ex diſpoſitione aliquarum legum: vel juris communis. ib. n. 38.
Interpretatio legis reſultat ex ſententia lata coram Rege, & ab eo ſignata quoad deciſionem aliarum cauſarum. ib. n. 40.
Intellige, ſi ipſe Rex de cauſa cognovit à ſeculari ut. n. 41.
Interpretatio circa intellectum legis bona eſt, quæ poſt legem fuit ſubſecuta per continuam obſervantiam. 2. c. 10. n. 48.
Non eſt neceſſe, quod obſervantia interpretativa ſit præſcripta. ib. n. 49.

Intruſus

Intruſus dicitur, qui habet beneficium ab eo, qui non habebat conferendi poteſtatem. 2. c. 32. n. 78.
Intruſus dicitur poſſidens Beneficium de facto, & injuſte alteri ablato. ib. n. 79.
Intruſus eſt qui abſque Diœceſani, alteriuſve Superioris conſenſu, vel authoritate poſſeſſionem apprehendit. ib. n. 80.
Intruſus cenſetur, qui ſine titulo canonico, vel per vim ingreſſus eſt poſſeſſionem beneficii ib. n. 81.
Intruſus eſt, qui litteris non expeditis Beneficii poſſeſſionem occupavit. ib. 82.
Dicitur intruſus qui ſine titulo propria authoritate Beneficii poſſeſſionem fuit adeptus. ib. n. 83.
Intruſus eſt, qui reſignavit Beneficium, & poſt reſignationem retinet illud. ib n. 84.
Intruſus eſt qui poſtquam fuit electus, ante confirmationem adminiſtravit. ib. n. 86.
Intruſus dicitur, qui ſe intruſit in Beneficio ſine electione, vel ex electione, non canonica; puta minoris partis votantium. Ib. n. 87.
Intruſus dicitur, qui notorie nullum jus habet in Beneficio; quia titulus per ſententiam nullus fuit declaratus. ib. n. 88.
Intruſus eſt qui habet poſſeſſionem Beneficii nondum vacantis, puta hominis viventis ib. n. 89.
Intruſus non eſt expellendus à poſſeſſione Beneficii non citatus? niſi notorie conſtet ex actis eſſe intruſum, & nullam ei defenſionem competere. ib. o. 90.

Inventarium.

Inventarium bonorum Clerici, qui laicos hæredes inſtituit poſt aditam hæreditatem pertinet ad judicem ſæcularem: & ita judicatum. 2. c. 31. n. 49.
Si inventarium fiat, antequam à laico ſit adita hæreditas, pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, dum hæreditas eſt jacens. d. c. 31. n. 50.
Debet tamen Eccleſiaſticus remittere inventarium, ad ſæcularem, ſimulatque laicus comparet & eſſe hæredem confitetur. d. c. 31. n 52.
Idem dicendum caſu, quo Clericus ab inteſtato deceſſit, & laicus declarat velle adire hæreditatem: quia nunc inventarium pertinet ad judicem ſæcularem; ſecus ſi fiat ante aditam. d. c. 31. n. 53. & 55.

Juramentum.

Juramentum ſemper intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus. 2. c. 10. n. 32.
In omni juramento ſemper cenſetur excepta authoritas legis tam Canonicæ, quam Civilis; ſi datur publica utilitas. ib. n. 31.

Juramentum appoſitum in donatione cauſa mortis non alterat ejus naturam; niſi donator promiſerit eam non revocare. præl. 2. §. 2. n. 21.

Judex.

Electio Judicum, & decurionum pertinet ad populum, non ad Dominum juriſdictionis 2. c. 12. n. 15.
Judices, & Officiales electi à populo non poſſunt juriſdictionem exercere, niſi obtenta confirmatione à Præſide Provinciæ, vel à Senatoribus Palatii d. c. 12. n. 13.
Judices ordinarii electi non à populo, ſed à Rege juriſdictionem accipiunt. d. n. 13.
Judices electi, & Decuriones ad annum tantum inſervire poſſunt d. c. 15. n. 14.
Judices Ordinarii, vel Foranei, & Præſides provinciarum non poſſunt in Regno pœnas ordinarias delicto impoſitas per ſuas ſententias executioni mandare; ſed lata ſententia tenentur appellare ad ſenatum d. c. 15. num. 16.
Judex debet habere duplicem ſalem, ſcilicet ſcientiæ, & conſcientiæ in mente ſua ſecundum Baldum. d. cap. 12. num 23.
Judex debet eſſe peritus ſcientiæ legalis, & habere notitiam boni, & æqui. d. c. 12. n. 24.
Judicis ignorantia maximum Reipublicæ refert detrimentum. d. c. 12. n. 25.
Et eſt calamitas innocentis. d. n. 25.
Judex omni tempore, & ætate ſtudiis debet incumbere. d. n. 25.
In Judice non ſolum ſcientia, ſed etiam experientia deſideratur. d. c. 12. n. 26.
Judex habere debet fortitudinem, & patientiam d. c. 12. n. 33.
Peccat mortaliter, qui ſe impotentem agnoſcit ad reſiſtendum potentioribus, & judicandi muneri ſe ingerit. d. c. 12. n. 34.
Judex debet eſſe incorruptus, à receptione munerum ſe abſtinere. d. c. 12. n. 44.
Judex, qui procedit juris ordine non ſervato, ſpoliare dicitur. 2. c. 2. n 122.
Judex laicus exequitur ſententiam à ſe latam contra Clericum. 2. c. 40. n. 30.
Judex laicus non poteſt facere executionem in bonis Eccleſiæ poſſeſſis per Clericum à ſe condemnatum. d. c. 20. n. 37.
Ubi non eſt copia Judicis, poteſt quis ſibi ipſi jus dicere. 2. c. 26. n. 120.

Juriſdictio.

Juriſdictio non venit in generali conceſſione caſtri. 2. c. 7. n 53
Juriſdictio eſt qualitas ſeparata à caſtro. ib. n. 58.
Per ſupremam Principis juriſdictionem explicantur ſupremæ poteſtatis effectus, in qua ſuprema quoque juriſdictio continetur 2 c. 8. n. 1.
Juriſdictio ſuprema Principis, quam populus in eum tranſtulit, revocari nequit; niſi ex cauſa, ſi Rex poteſtate abutatur ib. n. 2.
Suprema juriſdictio Principis ſuperioritatem conſervat, & ita affixa eſt oſſibus Regis, & Coronæ; ut neque tacitè, neque expreſſe poſſit à Rege abdicari, neque inferioribus concedi ib. n. 3.
Conſiſtit in mero Imperio, & in componendis litibus, puniendis delictis, & vigilantia in ſubditos ib. n. 4.
Suprema juriſdictio eſt ipſa forma, & eſſentia Majeſtatis ib. n 5.
Juriſdictio omnis intra fines Regni pertinet ad Regem; quamvis populi ſint diverſi. ib. n. 6.
Juriſdictionem exercere nemo poteſt in Regno ſine ſpeciali conceſſione; quia omnis à Principe dimanat tanquam domino juriſdictionem. ib. n. 8.
In Regno juriſdictionalia ſunt Regii reſervata ib.
Juriſdictio ſuprema numquam intelligitur conceſſa, etiamſi generaliſſimis verbis donatio concipiatur. ib. num 9.
Et vide de materia verbo *Donatio Principis*.
Intereſt Reipublicæ, quod omnis juriſdictio ſit penes unam Majeſtatem, à qua derivatur in omnes, tanquam à fonte. 2. c. 12. n. 10.
Juriſdictionem etiam minimam nemo habere poteſt niſi à Principe non recognoſcente Superiorem, ſive immediatè, ſive mediatè d. c. 12. n. 11.
Cum juriſdictione conceſſa à Principe alicui non poteſt Donatarius conſtituere Judicem Foraneum, neque Judices, aut tabelliones ejus nomine poſſunt vocari, niſi in donatione id expreſſe caveatur. d c 12. n. 12.
Juriſdictio acquiritur per immemorialem præſcriptionem. 2. c. 33. n. 34.

Jus.

Juris tertii allegatio admittitur, quando jus tertii eſt excluſivum juris agenti. 2 præl. 2. numer. 87
Juris tertii allegatio, quod pendet ab ipſius voluntate, non admittitur eo nolente. ib. n. 88.
Jus tertio quæſitum ex donatione eo invito non poteſt revocari. 1. præl. 2. §. 1. n. 153. & 154.
Jus tertio quæſitum etiam in ſpe non poteſt revocari ſine ejus conſenſu. ib. n. 158.
Jure dantis reſoluto reſolvitur jus accipientis. 1. præl. 2. §. n. 74.
Jus accreſcendi non habet locum in contractibus d. 1. c. 3. n. 21.
Limita in donationibus Principis. ib. n. 52.
Jus à juſtitia appellatur, & ex juſtitiæ fontibus dimanat. 2. c. 1. n. 1.
Apud priſcos prior fuit ipſa juſtitia, & juſtæ actiones, quam jura & juſta. ib. 2.
Nomen ejus aliquando juris prudentiam ſignificat. ib.
Nomen ejus accipitur pro quadam facultate morali, quam quiſque habet circa rem ſuam, vel ſibi debitam. d. c. 1. n. 3.
Declara exemplo juris emphyteutici, & juris patronatus. ib n. 4.
Jura, & actiones non continentur appellatione bonorum mobilium. ib n 4.
Jura Regiæ Coronæ Regalia denominantur, & unde dicta ſint. d. c. 1 n. 5.
Jura Regalia, quæ dicantur Vide verbo *Regalia*.
Jura prædiorum dicuntur ſervitutes. d. c. 1. n. 3.
Jura, & actiones continentur in ſimplici appellatione bonorum. 2. c. 7. n. 47.
Item etiam emphiteuſis. ib
Jus gentium apud omnes dicitur jus naturale; quia ratione naturali indictum. 2. c. 11. n. 5.
Contra jus naturales, gentium Princeps leges condere nequit. ib. n. 6 & 7.
Jura ſanguinis ſunt immutabilia: 2. c. 17. n. 58.
Jura, & actiones tranſeunt in hæredem adita hæreditate. 2. c. 20. n. 29.
Jus adeundi non eſt in bonis. 2. c. 29. n 67.

Juſtitia.

Juſtitia eſt omnium virtutum præclariſſima. 2. c. 12. n. 21.
Et vide ibi plura de laudibus juſtitiæ.
Nihil magis Principem decet quam juſtitiam colere, & ſua unicuique jura ſervare; quia ſine juſtitia nihil poteſt conſiſtere d. c. 12. n. 22.
Juſtitiæ adminiſtratio magis neceſſaria eſt, quam belli. d. n. 22.
Juſtitiam colere & ſua cuique jura ſervare eſt in Regibus ſummum bonum. 2. c. 32. n. 5.
Juſtitia firmat ſolium. ib.
Remota juſtitia, Regna ſunt nihil aliud, quam magna latrocinia. ib.
Juſtitiam Princeps facere tenetur ratione officii. ib. n. 6.

Juvenes.

Juvenes præponere gubernationi Reipublicæ periculoſum eſt, ſed non reprobatur, quod in Senatu inter ſenes admittatur unus, vel alter venit. 2. c. 12. n. 32.

L.

Laicus.

LAici nullam habent juriſdictionem in Clericos, & Eccleſiam. 1. c. 10. n. 73.
Leges ſeculares circa Clericos, vel Eccleſiam non valent ex defectu poteſtatis. ib. n. 74.

Læſio.

Læſionis remedium competit in donatione remuneratoria, quando æſtimatio rei excedit valorem meritorum vel cauſæ. præl. 2. n. 14.
Læſionis remedium non habet locum in donatione ſimplici. ib.
Niſi donatio fuerit omnium bonorum; quia ex enormiſſima læſione reſcindi poteſt. ibid.

Legatarius Legatum

Legatum relictum à conjuge, qui ſciebat impedimentum, alteri ignoranti, & habenti bonam fidem, valet, & quæritur legatario. 1. præl. 2. n. 90.
Secus in donatione. ib. n. 91.
Legatum factum à conjuge ignaro impedimenti alteri ſcienti non valet, & remanet apud hæredem. 1. præl. 2. n. 29.
Legatum relictum civitati ad celebranda ſpectacula in memoriam teſtatoris non cedit lucro hæredis. ſed convertitur in alios ludos, ſi illi non poſſint celebrari. 1. præl. 2. §. 1. n. 21.
Legatum, ut nubat, vel donatio multum refert an ſit modalis, vel conditionalis? Quia ſi eſt conditionalis,

non poteſt peti ante nuptias; ſi modalis ſtatim peti poteſt præſtita cautione de nubendo. ib. n. 53.
Inter legatum factum pro dote, vel cauſa dotis alicui puellæ, & inter legatum relictum Mæviæ, ut melius nubere poſſit illa eſt diſtinctio, quod primo caſu eſt legatum conditionale; ſecundo verò modale. ib. n. 54. & 55.
Subdiſtingue inter prædictum legatum relictum patre, quod eſt purum, & inter legatum relictum ab extraneo, quod conditionale. ib. n. 56 & 58.
Legatum factum ab extraneo alicui puellæ, nubat, decedente puella ante nuptias non tranſmittitur ad ejus hæredes. ib. n. 59.
Legatum relictum à patre pro dote, vel ut nubat, eſt purum uſque ad quantitatem legitimæ, in exceſſu verò conditionale. ib. n. 60.
Legatum pro dote conditionale non tranſmittitur ad hæredes, ſi puella ante nuptias deceſſerit. ib. n. 60.
Legatum pro dote conditionale non tranſmittitur ad hæredes, ſi puella ante nuptias deceſſerit. ib. n. 64.
Intellige, niſi aliud ex teſtatoris voluntate colligatur. ib. n. 65.
Si legatum pro dote ſit purum, filia decedente ante nuptias tranſmittitur ad hæredes. ib. n. 66.
Legatum modale tranſmittitur ad hæredes, ſi per eos modus impleri poteſt, quamvis legatarius decedat ante modum impletum nulla præſtita cautione ib. n. 67.
Intellige, ut legatum non tranſmittatur ſi modus per hæredes non poteſt impleri quando modus continet cauſam finalem; ſecus ſi impulſivam. ib. n. 68.
Legatum relictum puellæ, ut nubere poſſit eſt purum & & tranſmittitur ad hæredes etiam Matrimonio non ſecuto ib n. 69.
Legatum centum relictum puellæ, ut convertantur in emptionem prædiorum, ut ei aſſignentur à decedente ante nuptias. ib. n. 70.
Legatum relictum filio, ut nubat Mæviæ, eſt conditionale, & ſi non nupſerit, non debetur. ib. n. 71.
Legatum, ut nubat Mæviæ, debetur, ſi per legatarium non ſteterit, quominus non nubat. ib. n. 72.
Legatum relictum Sejæ ad nubendum dicitur purum, & mortua Seja in nubili ætate illud tranſmittitur. ib n. 73.
Legatum relictum puellæ ad nubendum, vel pro ea maritanda eſt modale & tranſmittitur, ſi legataria erat nubilis ætatis. ib. n. 74.
Legatum relictum puellæ impuberi ad nubendum eſt conditionale; ſi tempus nuptiarum adjicitur ſubſtantiæ legati, & non tranſmittitur puella decedente in nubili ætate, ſi ſi vero adjicitur præſtationi legatum eſt purum, & tranſmittitur ib. n. 70.
Tempus quando dicatur adjectum ſubſtantiæ, vel præſtationi legati ib n. 77.
Legatum relictum ad nubendum puellæ nondum nubilis ætatis, ipſa decedente nubilem ætatem non tranſmittitur; ſive legatum ſit conditionale, ſive modale. ib. n. 79.
Legatum tunc incipit deberi ſcilicet eo tempore, quo res poteſt ad effectum produci. d. §. 1. n. 80.
Legatum non quæritur legatario, niſi modo ſecuto, in quo conſiſtit cauſa finalis legandi. ib. n. 81.
Legatum relictum certæ perſonæ, ut nubat, debetur ei, quæ Religionem ingreſſa eſt ib. n. 82
Legatum qui reliquit pro dote, vel ut nubat, cenſetur intellexiſſe etiam de nuptiis ſpiritualibus. ib n. 8.
Si legata ſint Titiæ centum, ut nubat, vel quinquaginta, ſi Religionem ingrediatur, dubium eſt, An ingrediens Religionem centum conſequatur? Diverſæ ſunt DD. opiniones: ſed negativa verior. ib n. 84.
Legatum relictum Titiæ ſub conditione ingrediendi Religionem non debetur, ſi contrahat Matrimonium carnale. d. §. 1. n. 85.
Legatum relictum, ut nubat, non debetur ingredienti Religionem, quando apparet teſtatorem cenſiſſ. de nuptiis carnalibus. ib n. 86.
Legatum dotis relictum puellæ, ſi nupſerit Titio, non debetur ingredienti Religionem. ib. n 87.
Legatum relictum Titio ſub conditione contrahendi Matrimonium cum una ex filiabus Semproniæ, legatarius una requiſita, quæ noluit nubere, non tenetur aliam requirere. n 88.
Legatum eſt donatio à defuncto relicta, ab hærede præſtanda. ib n 127.
In legatis dominium non revertitur ad dominum antiquum ipſo jure ib n. 129.
Legatum, & donatio æquiparantur ad hoc, ut tam legatum, quam donatio fieri poſſit ad tempus circa modum transferendi dominium. ib. n 143.
In legatis transfertur dominium recta via in legatarium ex teſtatoris voluntate. d. §. 1. n. 143.
Legatum relictum à marito amittit uxor, quæ habens filios ſecundo nupſit. 1. præl. 2. §. 2. n. 82.
Privatur legato ſi luxurioſe vixit. ibid. n. 83.
Legatum relictum à viro non amittit uxor, quæ habens filios, ſecundo nupſit ib. n. 84.
Legatum relictum ſub conditione commorandi in certo loco validum eſt, rejecta conditione. d. §. 2. n. 94.
Legatum relictum ſub conditione commorandi cum hærede, vel alia perſona, validum eſt; & legatarius tenetur conditioni parere. d §. 2. n. 112
Legatum relictum ſub conditione commorandi cum certa perſona extinguitur ex defuncta? quando conditio fuit appoſita favore illius, cum quo legatarius habitare debebat. d. §. 2. n. 114.
Non extinguitur, ſi conditio fuit adjecta favore legatarii. ibid.
Si legatum factum fuit, vel donatio ſub conditione commorandi cum certa perſona, caſu, quo legatarius nollet, vel non poſſet, aliquid ei ſit relictum, decedente eo, cum quo habitare debebat extinguitur primum legatum, & debetur ſecundum. d § 2. n. 115.
Et quando favore legatarii, vel alterius conditio adjecta cenſeatur. ib. n. 116.
Legatarius, vel donatarius non amittit relictum, ſi non habitaverit propter ſævitias, lites, aut rixas ejus cum quo commorari debebat, ib. n. 117.
Legatum fundi relictum Sempronio ſi cum liberis habitavit, debetur extinctis liberis, ſi cum eis habitavit, dum vixerunt. d. §. 2. n. 120.
Si legatum conſiſtit in pluribus præſtationibus annuis, conditio ſucceſſiva dicitur impleta pro præteritis non pro futuris. d. § 2. n. 121.
Dominium rei legatæ mortuo teſtatore tranſit recta via in legatarium. 1. præl. 2. §. 3. n. 36.
Legatum ad ſui confirmationem indiget aditione hæreditatis; ſive legatum fiat in teſtamento, ſive in codicillo. d. §. 3. n. 38.
Legatarius non poteſt propria authoritate occupare rem legatam, ſed de manu hæredis eam accipere debet; alias privatur jure ſuo. d. §. 3. n. 40.
Et quando licentia teſtatoris ſufficiat, vide verbo *Interdictum.*
Privationis pœna, de qua hic, receſſit ab Aula, niſi immineat ratio Falcidiæ; quia tunc legatarius compellitur hæredi. d. §. 3. n. 41.
Legata, quæ dilationem non admittunt debentur ante aditam hæreditatem. d. §. 3. n. 47.
Legatum revocatur per alienationem rei legatæ titulo lucrativo d. §. 3. n 56.
Idem, ſi alienatio fieret, titulo oneroſo ſine neceſſitate. d. §. 3. n. 57.
Amplia, etiamſi prædicta alienatio ſit inutilis. d. §. 3. n. 58.
Legatum alimentorum, vel piæ cauſæ relictum revocatur per alienationem rei legatæ; ſi vero teſtator rem recuperavit debetur legatum. d § 3 n 59.
Legatum non cenſetur revocatum per obligationem vel hypothecam rei legatæ. d. §. 3. n. 61.
Legatum relictum creditori compenſatur cum debito ſi illud erat neceſſarium: ſecus ſi voluntarium. præl. 2. §. 6. n. 47.
Concubinæ legatum relinqui poteſt à privato, immo, & eam hæredem inſtituere. 1. præl. 2. §. 7 n. 4.
Legans rem in qua aliquod jus habet, illud tantum legare intelligitur, quamvis jus morte ſit periturum. d. § 7. n. 100. & c. 3. n. 47.
Acceptans legatum cenſetur agnoviſſe onera annexa, & illud acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus. 1. c. 4. n. 20.
Intellige in legatario onera ſciente; non in ignorante. ib. n. 32.
Legatarius quando teneatur onera adimplere, ſi onus adjectum fuerit amplioris quantitatis. d c. 4. n. 31.
Legatum relictum Titio, ut nubat Sejæ non debetur legatario nuptiis non ſecutis. c. 13. n. 150.
Legatum non remanet apud legatarium, quando Matrimonium nullum fuit declaratum. d. c. 13 n. 14.
Legatum relictum Titio cum pervenerit ad legitimam, vel certam ætatem, non conſequitur is qui veniam impetravit. 2. c. 19. n. 56.

Legatus.

Jus mittendi, & recipiendi Legatos pertinet ad Principem, qui ſuperiorem non recognoſcit. 2. c. 33. n. 1.
Reſpublicæ quæ Superiorem non recognoſcunt, item Duces, Marchiones, habent jura imperii, Legatos mittere, & recipere poſſunt. ib.
Tutor vel Curator Regis jus habet mittendi, & recipiendi Legatus. ib. n. 3.
Tirannus Legatos mittere poteſt. ib. n. 4.

Illi qui impari fœdere junguntur legatos mittere valent. ib.
Subditi ex una parte, & ex alia non ſubditi poſſunt mittere Legato pro ea Parte, quia non ſunt ſubditi. ib. n. 5.
Legatos mittendi jus ut competat non eſt neceſſarium, quod mittens vel is, cui mittitur, æquales ſint in Regni magnitudine, ſed ſufficit, quod abſoluta uti valeat. ib. n. 6.
Legationis jus non habent victi in bello. ib. n. 7.
Piratæ, latrones, atque rebelles legatos mittere non poſſunt. ib
Agentes & Deputati rebellium ſecuritatem habere debent ibid.
Legatos mittere, vel recipere non licet ſubditis ib. n. 8.
Jus gentium pertinet ad Legatos eorum, qui habent ſummam Imperii? deputati verò ſubditorum reguntur jure Civili. ib.
Legationum uſum neceſſitas introduxit. ib. n. 9.
Legati de fœderibus pacis, & belli fine præcipue agunt. ib. n. 10.
Legatus quis dicatur, & quid ſignificet. ib n. 11.
In eligendo Legato quæ ſint conſideranda. ib. n. 12.
Legati ſunt oculi Reipublicæ, & Regnorum aures. ib. n. 3.
Legati appellantur Sancti, & Sancta ſunt eorum corpora: & apud omnes Sanctum eſt legatorum nomen. ib.
Legatis jure gentium duo præcipue conceduntur primum ut admittantur, ſecundum ut non violentur. ib. n. 14.
Jus gentium legatis ſecuritatem, & immunitatem concedit: quod apud omnes obſervatur, & probatur exemplis. ib. n. 15
Legatorum ſecuritas pertinet etiam ad eorum bona quæ pignori capi non poſſunt. ib. n. 15.
Intellige reſpectu contractuum geſtorum extra Curiam, vel in ea antequam quis legatus fiat. ib.
Legatus non poteſt conveniri in Curia durante legatione, ea tamen finita poſt decem dies conveniri valet. d. c. 35. n. 17.
Legatorum ſecuritas comprehendit etiam comites, qui non poſſunt puniri pro delictis ante legationem commiſſis in territorio Principis, ad quem mittuntur. ib. n. 18.
An Legatus poſſit conveniri durante legatione pro contractibus geſtis in loco legationis? Remiſſive. ib.
An Legati puniri poſſint à Principe, ad quem mittuntur pro delictis commiſſis in ejus territorio durante legatione; Dubium eſt. Et pro utraque opinione referuntur Doctores inter ſe contrarii. ib n. 19.
Legati in terris alienis debent ſe modeſtè gerere. ib. n. 20.
Legatus perſonam Principis repræſentat, qui eum miſit, & illius authoritatem, dignitatem, & præcedentiam conſervare debet. ib. n. 21.
Legati, & eorum bona de jure gentium à repræſaliis ſunt immunes. 2. c. 27. n. 15.
Legatis ſalaria ampliſſima perſolvi debent. 2. c. 35. n. 22.
Et an Legatus Doctor legens in publico ſtudio, vel Senator poſſit habere duo ſalaria ib. n. 23 30. & 31.
Legatus, qui mittitur à principe, dicitur abeſſe cauſa Reipublicæ. ib. n. 32.
Principes ad quos legati mittuntur, ſemper conſueverunt aliquid eis donare ib. n. 33.
Dona data legatis quando ipſis acquirantur, vel Principi, qui eos miſit. ib. n. 34.
Venetiis lege cavetur dona data legatis pertinere ad Rempublicam. ib. n. 35.
Legatus extra officium nil tractare debet: alias privatur ſalario, & officio d. c. 35. n. 36.
Legatus miſſus ad Pontificem, ſi ea occaſione Beneficium impetraverit pro conſanguineo, vel amico non incidit in pœnam. ib.

Legitima.

In legitima filii non poteſt pater imponere gravamen, neque conditionem. 1 præl. 2. §. 1. n 57.
Limita in eo, quod pater reliquit filio ultra legitimam; quia in exceſſu poteſt onus, & conditiones adjicere. ib. n. 62.
Pater de conſenſu filii poteſt onus, vel gravamen in legitima imponere. 2. præl 2. §. 1. n 91.
Pater poteſt in vita ſolvere legitimam filio conſentienti; non vero invito prælud. 2 § 5. n. 9 & 14.
Aſſignatio legitimæ non eſt vera donatio. d. §. 5. n. 10.
Legitima non debetur filio in vita patris, neque conſideratur niſi tempore mortis. d. §. 5 n. 11.
In legitima, filius non habet aliquod jus in vita patris. d §. 5 n. 12.
Legitimæ ſupplementum poteſt petere filius ex donatione inter virum, & uxorem, quæ à principio valida fuit? ſi bona dona donantis pro legitima non ſufficiunt. 2. præl. 1. §. 6. n. 45.
Legitimæ filiorum conſiderantur tempore mortis patris non antea. d. §. 6. n. 51

Legitimatio.

Juxta primæva omnes indiſtincte naſcebantur ex commixtione maris, & fœminæ. 1. c 16. n 6.
Inter legitimos & illegitimos à jure Civili conſtituta fuit differentia ib. n. 7.
Legitimus dicitur filius, qui ex juſtis nuptiis procreatus eſt; illegitimus, qui non ex juſtis nuptiis veris, vel putativis natus eſt. ib n. 7.
Legitimationem introducere neceſſarium viſum fuit Imperatoribus, ut illigitime natus priſtinis naturalibus reſtitueretur reſecando juris civilis impedimentum. ib. n. 8.
Legitimatio eſt privilegium illegitimo conceſſum, & actus juris Civilis, cui ſolus Princeps derogat, non inferior. ib. n. 9.
Legitimatio eſt ſolius Principis donum, qui legitimando poteſtatem poteſt committere, non vero donare. ibid. n. 10.
Legitimatio, & naturalium reſtitutio tripliciter contingit. d c. 16. n. 11.
Legitimatio per oblationem Curiæ receſſit ab Aula. ib. n. 12.
Inter legitimationem, & diſpenſationem ea datur differentia, quod vera, & propria legitimatio filium naturalem reddit uti legitimum, ita ut legitimatus nihil differat à legitimo. ib. n. 12.
Legitimato verè & plenè debetur legitima, & ſuccedit cum legitimis? poteſt agere ad ſupplementum legitimæ, & omnia facere, quæ legitimus. ib. n. 13.
Legitimationes, quæ hodie fiunt à Principe, non ſunt verè legitimationes, ſed diſpenſationes, maximè in hoc Regno, ubi legitimatus cenſetur diſpenſatus quoad aliquos ſuccedendi modos. d. c. 16. n. 14.
Legitimatus ſecundum conſuetudinem Regni non poteſt facere quæ legitimus, neque capere poteſt ex bonis patris contra illius voluntatem. ib. n 15.
Non poteſt impugnare teſtamentum patris, neque petere legitimam. ib n. 15.
Legitimatus quoad omnia, quamvis ſucceſſio ſit limitata, efficitur legitimus quoad integritatem perſonæ. ib. n. 16.
Et interpretatur Cabed. deciſ. 96. n. 9. ib.
Legitimatus per reſcriptum, & à parte inſtitutus poteſt gravari per fideicommiſſum de reſtituenda hæreditate, vel quota ſibi relicta. d c 16. n 17.
Ita gravatus onere fideicommiſſi non deducit quartam Trebellianicam. ib. n. 19.
Clauſula legitimationis ſine præjudicio legitimorum hæredum operatur favore aſcendentium, & deſcendentium, non tranſverſalium d. c. n 6 n. 21.
Legitimatus cum prædicta clauſula non ſuccedit ab inteſtato extantibus deſcendentibus legitimis ſecus ex teſtamento, quia poteſt capere relicta; dummodo legitimorum legitima ſalva ſit: & ſic tertiam parentis habere poteſt. ib n. 22.
Iſte legitimatus non ſuccedit in fideicommiſſo majoratus, quod reſervatur legitimis. ib. n. 23.
Neque ſuccedit in majoratu antiquo in præjudicium tranſverſalium. ib.
Clauſula legitimationis, quod legitimatus poſſit ſuccedere in majoratibus, intelligitur de majoratibus inſtitutis à legitimante, non de antiquis, ib ſub n. 23.
Ad validitatem legitimationis requiritur impetrantis voluntas, & legitimantis poteſtas. ib. n. 24.
Princeps ſubditos, & vaſſallos tantum legitimare poteſt. Vide verbo *Princeps.*
Legitimatio facta à Principe non extenditur ad bona exiſtentia extra illius territorium, neque aliquid operatur; niſi Princeps, in cujus territorio bona ſunt ſita, conſentiat expreſſe, vel tacite d 16 n 23.
Similiter Summus Pontifex non poteſt legitimare ſpurios alterius Principis, qui ſuperiorem non recognoſcit. d. c 16 n. 27.
Legitimatio Principis ſecularis non operatur quoad ſpiritualia. ib n 28.
Quamvis Papa non poſſit legitimare laicum directe quoad temporalia extra terras Eccleſiæ, bene poteſt indirectè, caſualiter, & per conſequentiam ib n 29.
Legitimatus à Papa diſpenſatione in radice Matrimonii dicitur legitimatus in conſequentiam etiam quoad temporalia. ib. n. 30.
Adducitur contraria opinio Doctorum: ſed à priori non eſſe recedendum, exiſtimat Auctor ib. n. 31 & 32.
Limitatur communis ſententia, ut procedat eo caſu, quo præceſſit Matrimonium, nullum tamen propter impedimentum juris Canonici. ib. n. 33.

Si vero nullum detur Matrimonium, nulla dari poteſt diſpenſatio in radice quoad temporalia, ib. n. 33.
Declara non eſſe neceſſarium ad diſpoſitionem in radice conſtare Pontifici de radice Matrimonii; quia ſufficit maritalis affectus, dubium præſumptum, ut juſta dicatur diſpenſandi cauſa: qui maritalis affectus deprehenditur ex diſpenſatione obtenta, & nuptiis ſecutis ib. n. 34.
Secundo limitatur, ut non procedat communis ſententia, quando impedimentum erat juris naturalis ib. n. 35.
Intellige, ut hic legitimatus in radice admittatur ad ſucceſſiones hæreditarias, majoratum, & fideicommiſſum relictum deſcendentibus legitimis & legitimo Matrimonio natis n. 36.
Per diſpenſationem in radice verum, & legitimum Matrimonium conſurgit ib. n. 37.
Legitimatus per ſubſequens Matrimonium admittitur, ad majoratum, in quo vocantur legitimi, & legitimo Matrimonio nati. ib. 37
Legitimatio in radice adæquatur legitimationi per ſubſequens Matrimonium d. c. 6. n. 38
Diſpenſatio in radice ab uno ex conjugibus altero mortuo integros producit effectus d. c. 16. n. 39.
Si conjugibus mortuis filius diſpenſationem in radice obtinuerit, non præjudicabit conſanguineo, cui hæreditas jam eſt quæſita, niſi Papa expreſſerit ib. n. 39
Quando Princeps legitimare poſſit illegitimum poſt mortem patris in præjudicium venientium ab inteſtato? Vide verbo *Princeps*, & d. c. 16. n. 41 & 42.
In legitimatione ad patris inſtantiam ſtat pro ratione patris voluntas. ib. n. 43.
Ad legitimationem requiritur citatio cognatorum vel ſubſtitutorum, quibus jus ſaltem in ſpe erat quæſitum; immo, & cauſa legitima intervenire debet; alias erit nulla. ib n. 44.
In legitimatione expedita per Senatores Palatinos non operatur clauſula de plenitudine poteſtatis in præjudicium ſucceſſorum majoratus, qui non fuerunt citati. ib. n. 47.
Stante clauſula de plenitudine poteſtatis non eſt neceſſaria proximiorum citatio; ſi juſta, & publica cauſa interveniat. d. c. 16 n. 49.
Quæ dicatur, juſta & publica cauſa ad legitimandum ſpurium, ut ſuccedat in majoratu. Vide ib. n. 50.
Ut valeat legitimatio, conſtare debet, quod legimatus eſt filius ejus, qui legitimationem poſtulavit. ib. n. 52.
Ex quibus cauſis legitimatio nulla, & ſubreptitia reddatur? Remiſſivè ib.
Princeps non poteſt legitimare filios ſuos illegitimos; ſed Summus Pontifex. ib. n. 53.
Ad validitatem legitimationis requiritur conſenſus filii, & patris legitimationem petentis. ib. n. 54
Limita in infante, abſente, vel furioſo qui poſſunt legitimari abſque eorum conſenſu, dum tamen ſequatur ratificatio. ib. n. 55.
Sufficit tacita ratificatio, & non conſtare de diſſenſu filii. ibid.
Ut legitimatio valida ſit, requiritur, quod exprimatur, qualitas ſpurietatis. ib. n. 56.

Lex.

Pro lege habetur contrarius ſenſus legis. 1. præl. 2. n. 77.
Aſſignatur vera ratio decidendi ad text. in L. 1. C. de donat. quæ ſub modo præl. 2 §. 1 n. 13.
Reprobatur traditio gloſſæ verb. conditionem in c. verum de cond. appoſit ib. n. 14.
Donatur vero intellectu text. L. Titio centum in 2. reſponſ. ff. de condit. & demonſtr. ib. n. 15. 16. 18. 19. & 21.
Donatur vera interpretatione text in L. 1. C. de donat quæ ſub modo. 1. præl. 2. § 138. & 140.
Explicatur text. in L. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ. ib. n. 142.
Interpretatur text. in L. fin. C. de legat. n. 143.
Interpretatur text. in L. ſi cum venderes de pignor. action. ib. n. 144.
Interpretatur text. in L. ſi quis ff. de contrah. emptione ib. n. 145.
Item text. L. ult. ff. de leg. commiſſ. ib. n. 146.
Interpretatur text. in L. cum res C de donat. n. 151.
Interpretatur text. in L. ſi pecuniam ff. de condict. ob cauſam. ib. n. 156.
Explicatur text. in L. 3. ff. de ſerv. export ib. n. 157.
Interpretatur text. in L. qui concubinam 29. alias qui quatuor 30. §. uxori ff de legat. 3. §. 2. n. 95.
Interpretatur text in L. Titio centum de condit. & demonſtr. ib. n. 98. 100. 101. 102 & 103.
Reprobatur opinio Franciſci de Amaya, & ſuſtinetur communis præl. 2. §. 2. n. 101.
Exploditur opinio Guilielmi, & Ripæ. ib. n. 132.
Interpretatur L. filio familias 19. & L. illud. 37. §. Julianus, ff. donat. præl. 2. §. 2. n. 80
Reprobatur Menoch. lib. 3. præſumpt. 29. n. 113. 1. præl. 2. §. 1. n. 40
Computatio de qua in L. hæreditatum. 68. ff. ad leg. Falcid. non tantum procedit in habenda ratione legis Falcidiæ, ſed in quibuſcumque aliis caſibus. 1. præl. 2. §. 6. n. 33. 34. & ſeqq.
Legis ratio quando eſt generalior, & amplior diſpoſitio, ad amplitudinem rationis extenditur diſpoſitio. d. §. 6. n. 43.
Lex ſemper comprehendit caſum eandem rationem habentem, & tunc non dicitur extendi, ſed enucleari. d. §. 6. n. 44.
Alvarus Valaſcus increpatur. 1. præl. 2. §. 7. n. 39.
In quacunque lege, aut ſtatuto ſemper cenſetur excepta perſona loquentis. 2. c. 2. n. 9
Interpretatur text. in c. grandi de ſupplend. neglig. prælat. in 6. 2. c. 3. n. 29. & 35.
Beneficia legum capacibus ſunt ſcripta, non incapacibus. ib. n. 51
Ubi eſt caſus legis amplius diſputare non licet. c. 6. n. 40. & c. 26. n. 75.
Lex ſemper loquitur, & eſt in viridi obſervantia. 2. c. 7. n. 15 & c. 10. n. 50.
Poteſtas ferendi leges eſt juriſdictionis, & nulla alia ſufficit, quæ juriſdictionis non ſit. 2. c. 10. n. 3. & 4.
Leges ferendi poteſtas ad Principem ſpectat, qui ſuperiorem non recognoſcit. ib. n. 5.
Item ad Rempublicam, Duces, & Comites, qui habent jura imperii. ib. n. 6.
Legis latio eſt actus potiſſimus, quo Reſpublica gubernatur ib. n. 7.
Lex viva & animata dicitur Principis in terris. ib. n. 8.
Leges debent eſſe virtutes armatæ. ib. n. 9.
Leges quo pauciores, Reſpublicæ meliores, ſi exequantur, d. c. 10. n. 17.
Princeps tenetur in conſcientiæ foro, leges ſuas ſervare vi directiva. ib. n. 10.
Naturalis ratio dictat, ut qui legem tulit, ei ſe ſubjiciat. ib. n. 21.
Princeps non tam de honeſtate, quam de neceſſitate tenetur leges ſervare. ib. n. 22.
Princeps qui legem tranſgreditur, peccatum committit. d. c. 10. n. 23
Princeps non obligatur legibus etiam vi directiva quando non conveniunt ejus dignitati, & ſtatui; vel ſi aliquo pragmatico prohibeatur uti veſtibus ſericis. d. c. 10. n. 24.
Princeps uti poteſt legem condere, ita & abrogare ibidem. 25.
Inferior non poteſt abrogare legem ſuperioris. ib.
Interpretari legem dubiam ſolus Princeps poteſt. ibid. n. 26.
Intellige: ut n. 27. & 28.
Princeps reſcribens uni Præſidi circa declarationem legis, intelligitur illam declarare quoad omnes cauſas. d. c. 10 n. 30.
Intellige, ſi reſcriptum fuit generale, & ejus ratio ubique viget: Secus ſi reſcriptum fuit particulare, & ratio ſpecialis ib. n. 31.
Leges Regiæ noſtrarum Ordinationum apud Nos ſunt jus commune. ib. n. 33.
Lex nova diſponit ſuper eo, quod jus commune recipit interpretationem, & limitationes juris communis, etiamſi aliquid addat, vel detrahat legi antiquæ. ib. n. 39.
Secus ſi Lex nova in totum corrigit antiquam. ib.
Sententia Senatus non habet vim legis, ut eam Senatores ſequi teneantur. ib. n. 42.
Lex quando non continet dubitationem nihil interpretatione poteſt eximi à Lege. d. c. 10. n. 50.
Lex non obligat extra territorium legiſlatoris. ibid. n. 51.
Lex generalis obligat omnes ſubditos non tamen exiſtentes extra Regnum, vel territorium. ib. n. 52.
Leges hujus regni non comprehendunt bona ſita extra Regnum. d. c. 10 n. 60.
Sive Lex, vel ſtatutum loquatur in perſonam, ſive in rem ibid.
Statutum loquitur in perſonam, & eſt favorabile, extenditur ad bona ſita extra territorium ib. n. 61.
Lex illius loci, in quo ſunt bona, ſervanda eſt quoad ibi exiſtentia, & ſi quis habet bona in diverſis locis, quælibet regulantur ex legibus loci, ubi ſunt ſita. ibid. n. 62.
Leges ſæculares, vel ſtatuta contra immunitatem Eccleſiarum directè, vel indirectè ſunt nullæ d. c. 10. n. 72.
Legem nemo facere poteſt non ſubditis. ib. n. 73
Leges civiles generales editas in commune bonum tenentur

Digitized by Google

tur ſervare Clerici, ſi non repugnant juri Canonico, vel Eccleſiæ libertati. ib. n. 75.
Clerici non tenentur ſervare leges civiles in coactiva, ſed tantum vi directiva. ib. n. 76.
Lex non obligat antequam promulgetur, & publicetur. d. c. 10. n. 78.
Publicatio legis fieri debet in Curia, vel loco conſueto: ita ut in curia ſtatim obliget poſt promulgationem; in provinciis vero poſt duos menſes. n. 79.
In India, Angola, & aliis provinciis extra Regnum lex non obligat, niſi poſt tempus ſufficiens ad habendam illius notitiam. ib. n. 80.
De jure Regio Lex publicata in Cancellaria obligat in Curia poſt octo dies, in provinciis poſt tres menſes à tempore publicationis. ib. n. 81.
Lex, in qua apponitur decretum irritans, ſtatim obligat abſque dilatione ſemeſtri vel trimeſtri. ib. n. 8.
Intellige, ut ſi conſtitutio ſit generalis; non obliget niſi à die publicationis; etiamſi habeat decretum irritans. ib. n. 85.
Secundo intellige, ut ſi Lex fuerit pœnalis, non obliget, niſi à die publicationis; etiamſi habeat decretum irritans. ib. n. 86.
Lex ſeu conſtitutio particularis cum decreto irritanti ſtatim operatur. ib. n. 84.
Lex, quæ à populo non fuit recepta, non obligat ſubditos. d. c. 10. n. 87.
Leges tunc inſtituuntur, cum promulgantur, & tunc confirmantur, cum moribus utentium approbantur. ib. n. 88.
Pontificiæ conſtitutiones non receptæ à populo nullo modo obligant, niſi diſponant circa materiam peccati ib. n. 91.
Lex non recepta à populo tunc non obligat, quando ab initio non fuit recepta; & contra eam aliqui actus intervenerunt per ſpatium decem annorum. d. cap. 10. num. 96.
Lex, quæ ab initio fuit recepta, ſemper dicitur eſſe in viridi obſervantia, etiam poſt mille annos ib. n. 97.
Lex ſemper loquitur, & non tollitur per deſuetudinem. ib. n. 97.
Lex etiam publicata non præſumitur uſu recepta. ibid. num. 97.
Lex acceptata non abrogatur per non uſum populi, ſed requiritur uſus contrarius. ib. n. 98.
Lex acceptata ſi contra eam invaluit conſuetudo rationabilis & præſcripta, dicitur abrogata ſive ſit Canonica, ſive Civilis. ib. n. 99.
Leges non ſolum ſuffragio legiſlatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogantur, ib. n. 100.
Conſuetudo ad abrogandam legem debet eſſe legitimè præſcripta per longum tempus juncto populi conſenſu, & actuum frequentia. ib. n. 101.
Intellige, ut ad legem tollendam non requiratur, quod conſuetudo aliqua ratione nitatur, ſed ſufficit, quod aliquo modo ſit rationabilis. ib. n. 100.
Conſtituitur differentia inter legem Civilem, & Pontificiam; ita ut Civilis per Contrariam conſuetudinem decem annorum abrogetur; Canonica verò per ſpatium quadraginta annorum. ib. n. 102.
Intellige: ut n. 103.
Ad abrogandam legem falſam requiruntur duo actus contrarii, nec ſufficit unus, aut plures eadem die ibidem num. 104.
Intellige, niſi unus actus fuerit continuatus per decem annos. ib. n. 105.
Aliquando non ſufficiunt duo actus attenta qualitate perſonarum, & actuum junctis eorum circunſtantiis, quæ arbitrio judicis relinquuntur. d. n. 105.
Lex quod non expreſſit, cenſetur noluiſſe d. c. 10. n. 108.
Verba legis quando deficiunt, ipſa quoque deficit. d. n. 108.
Ratio legis regit diſpoſitionem, & quod ipſa exigit, diſpoſitum dicitur, licet verba deficiant. d. c. 10. n. 109.
Ratio deſcripta in lege eſt anima ipſius, verba autem corpus, & ſuperficies. d. n. 109.
Lex comprehendere debet caſum eandem rationem habentem. d. c. 10. n. 110.
Ratio legis magis attenditur, quam ipſa diſpoſitio, & præfertur verbis. d. c. 10. n. 111.
Ratio ſi in lege eſt generalis, & amplior diſpoſitione ſpeciali rectè extenditur diſpoſitio ad omnes caſus, in quibus militat ratio generalis d. c. 10. n. 112.
Leges generales reſtringuntur ad limites rationis, tam ſi ratio fuerit expreſſa quam ſi una tantum reddi poteſt. d. c. 10. n. 113.
Verba generalia legis debent intelligi juxta ſubjectam materiam. d. c. 10. n. 114.
Lex tunc reſtringitur, cum verba adeo ſunt generalia, ut comprehendat plus, quàm ad quod menti, & rationi legiſlatoris adæquatur. d. n. 114.
Lex nova futura negotia reſpicit, non præterita. d. cap. 10. n. 114.
Non comprehendit negotia pendentia, neque inchoata, niſi lex expreſſe declaret. d. n. 115.
Lex nova, quæ decidit caſum dubium, in quo erat opinionum contrarietas, comprehendit etiam præterita. d. c. 10. n. 116.
Lex nova declaratoria juris communis comprehendit caſus antiquos d. n. 116.
Lex nova comprehendit caſum antiquum, ſi pro validitate actus requirit perfectionem de futuro d. c. 10. n. 117.
Lex nova declaratoria antiquæ non comprehendit præterita jam deciſa per ſententiam, tranſactionem, limitia, etiamſi nominatim in lege fiat mentio de præteritis. d. c. 10. n. 118.
Lex nova non comprehendit deciſa in prima inſtantia, quamvis pendente appellatione publicata ſit, & in ea dicatur velle comprehendere cauſas pendentes; quia non intelligitur loqui de pendentibus per appellationem ib. n. 119. & 120.
Lex nova per antiquiores declaratur; etiamſi contineat clauſulam non obſtante. ib. n. 121.
Amplia, ſi lex nova aliquid addit, vel detrahit legi antiquæ, quia tunc recipit omnes limitationes & interpretationes, quas antiqua. ib. n. 59. & 122.
Lex nova, quæ non corrigit in totum legem antiquam, ſed in aliquo caſu ſpeciali, in reliquis jus commune intactum relinquit d. c. 12. n. 123.
Lex correctoria ſemper interpretatur, ut minus deroget juri communi. ib. n. 123. & c. 20. n. 52.
Caſus omiſſus in lege correctionis remanet in diſpoſitione juris communis. ib. n. 124.
Lex quæ providet in certo caſu, cenſetur velle, ut proviſio ceſſet in caſu omiſſo; & quod in eo contraria diſpoſitio locum habeat. ib. n. 125.
Lex nova, quæ generaliter loquitur, non corrigit antiquam quæ diſponit in caſu ſpeciali. ib n. 126.
Ut lex antiqua dicatur per novam correcta requiritur, quod ſpecialis fiat correctio. ib.
Ceſſante ratione finali, ceſſat & ipſa lex. ib. n. 127.
Correcta ratione legis, & ipſa lex dicitur correcta. ib. n. 128.
Lex, vel ſtatutum nunquam extenditur ad caſum doloſum, ſive dolus ſit verus, ſive præſumptus. ib. n. 129.
In fraudem legis factum non valet; ſive directè, ſive indirectè fraus legi fiat. ib n. 131.
Gravius eſt legi, quam homini fraudem facere. ib. n. 132.
Legi fraus dicitur fieri, quando quis ſalvis verbis legis ſententiam illius nititur circumvenire, & quando per indirectum, & cautelam lex illuſoria redditur. ibid. n. 134.
Item quando qui libere actum facere nequit, dicit illum facere eo modo, quo poteſt ib.
Legi qui fraudem facit, ejus auxilio juvari non poteſt. ib. n. 135.
Per legem, ſtatutum, vel conſuetudinem fieri non valent; quæ non poſſunt fieri per pactum ib. n. 136
Legis proviſionem ceſſare facit proviſio hominis. ibid. num. 147.
Intellige pro diviſione legis extraordinariæ. ib. n. 137.
Lex ubi prohibet aliquid fieri, ſi non adjicit pœnam contrafacienti, locus eſt extraordinariæ ſecundum judicis arbitrium. d. c. 10. n. 138.
Leges loquentes de venditione habent locum in locatione 2. c. 11. n. 42.
Aſſignatur verus intellectus ad text. in L. etſi ſine §. quæſitum ff. de minorib. ib. n. 49 & 51.
Intelligitur text. in L. Lucius 21 § ult. verſ. idem reſpondit ff. ad municip. & in L. ſi tempora C. de fide, & jure haſt. fiſcal. ib n. 52.
Donatur vero intellectu ſententia Senatus, de qua Phæb. deciſ. 128. num. 19. & verum fundamentum illius adducitur rejectis fundamentis, de quibus Phæb. 2. cap. 13. n. 45.
Interpretatur text. in L. generaliter. § ſpurios ff. de Decurion. 2. c. 17. n. 6.
Explicatur Valaſc. conſult. 17. ib. n. 66.
Leges Regiæ non ſolent recedere à communi DD traditione. d. c. 17. 70.
Lex loquens de filiis naturalibus non comprehendit ſpurios ib. n. 68.
Interpretatur text. in L. tranſigere C. de tranſact. 2. c. 18. n. 146. & 137
Lex loquens de minoribus comprehendit minores puberes, non pupillos. 2. c. 19. n. 4.

Interpre-

Interpretatur text. in L. 5. ff. ſi pendent. appell & in L. 3. C. eod. 2. c. 20. n. 50 & 51.
Interpretatur text. in L. fin. verſ. d. fin. autem C. ſi reus, vel actor mort. fuer. d. c. 20. n. 53.
Interpretatur L. 2. ff. de nundin. 2. c. 23. n. 9
Leges conditæ in Comitiis generalibus majoris ſunt efficaciæ, & non cenſentur abrogatæ per reſcriptum, niſi illarum fiat expreſſa mentio 2. c. 24 n 12.
Leges conditas in Comitiis poteſt Rex abrogare, ſed cum maxima conſideratione, & cauſa ib. n. 13.
Leges pactionatæ conditæ in comitiis data pecunia tranſeunt in contractum, & non poſſunt à Rege, vel ejus ſucceſſore revocari. ib.
Interpretantur decreta Concilii Conſtantienſis. d. c 24. num. 47.
Interpretatur text. in L. 1. ff. de contrah. empt. 2. c. 25. n. 1. & 38
Interpretatur text. in c. quanto de jure jur. ib n. 30.
Interpretatur text. in L. 1 §. ſine vero C. d. falſ. monet. d. c. 25. n. 53.
Lex loquens de pœna capitali non intelligitur de morte naturali, ſed de deportatione, ib n. 54
Lex quæ non reperitur collocata in Codice Juſtiniani, non eſt trahenda ad deciſionem cauſarum. ib. n 60.
Lex una per illam declaratur, ib. n 55.
Interpretatur L. fin. ff. de captiv. & poſt limin. reverſ. 2. c. 26. n. 72.
Interpretantur Juriſconſultorum reſponſa in L. cum fundus. 21. & in L. dolia 26. ff. de fund. inſtruct. & in L. fundo 18 in princ. d. actionib. empt. & in L. Lucius 43 §. Collegio Fabrorum ff. de legat 3. probatur ab Authore interpretatio Theſauri. d c. 26. n 83.
Explicatur Palac. Rub. relatus à Cabed. 2. deciſ. 26. 2. c. 20. n. 117.
Lex, & natura nihil faciunt fruſtra. c. 29. n. 14.
Fruſtra precibus impetratur, quod jure communi conceditur ib.
Non eſt novum, quod una Lex per aliam declaretur. ib.
Interpretatur text. in L intercidit. ff. de condition, & demonſtrat. 2. c. 19. n. 64.
Interpretatur text in c. ex reſcripto de jure jur 2. c. 30. n. 28 & 29.
Refertur novus intellectus D. Joſeph. Vela, qui reprobatur ab Authore. n. 30.
Et datur verus intellectus. n. 31.

Libellus.

Libellus ſuſtinetur ex qualitate in eo poſita, quæ Judici juriſdictionem tribuit, ut poſſit de cauſa cognoſcere, & non eſt ante omnia cognoſcendum de qualitate. 2. c. 13.
Libellus eiſdem verbis concluditur interdicto unde vi, & in remedio textus in cap. redintegranda. 3. q. 1. d c. 13 n. 134.
Remedium text. in d. cap. redintegranda eſt in perpetuum d. c. n. 134.

Liberalitas.

Liberalitas eſt omnium virtutum gratiſſima. 1. c. 1. n. 2.
In liberalitate conſideratur quædam beatitudo; & qui ea utuntur, benevolentiam ſibi conciliant. d. c. 1. n. 3.
Omnis liberalitas eſt donum. d. c. 1. n. 6.
Principem decet eſſe liberalem d c. 1. n. 5.
Nobiſſimum eſt proprium officium liberalitatem exercere. d. c. 1. n. 7.
Varia recenſentur exempla Principum, qui liberalitatem exercuerunt. d. c. 1. n. 10.
Liberalitas laudatur, quæ mediocritatem continet. 1. c. 1. n. 1.
Liberalitas, quæ excedit modum, dicitur prodigalitas d. c. n. 2.
Liberalitas non dicitur propriè, quando quid donatur abſque conſideratione perſonæ, temporis, & loci ibid. num 2.
Liberalitas non dicitur, ſed crudelitas quam Princeps exercet in damnum populorum. ib. n. 19.

Libertus.

Libertus non cogitur invitus alium habere patronum. 2. c. 4. n. 17.

Lis, & Litigium.

Litis exitus, & ſententia inter caſus fortuitos connumeratur. 2 c. 18. n. 24.
Inter litem, inſtantiam, & cauſam datur differentia. 2. c. 20. n. 2.
Lis propriè, & impropriè quomodo accipiatur dict 20. n 4.
Per litis conteſtationem conſtituitur quis in mala fide ſufficienti ad condemnationem fructuum. d. c. 20. n. 20.
Effectus malæ fidei cauſatus per litis conteſtationem durat etiam perempta inſtantia d. c. 20. n. 22.
Mala fides cauſata ex litis conteſtatione non eſt vera ſed ficta. d c. 20. n. 23
Ex ſola litis conteſtatione poſſeſſor non fit deterioris conditionis, & etiam poſt conteſtationem in eo durat bona fides. d. c. 20. n. 24.
Per litis conteſtationem in judicio quaſi contrahitur inter litigantes, & fit novatio obligationis antiquæ, quam neceſſariam appellamus ib. n 58
Novatio, quæ fit per litis conteſtationem, eam continet conditionem, ſi condemnatio fuerit ſecuta; tunc enim obligatio antiqua transfertur in judicati actionem. ib. n. 59.

Littera

Litteræ non ſunt de eſſentia conceſſionis, ſed tantum expediuntur ad probationem. 1. c. 4 n. 4.
Litteræ expediuntur pro executione gratiæ jam confectæ. d. c. 4. n. 11.

Locatio.

Leges loquentes de venditione procedunt etiam in locatione. 2 c 11, n. 42.
Locationes, ſeu venditiones rerum fiſcalium cenſentur celebratæ cum pacto adjectionis in diem. ib. n 43.
Locatio bonorum Eccleſiæ ultra tempus à jure permiſſum eſt nulla, nec ſuſtinetur pro tempore promiſſo. 1 præl. 2. § 7. n. 30.
Lucrum qui vult acceptare, debet onus ſubire. 5. præl. 2. § 2. n. 1. 3.

M.

Macula.

Macula ſemel contracta manet in genere indelebilis, & inficit omnes provenientes à radice infecta. 2. c. 11. n 85.
Maculatos, & puros commiſceri eſt contra bonum Reipublicæ, & ejus authoritatem. ibid.
Macula ſanguinis nobilitatem perimit, & licite, ac impune ſpernitur. ib. n. 87.
Per Matrimonium cum maculato, vel maculata denigratur tota familia ejus, qui eſt ſanguine clarus, & purus. ib. n. 86.
Macula ſanguinis immutabilis eſt, & perpetua, Poſt quam genus coinquinavit. ib. n. 88.

Magiſtratus.

Populus antiquitus Regis arbitrio regebatur, quia nullæ erant leges: ſed poſt eas Magiſtratus fuerunt introducti. 2. c. 12. n. 1.
Magiſtratus ſunt executores legum. d. c. 12. n. 2.
Romulus lege lata creandorum Magiſtratuum poteſtatem populo conceſſit. d. c. 12 n 4.
Et quid poſtea obſervatum exactis Regibus d n. 2.
Magiſtratuum creandorum poteſtatem tranſlato Imperio in Imperatorem, ipſe ſolus aſſumpſit d. c. 12. n. 4.
Poteſtas creandorum Magiſtratuum eſt de Regalibus majoribus d c 12. n 5. & 6.
Magiſtratum qui in ſe ſumit propter authoritatem, & tanquam talis dolo malo aliquid gerit, reus eſt criminis læſæ Majeſtatis. d. c. 12. n. 7.
Magiſtratum ſuſcipere nemo poteſt ab alio, qui Princeps non ſit. d. c. 12 n. 9.
Magiſtratus vel ſunt majores, vel minores: Majores dicebantur, qui habebant merum, & mixtum Imperium. Minores, quibus minus Imperium conceſſum erat. c. 11. n. 15.
In Regno Magiſtratus majores tantum ſunt Senatores, cæteri Judices inferiores d. c. 12. n. 16.
Magiſtratus debet eſſe vir bonus. d. c. 12. n. 16.
Regis cura maxima eſſe debet in deligendis optimis Magiſtratus. d c. 12 n 17.
Princeps bonos ad Magiſtratus eligere tenetur. d. c. 12. num. 19.
Magiſtratus ſcientiæ legalis debet eſſe peritus; & habere notitiam boni, & æqui. d. c. 12. n. 24.
Magiſtratus debent habere fortitudinem, & patientiam. d c 12. n. 31.
Peccat mortaliter qui ſe impotentem agnoſcit ad reſiſtendum potentioribus, & judicandi muneri ſe ingerit. d. c 12. n. 34.
Magiſtratuum venditiones, ambitiones, & nundinationes ſemper fuerunt Reipublicæ lethales. d. c. 12. n. 37.
Magiſtratus antequam ad officia mittantur, jurare debent neque dediſſe cuipiam; vel interpoſitam perſonam pro adminiſtrationibus ſortiendis. d. c. 12. n. 38.
Princeps non debet conferre Magiſtratus, & honores ad ſuffragium potentiorum; earumque qui ad latus ejus aſſiſtunt. d. c. 12. n 40.
Magiſtratus divites eſſe debent; & non pauperes. d. c. 12. n. 45.

Pauperes, digni ſunt, ſi probatæ; ac ſpectatæ eruditionis, ſi ex vita anteacta conſtat eſſe probos, non ſunt repellendi à Magiſtratu. d. c. 12. n. 42.
Magiſtratibus tam jure Divino, quam humano omnis avaritia, rapacitas, & munerum acceptio eſt interdicta d. c. 12. n. 44.
Debet eſſe incorruptus, & à receptione munerum ſe abſtinere. d. n. 44.
Magiſtratibus congruum ſalarium tenetur Princeps conſtituere à publico, & à Regiis redditibus. d. c. 12. n. 47. & 48.
Magiſtratus, & Senatores naturales eſſe debent, non exteri. 2. c. 29. n. 157.
Magiſtratus de jure communi non poteſt eligi de eodem loco, ubi adminiſtratio exercenda eſt. d. c. 29. n. 158.
Judices, & Officiales omnes debent eſſe naturales Regni, & exteri penitus excluduntur. d. c. 29. n. 159.

Majeſtas.

Majeſtas diffinitur. 2. c. 2. n. 2.
Majeſtas competit Principibus, qui nullum in terris recognoſcunt ſuperiorem: Et ſic non ſolum Imperatori ſed etiam Regibus. ib. n. 5.
Majeſtas competit cuilibet Reipublicæ, quæ non agnoſcit Superiorem. ib. n. 5.
Regi Portugalliæ competit Majeſtas. Vide verbo. *Rex.*
Majeſtas dicitur ſtatus major. 2. c. 6. n. 35.

Majoratus.

Valet præceptum inſtitutoris majoratus de contrahendo Matrimonio cum muliere certæ familiæ, vel cum certa perſona ſub pœna privationis majoratus. 1. præl. 2. n. 89. & ſeq.
Præceptum de contrahendo Matrimonio, & ſuis ampliationibus; vide verbo *Conditio.*
Majoratus ſucceſſor vivente poſſeſſore non poteſt agere, ut declaretur ſucceſſor poſt illius mortem præl. 2. n. 30.
Limita primo: quando poſſeſſor bona majoratus dilapidaverit. ib. n. 31.
Declara, ſi dilapidatio ſit notabilis, non ſi modica. ibid. n. 32.
Alimenta debentur poſſeſſori majoratus, quando ab eo avocantur bona ob dilapidationem. ib. n. 33.
Succeſſionem majoratus prætendens poteſt agere in vita poſſeſſoris quando ille elegit; & declaravit alium ſucceſſorem. ib. n. 34.
Majoratus ſucceſſor poteſt agere in vita poſſeſſoris, quando ille contendit poſt ejus mortem bona eſſe libera. ibid. n. 35.
Prætendens majoratus ſucceſſionem, ſi non eſt uxoratus, poteſt agere in vita poſſeſſoris, ut ſucceſſor declaretur. ib. n. 36.
Majoratus poſſeſſor, ſi eſt mente captus, poteſt ſucceſſor agere ut talis declaretur, & adminiſtratio illi decernatur. ib. n. 37.
Majoratus ſucceſſor an poſſit petere à poſſeſſore cautionem de reſtituendis bonis? Remiſſive. ib. n. 38
Majoratus ſucceſſio delata ei, qui ingreſſus eſt Religionem bonorum incapacem, ſecuta profeſſione, devolvitur ſequenti in gradu, non expectata morte profeſſi. 1 præl. 2. §. 2. n. 1[illegible]6.
Majoratus ſucceſſio non poteſt eſſe in pendenti. d. §. 2. n. 137. & 2. c. 11. n. 7. c. 29. n. 70
In Majoratu quando ſuccedat Monaſterium. Vide verbo *Monaſterium.*
Majoratus poſſeſſor, dum vivit, dominus eſt bonorum majoratus, quamvis dominium ſit revocabile præl. 2. § 6. n. 31. & 2. c. 7. n. 25. & c. 11. n. 74 & c. 29. n. 100.
Majoratus non ab ultimo poſſeſſore, ſed à primo inſtitutore capitur. 2. c. 3. n. 9.
Majoratus poſſeſſor, ſeu fideicommiſſi non poteſt ſucceſſori onus, vel gravamen imponere. d. c. 3. n. 19.
Princeps non poteſt majoratum primogenito delatum auferre, & ſecundogenito concedere. d. c. 3. n. 42.
Majoratum poteſt qui renuntiare in favorem ſequentis in gradu, non ad extranei favorem. d. c. 3. n. 48.
Valet argumentum de majoratu ad Regnum, & è contra in n. 47.
Mortuo poſſeſſore majoratus alienatio per eum facta fit irrita. 2. c. 7. n. 24.
Duo majoratus per viam Matrimonii non poſſunt conjungi in una; & eadem perſona, ſi quilibet eorum aſcendunt ad valorem redditum quatuor millium ducatorum, vel amplius. 2. c. 11. n. 79. Ubi exornatur Ordinatio lib. 4. tit. 100. §. 5. 6. & ſeqq. ib. n. 79.
Quæritur, An diſpoſitio Ordinationis procedat tantum in caſu, quo majoratus conjunguntur per viam matrimonii? An etiam quando junguntur per viam ſucceſſionis? Et reſolvitur negative. ib. n. 80. & 81.
An Princeps jure ſuccedendi privare poſſit primogenitum ex Magnatibus Regni ex eo, quod duxit uxorem, à ſanguine Hebræorum ib. n. 82.
Et reſolvit Author affirmative n. ſeqq.
Bona majoratus nulli poſſunt alienari. 2. c. 11. n. 89.
Princeps ſine cauſa concedere non poteſt facultatem alienanda bona majoratus. ib. n. 90.
Si verò interveniat juſta, & publica cauſa vel quæ concernat utilitatem majoratus bene poterit concedere. ibidem.
Princeps poteſt concedere facultatem, ut bona majoratus cenſui ſupponantur ex cauſa publicæ utilitatis, vel etiam utilitatis ipſius majoratus pro efficiendis bonis ibid. n. 91.
Poſſeſſor majoratus non tenetur de fructibus magnas facere expenſas. ib. n. 92.
Bona majoratus poſſunt alienari pro ſolvendis debitis inſtitutoris ib. n. 93.
Et an poſſint alienari pro ſolvendis dotibus deſcendentium inſtitutoris? Reſolve ut in. d. c. 11. n. 101. & 102.
Bona majoratus poſſunt obligari cum Regia facultate pro reſtitutione dotis; dummodo bona non alienentur. ib n. 103.
Si bona majoratus alienantur cum Regia facultate, ut expreſſe aliquid fiat, emptor ſolvendo precium ſecurus manet, quamvis id pactum non ſit. ib. n. 104.
Si facultas ad alienanda vel obliganda bona majoratus fuit obtenta per obreptionem, vel ſubreptionem, alienatio nulla eſt. ib. n. 105.
Et quæ requirantur ad validitatem hujuſmodi facultatis? Remiſſive. ib.
Facultas Principis ad inſtituendum majoratum perſonalis eſt, & mortuo eo, cui fuit facta conceſſio, extinguitur facultas 2. c. 13. n. 21.
Mortuo ſucceſſore majoratus, qui ſucceſſorem eligere poterat: nulla facta nominatione defertur ſucceſſio ad filium majorem, vel conſanguineum proximiorem. d. c. 13. n. 24.
Legitimatus per ſubſequens Matrimonium admittitur ad majoratum, in quo vocantur legitimi, & de legitimo Matrimonio nati. 2. c. 26. n. 37.
Majoratus eſt dignitas, & annexam habet dignitatem. 2. c. 20. n. 88.
Habilitas ad ſuccedendum in majoratum conſideratur tempore delatæ ſucceſſionis, & non attenditur præcedens aut ſequens inhabilitas. 2. c. 29. n. 72.
Habilitas ſuperveniens poſt delatam ſucceſſionem majoratus, & adeptam poſſeſſionem non excludit eum qui legitimè ſucceſſit: niſi res adhuc ſit integra ib. n. 73.
Majoratus delatus rebelli durante rebellione, ſi poſtea fuerit reſtitutus ob bonum pacis, an reſtituto ſit reſtituendus 2. c. 9. à n. 29. 74.
Majoratus bona non tranſeunt in fiſcum ob delictum poſſeſſoris. d. c. 29. n. 97
Majoratus non ab ultimo poſſeſſore ſed à primo inſtitutore capitur ib. n. 98.
Succeſſor majoratus ſeu fideicommiſſarius creditor eſt bonorum majoratus, & pro tali habetur. d. c. 9. n. 99
Dominium poſſeſſoris majoratus eſt revocabile, & ſolum conſiſtit durante vita poſſeſſoris ib. n. 101.
Poſſeſſor majoratus non poteſt alienare bona ipſius. ib.
Alienatio facta à poſſeſſore, eo mortuo fit irrita & habetur ac ſi nunquam facta fuiſſet, ib.
Si majoratus fuit inſtitutus non adjecta alienationis prohibitione, bona à Lege cenſentur prohibita alienari ib. n. 102.
Si teſtator dixit majoratum inſtituere, & non adjecit formam ſucceſſionis, tunc ex natura perpetua majoratus cenſentur ſubintellectæ omnes clauſulæ, & vocationes neceſſariæ ad perpetuitatem majoratus. Et hoc caſu non impeditur temporalis alienatio ib. n. 103
Qui alienare poteſt, delinquendo dicitur alienaſſe, & nunc ſi poſſeſſor majoratus deliquit, & ejus bona confiſcantur, commoditates majoratus pertinent ad fiſcum durante vita delinquentis. ib n. 104.
Si alienatio fuit expreſſe prohibita ab inſtitutore majoratus, delicto commiſſo non tranſit in fiſcum, neque reſpectu fructuum ib n. 105
De jure Regio contrarium dicendum ut. n. 110. 111. 112. & 113.
Quando bona alienari prohibentur, ut conſerventur in familia, ſi hæres alienavit, omnes de familia admittentur ad petendum fideicommiſſum. d. c. 29 n. 106
Majoratus in caſu alienationis, vel delicti, ex quo poſſeſſor privatur majoratu pertinet ad proximiorem, non ad fiſcum ib n. 107.
Amplia, etiamſi confiſcatio fiat ob crimen læſæ Majeſtatis ib. n. 108.
Fiſcum ſecuta morte naturali poſſeſſoris majoratus delin-

quentis tenetur proximiori reſtituere majoratum. ib. n. 114.

Majoratus commoditas non tranſit in fiſcum ob delictum poſſeſſoris, ſi inſtitutor ultra prohibitionem alienationis adjecerit clauſulam, quod ſi poſſeſſor crimen confiſcatione dignum tentaverit, ſtatim transfertur majoratus ad ſequentem ſucceſſorem. ib. n. 115.

Intellige, ut non procedat. ſi verba dirigantur in tempus, quo jam delictum fuerit commiſſum; quia tunc clauſula nihil operatur, & fiſcus commoditates habebit. ib. n 116.

Quæritur, an deſcendens ab eo, qui ob crimen læſæ Majeſtatis capitaliter fuit punitus, vel tranſverſalis admittatur ad majoratum antiquum inſtitutum à Rege de bonis Regiæ Coronæ in favorem certæ familiæ. d. c. 29. n. 117.

Conceſſionis, & Inſtitutionis forma maximè eſt attendenda. d. c. 29. n. 18.

Majoratus Regiæ Coronæ ſive ad vitas, ſive in perpetuum revertitur ad Coronam propter delictum læſæ Majeſtatis à poſſeſſore commiſſum d. c. 29. n. 121.

Quæritur, an tranſverſalis illius, qui crimen læſæ Majeſtatis commiſit deſcendens tamen à primo acquirente, præferatur fiſco in ſucceſſione majoratus Regiæ Coronæ, vel ad fiſcum, & Coronam revertatur; d. c. n. 135 Et afferuntur fundamenta pro fiſco. ib n. 136. & 137.

Probatur pars affirmativa contra fiſcum, ad favorem collateralis deſcendentis à primo acquirente, quando donatio facta fuit v. g. Titio, & omnibus ejus deſcendentibus cum diſpenſatione Legis Mentalis. d. c. 29. n. 57.

Majoratus inſtitutus à Rege de bonis Regiæ Coronæ Titio, deſcendentibus cum derogatione Legis mentalis non confiſcatur ob crimen læſæ Majeſtatis niſi durante vita delinquentis poſſeſſoris. d c. 29 n. 145. & 146

Majoratus bonorum Regiæ Coronæ confiſcatur in perpetuum in præjudicium agnatorum, quando primus donatarius crimen læſæ Majeſtatis admiſit. c. 29 n. 147.

Ord. lib. 5. tit. 6. §. 16. poteſt verificari in majoratu inſtituto de bonis Regiæ Coronæ ſimpliciter ſine vocatione deſcendentium neque expreſſa alienationis prohibitione. d. c. 29. n. 150.

Quæritur, An majoratus Regiæ Coronæ civitatis, vel oppidi cum titulo Ducatus conceſſus Titio pro ſe, & deſcendentibus in infinitum pertineat ad externum deſcendentem: & an hic reſtitutus cenſeatur ex Capitulo pacis. d c. 29. n. 151. Et afferuntur fundamenta partis affirmativæ. n. 152.

Mandatum.

Per mandatum de manutenendo ordinatur, ut quis in ſua poſſeſſione, vel quaſi manuteneatur. 2. c. 32. n. 6.

Mandatum de manutenendo per judicis officium expeditur d. c. 32. n 7.

In concedendo mandato de manutenendo non ſervantur termini judiciales d. c. 32. n 14.

In proceſſu mandati de manutenendo neceſſaria eſt partis citatio. ib.

In mandato de manutenendo requiritur partis citatio. d. c. 32. n. 17.

Mandatum de manutenendo ſecum trahit executionem, & is, cui fuit conceſſum non poteſt magis poſſidere, quam poſſidebat tempore conceſſionis. d. c. 32. n. 22.

Mandatum de manutenendo non ſolum poſſeſſoribus, ſed etiam detentatoribus conceditur. d. c. 32. n. 30.

In mandato de manutenendo ſolum agitur de ſimplici ſtatu, & de eo conſervando, d. c. 32. n. 34.

Penſionario, qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi penſiones, conceditur mandatum de manutenendo. d. c. 32. n. 42.

Marchiones.

Marchiones inde dicti. 1. c. 6. n. 43.

Dignitas Marchionis minor eſt, quam Ducis; niſi Marchio ſit, qui ſuperiorem non recognoſcat. ib. n. 44.

Marchio præcedit Comiti ſecundum veriorem opinionem. ib. 45. & ſeqq.

Marchio ſedem coram rege in cœtu procerum cum ſella ante Comites. ib. n. 47.

Marchiones non tantum ſunt ſpectabiles, ſed etiam illuſtres. d c. 6 n. 4.

Recenſentur Marchiones qui fuerunt in Luſitania, à quo tempore cœperint. ib. n. 50

Maritus.

Maritus non poteſt opponere de jure fiſci uxori repetenti dotem ex eo; quod Matrimonium nullum fuit declaratum. 1. præl 2. n. 85.

Reſpectu mariti dos dicitur titulus oneroſus. ib. n. 100.

Maritus aſſimilatur emptori quoad dotem, promiſſor verò venditori. ib. n. 101.

Maritus qui promiſit in capitulis matrimonii de commorando in certo loco quando obligetur? Vide verbo *Donatio facta in capitulis Matrimonii*, & præl. 2 §. 3 n. 96. & 97.

Maritus ſi ſine juſta cauſa mutaverit domicilium, non tenetur mulier illum comitari, ſecus aliàs. ib n. 108.

Diſpoſitio loquens de marito intelligitur etiam de uxore, & è contra 1. præl. 2. §. 6. n. 12.

Maritus ſecundo nubens, & habens filios ex priori matrimonio, non poteſt facere promiſſionem arrhatum excedentem tertiam partem bonorum, quæ ipſe poſſidet tempore donationis. d. §. 6. n. 37.

Idem ſi non filios, ſed aſcendentes habet. d. § 6. n. 38.

Maritus fundum dotale alienare non poteſt, etiam de conſenſu uxoris. 2. c 4. n. 4.

Maritus Dux, vel Marchio facit uxorem Duciſſam, aut Marchioniſſam; prout Rex facit uxorem Reginam. 2. c. 7. n. 34.

Maritus an præferatur in accuſanda nece uxoris? Vide verbo *Accuſatio*.

Maritus poteſt agere pro injuria facta uxori, & eam remittere. 2. c. 18. n. 95. 97 & 98.

Mater.

Mater poteſt facere donationem filio quia illum non habet in poteſtate: Intellige de ea? quæ non eſt conjugata. 1. præl. 2. §. 5. n. 41

Matrimonium.

Matrimonium ſi judicatur nullum ob aliquod juris impedimentum, cujus vir, & uxor erant conſcii, uterque privatur lucro dotis, & donationis, & mulier ipſa dote: quod omne fiſcus aufert tanquam ab indigno. 1. præl. 2. n. 84.

Si conjuges fuerunt ignari impedimenti, propter quod Matrimonium nullum fuit declaratum, data hinc inde reſtituunt: Sed neuter lucratur partem dotis, vel donationem: præl. 2. n. 89.

Sive matrimonium nullum declaretur in vita, ſive poſt mortem ad inſtantiam hæredum. ib n. 94.

Idem judicatur de matrimonio carnali, ac de ſpirituali; & de uno ad aliud validum eſt argumentum. ib. 1 præl. 2. §. 1 n. 82.

Valet præceptum teſtatoris, ut legatarius, vel ſucceſſor majoratus contrahat matrimonium cum conſanguinea in tertio, vel quarto gradu. Et quid ſi conſanguinitas ſit in ſecundo gradu. Et quid ſi conſanguinitas ſit in ſecundo, ſi Summus Pontifex diſpenſaverit. d. §. num. 94. & 95.

Legatarius vel ſucceſſor majoratus non tenetur præcisè diſpenſationem obtinere; ſed debet eam petere, & ſollicitare, omnemque curam adhibere; alias non excuſabitur. d. §. 1. n. 96.

Præceptum inſtitutoris majoratus de contrahendo Matrimonio cum muliere certæ familiæ, vel cum certa perſona, ſub pœna privationis majoratus valida eſt 1. præl. 2. §. 1. n 89.

Relictum Mæviæ, ut nubat, conſequitur, ſi ingrediatur Religionem. d. §. 1. n. 82. & ſeqq.

Ubi limitationes, & ampliationes invenies.

Melioratio.

Meliorationes pertinent ad eum, qui expendit reſpectu æſtimationis earum, non proprietatis rei. 2. cap. 29. num. 23.

Qui rem melioravit, creditor eſt æſtimationis meliorationum, non dominus rei. ib. n. 24.

Mercatus.

Mercatus ſunt, qui fiunt ſingulis hebdomadibus, in quibuſdam Civitatibus, & Oppidis. 1. c. 23. n. 5.

Proponitur quæſtio, an mercatum quis habere poſſit ſine Principis privilegio: & fundatur opinio affirmativa. d. c. 23. n. 8.

Nulla datur differentia inter nundinas, & mercatus: Et diſpoſitum in uno cenſetur diſpoſitum in alio. d. c. 23. num. 9.

Mercatus non poſſunt fieri ſine gratia Principis, prout neque nundinæ. d c. 23. n. 10.

Meretrix.

Meretrix dicitur, quæ palam, & paſſim omnibus patet, ſive quæſtum faciat, ſive non. 2. c 17. n. 32.

Meretrix non dicitur, quæ duos, etiam quæſtus cauſa, vel libidinis ad coitum admiſit. ib.

Merita

Merita æquivalentia probare tenetur donatarius. 1. præl. 2. n. 47.

Meritorum ſola aſſertio inter perſonas prohibitas non ſufficit, ut merita probata dicantur. d. præl. 2. n. 48.

Merita non tenetur probare donatarius in donatione facta inter perſonas non prohibitas, quando donator illa fatetur. ib. n. 49.

Digitized by Google

Merita ſunt exprimenda in ſpecie, ut donatio remuneratoria cenſeatur; alias donatio erit ſimplex ib. n. 50.
An circa merita ſtetur aſſertioni Principis? ib n. 51. & 52.

Merum, & Mixtum Imperium

Merum Imperium quatenus accipitur pro prima gladii poteſtate neque alienari, neque concedi poteſt à Rege. a. c. 8. n. 5.
In mero imperio conſiſtit ſuprema juriſdictio. ib. n. 4.

Metus.

Metus reverentialis non eſt ſufficiens ad reſciſſionem actus, vel contractus. 2. c 18. n. 75.
Ad præſumendum metum reverentialem non requirunt minæ, vel verba, ſed ſola reverentia. d. c. 18. n. 74.
Metus reverentialis ſufficit ad annullandum. contractum geſtum cum eo, cui reverentia debetur ad ipſius utilitatem. ib.

Miles.

Tempore Pacis expedit fieri in Regno militares luſtrationes, vulgo *Alardes*, ut vaſſalli ſint apti, & idonei ad bellum gerendum. 2. c. 25. n. 125.
Militaris diſciplina eſt ſevera confirmatio ad robur & virtutem militum ib. n. 126.
Otium militibus damnoſum. ib.
Militum privatorum id tantum ſit quod ceperint in bello, & manu apprehendi poteſt. d. c 26. n. 98.

Minor.

Minor non poteſt donare, etiam cum Judicis, & Curatoris authoritate. præl. 2 n. 56.
Et quando ex cauſa remunerationis donare poſſit. ib. n. 56. & 57.
Minor adultus cum authoritate curatoris poteſt remittere delinquenti necem patris occiſi: Impubes major infante cum tutore, & curatore remiſſionem facere poteſt; ſi vero ſit infans, ſolus tutor remittit. c. 18. num. 78. & 79.
Et non requiritur decretum Judicis. ib. n. 82.
Limitatur non valeat remiſſio facta à tutore, ſi pupillus magnam incurrat verecundiam, & ejus honori præjudicium generetur. ib. n. 84.
De jure Regio non obſtante remiſſione tutoris & indulgentia Principis, immo nec ſententia, ad quam tutor fuit citatus, poteſt minor de novo delinquentem accuſare, data prius querela, ſcilicet maſculus uſque ad ætatem viginti quatuor annorum, & fœmina uſque ad viginti duos ib. n. 85.
Remiſſio facta à filiis minoribus patri, qui occidit illorum matrem quando valeat, vel non; Vide verbo *Indultum.*
Minor pubes cum authoritate curatoris omnes contractus gerere poteſt abſque Judicis decreto, excepta bonorum immobilium alienatione d. c. 18. n. 80.
Minoris intereſt non habere rixas, neque ſumptibus & litibus vexari. ib. n. 81.
Reſtitutio non competit minori adverſus remiſſionem injuriæ factæ ſive remiſſio fiat gratia ſive accepta pecunia. ib. n. 83.
Minor dicitur non tam pupillus, & impubes, ſed etiam infans, & omnes, ſive maſculi, ſive fœminæ uſque ad ætatem 25. annorum 2 c. 19. n. 3.
Ubi diſtinguitur inter adoleſcentes, & pupillos Minores adoleſcentes ab impuberibus ſeparantur d. c. 18. n. 4.
Minor pubes tutorem habere non poteſt. d. c. 18. n. 7.
Minor pubes invitus curatorem non cogitur accipere. d. c. 18. n. 8.
Poteſt reſpuere curatorem datum à patre in teſtamento. d. c. 19. n. 9.
Minor, qui petit à Judice confirmationem curatoris dati à patre illum accipere cogitur. d. c. 19 n. 10.
Minor curatorem datum à patre, vel à Judice, & ſemel acceptatum dimittere nequit ante legitimam ætatem. 25. annorum d. c 19. n. 12.
Minor, qui in ſuam tutelam venit, habet bonorum ſuorum adminiſtrationem. d. c. 19. n. 14.
Sed contrarium verius: ut n. 15.
Minor ſine curatore poteſt contrahere, & naturaliter, & civiliter obligatur. ib.
Si non habet curatorem, omnia poteſt facere ſicut major. ibid.
Minor pubes, qui non habet curatorem, alienare non poteſt bona immobilia ſine decreto, & curatore, neque res mobiles, quæ ſervando ſervari poſſunt. d. c. 19. n. 17.
Neque poteſt ſine ſolennitatibus ſuper immobilibus compromittere. d. c. 19. n. 18.
Neque poteſt tranſigere ſuper immobilibus, niſi apud minorem ſit remanſura res, ſuper qua tranſactio fit. ibid.
Minor non poteſt hypothecare bona immobilia, neque cenſum ſuper eis imponere. d. c. 19. n. 19.
Neque poteſt cambium cum hypotheca conſtituere. ib.
Minor non poteſt bona ſua longum tempus locare. d. c. 19. n. 20.
Nun poteſt poſſeſſionem alienare, & in alium transferre ſine curatore, & ſolennitatibus. ib.
Contractus geſti à minore quamvis validi ſubjacent reſtitutionis beneficio. d. c. 19. n. 21
Minores poſt certam ætatem poſſunt habilitari, & haberi pro majoribus per legem, & ſtatutum. d. c. 19. n. 25.
Minor non datur beneficium reſtitutionis adverſus contractus, & actus geſtos poſt veniam. d. c. 19. n. 32.
Minori, qui duxit uxorem in ætate 20. annorum, currit quadriennium ad petendam reſtitutionem à tempore Matrimonii. d c. 19. n. 40.
Minor, qui veniam ætatis impetravit, & is, qui Matrimonium contraxit in ætate 20 annorum æquiparantur in omnibus. d. c. 19. n. 42.
Minor factus major non poteſt dicere nullum contractum alienationis onoroſum, ſi tacuit per quinquenium. d. c. 19. n. 42.
Quinquennium currit ab anno 25. ætatis ſecundùm veriorem. d. c. 19. n. 44.
Minor cogitur accipere curatorem ad litem judicio etiam invitus, & proceſſus geſtus ſine curatore eſt ipſo jure nullus, d. c. 19. n. 54.
Minor, qui ætate 20. annorum duxit uxorem, non poteſt in Regno publica officia exercere. d. c. 19 n. 62.
De minore qui veniam ætatis impetravit. Vide verbo *Venia.*
Minor adultus an poſſit donare cauſa mortis. Vide 1. præl. 2. §. 3. n. 92. 95. & 96.

Mobilia.

Mobilia, & immobilia, quæ dicantur. a. c. 26. n. 77.
Cætera vide verbo *Bona.*

Modus.

Modus quid ſit 1. præl. 2. §. 1. n. 1.
Modus per quas dictiones inducatur. ib. n. 2.
Verba ſub conditione ſæpius importantur modum. ib. n. 3. & 4.
Modus tripliciter conſideratur: primo prout importat cauſam finalem. ib. n. 5.
Secundo quatenus importat cauſam impulſivam. ib. n. 6.
Tertio dicitur modus adjectus non ratione oneris, ſed conſilii; quando poſt actum perfectum præcipitur aliquid fieri in utilitatem tantum accipientis. ib. n 8.
Modo impulſivo non impleto non revocatur donatio, vel legatum; ſed accipiens cogitur modum adimplere. ib n. 7.
Modo finali deficiente corruit donatio, vel relictum. d. §. n. 10.
Modus dicitur finalis, quando reſpicit favorem donatoris, vel alterius tertii. ib. n. 11.
Modus adjectus favore piæ cauſæ: aut Reipublicæ dicitur finalis. n 12.
Modus dicitur finalis, quamvis tantum contineat utilitatem legatarii, quando conſtat de voluntate teſtatoris; quod alias non eſſet legaturus. d. § 1 n. 17.
Modus in eo differt à conditione, quod conditio ponitur à parte ante; modus verò à parte poſt. d. §. 1. n. 23.
Modus poteſt impleri poſt emolumentum aſſecutum. d. §. 1. n. 26.
Ex diſpoſitione modali tanquam pura ſtatim competit actio præſtita cautione de modo implendo. ib. n. 27.
Modus non ſuſpendit adquiſitionem legati, fideicommiſſi, vel donationis d. §. 1. n. 28.
Modus alius eſt poteſtativus, alius mixtus. d. §. 1. n. 41.
Modus mixtus deficiens per caſum, qui non contingit facto ejus, qui implere debebat, habetur pro impleto, & & non facit deficere diſpoſitionem. d. §. 1. n 43.
Intellige, ut procedat etiam in contractibus. ib.
Intellige, ut procedat in modo impulſivo, quia finalis quocunque modo deficiat, irritat diſpoſitionem. d. §. 1. n. 44.
Secundo intellige, quando modus deficit per caſum contingentem in perſona ejus, in qua impleri debebat: Secus ſi contingat in perſona implere debentes. d. § n. 45.
Modus ſi deficit, quia donatarius, vel legatarius implere noluit, poteſt repeti donatum, vel legatum ib. n. 46.
Si donator vult agere ad implementum modi, non liberatur donatarius reſtituendo rem. d. § n. 47
Modus impoſſibilis nunquam reddit diſpoſitionem nullam ib. n. 51.
Modalis potius, quam conditionalis in dubio præſumitur donatio, ſeu alia diſpoſitio n. 52.
Modale legatum non quæritur legatio, ut eo frui poſſit, niſi ſecuto modo, in quo conſiſtit cauſa finalis legandi. n. 82.

Modus adjectus in donatione facta Eccleſiæ in dubio præſumitur impulſivus, non finalis. ib. n. 100.
Clauſula adjecta, quod modo non ſervato res revertatur ad dominum, ſi modus non ſervetur, donatio habetur, acſi non fuiſſet facta, & repetitur donatum, acſi donatio facta fuiſſet tempus. ib. n. 101.
Interpellatus de modo implendo poteſt intra modicum tempus purgare moram ante litem conteſtatam. ib. n. 10.
Intellige, ſi jus creditoris non eſt factum deterius. d. §. 1. n. 101.
Finem ſi habemus, non curamus de modo. Vide verbo *Finis.*

Molendina.

Molendina, quæ tanquam ædificia in terra, vel ad præterlabentem aquam ædificantur in ripis, & margine fluminis inter immobilia connumerantur, & ab hoſtibus capta veteribus dominis reſtituuntur. 2. 26. n. 88.
Molendina ventoſa quæ agitantur vento; computantur immobilia, & recuperata ab hoſtibus prioribus dominis reſtituuntur. d. c. 26. n. 89.
Molendina, quæ navalia dicuntur, & ſunt ædificata ſuper navi in flumina, mobilia dicuntur, & recuperata hoſtibus capientium fiunt. d. c. 26. n. 90
Molendina navalia poſſunt alienari à minore ſine decreto. d. c. 26. n. 91.

Monaſterium, & Monachus.

Monachus profeſſus in Religione omnino incapaci bonorum non ſuccedit in majoratu. 1. præl. 2. n. 138.
Et devolvitur ſucceſſio ad ſequentem in gradu. d. 2. §. 2. n. 136.
Gravatus ſub conditione, ſi ſine liberis, ingreſſus monaſterium capax bonorum, acquirit monaſterio, ejus vita durante. d. §. 2. n. 139.
Monaſterium capax bonorum excludit ſubſtitutum Monachi, qui fuit gravatus ſub conditione, ſi ſine liberis, & mortuus eſt. d. §. 2. n. 140.
Monaſterium habetur loco filio. ib. Sed reprobatur.
Monaſterium non minus derelictum fuiſſe præſumitur, quam liberi, vel hæredes donatariis, qui hæredi vel donatario dedi ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine liberis. ibid
Amplia, ſi conditio concipiatur ita, ſi deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore natis. d. §. 2. n. 141. Sed contraria verior.
Monaſterium capax bonorum ſuccedit in majoratu durante vita monachi. d. §. 2. n. 142.
Limita, ſi majoratus ſit agnationis. d. §. 2. n. 143.
Si tamen conſtat aperte inſtitutorem agnationi proſpexiſſe, nec ſufficit vocatio familiæ. d. §. 2. n. 144.
Monachus non ſuccedit in Regno, Ducatu, Comitatu, vel majoratu, cui annexa eſt juriſdictio d. §. 2. n. 145.
Datum monaſterio cauſa ingreſſus reſtituitur, ſi donans non ingrediatur, vel exeat de monaſterio. 1. præl. 2. §. 1. n. 98.

Monarchia

Monarchia eſt præſtantiſſima ex tribus Rerum publicarum ſpeciebus. 2. c. 24. n. 26.

Moneta ſeu Nummus.

Quia commercia in principio permutationibus peragebantur, & unuſquiſque utilibus inutilia permutabat, electa fuit materia, cujus publica, & perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum ſubveniret. 2. c. 25. n. 2. & 3.
Materia nummus dicta electa fuit ex ferro, ære, argento, & auro; ut pote medium, quo res fierent commenſurabiles. ib. n. 4.
Servius Tullus primus æs, quo antea rudi pro nummis utebatur, pecudis nota ſignavit. ib. n. 5.
Monetæ fabricator quis fuerit primus. ib. n. 6. Ubi afferuntur variæ opiniones.
In moneta conſiſtit æqualitas, per quam ſuperabundantia, & defectus reducuntur medium. ib. n. 7.
Moneta à publico fuit conſtituta ad conſervandam æqualitatem ſocietatis humanæ, ut per eam omnia æſtimarentur. ib. n. 8.
Monetæ uſus in toto Orbe terrarum omnibus placui hominibus, & jure gentium fuit receptus. ib.
Jus cudendi monetam eſt de Regalibus majoribus, & ad Principem ſpectat. ib. n. 10.
Solus Princeps monetæ æſtimationem, atque valorem præſcribit ib. n. 11.
Monetæ æſtimationem ejus eſt præſcribere, cujus eſt poteſtas illam cudendi ib. n. 12.
Poteſtas monetam approbandi, vel reprobandi, augendi, ac diminuendi ejus valorem pertinet ad Principem. ibid.
Jus cudendi monetam poteſt à Principe inferioribus concedi, & communicari. ib. n. 13.
In hoc Luſitaniæ Regno jus & poteſtas cudendi monetam ſolius Principis eſt, & oſſibus Coronæ affixum, inferioribuſque concedi nequit, ib n. 14. & 15.
Rex non poteſt mutare formam, materiam, ſeu pondus monetæ ſine conſenſu populi ib. n. 16.
In hoc Regno non poteſt Princeps mutare monetam ſine conſenſu populi ex contractu inito cum populo ib. n. 17.
Monetæ mutatio eſt Regnorum deſtructio, turbat ſubditus, & ſeditiones parit. ib. n. 18.
Mutatio monetæ contingere ſolet in Republica male inſtituta, neque prudenter gubernata. ib.
Monetam mutare, augere, & diminuere poteſt Princeps per ſe ſolum ex juſta, & publica cauſa. ib. n. 17.
Circa mutationem monetæ Princeps deliberare debet maxima circumſpectione, & maturo conſilio. ib. n. 20.
In materia monetarum Princeps eſt miniſter juris gentium, & juſta erit cauſa mutandi monetam, ſi materia communi hominum æſtimatione pretioſior, & carior facta ſit. ib. n. 21.
Moneta mutari poteſt abſque populi conſenſo ex cauſa publicæ neceſſitatis, & utilitatis, ut puta ex cauſa belli. ib n. 22.
In prædicto caſu poteſt Princeps jubere, quod corium, vel alia materia pro pecunia, accipiatur: ut probatur exemplia. ib.
Circa rem nummariam plurimum valet Principis diſpoſitio, qui materiam poteſt eligere, & illi æſtimationem præſtare. ib. n. 23.
Monetæ æſtimatio, & valor urgente neceſſitate poteſt augeri. ib n. 24.
Intereſt Reipublicæ, ne moneta extrahatur à Regno, & de pœna extrahentibus impoſita in hoc Regno. d. c. 25. n. 25
Moneta debet eſſe proba, & legitima. Quo circa tria debent concurrere v. g. materia, publica forma, legitimmo pondus, & æſtimatio. ib. n. 26.
Moneta ut ſit proba, debet eſſe aurea, argentea, vel ærea abſque alia mixtura ib. n. 27.
Non debet eſſe de alchimia. ib.
Moneta non debet decolorari ib. n. 28.
Monetæ bonitas, & quantitas materiæ eſt omnino attendenda ib
Monetæ bonitas, probitas ſubſiſtit, etiam ſi mixturam habeat, quæ dicitur *Lega*. ib. n. 29.
Moneta dicitur falſa, quæ plus æris, aut argenti habet, quam lege cavetur. ib. n. 30.
Falſa dicitur moneta, ſi plumbum argentatum, vel æs auratum pro argento vel auro percutiatur. ib. n. 31.
Forma monetæ nihil aliud eſt, quam impreſſio, ſeu caracter impreſſus in ipſa materia monetæ Principis authoritate, vel in imagine Principis, in inſcriptione litterarum, & in publica authoritate. c. 15. n. 32.
Item dicendum, ſi non effigies Principis, ſed ejus inſignia, & arma imprimantur cum ſolita impreſſione nominis Principis: Et quid in hoc Regno & Caſtellæ ſervetur. ib. n. 33.
Falſa eſt moneta; quæ cauſa eſt à privato, etiam legitimæ, & probæ materiæ, juſtique ponderis fit. ib. n. 34.
Item erit falſa, quando in ea imprimitur caracter, ſeu forma aliena abſque conſenſu ejus, cujus eſt. ib. n. 35.
Monetæ pondus debet eſſe æquale, ita ut tantum ponderis habeat jam ſignata, quantum materia in maſſa nondum elaborata. ib n. 36.
Princeps debet cudere monetam juſti ponderis ad valorem metalli, aliàs peccat. ib.
Ex monetæ pondere non debent extrahi expenſæ juxta opinionem Legiſtarum. ib. n. 37.
Princeps non tenetur facere expenſas de proprio in cudenda moneta, ſed illius valor major eſſe debet reſpectu expenſarum in cudendo. Et hæc eſt verior opinio. ib.
Monetæ bonitas diſtinguitur inter intrinſecam, & extrinſecam: intrinſeca dicitur ipſum metallum extrinſeca verò ipſa æſtimatio. ib. n. 40.
Diſputatur, An eſſentia monetæ conſiſtat in metallo, vel in authoritate publica ib. n. 41.
Monetæ æſtimatio, & pondus à Majeſtatis arbitrio pendet. n. 2.
Monetæ valorem augere poteſt Princeps. Et afferunt exempla. ib.
Rex graviter peccat, ſi monetam abſque urgentiſſima cauſa mutaverit. ib. n. 44.
Moneta quæ ex valore intrinſeco non conſtat, non poteſt dici proba quoad omnes. n. 46.
Moneta proba auget Principis imperium, & authoritatem. d. c. 25. n. 47.
Apud Romanos erant monetæ ponderatores, qui Triumviri

Monatales

Monatales dicebantur, qui adhuc exiſtunt imperio Germano, & apud Venetos. ib. n. 48.
Monetarum cura plurimi habenda. ib. n. 49.
Moneta tribus modis corrumpitur, de quibus. ib. n. 50.
De pœnis falſificantium monetam. ib. n. 51.
Pœna ignis cum bonorum publicatione puniuntur falſificantes monetam Regis, ac ſui Principis, qui ſuperiorem non recognoſcit. ib. n. 52.
Eiſdem puniuntur fautores, conſiliarii, & qui ſcientes delictum falſæ monetæ non revelant delinquentes. ib. n. 56. Ubi rejicitur contraria opinio.
Domus, in qua moneta falſa fabricatur, confiſcatur, quamvis non ſit propria delinquentis; ſi dominus prope fuerit, vel cum delinquente conſuetudinem habuerit. ib. n. 57.
Excuſatur dominus domus, ſi cum primum delicti ſcientiam habuerit, illud revelavit. ib.
Qui monetam falſam ſciens à fabricatoribus accepit, eadem pœna ignis, & confiſcationis punitur. ib. n. 57. in fin.
Tondentes, vel radentes monetam auream, aut argenteam non puniuntur pœna ignis, & confiſcationis, ſed alia mitiori. ib. n. 58.
Et qua pœna olim, & hodie teneatur. ib. & n. 59.
De jure Regio qua pœna puniantur tondentes, & radentes monetam Principis. ib. n. 61. 62. & 63.
Tondens, vel radens monetam excedentem pondus, ut ad juſtum reducat, unitur, & tenetur ad reſtitutionem Principi. d. c. 15 n. 64.
Tangentes monetam argenteam auro, vel æream argento, auro, ſunt rei criminis falſæ monetæ. ib. n. 65. Ubi qua pœna puniantur
Expendentes falſam monetam puniuntur eiſdem pœnis, quibus adulterantes, ſi ſcienter expendant. Secus ſi ignoranter falſa pecunia uſi fuerunt, niſi ignorantia ſit ſupina, & craſſa. ib. n. 67.
Eadem pœna punitur expendens, & is, qui expendere fecit falſam monetam. ib. n. 68.
Et quid in expendente nummos alterius materiæ. ib. & n. 69.
Proponitur quæſtio, an cudens, tondens, aut mutilans monetam alterius Principis, cujus non eſt ſubditus, plectendus ſit pœna ordinaria hujus delicti? Diſtingue ut. n. 70. 72. & 73.
Fabricator falſæ monetæ alterius Principis, qua utitur Reſpublica ex permiſſione Regis; ultimo afficitur ſupplicio ib n. 74.
Proponitur quæſtio, an ſi quis monetam falſam fabricare cœpit, & non perfecit puniendus ſit? Et referuntur opiniones Doctorum Et probatur ea, quæ habet judicis arbitrio reum eſſe puniendum, ib n. 75. & 76.
In delicto falſæ monetæ punitur conatus, & affectus pœna ordinaria, etiam non ſecuto reali effectu. ib. n. 78.
Crimen falſæ monetæ reſpicit injuriam perſonæ ipſius Principis. ib. n. 80.
Fabricator falſæ monetæ dicitur proditor erga Regem, & infamiam incurrit. ib.
Reus criminis falſæ monetæ nobilitatem ammittit. n. 81.
Socius criminis falſæ monetæ probat contra ſocium & in tormentis poteſt interrogari de ſociis. ib. n. 82.
Conſcius criminis falſæ monetæ revelare tenetur, & accuſare delinquentem. ib. n. 84.
Qui ſcivit & non revelavit, punitur pœna mortis, & flammarum exuſtione. ib.
Amplia ut procedat concluſio, etiam quando revelans probationes non habuit. ib. n 86.
Et eſt ſpeciale in crimine falſæ monetæ, ut accuſator non puniatur de calumnia, etiamſi non probet delictum. ib. n. 89.
Socius criminis revelans delictum falſæ monetæ conſequitur veniam ipſius criminis & cujuſlibet alterius. d. 25. n. 92 & 93.
Rejicitur contraria opinio Bartol. ib. n. 91. & 93.
Socius hujus criminis revelans delinquentem, ut poſſit conſequi præmium, ſeu veniam alterius delicti, tenetur probare delictum ib. n. 94.
Sufficit probare delictum per indicia ſufficientia ad torturam. ib. n. 95.
Moneta falſa inventa penes aliquem an probet ab eo fuiſſe cauſam, vel præſumatur, item. An monetarius gaudeat immunitate Eccleſiæ? ib. Remiſſive. n. 96.
Proponitur quæſtio, an ſi mutatio monetæ contigerit poſt factum depoſitum, periculum pecuniæ ſit depoſitarii, vel deponentis. ib. n. 97.
Diſtinguitur inter depoſitum regulare, & irregulare. ib.
In primo caſu argumentum, vel diminutio monetæ pertinet ad deponentem. ib.
Secundo caſu periculum mutationis monetæ eſt depoſitarii, non deponentis. ib n. 101.
Amplia, ſive pecunia ſimpliciter ad numerum poſita ſit, ſive quando depoſita pecunia ad numerum fuit conventum, quod depoſitarius ea uti poſſit. n. 103. & 104.

Mora.

Interpellatus de modo implendo poteſt purgare moram intra modicum tempus ante litem conteſtatam. præl. 2. §. n. 103.
Si jus creditoris non eſt factum deterius; ut n. 104.
Moræ purgatio non habet locum, ſi in diſpoſitione apponitur certa dies, & pœna. d. §. 1. n. 105.
Moræ purgatio non admittitur, quando executio fit à lege. d. §. 1. n. 108.
Ad moræ purgationem requiritur, quod res ſit integra. d. §. 1. n. 107.
Moræ purgatio non datur in pacto redimendi poſt tranſactum tempus. ib. n. 109.
Moræ purgatio non habet locum quando expreſſe conventum eſt, quod non poſſit purgari. ib. n. 110.
Mora non purgatur, quando ex contraventione propter inobedientiam fit reſolutio contractus. ib. n. 111.
Mora geminata purgari non poteſt. ib. n. 112.
Mora non purgatur poſt litem conteſtatam. d. §. 1. n. 113.
Moræ purgatio non datur ut quis acquirat actionem quam non habet, ſed tantum, ut non ſit in damno. ib. n. 113.
Moræ purgatio debet fieri intra modicum tempus, ib. n. 114. & 116.
Mora modici temporis dicitur parvi præjudicii, & parvum damnum infert. ib. n. 116.
Ad conſtituendum aliquem in mora tria requiruntur, de quibus hic. ib. n. 117.
Ad moram conſtituendam, interpellatio debet fieri congruo loco, & tempore. ib. n. 118.
Interpellatio ad conſtituendam moram neceſſaria eſt quando obligationis dies eſt incerta. ib. n. 119.
In cauſis minorum, ſi contractus eſt bonæ fidei, vel agitur de legato, vel fideicommiſſo, non eſt neceſſaria interpellatio ad conſtituendam moram. ib. n. 120.
Intellige, cum minor habet tutorem, cui ſolutio facienda eſt, ſecus ſi illo careat. ib. n. 121.
Secundo intellige quando debitor minoris, eſt etiam minor, quia tunc neceſſaria eſt interpellatio. ib. n. 122.
Eccleſia, vel pia cauſa conſtituit debitorem in mora ſine interpellatione. ib. n. 124.
In mora conſtituuntur re ipſa adminiſtratores Civitatis abſque interpellatione. ib. n. 125.
Mora ſola non ſufficit, ut quid ultra ſortem recipere liceat. ib. n. 126.
Ex ſola mora non poteſt quis condemnari ad uſuras, vel intereſſe, niſi probaverit damnum emergens, vel lucrum ceſſans. ib. n. 127.
Moram purgare non poteſt, qui ex pacto, vel conventione tenetur alere donatarium. ib. n. 129.
Intellige, ut intra modicum tempus ante litem conteſtatam poſſit purgare moram, ſi donatarii nihil interſit. ib. n. 131.
Periculum quando eſt in mora, poteſt actus expediri ſine conſenſu ejus illud, qui præſtare neceſſe erat. 2. c. 4. n. 108. & c. 26. n. 121.
Periculum quando eſt in mora, multa fieri permittuntur, quæ alias denegarentur. d. 24. n. 169.

Mors.

Mors civilis æquiparatur naturali, non tam in caſibus expreſſis, ſed in quibus datur eadem ratio ſecundum Caſtrill. ſed contrarium verius. 1. præl. 2. §. 3. n. 68.
Mors civilis nunquam æquiparatur naturali; niſi in caſibus à jure expreſſis. d. §. 3. n. 69.
Mors civilis æquiparatur naturali in caſibus, in quibus operatur eundem effectum. d. §. 3. n. 10.

Mulier.

Mulier ſecundo nubens, vel luxurioſe vivens, quando amittat legatum à marito relictum; Vide verbo *Legatum.*
Conditio viduitatis quando à muliere impleri debeat? Vide verbo *Conditio*, & verbo *Legatum.*
Mulier ſecundo nubens non amittit uſumfructum ſibi à marito relictum. 1. præl. 2. §. 2. n. 85.
Mulier conjugata non poteſt contrahere ſine licentia viri. 1. præl. 2. §. 3. n. 99.
Sine licentia viri non poteſt mortis cauſa donare. §. 3. n. 98.
Mulier conjugata ſine licentia viri non poteſt propriam filiam dotare. d. §. 4. n. 102.
Mulier conjugata in hoc Regno donare non poteſt. d. §. 3. n. 101.
Mulier tranſiens ad ſecunda vota, tenetur reſervare filios prioris Matrimonii quidquid ex facultatibus maris ſponſalium: vel nuptiarum cauſa percepit. 2. præl. 2. § 8. n. 12.
Item, & legatum à marito relictum. d. n. 57.

Et an teneatur reſervare arrhas? Vide verbo *Donatio Arrharum.*
Non tenetur reſervare medietatem honorum lucratorum conſlante primo Matrimonio. d. §. 6. n. 19.
Mulier tranſiens ad ſecunda vota non tenetur reſervare filiis donationem remuneratoriam factam à primo viro. d. §. 6. n. 21.
Mulier tranſiens ad ſecunda vota tenetur reſervare filiis prioris Matrimonii donationem à marito factam ſaltem quoad proprietatem. 1. præl. 2. 7. n. 96.
Mulier conjugata transfertur in domicilium mariti, & efficitur de ejus foro. 2. c. 15. n. 16.
Mulier ignobilis nupta viro nobili efficitur nobilis. Vide verbo *Nobilitas.*
Mulier nobilis copulata viro ignobili ammittit nobilitatem. ib. & verbo *Nobilitas.*
Honeſta dicitur mulier, quæ nihil habet turpitudinis. 2. c. 17. n. 53.
Mulier, quæ occultè cum aliquo rem habuit libidinis cauſa quoad famam dicitur honeſta. ib.
Mulier nupta de jure communi remanet in poteſtate patris. 2. c. 18. n. 95.
Secus de jure Regio. ib. n. 96.

Mutatio

Mutato rerum ſtatu dicitur mutata obligatio, & diſpoſitio. 1. præl. 2. §. 2. n. 107.
Non ſunt mutanda, quæ ſemper certam interpretationem habuerunt. 2. c. 33. n. 25.
Quæ ſunt juris naturalis, immutabilia ſunt. ib. n. 12.

N

Natalitia.

ANtiquitus filiorum natalia conviviis, & magno gaudio celebrabant. 2. c. 18. n. 10.

Naturalis.

Naturalitatis jus exteris concedere ſolus Princeps poteſt, quia eſt de Regalibus majoribus. 2. c. 15. n. 31. 32. 33. & 34. & 35.
Natus qui non eſt in Regno, non dicitur illius naturalis; quamvis in Regno habitet, & naturalem uxorem ducat, domiciliumque perpetuum contrahat. d. c. 15. n. 1.
Natus in loco dicitur illius naturalis, ſive nativitas quieta ſit, ſive per tranſitum contingat. ib. n. 1.
Sed contraria opinio verior: ut n. 6.
Quæ de jure Regio procedit: ut n. 7.
Ex nativitate caſuali non efficitur quis civis originarius loci in quo natus eſt; ſed originem contrahit loco domicilii paterni. ib. n. 6.
Ex nativitate per tranſitum filius non dicitur naturalis illius loci, in quo natus eſt; ſed ſequitur origine paternam. ib. n. 6. & 7.
Et hæc pars ſequenda eſt de jure Regio. ib. n. 8.
Natus in regno ex patre extero, & matre naturali eo tantum caſu dicitur naturalis Regni, quo pater per decennium in regno habuit domicilium. ib. n. 8.
Ut filius exteri natus in Regno ex matre naturali efficiatur naturalis, deſideratur, quod habitio patris per decennium præcedat nativitatem, & non ſufficit quod ſubſequatur. d. c. 15. n. 9.
Filii nati extra Regnum ex patre Luſitano, qui ad aliud Regnum ſe contulit animo perpetuo ibi habitandi, cenſentur exteri, & non gaudent privilegiis Regni. ib. n. 25. & 28.
Si vero filii erant nati ante patris diſceſſum ad aliud Regnum, naturales dicuntur hujus Regni ib. n. 27.
Intellige ſupra dicta, ut procedant, quando pater propria voluntate ſe tranſtulit in aliud Regnum, & ibi domicilium conſtituit. d. c. 18. n. 20.
Naturalitatis per Principis reſcriptum perinde habendus ac vere originarius, & ideo continetur appellatione civium originalium. ib. n. 35.
Gaudet omnibus privilegiis conceſſis originariis; & poteſt ad honores promoveri. ib.
Exterus nullo tempore conſequitur jus naturalitatis, neque gaudet privilegiis civium naturalium; licet in Regno domicilium conſtituat. ib. n. 36.
Naſcimur parentibus, & patriæ, cui hypothecati ſumus. d. c. 15. n. 4.
Naturales, ſeu baſtardi dicuntur ſordes, & abjecti, non ſunt de domo, neque de familia patris. 2. c. 17. n. 46.
De jure communi naturales nequeunt Portare inſignia, & arma majorum. ib. n. 47.
Naturales tanquam ignobiles afficiuntur pœnis vilibus. ib. n. 48.
De jure Regio filii naturales gaudent nobilitate patris, & illius arma poſſunt portare: & idem de jure Caſtellæ. ib. n. 49.
Filii naturales eorum, qui Commendas habent Ordinum Militarium, ſunt naturales, non ſpurii. ib. n. 58.
Inter naturalem & ſpurium & multæ dantur differentiæ, ib. n. 67.
Baſtardi, & naturales idem ſunt. ib. n. 68.
Lex loquens de naturalibus non comprehendit ſpurios. ib.
Filius ſuſceptus ex propria ancilla, vel aliena, cum qua dominus Matrimonium contrahere valebat, naturalis eſt. d. c. 17. n. 74.

Navis.

Navis æquiparatur caſtello, & non poteſt in exteros alienari, & naturalibus interdictum eſt navigare cum exteris. 2. c. 29. n. 161.

Neceſſitas.

Neceſſitas publica ſi urget, non tenetur Princeps damnum tertio, cui res ablata eſt ob neceſſitatem publicam, reſarcire, etiam neceſſitate. 2. c. 2. n. 22. & c. 28. n. 114.
Quando ex cauſa neceſſitatis publicæ poſſit Princeps rem à tertio auferre; Vide verbo *Princeps.*
Neceſſitas caret lege; immo ipſa Lex neceſſitati ſubjicitur. 2. c. 4. n. 23. & c. 24. n. 110.
Neceſſitas facit licitum, quod aliàs erat illicitum; & caſus neceſſitatis ſemper cenſetur exceptus. ib. n. 24. & c. 51. n. 69. & c. 14. n. 10. & c. 64. n. 110.
Neceſſitas publica ſemper privatæ anteponitur. ib. n. 25.
Neceſſitas publica urgens dicitur, non quæ vergit ad ultimam miſeriam, ſed ſufficit, quod periculum immineat, & urgeat. 2. c. 11. n. 70.
Neceſſitas quilibet non ſufficit, ut Princeps nullo dato bono cambio poſſit rem à tertio auferre: Sed debet eſſe talis, & urgens, ſi ei non occurratur, timeri poſſit periculum in Regni ſtatu. d. 11. n. 68. & 72. Ubi n. 73. & ſeqq. reprobat Author D. Joann. de Caſtill.
Res alienari prohibita ex cauſa neceſſitatis alienari poteſt. 2. c. 14. n. 11.
Neceſſitas dicitur extrema, quando ſi illi non occurratur, Regnum, & Regni ſtatus ſubſtinere nequit. 2. ca. 24. n. 110.
Patiã ſunt aliquid ex neceſſitate facere, vel timore neceſſitatis. d. c. 24. n. 111.
Ceſſante neceſſitate tenetur Princeps rem ablatam reſtituere. d. c. 24. n. 114.
In caſu urgentis neceſſitatis poteſt Princeps compellere ſubditos ad ſibi mutuandas pecunias. d. c. 24. n. 115.
Item, mercatores exteros poteſt compellere ad ſibi mutuandum ſine intereſſe. ib.
Urgente neceſſitate poteſt Princeps aſſumere vaſa aurea, & argentea Eccleſiæ, quæ neceſſitate ceſſante reſtituere tenetur. c. 24. n. 116.
Clerici tempore neceſſitatis urgentis adventitiæ gaudent immunitate tributorum, ſed executio fieri debet à Judice Eccleſiaſtico. d. c. 24. n. 117.

Negatio.

Negatio eſt malignantis naturæ, & omnia negat, operaturque privationem, & limitationem. 1. præl. 2. §. 2. n. 170.

Nepos.

Nepotes in materia odioſa non veniunt appellatione filiorum. 2. c. 29. n. 131.
Nepos ex filia delinquentis in crimine læſæ Majeſtatis an ſucceſſionis incapax efficiatur? d. c. 29. n. 132.
Nepos ex fœmina non ſuccedit in bonis avi, qui crimen læſæ Majeſtatis committit. d. c. 19. n. 134.
Matre excluſa à ſucceſſione patris delinquentis, etiam nepos ex ea excluſus cenſetur, quia reſpectu delinquentis à radice infecta provenit. ib.

Nobilitas.

Nobilitas virtute quæſita laudatur. 1. c. 2. n. 9.
Nobilibus Princeps beneficia debet conferre. Vide verbo *Princeps.*
Nobiliores ſunt eligendi Senatores, & Magiſtratus. 2. c. 6. n. 10.
Nobilitatis qualitas eſt prima, quæ requiritur in Judice. d. c. 6. n. 15.
Inter Nobiles, Nobiliores ſunt præferendi cæteris paribus. ib. n. 16.
Nobiles plebeis in omnem caſum ſunt præferendi. ib. n. 16.
Mulier ignobilis nupta viro nobili efficitur nobilis: & ſi Regi nupſit, vocatur Regina. 2. c. 15. n. 20.
Mulier nobilis cupulata viro ignobili amittit nobilitatem. ib. n. 21.
Nobilitas dividitur quadrupliciter inter Theologicam, Naturalem, Mixtam, & Politicam, ſeu Civilem. 2. c. 17. n. 2.
Nobilitas Politica eſt de Regalibus majoribus. ib. nu. 2.
Solus Princeps nobiles efficere poteſt. ib. n. 3.
Nobilitas a Principe tanquam à fonte derivatur. ib. n. 4.

Modus

Digitized by Google

Modus nobilitandi per reſcriptum receptiſſimus, & uſitatiſſimus eſt. ib.
Pro nobili reputandus eſt, is, quem Princeps juſſit eſſe nobilem; quamvis eſſet indignus. ib n. 5.
Intellige, ſi Princeps ex certa ſcientia, & non ignorata hominis conditione nobilitatem conferat. ib.
Peccat Princeps, qui indignum ſcienter ad nobilitatem promovet ib.
Caute princeps agere debet in concedenda dignitate plebeis, & indignis ib. n. 6.
Nobilitatis effectus poteſt princeps pecuniæ vendere; non vero ipſum jus ſanguinis, & à tali venditione ſe debet abſtinere. ib. n. 7.
Nobilitatis pretium ſunt clara, & egregia facta atque virtutes. ib. n. 8.
Nobilitas empta in deriſum apud nobiles cedit, & ipſis emptoribus in opprobrium. ib.
Princeps non ſolum expreſſe facit nobilem, ſed etiam tacite, c. 17 n. 9.
Nobiles dicuntur, qui lateri Principis adhærent ipſius permiſſione. ibid.
Nobiles efficiuntur, & non vulgarem obtinent dignitatem militantes in Sacro Palatio. ib. n. 10.
Inſervientes in Palatio Excellentiſſimi Ducis Brigantiæ perinde nobiles efficiuntur, ac ſi ipſi Regi inſervirent. ibidem.
Princeps cavere debet, ne vilioris, & humilioris ſortis homines ad ſuum latus admittat. Ex hoc enim gravia ſequuntur damna. ib. n. 11.
Nobilitandi poteſtatem poteſt Princeps communicare inferioribus, dummodo expreſſa, & ſpecialis ſit conceſſio. ib. n. 12.
Nobilitas tantum conferenda eſt plebeis, qui virtutibus pollent & merentur ab aliis ſeparari ob res clarè geſtas tam armis in bello, quam litteris, in pace. ib n. 13.
Plebeius nobilis effectus per privilegium non vere nobilis, neque Princeps eum verè nobilem facere poteſt, ſed eſt principium ſuæ nobilitatis, & ab eo in poſteros derivatur nobilitatis ſtatus. ib. n. 14.
Nobilis fieri poteſt plebeius, & ignotus. ib. n. 15.
Nobilitas non naſcitur in ictu oculi. ib.
Nobilitas Politica poteſt acquiri virtutibus, ut à Principe confirmetur. ib.
Nobilitas conſiſtit in virtute, quod confirmatur exemplis. ib. n. 16.
Nobilitas eſt qualitas accidentalis, & quid morale, hominumque figmentum, atque ens rationis. ib. n. 17.
Omnes nobiles provenerunt ab hominibus particularibus. d. c. 17. n. 18.
Nobilitas dimetienda eſt ex propria virtute. ib.
Nobilitas recenter incipiens non dicitur perfecta. ibid. num. 19.
Nobilis ex ſtirpe tunc clarior redditur, ſi ſimul virtutibus ornatus eſt. ib.
Nobilitas naturalis, quæ à majoribus provenit ſuperior eſt, omnes alias anteceſſit. ib n. 20.
Nobilitas ſanguinis, & gentilitia eo præſtantior eſt, quo antiquior, ib. n. 21.
Hujuſmodi nobilitatis peculiare eſt, quod nobilitatem generis famulantur virtutes ibid.
Nobiles genere ad officia publica ſunt eligendi. ib. n. 22.
Nobiles ex ſtirpe non tam gloriari debent ex avorum virtutibus, quam ex propriis ib. n. 23
Nobilitas tempore incipit & tempore definit, virtute claret, vitio ſepelitur. ib. n. 24.
Nobiles genere virtutes, moreſque majorum debent imitari. ib. n. 25.
Nobiles qui vitiis dediti ſunt, genus ſuum deturpant, & nobilitatem aminunt. ib.
Nobiles vitioſi hominibus ſiunt exoſi. d. c. 17. n. 26.
Nobiles debent vitia fugere, & ſuperbiam ib. n. 27.
Filius ejus, qui eſt nobilis genere, & propter flagitia nobilitatem amiſit, remanet nobilis ex nobilitate avorum. ib. n. 28.
Filius ejus qui primus nobilitatem adquiſivit privilegio Principis, non remanet nobilis; ſi pater ob ſcelera nobilitatem amiſit, niſi patri, & filio ſimul nobilitas fuiſſet conceſſa. ib. n. 29.
Filius naturalis nobilis ex ſtirpe, qui nobilitatem amiſit non ſuccedit patri tanquam plebeio. ib. n. 30.
Nobilis genere, qui ob delictum nobilitatem amiſit, non efficitur plebeius, ſed retinet medium ſtatum inter nobiles, & plebeios. ib.
Nobilitatis effectus differunt ab ipſa nobilitate. ibid.
Pater qui nobilitatem amiſit propter infamiam, vel exercitium artis mechanicæ, redeundo ad bonos mores nobilitatem recuperat. ib. n. 31.
Nobilitas generis deſcendit à patre, avo, & cæteris aſcendentibus in filios legitimos. ibidem. num. 32.
Mulier quantumvis nobiliſſima nubens plebeio nobilitatem amittit. ib. n. 34.
Nobilitas proveniens à matre; quæ nobilitatem ſit, non transfertur in filios. ib.
In hoc Regno filii ſequuntur matris nobilitatem. ibid. num. 35.
Nobilitatis monumenta ſunt inſignia. ib.
Nobilitas filiorum etiam ex materno ſanguine creſcit. ib. n. 36.
Nobilis ex parte matris præfertur in aſſequendis beneficiis. ibid
Quoad nobilitatem effici poteſt ſtatut, ut filius matris genus ſequatur, & illius conditionem. ib. n. 37.
Nobilitas non præſumitur, quia non eſt à natura, & ideo ab eo allegante probanda eſt. ib. n. 38.
Nobilitas eſt communis hominum loci exiſtimatio, & opinio. d. c. 17. n. 39.
Ad probandam nobilitatem non ſufficit dicere aliquem eſſe nobilem, niſi addatur quod pro tali reputatur. ib.
Nobilitas dicitur probata per teſtes, qui deponunt ſimpliciter talem fuiſſe, & eſſe communiter nobilem reputatum ib. n. 40.
Limita, niſi à ſtatuto, vel hominis diſpoſitione requiratur ſpecifica probatio nobilitatis; quia tunc non ſufficit. ib.
Nobilitas præſumitur ex quaſi poſſeſſione decennali. ib. num. 41.
Intellige, ut pendente lite ſuper nobilitate eis, qui autem lite munera, & officia nobilium exercebat, ſit manutenendus in ſua poſſeſſione. ib.
Nobiles ad officia publica, & regimen Reipublicæ præferendi ſunt plebeis. ib. n. 42.
Amplia, ut etiam præferantur in rebus bellicis. ib. n. 43.
Tempore belli nobilibus commendanda ſunt loca, munitia, præſertim illis, qui in locis obſeſſis, vel obſidendis pignora ſua habent. ib
Nobiles præferendi ſunt in beneficiis, & electionibus dignitatum ſpiritualium. ib. n. 44.
Nobilitas patris de jure communi non derivatur in filios naturales. ib. n. 45.
De jure communi naturales portare nequeunt inſignia, & arma avorum: Secus de jure Regio, & Caſtellæ. d. c. 17. n. 49.
De conſuetudine baſtardi reputantur nobiles. ib. n. 50.
Baſtardi aliquando propter enormitatem delictorum plectuntur pœnis, quibus ignobiles ib.
Filius naturalis matris nobilis gaudet nobilitate materna. ib. n. 51.
Intellige, niſi ex alia cauſa nobilitatem amiſerit. ib.
Mulier nobilis vivendo luxurioſè tunc nobilitatem amittit, quando meretricio more lucrum publicè faciebat; non quando ſemel, vel iterum peccavit in corpus ſuum. d. n. 51.
Nobilitas patris non deſcendit in filium ſpurium. d. c. 17. num. 61.
Filius ſuſceptus à nobili ex propria ancilla, mortuo patre conſequentur libertatem, & gaudet nobilitate paternæ, niſi pater ſpecialiter eum reliquerit ſervitute. d. c. 17. n. 75.
Suſceptus ex ancilla aliena conſequitur nobilitatem patris, ſi tempore mortis illius jam erat à domino manumiſſus; ſecus aliàs. d. c. 17. n. 76.
Filius ex ancilla quoad nobilitatem nobilis eſt. d. c. 17. n. 78.
Natus in uno Regno, & tranſitus ad aliud retinet nobilitatem generis, non vero nobilitatem, quam privilegio Principis acquiſivit. d. c. 17. 79.
In unaquaque provincia nobilitas, vel ignobilitas metitur ex conſuetudine. d. c. 17. n. 80.
In uno Regno poteſt quis eſſe nobilis ex exiſtimatione hominum, qui alibi ignobilis ſit. d. n. 80.
Nobilitatis verbum apud omnes accipitur de nobilitate generis, & ubique pro vera nobilitate agnoſcitur; & ſequitur perſonam quocunque vadat. d c. 17. n. 81.
Nobilis genere non poteſt à ſe abdicare nobilitatem. d. c. 17. n. 82.
Saraceni nobiles genere, & alii infideles ad Fidem converſi nativam nobilitatem ſervant. d. c. 17. n. 83.
Deſcendentes ex Hebræis ad Fidem converſi non ſunt nobiles, & arcentur à publicis officiis, & honoribus. d. c. 17. n. 84.
Limita ut non procedat reſolutio quando coinquinatio ſanguinis procedit ex parte materna, quia ſi pater eſt nobilis, filius nobilitatem retinet quamvis obſcuratam. d. c. 17. n. 85.
Secundo limita, ut non procedat in Judæis converſis ab Apoſtolis, vel poſt eos, quia ſunt vetuſtiſſimi Chriſtiani. d. c. 17. n. 86.

Si iſti probaverint fuiſſe nobiles apud Hebræos pro nobilibus reputantur. d. c. 17 n. 78.

Nobilis ex privilegio, qui antea ignobilis erat, tranſlatus ad aliud Regnum pro ignobili erat habendus. d. c. 17. num. 88.

Nobilis aut dicitur abſolute, id eſt generis, aut domi tantum. d. n. 88.

Interpretatur quid ſit domi nobilis. d. c. 17. n. 91.

Reprobatur Auguſt. Barboſ. d. c. 17. n. 92.

Nobilitas ex privilegio, & nobilitas ſanguinis pari paſſu ambulant, eoſdem producunt juris effectus: quod intellige in territorio concedentis. d. c. 17. n. 93.

Cui Rex inſignia, & arma conceſſit, tacite efficitur nobilis. d. c. 17. n. 94.

Nobilis pro delicto in carcere publico poni non debet; niſi tale ſit delictum, quo probato pœna mortis ſit infligenda, ſed ei debet concedi homagium. d. cap. 1. num. 95.

Pro debito civili nobilis etiam ſuſpectus de fuga in publico carcere non eſt detinendus, neque in homagio conſtituendus eſt, d. c. 17. n. 96.

Proponitur quæſtio, An nobilis privilegio nobilitatis renuntiare poſſit? Et afferuntur duæ opiniones. d. c. 17. n. 97.

Referuntur DD. qui negativam tenent ſententiam. d. n. 97.

Nobiles pro debito civili non poſſunt excommunicari. d. n. 97.

Nobiles non poſſunt renuntiare privilegiis, quæ concernunt animam. d. c. 17. n. 98.

Nobiles poſſunt renuntiare privilegiis nobilitatis expreſſè, vel tacite, namque exercendo artem vilem dubium non eſt. d. c. 17. n. 99.

Limita, ut non procedat communis opinio, ſi ex renuntiatione alicujus privilegii derogaretur nobilitati in univerſum quoad ſupplicium ignominioſum nobili inferendum. d. c. 17. n. 100.

Debitori nobili pauperi incarcerato in domo tenetur creditor alimenta præſtare. d. c. 17. n. 101.

Intellige, ut procedat in eis tantum caſibus, in quibus debitor ceſſionem bonorum facere poteſt d. c. n. 101.

Non procedit prædicta reſolutio, quando debitor habet, unde ſe alat d. c. 17. n. 102.

Nominatio.

De facultate nominandi ad officium, vide verbo *Officium*.

Et de nominatione ad majoratum vide verbo *Majoratus*.

Qui ſemel nominavit, non poteſt iterum eligere, neque variare, ut de veriori. 2. c. 13. n. 38.

Intellige, ſi facultas nominandi conceſſa fuit ſimpliciter; ſecus ſi fuit collata in actum ultimæ voluntatis: quia tunc nominans poterit variare, ib. n. 39.

Secundo intellige, ut eligens iterum nominare poſſit ſi nominatus præmoriatur nominanti. ib. n. 40.

Nominatio, ſeu electio, qua quis frui non potuit, pro non facta habetur. ib. n. 41.

Nominatio facta in teſtamento nullo inutilis eſt, quocumque modo teſtamentum annulletur, vel revocetur. ib. n. 47.

Poteſtas nominandi ad officium neque cedi, neque transmitti poteſt; quia perſonalis eſt. d. c. 13. n. 48.

Notabilia.

Notabilia, & magna nulla generalitate verborum incluſa cenſentur. 2. c. 7. n. 59.

Notabilia quæ ſunt, niſi ſpecialiter exprimantur, cenſentur neglecta. ib.

Novitas.

Novitates contra ea, quæ à prædeceſſoribus noſtris ſunt obſervata, detrahunt juri publico, & per eas cauſa datur tumultui, perturbationi, & ſcandalo. 2. c. 23 n. 25.

Novitates ſunt odioſæ; & à jure reprobatæ; quia ſæpiſſimè Rempublicam turbant, & in diſcordias mere faciunt. ib. n. 26.

Nundina.

Nundinæ ſignificant locum, ubi fiunt ipſæ nundinæ & mercimonialis conventus publicus ad vendendum, & emendum merces. 2. c. 23. n. 1.

Nundinæ dictæ ſunt à novo die, quaſi novendinæ. d. c. 23. n. 2.

Fuerunt inſtitutæ, ut venientes ad eas leges acciperent. d. c. 23. n. 3.

In Italia aliæ ſunt nundinæ, in quibus cambia exercentur. d. c. 23. n. 4.

Mercatus ſunt, qui fiunt ſingulis hebdomadibus in aliquibus civitatibus & oppidis d. c. 23. n. 5.

Nundinæ ſine ſpeciali Principis conceſſione fieri nequeunt, cum earum jus ſit proprium Principis, & de Regalibus majoribus. d. c. 23. n. 6. & 10.

Nemini privato licet habere forum in ſua villa ſine Principis licentia. d. c. 23. n. 7.

Princeps poteſt mutare nundinas, & earum diem d. c. 22. n. 12.

Nundinæ non poſſunt celebrari in Eccleſia. ib.

Accedentes ad nundinas variis gaudent privilegiis d. c. 23. n. 13.

Primum eſt privilegium, quod accedentes debent eſſe tuti in loco, & ſecuri in acceſſu, mora, & receſſu. ib.

Securitas nundinarum non tantum conceditur perſonis, ſed etiam mercibus d. c. 23. n. 14.

Ad nundinas, qui venit, non poteſt capi ex cauſa obligationis antea geſtæ. d. c. 23. n. 15.

Qui venit ad nundinas juvari poteſt privilegio, etiamſi illud renuntiaſſet cum juramento. ib.

Intellige, ut is, qui juravit, non poſſit petere beneficium privilegii: at vero Syndicus Univerſitatis poteſt agere de obſervantia privilegii. d. c. 23. n. 16.

Veniens ad nundinas non poteſt conveniri in loco nundinarum pro debito antea contracto. d. c. 23. n. 17.

Pro geſtis loco nundinarum bene poteſt conveniri. ib.

Intellige, ſi debitor in loco nundinarum habet pergulam, tabernam, horreum, armarium, vel officinam mercantiæ cauſa conductam. d. c. 23. n. 18.

Secus ſi non habuerit, & contraxerit habita fide de pretio ſimpliciter abſque promiſſione ſolvendi in eo loco ib.

Qui primo ſit ſolvere in nundinas, ibi conveniri poteſt, & ſi ibi non inveniatur, poteſt in foro nundinarum citatus per requiſitoriam conveniri. d. c. 23. n. 19.

Poteſt conveniri in loco nundinarum pro juribus Regalibus & ex delicto provenientibus d. c. 23. n. 20.

In cauſis nundinarum proceditur ſummarie juris ordine non ſervato; ſed, ſola veritate comperta, prout in Curiis mercatorum. ib.

Nundinarum privilegia juris communis ſervanda ſunt, niſi aliud in privilegio dictum fuerit. d. 23. n. 31.

Privilegium nundinarum amittitur, ſi conceſſionarius per decennium eo uſus non fuerit. ib.

Princeps poteſt revocare conceſſionem nundinarum, ſi ex mera: gratia facta fuit: ſecus ſi mediante pecunia d. c. 23. n. 22.

Si princeps conceſſit privilegium nundinarum alicui loco, cum prius alteri conceſſiſſet, ut eadem die celebraretur nundina intra decem milliaria, privilegium ſecundum ſervandum non eſt. d. 23. n. 23.

Princeps nundinas conceſſas non poteſt auferre, vel præſcriptione quæſitas. ib.

O

Obligatio.

Obligatio antidotalis, quæ provenit ex meritis, nullam producit actionem præl. 1. n. 42.

Quælibet obligatio intelligitur rebus ſic ſtantibus. 1. præl. 2. §. 2. n. 106.

Mutato rerum ſtatu obligatio, & diſpoſitio mutatur. d. § 2. n. 107.

Obligatio facta ab uxore in utilitatem viri conſtante Matrimonio nulla eſt. 1. præl. 2. §. 4. n. 23.

Obſes.

Obſes dicitur, qui loco pignoris datur pro fide ſervanda. 2. c. 30. n. 1.

De ejus diffinitione. 2. c. 30. n. 1.

Obſides ob fidem fractam occidi poterant, & afferuntur exempla. ib. n. 3.

In bello inter Chriſtianos obſides necari non poſſunt, neque flagellis cædi; ſed ob fidem fractam in ſervitutem rediguntur. ib. n. 4.

Obſides proprie dari poſſunt à Principe, vel Republica nullum recognoſcente ſuperiorem ex cauſa publicæ pacis, vel induciarum. ib. n. 5.

Princeps ſubditos invitos obſides dare poteſt. ib. n. 6.

Obſidum mirabilis eſt conditio, & periculo vitæ vel ſaltem ſervituti ſunt expoſiti ib.

Obſes datus ſi recuſet, tanquam rebellis poteſt morte puniri. ib. n. 7.

Obſides dati non mutant ſtatum, neque libertatem amittunt, neque vere ſervi fiunt. ib. n. 8.

Obſides retinent dominium bonorum, quæ domi reliquerunt, non tamen poſſunt teſtari, & quæſita, dum obſides ſunt, fiſco acquirunt. ib. n. 9.

Obſides non habent teſtamenti factionem; niſi eis à Principe permittatur expreſſe, vel tacite illius factio conceſſo uſu Togæ. ib. n. 10.

Limita in obſidibus datis, vel receptis in bello inter Chriſtianos, quia teſtari poſſunt, & alios quoſcunque actus gerere. ib. n. 11.

Obſides dare nequeunt domini inferiores à Principe. ib. num. 12.

Limita, niſi detur diſcordia inter unam, & alteram civitatem, vel inter unum dominum inferiorem, & aliquam communitatem pro ſervanda concordia, tunc enim ſubſtinetur obſidum datio, licet ſit impropria. ibidem n. 13.

Sed iſti obſides dati inter inferiores non mutant ſtatum, neque conditionem, neque rediguntur in ſervitutem ob fidem fractam ib. n. 14.

Obſides dati non poſſunt inviti ab inferioribus, ſed volentes, & tamen durat obſidatus, dum obſides volunt. ib. n. 15.

Obſides dati nequeunt pro cauſa privata aut pecuniaria ad obſervantiam pactorum, vel rei judicatæ. ib. n. 16.

Obſides dati ab inferioribus quocunque tempore reluctaverint, non poſſunt retineri. ib. n. 32.

Limita, ut non procedat quando quis pro redemptione alicujus captivi alium hominem liberum volentem ſuppoſuit; quia retineri poteſt, donec pretium captivi ſolvatur. ib. n. 23.

Secundo limita, quando obſides dati pro cauſa privata ſe obligarunt cum juramento non recedere à loco, dum promiſſa non implerentur ib. n. 26.

Obſes, qui fidem dedit, ut latius haberetur aufugere non poteſt, ſi verò fidem non dedit, ei aufugere licèt: ſed Princeps eum iterum dedere tenetur; alias fœdus dicitur ruptum. ib. n. 32.

Offendens, vel occidens obſidem ſciens eſſe talem durante obſidatu crimen læſæ Majeſtatis committit, & in idem incidit, qui obſidibus præſtitit favorem, adjutorium, vel conſenſum ad fugiendum. ib. n. 33.

Obſides dati in unam cauſam non poſſunt retineri in aliam. ib. n. 34.

Obſes datus pro pretio captivi eo mortuo liberatur, quia neque pretium debetur. ibid

Obſervantia.

Obſervantia, & praxis Curiæ non eſt contra jus ſequenda. 2. c. 10. n 47.

Per obſervantiam omnia dubia deciduntur. ib. n. 49. & 2. 24. n. 88.

Et de interpretatione facta per obſervantiam, vide verbo *Interpretatio*, & verbo *Lex*.

Officium.

Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum. 2. c. 1. n. 11: & 2. c. 12. n. 49.

Officium ampliatum dicitur idem, & non eſt novum. 2. c. 7. n. 50.

Officium prorogatum, quando nova perſona intervenit, dicitur novum officium in illa perſona n. 55. & 56.

Conceſſa patri facultate nominandi ad officium facta nominatione filius habet jus in officio independens à jure ſui patri. d. c 7. n. 57.

Valet argumentum de officio ad feudum, & è contra ib. n. 57.

Officia hærent oſſibus Principis, & illorum dominium non tranſit in donatarium. 2. c. 13. n. 3.

Officia creare ſolus Rex poteſt Vide verbo *Princeps*.

Non vero Donatarii, Vide verbo *Donatarius*.

Conceſſa juriſdictione cum poteſtate providendi officia, & Rex poſtea officium augeat, dubitatur. An donatarius illud providere poſſit? Et proponitur quæſtio. d c. 13. n. 5.

Proponuntur fundamenta ſententiæ affirmativæ. n. 6. & 7.

Sed negativa ſervatur in praxi: ut. n. 8.

Officium conceſſum Titio ad vitam, vel ad bene-placitum, ſi poſtea auferatur abſque demerito poſſidentis, tenetur Princeps condignam ſatisfactionem præſtare. d. c. 13. n. 12.

Si quatuor ſunt Tabelliones in una civitate, & Princeps de novo creat aliud officium, ex quo reddituſ aliorum; diminuuntur, tenetur Princeps damnum prioribus reſarcire. ib. n. 9. & 10.

Si verò Princeps in aliorum officialium præjudicium aliis conceſſit æqualitatem in diſtributione, non Princeps, ſed Officiales, quibus æqualitas fuit conceſſa, tenentur reſarcire damnum prioribus. ib. n. 13.

Officia conferenda ſunt viris benemeritis, integræ famæ & opinionis. ib. n. 14

Officia parentum, qui bene adminiſtrarunt, filiis a principe conferenda ſunt. Quod in Regno tranſiit in obligationem. ib. n 15.

Rex faceret injuſtitiam ſi alii, quam filio officialis conferret officium. ib. n. 16.

Officii confeſſio facta alii, quam filio officialis nulla eſt, & ſubreptitia, etiam ſi filius ſit poſthumus. ib. n. 17.

Princeps poteſt ampliare officium, & concedere patri facultatem, ut illud valeat nominare in filio, vel extraneo. ib. n. 19.

In Regno ſolet Princeps facultatem concedere patri, qui rectè per viginti annos officium exercuit, ut poſſit nominare unum ex filiis vel filiabus ad officium. n. 19.

Nominatus à patre ad officium cenſetur illud habere à Rege mediante perſona nominantis. ib.

Proponitur quæſtio An ſi pater, qui nominare poterat, deceſſit nulla facta nominatione, pertineat officium ad filium majorem? ib. n. 20.

Ubi pro negativa adducitur Senatus ſententia, de qua Phæbus. Sed contrariam ſequitur Author. n. 26

Officium ex ſui natura non tranſmittitur ad hæredes quia conceſſio perſonalis eſt. ib. n. 20.

Facultas nominandi conceſſa à Principe non extinguitur; ſi Princeps præmoriatur ante nominationem. d c. 13. n. 31.

Mortuo patre, qui nominare poterat ad officium cum teſtamento, in quo filium hæredem inſtituit; iſte nominatus cenſetur ad officium, niſi alium filium minorem nominaſſet, ib. n. 31.

Si pater, cui facta fuit conceſſio nominandi filium ad officium poſt factam nominationem deliquit in officio; ut illo ſit privandus, patris delictum filio non nocet. ib. n. 33.

Sed contrarium verius: ut n 34.

Nominans ad officium ex facultate Regia cenſetur procurator Principis, & eligit tanquam nudus miniſter ib.

Nominatio ad officium, in quo pater deliquit, poſt delictum patris inutilis eſt. ib. n. 35.

Officia publica in hoc Regno non poſſunt renuntiari ſine licentia Principis. ib. n. 36.

Renuntiatio, quæ fit ex facultate Principis, gratis fieri debet nulla recepta pecunia ib & c. 14 n. 14.

Qui ex facultate ſemel eligit, non poteſt variare ſecundùm veriorem opinionem. ib. n. 38.

Intellige, ſi nominandi facultas conceſſa fuit ſimpliciter: Secus ſi fuit collata in actum ultimæ voluntatis ib. n. 39.

Secundo intellige, ut eligens iterum nominare poſſit, ſi nominatus præmoriatur nominanti. d. c. 13. n. 40.

Tertio intellige, ſi prima nominatio patris facta fuit per actum nullum quia iterum nominare poterit. ibid. n. 46.

Si pater nominavit unum filium, & in caſu, quo ſuccedere non valeret, alium elegit, ſi primo nominatus non potuit ſuccedere, ſecundo loco electus officium obtinebit. ib. n. 42.

Qui habet facultatem nominandi ad officium, non poteſt ſub conditione nominare, neque primo ſubſtitutum dare ibid. n. 43.

Intellige ut. n. 45.

Nominatio facta in teſtamento nullo inutilis eſt. Vide verbo *Nominatio*.

Facultas nominandi ad officium neque tranſmitti poteſt; quia perſonalis. d. c. 13. n. 48 & 51.

Per procuratorem non poteſt quis nominari ad officium: ib. d. n 51.

Intellige, niſi procurator fuerit ſpecialis, & in mandato expreſſa fuerit perſona nominandi, ib. n. 54.

Valet argumentum de Officio ad Beneficium, è contra d. 13. n. 57.

Officia, Beneficiis æquiparantur. ib. n. 58.

Officia ſæcularia, & Beneficia Eccleſiaſtica quoad electionem æquiparantur. ib.

Princeps poteſt concedere expectativas ad officia vacatura. ib n. 57. & 52. cum ſeq.

Donatarii, & Prælati inferiores non poſſunt expectativas concedere. Vide verbo *Expectativa*.

Proviſiones Officiorum factæ ab Epiſcopis, Pro-Regibus, & Gubernatoribus temporalibus eatenus durant, quatenus eorum juriſdictio. Qua extincta poſſunt, ſucceſſores providere officia, d. c 13. n. 69.

Intellige, ut proviſio officii facta à ſupradictis ad certum tempus, puta per annum, duret in illo tempore. ibid.

Secundo intellige, ſi conceſſio officii facta à Pro-Rege, vel à Gubernatore ad vitam confirmata fuerit per Regem: quia ſuſtinebitur. ib

Conceſſio officii facta à Prælato ad vitam conceſſionarii de conſenſu Capituli ſuſtinetur. ib. n 71.

Proponitur quæſtio, An ſi Princeps conceſſit Sejo primum officium vacaturum in tali Conſilio, & poſtea Titio; qui erat unus ex officialibus Conſilii conceſſit facultatem renuntiandi officium in extraneum, valida ſit conceſſio in præjudicium Seji? ib n. 89

Et ſubjiciuntur fundamenta partis affirmativæ. n. 90. cum ſeqq.

Et pro parte negativa à n & ſeqq.

Officiorum dominium eſt penes Principem; adminiſtratio vero apud officiales. ib. n. 90.

Officia

Officia ſunt in libera diſpoſitione Principis, ſicut Beneficia in diſpoſitione Papæ. ibid.
Vacatura officii ita contingit morte, ut renuntiatione; quia caſus mortis, & renuntiationis æquiparantur in jure. Quod intellige in præjudicium renuntiantis non tertii. d. c. 13. n. 97.
Donatarii qui habent datas officiorum, illa providere poſſunt, qui cuoque modo vocaverint. ib. n. 109.
De renuntiatione officiorum, & cujus manibus fieri debeat, & an ante acceptationem renuntiationis poſſit renuntians officium exercere; & de aliis in materia, Vide verbo *Renuntiatio*.
Officium conceſſum ad vitam, ſive ad beneplacitum dicitur perpetuum. ib. n. 110.
Idem de officio habito ab inferiore, cui erat facultas conferendi officia ib.
Officio nemo debet privari abſque legitima cauſa. ibid. n. 111.
Mutatio officialium vergit in magnum Reipublicæ detrimentum; quia ejus potius intereſt retinere Judices, quam novos create. ib. n. 112
Ab officio remotus præſumitur ob culpam, & malam adminiſtrationem. ib
Princeps an poſſit ad natum officia tollere, & officiales removere? Dubium eſt. Et pro parte affirmativa afferuntur fundamenta. d. c. 13. n. 115.
Officia ſive perpetua, ſive ad tempus quoad Principem ſunt amovibilia ad natum ib. n 116.
Reges noſtri non ſolent officiales removere ante tempus ſine cauſa; & quando fieri expendit, id faciunt cum magna cauſæ cognitione ib. n. 117.
Donatarii, qui poſſunt officia conferre, non valent officiales removere, ſive ſint electi ad vitam, ſive ad beneplacitum. ib n. 118.
Ad remotionem officialis, vel privationem officii non ſufficit cauſa, ſed eſt neceſſaria ſententia d. n. 118.
Officiali remoto ſine cauſa ab inferiore, Epiſcopo, aut Capitulo competunt remedia poſſeſſoria. ib. n. 121.
Officialis Epiſcopi, vel Capituli remotus habet recurſum ad Judicium Regiæ Coronæ ob illatam violentiam. ibidem.
Remotus ab Epiſcopo ſine cauſa poteſt intra annum coram Judice ſæculari agere interdicto unde vi. ib. n. 123.
Princeps non poteſt privare officio officialem, qui illud obtinuit mediante pecunia ſine juſta cauſa, & ita limitatur Ord. lib. 2. tit. 89. d. c. 13 n. 140.
Secundo limitatur in officio conceſſo ob bene merita. d. c. 13. n. 141.
Officium conceſſum Titio poſt mortem Caii dicitur etiam conceſſum, ſi vacaverit per remotionem Caii, vel alio modo. d. c 13 n. 142.
Proviſus in officio quouſque duraverit abſentia proprietarii, eo mortuo poteſt proviſus exercere. d. c. 13. n. 143.
Proviſus in officio ad ſemeſtre intelligitur de primo ſemeſtri d. c. 13. n 144.
Electus ad officium per ſemeſtre, ſi non exercuit officium in primo ſemeſtri, & elapſo non admittitur, neque tempus elapſum redintegratur ex alio d. n. 144.
Officium Seji conceſſum Titio à Principe, ut illud poſſit ſervire, quouſque proprietarius eſſet legitimæ ætatis? ſi poſtea Princeps Sejo conceſſerit veniam ætatis, non operabitur in præjudicium Titii: ſecus ſi in gratia dicatur, ut poſſit ſervire quouſque proprietarius fuerit ætatis ad ſerviendum. d. c 13. n. 147.
Officium conceſſum alicui, dummodo intra menſem cum Seja nupſerit, ſi illa requiſita noluit nubere, pertinet ad gravatum. d. c. 13. n. 148.
Officium conceſſum Titio ſub conditione, ſi contraxerit Matrimonium cum una ex filiabus Sempronii, una requiſita, quæ noluit nubere, aliam non tenetur requirere d. c. 13. n. 149.
Si Officium conceſſum fuit Seiæ ut illud haberet, qui cum ea nuberet, & poſtea Matrimonium nullum fuit declaratum ob aliquod juris impedimentum, officium non pertinet ad Titium. d. c. 13. n 150
Si officium conceditur Seiæ, ut illud exerceat is, cum quo Matrimonium contraxerit; & primus maritus gratia uſus non fuit, pertinebit officium ad ſecundum virum. d. c. 13. n. 151.
Officium cenſetur conceſſum juxta conſuetudinem & poſſeſſionem, in qua fuerunt anteceſſores, & cum eodem ſalario, licet non exprimatur. d. c. 13. n 154.
Qui officium acceptavit, illud ſervire tenetur juxta obſervantiam, & conſuetudinem. d. c. 154.
Officiorum venditiones prohibuerunt Imperatores antiquitus. 2. c. 14. n. 1.
Princeps poteſt officia vendere ſecundùm communem opinionem d. c. 14. n. 2.
Officia qui vendit, juſtitiam ipſam vendere cenſetur, quæ non eſt in commercio. ib. n. 3.
Officiorum juriſdictio, & adminiſtratio pendet à Principe. ib. n. 4.
An, & quando poſſit Princeps vendere officia, quæ juriſdictionem habent annexam. Vide verbo *Princeps*.
Conceſſa facultate renuntiandi officium, non cenſetur conceſſa facultas vendendi. 2. c. 14. n. 14.
Limita in facultate renuntiandi conceſſa mulieri, vel patri, ut filiam dotare poſſit ad ingreſſum Religionis? vel ſi facultas concedatur Minori qui officium non poteſt exercere, quia tunc accepta pecunia poteſt fieri renuntiatio. ib n. 15.
Donatarii Regiæ Coronæ, qui poſſunt officia conferre non poſſunt illa vendere. d. c. 14. n. 15.
Officium qui emit, vendit Juſtitiam. ib. n. 8.
Officia, dum ſunt venalia, non penduntur perſonæ meritis, ſed pecunia, & conferuntur Magiſtratus viris avaritia corruptis, & ſanguine infamibus. ib. n. 7
Officia conferenda ſunt Regnicolis; non tamen oriundis ex locis ubi exercenda ſunt, & inde provenit conſuetudo Regni quod in civitatibus, & oppidis notabilibus deputentur Judices oriundi ex aliis locis Regni, quos Foraneos appellamus. 2. c. 29. n. 159.
Originarii ad exercenda officia ſunt exteris omnino præferendi. d. c. 29. n. 160.
Officia duo ſimul quis habere non poteſt. 2. c. 33. n. 29.
Sine diſpenſatione Principis non poteſt quis habere duo officia, neque duo ſalaria ſine ejus licentia. ib. n. 30.
Intellige, ut etiam qui habet duo officia à Principe non poſſit habere duo ſalaria ex redditibus Regiis; valet tamen unum eligere. ib n. 31.

Onus.

Onus non poteſt adjicere donatarius poſt donationem perfectam. 4. p. 2. l. 2 n 6 & ſeq & et vide verbo *Donatio*.

Opinio.

Opinio recepta in curia omnino ſequenda eſt. 2. c. 10. num. 46
Communis opinio in judicando ſequenda eſt. 2 c 21. num. 25.
Opinio communis ſemper præſumitur verior. ib.
Paria ſunt judicare contra legem, vel contra communem opinionem, quæ venit appellatione legis ib n. 26.
Quando concurrunt duæ opiniones æque communes & probabiles, bene poteſt Judex, quam velit eligere, etiam in foro conſcientiæ, ib. n 27.

Origo

Civilitas originis immutabilis eſt. 2 c 15 n 3.
Qui receſſit à patria, & alio ſe tranſtulit, originem retinet. d 15. n. 4.
Filius retinet originem ſui patris, licet alibi naſcatur; & cenſetur civis ejus loci, ex quo pater originem duxit. ib. n. 12.
In filio, qui natus eſt extra patriam patris, conſideratur duplex origo, alia paterna, alia propria; & in utraque ſortitur forum. ib. n. 14.
Origo paterna potior eſt propria. ib.
Originem patris ſequitur filius, non avi, niſi vivente avo conceptus ſit; quia tunc illius originem ſequitur: Secus ſi mortuo avo ſit conceptus ib. n. 15.
Declara, quod nepos non ſequitur originem aliorum aſcendentium præter originem avi ib.
Matris originem non ſequitur filius. ib n. 16.
Filius ſpurius qui non habet patrem certum, natus in Regno ex matre naturali dicitur naturalis. ib. n. 17.
Idem ſi mater ſit extera, quæ in Regno habuit domicilium per decennium. ib.
Filia nupta extra propriam originem non poteſt ibi onera ſubire, quia civis eſt illius loci, in quo nupſit. ib n. 18.
Sed verius eſt mulierem ita nuptam extra propriam originem non amittere originem, ſed forum originis ſuſpendi dum Matrimonium duret, at verò quoad alios effectus originem retinet. ib. n. 19.
Jura immunitatis amittit originarius, qui à loco originis diſceſſit, & in aliud Regnum ſe tranſtulit propria voluntate, conſtituendo ibi domicilium. ib. n. 72.
Quamvis origo amitti non poſſit tamen bene poteſt originarius renuntiare favoribus, & privilegiis Regni in ſui præjudicium, non verò in detrimentum Regni ſuæ originis ib. n. 28.
Allegant filium Luſitani eſſe exterum, quia in alio Regno natus eſt incumbit onus probandi natum fuiſſe, poſtquam pater ſua voluntate propriam originem deſeruit. ib. n 29
Origo ſemel amiſſa non recuperatur per patrem revertentem ad Regnum; niſi obtenta reſtitutione, vel privilegio. ib.

P

Pactum

PActum de non revocando propter ingratitudinem an validum ſit? 1. præl. 2. n. 20.
Pactum de ſtando juramento patris, vel tertii ſuper æſtimatione; vel liquidatione expenſarum, meliorationum, intereſſe, aut damnorum validum eſt, ib. n. 80.
Item quod ſtetur juramento patris ſuper ſubſtantia damni, vel intereſſe. ib n. 81.
Ex pacto adjecto in donatione quod poſt certum tempus res revertatur ad dominum, eo finito retransfertur dominium ipſo jure in donatorem. 1. præl. 2. §. 1. n. 137.
Pactum, ut liceat rem avocare præſtat domino antiquo rei vendicationem. ib.
Pactum de retrovendendo tranſit ad heredes, licet conditio cum tali pacto in poteſtate vendentis conſiſtat. 1. præl. 2. n. 43.
Pactum de non revocando adjectum in donatione, in qua fit mentio mortis, illam transfert in donationem inter vivos. 1. præl. §. 3. n. 11.
Declara, ſi pactum de non revocando adjectum eſt in verbis diſpoſitivis, ſecus ſi in executivis d. §. 37. n. 12.
Pactum de non revocando ſi adjicitur in quacunque parte donationis, facit, quod donatio in qua fit mentio mortis tranſeat in donationem inter vivos. d. §. numero 17.
Pactum de non revocando in donatione, in qua fit mentio mortis cum juramento, quando tranſeat in donationem cauſa mortis? Vide verbo *Donatio cauſa mortis*.
Et quando pactum operetur? ib.
Pactum dotale de lucranda certa parte dotis præmoriente uxore non valet ultra tertiam partem bonorum, quæ maritus ſecum adduxit tempore Matrimonii. 1. Præl. 2. §. 6. n. 7. & 9.
Pacta dotalia quæ non ſunt contra leges, & conſuetudines, valent, & ſunt obſervanda. d. §. 6. n. 8.
Pactum favore Matrimonii, per quod impeditur libera teſtandi facultas, non valet 1. præl. 2. §. 7. n. 42.
Quæ per pactum non poſſunt fieri, neque per legem. 2. c. 10. n. 136 & c. 29. n. 36.
Proviſio hominis facit ceſſare proviſionem legis. ibid. n. 137
Pactum de hæreditate viventis reprobatur; niſi is, de cujus hæreditate agitur, conſentiat; qui tunc validum eſt. 2. c. 13. n. 63.
Pactum de commorando in certo loco, & non recedendo ab eo reprobatur à jure ut pote naturalem libertatem infringens, 2. c. 30 n. 27.
Non valet juramentum oppoſitum in dicto pacto, neque jurantem obligat. ib. n. 28.

Pœnitentia.

Pœnitentia debet eſſe verbis declarata 1. præl. 2. §. 3. n. 57.
Pœnitere non poteſt donator poſt donationem perfectam, nec onus, aut gravamen adjicere. 1 præl. 2. n. 7.
Neque pendente conditione. 1. præl. 2. §. 2. n. 12.

Papa.

Papa contractus à ſe geſtos reſcindere nequit, etiam de plenitudine poteſtatis 2. c. 11. n. 11.
Papa non cenſetur derogare privilegium Regi conceſſum, niſi id expreſſerit. ib n. 108.
Neque Papa, neque Princeps poteſtatem habet diſpenſandi contra bonos mores 2. c. 12. n. 61.
Summus Pontifex non poteſt legitimare ſpurios ad temporalia in terris alterius Principis, qui Superiorem non recognoſcit. 2. c. 16. n. 27.
Papa poteſt indirectè caſualiter, & per conſequentiam legitimare laicos quoad temporalia extra terras Eccleſiæ. ib. n. 29.
Legitimatus à Papa per diſpenſationem in radice Matrimonii dicitur legitimatus in conſequentiam, etiam quoad temporalia. ib. n. 20.
Sedes Apoſtolica dicitur locus, ubi Papa reſidet, licet ibi non ſint Conſiliarii, & officiales. 2 c. 24. n. 3.
Papa ſolus Concilium generale indicit, & convocat. ib. n. 7.
Papa diſpenſat ſuper Concilium generale, & ejus conſtitutiones ib. n. 12. & 29.
Papa non ligetur Conciliaris conſtitutionibus. ib. n. 28.
Et poteſt illas abrogare. ib. n. 29.
Concilium generale ſubjicitur Papæ. Vide verbo *Concilium*.
Papa in temporalibus nullam habet juriſdictionem circa Regnum, & ejus Curatorem. 2. c. 24 n. 71.

Pater.

Pater tenetur dotare filias. 1. præl. 2. n. 105.
Pater ſicut tenetur filiam dotare, etiam filio ſtudenti neceſſaria miniſtrare. 1. præl. 2 § 5 n. 1. 15.
Pater mediocris fortunæ tenetur filium mittere ad ediſcendam Grammaticam, vel ſaltem, ut ſciat agere, & ſcribere. d. § 5. n 16.
Pater dives, & talis conditionis, ut teneatur comparare dignitatem filio, tenetur illum mittere ad ſcholas, ut gradum Doctoratus aſſequatur, & hoc in caſu filius patre invito poteſt ſtudere d n. 16.
In hoc caſu tenetur pater pro expenſis factis à filio in ſtudio. § 5. n. 17.
Scientia filii eſt gloria, & lætitia patris, & quandoque nobilitas. d n. 17.
Pater tenetur miniſtrare neceſſaria filio, qui cœpit ſtudere de ejus licentia, uſque ad gradum adeptionis. d. §. 5. n. 18.
Et hoc caſu poteſt agere contra patrem qui filio mutavit. d. n. 18.
Pater habens penes ſe bona filii cenſetur facere expenſas de propriis, non de bonis filii. d. §. n 20.
Pater tenetur aſſignare patrimonium filio volenti ſuſcipere ſacros Ordines. d. § 5. n 37.
Pater quæcunque acquirit, tam filiis natis, quam naſcituris acquirit 2. c. 7 n. 45.
Naſcitur parentibus, & Reipublicæ 2 c. 10. n. 58.
Non minus Patriæ, quam parentibus ſubjecti ſumus. ib.
Naſcimur parentibus, & patriæ, cui hypothecati ſumus. 2. c. 15. n. 4.
Pater pro injuria illata filio familias duplicem habet actionem, aliam ſuo nomine, aliam nomine filii. 2. c. 18. n. 88.
Prædictarum actionum una eſt Prætoria, altera civilis. Et hæc competit filio in tribus caſibus, legis Corneliæ, de quibus. n. 89.
Exercitium prædictarum actionum competit patri, non filio familias, qui neque in tribus caſibus Legis Corneliæ agere poteſt, dum pater vult, vel alius paterno nomine. ib. n. 90.
Pater, qui agere vult pro injuria filii familias in dictis tribus caſibus, non ſuo, ſed nomine filii agere debet. ibid.
Actionem Prætoriam poteſt pater remittere ſine conſenſu filii; civilem verò in dictis tribus caſibus remittere neque ſine conſenſu filii. ib n. 91.
Sed contrarium verius.
Pater indiſtinctè poteſt remittere injuriam illatam filio familias eo invito, & ignorante. ib. n. 92.
Limita, ut in tribus caſibus Legis Corneliæ, & in crimine violati tori filii familias neceſſarium ſit conſenſus filii ad validitatem remiſſionis, non vero in cæteris. c. 18. n. 94.
Limita, ut ſi pater ſit perſona vilis, filius autem perſona honeſta, non poſſit pater injuriam remittere. ib. 93.
Tertio limita, ſi injuria facta fuit filiofamilias à perſona conjuncta. ib
Quarto limita, ſi pater dementia, vel furore laboret aut ſit abſens. ib.
Quinto limita, quando is, qui injuriam intulit, crediderit filium eſſe patrem familias ib.
Actio injuriæ illatæ filio emancipato non competit patri, neque pro injuria facta filiæ nuptæ. ib n. 97.
Pater nihil diſponere poteſt ſuper bonis filii puberis. 2. 19. n. 12.
Conſilium nemo melius pro liberis capit, quam ter. 2. c. 24 n. 102.
Patria poteſtas circa bona filiorum, ſolum intelligitur quoad illos proficua, & utili, d c 16. n. 131.
Pro defenſione patriæ tenentur omnes periculo mortis ſe exponere. 2. c. 16. n. 131.
Patre deportato filius efficitur ſui juris, ſed pater reſtitutus eo ipſo recuperat jus patriæ poteſtatis 2. c. 29. n. 53.

Patrimonio

Patrimonium, ad cujus titulum quia fuit promotus ad ſacros ordines, gaudet privilegiis rerum Eccleſiæ. 1. præl. 2. § 2. n. 28.
Patrimonium ſacerdotis eſt inalienabile ex decreto Concilii Tridentini. d. §. 5. n. 39.

Patronatus

Jus patronatus amittitur ex deportatione patroni. 2. c. 29. n. 62.
Sed reſtituto patrono, ſtatim recuperat jus patronatus. ib.

Patronatus.

Patronus non habet in actu jus præſentandi, niſi à tempore vacationis Beneficii. 2. c. 13 n. [illegible]
Patronus non poteſt promittere Beneficia nondum vacantia. ib. n. 61.

Patrono

Patrono datur recurſus ad Regium Tribunal à collatione Beneficii facta ab Epiſcopo ſpreto jure patronatus, nam quæ ſi patronus erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, Epiſcopus Violentiam fecit. 2. c. 31 n. 38.
Patrono conceditur Tuitiva, ut manuteneatur in quaſi poſſeſſione præſentandi. 2. c. 32. n 38. Et vide verbo *Tuitiva.*
Quaſi poſſeſſio præſentandi acquiritur ex præſentationibus, quæ ſortitæ ſunt effectum. d. c. 32. n. 39.
Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur per unicum actum qui ſortitus eſt effectum d. c. 32. n. 40.
In Beneficialibus attenditur ultimus ſtatus præſentandi. ibid.
Patrono concedenda eſt Tuitiva nullo alio oſtenſo titulo, quam præſentandi poſſeſſio. d. c. 32. n. 41.

Paria

Paria ſunt nihil fieri, vel fieri ſub conditione, quæ non purificatur. 1. præl. 2. §. 2. n. 11.
Paria ſunt non extare per mortem, vel per renunciationem. 2. c. 23. n. 142.

Pax.

Pax non quæritur, ut bellum excitetur, ſed bellum geritur, ut pax acquiratur. 2. c. 26. n 25.
Pax, & bellum ſunt relativè oppoſita; & ubi non eſt pax, in conſequentiam eſt bellum. 2. c 28. 21.
Tempus guerræ in calamitate conſiſtit; pacis verò tempus in lenitate, & libertatis tranquillitate, atque ſecuritate. ib. n. 2.
Pax nihil aliud eſt, quam multitudinis unitas, in qua modus, & ſalus populi conſiſtit: & de laudibus pacis. ib n. 4.
Pax eſt diſcordiæ finis, & hominum ordinata concordia. ib. n. 5.
Pax diſtinguitur à treuga, quæ eſt ſecuritas perſonis, & rebus ad tempus præſtita diſcordia durante. ib. n. 6.
Valet argumentum de treuga ad pacem; & è contra ib. num. 7.
Jus faciendi pacem cum hoſtibus ad ſolum Principem ſpectat. ib n. 8.
Imperator exercitus nullam habet licentiam faciendi pacem, quamvis ſponſionem facere valeat quæ nullam vim habet; niſi Majeſtatis ratihabitio ſequatur. ibid. num 9.
Pax fieri poteſt per procuratorem ſpeciale mandatum habentem ib. n. 10.
Non poteſt fieri à Rege infante, & captivo ibid.
Curator Regis ita ut bellum indicere, ita, & pacem facere poteſt. ib.
Romani pacem faciebant medio Fecialium Sacerdotum cum patre Patrono. ib. n 11.
Ad ineundam pacem Principes legatos mittere ſolent cum ſpecialibus mandatis, qui pacis fœdera conficiunt; quæ ratificantur à Regibus, & nunc pax ſolemniter publicatur. ib. n. 12.
Paci utrinque pari nemo ſanus bellum præoptabit. ibid. num. 13.
Nil pace jucundius, nil glorioſius, delectabilius, & utilius ib.
Pax principum reſpicit publicam utilitatem. ib.
Pax injuſta etiam juſtiſſimo bello præferenda eſt, maxime inter Chriſtianos. ib. n. 14.
Princeps non debet audire eos, qui ad bellum ſunt proclives. ib. n. 15.
Pax inita à principe pro ſe, & ſuis ſubditis comprehendit omnes tam præſentes, quam futuros, ib. n. 16.
Item comprehendit etiam vaſſallos Eccleſiaſticos. ib.
Pax debet fieri per pactum, quod nihil eſt quam capitula pacis. ib.
Cauſa pacis favorabilis eſt, & pro ejus bono multa permittuntur contra Juris regulas, quæ alias non concederentur. 2. c. 29. n. 12.
Inita pace poſſeſſiones, quæ ante tempus belli poſſidebantur, debent reſtitui veteribus dominis. ib n. 14.
Bona rebellium aliis conceſſa inita pace reſtituenda ſunt primis dominis. ib. n. 15.
Pax eſt ſtricti juris, ſicut tranſactio. d. c. 29. n. 35.
Princeps ob bonum pacis poteſt ſubditus jure quæſito, & dominio privare, & remittere damna, & injurias ſubditorum. ib. n. 75.
Pace inita caſſantur, & reſcinduntur ſententiæ latæ adverſus rebelles. d. c. 29. n. 88.
Intellige, ſi occaſione belli fuerunt prolatæ; ſecus ſi ex alia cauſa, vel delicto ib. n. 95.
Pace inita remiſſæ cenſentur injuriæ, dum vaſſallus erat in ſocietate cum hoſte indulgentis. ib. n. 93.
Si vaſſallus commiſit delictum, antequam accederet ad hoſtes ſui Principis, propter quod deberet feudo privari, inita pace feudum non reſtituitur vaſſallo. ib.
In pace inita inter duos Principes cum abolitione generali non comprehenduntur malefactores, qui ex alia cauſa, quam belli deliquerunt ib. n. 94.

Fœdera Pacis.

Diviſio fœderum pacis per Menippum Regis Antiochi legatum ad Romanos, qui tria fœderum genera eſſe dixit. 2. c. 29. n 1.
Henningius Arniſæus taxat Menippum, quod quartum genus ſocietatis inæqualis diſſimulavit. ib. n. 2.
Alia poſſunt addi fœdera inita tantum commercii cauſa: Sed Author ſolum de ſecundo fœderum genere agere conſtituit. ib n. 3.
Subjiciuntur Capitula pacis initæ inter Regem Catholicum Carolum Secundum, & Sereniſſimum Alphonſum Sextum Portugaliæ Regem. ib.
Referuntur dubia, & lites excitatæ à pluribus vaſſalis hujus Regni commorantibus in Caſtella ſuper bonis patrimonialibus, & Regiæ Coronæ, atque Commendis Ordinum Militarium. ib. n. 4
In principio Capituli 8. conceditur abolitio, & remiſſio delictorum, quæ occaſione belli fuerunt admiſſa à vaſſallis utriuſque Regis. ib n. 5.
Capitula pacis latè ſunt interpretanda, quia reſpiciunt publicam utilitatem. ib. n. 19.
Pacis Capitula ſunt bonæ fidei, & multa comprehendere poſſunt, quæ verbis non ſunt expreſſa. ib. n. 20.
Omiſſum in capitulis pacis habetur pro omiſſo. d. c. 29. n. 35.
Quod continetur in Capitulis, comprehenſum non intelligitur. ib.
Capitula pacis ſunt ſtricti juris. ib. n. 90.
Capitula pacis generalis non comprehendunt adhærentes; niſi de eis fiat ſpecialis mentio ib. n. 91.
Capitula pacis habent relationem, ut ſi pax fiat pro ſe, & adhærentibus, illi tantum comprehendantur, qui erant adhærentes tempore pacis ib n 92.
Pace inita pro pubertibus comprehenduntur tantum puberes tempore pacis, non impuberes, quamvis poſtea puberes fiant. ib.
Capitula pacis ſolum proſunt illis, quorum bona fuerunt occupata à ſuo principe ob eam cauſam, quod hoſtibus inſervirent. ib. 94.

Peccatum.

Neque uſus, neque præſcriptio poſſunt inficere quod non ſit peccatum, quod ab Eccleſia eſt declaratum eſſe peccatum. 2. c. 10. n 92.

Pecunia.

Pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum venit appellatione immobilium ſecundùm communem opinionem. Quidquid alii teneant in contrarium. 2. c. 26. num. 109.
Intellige hoc ſpeciali jure procedere in pecunia pupilli, & Eccleſiæ. ib. 110.
Non vero in pecunia ita deſtinata, quæ non eſt minoris, vel Eccleſiæ; quia tunc venit appellatione mobilium, non immobilium. Et hæc ab hoſtibus recuperata capientium fit. ib. n. 111.
Pecunia poſita in banco campſorum. An veniat appellatione mobilium, vel immobilium? Remiſſivè. ib. num. 112.
Pecunia eſt vita hominis. 2. c. 24. n. 95.
Mortales pecuniam in æſtimatione habent ut alterum ſanguinem. ib. 94.
Carere pecunia maxima dicitur infelicitas, d. c. 24 n. 95.

Pœna.

Pœna non habet locum, niſi in caſibus à jure expreſſis. 2. c. 7. n 27.
Pœna ſtatuti non comprehendit delictum commiſſum à ſubdito extra Regnum, vel territorium. 2. c. 10. n 53.
In arbitrariis non poteſt Judex imponere pœnam mortis. d. c. 10. n. 138.
Pœna gravior infligenda eſt, ubi graviora ſunt crimina. 2. c. 18. n. 12.
Pœna aſſignata delatori à lege non conſideratur tanquam intereſſe debitum delatori, ſed loco præmii conſequatur, & ideo ut promiſſa neceſſaria eſt condemnatio. d. c. 18. n. 12.
Pœna non debetur ante condemnationem. ib.
Pœna quando imponitur ipſo Jure non eſt neceſſaria ſententia condemnatoria, requiritur tamen declaratoria facti d. c. 18. n 23.
Pœna exequi non poteſt ante declaratoriam Judicis. ib.
Pœna augetur propter reiterationem delictorum: adeo ut quamvis delicta non ſint capitalia poſſit reus propter conſuetudinem delinquendi pœna mortis puniri. d. c. 18. n. 51.
Pœna major eſt privatio omnium bonorum, quam mortis. 2. c. 24. n. 95.

Do

De pœnis fabricantium falſam monetam, tondentium, & cadentium, tingentium, & expendentium. Vide verbo *Moneta*
Lex loquens de pœna capitali non intelligitur de morte naturali, ſed de deportatione. 2. c. 25. n. 54.
Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur. ib. n. 56.
Pœna tantum ſequi debet ſuos authores. 2. c. 27. n. 9. & c. 29. n. 125.
Pœna non debetur ante ſententiam declaratoriam; neque obligat in foro conſcientiæ 2. c. 29. n. 48.
Pœna, & confiſcatio ipſo jure impoſita non requirit ſententiam condemnatoriam, tamen eſt neceſſaria ſententia declaratoria delicti. ib. n. 49.
Pœna, & confiſcatio, quæ incurrit ipſo jure ante ſententiam declaratoriam, exequi non poteſt. ib. n. 50.
Pœna L. quiſquis C. ad L. Jul. Majeſtatis non extenditur ultra nepotes. 2. c. 29. n. 130.

Penſionarius.

Penſionem, qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, conceditur Tuitiva, & mandatum de manutenendo. 2. c. 32. n. 41.
Quaſi poſſeſſio penſionarii acquiritur per unicum actum ſolutionis. d. c. 32. n. 43.
Amplia, ut ſufficiat unica ſolutio facta ab anteceſſore, ut penſionarius agere poſſit contra ſucceſſorem. d. c. 32. n. 44.
Amplia ſecundo, etiamſi unica ſolutio fiat metu cenſurarum ſine proteſtatione. d. c. 32. n. 45.
Limita, niſi in Bulla reſervationis appoſita ſit clauſula ſine retardatione ſolutionis, quia ſolutio facta vigore dictæ clauſulæ non conſtituit penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi. ib.
Solutio facta cum proteſtatione non conſtituit penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi. d. c. 32. n. 48.
Intellige ſi proteſtatio facta ſit in ipſo actu ſolutionis. ib.
Ut per ſolutionem probetur quaſi poſſeſſio requiritur, quod ſolutio facta ſit ſponte, & ſimpliciter ſine proteſtatione in ipſo actu ſolutionis. ib.
Solutio facta cum proteſtatione in ipſo ſolutionis actu præſumitur facta per metum. d. c. 32. n. 49.
Non ſufficit, quod ſolutio fiat per compulſionem, ſi ſolvens compulſioni acquieverit. ib.
Penſio non poteſt conſtitui ſine authoritate Papæ, & litteris non expeditis exigi non poteſt. d. c. 32. n. 41.
Si in narrativa ad penſionem continetur conditio ſeu modus, verificari debet. ib.
Si producatur titulus penſionis, non eſt cognoſcendum de ejus validitate, vel invaliditate d. c. 32. n. 55.
Penſio an ſit Beneficium Eccleſiaſticum, vel non? Diſtingue ut in d. c. 32. n. 56. 57. & 58.
Penſio reſervata in Beneficio Eccleſiaſtico ſemper habetur pro Beneficio, etiam quoad fori privilegium. d. c. 32. n. 59. & 50.
Penſiones aſſignatæ debentur integræ penſionario pro tempore præterito à die dat. ſi litteræ præſententur; quamvis intra duos vel tres annos non fuiſſent expeditæ. 1. c. 4. n. 13.

Peregrinus.

Peregrinis Spartam adire prohibitum erat. c. 15. n. 41. Et afferuntur rationes. n. 42.
Peregrinus apud Romanos non habebat teſtamenti factionem activam neque paſſivam. 2. c. 29. n. 56.

Perſona.

Una, & eadem perſona diverſis reſpectibus fungitur vice duarum. 2. c. 23. n. 129.
Perſona repræſentans non attenditur, ſed repræſentata. ib. n. 130.
Non attenditur is, per quem actus expeditur, ſed in quem effectus dirigitur. ib.
Perſona ficta continetur appellatione perſonæ veræ. ib. n. 131.
Perſonæ quæ cohærent, non poſſunt per aliam expediri. t. præl. 2. §. 2. n. 41.
Si in una perſona atque eadem concurrunt jura duarum, perinde illa habetur, ac ſi eſſent perſonæ diverſæ. 2. c. 25. n. 25.

Pietas.

Pietas, & clementia juſtitiæ commiſcari debent. 2. c. 5. n. 9.
Ciconia eſt pietatis hieroglyphicum. ib.
Hippopotamus impietatis hieroglyphicum eſt. ib.

Plebeius.

Plebeii repellendi ſunt à muneribus Senatorum, Magiſtratuum. 2. c. 6. n. 10. 11. & 13.
Ignobilis, niſi naturam accommodet virtuti, habet vitia, de quibus. c. 6. n. 14.
Plebæi Nobiles ſunt præferendi. ib. n. 16.

Populus.

Populus unus eſt quamvis gentes Regni habitent in diverſis provinciis. 2. 5. n. 16.
Sine conſenſu populi non poteſt Rex deſtruere Coronam, neque diſmembrare partem regni. ib. n. 16. & 17.
Populus, qui in Regem jus, & poteſtatem tranſtulit, præſumitur retinuiſſe poteſtatem abdicandi Regium jus, ut in Comitiis ſtatueri poſſe, quæ magis utilia ſunt Regno. 2. c. 24. n. 19.
Populus in Regem tranſtulit omne jus, & poteſtatem, ut deinceps illam reaſſumere non poſſet durante ſanguine Regio ib. n. 32.
Populus imperium translatum in Regem poteſt reaſſumere ex cauſa tyrannidis. ib. n. 55. & 56.
Populus quando poſſit Regno privare Regem Tyrannum in exercitio? Vide verbo *Tirannus.*

Poſtliminium.

Poſtliminii duæ ſunt ſpecies, de quibus. d. cap. 25. n. 68.

Poſſeſſio.

Poſſeſſio transfertur in donatarium per reſervationem uſusfructus, vel pro vita donatarii, & per clauſulam precarii. 1. præl. 1. n. 26.
Poſſeſſio civilis ſolo animo retinetur. 2. c. 12. n. 139.
Poſſeſſio, vel quaſi non amittitur per non uſum, quia uſus à poſſeſſione differt, maxime in corporalibus d. n. 139.
Aliud eſt poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe 2. c. 32. n. 13.
Poſſeſſor pendente lite non eſt privandus ſua poſſeſſione, quamvis injuſtus, ſed manutenendus eſt. d. c. 32. n. 22. & 23.
In beneficialibus non poteſt haberi poſſeſſio ſine titulo adepto ab habente authoritatem, & abſque canonica inſtitutione. d. c. 32. n. 33.
In beneficialibus datur vera poſſeſſio ſine titulo. d. c. 32. n. 34.
Poſſeſſio transfertur per clauſulam conſtituti. Vide verbo *Clauſula.*

Poteſtas.

Poteſtas ſumma, quæ erat penes Rempublicam, tranſlata fuit in Regem 2. c. 2. n. 1.
Poteſtas ſumma debet eſſe perpetua: ſuit, ut ſumma dicatur. ib. n. 4.
Abſoluta poteſtas an Regi competat? Vide verbo *Rex* & verbo *Princeps.*
Poteſtas Principi fuit demandata, ne ſe tanquam tutorem defenſorem, ac patrem gerat cum ſubditis. ib. n. 11.
Summa poteſtas non eſt trahenda ad injurioſa, & iniqua. d. c. 2. n. 13.
Poteſtas major à clave diſcretionis aperitur, vel clauditur. ib. n. 14.
Poteſtatis plenitudo in re injuſta non eſt appellanda plenitudo poteſtatis ſed tempeſtatis. ib. n. 14.
Abſoluta poteſtas nunquam fuit amplexa à Principibus Chriſtianis ib. n. 15.
Non poſſumus, niſi quod de jure poſſumus, & potentia, quæ ſe habet ad malum, non dicitur potentia, ſed defectus, & infirmitas potentiæ. ib. n. 15.
Poteſtas intra limites pietatis non dicitur abſoluta, ſed ordinaria. d. c. 2. n. 17.
In quocunque actu ultra voluntatem requiritur poteſtas. c. 16. n. 24.
Actus non ſuſtinetur ex poteſtate, qua quis uſus fuit. ib. n. 25.
Princeps non præſumitur uti plenitudine poteſtatis, niſi hoc exprimat ib. n. 46.
Clauſula de plenitudine poteſtatis non præſumitur in reſcriptis, nec ſolet apponi, niſi cum cauſæ cognitione. ibidem.
Clauſula de plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia, vel motu proprio appoſita in legitimatione expedita per Senatores Palatinos non operatur in præjudicium ſucceſſorum majoratus, qui non fuerunt citati, neque auditi. ib. n. 47.
Poteſtas abſoluta, quæ jure Divino, aut humano non regulatur, damnatur in Principe. ib. n. 48. & c. 18. n. 42.
Plenitudo poteſtatis non cenſetur demandata Senatoribus Palatinis. ib.
Diſputare, vel dubitare de poteſtate Principis ad inſtar ſacrilegii eſt. ib. n. 49. & c. 18. n. 41.
Poteſtas quamvis abſoluta, ſemper intelligitur, ne quid turpe, illicitum, aut à jure prohibitum contineat. 2. c. 18. n. 42.
Gratia delicti facti facta à Principe etiam de plenitudine ſine poteſtatis remiſſione ſervanda non eſt, tanquam vis poteſtatis. ib.

Praxis.

Praxis dicitur ſcientia digeſtiva. 2. c. 12. n. 26.
Leges in Scholis diſcutiuntur, in Palatiis digeruntur. d. n. 28.

Præcedentia.

Ordo litteræ demonſtrat præcedentiam. 2 c. 6. n. 30.
Qui habet majorem dignitatem, præcedit, & inter æquales antiquior in dignitate, & cæteris paribus ætate major. d. c. 6. n. 31.
Dignitatis major præcedit, quamvis poſtremo instituatur. ib. n. 31.
Duces præcedunt Marchionibus, & Comitibus. ib. n. 29.
In materia præcedentiarum conſuetudo maxime eſt attendenda. ib. n. 38.

Præda.

Milites tenentur præſentare Duci exercitus res in præda captas, ut inter ſe, & alios milites diſtribuat ſecundum cujuſque merita; niſi alia ſit conſuetudo, 2. cap. 26. num. 48.
Prædis, & ſpolia in bello capta de jure communi Romanorum Regi, ſeu Reipublicæ quærebantur. ib. n 49.
Sed hoc jus in deſuetudinem abiit. ib n 50.
Hodie ex præda ante omnia deducitur quintum, quod applicatur Regis fiſco: & ità ſervatur de conſuetudine. ib. n. 50.
De modo dividendi prædæ inter milites, & Ducem. ib.
Prædæ diſtributio procedit in rebus captis in belli conflictu. ib. n. 51.
Capta à militibus in incurſionibus, vulgo *Correrias*, ad eos tantum pertinent, qui prædæ interfuerunt, & hos qui auxilium præſtiterunt, Ducique præſentanda ſunt. ib n. 52.
Intellige, ut per Authorem, quando præda militibus caſu capta fuit, & injuſſu Ducis non vero quando juſſu milites per territorium hoſtium incurſiones fecerunt; quia tunc præda conſignanda eſt duci, ut quinta pars applicetur fiſco, & reſiduum prædæ inter milites dividatur. ib.

Prælatus.

Prælatus vide verbo. *Epiſcopus.*
Prælatus ſolus, vel ſolum capitulum non poteſt præjudicare Eccleſiæ. 1. præl. 2. §. 1. n. 101. Ubi quid, ſi Prælatus cum Capitulo actum gerat.

Præmium.

Præmium, & pœna debet eſſe in Republica bene inſtituta, videlicet præmium bonis, & pœna malis. 1. c. 2. n. 5.
Præmia ſi deſunt in Republica, & forte non merentibus ſuppeditantur, deſperatio injungitur benemerentibus. ib. n. 8.
Præmii ſpes eſt laboris ſolutio. 2. c. 14. n 49.
Præmio excitantur homines ad Regis ſervitium. d. n. 49.

Præſcriptio

Præſcriptio an detur contra Principis ſupremam juriſdictionem, & poteſtatem. Vide 2 c. 6 n. 1. 2. & 3.
Et referuntur pugnantes Doctorum ſententiæ. ib.
Concordantur opiniones, ut illa, quæ habet non dari præſcriptionem, procedat, quando præſcribens adhuc remanet ſubditus Principi. ib. n. 4.
Secunda vero procedat, quando præſcribens ſe gerit pro libero, ut nemini recognoſcat Superioritatem per tempus immemoriabile. ib. n. 24.
Præſcriptio immemorialis habet vim tituli, & privilegii. 2. c. n. 53. n. 24.

Præſumptio.

Præſumptio regulariter verſatur circa rem dubiam, quæ eſſe, vel non eſſe poteſt. 2. c. 24. n. 40.
Vel circa illud, quod geſtum eſt, ſed ignoratur, qualiter geſtum ſit. ib.
Præſumptio non habet locum, quando conſtat de contraria voluntate expreſſa. ib.
Præſumptio cedit veritati ib.

Primogenitus.

Primogenito deferuntur ea, quæ ad unum tantum ſunt perventura. 2. c. 3. n. 34.
Primogenitus ſuccedit in Regno. Vide verbo *Regnum.*

Princeps.

Principis aſſertioni, quando ſtetur circa merita. 1. præl. 2. n. 51. & 52.
Principem decet eſſe liberalem. 1. c. 1. n. 5.
Principis proprium eſt donare. ib. n. 6.
Princeps debet eſſe præditus omni virtutum genere. d. c 1. n. 4.
Princeps Nobilitatis, & dignitatum habet theſaurus ib. num. 8.
Princeps ſubditorum piiſſimus pater eſſe debet, & beneficium, liberalemque ſe exhibere erga ſubditos bonos, & malos. ib. n. 9.
Princeps donare debet ſine ſpe retributionis, & exiſtimare ſe debere, quod donat. ib. n. 11.
Avaritia damnatur in Principe. Vide verbo *Avaritia.*
Princeps tria conſiderare, debet in donando. 1. c. 2. n. 3.
Princeps in donando obſervare debet perſonam; non poetis donationes facere, non hiſtrionibus, & ſimilibus. ib. n. 4.
Princeps tenetur benemeritos remunerare, & ſervitia perſolvere. d. c. 2. n. 6.
Princeps Nobilibus, magnatibus beneficia debet conferre. d. c. 2. n. 10.
Debet omnibus modis ſtudere, ne domus illuſtrium perſonarum diminuantur, ſed augeantur. d. c. 2. n. 12.
Princeps debet exercere liberalitatem erga plurimos, non verò in unum omnia profundere. d c. 2. n. 14.
Princeps vaſſallis debet ſubvenire in neceſſitatibus, & Nobilium inopiæ conſulere. ib. n. 16.
Princeps tribuere potius debet, quam adimere ſubditis. d. c. 2. n. 19.
Principis authoritas non efficit, quin ſit animal rationale, & ſubjiciatur dictamini rationis naturalis. d. c. 2. n. 22.
Princeps in benefaciendo celeritatem obſervare debet. ib. n. 22.
Princeps eſt pater Vaſſallorum, & Reipublicæ maritus ib n. 24.
Princeps potius conſervationi vaſſallorum, quàm divitiarum acquiſitioni intendere debet ib. n. 24.
Non debet omnibus eripere, ut paucis donet. ib. n. 25.
Princeps à communiter accidentibus eſt miles 1. c. 3. n. 7.
Principis beneficium latiſſime eſt interpretandum contra concedentem in partium favorem d. c. 3. n. 25.
Princeps non tenetur ex debito morali ſervitia Vaſſallorum remunerare. ib. 53.
Sed contra verius. ib.
Princeps de juſtitia benemeritos debet remunerare. Et ita apud omnes nationes introductum eſt. ib n. 59.
Princeps non tenetur præciſe remunerare eos, qui ſerviunt cum ſalario, tamen id facere ſolet, & debet. ib. n. 60.
Princeps tenetur defendere donationem factam remuneratione ſervitiorum. d. c. 3. n. 16. Intellige, ut n. 92.
Abſoluta poteſtate Princeps uti non debet; niſi ut poſſit ſtatuere bono publico, & contra jus commune, quando id utilitas publica, & neceſſitas expoſtulat. 1. c. 2. n. 16.
Princeps data publica neceſſitate prudenti arbitrio poteſt jus ipſum naturale, & gentium limitare. d. n 16.
Princeps abſoluta poteſtate nunquam ubi poteſt contra conſcientiam, & pietatis limites. d. c. n. 17.
Si Princeps licentia malè utatur, poteſtatis plenitudo dicitur tempeſtatis, & tyrannidis ib n. 18.
Princeps non poteſt jus tertio quæſitum tollere per reſcriptum, aut legem generalem. ib n. 19.
Niſi publica, & juſta cauſa interveniat. ib. n 20.
Et hoc caſu tenetur pretium æſtimationis rei, vel juris ablati ſolvere. ib n. 21.
Intellige: ut n. 22. & 23.
Res ablata tertio ex cauſa publicæ neceſſitatis à Principe reſtituenda eſt domino ceſſante neceſſitate. 2. c. 2. n. 23.
Princeps tenetur damnum reſarcire, ſi res ablata propter publicam neceſſitatem fuit inutilis reddita, ut dominus ea uti non poſſit. ib. n. 23.
Princeps non præſumitur in dubio uti plenitudine poteſtatis, ſed ordinaria d. c. 2. n. 25.
Princeps non eſt dominus bonorum ſubditorum. Et falſa eſt opinio contraria ib. n. 27 & 28.
Princeps nullum jus habet in bonis ſubditorum, niſi reſpectu juriſdictionis & ſuperioritatis. ib. n. 29.
Princeps omnia Imperio poſſidet quoad juriſdictionem; ſubdito vero dominio. ib. n. 30.
Principes abſoluti ex Dei gratis regnare profitentur in legibus, & reſcriptis. 2. c. 2. n. 3.
Princeps dicitur maritus Reipublicæ, & Regnum habetur pro dote. 2. c. 4. n. 4.
Miſerima eſſet Principis conditio, ſi non habuiſſet facultatem diſponendi de aliqua re. d. c. 4. n. 6.
Stare coram Rege capite cooperto magnæ authoritatis, & dignitatis eſt. 1. c. 2. n. 58.
Princeps facit injuriam, ſi habenti jus cooperandi, vel ſedendi coram ſe illud denegat ib. n. 58.
Solus Princeps poteſt derogare jus alteri quæſitum per ſententiam. 2. c. 8 n. 31.
Princeps Supremus non poteſt donare vel concedere ea, quæ ſpectant ad Supremam poteſtatem, neque facultatem concedendi reviſionem. ib. n. 33.
Principis authoritas etiam generali conceſſione ſemper cenſetur excepta. ib. 36.
Princeps non poteſt à ſe abdicare ſupremam poteſtatem & authoritatem. 2 c 8. n 42
Solus Princeps poteſt Senatum, Tribunal, vel Cancellariam creare, vel tollere in partem, aut in totum, maxime in hoc Regno. ib. n. 43. n 44.
Solus Princeps poteſt dividere provincias, unire, & diſmembrare, quæ fuere aſſignatæ Tribunali. ib n. 45.
Princeps eſt Lex viva, & animata in terris. 2. c. 10. n 8.

Poteſtas

Poteſtas ferendi leges pertinet ad Principem, qui Superiorem non recognoſcit. Vide verbo *Lex.*
Tutor Principis qui eſt in pupillari ætate, leges ferre poteſt. ib. n. 10.
Princeps tempore inopiæ, & careſtiæ poteſt cogere tam ſeculares, quam Eccleſiaſticos vendere triticum, vinum & oleum etiam viliori pretio. ib. n. 16.
Princeps tenetur talem legem facere cui ipſe ſe ſubjiciat, quia legi robur addit, ſi eam approbat factis. ibidem. num. 38.
Et an, & quando Princeps ſuis legibus ſubjiciatur, Vide verbo *Lex.*
Princeps bene poteſt præcipere ſubditis, ne habitent extra ſuum dominium ſub pœna confiſcationis bonorum. 2. c. 10. n. 54.
Item poteſt præcipere ſubditis, qui alibi degunt, ut revertantur ad patriam ſub eadem pœna confiſcationis. ib. n. 55. & 56. ac 57. 58. Ubi de opinionibus contrariis, & earum concordia.
Intellige, ut n. 59. quando aliqua datur rationabilis cauſa habitandi extra Regnum.
Ad Principem ſecularem pertinet in temporalibus cura populorum, & condere leges & ea, quæ pertinent ad rectam vivendi rationem. 2. c. 10. n. 75.
Principi demandata eſt poteſtas, ut ſe gerat tanquam tutorem, defenſorem, & patrem erga ſubditos. d. c. 10. num. 89.
Princeps tanquam inferior contra jus Divinum aliquid ſtatuere nequit. 2. c. 11. n. 1. & 2.
Princeps non poteſt condere leges contra jus naturale, vel gentium. ib. n. 4. 6. & 7.
Princeps non poteſt contractus à ſe geſtos cum ſubditis reſcindere, etiam de plenitudine poteſtatis: ib. n. 8.
Deus ſubjecit Principibus leges, & univerſum Mundum, non tamen contractus. ib. n. 10.
Princeps in contractibus utitur jure communi. ib. n. 12.
Princeps obligatur efficaciter ex contractu geſto cum ſubditis. ib. n. 13.
Contractus Principis ſemper dicitur bonæ fidei, licet alias eſſet juris ſtricti ib. n. 14.
A principe omnis malitia exulare debet, & remota cenſetur. ib.
Princeps neque fallit, neque fallitur. ib. n. 15. & c. 19. n. 33.
Princeps debet eſſe ſicut polus in cœlo, & ſicut lapis angularis in terra, & habere unam linguam, unum calamum, & non plures. ib. n. 16.
Contractus Principis vicem legis obtinent. d. c. 11. n. 71.
Princeps contrahens ſciens cenſetur lege ſubrogare. ib. num. 18.
Intellige, niſi ex contractu aliquid iniquum, vel injuſtum ſequatur contra legem. ib. n. 19.
Princeps ex ſuo contractu obligatur non tam vi directiva, ſed etiam vi coactiva. ib. n. 20.
Si Princeps non teneretur ex ſuo contractu, nemo cum eo contrahere vellet. ib. n. 22.
Princeps ex contractu non tantum ſe, ſed, & ſucceſſorem obligat. ib. n. 24.
Si contractus Principis iniquitatem continent, bene poſſunt ab eo reſcindi. d. 11. n. 25.
Princeps ex cauſa publicæ utilitatis bene poteſt contractum tollere, vel reformare. ib. n. 26.
Si cauſa ſupervenit, ex qua iniquitas contractus demonſtratur, ſufficit, ut Princeps illum poſſit reformare. ib. n. 28.
Non ſufficit quælibet juſta cauſa ad revocandum contractum, ſed requiritur, quod juſta cauſa evidenter concernat favorem publicum. ib. n. 29.
Juſta cauſa publicæ utilitatis ſuperveniens poſt contractum ſufficit, ut Princeps ab eo recedere poſſit. ib. n. 30.
Intellige, ſi cauſa publicæ utilitatis principaliter ſuadeat revocationem contractus; ſecus ſi in conſequentiam, nec attenditur cauſa utilitatis patrimonii fiſci. ib.
Princeps de poteſtate ordinaria non poteſt tollere contractus, neque ultimas teſtatorum diſpoſitiones. 2. c. 11. n. 61. & 62.
Princeps an de plenitudine poteſtatis poſſit tollere contractus, & ultimas voluntates? Diſcutitur, & afferuntur duæ opiniones contrariæ. ib. n. 64. & ſeqq.
Reſolve, ut n. 66.
Interveniente publica, & juſta cauſa poteſt Princeps contractus, & ultimas voluntates mutare, & modicare in præjudicium ſucceſſorum. ib. n. 66.
Ut Princeps poſſit tertium rebus ſuis, & dominio privare, non ſufficit quælibet utilitas publica? ſed requiritur, quod non poſſit ſequi utilitas publica; niſi dominium tertio auferatur. ib. n. 67.
Non ſufficit quælibet neceſſitas, ut Princeps nullo dato bono cambio poſſit rem à tertio auferre, ſed debet eſſe talis, & urgens, ut ſi ei non occuratur, timeri valeat periculum in Regni ſtatu. ibidem. num. 68.
Neceſſitas publica, urgens quæ dicatur? Vide verbo *Neceſſitas.*
Princeps ex cauſa publicæ utilitatis, vel neceſſitatis poteſt alterare, & mutare inſtitutiones majoratuum in præjudicium ſucceſſurum. d. c. 11. n. 71.
D. Joannes de Caſtill. reſolvit ſufficere cauſam publicæ utilitatis, cui alio modo occurri poteſt, ut Princeps poſſit majoratuum inſtitutiones mutare. Qui refertur ou. 72. Sed reprobatur n. 73. & ſeq.
Princeps non poteſt ſine publica, & juſta cauſa privare ſubſtitutum ſpe ſuccedendi in majoratu. ib. n. 78.
Princeps an, & quando poſſit concedere facultatem ad alienanda bona majoratus ex juſta, & publica cauſa? Vide verbo *Majoratus.*
Et an cum Regia facultate poſſit bona majoratus ſupponi cenſui, vel alienari ex cauſa dotis deſcendentium inſtitutis? Vide verbo *Majoratus.*
Princeps non poteſt revocare privilegium conceſſum non ſubdito, neque conceſſum Eccleſiæ. d. c. 11. n. 107. & 109.
Privilegium Principi conceſſum per Pontificem non cenſetur derogatum, niſi Papa id expreſſerit ib. n. 108.
Princeps bonos ad Magiſtratus eligere tenetur. 2. c. 12. n. 19.
Principem nihil magis decet, quam juſtitiam colere. d. c. 12. n. 22.
Principis Conſiliarii debent eſſe ſenes non tamen decrepiti. d. c. 12. n. 31.
Princeps non debet conferre Magiſtratus, honores ad ſuffragium potentiorum, eorumque qui ad latus ejus aſſiſtunt. d. c. 12. n. 40.
Princeps tenetur Magiſtratibus congruum ſalarium conſtituere à publico, & Regiis redditibus. d. c. 12. n. 47. & 48. Et vide verbo *Salarium.*
Princeps tenetur ſubditis juſtitiam gratis miniſtrare non eorum expenſis. d. c. 12. n. 4.
Præcipua cauſa conſtituendorum tributorum Principibus demandata fuit ob adminiſtrationem juſtitiæ, & ut ſubditos in pace continerent, & ab injuriis vindicarent. 2. c. 12. n. 45. & 17. & c. 14. ſup n. 3.
Ad Principis ſupremam juriſdictionem, & Majeſtatem ſpectat creare de novo tabelliones, notarios, & cæteros juſtitiæ officiales. 2. c. 13. n. 1.
Princeps ita, ut poteſt creare officia de novo, ita, & augere, diminuere, & ſupprimere. ib. n. 4.
Conceſſio Principis ſemper intelligitur ſalvo jure tertii. c. 2. 23. n. 9.
Princeps, qui officium conceſſit Titio ad vitam, vel ad beneplacitum, ſi illud aufert ſine demerito poſſidentis, tenetur ſatisfactionem præſtare. ib. n. 12.
Cætera de pluribus quæſtionibus dependentibus ex gratia vel conceſſione Principis circa officia, vide verbo *Officia.*
Princeps poteſt ad libitum revocare facultatem nominandi ad officium gratis conceſſam, Secus, mediante pecunia, vel ob benemerita conceſſa fuit; quia tunc revocari non poteſt, niſi publica, & juſta cauſa, aut neceſſitas interveniret: Vel ſi is, qui nominare poterat deliquit in officio. d. c. 12. n. 56.
Proponitur quæſtio An Princeps poſſit côcedere expectativas ad officia vacatura, ſive in genere, ſive in ſpecie. ib. n. 57. Ubi & n. ſeqq. referuntur fundamenta opinionis negativæ. Sed reſolvitur pro affirmativa. n. 62. & ſeqq.
Et vide verbo *Officium*, & verbo *Expectativa.*
Princeps habet dominium officiorum; officiales vero adminiſtrationem. d. c. 13. n. 90.
Princeps poteſt præjudicare tertio in his, quæ ab ipſo habet ex privilegio. ib. n. 91.
Princeps non præſumitur tollere tertio jus ad rem, & interpretatio facienda eſt quod noluit alteri præjudicare, etiamſi verba improprientur. ib. n. 94.
Princeps an, & quando poſſit ad nutum officia tollere? Vide verbo *Officium.*
Principi non licet officialem ignominia afficere ſine cauſa. d. c. 13. n. 117.
Princeps poteſt vendere officia ſecundum communem opinionem. 2. c. 14. n. 2.
Princeps poteſt vendere officia, quæ habent adminiſtrationem annexam concurrentibus tribus, nempe quod venditio fiat idoneis moderato pretio & ex cauſa publica. 2. c. 14. n. 5.
Intellige, ut prædicta procedant de juris rigore; ſed congruentius erit officia non vendi, maxime ſi habent juriſdictionem annexam. ib. n. 6.
Princeps debet ſe abſtinere ab hujuſmodi venditionibus. ibid.
Principi indecens eſt, & indecorum vendere officia. ib.
Principi licet vendere officia, quæ habent adminiſtrationẽ

juſtitiæ urgente publica neceſſitate, cui aliter occurri non poteſt. d. c. 14. n. 9.
Dummodo fiat venditio concurrentibus tribus, de quibus. n. 5.
Officia Tabellionatus, & ſimilia, quæ non habent adminiſtrationem juſtitiæ poteſt vendere Princeps cum minori cauſa d. c. 14. n. 12.
Princeps poteſt concedere officiali facultatem ad vendendum officium; ſed ea poteſtate uti non debet, ut monet Author. ib. n. 13.
Ad principem ſpectat exteris jus naturalitatis concedere, non aliis; quia de Regalibus majoribus eſt. 2. c. 15. n. 31. 33. & 34.
Cætera circa materiam vide verbo *Naturalitas*, & verbo *Origo*.
Ad ſupremam Principis poteſtatem pertinet jus legitimandi illegitime natos; & in Regno inferioribus concedi non poteſt jus legitimandi. 2. c. 16. n. 1. 2. 3. & 6.
Poteſtas legitimandi non eſt de reſervatis principi in ſignũ ſupremæ poteſtatis ſecundum Petr. Barb. ib. n. 3. & 4.
Sed defenditur n. 5. quod in Regno poteſtas legitimandi donari non poteſt inferioribus & n. ſeqq.
Princeps ſubditos, & vaſſallos tantum legitimare poteſt d. c. 16. n. 26.
Legitimatio facta à Principe non extenditur ultra territorium. Vide verbo *Legitimatio*.
Legitimatio Principis ſæcularis non operatur quoad ſpiritualia. ib. n. 28.
Princeps bene poteſt legitimationẽ cõcedere in præjudiciũ venientiũ ab inteſtato, ſi pater in vita præordinavit legitimationẽ, vel eam petendo, vel inſtituendo filiũ hæredẽ conditione, ſi legitimationẽ impetraverit. ib. n. 40.
Si vero neque petitio patris, neque præordinatio legitimationis, vel inſtitutio non præceſſit non poteſt Princeps legitimare in præjudium eorum, quibus jus jam erat quæſitum. ib. n. 41.
Intellige reſolutionem, de qua ſupra n. 40. procedere etiamſi venientes ab inteſtato citati non ſint. d. c. 16. n. 41 & 43.
Princeps non præſumitur velle tollere jus tertio quæſitum, etiam de plenitudine poteſtatis; niſi publica, & juſta cauſa interveniat. ib. n. 44. & 45.
Princeps non cenſetur uti plenitudine poteſtatis, niſi hoc expreſſerit. ib. n. 46.
Princeps quando utatur plenitudine poteſtatis? Vide verbo *Poteſtas*.
Ad Principis ſupremam poteſtatem pertinet nobiles efficere. De quo & pluribus in materia. Vide verbo *Nobilis* Ubi plene.
Ad ſolum Principem pertinet poteſtas indulgendi delicta, & remittendi delinquentium pœnas, quia eſt de Regalibus majoribus. 2. c. 18. n. 1.
Poteſtas remittendi delicta Coronæ oſſibus inhæret, & ab inferioribus exerceri nequit. d. c. 18. n. 2.
Princeps eſt ſolutus legibus, & ſolus poteſt remittere delinquentium pœnas. d. c. 18. n. 3.
In hoc regno poteſtas indulgendi delicta inferioribus non poteſt concedi. d. c. 18. n. 4.
De commiſſione Principis poſſunt Miniſtri concedere indulgentias delictorum; prout in hoc Regno Senatores Paſtini, d. c. 18. n. 5.
Quod intellige, ut hic.
Quando Princeps delictorum pœnam remmittit, liberatur reus à tota pœna. d. c. 18. n. 6.
Cætera de materia. Vide verbo *Indulgentia*, & *Indultum*.
Princeps eſt dominus corporis, & vitæ ſubditorum. d. c. 18. n. 32.
Princeps multoties fatetur non poſſe facere ea, quæ ſunt cõtraria juri poſitivo in præjudicium tertii. d. c. 18. n. 34.
Princeps non poteſt facere, niſi quæ juſtè poteſt. ib.
Princeps neque de poteſtate abſoluta poteſt remittere delicta ſine partis concordia. d. c. 18. n. 41.
De poteſtate Principis abſoluta circa remittendi delicta. Vide verbo *Poteſtas*, & verbo *Indulgentia*.
In principe neceſſaria eſt ſeveritas circa punitionem delictorum d. c. 18. n. 46.
Ad ſupremam Principis juriſdictionem pertinet jus concedendi minoribus veniam ætatis. 2. c. 19. n. 1.
Cætera de venia ætatis Vide verbo *Venia*
Princeps diſpenſans in ætate minores facit majores. ib. n. 23.
Poteſtas inſtaurandi cauſas tanquam de majoribus Regalibus ad ſolum Principem ſpectat, qui inferioribus eam concedere nequit. 2. c. 20. n. 1.
Princeps poteſt concedere, ut veritas cauſæ jam deciſæ, iterum diſcutiatur auferendo jus patri quæſitum per ſententiam. 2. c. 21. n. 8.
Ad Principem ſolum pertinet jus concedendi nundinas: & quando ille eas poſſit auferre? Vide verbo *Nundinæ*.
Unus debet eſſe Princeps, non plures. 2. c. 14. n. 26.
Princeps quando ex cauſa neceſſitatis poteſt imperare tributa ſine populi conſenſu? Vide verbo *Tributum*, & verbo *Comitia*, & verbo *Neceſſitas*.
Princeps urgente neceſſitate poteſt aſſumere vaſa aurea, & argentea Eccleſiæ, quæ ceſſante neceſſitate reſtituere tenetur. d. c. 24. n. 116. & c. 27. n. 18.
Princeps pro defenſione Reipublicæ, & cauſa neceſſitatis poteſt vendere bona ſubditorum, ac ſi eſſent propria. d. c. 24. n. 112.
Princeps, qui aufert rem à tertio propter bonum, & utilitatem publicã, debet præſtare bonũ cambiũ. d. c. 23. n. 113.
Limita in caſu publicæ, & urgentis neceſſitatis. d. c. 24. n. 114.
Princeps in caſu urgentis neceſſitatis quando poſſit ſubditos, & exteros mercatores compellere ad ſibi mutuandum; Vide verbo *Neceſſitas*.
Jus cudendi monetam eſt de Regalibus majoribus & ſpectat ad Principem. 2. c. 4. n. 10.
Solus Princeps monetæ æſtimationem, atque valorem præſcribit. ib. n. 11.
Cætera, quæ ad principem ſpectant circa monetam vide verbo. *Moneta*.
Et an jus illam cudendi poſſit concedi inferioribus; Vide verbo *Moneta*.
Et An Princeps poſſit mutare monetam ſine populi conſenſu? Vide verbo *Moneta*.
Officiũ Principis ei non debet eſſe damnoſum. 2. c. 25. n. 78.
Jus indicendi bellum ſpectat ſolum ad Principem, qui ſuperiorem non recognoſcit. 2. c. 26. n. 2. & 3.
Cætera de jure, quod Princeps habet circa bellum; Vide verbo *Bellum*.
Princeps tenetur vaſſallos, & eorum bona defendere. d. c. 26. n. 118.
Princeps poteſt ſubditos cogere ad bellum, ut pro defenſione patriæ morti ſe exponant, dummodo bellum ſit juſtum, & ex juſtis cauſis ſuſceptum. ib. n. 127.
Princeps poteſt concedere repræſalias non autem inferioris. 2. c. 27. n. 2. & 3.
Cætera de repræſaliis, vide verbo *Repræſaliæ*.
Princeps ob bonũ pacis poteſt ſubditos jure, & dominio privare, & eorũ damna, atque injurias remittere. 2. c. 29. n. 75.
Princeps facere poteſt, ut facta habeantur pro infactis, etiam quoad effectus præteritos. ib. n. 89.
Amplia ut id facere poſſit etiã in præjudiciũ tertii. ib. n. 80.
Princeps poteſt tollere jus immediate quæſitum per modũ Juris Civilis ante rei traditionem, & apprehenſam poſſeſſionem. ib. n. 84.
Ob bonum pacis, & ex cauſa publicæ utilitatis poteſt Princeps rebellem reſtituere in præjudicium tertii ob bona per eum occupata. ib. n. 85.
Princeps poteſt in conceſſione rei quæ quas velit conditiones, & onera apponere. d. c. 29. n. 118.
Princeps poteſt diſpenſare in diſpoſitione legis Mentalis, ex diſpenſatione bona Coronæ rediguntur ad terminos juris communis? & in eis ſuccedituꝛ jure majoratus, & primogenituræ. d. c. 29. n. 146.
Princeps ſæcularis non poteſt legem ferre contra Eccleſiaſticos etiam in temporalibus. 2. c. 32. n. 29.
Princeps cognoſcit de propria cauſa tangente ad jura Regalia. & bona Coronæ contra ſeculares, & Eccleſiaſticos. 2. c. 34. n. 6.
Amplia ſive bona Coronæ ſint penes ipſum, vel ejus nomine poſſeſſores conveniantur, ſive ſint apud Donatarios. ib. n. 7.
Legatos mittendi, & recipiendi jus pertinet ad Principem, qui ſuperiorem non recognoſcit Vide verbo *Legatus*. Ubi videre potes, qui ſint illi, ad quos pertinet jus legationis, & quibus non permittitur.
Principium collocutiones, & congreſſus ſunt periculoſi. 2. c. 35. n. 9.

Privilegium & Privilegiatum.

Privilegiatus contra pariter privilegiatum non utitur privilegio ſuo. 1. præl. 2. §. 2 n. 139.
Non valet privilegium, quo quis examinatur à ſuprema Regis poteſtate. 2. c. 4. n. 14.
Privilegium perſonale non egreditur perſonã ejus cui conceditur. 2. c. 7. n. 3. & c. 15. n. 22.
Privilegiũ conceſſum per viam contractus non debet nec poteſt Principem revocari. 2. c. 1. n. 54.
Privilegium conceſſum ob benemerita tranſit in vim contractus. ib. n. 55.
Idem ſi conceditur ex juſta cauſa, vel ob factum commenſuratum, impletum, aut implendum ab eo, cui conceditur ib. & 2. c. 24. n. 14.
Privilegium per viam contractus non revocatur per generalem revocationem. ib. n. 56.
Privilegium adeptum mediante pecunia, vel ob benemerita fit irrevocabile, quatenus pecunia, vel merita æquivalent conceſſioni; in exceſſu vero dicitur eſſe gratuitum, & non tranſit in contractum. ib. n. 57. & 2. c. 24. n. 14. & 15.

Privilegia

Privilegia omnia contra jus, vel utilitatem publicam revocari poſſunt. ib. n. 58. Etiamſi obtentum ſit mediante pecunia in. d. c. 14. n. 16.
Ad revocationẽ privilegii ſufficit Lex generalis revocatoria; quamvia privilegiorum non fiat mentio. ib. n. 59.
Privilegium ſervandum eſt quouſque nocivum eſſe Reipublicæ apparuerit, non amplius. d. c. 11. n. 60.
Privilegium conceſſum non ſubdito non poteſt Princeps derogare. ib. n. 107.
Neque privilegium conceſſum Eccleſiæ. ib. n. 109.
Privilegiũ Regio conceſſum à Summo Pontifice non cenſetur derogatum, niſi Papa id expreſſerit. ib. n. 108.
Quamvia privilegiũ non egrediatur perſonã, tamẽ reſpectu fori privilegiũ mariti communicatur uxori. 2. c. 15. n. 23.
Privilegia non extenduntur ultra territorium concedentis, neque Lex unius Regni obligat in alio, neque extenditur ad bona exiſtentia in alio Regno. 2. c. 17. n. 89.
Privilegium dignitati conceſſum non poteſt renuntiari. d. c. 17. n. 100.

Probatio.

Probatio facta intra terminum Juſtificationis Tuitivæ dicitur facta incontinenti. 2. c. 32. n. 68.
Probatio, quæ fit libris apertis, nunquam rejicitur. ib. n. 90.

Procurator.

Procurator non poteſt aliũ ſubſtituere; niſi expreſſe in mandato conceſſum ſit. 2. c. 13. n. 44.
De Procuratoribus Populorum in Comitiis, vide verbo *Comitia*.

Promiſſio.

Promiſſio de donando habetur pro donatione facta de præſenti. præl. 1. n. 7.
Donatio, quæ à promiſſione incepit valida eſt, & de differentia inter eam, & aliam, quæ à traditione initium ſumpſit. ib. n. 8. & 9.

Prorogatio.

Prorogatio cõceſſionis bonorũ Regiæ Coronæ ad unã, vel plures vitas an cõprehendat titulum dignitatis, quã habebat is, cui prorogatio bonorum Coronæ facta fuit. 2. c. 7. n. 46. & ſeqq.
Prorogatio feudi, vide verbo *Feudum*.
Prorogatio officii, vide verbo *Officium*.
Prorogatio retinet omnes qualitates primæ conceſſionis. ib. n. 42.

Protectio.

Protectio eſt de Regalibus majoribus, quæ competit Regi in ſignum ſupremæ poteſtatis. 2. c. 31. n. 5.
Alia de protectione vide verbo *Rex*.
Protectionis jus non poteſt à Rege inferioribus concedi, neque communicari. ib. n. 6.
Protectio non intelligitur conceſſa in generali donatione juriſdictionis cum mero, & mixto Imperio. ib. n. 7.
Jus Protectionis non poteſt præſcribi contra Regem etiam immemoriali poſſeſſione. ib. n. 8.
Regia protectio tripliciter conſideratur. ib. n. 9.
Rex exercet protectionis officium, quando Judex Eccleſiaſticus exercendo juriſdictionem violentiam infert. Et hoc tribus modis evenire poteſt. Et primo quando opprimit partem cum cauſæ cognitione contra merita, & juſtitiam. Et hoc caſu non datur recurſus ad Regem. ib. n. 14.
Secundo ſi procedit de facto ſpoliando partẽ: quo dato violentiam, & oppreſſionem notoriam facere intelligitur. Et tunc Princeps occurrit ad tollendam violentiam. ib. n. 15.
Princeps, ut tueatur vaſſallos à violentiis Eccleſiaſticorum, non eget juriſdictione. ib. n. 19.
Ad Regiam protectionem pertinet conceſſio chartæ Tuitivæ. 2. c. 32. n. 1.
De jure communi jus protectionis pertinebat ad Rectores civitatum, & provinciarum. ib. n. 3.
Protectio Regis orta fuit ab origine cum ipſo Regno; quia Regnum creatum fuit propter protectionem, non protectio propter Regnum. 1. c. 33. n. 8.
Protectio Regis non tam quoad ſæculares, ſed quoad Eccleſiaſticos exercenda eſt. 2. c. 32. n. 13. & 14.

Proteſtatio.

Proteſtatio conſervat jus proteſtantis. 2. c. 13. n. 137.
Debet fieri in ipſo actu, vel in continenti, quia ex intervallo non prodeſt. d. n. 137.

Prudentia.

Prudentia eſt virtus dirigens ad rationis normam univerſa, quæ cogitat, quæque agit; ac nihil præter rectum, & laudabile facit. 1. c. 2. n. 20.
Prudentis viri eſt medium tenere, quia temperamentum in mediocritate conſiſtit. ib. n. 21.

Pubertas.

Pubertas quando incipiat in maſculis, & in fœminis. 2. c. 19. n. 5.
Pubertatis anno finitur tutela. d. c. 18. n. 6.

Purpura.

Purpurea veſtis eſt Regis inſigne, & per eam ſignificatur reverentia, quæ Regi debetur. 2. c. 5. n. 13.
Hæc veſtis jam non in uſu & in ejus locum ſucceſſit quædam veſtis Auguſta, qua nullus niſi Imperator aut Rex uti poteſt. ib.

Pupillus.

Pupillus non eſt educandus apud ſubſtitutum, aut proximiorem, qui ſuccedere ſperat propter ſiniſtram ſuſpicionem inſidiandi vitæ pupilli. 1. c. 24. n. 78.

Pirata.

Piratæ, qui ſint: & an Turcæ, & Sarraceni propriè dicantur piratæ, ut non acquirant dominium rerum captarum à Chriſtianis. 2. c. 26. n. 62.
Afferuntur fundamenta partis affirmativæ, quæ habet Turcas, & Mauros eſſe piratas, & bellum geſtum contra Chriſtianos eſſe injuſtum. d. c. 26. n. 63.
Proponitur contraria ſententia negativa. d. c. 26. n. 64.
Et hæc probatur ab Authore. d. c. 26. n. 65.

Q

Querela.

Querela ſucceſſit loco accuſationis. 2. c. 18. n. 14.
Probationis defectus indicat querela, & accuſationis dolum. d. c. 18. n. 17.
Deficiens in probatione delicti condemnatur in expenſis, & refectione damnorum d. n. 17.
Quod tibi non nocet, & mihi prodeſt, teneris facere. 2. præl. 2. §. 1. n. 106.

R

Radix.

Quod procedit ex radice infecta, non poteſt pullulare. 1. præl. 2. §. 5. n. 75.

Ratihabitio.

Ratihabitio neceſſaria eſt ut in donatarium abſentem quæratur dominium ex ſtipulatione notarii. 1. præl. 1. n. 23.
Amplia etiamſi in donatione oppoſita ſit clauſula conſtituti. ib. n. 24.
Secundo amplia, etiamſi in donatione adjectum ſit pactum de non revocando ib. n. 25.

Ratio.

Ratio regit diſpoſitionem, & quod ipſa exigit, diſpoſitum cenſetur, licet verba deficiant. 2. c. 10. n. 109.
Ratio deſcripta in lege eſt anima ipſius, verba autem corpus, & ſuperficies. d. n. 109.
Alia de ratione legis, & quando comprehendat caſum eandem rationem habentem, vel reſtringatur ad limites rationem habentem, vel reſtringatur ad limites rationis, vide verbo *Lex*, & verbo *Caſus*.
Ceſſante ratione legis ceſſat & ipſa Lex. d. cap. 10. n. 107.
Correcta ratione legis; & ipſa Lex dicitur correcta. ib. n. 128.
Ratio naturalis eodem modo privatum, quam Regem obſtringit. 1. c. 2. n. 22.

Rebellis.

Rebellis eminit omnia, quæ ſunt juris Civilis, & retinet, quæ ſunt juris gentium. 2. c. 19. n. 55.
Rebellis patitur mediam capitis diminutionem, & civitatem amittit. ib. n. 56.

Recurſus.

Si donatarius, cui cognitio competit appellatione remota, abutatur juriſdictione, datur recurſus ad Regem, qui ſe intromittere poteſt ad tollendam violentiam, & juſtitiam miniſtrandam. 2. c. 31. n. 10.
Recurſus ſemper cenſetur exceptus, & remanet penes Majeſtatem. ib. n. 12.
Recurſus habet locum, quando oppreſſio fuit manifeſta: Et quæ manifeſta dicatur. ib. n. 13.
Recurſus ad Regium Tribunal eſt remedium extrajudiciale, & ſic procedit Judex extrajudicialiter, & per viam. ib. n. 17.
Datur recurſus à Judice Eccleſiaſtico, qui de facto partem ſpoliavit, & notoriam fecit oppreſſionem ib. n. 15.
Item quando procedit, parte inaudita. ib. n. 26.
Cognitio in caſu recurſus per viã violẽtiæ eſt ſummariſſima, & in ea proceditur velo levato ſine partis citatione. ibid. n. 17.
Recurſus eſt remedium ſubſidiarium, non ſuſpendit juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici, ita ut ab eo geſta pendente recurſu non dicantur attentata. ib. n. 18.
Et rejicitur contraria opinio Emman. Alvarez Pegas. ib.
Recurſus habet locum etiam caſu, quo gravatus illi renuntiavit ſive tacitè, neque juris ordine ſervato. ib. 23.
Amplia, quamvis ſententia Eccleſiaſtici ſit juſta; quia ſi feratur contra non citatum, & eam executioni mandaverit, violentiam facit. ib.
Secundo datur recurſus reſpectu eorum actuum, qui juriſdictionem ſuſpendunt, ſi judex ad ulteriora procedit ut in recuſatione, & ſimilibus. ib. n. 24.
Item datur recurſus, quando Eccleſiaſticus non ſervat communem Doctorum opinionem. ib. n. 25.
Datur recurſus à judice Eccleſiaſtico, qui rejecta apellatione ad executionem procedit, quia oppreſſionem, & vio-

tentiam notoriam facit. d. c. 31. n. 29.
Intellige, quando ſumus in caſibus, in quibus appellatio eſt permiſſa, ſecus in illius, in quibus regulariter eſt prohibita. ib.
Si Eccleſiaſticus non detulit appellationi caſu, quo eſt prohibita, non habet locum recurſus. ib. n. 3.
Datur recurſus quando Eccleſiaſticus non admiſit exceptionem incompetentiæ, & non detulit appellationi interpoſitæ. ib. n. 33.
Datur recurſus à Judice Eccleſiaſtico qui non detulit appellationi interpoſitæ ab inordinato, & intricato proceſſu, quando ſimul judicialiter, & extrajudicialiter procedit. ib. n. 33.
Item quando non detulit appellationi interpoſitæ à reſervatione exceptionis nullitatis ad finem litis. ib.
Item datur recurſus, ſi Eccleſiaſticus non detulit appellationi à reſervatione exceptionum, quæ reſpiciunt habilitationem perſonæ. ib.
Datur recurſus ab Ordinario, qui non detulit appellationi interpoſitæ à negligentia decidendi cauſam, quando ter monitus eam non decidit. ib. n. 36.
Datur recurſus, quando Metropolitanus ſe introminit ad cognoſcendum de cauſa in prima inſtantia, & non detulit appellationi interpoſitæ. ib. n. 36.
Datur recurſus patrono à collatione Beneficii facta ab Epiſcopo ſpreto jure patronatus, namque ſi patronus erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, Epiſcopus violentiam facit. d. c. 31. n. 38.
Datur recurſus ab Eccleſiaſtico incompetente, qui ſine jurisdictione procedit. ib. n. 39.
Item à delegato, qui procedit non oſtenſis litteris ſuæ delegationis, vel illius terminos excedit. ib.
Datur recurſus ad Regium Tribunal, quando Eccleſiaſticus cognoſcit de cauſa temporali inter laicos, vel contra laicum, & uſurpat Regiam juriſdictionem. ib. n. 40.
Datur recurſus ab Eccleſiaſtico, qui cōpellit ad miniſtratores confraternitatum ſecularium, in quarum inſtitutione nō intervenit Epiſcopi authoritas, & quando ſe introminit in electiōe adminiſtratorū: prout judicatū dicitur. ib. n. 41.
Item ab Eccleſiaſtico, qui ſe introminit in electione Capellani confraternitatis ſæcularis, vel alicujus privati ſacelli, & ita judicatum. ib. n. 42.
Item ſi ſe intromittit Eccleſiaſticus circa ornamēta, & veſtimenta confraternitatis ſæcularis: & ita judicatū. ib. n. 43.
Datur recurſus ab Eccleſiaſtico, qui confraternitates, hoſpitalia, & albergarias viſitare intendit, ſi ſe intromittit ultra inquiſitionem, ut opera pia impleantur: & ita judicatum. n. 48.
A Judice Eccleſiaſtico, qui ſe intromittit in inventariu bonorū Clerici, qui hæredes laicos inſtituit, vel deceſſit ab inteſtato relictis conſanguineis laicis, datur recurſus ad Judicem Regiæ Coronæ propter uſurpatam juriſdictionem. ib. n. 49. & ſeqq.
Quæritur, An Judex Eccleſiaſticus in menſibus alternativæ poſſit aliquid decernere circa bona eorum, qui ab inteſtato deceſſerunt, ut ex illis certa quantitas in ſuffragiis, & piis operibus erogetur pro anima defuncti? ib. n. 57.
Et reſolvunt negativè. n. 58. Et ita judicatum ut. n. 61.
Eccleſiaſticus tantum poteſt procedere contra executorē teſtamenti laicum in caſibus, quibus poteſt ſe introminere, ut voluntates defunctorum exequantur non contra hæredem laicum, vel tertium bonorum poſſeſſorem. ib. n. 63.
Si procedit cōtra hæredem, vel tertium, datur recurſus: & ita judicatum. ib. n. 65. & 66.
Extra caſus uſurpatæ juriſdictionis non datur recurſus ab Eccleſiaſtico, qui valide, & ſervato juris ordine procedit; licet proferat ſententiam injuſtam. d. c. 31. n. 67.
Intellige, niſi ſententia contineat expreſſum juris errorē. ib.
Si ſententia notoriè nullitate laborat, & Eccleſiaſticus eam exequi vult, datur recurſus ſecundum veriorem opinionem. ib. n. 68.
Non datur recurſus in cauſis, in quibus cognoſcunt Miniſtri Sanctæ Inquiſitionis. ib. n. 69.
Non datur recurſus in cauſis Regularium circa correctionem, & viſitationem. ib. n. 70.
Non datur recurſus à Judice Inferiori procedenti in cauſa, quando ſuperior, ad quem fuit appellatum, cauſam remiſit declarando non fuiſſe bene appellatum. ib. n. 71.
Non datur recurſus quando appellatio non fuit interpoſita à Judice Eccleſiaſtico. n. 72.
Non datur recurſus præſentato in Beneficio, qui dicit habere plures voces, ſi Eccleſia eſt parochialis. ib. n. 83.

Rei vendicatio.

Rei vendicatio ſupponit dominium in agente, & à domino tantum poteſt intentari. præl. 2. §. 1. n. 131.
Pactum ut liceat rem avocare antiquo domino, rei vendicationem parit. ib. n. 137.
Utilis rei vendicatio poteſt concurrere cum condictione, & actione perſonali. ib. n. 140. & 141.

Regia.

Regia Domina Regni habet poteſtatem ferendi leges. 2. 2. c. 10. n. 11.

Remiſſio.

Remiſſio mortis mariti facta ab uxore quando valeat. Vide verbo. *Uxor.*
Et quando fieri debet una cum filiis, & an uxor præferatur parentibus occiſi? Vide verbo *Indulgentia*, & Verbo *Uxor.*
Remiſſio necis uxoris facta à marito quando valeat & quando ipſe præferatur, & concurrat cum filiis, Vide verbo *Indulgentia.*
Filii minores vel majores quando poſſunt remittere necem matris? Vide verbo *Indulgentia*, & verbo *Minor.*
Filius occiſi minor an poſſit remittere offenſam, vel mortem patris, & an Tutoris remiſſio præcludat conſanguineis viam accuſandi? Vide verbo. *Indulgentia.*
Et quid de filiis naturalibus, & ſpuriis? Vide verbo *Indultū.*
Pater quando poſſit remittere injuriam factam filio abſque illius conſenſu, Vide verbo *Pater*, & verbo. *Injuria*, & verbo *indultum.*
Remiſſio, & accuſatio ſunt correlativa; & qui poſſunt accuſare; poſſunt etiam remittere. 2. c. 18. n. 98.
Proximiores occiſi præferuntur in remittendo delictum. ib. n. 99.
Impetrata venia à Principe prævia remiſſione conſanguinei proximioris remotiores accuſare non poſſunt. ib.
Proponitur quæſtio, An in hoc Regno remiſſio homicidii habenda ſit ab omnibus conſanguineis occiſi intra quartum gradum, computandum ſecundum jus Canonicum; ita ut remotiores qui pacem non fecerunt, poſſint accuſare non obſtante remiſſione proximiorum, & venia impetrata à Principe; Et refertur affirmativa Molinæ opinio. ib. n. 101.
Author conſtituit plures caſus in hac quæſtione. ib. n. 10.
Primus eſt quando non erant conſanguinei primi vel ſecundi gradus; ſed tertii aut quarti; & illi proximiores dicuntur, cum alii eos non præcedant. ib. n. 102.
Reus tamen non cogitur præciſe citare prædictos conſanguineos tertii, vel quarti gradus; illi tamen poſſunt accuſare etiam poſt ſententiam. ib.
In hoc caſu ſi reus habuerit gratiam delicti à Principe ſine remiſſione conſanguineorum, nulla erit, & ea non obſtante procedet accuſatio. d. c. 18. n. 103.
Secundus caſus eſt, quando conſanguinei tertii vel quarti gradus non fuerunt citati, neque illo apparuerunt ad accuſandu, & tamen proximiores primi, vel ſecundi gradus accuſaverunt delinquentem, qui per ſententiam fuit condemnatus, vel abſolutus. Et in hac ſpecie conſanguinei tertii, vel quarti gradus non poſſunt de novo reum accuſare. ib. n. 104
Limita primo, niſi remotior conſanguineus probaverit proximiorem fuiſſe prævaricatum, ib. n 105.
Secundo limita, ut novus accuſator poſſit admitti, quando ex eodem facto plura oriuntur delicta. v. g. Si reus fuit accuſatus de ſimplici homicidio, & novus accuſator addiderit qualitatem parricidii, de qua non eſt actum, ib. n. 106.
Tertius caſus eſt, quando conſanguinei primi, vel ſecundi gradus pacem fecerunt cum delinquente, qui veniam à Principe impetravit; tunc enim remotiores non poterunt accuſare delinquentem, neque eorum remiſſio deſideratur ad validitatem gratiæ. ib. n. 114.
Remiſſio omnium proximiorum, qui ſunt in eodem gradu, neceſſaria eſt ad conſequendam homicidii indulgentiam, non ſufficit majoris partis eorum. ib. n. 117 & 118.
Contradictio unius ex proximioribus ſufficit, ut remiſſio affectum non operetur. ib. n. 119.
Remiſſio delicti fieri poteſt tam ab offenſo; quam à conſanguineis occiſi gratis, vel pretio, aut pecunia, quando pœna corporalis, vel mortis venit imponenda ex delicto. ib. n. 120.
Remiſſio delicti fieri poteſt ſub conditione, quod reus in inſulam relegetur: debet tamen à principe confirmari. d. c. 18. n. 121.
Remittens delictum ſub dicta conditione non poteſt ad accuſationem redire, ſi conditio ſervata non ſit niſi id expreſſe reſervaſſet in remiſſione. ib. n. 124.
Reus non poterit puniri criminaliter tanquam violator exilii; niſi conditio fuerit à Principe confirmata. ib.
Filius, vel conſanguineus, qui pro remiſſione mortis defuncti pecuniam accepit, non ob id tenetur creditoribus defuncti, neque ex eo dicitur adiiſſe hæreditatem. ib. n. 123.
Proponitur quæſtio; An accuſatus de homicidio, vel alio publico delicto pro quo pœna mortis erat infligenda, qui obtinuit remiſſionem partis, poſſit nihilominus condemnari in pœna ordinaria delicti. d. c. 18. n. 130.
In Regno Caſtellæ, & in caſu propoſito non poteſt reus

litis pœna capitis, vel coporali puniri. ib.
De jure communi duæ ſunt opiniones contrariæ; prima negativa, de qua n. 131. & 132.
Secunda affirmativa quæ verior, & probatur. n. 133. & 134.
Hæc ſententia ſine dubio procedit in delictis enormibus. ib. n. 125.
Inita pace inter Principes ob publicam lætitiam fieri ſolet remiſſio delictorum. 2. c. 29. n. 5.
Per remiſſionem, & indulgentiam delictorum à Principe conceſſam liberantur rei à tota pœna, ac ſi per ſententiam fuiſſent abſoluti. ib. n. 5.
Per remiſſionem pœnæ indultatus à Principe non recuperat bona; niſi in indulgentia exprimatur. ib. n. 7. & 8.

Renovatio.

Si in renovatione emphyteuſis adjiciatur nova perſona jam non dicitur renovatio, ſed nova conceſſio. 2. c. 7. n. 57.

Renuntiatio.

Renuntiari non poſſunt in Regno officia publica. Vide verbo *Officium*.
Renuntiare juribus ſuis cuilibet eſt permiſſum. c. 13. n. 105. & c. 31. n. 20.
Renuntiantibus juribus ſuis amplius non datur regreſſus. ib. & c. 24. n. 38.
Officia, & Beneficia renuntiari poſſunt, adeo ut Papa renuntiare valeat Summo Pontificatui. ib. n. 104.
Officio à Principe accepto non poteſt quis renuntiare invito. ib. n. 105.
Renuntiatio facienda eſt in manibus Principis. ib. n. 106.
Renuntiatio Beneficii fieri debet coram ſuperiore. ib.
Renuntians officium poteſt illud exercere, dum à principe non acceptatur renuntiatio. d. c. 13. n. 107.
Renuntians officiũ in manibus ejus, qui acceptare non poteſt, non emittit officiũ, neque illius proprietatẽ. ib. n. 108.
Donatarii, quibus à Rege conceſſa eſt data officiorum; nequeunt recipere renuntiationem eorum, quæ fieri debet in manibus Regis. d. n. 108.
Caſus mortis, & renuntiationis æquiparantur in præjudicium renuntiantis. ib. n. 37. & 142.
Renuntiatio tantum operatur in præjudicium renuntiantis, non tertii. 2. c. 31. n. 22.
Renuntians recurſui ad Regiam Coronam juvatur recurſu non obſtante renuntiatione. ib. n. 20. & 21.

Repræſalia.

Jus concedendi repræſalias eſt de Regalibus, & ad ſolum Principem pertinet, qui non recognoſcit ſuperiorem, non ad inferiores. 2. c. 27. n. 1. & 2.
Repræſaliarum uſus antiquiſſimus eſt. d. c. 29. n. 2.
Repræſaliæ jure Divino, & gentium licitæ ſunt. ib.
Repræſaliæ dicebantur clarigationes, in jure noſtro dicuntur pignorationes. & unde repræſaliæ nomem traxerint. d. c. 27. n. 4.
Repræſaliæ duplicem continent cauſam, publicam, & privatam: quæ in propoſito ſit cauſa publica. d. c. 27. n. 5.
Repræſaliæ ob cauſam publicã motu propio Principis conceduntur, & continent publicam vindictam. d. c. 27. n. 6.
Jure belli, & manu militari fiunt, & ex eiſdem cauſis poteſt Princeps bellum indicere, & repræſalias concedere. ib.
Repræſaliæ, & pignorationes ſunt à jure prohibitæ, & odioſæ. d. c. 27. n. 7.
Repræſaliæ ſunt permiſſæ omni jure, quando bellum eſt publicum. d. c. 27. n. 8.
Repræſaliæ non debent decerni, niſi in cauſis ex quibus bellum juſtum indici valet. d. c. 27. n. 11.
Repræſaliæ concedi poſſunt contra omnes ſubditos, quoties Princeps denegat juſtitiã, vel injuriam infert. d. c. 27. n. 12.
Repræſaliæ poſſunt concedi contra vaſſallos innocentes propter culpam Principis ſui. d. c. 27. n. 13.
Legati, & eorum bona jure gentium repræſaliis immunes. d. c. 27. n. 15.
Repræſaliæ quando concedi poſſunt contra Clericos? Vide verbo *Clericus*.
Repræſaliæ poſſunt concedi contra Epiſcopum, qui denegat facere juſtitiam de Clericis ſuis. d. c. 27. n. 20.
Repræſaliæ cõcedi poſſunt à Judice incõpetẽti damnũ paſſi quando non adeſt ſuperior illius, qui damnum dedit. ib.
De praxi procedi in judicio Regiæ Coronæ contra Judicem Eccleſiaſticum, qui recuſat obtemporare ſententiis in caſibus recurſus. d. c. 27. n. 21.
Repræſaliæ non conceduntur in Regno adverſus ſubditos, & Regis vaſſallos & tantum ſolent concedi adverſus principem, contra quem bellum publicum geritur, & ejus vaſſallos. d. c. 27. n. 22.
Item conceduntur repræſalia adverſus judicem Eccleſiaſticum qui in caſibus recurſus, & protectionis non obtemperat ſententiis latis: & in aliis caſibus repræſaliæ uſu receptæ non ſunt. ib.
Repræſalia non debet Princeps indicere, niſi propter magnam, & juſtam cauſam; non vero ob modicum præjudicium. d. c. 27. n. 23.
Capta pro repræſaliis non fiunt capientium, ſeu cuſtodiri debent, donec damni, vel injuriæ fiat emendatio. d. c. 27. n. 24.
Repræſaliæ ſi fuerint conceſſæ à Principe ob vindictam publicam, & Princeps bona concedat capientibus, vel aliis, eorum fiunt. d. c. 27. n. 25.

Res.

Una, & eadem res non poteſt diverſo jure cenſeri 1. præl. 2. § 1. n. 61.
Limita reſpectu diverſarum cauſarum; quia tunc poteſt diverſo jure cenſeri. ib. n. 63.
Res ablata tertio cauſa publicæ neceſſitatis domino reſtituenda eſt ceſſante neceſſitate. 2. c. 2. n. 23.
Si res ablata inutilis reddita fuit; ita ut dominus ea uti non poſſit, tenetur Princeps damnum reſarcire. ibid.
Res non dicitur reddita, quæ non integra, ſed deteriorata redditur. ib. n. 24.

Reſcriptum.

In reſcriptis gratiæ attenditur tempus datæ, non præſentationis, 1. c. 4. n. 2.
In reſcriptis moratoriis, quæ debitoribus conceduntur, attenditur tempus datæ, non præſentationis. d. c. 4. n. 21.
Vide verbo *Gratias*, & verbo *Dignitas*, ac verbo *Donatio Principis*.

Reſpublica.

Reipublicæ non minus intereſt ſepeliri liberis hominibus, quam gubernari per homines doctos, & literatos. 1. præl. 2. §. 5. n. 10.
Ad bonum Reipublicæ regimen ſpectat benemeritorum ſervitia remunerare. 1. c. 2. n. 7. & c. 6. n. 51.
Quid evenit ſi in Republica præmia deſunt? Vide verbo *Premium*.
Ad Reipublicæ donum, decus pertinet, domos illuſtrium perſonarum conſervare. ib. n. 13.
Reſpublica melius regitur per unum, quam per plures. 2. c. 9. n. 31.
Reipublicæ intereſt plures habere vaſſallos, & juriſdictionem conſervare. 2. c. 4. n. 32.
Reſpublica aliter ſerva eſſe nequit; quin omnis juriſdictio ſit penes unam Majeſtatem. 2. c. 8. n. 4.
Reſpublica, quæ Superiorem non recognoſcit, leges ferre poteſt. 2. c. 10. n. 6. & 7.
Reſpublica ſine legibus ſtare non poteſt. d. c. 10. n. 9.
Reſpublica, quoad auxilium reſtitutionis utitur jure minoris. 2. c. 11. n. 44.
Reipublicæ intereſt, ut illuſtres familiæ conſerventur. c. 14. n. 82.
Contra bonum Reipublicæ, & ejus authoritatem cenſetur puros, & maculatos commiſceri. ib. n. 85.
Reipublicæ valde intereſt, ne vendantur officia. 2. c. 14. n. 7.
Ex venditione officium, quæ habent adminiſtrationem juſtitiæ provenit Reipublicæ infelicitas. ib. n. 6.
Reipublicæ intereſt, ne delicta maneant impunita. 2. c. 18. n. 12.
Item ut removentur delinquendi occaſio. d. c. 18. n. 45.
Intereſt Reipublicæ, ne moneta extrahatur à Regno & de pœna extrahentibus impoſita in hoc Regno. 2. c. 25. n. 25.
Reipublicæ intereſt, ne quis re ſua male utatur. 2. c. 24. n. 57.
Reſpublica dicitur, quia ad omnes pertinet, in id traditur Principi, ut illi præſit ad ſalutem. ib. n. 58.

Reſtitutio.

Ad reſtitutionem conſequendam probanda eſt læſio de tempore contractus. 2. c. 11. n. 47.
Fiſcus, Reſpublica, & Eccleſiæ quoad auxilium reſtitutionis utuntur jure minoris. ib. n. 44.
Reſtitutio quando competat minori, vel fiſco, poteſt ſubhaſtionem admittatur licentiator plus offerens; Vide verbo *Subhaſtatio*.
Reſtitutio reſtitutionis adverſus rem judicatam non conceditur. 2. c. 41. n. 13.
Reſtitutus ex gratia ad bona confiſcata non recuperat fructus jam perceptos, etiam per fiſcum. 2. c. 19. n. 6.
Reſtitutio per verbum, *Indulgent*, eſt glorioſa, & reſtitutio ob pacem etiam dicitur glorioſa, ib. n. 8.
Proponitur quæſtio, Utrum reſtitutio, de qua in Capitulis Pacis, comprehendat bona per fiſcum alienata? Et affeuntur fundamenta partis affirmativæ ib. n. 9 Et allegantur DD. eam tenente n. 4 Fundamenta negativæ. n. 35.
Reſtitutio propter pacem trahitur ad alienata, etiamſi in fœderibus non exprimatur ib. n. 10
Reſtitutio propter pacem comprehendit etiã bona feudalia, quamvis de illis non fiat expreſſa mentio ib. n. 11.
Reſtitutio [illegible] cum clauſula, quod reſtituti poſſint libere uti rebus ſuis, ſi apponatur in Capitulis Pacis. habet effectum reſtitutionis bonorum occupatorum, & non dum conſumptorum ib. n. 3
Reſtitutio facta à Principe ob bonum pacis habet vim reſtitutionis in integrum, non ſimplicis indulgentiæ. ib. n. 16.
Reſtitutio in integrum omnia reducit ad priſtinum ſtatũ ib.

Repoſitum

Repoſitum non dicitur, ubi omnia non ſunt purgata, & repoſita uſque ad unum numerum. ib. n. 27
Reſtitutio propter pacem, & publicam utilitatem dicitur plenaria. ib.
Reſtitutiones factæ à Principibus propter pacem comprehendunt omnia, quæ ſunt de mente Principum. ib. n. 29.
Reſtitutio eſt in integrum ſtatum repoſitio, ſeu redintegratio. ib. n. 30.
Reſtitutus ad bona confiſcata non recuperat jam per fiſcum alienata, niſi aliud expreſsè caveatur. ib. n. 30.
Si in reſtitutione dicatur contineri bona jam alienata, tenetur Princeps de proprio poſſeſſoribus æſtimationem ſolvere. ib. n. 39.
Reſtituti ad bona ex Principis gratia reputantur ea cum omnibus qualitatibus, quas habebant; etiam ſi in gratia non exprimatur. Atque ita quæ erant feudalia, manent feudalia, & quæ majoratus retinent eandem qualitatem, & quæ Ducatus vel Comitatus cum ejuſdem tituli dignitate reſtituuntur. ib. n. 44.
Quæritur; An ita reſtitutus poſſidere dicatur novo titulo; vel antiquo? Et an Princeps novam conceſſionem facere dicatur? ib. n. 45.
Reſolvitur quæſtio. ib. n. 50. & 51.
Refertur quædam diſtinctio Doctorum inter reſtitutionem factam, antequam fiſcus poſſeſſionem apprehendiſſet, & inter eam quæ facta fuit poſt apprehenſam poſſeſſionem per fiſcum. d. c. 29 n. 46
Refertur alia diſtinctio Petr. Barboſæ quæ probatur ab Authore. ib. 47.
Proponitur quæſtio, An rebellis reſtitutus ad bona recuperet hæreditatem ſibi delatam ante reſtitutionem? Et diſtinguuntur duo caſus.
Primus eſt, quando hæreditas delata fuit reſtituto, adhuc non eſt adita per alterum, & tunc reſolvitur hæreditatem ad reſtitutum pertinere. Secundus eſt quando hæreditas poſt delictum fuit delata, & à ſequenti in gradu, vel Majoratu adita fuit. ib. n. 54.
Reſtitutio à Principe conceſſa non operatur in præjudicium tertii ib. d. n. 61.
Reſtitutio ex gratia Principis non extenditur ad bona alienata per fiſcum facto hominis, ſcilicet per contractum, ſed comprehendit ea quæ legis miniſterio fuerunt tranſlata immediate propter delictum. ib. n. 65.
Reſtitutionis gratia tantum tribuit, quantum abſtulit id, contra quod datur reſtitutio. ib. n. 65.
Reſtitutio facit renaſci id, quod fuit penitus extinctum. d. c. 29 n. 68.
Proponitur quæſtio, An reus læſæ Majeſtatis reſtitutus à Principe recuperet majoratum ſibi delatum durante rebellione ante reſtitutionem; & reſolvit Molina quod ſi ſequens in gradu poſſeſſionem erat adeptus, reſtitutus non admittitur. ib. n. 69.
Reſolvitur quæſtio. ib. n. 90. & 1. 99
Et quid dicendum, ſi rebellis fuit reſtitutus ob bonum pacis cum ampliſſimis clauſulis reſtitutionis? Et reſolvitur reſtitutum poſſe vendicare bona majoratus, vel hæreditatem à ſequenti in gradu, vel majoratario. d. c. 29 n. 7. & ſeq.
Reſtitutio facit renaſci, quod fuit penitus extinctum. ib. n. 77.
Ob bonum pacis, & ex cauſa publicæ utilitatis poteſt Princeps rebellem reſtituere in præjudicium tertii ad bona per eum occupata. ib. n. 85.
Reſtitutio ex cauſa pacis an comprehendat deſcendentes illius, qui in Regno conſpiravit adverſus Regem, & in favorem hoſtis, & fuit condemnatus ultimo ſupplicio cum confiſcatione bonorum, ſententiaque executa? ib. n. 86.
Reſtitutio ex cauſa pacis, & indulgentia comprendit etiam mortuos, qui reſtituti cenſentur præambula bona ante guerram. ib. n. 87.
Jus aggratiati pendet à verbis gratiæ, & reſtitutionis, & tantum conſequitur reſtitutus, quantum ei per gratiam conceditur. d. c. 29. n. 91

Retentio.

Retentio facilior eſt, quam acquiſitio. 1. præl. 2. §. 1. ſub n. 43.

Retrotractio.

Retrotractio an operetur in præjudicium tertii, cui medio tempore jus fuit quæſitum; Reſolviſſive. 1. præl. 2. §. 2. n. 10.
Retrotractari quando dicatur conditio? Vide verbo *Conditio*.
Conditio impleta retrotrahitur in præteritum, & ad principium actus 1. præl. 2. n. 79. & §. 2. n. 1.
In contractibus retrotrahitur implementum conditionis ad tempus actus. d. §. 2. n. 4
Intellige, ſi in utroque extremo detur habilitas, hoc eſt tempore celebrationis, & tempore exiſtentiæ conditionis. ib. n. 5.
In ultimis voluntatibus non retrotrahitur implementum conditionis, ſed inſpicitur tempus exiſtentiæ illius. n. 6.
Conditio poteſtativa, non retrotrahitur; ſed caſualis, vel mixta. ib. n. 9.

Reviſio.

Reviſionem concedere non poteſt Archiepiſcopus Bracharenſis à ſententiis latis in ejus Senatu in cauſis civilibus; ſed Rex eam concedit: Prout diſputat Author, & reſolvit 2. c. 8. n. 24. & ſeq.
Reviſio actionum eſt appellationis ſpecies. ib. n. 25.
Reviſio reducit cauſam ad ſtatum, quo erat tempore litis conteſtatæ, & idem dicitur de appellatione. ib. n. 26.
Reviſio, & appellatio pari paſſu ambulant. ib. n. 27.
Reviſionis conceſſio eſt de Regalibus ſupremis, & ſolum conceditur à Principe ſuperiorem non recognoſcente. ib. n. 30. & c. 21. n. 2.
Reviſionis conceſſio pendet à Principis gratia, arbitrio, & ſoli ejus hæc d. c. 8. n. 31.
Reviſio eſt remedium extraordinarium; & habet ſe ad inſtar reſtitutionis gratiæ, quam ſolus Princeps concedere poteſt. ib. n. 32.
Reviſio, & appellatio in aliquibus differunt inter ſe. ib. n. 34.
Reviſione conceſſa non retardatur executio ſententiæ. ib.
Non valet receptum, ut pendente reviſione executio ſententiæ ſuſpendatur; niſi contineat clauſulam non obſtante parte citata, & de plenitudine poteſtatis. ib. n. 35.
Reviſere eſt ex eiſdem actis judicare, & in illius inſtantia, nec producuntur articuli de novo, neque aliæ allegationes, quæ juris non ſunt. 2. c. 21. n. 3.
Si adducuntur de novo inſtrumenta, aut probationes, tam non eſſet reviſio, ſed actorum renovatio. ib. n. 4.
Limita in c. l. ſpeciali, de Cabed. arreſt. 39 ib.
Reviſione conceſſa reducitur cauſa ad ſtatum, quo erat tempore litis conteſtatæ. d. c. 21 n. 5
Reviſio, & appellatio in aliquibus differunt. ib.
In his, in quibus conveniunt reviſio, & appellatio, eſt reviſio appellationis ſpecies. ib.
Recenſentur caſus in quibus differunt appellatio, & reviſio. d. c. 21 n. 6.
Res judicata dicitur, quæ nullo juris remedio revocari poteſt. ib
In inſtantia reviſionis jam conceſſæ Judices debent judicare de juſtitia cauſæ, nullo habito reſpectu ad id quod judicatum fuerat d. c. 21 n. 7.
Non poſſunt diſputare, an reviſio juſte vel injuſte fuerit conceſſa. ib.
Reviſio etiam jam conceſſa non impedit, neque ſuſpendit executionem ſententiæ reviſendæ; in quo reviſio ſupplicationi aſſimilatur. d. c. 21. n. 9.
Non valet receptum, quod pendente reviſione ſuperſedeatur in executione ſententiæ, niſi conceſſum ſit parte citata d. c. 21. n. 10
Secunda reviſio in eiſdem parti conceditur quit. d. c. 21. n. 12.
Reviſio etiam ſecundam Princeps ſine magna cauſa concedere non poteſt etiam de plenitudine poteſtatis. d. c. 21. n. 14.
Limita, ſi in ſententia judicii reviſorii illatum ſit novum gravamen, de quo in prima ſententia non fuit actum, quia tunc quoad illud gravamen ſecunda reviſio concedi poteſt d. c. 21 n. 14. & 15.
Intellige, ut non poſſit concedi ſecunda reviſio poſt latam ſententiam in judicio reviſorio: ſecus ſi denegata fuit reviſio à duobus Senatoribus de quibus Ord. 3. tit. 95. §. 1. Tunc enim bene poterit reviſio concedi ex aliis novis informationibus. d. c. 21. n. 16.
Reviſio ab una parte impetrata alteri prodeſſe nequit. d. c. 21. n. 17. 19 & 20.
Ubi vindicatur opinio Valaſci ab impugnatione Giubæ, & Cyriaci, quorum reſponſio rejicitur, & convincitur.

Revocatio.

Revocatio donationis propter ingratitudinem ultra cauſam debet intervenire actus revocationis expreſſus, & non ſufficit tacitus. 1. præl. 2. n. 12.
Quando revocetur donatio per ſupervenientiam liberorum? Vide verbo *Donatio ſimplex*.
Donatio remuneratoria non revocatur propter ingratitudinem 1 præl. 2. n. 41. & 43.

Rex. Regnum, Regalia.

Regis honor augetur per dignitatem ſubditorum. 1. c. 2. n. 11.
Regis poteſtas eſt pleniſſima, & omni nexu libera d. 1. c. 3 n. 1.
Regalia ima dicuntur, quæ ad Coronam, & Regem ſpectant, & quia Regi competunt; à voce Regis deſcendunt. c. 1 n. 6.
Jura Regalia ſunt ſpecialia ejus, qui Superiorem non recognoſcit, & competunt in ſignum ſupremæ poteſtatis, & dignitatis. ib n. 7.

Jura

Jura Regalia fuerunt à populo Regi aſſignata in ſtipendia militum, & miniſtrorum juſtitiæ, & in compenſationem laboris, quem Rex ſuſtinet in conſervatione, & cuſtodia ſubditorum ib n 9

Regnum eſt glorioſa ſervitus; & Reges potius ſervire ſubditis, quam dominari cenſendi ſunt. ib n. 10.

Regna condita fuere poſt diſcretas gentes, & populus in Regem tranſtulit omne jus, & poteſtatem, ut jus diceret, & ſubditos ab hoſtibus defenderet. ib. n. 12.

Regum officium eſt facere judicium, & juſtitiam, liberare viduas, & pupillos, & vi opreſſos à manu calumniatorum ib. n 12.

Regnum non tam ad Regis, quam ſubditorum utilitatem fuit introductum. ib. n. 13. & c. 25. n. 43.

Rex acceptando Regnum dicitur obligatus populo ea quaſi contractu ad faciendam juſtitiam, & ſubditi Regi ad obedientiam. ib.

Jura Regalia competunt Regi; ſimul atque creatur Rex. ib. n 14.

Non omnia jura, quæ Regi competunt, dicuntur eſſe de Regalibus; niſi ſint reſervata in ſignum ſupremæ poteſtatis ib. n. 15.

Quæ non erant Regalia poſſunt effici conſtitutione regnantis, vel conſuetudine. Et quibus modis acquirantur. ibid

Regalia jura dividuntur inter majora, & minora. d. c. 1. n. 16.

Majora Regalia ſunt, in quibus potiſſimum ſuprema poteſtas, & Regis dignitas eminet ib n. 17.

Dicuntur potentiora jura. ſo. Et oſſibus Principis inhærent. ib.

Minora Regalia, quæ dicantur, & diſtinguitur inter ea, quæ ſunt juris publici, & quæ de patrimonio fiſci. ib. n. 19.

Quæ Regalia competant Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis [illegible] ſuperioritatis. ib. n. 20.

Non omnia Regalia enumerantur in capite unico quæ ſint Regalia: & in Ordin. lib. 2. 26.

Majora Regalia ſunt exercitia abſolutæ, & ſummæ poteſtatis. d. c. 1. n. 18.

Sunt extra commercium.

Rex per Coronationem, & in Corona conſequitur plenitudinem poteſtatis. 2. c. 2. n. 5.

Luſitaniæ Regnum Mauris expulſis populi conſenſu fuit conceſſum Alphonſo Primo: Et poſtea admirabili Luſitanorum virtute adauctum. ib. n. 6.

Portugaliæ Regnum nullum in terris recognoſcit ſuperiorem: ideo Regi competit Majeſtas, & præcedit Regibus non exemptis i[illegible].

Regi an competat poteſtas abſoluta? Vide d. 2. c. 2. n. 8. 9. & 10.

Regnum an electione vel ſucceſſione potius ſit deferendum. 2. c. 3 n 1. & 2.

Regnum Poloniæ electione defertur, & ſtatus illius dicitur felicitimus, quia nulla tyrannis, & nulla temere moventur bella. ib. n. 3.

Succeſſionem in Regno meliorem eſſe demonſtratur. d c. 2. n. 4. & ſeqq

In Regis filio ſpectantur merita patris, indoles Regia, & gubernandi ſcientia. ib. n. 5.

Regi tutorem dare periculoſum eſt. ib. n. 6.

Circa ſucceſſionem Regni ſervanda eſt conſuetudo ut ſecundum eam deferatur ſucceſſio, vel per electionem Regnum deferatur. ib. n. 7.

Regna Luſitaniæ, Caſtellæ, & Franciæ per ſucceſſionem deferuntur. d. c. 3. n 8.

Proponitur, quæſtio, An Regnum ſit hæreditarium, vel jure ſanguinis deferatur? ib. n. 8.

Regnum à Republica, & populo tanquam primo inſtitutore capitur. d. c. 3 n 9. Sed contrarium verius: ut n 37.

In Regno conſideratur dignitas, & Republica, quæ nunquam moritur ib n 10.

Rex etiamſi prole careat non poteſt teſtari de Regno neque illud auferre proximiori conſanguineo ib. n 11.

Primogenitus tantum ſuccedit in Regno. d c 3. n. 13.

Deficientibus deſcendentibus ad Regni ſucceſſionem admittatur conſanguineus Regis proximior uſque ad milleſimum gradum ib n. 15.

Regnum non acquiritur titulo univerſali, ſed à filio uti filio ib. n 17.

Regni ſucceſſio refertur jure hæreditario; & ipſum Regnum hæreditarium eſt d c. 2. n. 18. & 23.

Rex poteſt filium exhæredare Regno ob cauſas, de quibus in Auth. ut cum de appellat. cognoſc. §. cauſas. ib. c. 3. n 24.

In Hiſpania poteſt Rex diſponere de Regno, & illud dividere. Item, & in Aragonia ib. n. 26 & 27.

Regnum de ſui natura eſt indiviſible. d. c. 3 n 29.

Regni diviſio contradixit bono publico, & moribus introductum, quod Regnum uni deferatur. ib. n 30.

Regnum in plures partes diviſum diſſolabitur, & indiviſum tutius, & ſecurius redditur. d. cap. 3. num. 31.

In Hiſpania, & Luſitania major natus ſuccedit in Regno. d. c. 3 n 32

Conſuetudo, quod Primogenitus ſuccedat in Regno hæreditario, valida eſt, & non tollit, quod hæreditario jure ſuccedat. d c. 35.

Regni hæreditarii ſucceſſio non regulatur à ſucceſſione allodialium; & linea primogeniti in Regni ſucceſſione præfertur lineæ ſecundo geniti; & hujus linea præfertur lineæ tertio geniti: & ſic deinceps. d. c 3. n 38

Regis dignitas non conſiſtit in Regno, ſeu populo, ſed in ipſo Rege, qui Rempublicam moderatur. ib. n 39.

In Regis perſona non poteſt dari actio, & paſſio. ib

Regis fratres, & ſorores, conſequuntur à Rege alimenta, & dotes: & hoc Reipublicæ intereſt ib. n. 40

Rex non poteſt primogenitum Regni ſucceſſione privare. d. c. 3. n 41 42. & 44. Ubi reprobatur Horatii Montani opinio

Ex cauſa juſta poteſt primogenitum ſucceſſione Regni privari. ib n. 45.

Sed cauſa debet eſſe talis, quod ſufficiat ad exhæredationem, & populi conſenſus intervenire debet. ib n 45

Rex poteſt ſecundogenitum præferre in Regno, ſi primogenitus non eſt idoneus ad moderandum. ib. n 46.

Rex in vita poteſt cedere Regnum filio eidem ſucceſſuro. ib n. 47.

Intellige, ſi in ceſſione Regni interveniat, populi conſenſus. ib n. 49.

Primogenitus ſi habet vitium naturale, & perpetuum, non ſuccedit in Regno, quod defertur ſecundogenito: Si verò ex accidenti demens factus eſt primogenitus, ſuccedit, & datur ei curator. d c. 3 n 52.

Filius primogeniti, qui non ſucceſſit in Regno, quia demens, vel furioſus à natura, ſuccedit in Regno, & excludit ſecundo genitum, & ejus filios. ib. n. 53.

Filia Regis deficientibus maſculis ſuccedit in Regno de generali conſuetudine d. c. 3. n 55.

Et in Hiſpania non tam de conſuetudine, quam ex lege municipali ib

In Luſitania ſic ſtatutum in Comitiis generalibus Lamacenſibus in erectione Regni, dum tamen in Luſitania nubat. Quod renovatum eſt in Comitiis habitis Uliſſipone anno 1641. ib. n 56.

Luſitaniæ Regnū juſtiſſimè fuiſſe reſtitutum Joanni Quarto glorioſæ recordationis dicitur. ib. n. 57. & 58.

Rex non poteſt diſponere de Regno, neque illud alienare. d c. 3. n. 60.

Neque poteſt jura Regni minuere, quando diminutio tendit in magnam Principatus læſionem. d c. 3. n. 61.

Rex non poteſt ſervitutem Regno imponere. d. c. 3. n 62.

Rex tenetur ſucceſſori individuitatem Regni ſervare d n 62.

Succeſſione Regni vel majoratus regulatus ex perſona eius, qui ſuccedere debebat, licet alius injuſte poſſideret, & verus ſucceſſor nunquam apprehendiſſet poſſeſſione d c. 3. n. 59.

Valet argumentum de Regno ad majoratum, & è contra. d. c. 2. n. 47

Regis patrimonium eſt duplex, aliud fiſci, ſeu Coronæ; aliud Principis. 2. c. 4 n. 41

Rex poteſt alienare, & libere donare bona ad ipſum pertinentia ex privato patrimonio, ſeu confiſcatione; dummodo non ſint incorporata Coronæ. d. c. 4. n. 2.

Proponatur quæſtio: An Rex poterit alienare bona Coronæ, puta, civitatem, vel oppidum. d c. 4 n 3.

Et expenduntur fundamenta pro parte affirmativa: & negativa reſolvitur. n. 5. Pro parte affirmativa dummodo magnum non inferatur Regno detrimentum.

Rex non poteſt facere donationes immenſas, quæ dicantur. Vide verbo *Principis donatio.*

Rex non poteſt alienare oppida, quæ ſunt in finibus Regni, neque eviſcerare ejus viſcera d c 4. n. 15

Rex non poteſt vaſſallos invitos in inferiorem transferre. Vide verbo. *Vaſſallus.*

De Regis inſignibus. Vide verbia *Inſignia, Enſis. Solium, & Purpura.*

Rex non poteſt inſignia in alium transferre 2. c. 5 n. 14 & 15.

Rex ſine conſenſu populi non poteſt deſtruere Coronam, neque diſmembrare partem Regni. Secus populo conſentiente. ib n. 17.

Rex non poteſt alii communicare arma, & inſignia Regni. ib. n. 18.

Regni gentes, quamvis habitent in diverſis provinciis, unus eſt populus, cujus intereſt, ne Regnum dividatur. d. c 5 n. 16.

Ad Regnum ſpectat conferre dignitates & de novo eas erigere, vel creare 2 c 6 n 1.

Et circa conceſſionem dignitatum. Vide verbo *Dignitas.*

Rex ſolus creat dignitates, Ducatus, Marchionatus, & ſimiles. d. c. 6 n 4.

Solo verbo Rex creat prædictas dignitates. ib. n. 5.
Titulus Excellentiſſimi competit Regibus. d. c. 6. n. 34.
Rex tenetur ſervare ſucceſſori individuitatem Regni 2. c. 7. num. 22.
Succeſſor in Regno debet venerationem præſtare mandatis prædeceſſorum. ib. n. 25.
Succeſſor in Regno tenetur ſervare donationes anteceſſorum. ib. n. 25.
Rex ſi tractat aliquem uti titulum, ab omnibus debet eodem modo tractari. 2. c. 7. n. 40.
Si Rex ſcribit caſtro uti civitati, illud efficit civitatem. ib.
Princeps appellans Doctorem eum, qui non erat, cenſetur eum decorare Doctoratus dignitate. ib. n. 40.
Intellige, ſi Princeps ex certa ſcientia, & principaliter id velle conſtaret; ſecus alias. ib. n. 41.
Rex habet fundatam intentionem in toto regno circa juriſdictionem. 2. c. 8. n. 7. 8.
De ſuprema juriſdictione Regis, & quod ea non poſſit donari. Vide verbo *Donatio Principis*, & verbo *Juriſdictio*.
De jure appellationum & ultimæ provocationis, & an poſſit donari? Vide verbo *Donatio Principis*, & verbo *Appellatio*.
Regalia quando in donatione cenſeantur conceſſa, vel non, & de reſervatis Regi? Vide verbo *Donatio Principis*, & verbo *Caſtrum*.
Reges, & Civitates liberæ acquiſiverunt exemptionem, jura libertatis adverſus Imperatorem. 2. c. 9. n. 7.
Regnum, & Monarchia ex illuſtrium, & Magnatum familiis accipit firmamentum. 2. c. 11. n. 83.
Regis honor augetur per dignitatem ſubditorum. ib.
Regis cura maxima eſſe debet in deligendis optimis Magiſtratibus. 2. c. 12. n. 17.
Quos, & quales Princeps eligere debet in Magiſtratus, & Senatores? Vide verbo *Magiſtratus*, & verbo *Senatores*.
Rex noſter tanquam Magiſter Ordinum Militarium poteſt concedere expectativas ad Commendas vacaturas. 2. c. 13. n. 75.
Rex concedendo inferiori aliquid de reſervatis, intelligitur ſemper, ut exerceat cum debita cauſæ cognitione, non ex plenitudine poteſtatis. d. c. 13. n. 1 9.
Ad Regem tantum ſpectat concedere jus inſignium, & armorum. 2. c. 17. n. 94.
Cui Rex inſignia, & arma conceſſit, tacite efficitur nobilis. d. n. 94
Solus Rex jus habet creandi academias. 2. c. 2. 22. n. 5.
Rex noſter eſt perpetuus Protector Conimbricenſis Univerſitatis. d. c. 22. n. 13.
Dum ſacris initiatur ad petitionem Univerſitatis jurare tenetur ſe protecturum, defenſurumque univerſitatem cum rebus ſuis, & ſervaturum illius ſtatuta. d. c. 22. n. 14.
Ad ſolum Regem pertinet jus, & poteſtas convocandi Curias, & comitia generalia; quia hoc jus eſt de Regalibus majoribus, & oſſibus Regis affixis. 2. c. 24. n. 6.
Rege abſente ex juſta cauſa poteſt ipſe ſpecialiter committere Primogenito, vel Reginæ Comitiorum convocationem. Sed in hoc regno tale neque viſum, neque auditum. ib. n. 8.
Rex juratur in Comitiis generalibus ſi in vita patris Princeps juratus non fuit, ib. n. 10.
Rex, quando Populus ei jurat fidelitatem, jurat, & ipſe obſervare leges, conſuetudines, & privilegia Regni. ib.
Rex per ſe ſolum leges condere poteſt ib. n. 11.
Rex poteſt abrogare leges conditas in Comitiis, niſi fuerint pactionatæ data pecunia. Vide verbis. *Curia*, & *Comitia*.
Regibus obedire generale pactum eſt ſocietatis humanæ. d. c. 24. n. 21.
Rex in Republica habetur ad inſtar patris. ib. n. 23.
Subditi cum Rege reverenter ſe habere debent. ib. n. 24.
Populus tranſtulit in Regem omne jus, & poteſtatem, ut deinceps illam reaſſumere non poſſet durante ſanguine regio. ib. n. 32.
Quilibet ex deſcendentibus de ſanguine regio habet jus formatum ad ſucceſſionem Regni ex contractu primi acquirentis. ib. n. 33. & 34.
Regnum non tam ad Regis, quam vaſſallorum utilitatem fuit introductum. ib. n. 36. & c. 31. n. 2.
Rex non debet habere parem in Regno ib. n. 39
Partes ſubditorum ſunt Principibus obſequi, & qualeſcunque patienter ferre. d. c. 24. n. 62
Rex tyrannus in exercitio quando poſſit ab adminiſtratione deponi in Comitiis? Vide verbo *Tyrannus*, & verbo *Curia*.
Rex in aliquibus pravus, & taliter qualiter remiſſus non ex eo ſtatim deponendus eſt ab adminiſtratione, neque eſt ultimo expulſionis remedio utendum, niſi id exigat extrema neceſſitas. ib. n. 63.
Regi negligenti, vel remiſſo, mente capto, ebrio, aut amenti datur curator, qui illius perſonam, & patrimonium conſervet. d. cap. 24. num. 66.
Regi puberi non datur curator. d. c. 24. n. 67.
Regis tutela, & cura pubertate finitur, & in ea ætate Regni adminiſtrationem ſuſcipere poteſt. d. c. 24. n. 68. & 69. Ubi etiam probatur exemplis.
Proponitur quæſtio: Ad quem pertineat dare tutorem, & curatorem Regi? Et referuntur DD. ſententiæ quæ tenent tutorem, vel coadjutorem Regis eſſe decernendum ab his, qui ſunt de Regis Conſilio, aut à Romano Pontifice. d. 24. n. 70.
Author amplectitur ſententiam eorum, qui tenent electionem tutoris, vel coadjutoris Regis ſpectare ad populum, ejuſque procuratores congregatos in publicis Comitiis. d. c. 24. n. 71.
Conſiliarii Regis nullam habent juriſdictionem circa Regem, & Regnum d. c. 24. n. 73.
Deficientibus omnibus conſanguineis Regis pertinet electio novi Regis ad tres Regni Status congregatos in Comitiis. d. c. 24. n. 72.
Et deficiente Rege cognitio controverſiæ exortæ ſuper ſucceſſione Regni ad quem pertineat? Vide verbo *Curia*.
Regis tutor, ſeu coadjutor, aut Curator debet eſſe ejus frater, & ſi eo careat, conſanguineus proximior qui in Regno ſucceſſurus eſſet, ſi Regis proles deficeret. d. c. 24. n. 76.
Regis frater, vel proximior conſanguineus non poteſt authoritate propria Regni adminiſtrationem capeſſere, ſed authoritate procuratorum Regni in Comitiis generalibus. d. c. 24. n. 77.
Debent tamen tria brachia æſtimare an bonitas vitæ, & morum probitas fratris, vel proximioris tanta ſit, ut ceſſet ſiniſtra ſuſpicio inſidiandi vitæ Regis pupilli. d. c. 24. n. 78.
Ad ſolum Regem pertinet tributa indicere, & augere. d. c. 24. n. 78.
Jus imponendi vectigalia, ſeu tributa Majeſtatis proprium eſt, & ad ſolum Regem pertinet. d. c. 24. n. 79.
Et an Rex poſſit indicere tributum in hoc Regno per ſe ſolum, aut in Comitiis tantum? Vide verbo *Comitia*, & verbo *Tributa*.
Reges ardua negotia expedire non debent, prius quam ad populum, & proceres referantur. d. c. 24. n. 89.
Princeps vaſſallorum eſt piiſſimus pater. d. c. 24. n. 101.
Reges Luſitaniæ à Vaſſallis nimio proſequuntur amore, & ipſi Reges tanquam parentes ſemper Luſitanos dilexerunt. c. 24. n. 102.
Rex ſubjectis debet proſpicere, non eos deprimere, d. c. 24. n. 103.
Debet eo eſſe contentus, quo indigentiæ conſulatur abſque vaſſallorum læſione d. c. 24. n. 104.
Jus cudendi monetam eſt de Regalibus majoribus, & ad Regem ſpectat. 2. c. 25. n. 10.
Solus Rex valorem monetæ, atque æſtimationem præſcribit. ib. n. 12.
Cætera de poteſtate Regis circa monetam, illius cuſionem, & mutationem. Vide verbo *Moneta*, & verbo *Princeps*.
Rex potius vaſſallis, quam propriæ utilitati proſpicere debet 2. c. 25. n. 43.
Rex graviter peccat, ſi monetam abſque urgentiſſima cauſa mutaverit. ib. n. 44.
Ad Regem ſolum pertinet jus indicendi bellum. Vide verbo, *Bellum*.
Neque Rex, aut Imperator, vel Summus Pontifex juriſdictionem habent in infideles, qui illis ſubjecti non ſunt. 2. c. 26. n. 32.
Reges infidelium non amittunt Imperium, ex eo quod infidelitatis tenebris excæcati lumen Divinæ legis non vident. ib. n. 33.
Jus deducendi quintam partem ex præda capta à militibus eſt de Regalibus majoribus. d. c. 26. n. 50.
Capta à nave deferente Regis vexilla, Regis ſunt, d. c. 26. n. 53
Rex obſides dare poteſt ex cauſa publicæ pacis, vel induciarum. 2. c. 20. n. 5.
Et quando poſſit invitos obſides dare, & alia de obſidibus. Vide verbo *Obſes*.
Regum creandorum præcipua cauſa fuit, ut Rex æqua lance inter populos ſibi ſubjectos jura redderet, & ab hoſtium incurſibus liberaret, imbecilleſque à potentiorum injuriis defenderet. 2. c. 31. n. 1.
Imperium nihil aliud eſt, niſi cura ſalutis alienæ. ib. n. 2.
Regum officium proprium eſt vi oppreſſos liberare: ib. num. 3.
Protectionis officium ita Regis proprium eſt, ut naturale dicatur regiminis attributum, & qualitas inhærens oſſibus Diadematis. ib. n. 4. & c. 32. n. 1.
Protectio eſt de Regalibus majoribus, quæ competunt Regi in ſignum ſupremæ poteſtatis. ib. n. 5.

Jus protectionis non poteſt à Rege inferioribus concedi, neque communicari. ib. n. 6. & c. 32 n. 2.
Cœtera de protectione Regia. Vide verbo *Protectio*.
Rex in donatione juriſdictionis remota appellatione non abdicavit à ſe ſupremam poteſtatem, & ſuperioritatem; & per viam recurſus, & querelæ adiri poteſt. d. c. 31. n. 10 & c. 32. n. 2.
Ad Regiam protectionem pertinet conceſſio chartæ Tuitivæ. 2. c. 32. n. 1
Regi inter alia magis commendatur cura ad ſalutem ſubditorum conſervandam, & protectio ad tollendas violentias c. 33. n. 4.
Ad Regem pertinet ſubditos in juſtitia conſervare tam ratione contractus, quam ea quodam principio naturali ib.
Juſtitiam colere, & ſua cuique jura ſervare eſt in Regibus ſummum bonum. ib. n. 5.
Rex ratione officii tenetur facere juſtitiam, & vi oppreſſos liberare, atque inter ſubditos pacem ſtatuere, propioſque vaſſallos defendere. ib. n. 6.
Defenſio ſubditorum conſiſtit in protectione vaſſallorum, & in hoc Regis officium magis elucet ib. n 7.
Rex tenetur defendere ſubditos juris naturalis dictamine, non ſolum armis, ſed & protectione ad tollendas violentias 2 c. 33 n. 12 & 13
Poteſtas cognoſcendi de cauſis Eccleſiaſticorum, qui ſunt exempti à juriſdictione ordinaria, & non habent ſuperiorem in Regno pertinet ad jura Regalia. 2. c. 34. num 1.
Jus Regale eſt poſſe Regem ad ſe vocare Epiſcopos, qui obedire tenentur ib. n 2.
Epiſcopus ſimul vocatus à Rege & ab Archiepiſcopo tenetur Regi obedire, & Archiepiſcopi præceptum intermittere. ib. n. 1.
Rex hujus regni poſſidet decimas, quas decimas Tertias, in aliquibus Eccleſiis 2 c. 34. n. 15.

Roma.

Roma dicitur caput Mundi, & domicilium Orbis terrarum. 2. c. 6. n 22.
Romanum Imperium ſuos habuit limites. ib. n. 23.

S

Salarium.

PRinceps tenetur Magiſtratibus ſalarium congruum à publico, & regiis redditibus conſtituere. 2. c. 12. n. 45. 46 47 & 48.
Salarium Magiſtratibus debet conſtitui congruum, ut honorifice vivere poſſint d. c 12. n. 50.
Salarium congruum non dicitur, quod ſufficit pro vitæ ſuſtentatione, ſed tale debet conſtitui, ut ex eo quotannis aliquam ſummam reponere valeant, ut ſenectuti conſulant d n. 50.
Salaria qui aufert, vel minuit Magiſtratibus homicidæ æquiparatur. d c. 12 n. 51.
Monet Author Principem, ut ſalaria Magiſtratibus & Senatoribus augeat d. 51.
Salarium non debetur concubinæ. 1. præl. 2. 7. n. 11. Sed intellige m. ib.
Salaria ampliſſima Legatis conſtituenda ſunt. c. 35. n. 22.
Salaria duo debet habere Legatus Doctor, legens in Studio publico, vel Senator. ib. n 23.
Sed contrarium verius ib. n. 31.
Solet tamen diſpenſari: m n. 32.
Salarium duplex habere debet, qui duo officia exercet. ib. n 24.
Limita. ſi officia ſunt compatibilia; ſecus ſi incompatibilia ſint. ib. n. 25.
Salarium debetur propter ſervitium, & qui non exercet officium, non poteſt illud habere. ib n. 28.
De jure regio perſona, cui à Principe commendantur duo officia, non poteſt habere duo ſalaria ex redditibus regiis; ſed unum eligere debet ib. n. 31.

Sapientia.

Sapientia omnium capeſſit timorem. 2. c. 12. n. 35.

Sceptrum.

Per ſceptrum ſignificatur juſtitia quæ in Rege præpollere debet, & eſt Regis inſigne. 2. c. 5. n. 7.
Antiquitus hoc inſigne deſignatum eſt Regis in haſtis pro Diademate. ib. n. 7.
In ſceptro, ſeu haſta veteres ſignificabant diſciplinam Dei, qua Reges imperando uti debent. ib. n. 8.
In ſceptro deſignatur Majeſtas. ib.
Reges Lydiæ loco ſceptri ſecurim habebant, Romanis lituus erat cuſpide incurva, & quid ſignificaret. ibid. n. 10.

Seditioſus.

Contra ſeditioſos, qui machinantur adverſus Principis Majeſtatem, vel Reipublicæ quietem, valet poteſtas, nulla expectata Principis licentia, bellum gerere. 2. c. 26. n. 122.

Si periculum imminet, & tumultus, poſſunt ſeditioſi puniri, & ſuſpendi abſque ullo ordinato proceſſu. ib. n. 25.

Senatores, & Senatus

Senatorum, & Magiſtratuum dignitates benemeritis ſunt concedendæ, non indignis. 2. c. 6. n. 8. Ubi etiam quos Rex eligere debet.
Circa Senatorum electionem magna Regibus debet eſſe cura. ib. n. 9
Senatus repræſentat Principem, & eandem cum Principe habet poteſtatem in deciſione cauſarum. 2. c. 8. n. 46.
Senatores à Principe venerantur, quia pars corporis Principis ſunt. ib. n. 47.
Senatus juriſdictio ex gratia à Rege fuit conſtituta, qui juriſdictionem poteſt moderare, minuere, & alteri concedere. ib. n. 48.
Senatus antiquitus leges ferebant, exercitus adminiſtrant, Provincias per Conſules regebant, ita ut Imperator ſine Senatus conſenſu de Republica aliquid diſponere non poſſet. 2. c. 10. n 1.
Senatus fuit privatos dicta poteſtate à Juſtiniano & totum Imperium, & poteſtas tranſiit in Imperatorem. d. c 10. n. 2.
Sententia Senatus non habet vim legis, ut eam Senatores ſequi teneantur. 2 c 10. n. 42 & c. 26. n. 71.
Senatores non adſtringuntur ſententiis Senatus, & poſſunt contrariam opinionem ſequi. ib n. 43 & c. 26. n. 74.
Limita quando in Senatu viget conſuetudo judicandi aliquem caſum, quia in alio ſimili idem judicare tenentur. ib. n 44.
Ad Senatoriam Dignitatem Princeps debet eligere viros jam probatos non probandos. 2 c. 12. n 20.
In Senatores qui eligi debent, & qui ſint magis idonei. d. c 22. n. 27
Senes potius eligendi ſunt in Senatores, quam juvenes. d. c. 12. n. 28.
Senatus dictus fuit à ſenibus, & à patribus, qui Senatores dicti ſunt, & patres, & ex ætate Senatores vocabantur d c. 12. n. 30.
Cujus ætatis ad Senatum quis eligendus ſit. Remiſſive. d. c. 12. n. 32.
Clerici an ſint eligendi ab Senatoriam Dignitatem. d. c. 12. n. 43.
Senatorum filii, ſi idonei ſint præferri debent aliis ad officia Magiſtratus, & Senatoriam dignitatem; quamvia alii idoniores appareant. 2. c. 13 n. 18.
Senatores quamvis in urbe domicilium habeant, tamen in loco originis aliud habere intelliguntur. 2. c. 13 n. 26.

Senes.

Senes cenſentur prudentiſſimi, & quo quis ſenior eſt, eo prudentior. 2. c. 12. n. 29.
Senes ad Regimen Reipublicæ juvenibus ſunt præferendi. d. c. 12. n. 30.
Senes eſſe debent Conſiliarii Principis, non tamen jam decrepiti, & omni ſenſu, ac ratione deſtituti d. c. 12. n 31.
Senes ex eo ſolum quod ſunt in ſenectute, præſumuntur infirmi. 2. c. 13 n 101.

Sententia

Sententia Senatus non habet vim legis 1. c. 10. n 42.
Et quando facit jus quoad ſimiles cauſas? Vide verbo *Senatus*, & verbo *Conſuetudo*.
Sententia lata per colluſionem eſt ipſo jure nulla. 2. c. 18. n 105.
Sententia lata parte non citata eſt nulla. ib.
Sententia lata contra unum ex pluribus æquale jus habentibus non nocet, neque prodeſt alteris ib. n. 109.
Sententia declaratoria requiritur in delicto, in quo impoſita eſt pœna confiſcationis ipſo jure. c. 29. n. 49. & 50.
In delicto læſæ Majeſtatis notorio neceſſaria eſt ſententia declaratoria ad executionem pœnæ: & ſecundum hanc opinionem judicavit Senatus noſter. ib. n. 52.

Servitia.

Servitia, & merita quando quis in alium confert; non id facit contrahendæ obligationis animo, ſed contrahendæ liberalitatis affectu. 1. c 3 n 54.
Ex ſervitiis Principi exhibitis nulla competit actio civilis. ib. n. 53. & 54.
Recipiens ſervitia, & merita non cogitur invitus ad remunerandum. ib. n. 55.

Servus.

Servi habentur pro mortuis, & non conſtituunt ſtatum 2. c 17. n. 73.
Servus noſter ab hoſtibus captus & poſtea recuperatus quocunque tempore priori domino reſtituitur jura poſtliminii 2. c 26. n 67
Servus captus ab hoſtibus & à tertio redemptus pretio, non aliter domino reſtituitur niſi ſoluto redemptionis pretio. d. c. 26 n. 68.
Proponitur quæſtio, An ſervus captus ab hoſtibus, qui poſtea aufugit, liber maneat, vel in priſtinam ſervitutẽ redigatur?

gatur. Et adducitur deciſio 39. Antonii de Souſa de Macedo. Ubi judicatum pro libertate. d. c. 26. n. 69.
At reprobatur. n. 70. & 71. Ubi Author contrarium judicatum teſtatur.
Servus alienus captus ab hoſtibus, & à tertio redemptus, fit redimentis, & non redit ad priſtinum dominum, niſi prius pretium redemptionis ſolvatur, ib. n. 115.

Socius Criminis.

Socius criminis regulariter non probat contra ſocium. 2. c. 25. n. 82.
Limita in ſocio criminis falſæ monetæ, qui in tormentis poteſt etiam interrogari de ſociis. ib.

Solium.

Solium, quod Græce dicitur Thronum, eſt Regi inſigne. c. 5. n. 11.

Solutio

Solvens alii, quàm vero creditori non liberatur. 2. c. 26. n. 100.
Solvens poſſeſſori hæreditatis, aut hæredi putativo non liberatur. d. c. 26. n. 101.
Solvens juſſu Judicis alii, quàm vero creditori liberatur. d. c. 26. n. 102.
Debitor excuſatur à ſolutione, & à pœna; ſi ei factum fuit præceptum à Judice, ne vero creditori ſolvat. ib.
Intellige, ſi debitor injuria creditoris fuit exactus non ſi culpa debitoris. d. 26. n. 103.
Solutione ejus, quod debetur, tollitur omnis obligatio. d. c. 26. n. 107.
Aliud pro alio invito creditori ſolvi non poteſt. 2. c. 13. n. 98.

Spes.

Spes, quæ oritur ex diſpoſitione conditionali in ultimis voluntatibus non tranſmittitur 1. præl. 2. § 1. n. 160.
Spes competens ex contractu conditionali tranſmittitur ad hæredes. ib. n. 161.
De ratione differentiæ inter contractus, & ultimas voluntates. ib. n. 162.
Spes futuræ obligationis ex contractu conditionali tranſit ad hæredes. 1. præl. 2. §. 2. n. 22.
Spes diſpoſitionis conditionalis in ultimis voluntatibus non tranſit ad hæredes. d. § 2. n. 23.
Spes incerta non dicitur eſſe in bonis; eſt res fallaciſſima, ſomnium vigilantis, & deſiderium. 2. c. 11. n. 76.
Spes certa & infallibilis eſt in bonis, & in commercio, poteſt in contractum deduci, donari, & vendi. ib. n. 77.
Remedium L. 2. C. de reſcind. vend. habet locum in venditione ſpei certæ, & infallibilis. n. 78.

Spoliatus.

Spoliatus non eſt reſtituendus quando notorie conſtat de notorio defectu proprietatis, & dominio ſpoliantis. 2. c. 32. n. 70.

Spurius

Spurius dicitur, qui vulgo quæſitus eſt, & non habet patrem certum 2. c. 17. n. 54.
Item dicitur ſpurius, qui natus eſt ex copula eorum inter quos Matrimonium conſiſtere non poterat. ib.
Spurius etiam dicitur; qui natus eſt à nobili, & viliſſima fœmina. ib. n. 55.
Spurii ſunt in duplici differentia. Aut enim ſunt ſimpliciter ſpurii, qui naſcuntur ex conjunctione à Lege non approbata, vel procreati ſunt ex punibili, & damnato coitu. Quod demoſtratur exemplis. ib. n. 6.
Filius Clerici gravioribus laborat ſpurietatis defectibus. ib. n. 57.
Natus ex Milite Hieroſolymitano nedum eſt ſpurius, ſed & inceſtuoſus. ib. n. 58.
Filius ejus, qui Commendam habet Ordinum Militarium Jeſu Chriſti, Divi Jacobi, & Avicenſis eſt naturalis, non ſpurius. ib.
Spurii ſunt infames, ſaltem infamia facti. ib. n. 60.
Nobilitas patris non deſcendit in filium ſpurium. Vide verbo *Nobilitas*.
Spurii non continentur appellatione filiorum, nec dicuntur de domo, ſeu caſata, familia, & agnatione. ib. n. 62.
Non ſunt fortes bello, nec fide ſtabiles. ib.
Spurius evadit pœnas infamiæ patris proditores, ſeu hæretici. ib. n. 63.
Spurius non poteſt ad Sacros Ordines promoveri. ib. n. 64.
Inter naturalem, & ſpuriū multæ dantur differentiæ. d. c. 17. n. 67.
Spurius in hoc Regno non gaudet nobilitate matris. d. c. 17. n. 71.
Spurius legitimatus in hoc Regno potitur nobilitate paterna. ib. n. 72.
Filius nobilis procreatus ex viliſſima fœmina ſpurios eſt quoad ſucceſſiones; quia patris eſt inſucceſſibilis neque à patre poteſt hæres inſtitui. d. c. 17. n. 77.

Statuta.

Statuta debent eſſe generalia non contra jura ſingulorum, 2. c. 10. n. 14.
Statuta vulgo *Poſturas* poſſunt facere in Regno Civitates, & oppida ex antiqua conſuetudine. ib. n. 14.
Statutum, quando loquitur in perſonam, & eſt favorabile, extenditur ac bona ſita extra territorium. d. c. 10. n. 61.
Statuta fiunt in in favorem ſubditorum, non exterorum. ib. n. 61.
Forenſis non gaudet beneficio in ſtatutis, neque privilegiis ſtatutariis. ib.
Statuta non nocent forenſibus. ib. n. 64.
Intellige reſpectu forenſis, qui extra territorium ſtatuentis, neque ibi habet bona: Secus in forenſi, qui habet bona in territorio ſtatuentis, quia reſpectum illorum ligatur ſtatuto, ſive illud loquatur in perſonam; ſive in rem. ib. n. 65 & 66.
Forenſis reſpectu contractus, & ultimæ voluntatis debet ſervare ſtatuta loci, ubi facit teſtamentum vel contrahit quoad ſolemnitates. ib. n. 67.
Quoad habilitatem perſonæ ad contrahendum, vel teſtandum attenduntur ſtatuta loci, ipſius originis, non loci, ubi teſtatur, vel contrahit. ib. n. 68.
Filius familias originarius hujus Regni non poteſt teſtari in Regno Caſtellæ; quamvis ibi filio familias teſtari ſit permiſſum. ib.
Forenſis ratione delicti legatur pœna ſtatuti illius loci, ſi delictum eſt punible de jure communi: ſi vero delictum tantum punitur ſtatuto, excuſatur; niſi illius haberet ſcientiam, vel prætenderet ignorantiam craſſam, & ſupinam. ib. n. 69.
Statutum prohibens extractionem frumenti comprehendit etiam extrahentem farinam. d. c. 10. n. 70.
Non extenditur ſtatutum ad forenſes, qui extrahunt fruges ex bonis quæ habent in territorio ſtatuentis. ibid.
Neque ad extrahentes frumentum pro uſu proprio. ibid.
Et quid de eo qui in tempore licito cœpit extrahere, & antequam exiret à civitate, vel territorio prohibitio emanavit? Remiſſive. d. c. 10. n. 71.
Statuta loquentia in caſu vero extenduntur ad caſum fictum eandem rationem habentem. 2. c. 13. n. 131.
Statutum debet intelligi, ut minus corrigat jus commune. 2. c. 18. n. 112. & c. 20. n. 52.
Caſus omiſſus in ſtatuto remanet in diſpoſitione juris communis. ib. & c. 29. n. 35. & 57.
Statutum recipit interpretationem legalem juris communis. 2. c. 29. n. 144.

Status

Status Monarchicus inter omnes melior, & optimus. 2. c. 3. n. 21.

Stipulatio.

Stipulatio cauſa dotis habet in ſe tacitam conditionem, ſi Matrimonium ſequatur. 1. præl. 2. §. 1. n. 5.
Alteri per alterum nemo poteſt ſtipulari, ſive verba referantur ad tertium, ſive ad ſtipulatorem. ib. n. 148.
Ex ſtipulatione alterius tertio non quæritur actio, etiamſi pactum apponatur in traditione rei propriæ. ibidem. n. 149.
Limita, ut non procedat in ſpecie tex. in l. quoties C. de donat. quæ ſub modo. ib. n. 150.
Stipulatio juris civilis eſt. 1. præl. 1. n. 39.

Sublatum.

Si plura concurrunt, uno ſublato remanet aliud. 1. præl. 2. §. 3. n. 101.
Sublata una cauſa remanet alia. Vide verbo *Cauſa*.

Subreptio.

Subreptionem probant falſi expreſſio, aut veri taciturnitas, ſi talis eſt, quæ Principem moveret, tardiorem redderet ad concedendum. 2. c. 13. n. 96.
Gratia, quæ non facit mentionem de alia prius alteri facta, dicitur ſubreptitia. ib. n. 95.

Subſtitutio.

Subſtitutio fideicommiſſaria poteſt fieri in contractibus, & donationibus. 1. præl. 2. §. 2. n. 122.

Succeſſio.

Succeſſio hæreditaria reſpectu collaterialium non extenditur ultra decimum gradum. 2. c. 3. n. 16.
Inter plures ejuſdem gradus æqualis fit diviſo patrimonii. d. c. 3. n. 14.
Succeſſio in Regno quando, & quibus deferatur? Vide verbo *Regnum*.
Jure gentium ſine diſcrimine ætatis æqualiter filii parentibus ſuccedebant. ib. n. 22.
Succeſſor in Regno donationes factas à patre impugnare non poteſt. n. 28.

Subhaſtatio.

Jura Regalia non aliter locari poſſunt, niſi in ſubhaſtationibus. 2. c. 11. n. 35.
In ſubhaſtatione reddituum Regalium ſervanda eſt forma præſcripta in L. 1. C. de fide, & jure haſt. fiſc. lib. 10. Et ea non ſervata corruit actus. ib. n. 36.

Subha-

Subhaſtatione non rite facta novus admittitur licitator plus offerens, ib. n. 37.
Conductor, cui vectigalia fuerunt in ſubhaſtatione deliberata ſine ſolennitatibus juris, vel decretum Principis, tenetur ad fructus etiam percipiendos. ib. n. 38.
Per ſubhaſtationem legitime factum contractus remanet perfectus, & non admittitur novus licitator plus offerens. ib. n. 39.
Fides haſtæ publicæ facile convelli non debet. ib. n. 40.
Poſt ſubhaſtationem legitime factam redditium Regalium non admittitur licitator plus offerens. ib. n. 41.
Perfecta ſubhaſtatione emptor, vel conductor ſecurus manet d. c. 11. n. 42.
Reſtitutio competit minori, ut poſt ſubhaſtationem perfectam admittatur licitator plus offerens. ib. n. 45.
Neque minor, neque fiſcus reſtituitur, ut poſt ſubhaſtationem admittatur licitator plus offerens, ex eo ſolum quod major apparet, quando res fuit vendita, vel locata juſto pretio. ib. n. 46.
Niſi de ſorte, vel gratia primæ ſubhaſtationis conſtiterit, vel de dolo adverſarii. ib. n. 48.
Reſtitutio non datur minori, vel fiſco, ut plus offerens admittatur poſt ſubhaſtationem, niſi res vendita ſit. ib. n. 50.
An per oblationem majoris quantitatis factam à ſecundo licitatore liberetur primus, Remiſſive. ib. n. 53.
Dominium non transfertur ex ſubhaſtatione; niſi ſequatur traditio. 2. c. 3. n. 16.

Superbia.

Superbia eſt immaniſſima beſtia, & illius actiones ſunt peſſimæ. Quod probatur exemplis c. 17. n. 27.
Superfluitas omnino vitanda eſt maximè in contractibus. 2. c. 29. n. 22.

T

Talia.

INter Chriſtianos captos in bello loco ſervitutis ſucceſſit redemptio, ſeu talia 2. c. 16. n. 43.
Talia apud nos abiit in deſuetudinem, & ſucceſſit permutatio, qua deficiente talia decerni poteſt. ib. n. 44.

Taxa.

Decuriones Taxare poſſunt pretium mechanicis officialibus laborioribus, & rerum venalium, excepto tritico, oleo, & vino. 2. c. 10. n. 15.
Taxare pretium victualibus de jure communi ad Principem ſpectat. ib. n. 15.
Taxare pretium tritico, vino, & oleo ad Principem ſpectat ex Ordin. lib. 1. tit 66. §. 39.
Taxam omnes ſervare tenentur, & obligat Eccleſiaſticos. ib. n. 16.
Intellige ut Clerici, qui non ſervant taxam frumenti, peccent; non tamen poſſunt exequi pro pœnis impoſitis tanquam tranſgreſſores à Judice ſæculari; ſed puniuntur à Judice Eccleſiaſtico pœna arbitraria. ib. n. 77.

Tempus.

Tempus quando dicatur adjectum ſubſtantiæ, vel præſtationi legati, 1. præl. 2. §. 1 n. 77.
Tempus adjectum ſubſtantiæ legati relicti filio, vel filiæ in tempus nubilis ætatis non facit conditionem tribus concurrentibus. ib. n. 78.
Conceſſum ad tempus non extenditur ultra. 2 c. 13. n. 145.
Ea eſt vis temporis limitati, ut præter, vel poſt illud contrariam inducat diſpoſitionem. d c. 13. n. 146.
Conceſſum ſub temporis conditione ſub contraria dicitur ademptum. 2. c 15. n. 11.
In reſcriptis gratioſis ſpectatur tempus datæ non præſentationis. 2 c. 19. n. 35.
Tempus guerræ in calamitate conſiſtit, pacis vero in lenitate & libertatis tranquillitate, atque ſecuritate. 2. c. 28. n 2.
Treugæ tempus dubium eſt inter pacem, & guerram, & potius guerræ dicitur quam pacis. ib. n. 3.

Tenor.

Tenor inveſtituræ derogat omni rerum naturæ, & conditioni. 2. c. 29. n. 119.

Tertia.

Tertia bonorum conſideratur tempore mortis defuncti, & deducitur ex bonis tunc exiſtentibus. 1. præl. 2. §. 6. n. 51. & §. 7. n. 60.
Ad ineundam tertiæ rationem, æſtimantur bona deducto ære alieno. 1. præl. 2. §. 6. n. 53 & §. 7. n. 60.
De quæſtione an donatio tertiæ facta à patre, qui filios habet, & nihil reſervavit ad teſtandum valida ſit, vel non 1. præl. 2. §. 7. n. 55. 56 & ſeqq.
Tertias decimarum poſſidet Rex in aliquis Eccleſiis. 2. c. 34. n 15.
Tertiæ poſtquam fuerunt incorporatæ Regali patrimonio temporales fuerunt effectæ ib n. 16.
Rex poteſt tertias in laicos transferre. ib. n. 17.
Cognitio circa Tertias etiam contra Clericos pertinet ad Judicem Regiæ Coronæ ib. n. 18.
Tertiæ donatæ à Rege Eccleſiæ priſtinam aſſumunt naturam, & judex Eccleſiaſticus de illis cognoſcit. ib. n. 19.

Teſtamentum

Donatio facta in pœnam revocationis teſtamenti non valet, tanquam facta ſub conditione turpi. 1. præl. 2. §. num. 89.
Intellige quando donatio fit in pœnam revocationis ſeu mutationis alicujus diſpoſitionis univerſalis, ut eſt inſtitutio hæredis: ſecus ſi reſpiciat legatum, vel relicta particularia, quia tunc ſuoſtineretur diſpoſitio. d. §. 3. n. 90.
Uſurarius manifeſtus non habet teſtamenti factionem, niſi præſtet cautionem de reſtituendis uſuris. d §. 3. n 93.
Potior eſt favor liberi arbitrii ad teſtandum, quam Matrimonii. 1 præl. 2 § 6. n. 43.
Teſtari ut poſſit, qui nulla bona habet, requiritur ſaltem, quod potentialiter poſſit habere, ſecus ſine habitu, & potentia, d. §. 7. 47.
Teſtamenti inventio eſt de jure gentium, ſolemnitates vero de jure civili. 2. c. 11. n. 64
A teſtatore id cenſetur diſpoſitum, quod verū ſimilius eſt diſpoſuiſſe; ſi de eo interrogaretur. ib n. 88.
Teſtamentum factum ab uxore ad favorem mariti nullum eſt ſi preces importunæ, & ſuaſiones intervenerunt juncto metu reverentiali 2 c. 13. n. 87.
Teſtamentum factum à filio familias furioſi, qui obtinuit veniam ætatis, eſt nullum; quia furioſus habet filios in poteſtate. 2. c. 19 n 59.
Pactum favore Matrimonii, per quod libera facultas teſtandi impeditur non valet. 1. præl 2. §. 7. n. 42.

Titulus.

A primordio tituli poſterior formatur eventus. 1. præl. 2. §. 6. n. 52.

Tranſactio.

Tranſigere de omni crimine capitali permiſſum eſt excepto adulterio, ſive agatur de crimine publico, ſive de privato. 2. c. 18. n. 110.
Tranſactio in delictis fieri poteſt ſub conditione; quod reus in inſulam relegetur: requiritur tamen quod remiſſio ita facta à Principe confirmetur. ib. n. 111.

Tranſmiſſio.

Tranſmittitur legatum modale ad hæredes, ſi per eos modus adimpleri poteſt: Secus ſi per eos non valet expediri. 1. præl. 2. § 1 n. 67. & 68.
Legatum relictum puellæ, ut nubat, an? & quando ſit tranſmiſſibile? Vide verbo *Legatum.*
Voluntas teſtatoris etiam conjectura tranſmiſſibile facit, quod aliàs non erat tranſmiſſibile. 1. præl. 2. §. 1. n. 65.

Trebellianica.

Trebellianicam teſtator prohibere poteſt. 2. c. 16. n 19.
Pater non poteſt filiis primi gradus quartam Trebellianicam prohibere. ib. n. 20.
Legitimaria à patre inſtitutus, & gravatus onere fideicommiſſi non deducit quartam Trebellianicam. ibid. n. 18. & 19.

Treuga.

Treuga eſt ſecuritas perſonis, & rebus ad tempus præſtita diſcordia durante, & non finita. 2. c. 18. n. 6.
Treuga dicitur, quando fit inter generoſos, inter alios ſecuritas. ib. n. 7.
Valet argumentum de treuga ad pacem, & e contra. ib.

Tributum

Jus imponendi vectigalia, ſeu tributa Majeſtatis proprium eſt, & ad ſolum Regem pertinet. 2. c. 24. n. 79.
Tributa jure gentium, & cum ipſis Regibus fuerunt introducta in ſignum ſubjectionis, & in alimenta Regis, ſalariaque miniſtrorum juſtitiæ. c. 24. n. 80 & 81.
Reprobatur opinio tenentium novam impoſitionem tributorum non eſſe de Regalibus. d. c. 24. n. 82.
Princeps ſine conſenſu populi poteſt nova imponere tributa. d. c. 24. n. 83
In Caſtella non poſſunt tributa imponi, niſi in Comitiis generalibus: & idem ſervatur in Anglia, & Germania. d. c. 24. n. 84.
Et quid in hoc Regno. d. c. 24. n. 85. Et vide verbo *Comitia.*
Nervi Reipublicæ conſiſtunt in cauſa tributorum. d. 24. num. 90.
Tributa inſueta ſemper fuerunt exoſa: & etiam illi, qui ea ſuaſerunt d. c. 24. n 91.
Princeps antequam deveniat ad impoſitionem tributorum debet excutere proprium patrimonium, & expendere ſuum ærarium d. c. 14. n. 91.
Tributa non ſunt imponenda ,ut Rex augeatur, ſed ut populus defendatur, neque ad luxum, ſed ad neceſſitatem publicam ſublevandam d. c. 24. n 92.
Tributorum impoſitio facta prætextu neceſſitatis, quando nulla ſubeſt, reprobatur. d c. 24. n. 93.

Non licet fraudibus uti ad imperanda nimia, & gravia tributa. ib.
Tributa etiam leviſſima tenuibus graviſſima videntur. d. c. 24. n. 94.
Tributa debent imperari juxta ſubditorum facultatea, & non amplius, quam populus ſolvere poteſt; quia gravari non debent ultra quam facere poſſunt. d. c. 24. n. 99.
Princeps moderata tributa debet expetere, quia moderata meliora ſunt, & mediocritas circa tributa ſervanda eſt. d. c. 24. n. 110.
Tributa quando imponuntur de conſenſu populi, ſine ſcandalo exiguntur, & juſte retinentur. d. c. 24. n. 104.
Tributa non debent à triſtibus exigi. d. c. 24. n. 105.
Tributa, quæ gemitibus, & dolore hominum congeruntur, non ſunt magni facienda. ib.
Tributa immoderata, & gravia quando exiguntur, vetera, & conſueta amittuntur. d. c. 24. n. 10[illegible]
Tributa, quæ pietate, & æquitate deviant, non ſunt Cæſaris, ſed Diaboli. d. c. 24. n. 107.
Tributa imperata ex cauſa neceſſitatis ea ceſſante ceſſare debent. d. c. 24. n. 119
Tributa non debet Princeps imponere, quæ publicis negotiis non ſunt neceſſaria, immo tunc ea remittere debet. 1. c. 2. n. 24.

Tuitiva.

Ad Regiam protectionem pertinet conceſſio chartæ Tuitivæ 2. c. 32. n. 1.
Jus Tuitivæ apud Caſtellanos appellatur interdictum interim, & in aliis Regnis. ib. n. 4.
Tuitivæ remedium idem eſt, ac mandatum de manutenendo, & aſſimilatur interdicto uti poſſidetis ſummariſſimo. ib. n. 5.
In remedio Tuitivæ, ut in mandato de manutenendo, agitur, ut quis in ſua poſſeſſione, vel quaſi manuteneatur. ib. n. 6
Datur diſcrimen inter mandatum de manutenendo, & Tuitivam; quia mandatum per Judicis officium expenditur; Tuitiva verò à Rege conceditur. ib. n. 7. & 8.
Tuitiva, & mandatum de manutenendo conveniunt in multis. ib. n. 9. 10. 11. & 12.
In proceſſu Tuitivæ non ſervantur termini judiciales. ib. n. 14.
Partis citatio neceſſaria eſt in proceſſu Tuitivæ. ib.
Ad juſtificationem Tuitivæ requiritur partis citatio. ib. num 17
Cognitio ſuper juſtificatione Tuitivæ debet eſſe ſummaria, quia remedium extraordinarium eſt, & ſummarium. ib. n. 18.
Dubitatur, An detur appellatio à pronuntiatione Judicis ſuper Tuitiva? Negat Valaſc. Sed contraria ſententia verior. ib. n. 19.
Remedium Tuitivæ in hoc Regno datur tantum in cauſis Eccleſiaſticis non in profanis, & circa illud ſervandum eſt jus Canonicum, ſecundum quod in poſſeſſorio admittitur appellatio. ib. n. 20.
Appellatio in remedio Tuitivæ producit effectum devolutivum, non ſuſpenſivum ib. n. 21.
Tuitiva ſecum trahit executionem, & his cui fuit conceſſa, non poteſt magis poſſidere, quam poſſidebat tempore conceſſionis. ib. n. 22.
Conceſſa Tuitiva ſi poſſeſſor ſpolietur ante juſtificationem Judex illum reſtituere debet. ib. n. 24.
Ad validitatem Tuitivæ requiritur, quod impetrans ſit in poſſeſſione tempore conceſſionis illius. d. c. 32. n. 25.
Dubitatur, An detentatori concedatur Tuitiva. ib. n. 26.
Et verius eſt eſſe concedendam. ib. n. 27.
Quod intellige ſi cauſa agitatur in judicio Eccleſiaſtico: ut n. 37.
At verò à Principe non conceditur Tuitiva, niſi impetrans oſtendat titulum ab habente authoritatem. ib. n. 36.
Ad impetrandum Tuitivam non eſt neceſſarius titulus; quia agitur de poſſeſſione. ib. n. 32.
In hoc Regno non conceditur Tuitiva ſine productione tituli ſaltem colorato, non procedit. ib. n. 36.
Sæcularis quando ſe intromittit ad adjuvandum Eccleſiaſticum ſine titulo ſaltem colorato, non procedit ib n 37.
Tuitiva conceditur patrono exiſtenti in quaſi poſſeſſione præſentandi, & ejus præſentato, ut inſtituatur. ib. n. 38.
Intellige, ſi conſtiterit de jure patronatus. ib.
Declara, ut non ſit neceſſaria plena probatio patronatus, ut Tuitiva concedatur patrono; ſed ſufficit probari illum eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi & ejus præſentationes fuiſſe ſortitas effectum. ib. n. 39.
Tuitiva concedenda eſt patrono nullo alio titulo oſtenſo, quam præſentandi poſſeſſio. ib. n. 41.
Penſionario, qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, conceditur Tuitiva. ib. n. 42.
Penſionarius an teneatur docere de titulo ad impetrandam tuitivam Diſtingue: ut n. 50. 51. & 52.
In judicio Tuitivæ ſi producatur titulus penſionis, non eſt cognoſcendum de ejus validitate, vel invaliditate. d. c. 32. n. 53.
Ad impetrandam Tuitivam debet penſionarius titulum procedere, alias non conceditur. ib. n. 54. & 55.
Tuitiva denegatur extero, qui in Regno Beneficii poſſeſſionem obtinuit. ib. n. 61.
Neque conceditur penſionario extero. ib.
Tuitiva denegatur ei, cui fuit reſervata penſio in Beneficio Patronatus Regiæ Coronæ, ſive ſit penes Regem, ſive apud donatarium. ib. n. 62.
De praxi, quæ ſervatur in concedenda Tuitiva. ib. n. 63.
In judicio juſtificationis Tuitivæ audiuntur partes & rea poteſt oponere exceptiones, non tamen illas, quæ requirunt altiorem indaginem. ib. n. 64.
Exceptio contra jus patronatus reſervatur ad petitorium reſpectu beneficii, prout etiam exceptio invaliditatis proviſionis; niſi exceptio nullitatis incontinenti probetur. ib n. 66
Tuitiva non conceditur ei, qui habet poſſeſſionem ſpoliativam, vel alio modo nullam, tanquam intrulo. ib. n. 67.
Probatio facta intra terminum juſtificationis Tuitivæ dicitur facta incontinenti. ib. n. 68.
Si adverſarius probaverit impetrantem ab eo habere poſſeſſionem clam, dolo, & aut precario, non obtinebit impetrans; ſecus ſi poſſeſſio fuerit precaria, aut clandeſtina reſpectu tertii. ib n 69.
In remedio Tuitivæ non eſt locus manutentioni, ſi notoriè conſtat de non jure impetrantis ſine aliqua diſceptatione. ib. n. 71.
Non conceditur Tuitiva, ei, qui fuit inſtitutus ab Epiſcopo de Beneficio, quod vacavit in Curia. d. c. 32. n 72.
Tuitiva, vel manutentio non conceditur, ſi tituli producti defectus, vel invaliditas notorie appellaret ex actis. ib. n. 90.
Tuitiva non conceditur ei, qui habet contra ſe juris præſumptionem, vel reſiſtentiam. ib n 91.
Tuitiva non conceditur intruſo. ib. n. 70 & ſeqq.
Tuitiva appellatus ad Regis protectionem ſpectat. 2. c. 33. n. 1.
Tuitiva appellantium apud Aragonenſes dicitur Juris firma, & nititur conſuetudine, quæ à primordiis hujus Regni initium ſumpſit. ib. n 2.
Iſta conſuetudo à jure naturali deſcendit. ib. n. 3.
Auxilium Tuitivæ appellantium conceditur laicis, & Clericis, ut pendente appellatione Eccleſiaſtica ſententiam non exequatur ib n 15.
Auxilium tuitivæ appellantium conceditur extrajudicialiter, non per viam juriſdictionis. ib. n. 15
Hujus Tuitivæ cauſa finalis eſt ad dirigendos Judices Eccleſiaſticos ne abutantur juriſdictione. ib.
Tuitiva appellantium non conceditur in caſibus, ubi de jure appellatio non eſt admittenda. ib. n. 37.

Turpitudo.

In pari cauſa turpitudinis melior eſt conditio poſſidentis. 1. præl. 2. §. 7. n. 19.
Promiſſio, vel ſtipulatio, quæ turpitudinem continet, eſt ipſo jure nulla, ſi turpitudo verſatur ex parte utriuſque. d. §. 7. n. 23.

Tutor.

Tutor Principis leges ferre poteſt 2. c. 10. n. 30.
Tutor infantis poteſt remittere necem patris infantis. 2. c. 18. n. 79.
Tutor non poteſt tranſigere ſuper debito minoris liquido, ſecus ſuper dubio. d. c. 18. n. 78.
Tutela finitur pubertatis anno. 2. c. 19. n. 6.
Tutorem habere non poteſt minor pubes. ib. n. 7.

Tyrannus.

Tyrannus alius dicitur in titulo, alius in exercitio, & iſte eſt, qui cum ſit legitimus Princeps, ad Reipublicæ deſtructionem tyrannice ſe convertit. 2. c. 24 n. 41.
Tyrannus in titulo bene poteſt per populum dejici à ſolio, & occidi abſque metu ſceleris. ib. n. 44.
Item poteſt Republica illum deponere ab adminiſtratione. ib. n 45.
Tyrannus omnibus eſt odio, & quem oderit, periiſſe cupit. ib. n. 46.
Tyrannus in titulo dicitur hoſtis Reipublicæ, etiam ſi eam bene adminiſtret. ib. 48. 49. & 50. Ubi referuntur exempla eorum, qui cum eſſent Tyranni in titulo, bene Rempublicam adminiſtrarunt.
Si populus ſe modo metu, & timore omnem poteſtatem tranſtulerit in Principem Tyrannum, vel conſenſum præſtiterit per tempus immemoriale, jam non dicitur hoſtis Reipublicæ. ib. n. 51.
Tyrannus in exercitio non poteſt occidi à Populo, neque à privato ante ſententiam, niſi vim vi repellendo in defenſionem propriæ vitæ ib. n 57. & 52.
Si Tyrannus in exercitio abutatur legitima poteſtate in perniciem

perniciem Reipublicæ, poteſt à Regno deponi, & eo privati in Comitiis generalibus, ſi aliud non ſubſit remedium. ib. n. 52. & 53.
In Tyranno nihil eſt legitimum, nihil ordinatum à Deo; ſed omnia Deo adverſa, Reipublicæ nociva. ib. n. 53.
Si Rex ſit Tyrannus, populus poteſt eum privare Regno, nii Judea per ſententiam. ib n. 59.
Ad deponendum Regem ob tyrannidem non neceſſaria authoritas Summi Pontificis. ib n 60 & 61.
Expulſo uno Tyranno plerumque novus multo deterior ſuccedit. ib. n. 64.
Tyrannus in exercitio poteſt in Comitiis ab adminiſtratione deponi, niſi aliqua fuerit emendationis ſpes. Et hic eſt caſus, quo Comitia ſunt ſupra Principem. d. c. 24. n. 65.

V

Vaſſallus.

VAſſallus tenetur ſervire, & obtemperare Principi, ſicut uxor viro. 2. c 3. n. 52.
Vaſſallos invitos Rex non poteſt inferiorem transferre. 2. c. 4. n. 16.
Vaſſallorum intereſt gubernari à Rege, non ab inferiori. d. c. 4. n. 17.
Limita, quando vaſſalli inviti transferuntur in alterius juriſdictionem cum territorio. ib n 18.
Limita ſecundo, ſtante conſuetudine, ut inviti poſſint alienari. d c. 4. n 19.
Limita tertio caſu, quo vaſſalli volentes, & non contradicentes, neque proteſtantes fuerunt alienati; & novum dominium receperunt; quia reclamare nequeunt. ib n. 20.
Vaſſallorum conſenſus debet eſſe omnium de univerſitate, nec ſufficit majoris partis, ſi minor contradicit. ib. n. 21.
Nō ſufficit, quod ſinguli de univerſitate acquieſcant alienationi diverſitas temporibus, quia requiritur conſenſus univerſitatis congregatæ. ib. n. 21.
Vaſſalli, ſi poſt alienationem acquieverunt, non poſſunt contra eam audiri ib. n. 22.
Limita quarto, quando vaſſalli alienantur ex cauſa juſta, & neceſſaria Reipublicæ propter publicam utilitatē ib. n. 23.
Declara limitationes, ut non procedant, quando alienatio fuerit nimis præjudicialis Regno, & vaſſallis. ib. n. 27.
Alienatio valde præjudicialis Regno poteſt per ſucceſſorē revocari; maxime ſi vaſſalli transferantur in alium Regem. ib. n 27. & 28.
Vaſſalli dominiales alienati à Rege poſſunt pretio oblato ſe redimere. ib. n 29.
Si verò alienentur à Barone, vel Domino terrarū. nō poſſunt retrahere etiam oblato pretio. d. c. 4. n 19 & 24.
Vaſſalli Dominorum quodammodo dicuntur ſervi. ib. n. 30.
Vaſſallum eſſe Regis magis, quam privati, omnes deſiderant. ib. n. 30.
Subditi ſublimioribus reputantur honoratiores. ib. n. 31.
Vaſſallum eſſe Regis ſumma eſt libertas ib n 31.
Vaſſalli domaniales, quibus privilegium eſt conceſſum, ut dominio inferioris ſubjici nequeant, nullo ex dictis caſibus limitationum poſſunt inviti alienari. ib. n. 33.
Subditi commiſerunt ſe Regi, ut ab eo judicarentur, non à Baronibus. 2. c. 8. n. 15.
Subditus, qui evertendi leges Principis ſumit audaciam committit crimen læſæ Majeſtatis. 2. c. 11. n 3.
Subditi cū Principe reverenter ſe habere debent. 2 c 24 n. 24.
Partes ſubditorum ſunt obſequi Principibus, & qualeſcumque patienter ferre ib n 62.
In ſubditis naturalis inducitur obligatio ſubveniendi publicis neceſſitatibus Reipublicæ. d c 4. n 97.
Subditi, & vaſſalli innocentes non poſſunt puniri, neque vexari ob culpam ſui Principis. c 27. n 10.
Vaſſallus, qui contra Regem dominiū feudi, deliquit, privatur feudo, quod revertitur ad dominum. 2. c. 29. n. 122.
Pro Republica, & Rege tenetur vaſſallus vitam ſuam exponere maximo, & urgentiſſimo mortis periculo, intentione, & ſpe evalidandi. 2, c. 26. n. 128
Vaſſalli poſſunt à Principe cogi ad bellum dummodo ſit juſtum. ib. n. 127.

Venditio.

In venditione, vel legato domus, veniunt affixa domui, ut puta dolia, columna, & alia, & ea, quæ ibi ſunt perpetui uſus cauſa, licet non ſunt affixa. 2. c. 26. n. 80.
Granaria, ſeu horrea ex tabulis confecta, quæ moveri non poſſunt, domus ſunt d c 26. n. 81.
Venditor non tenetur præciſe rem facere ementis, & ſufficit, quod tranſferat uſucapiendi conditionē. 1. præl 1 n. 31.

Venia

Ad ſupremam Principis juriſdictionem ſpectat jus concedendi minoribus veniam ætatis. 2. c 29. n. 1.
Duces, Marchiones, & alii Donatarii non poſſunt veniā ætatis concedere. ib. n. 2.
Ad impetrandā veniā ætatis requiritur in maſculo ætas viginti annorū, in fœmina decem, & octo annorū. ib. n. 26.
De ratione cur in fœmina? quam in maſculo, minor ætas requiratur. ib. n. 27.
Petens veniam ætatis debet præſentare inſtrumentum teſtium, qui deponant minorem eſſe aptum ad ſua bona adminiſtranda, & eſſe bonis moribus imbutum. ib n. 29.
Minori præſentata gratia, ſeu privilegio debet Judex decernere liberā, & plenā bonorū adminiſtrationem. ib n 30.
Impetrans veniam ætatis habetur pro majori, & talis fungitur, atque poteſt omnia facere, tanquam major viginti quinque annorum. d. c. 19. n 31.
Proponitur quæſtio à quo tempore denegetur reſtitutio impetranti veniam; & quod tempus ſit inſpiciendum? d. c. 19 n. 34.
Reſolvitur, minorem, qui impetravit veniam, & contraxit ante præſentationem illius coram Judice, juvari reſtitutionis beneficio, 2. c. 19 n. 36
Ut minori decernatur adminiſtratio bonorum, neceſſaria eſt præſentatio reſcripti coram Judice. ib.
Minor, qui impetravit veniam; reſtituitur adverſus actus, vel contractus geſtos antequam fuiſſe diſpenſatus, d. c. 19. n. 38.
Minor factus major intra quadriennium debet implorare reſtitutionis auxilium adverſus actus à ſe geſtos in minore ætate ib.
Quadriennium ad petendam reſtitutionem adverſus actus geſtos ante veniam currit minori à tempore quo veniam fuit adeptus. d. c. 19. n. 39.
Minori, qui impetravit veniam ætatis, currit quinquennium, intra quod factus major poteſt dicere nullum contractum alienationis oneroſum, à tempore præſentationis reſcripti coram Judice. d. c. 19. n. 43.
Sed contrarium verius: ut n 44
Minor, qui impetravit veniam, poteſt alienare immobilia cum Judicis decreto, & tunc non reſtituitur contra alienationem. d c 19. n. 45.
Minor, qui impetravit veniam, non poteſt alienare immobilia ſine decreto, niſi gratia ſpecialiter, & expreſſe declaretur poſſe alienare immobilia. d. c. 19 n. 40.
Qui veniam impetravit, & bona alienavit cum Judicis decreto, non reſtituitur adverſum alienationem quamvis læſus d. c 19. n. 47.
Intellige de læſione modica, quæ aliàs ſufficeret ad reſtitutionem ib
Si læſio fuerit enormis, vel enormiſſima qui veniam impetravit, & minor uxoratus de illa agere poteſt videlicet de læſione enormi intra quindecim annos, & enormiſſima uſque ad 30. d. c 19 n 48.
In alienatione facta ab eo, qui veniam impetravit, non ſufficit adhibere curatorem in litem. d. c. 19 n. 51.
Minor, qui impetravit veniam, habet legitimam perſonam ſtandi in judicio ſine curatore abſque ſpe reſtitutionis, d. c 19. n 55.
Qui veniam impetravit non dicitur legitimæ ætatis. d c. 19 n. 56.
Venia ætatis ab emancipatione differt. d. c. 19. n. 57.
Venia ætatis non eximit filiū à patria poteſtate. d c. 19. n. 58.
Teſtamentum filii familias furioſi, qui obtinuit veniam ætatis, eſt nullum, quia furioſus habet filios in poteſtate. d. c. 19 n. 59.
Minor, qui impetravit veniam, non poteſt munera, & officia publica ſubire. d. c 19 n. 60.
Limita, ſi in conceſſione veniæ Princeps ſpecialiter habitavit minorem ad publica munera. & officia d. c 19 n. 61.
Minor qui impetravit veniam poteſt reſtitui adverſus impetrationem, ſi ſe læſum in ea impetranda probaverit d. c. 19 n. 63.
Secus in eo, qui cum eſſet viginti annorum; matrimonium contraxit, quia reſtitui nequit contra legum ſtatuta. ib.

Verba.

Verba ſub conditione ſæpius important modum. 1. præl. 2. §. 1 n. 3. & 4.
Verba Principis prolata ſuper eo, quod ignorat, non inducunt diſpoſitionem; licet ſuper eis fundaretur intentio. 2. c 7. n. 42.
Verba Principis enuntiativa prolata propter aliud non diſponunt; Secus ſi principaliter, & propter ſe proferantur ſine tertii præjudicio ib n. 4.
Verbum præteriti temporis requirit conſummationem actus. 2 c. 13. n. 10
Si adjicitur diſpoſitioni ſtatutariæ. formam inducit. ib.
Item importat conditionem. ib.
Verba debent aliquid operari. 2. c. 29 n. 21.

Veſtis

Veſtes datæ ſponſæ ab ſponſo ante matrimoniū non cenſentur donatæ, niſi expreſsè de hoc agatur. præl. 2 § 7. n. 92.
Limita ut. ib. n. 93. & 94.

Vices Comes.

Vice Comes quis dicatur. 2 c 6 n. 60.
Hac dignitate gaudebant Primogeniti Comitum. ib.

Dignitas

Dignitas Vice Comitis eſt Regalis, minor quam Comitis; at major quam Baronia. ib. n. 61.
In hoc Regno uſque ad tempus Alphonſi *Sexti* unus tantum fuit Vice Come Villæ Novæ de Cervera. Poſtea alii fuerunt creati: Sed Vice Comes Villæ Novæ de Cervera Magnatia locum tenet, & Comitia prærogativa, ſedet coram Rege cum Comitibus, & præcedit eos, qui poſteriores ſunt in dieta; & ſtat coram Rege capite cooperto. Non ſic alii Vice Comites. ib. n. 62.

Vidua.

Viduitatis conditio non leve onus habet. 1. præl. 2. §. 2. n. 79.
Viduæ dicuntur perſonæ miſerabiles. ib. & c. 218. n. 60.
Viduitatis conditio. Vide verbo *Conditio viduitatis.*
Vidua dicitur eſſe in matrimonio ejuſdem viri c. 18. n. 64.

Vindicta

Intereſſe vindictæ eſt valde conſiderabile. 2. c. 18. n. 38.
Jus vindictæ, & faciendi pacem defertur jure ſanguinis, non hæreditario, & ſic proximioribus, quamvis hæredes non ſint. d. c. 18. n. 54.

Vir, & Uxor.

Vir, & uxor ſunt correlativi, & diſpoſitum in uno cenſetur diſpoſitum in alio. 1. præl. 2. §. 6. n. 9.
Vir, & uxor ſunt ſocii divinæ, & humanæ domus, una & eadem perſona, & una caro. d. § 6. n. 10. & 2. c. 15. n. 10. & c. n. 60.
Uxor coruſcat radiis Nobilitatis, & dignitatis mariti, & eo mortuo retinet dignitatem quam amittit transeundo ad ſecunda vota. 2. c. 7. n. 35.
Uxor Ducissa, vel Comitiſſa nubens viro non titulato facit eum Ducem, vel Comitem de conſuetudine. d. c. n. 36 & 37.
Vir ignobilis ducens uxorem nobilem non per hoc nobilitatur. ib. n. 36.
Mortua uxore Duciſſa, vel Comitiſſa, maritus non poteſt appellari Dux, vel Comes. ib. n. 38.
Et aliud ſervatur de conſuetudine: ut n. 19.
Uxor ſequitur viri familiam, & gaudet privilegiis, & nobilitate viri, atque illius ſortitur forum. ib. n. 20.
Mulier ſortitur forum mariti, non ſolum quoad forum competens ex jure communi, ſed etiam ex ſpeciali privilegio. ibid. n. 21.
Uxor Commendatarii Trium Ordinum Militarium in criminalibus conveniri debet coram Judice Equitum illarum Militarium d. c. 15. n. 22.
Privilegium mariti reſpectu fori communicatur uxori. ib. n. 23.
Qualitates viri derivantur in uxorem. ib.
Vir, & uxor non debent ad imperia judicari. ib. n. 23.
Uxor Clerici in minoribus gaudet privilegio fori ipſius mariti. ib. n. 24.
Uxor de jure communi admittitur ad accuſandum de nece viri, & de nece liberorum. 2. c. 18. n. 59.
Uxor connumeratur inter eos, qui in accuſanda nece viri ſuam vel ſuorum proſequuntur injuriam. ib.
Uxor præfertur omnibus conſanguineis viri tam in accuſando, quam in faciendo pacem ſuper morte viri. ib. n. 61.
Amplia ut etiam præferatur parentibus occiſi. ib. n. 62.
Proponitur quæſtio, An uxor præferatur filiis occiſi in accuſando, & faciendo pacem? Et referuntur fundamenta partis affirmativæ. ib. n. 6. & 64.
Fundatur contraria opinio, quæ habet filium eſſe præferendum uxori. ib. n. 65.
Author amplectitur opinionem, quæ habet tam uxorem, quam filios ſimul eſſe admittendos ad accuſandum, & omnium eſſe neceſſariam remiſſionem ad impetrandam veniam. ib. n. 66.
Intellige in uxore, quæ viduitatem ſervat non ſi ſecundo nupſit; quia tunc non tam filii, ſed etiam parentes occiſi, & ejus conſanguinei præferuntur uxori. d. c. 18. n. 67.
Secundo intellige in vidua, quæ honeſtè vixit, non in ea, quæ poſt mortem viri luxurioſe vivit, quia privatur jure vindictæ. ib. n. 68.
Si filius ab uxore ſuſceptus ex alio Matrimonio occiderit, maritum, tunc conſanguinei occiſi præferuntur uxori. ib. n. 69.
Si uxor occiderit maritum, valet remiſſio filiorum, etiam minorum ad conſequendam veniam à Principe. d. c. 18. num. 77.
Uxori competit actio ad rem donatam à marito ſuæ concubinæ. 1. præl. 2. §. 7. n. 24.
Amplia, & intellige ut. n. 25. 26 & 27. Et Vide verbo *Donatio facta Concubinæ.*

Viſitator.

Viſitator non poteſt cognoſcere circa bona eorum, qui ab inteſtato deceſſerunt, neque videre, an ſi quod Judex ſeparavit ad ſuffragia pro anima defuncti, expenſum ſit, & ita judicatum. 2. c. 31. n. 61.
Vocis proprietas plerumque rei quidditatem oſtendit. 1. præl. 1. n. 1.

Voluntas.

Voluntas teſtatoris tanquam Regina ſemper eſt attendenda. 1. præl. 2. §. 1. n. 22.
Voluntas non tantum verbis, ſed facto declaratur. 1 præl. 2. § 2. n. 103.
Ultima voluntas per delictum capitale revocatur. 1. præl. 2. § 3. n. 67.
Perdere dicitur, qui non facit voluntatem ſuam. 2. c. 18. n. 30.
Et lucrari dicitur, qui explet ſuam voluntatem. ib.

Uſura

Uſura eſt omni jure prohibita 1. præl. 2. §. 1. n. 128.
Uſurarius manifeſtus non poteſt teſtari, niſi præſtet cautionem de reſtituendis uſuris. 1. præl 2. §. 3. n. 93.
Poteſt tamen mortis cauſa donare. d. §. 3. n. 94.

Uſusfructus.

Uſusfructus finitur morte uſusfructuarii. 1. præl. 2. §. 2. n. 42.
Uſusfructus bonorum filii familias pertinet ad patrem. 1. c. 3. n. 65.
Et ſine aliquo onere. ib. n. 67.
Uſusfructus majoratus filii familias pertinet ad patrem. d. c. 3. n. 65.
Uſusfructus bonorum filii familias, qui ingreſſus eſt Religionem bonorum capacem, pertinet ad patrem pro ejus vita ib. n. 97.
Uſusfructus bonorum, quæ à Rege fuerunt donata filio, non pertinet ad patrem. ib. n. 68.
Neque uſusfructus bonorum feudalium. ib. n. 68.
Uſusfructus conceſſus patri, & poſt eum filio non eſt unus, ſed ſunt duo diverſi. 2. n. 7. 56.
Uſusfructus transferri non poteſt ad aliud conſtituendum; actio vero ad uſumfructum conſtituendum transferri poteſt. 2. c. 13. n. 30.

Uſus.

Uſus longævus & præſcriptio non poſſunt efficere, quin ſit peccatum, quod ab Eccleſia declaratum eſt eſſe peccatum. 2. c. 10. n. 92.

Utilitas.

Utilitas publica præfertur privatæ, & Eccleſiæ favori. 2. c 4 n 26 & c. 11. n. 27.
Propter publicam utilitatem multa conceduntur in damnum privatorum. 2. c. 11. n 29.
In omni juramento ſemper cenſetur excepta authoritas legis tam Canonicæ, quam Civilis; ſi detur publica utilitas. d. c. 11. n. 31.
Juſta cauſa publicæ utilitatis quando ſufficiat, ut Princeps poſſit reſcindere contractus à ſe geſtos; Vide verbo *Princeps Contractus*
Utilitatem publicam reſpicit ſtudiorum cauſa. 2. cap. 22. num. 2.
In ſtudio, & ſcholaribus verſatur publica utilitas, & in erigendis ſcholis principaliter agitur de publica utilitate, d. c. 22. n. 3.
Utiliores ſunt Reipublicæ ſapientes, quam imperiti. d. c. 22. n. 4.

Finis indicis Tomi Primi.

Google